15 † ꝙ relapſus in hæreſim ſtatim tradiĩ curiæ ſeculari, etiã non data alia admonitione, ſicut requiritur in alijs criminibus. ¶ Secundò not. ꝙ falſarius tradetur curiæ ſeculari, etiamſi conuictus foret per uiam inquiſitionis. Ita Hoſt. in c. ad falſariorum. eo. tit. de cri. fal. & Domi. in c. in memoriã. 20. diſt. Alius caſus poniĩ in c. nullus. de ſer. nõ ord. ubi ſeruus factus ſacerdos ſi non uult ſeruire Dño in diuinis, degradaĩ. Itẽ degradaĩ clericus, ꝙ delectatur ire ad nũdinas. Text. eſt in c. pſbyter. 89. diſt. Et in quantũ Abb. hic firmat dicẽs ſe diſputaſſe Bononiæ ſub dño Pet. de Ancha. ꝙ pro quolibet grauiſſimo crimine clericus põt tradi curiæ ſeculari. Dicit Are. in c. cùm non ab hoĩe ĩ. eo. ꝙ ille tex. requirit duo copulatiuẽ, uidelicet, ꝙ ſit incorrigibilis, & ꝙ eccleſia non habeat, qd ultrà faciat. Vnde cùm ille tex. reqrat duo copulatiue, nõ debet unũ ſufficere. ſ. enormitas criminis: qa licet quo ad pœnã, eccleſia nihil ultrà habeat, quid faciat, tñ habet, quo ad correctionẽ. Et ſic ille tex. ſtringit cõtra Pe. de Anch. & Abb. contra quos & alio modo arguit, ut ibi per eũ. Non obſtat, dicit ipſe ibi, dum Pan. alle. hic c. 1. de homi. arguendo à maioritate rõnis: qa ille tex. non obſtat: loquitur. n. in degradatione uerbali, & ibi per ipſum, qui & alio modo rñdet tollendo pulchrè illud de maioritate rõnis. Ad quod c. uide & aliã rñſionẽ datã hic per do. And. in antepe. col. & finaliter Areti. ubi ſuprà, & And. reſpondent oĩbus arg. Abb. hic: quorũ dicta non trãſcribo, qa uideri poſſunt, & tenent opi. gl. in d. c. cùm non ab homine. Opin. tamen Pet. de Anch. & Abb. hic tenet idẽ Pet. in rep. regulæ, ea quæ. de reg. iur. in 6. uer. 19. quæro. & in diſput. ſua, Laicus quidam propter homicidium. & Ab. in c. 1. de pat. qui fil. occid. & Ioan. de Ana. in c. 1. de homic. & Abb. in c. tuæ. de pœnis.

S V M M A R I V M.

1 *Epiſcopus diſpenſat de adulterio, non autem ſupra adulterium.*
Et fallit hæc regula multis modis, ut hic.
2 *A ſecunda fallentia excipiuntur duo caſus hic poſiti.*
3 *Epiſcopus ſupra adulteriũ diſpenſare nõ poteſt, niſi occurreret una magna cauſa inopinata.*
4 *Epiſcopus diſpenſat in adulterio & minoribus, niſi prohibeatur.*
Hæc eſt ſecunda regula, quæ patitur quinque limitationes.
5 *Epiſcopus non diſpenſat contra concilium.*
6 *Epiſcopus diſpenſat contra conſtitutionem ſuam.*
7 *Epiſcopus diſpenſat cum inceſtuoſo.*
8 *Papa ſi dat alicui poteſtatem diſpenſandi in tertio gradu affinitatis, poterit talis diſpenſare etiam cum coniunctis ex utroque latere, tam patris, quàm matris.*
9 *Facultas diſpenſandi an ſit odioſa, necne?*
10 *Epiſcopus an diſpenſare poſſit ſine cauſa.*
11 *Prælati inferiores ab Epiſcopo nunquam diſpenſat contra canones, niſi permittatur eis a iure.*
12 *Epiſcopus an poſſit reſtituere clericum depoſitum.*
Epiſcopus ſi reſtituat aliquẽ aduerſus ſuam ſententiã quæ infamat, an uideatur reſtitutus ad famam? Poſt num. 11. uer. in quantum Abb. tenet.
13 *Epiſcopus in caſibus, in quibus ſibi conceditur, quòd poſſit diſpenſare, an diſpenſare poſſit ſine conſenſu capituli.*
14 *Epiſcopus poteſt diſpenſare inuito accuſatore, quando ſolùm uertit in præiudicium publicum, non autem alterius priuati.*
15 *Epiſcopus an teneatur ad diſpenſandum.*
16 *Diſpenſatus in ordinibus acquiſitis, an uideatur diſpenſatus ad ordines ſuſcipiendos.*
17 *Diſpenſatio non trahitur ad ſeparabilia, ſine quibus principale ſtare non poteſt.*
18 *Delictum leue efficitur graue per reiterationem. uerſic. nota etiam.*
19 *Archiepiſcopus an diſpenſet cum ſubditis ſuorum ſuffraganeorum.*
20 *Epiſcopus non põt diſpenſare, ut Iudæi habeant nutrices Chriſtianas.*
21 *Vicarius uirtute mandati generalis, an poſſit diſpenſare.*
22 *Epiſcopus non poteſt mutare pœnitentiam iniunctam a Papa.*

1 DE ADVLTERIIS. ¶ In † adulterio & minoribus criminibus poteſt epũs cum clericis ſuis peracta pœnitẽtia diſpenſare, depoſitũ aũt clericũ indifferenter nõ debet curiæ ſeculari tradere. Hoc dicit uſq; ad fin. ¶. Gl. in uerbo, minora. Facit unam regulã negatiuam, ꝙ ſupra adulteriũ nõ diſpenſat epũs, niſi ſibi alias à iure permiſſum reperiaĩ.
* Et iſtã tenent oẽs hic cõmuniter * quib. adde Arch. & Dom. 50. diſt. in ſumma. Spe. in ti. de lega. §. nũc de epoꝝ. uer. uerũ. & do. Ant. & Inno. in c. 2. de cler. cõiug. ¶ Fallit primò in cõuicto ꝑ inquiſitionẽ, ſecũdũ. Ab. in c. qualiter. & qñ ſecũdo, de accuſ. Et Aret. ut hic per c. inquiſitionis. in princ. de accuſat. Sed cõtra tenet Ana. & do. Maria. in d. c. qualiter. qd' no. diligẽter cõtra. Ab. & Are. ¶ Fallit ſecũdò, ſecundũ Are. hic, niſi canõ puniens delictũ dicat impersonaliter, poſſe diſpenſari: nã iſto caſu poterit epũs diſpẽſare ut hic latè ꝑ gl. in c. in qbuſdã. de pœnis. Et ſic intellige gl. intendẽtes c. nuper. de ſent. excõ. ad diſpẽſationẽ gl. in c. quiſquis. de elect. & gl. in c. excõicamus. §. ſanè. de hæret. glo. in c. fi. de apoſta. & in c. uirginũ. 27. q. 1. gl. in ſumma. 50. diſt. & in c. poſtulaſti. de cler. ex-
2 com. miniſtran. & Archi. in c. nulli. 38. diſt. ¶ Ab † iſta fallẽtia excipe duos caſus primus, niſi pœna poſſit imponi ſolùm ꝑ Papã: quia ſi ibi ſit mẽtio de diſpẽſatione, intelligiĩ non ꝑ epũm, ſed ſolùm ꝑ Papã. Ita Hoſt. & do. Ant. in c. 2. de biga. in ult. col. & Are. hic in ſecunda. Secundus in conſtitutione concilij puniente aliquod delictũ, niſi diſpenſetur: nã illud non refertur ad epiſcopum, ſed ad Papã. Ita do. Ant. hic, & Aret. hic, qui pro hoc adducit, quia uerba impersonalia in dubio intelliguntur relata ad eum, ad quem illud factum de iure ſpectat. Sed ad Papam pertinet diſpenſare contra conſtitutionem concilij. Ergo, &c. Secundò arguit per regulã, quæ ponitur in c. 1. de reſcrip. ꝙ uerba l. ubi poſſunt aliquid operari, debent reduci ad ius cõe. Dicit autem ipſe, ꝙ iſta clauſula, Niſi diſpenſeĩ, operabitur duos effectus: primò operabitur, quia licet alias, qñ Papa diſpenſat contra conſtitutionẽ concilij, non ſufficiat in genere clauſula, Non obſtante. ut ꝑ Arch. in c. 1. de conſti. in 6. & Bal. in l. humanũ. C. de ll. tñ hoc caſu ſufficiet. Secũdò operabitur, dicit ipſe: quia per hoc, ꝙ ſit in cõſtitutione inſerta talis clauſula, Papa facilior reddeĩ ad diſpẽſandũ: & ſic ꝑ hæc pulchrè inducta tenet ipſe, ꝙ hoc caſu epũs non poterit diſpẽſare, ſed ſolùm Papa. Sed his nõ obſtantibus, ꝙ imo epũs hoc caſu poſſit diſpenſare, allego tex. in c. in quibuſdã de pœnis ibi, niſi cũ eis fuerit diſpenſatum. & dicit gl. ibi, per epũm. & tamẽ conſtitutio illa eſt concilij generalis, ut patet ex ſuprascriptione: & idem allego tex. in c. quiſquis. de ele. ibi, niſi cũ ipſo fuerit diſpẽſatum. & gl. dicit ibi, ſ. per epũm. & dicit ibi Ab. no. ꝙ epũs diſpenſat cõtra conſtitutionẽ concilij: & ꝓpter hoc ego multũ dubito de eo, quod dicit hic do. meus poſt do. Ant. & contra dictũ Bal. in d. l. humanũ. eſt caſus in c. nonnulli. de reſcrip. arguendo à ſpeciali, ut ſibi etiã dixi. Ergo in alijs demonſtraĩ ius cõe eſſe in cõtrarium: & ideo teneo opi. Abb. ꝙ non oporteat, excipere iſtã fallẽtiã, &

ꝙ imo iſto etiam caſu poterit epiſcopus diſpenſare. ¶ Tertiò
3 fallit principaliter hec cōcluſio, ꝙ † eps ſupra adulteriū di-
ſpenſare nō poſſit, niſi occur reret una ma
a gna cā inopinata: qa tunc eps poterit [a] di-
ſpēſare ab adulterio ſuprà. Ita dñi de Rot.
in deciſ. nouis, 5. in tit. de iurepa. incip. Itē
in religioſo. Imo dicunt ibi, ꝙ ēt iſto caſu
poterit diſpenſare cōtra cōſtitutionē con-
cilij: Et ponit Abb. in c. cùm dilecti. in uer.
not. tñ. de elec. & Ro. ſing. ſuo 480. inci. Sed
an poſſit eps. & poſui in c. 1. in 7. fallentia,
de cōſt. Et ibi dixi, ꝙ ex maxima cā multa
tollerant̄ q̄ aliàs non eſſent ꝑmiſſa. Et ibi
dixi hoc ꝓcedere, ubi ſuperior cōſuli non
poſſet: ſecus, ſi poſſet. ꝑ l. diui fratres. de pœ
nis. & l. diuus Pius Clandio, ff. de falſis. & vi
de Rotā ēt conſi. 326. ¶ Secunda regula. In
4 † adulterio & minorib. epus diſpēſat, niſi ꝓ
hibeatur. Caſus eſt hic. ¶ Fallit primò, niſi
canon imponat pœnā ipſo iure. Ita Archi.
in c. licet canon. de elec. in 6. Rō eſt iſta: qa
ſicut eps nō pōt diſpenſare poſt ſniam à ſe
latā ſup pœna, c. idoneo. 2. q. 7. & l. diui fra
tres. ff. de pœnis. ita non pōt diſpenſare: &
tanto fortiùs cū pœna, qñ eſt impoſita ipſo
iure à canone: cùm. n. l. trahat ſecū execu-
tionē, nō eſt opus in aliquo, miniſterio iu-
dicis. Facit optime text. in l. 2. in fi. & quod
ibi Bar. ff. de præt. ſtip. ubi dicit, ꝙ licet iu-
dex aliàs poſſit reuocare ſuā interlocuto-
riā, tñ fallit, ubi trahit ſecū executionē, uel
ubi eſt facta executio. Ergo eodem modo,
ubi lex Canonica imponit pœnam ipſo iu
re, non debet epiſcopus poſſe diſpenſare:
nec in ea quidem admitti poteſt purgatio
more, ubi aliàs admitteretur. Gl. eſt in ver
bo, ipſo facto. in cle. ne in agro. §. j. de ſta-
tu mon. quam allegat Bal. in authen. habi-
ta. C ne fil. pro patre. & Aret. hic. Vbi autem pœna eſſet il-
lata ipſo iure, ſed nondum facta executio, neque ſecuta ſen-
tentia declaratoria, quòd requiritur, per c. cùm ſecundum. de
hære. in vj. & no. per Bar. in l. eius, qui delatorē. ff. de iur. fiſc.
tunc videtur poſſe probabiliter dici, quòd iſto caſu poſſit iu-
dex, & per conſequens epiſcopus hic diſpenſare. Ita dicit
hic Are. pet pulchra, quæ uideas. ¶ Secundò limita hanc
ſecundam regulam, niſi uerba canonis tollant actualiter di-
ſpenſationem: putà, quòd diceret, clericus conuictus de adul
terio, uel minorib. criminibus, perpetuò ſit beneficijs priua-
tus. Hoc. n. caſu non poſſet epiſcopus diſpenſare. Gl. eſt in c.
cupientes. §. cæterum. in uerbo, perpetuo. de elec. in 6. quā fa-
cit ſingularem Car. in cle. 2. de uit. & hone. cler. Idem, ſi dice
ret, irrecuperabiliter. Io. And. in c. ſuper eo. de rap. & excla-
mat ibi Ab. fortifica: qa omnino ſine iſtis uerbis pœna eſſet
perpetua, l. ſeruus. C. de pœnis. & ponit gl. in d. uerbo, perpe-
tuo. Ergo ut aliquid operentur, debemus dicere, ꝙ tollant
diſpenſationem. Idem, ſi diceret nullo modo. Gl. in cle. 2. in
uerbo, nullo modo concedatur. de æta. & qua. & eſt tex. in c.
peruenit. el 2. 18. q. 2. & illam allegat Imo. in cle. j. de ſequeſt.
poſ. & fruct. Et ibi dicit, ꝙ uerbum nullo mō habet uim clau-
ſulæ decreti: & ibi illam commendat do. Ant. Hanc. gl. alle-
gat ēt Imol. in l. ſi quæramus. ff. de teſta. Idem dicas, ſi diceret,
Omnino. Ita Abb. in c. qualiter. el ij. de accuſatio. & ibi illum
ſequit̄ Ana. & ibi allegat gl. in cle. 1. in uerbo, nullius. dicēs, ꝙ
idē erit in tali uerbo, Nullius. &, Nullatenus. & idē dicas, ſi di
cat̄, Deponatur modis oībus. uel ſi dicat̄. Deponatur ſine ſpe
reſtitutionis. Tex. eſt & ibi not. Domi. in c. qs presbyter. 2. q. 1.
¶ Tertiò limita, niſi ex diſpēſatione dubitaret̄ de ſcādalo. Ita
Ab. in d. c. qualiter. ¶ Quartò limita, niſi canō imponat certā
legē epo. Ita Io. And. in c. 1. de ſuppl. negl. præl. in 6. & ibi Do
mi. & tenet Ro. cōſi. ſuo 325. incip. Oīpotentis, &c. quo ad pri-
5 mū. ¶ Quintò limita, niſi † eſſet canōn concilij nihil de diſpē-
ſatione dicentis: nā eps nō diſpenſat cōtra cōcilīū. Glo. eſt in
uerbo, ætate in c. cùm dilecti. de elec. Et ꝓpter illā glo. dicit
do. Ant. in c. nōnulli. de reſcri. ꝙ in illo capitulo eps nō diſpē-
ſat: & idē dicit in c. de multa. de præb. ꝙ in illo eps non diſpē-
ſat, qa ſunt cōſtitutiones concilij. Et idē dic in legato de la
tere, c. dilectus. lo j. de præb. iuncto c. 2. de cōceſ. præb. Pro qua
limitatiōe eſt gl. in cle. 1. i uerbo eligat̄. de ele. q̄ ꝓbat, ꝙ iſta
hūt etiā locū in cōſtitutione cōcilij facta Papa ꝑponēte, ut pa
tet ibi ex ſupraſcriptione. Et ad idē eſt tex. in cle. ne Romani.
§. 1. eo. ti. uncta ſubſcriptione. In qbus aūt poſſit eps diſpēſare
ſupra adulteriū, uel infra, ponit Spe. i ti. de leg. §. 1 uer. nūc de
epōrū. ¶ In quantū Abb. cōcludit, ꝙ diſpēſatio non extēdit̄ à
maioritate rōnis & hoc intelligit in diſpēſato, non aūt in eo,
cui concedit̄ ptās diſpēſandi. Io. An. in regula, cui licet. de re.
iur. in 6. & Fed. conſ. 14. ubi dicit, ꝙ religioſus diſpenſatus, ut
hēre poſſit bñficiū curatū, nō poterit habere nō curatū. Idē te-
net Ab. in c. ad aures. de reſcr. in ult. col. & Imo. in c. poſtula-
ſti. eo. tit. & ibi Hoſt. Sed cōtra Ab. de c. ꝑ uenerabilē. ubi diſpē-
ſatus in ſpūalib. cenſet̄ diſpēſatus in tēpalibus: & ſic cōtra ſuprà dicta. Sed Abbas ſoluit, ꝙ loquit̄ in diſpēſatione mere fauorabi
li: nos uerò in diſpēſatione odioſa. Sed iſta ſolutio nullius eſt
momēti: quia in utraq; diſpenſatione ſtri-
b ctè interpretant̄, qa deuiāt à iure cōi [b]: &
idō remanet adhuc unū motiuū: uīn aliàs au
diui, ꝙ illa erat allegatio partis. Sed Doc.
cōiter tenēt contrariū, qa imo non erat al
legatio partis. Vnde Io. An. in addi. Spe. in
ti. de lega. §. ult. uer. 4. dicit, ꝙ q uult oppo
nere contra dictū Hoſt. de c. per uenerabilē. poſſet ità etiā ar-
guere de regula, cui licet. tamen dicit ibi, Hoſt. uoluit dare
unā exceptionē ad dictam regulam, ut ſ. non habeat locum in
diſpenſatione. De extenſione tamen diſpenſationis dicetur
6 infrà. ¶ Epiſcopus † diſpenſat contra conſtitutionē ſuam. Oēs
hic. Fallit, niſi tranſiſſet in contractum, uel priuilegium: ſicut
enī priuilegiū nō reuocat̄, ita nec ſtatutum tale. Et ita tenet
Car. cōſil. 130. qđ incipit, Quedā eccleſia. & Rom. in d. cōſil.
325. Io. de Imo. poſt do. Ant. in c. quæ in eccleſiarum. in pen.
col. de conſti. Sed dñs meus hic arguit, ꝙ imo, & in iſto caſu
poſſit: nā dicit ipſe, diſpenſatiōes nō niſi ex cā fiunt: ſed ſu-
perior pōt reuocare priuilegium cōceſſū ſubdito ex cā. Er-
go, &c. Sed tu dicas circa hoc, ꝙ princeps nō poteſt reuocare
priuilegiū cōceſſū non ſubdito, qa tale priuilegiū tranſit in
uim cōtractus quo ligat̄ princeps. c. j. de ꝓba. In inferiore aūt
à principe dic, ꝙ nō reuocat cōceſſum ſubdito priuilegiū, niſi
ex cā: & ſic cōcordāda eſt hec altercatio. ¶ Secundò fallit, niſi
ſtatutū eſſet iuratum. Ita do. Ant. & Ab. hic, & Ro. in d. conſi.
325. Dicit hic Are. ꝙ imo etiā iſto caſu poterit eps diſpēſare
ex cā. Mouet̄ primò ꝑ not. ꝑ Bal. in l. & ſi ſeuerior. C. ex qui-
bus cauſis infa. irrogat̄. ubi dicit, ꝙ licet poteſtas ſimpliciter
iuret ſeruare ſtatuta. pōt tñ ex cā diſpēſare cōtra pœnā impo
ſitā à ſtatuto. Ratio: qa iuramētū dēt reſtringi ad equitatē ex
iuſta cā ꝓp ſubiectā materiā, c. quēadmodū de iureiu. Hoc tñ
facit à longe. Itē dicit ipſe, hoc ſentit. Bart. in l. fi. ff. de rece-
pta. declarādo, ut hic ꝑ eū. Ergo idē debem⁹ dicere in epo. Et
iſta poſſunt corroborari ex multis, quæ poſui in c. j. in 7. fal.
de cōſtit. Tu tñ in hoc tene cōtrariū: qa attēto dicto iſto Bal.
nō oporteret unquā adire epiſcopū ꝓ abſolutiōe à iuramē-
to, cōtrauenniendo ubi ſubeſſet cā: qđ eſt cōtra c. j. de iureiu.
Ita ipſemet. Bald. ſibi contrarius tenuit oppoſitum in l. j. C. ſi
aduer. delictū. & in l. qđ ergo. §. pœna grauior. ff. de iis, q no.
infa. Fateor. tñ, ꝙ ubi eſſet periculū in mora in adeūdo ſupe
riorē, ꝙ tūc ꝓpria authoritate ex ratiōe cauſa ſubſiſtēte poſ-
ſet conuenire, ꝑ not. per Inn. in c. uenerabilē. de elec. ¶ Epi-
7 ſcopus † poteſt diſpēſare cū inceſtuoſo. Ioā. And. hic, do. Ant.
Ab. & oēs. Item cū adultero: ut hic per eos, quos uideas. An
aūt cū adultero & inceſtuoſo ſimul? Quòd non poſſit, tenet
Cal. in diſp. ſua relata hic ꝑ Abb. Io. And. & Spec. in tit. q ſi.
ſint legi. do. Ant. & Imo. hic, Imo. in l. ſi ita. ff. de lib. & poſth.
Raph. Comen. in l. 2. de uerb. oblig. Ratio. quia iſte eſt caſus
omiſſus. Ergo remanet in diſpoſitione iuris cōmunis, c. ſuſce
ptū. de reſcr. in 6. Itē. qa ſi eſt conceſſum, ut poſſit diſpenſare
cū adultero & inceſtuoſo, nō dēt hoc extēdi, ubi inſunt ambe
qualitates in aliquo ſimul & ſemel. Itē adducit l. nim paſſam.
§. præſcriptione. ff. de adul. ubi non currit præſcriptio eo mo-
do, qñ adeſt utrunq; uitiū ſimul, ſicut qñ adeſt alterū tñ. Item
inceſtus eſt maior cū adulterio, l. ſi adulteriū cum inceſtu. ff.
de adulterijs. Ergo ſub iſtis ſimplicib. non dēt cōprehendi ca
ſus mixtus, cùm ſit maior: quia ſub minori non cōprehenditur
maius. Item adducitur c. ꝙ dilectio. de cōſan. & ibi ubi facul-
tas diſpenſandi in copula matrimoniali conceſſa legato cum
diſtantib. à ſtipite ſexto gradu. non extenditur, cùm unus tan

a *Epſ poterit*] *Adde tu, ꝙ hoc pōt procedere, q̄do oritur aliqua cā urgens de nouo, et incogitata uerisimiliter per cōcilium tēpore editæ cōſtitutionis. arg. l. ſi hominē. ff. m. c. ubi generalis procurator inhibet ſpeciali procuratori, ne exequatur mandatū domini, & hoc ex cā de nouo ſuperueniēte, ut ibi. Adde, ꝙ ꝑ illā l. Bal. in l. oēs populi. ff. de iuſt. & iu. dicit, ꝙ de cā magna pōt eps ſtatuere cōtra canonē: quod etiā tenuit Archi. 66. diſt. in ſum. Adde, qđ ex iſtis pōt decidi q. nunquid eps poſſet diſpēſare cir ca defectū ætatis cū ꝓmouēdo ad ordines? Et dico, ꝙ ſic, ut bene ꝓbatur in cle. ſi. de æta. & qual. & qđ ibi no.*

b *A iure cōi*] *Adde tex. in c. ꝙ dilectio. de cōſan. & eſ ſin. & c. 1. & 2. de fi. presbyt. lib. 6.*

tùm eſt in ſexto gradu,& alius non:& ſic facultas non extenditur ad caſum mixtum. Itē,qa facit pīudicium uenientib. ab inteſtato. Ergo debet reſtringi,arg.c.is,cui.de pben.in 6. Et hæc fere allegat hic do. And. & etiam rńdet,ut hic p ipſum: quē uideas. Sed ꝙ poſſit diſpēſare cū hńte ambas qualitates, tenet Ab.hic de æquitate, & Bart.Bald.Ang.& Lud.in l.2.in prin.ff.de uerb.obl.Bal.& Ang.in d.l.ſi quis ita.Ang.i l.hæres meus.ff.de hære.inſti.qa in gratijs fauorabilib. ſub ſimplicib. cōprehendiť caſus mixtus,d.l.ſi ita.Itē p c.exceptionē.de priui.in 6.ubi exceptio cōceſſa clericis extendiť ad Canonicos:& ſic ad mixtum caſum:qa beneficiū dť fauorabile,licet,aliquo mō poſſit dici odioſum. Ad idē facit c.fin. ff.de ſymo. Et quia ubi concurrunt odiū & fauor, attendiť id quod eſt principalius,ut eſt gl.in l.q exceptionē.ff.de cond.inde. & in c.ſciant. in gl.ope. de elec.in 6. & ibi Domi.Sed hic intentio priuilegiantis cōiter eſt fauorabilis. Ergo denominabiť à principaliori:& ſic ſub ſimplicib.cōprehendeť mixtū. Ad c.ſuſceptum. rńdetur,ꝙ mixtum in fauorabilib.uenit ſub ſimplicibus,& ſic non dicitur omiſſum. Ad id,quod dř, ꝙ inceſtus eſt maior cū adulterio:fateor, ſed ex quo poteſt ſuper ſimplicibus diſpenſare.& ſub illis cōtineť caſus mixtus: ergo & ſup illis poterit diſpenſare. Ad §.præſcriptione.rńde,ꝙ ibi prouiſio erat facta ſuper uno ſimplici,tm̄,ſ.accuſando adulterū: ſecus uerò,ſi fuiſſet facta ſuper utroque:qa tunc ſub ſimplicibus ueniſſet caſus mixtus. Ad c.q dilectio,rńde,ꝙ ibi ſe fundat Papa non in impotentia legati, ſed in ſcandalo, quia ita interpretata fuerat conſuetudo. Ita rńdet Lud.in d.l.2.& ſic ponderat illum tex. pro iſta parte:& certè hæc rńſio conſonat literæ.Ita ponit hic do.And.& ſic tenet,ꝙ poterit diſpenſari cū hńte ambos defectus.Et ꝙ poſſit,pondero tex.in l.fi.§.hæc actio.ff.nau.cau.ſta. ubi nautis non datur actio,de qua ibi & tn̄ datur nautæ,q ſit & mercator : & ſic ſub ſimplicib.cōprehenditur caſus mixtus.

8 ¶Secundò† adduco Cald.in tit. de cōſang.& affi.conſil.1.ubi concludit, ꝙ ſi eſt data ptās alicui diſpenſandi cū aliquibus, qui ſint coniuncti in tertio gradu affinitatis,poterit talis diſpenſare & cū coniunctis ex utroq; latere,tā patris , q̄ matris: & ſic ſub ſimplici cōprehendiť caſus mixtus.Allegat ibi Cal. inter cætera extrauag.cle.6.incip.Nuper.ubi ſtatuit,ꝙ ualeat diſpēſatio de his,quorū unus diſtabat quarto gradu,alter uerò tertio,licet dictū fuerit in impetratione,ꝙ diſtabant quarto gradu. Ergo pbatur,ꝙ facultas diſpēſandi conceſſa in ſimplicibus cōprehendit caſum mixtum. Itē facit gl in uerbo,beneficia.in c.dudū.de pbē.in 6.quæ vult, ꝙ ptās data alicui cōferendi beneficia , cōprehendit etiā cathedralis eccleſiæ beneficia:quia illa ptās cenſetur fauorabilis,quāuis aliàs ſi mādat alicui prouideri de b.neficio, nō poſſit ſibi prouideri de tali,c.quāuis.eo.tit.quia ibi materia eſt odioſa . Ecce ergo,ꝙ in gratioſis ſit larga interpretatio.¶Vltimò facit quia qui poteſt quod eſt plus,poteſt & id quod eſt minus: regula, cui licet.de regu.iur.in 6. Sed iſte poteſt diſpenſare ſuper inceſtu, qui eſt maior.Ergo poterit ſuper utroque,cùm ſub ſimplicib. comprehendatur caſus mixtus.

A D D I T I O. *Iſtud nihil valet:fateor enim quod inceſtus eſt maior : ſed quod ſit maior ſimplex , quam quando concurrit cum adulterio , iſtud negatur. & eſt contra l.ſi adulterium cum inceſtu. ff.de adult. Ergo arg. iſtud nil facit. Philip.Symo.*

¶Sed ꝙ non poſſit diſpenſari cum hńte utrunque defectum, tenet hic Aret. Mouetur primò,qa nemini dubiū,ꝙ natus ex adulterio & inceſtu ſimul , eſt magis odibilis, q̄ ſi eſſet natus ex adulterio tantùm,uel inceſtu tm̄ : ut eſt tex. in c.niſi cùm pridem.uer.illo diſcretionis,&c. & quod ibi no.s̄.de renunc. Et ꝙ ſit magis odioſus,dicit ipſe.Facit,quod vult Bal.in l.eā, quā.C.de fideicō.circa mediū,ubi dicit, ꝙ ſi cōceditur alicui ptās legitimandi in altero ex iſtis caſibus,non extenditur talis ptās cōcurrente utraq; qualitate : quia cū concediť quod eſt minus,non uidetur conceſſum quod eſt plus,ut iurib.uulgarib.Itē,quia nunquā ſit extenſio in materia etiā extenſibili, niſi ſubſit eadem ratio: l.Iulia.§. hoc capite.ff. de ritu nup. Itē mouetur per tex.in c.fi.de transla.prælatorum.in fi.ubi diſpenſatio propter utilitatē publicam conceſſa non extendiť ad caſum,ubi eſt minor rō: & tn̄ aliàs ſit extenſio fauore reipublicę,c.ex parte.j.de deci.el iij Si ergo ibi nō ſit extenſio, multo minùs in caſu iſto , ubi nō agitur de utilitate publica, ſed priuata. Pro hoc ēt adducit, quod uult Bal.in c.1.§.naturales.in fi.ſi de feu.fuerit controuer.inter dñm & agna.ubi dicit,ꝙ ſi conceditur ptās alicui diſpenſandi cum nato ex adulterio,non poterit diſpenſare cum nato ex inceſtu,uel monacha:quia habent atrociorē qualitatē . Quāto ergo fortiùs nō poterit,ubi concurrit utrunq; uitium ſimul? Et ſic tenet ipſe, ꝙ non poterit diſpenſari cum habente utrunque uitium.Ego quoq; pro hoc adduco c.licet canon.de elec.in 6. iuncto c.ſtatutum.eod.lib.& tit.ubi in materia ſtricta mixtum non comprehenditur ſub ſimplicibus etiam à maioritate rationis. Item allego.Arch.in c.uirgines.27.q.1. & Pe.de Ancb.in regula neceſſariū.in 4.q.de reg.iur.in 6. & Dom. in d. c. ſuſceptū.s̄.adductum.& in c.nos conſuetudinem.12.diſt. Quia omnes tenent iſtam partē,ꝙ non poſſit diſpēſare cum habente utrūque uinculum.Non obſtat modo c.fi.j. de ſymo. quia ibi diſpenſatio nemini nocebat , & materia erat fauorabilis. Non obſtat etiam c.per exceptionem.quia ibi non erat propriè mixtura, ſed qualitas alterans ipſum ſimplex: nam Canonicus non deſinit eſſe clericus. Concorda & dicas, ꝙ iſta opin. ꝙ non poſſit , procedit , ubi ſit præiudicium illis, quibus aliàs hæreditas deberetur : contraria uerò, ꝙ poſſit, ubi hoc nō fieret.Ita do.Ant.in c.p uenerabilē, in 20. col.q filij

9 ſint leg. ¶ Ex † quo inferť, ꝙ ad cognoſcendum,an facultas diſpenſandi ſit odioſa, nécne , debet diſtingui , an agatur de præiudicio alte-

a rius . & eſt odioſa a, & non debet extendi . Aut non : & tunc cenſetur fauorabilis, & debet extendi . Et ita etiam ſentit Cal.cōſi.ſuo 19.in tit. de reg.ubi dicit, ꝙ Abb.habens ptātem, ut poſſit diſpenſare cum monacho ſuo incurrente irregularitatem impoſitā à Canonibus , poterit ēt diſpenſare cum monacho qui incurrit excōicationē latam à generalibus conſtitutionibus ordinis ſui:qa nemini nocet hoc. Et iſta ſufficiant pro nunc, alia ego poſui

10 in c.fi.j.de ſymo. ¶Verum† eps poſſit ſine cauſa diſpenſare? Do.Ant.Abb.Inn.& alij hic dicunt. ꝙ non.Inno.in c. ad monaſterium. de ſtatu mon.Pro quo allego glo.in c ſi quis ſine.81.diſt.& Imol. qui idē tenet in c.de multa.de præb.& Abb.in c.1.de teſti.cog.Bal.in l.ſi teſtam.C.de teſta.in princ.Fede. de Se.conſi.206.incip. Reuerende pater.Pro hoc allego etiā Inn.in c.dudum.ſecundò,in ult.col.de elect. ubi dicit,ꝙ ſi Papa mandat diſpenſari cū aliquo ſuper pluralitate beneficiorū, non ualet diſpenſatio,niſi ſit perſona literata & idonea:ſecus,ſi ipſe Papa diſpenſat, qa, Papa habet plenitudinē ptātis contra ius cōe . & iſtā non uidetur demandare,niſi cū cauſæ cognitione.¶Eps diſpenſat ſuper beneficio.Inno.& Abb.in c.2.de cler.non ordi. mini.ubi dicit,ꝙ diſpenſat cū eo,qui non ordinatus miniſtrauit. Item do.Ant.in c.2.de cler.pugnā.in duel.ubi dicit,ꝙ diſpenſat ſuper beneficio cū homicida uolūtario.quod intellige,in beneficio ſimplici,& non curato ſm Hoſt.in ſumma de cle.pug.in duel.in fi.De quo dicto facit ſeſtū Ab.in d.c.2.de cler.pug.in duel.dicens not,ꝙ ubi poteſt diſpenſari cū homicida in beneficio,intelligitur de ſimplici. Dicit ibi Io.de Ana. contrà:qa facultas diſpenſandi debet latè interpretari: ſed l. Canonica dicit ſimpliciter,ꝙ diſpenſari poſſit in beneficio.Ergo debet intelligi etiā de curato. Sed dic.ꝙ non eſt eadem rō in curato:quia cùm ſit depoſitus ab oſſō, non pōt illud habere ,c.ſi.de reſcrip. in 6. cùm non poſſit in eccleſia dicere officium; ſecus in ſimplici,cùm de per ſe poſſit dicere horas:quod ſufficit,quantū ad beneficiū ſimplex , quod datur ſibi,ne egeat,c. cùm ſtudeat.50.diſt. quod intellige ſanè. niſi eſſet,ſ.depoſitus omnino ſine ſpe reſtitutionis,ut dixi s̄. enumerando aliquos caſus.Etiam cū depoſito à Papa diſpenſat eps ſuper ſimplici beneficio. Ita Fede.conſi.ſuo 263. non tamen diſpenſat

11 ſuper pœnitentia impoſita à Papa.¶Inferiores ab † eps nunquā diſpenſant cōtra canones, niſi permittať à iure Inn.in c.2.de eo,qui furt.ordi.ſuſcepit.Itē Inn.in c.fi.in fi.de poſtu.pl. Spec.in ti.de lega.§.ſunt quoq;.in fi.Arch.in c.eccleſia habet ſenatum.16.q.1. Abb in c.1. in 2.col.de uoto.& in c.ad monaſterium.de ſtat.monac.& Dom.in c.cum eo.de elec.in 6.& in c.nullus.de tēpo.ord.co.lib.6.Arch.in §.biduum.2.q.6.ubi dicit,ꝙ ſolus eps diſpenſat ſuper reſidentia: ad quod tn̄ uide glo.in c.fin.in uerbo,in ſcholis,de reſcrip.in 6.¶Amplia hoc, etiā ab abſolutione ab excōmunicatione.Hoc ponit latè Ab. in c.2.de ſent.excom.& in c.ſuper.eod.ti.& in cle.1.per tex. ibi,

a *Et eſt odioſa*] *Adde do.Socc.cōſ. 260.uer. In cauſa Mantuē ſis. ver. ſecundū quod videbatur obſtare. circa fi.in 3. parte, char. 162. Et adde,qua ad hoc habentur etiā p eund. in cōſ. 226. incip. Quæſtio præſentis conſultationis uer. adduco etiam circa fin. in d. parte, chart. eod. j.*

ibi,iuncta glo.ad fin.de priuil.Idem Feder.conſi.14.quem ſe-
quitur Domin.in c.non ſolùm.in 5.col.de reg.in 6.Quod in-
tellige,niſi eſſent excõicati à conſtitutionib.ordinis etiam à
Papa confirmatis.Ita Cald.conſi.ſuo 6.in tit.de ſent. excõ.in-
cip.apoſtatauerunt.Limita concluſioné,niſi inferior diſpen-
ſaret,uel abſolueret de mandato epi.Ita Domi.in d.c.cùm ex
eo. Pro quo facit dictum Inn.in c.de cætero.de ſent.excõ.ubi
dicit, ꝙ inferior ab epo abſoluere poteſt à caſibus epiſcopa-
libus mandante epo:& ſequitur Archid.in c.ſi quis.17.q.4.&
pro hoc allego Archi.in c.placuit.de pœni.diſt.6.ubi dicit,ꝙ
ſacerdos de mandato epi poteſt imponere pœnitentiam.¶Se
cundò limita,niſi ſit prælatus inferior,qui habeat iuriſdictio-
nem quaſi epiſcopalé. Ita Inno.in c.2.de tranſact.& gl.in cle.
2.in uerbo,proprij.de reb.eccle.non alie. do.Ant.cõſi.19.in-
cip.Quia hic agitur.col.3. & in c.cùm & plantare. de priui.in
3.col.in c.ſicut unire.in 2.col.de exceſſ.præla. Ab.in c.mona.
de ſent.excom.in 2.col.& in c.de monialib.in fi.eo.tit. Et ibi
loquitur de generali fratrum Minorum S. Franciſci, an poſ-
ſit abſoluere fratres in caſibus,in quibus poteſt eps.Idem te-
net Abb.in c.contingit.lo ij.eod.tit. & in c. Ioannes.in 1.col.
de teſta. ubi dicit, ꝙ officiũ tributũ diœceſano in ſua diœceſi
poteſt cõpetere ꝑlato inferiori habenti iuriſdictioné epalé,
uel quaſi, in parte diœceſis. Hoc tñ intellige in his,quæ ſunt
iuriſdictionis,non aũt ordinis.¶Tertiò limita,niſi capitulum
diſpenſaret uacante ſede:p ea,q̃ ĩ.dicã,& tex.in c.1.de maio.
12 & obe.in 6. ¶An † aũt eps reſtituat depoſitũ? Vltra Doc.hic
uide Ab.etiã in c.ex tuæ.de cler.nõ reſid.col.fi. & pleniſſimè
Dom.in c.contumaces.50.diſt. ubi dicit, ꝙ poteſt eps etiam
cum depoſito actualiter diſpenſare, qñ fuit depoſitus propter
contumaciã,per c.ſi quis presbyter.7.q.1.& c.ex literis.de cõ
ſti.Idem in depoſito ab uno ordine tantùm,per tex.in c.cleri
cus.Facit tex.in c.ut offi.de hære.in 6. ubi inquiſitores hæ-
reticæ prauitatis diſpenſant cũ hæreticis, iniungendo eis pœ
nitentiã:& habetur aliquid ꝑ Dom. in c.ut cõmiſſi.§.ptiuan-
di.eo.ti.& ibi eſt melior tex.¶In quantũ Abb.tenet hic,ꝙ re
ſtitutus ab epo aduerſus eius ſententiã,quæ infamat,uidetur
etiã reſtitutus ad famã in cõſequentiã. Dicit hic Aret.in ult.
colu.ꝙ contrariũ tenuit expreſsè Bart.in l.quid ergo.§.pœna
grauior.in pen.col.ff.de his,qui no.infa. ubi dicit, ꝙ ſi iudex
minuit pœnã legi ,ſuper crimine.ſi tñ orta eſt infamia,ꝙ per
hoc non relaxatur ꝑ talé diminutioné ipſa infamia:ſed dicit
ipſe.ꝙ uẽ uerior opi.Ab. qa cui conceditur antecedens,con-
ceditẽ & cõſequẽs neceſſariũ, ſine quo antecedẽs ſtare nõ poſ-
ſet,p gl.in c.qa in tñ.de ꝑb.& ꝑ tex.in c.ſi quis in clero.7.q.
1. Sed impoſſibile eſt clericũ depoſitũ reſtitui ad executioné
ordinis durãte infamia, qa illa impedit ordinis executioné:
ergo etiã ptãs ſup infamia uidetur cõceſſa.Et dicit ipſe hanc
opi.eſſe uerã, tenẽdo ꝙ eps poſſit diſpẽſare cũ depoſito:quod
tñ eſt dubiũ. Iſte.n.tex.loquiẽ ante depoſitioné. Et dicit ipſe
fortiùs,tñ obſtat opi.do. Ab.qa duo ſpecia
a lia nõ debẽt cõcurrere in eodẽ ſubiecto [a],
l.1.C.de dot.promiſ.ſed hic eſſent duo ſpe
cialia:ergo malè. Primum quia eps poſſet
diminuere pœnam ſtatutã à l. Secundum,
quia reuocaret propriam ſententiã contra l.1.§.fi.de quæſt.&
l.diui fratres.ff.de pœnis.& l.quod iuſſit.ff. de re iud.Ergo di.
cit ipſe, ſi non poteſt reſtituere ipſum depoſitũ,multo minus
poteſt reſtituere ad famã . Et dicit hoc eſſe uerum: quia ptãs.
diſpenſandi cõpetit epo de iure ſpeciali:quod patet : quia de
iure cõi inferior non diſpenſat contra legé ſuperioris: ut hic
per eum.In caſibus ergo,in quib.permittitur epo, ꝙ diſpẽſet,
competit ſibi de iure ſpeciali.Præterea dicit ipſe,ſubſiſto. Et
ſic tenet ipſe , ꝙ non poſſit epiſcopus reſtituere depoſitum.
Ergo minus ad famam : ſed ante depoſitionem bene poteſt
peracta pœnitentia.Et ita loquitur iſte tex.¶Sed pro opi.do.
Abb.tu uide glo.in §.hinc colligitur. 2.q.2. & in c.hi,qui.15.
q.8.quæ dicit, quòd data poteſtate diſpenſandi epiſcopo, da-
tur etiam ſibi poteſtas ſuper acceſſorio,ſcilicet ad famam re-
ſtituendi. Et eſt etiam glo.in c.domino ſancto.50.diſt. & in
§.1.44.diſt. in ſumma. & not. Domin.in d.§. hinc colligitur.
tractando poteſtatem epiſcopi circa infamiam . Et ibi dicit,
quòd in caſibus , in quibus diſpenſat circa aliquem , eun-
dem etiam reſtituit ad famam iure acceſſorij : & ſi dicatur,
quòd in reſtituendo depoſitum concurrunt duo ſpecialia:
primum , mutatio pœnæ : ſecundum , reuocatio ſententiæ,
contra l.1.C.de do.promiſ.ſol.dic. quòd hoc non eſt incon-

a Subiecto] *Adde Old.in conſi.79.in ci.ꝙ duo ſpecialia.*

ueniens: quia unum deſcendit ab altero.Ita dicit Dom.in c.
nõ omnis.2.q.7.Item negatur, quòd iſtud , ſcilicet diſpenſa-
re,ſit reuocare ſentẽtiam: quia imo eſt tantùm reuocare eius
effectũ: quia ſi diſpenſatur,ergo remanet ligatus. Quod no.
Sicut in ſimili dicimus , ꝙ diſpenſatus ut poſſit ſuccedere ,
nõ dicitur ꝑ hoc legitimatus Remanet.n.illegitimus, ſed tol
litur obſtaculũ,ꝙ poſſit inſtitui:quod aliàs fieri nõ potuiſſet,
13 ADDITIO. ¶ *An ſaut epiſcopus in caſibus,in quibus ſibi cõ
ceditur ut poſſit diſpenſare . poſſit hoc ſolus facere ſine conſenſu ca-
pituli? Abb.hic tenet,quòd ſic niſi in cauſis magnis & arduis, quia
tunc tenetur requirere conſenſum capituli. Do. uerò Aut.hic dicit ,
quòd non tenetur requirere : quia diſpenſatio competit epiſcopo ex
gratia, & in his nihil habet commune cum capitulo.Ergo, &c. Sed
pro do.Ab.quod teneatur habere conſilium capituli in diſpenſatio-
ne epiſcopus , allego gloſ.in c ſi quis 82.diſt. & in c.ex pœnitentibus.
l.diſt. & ibi Dom.& gl.fi.in §. præſentium 2.q.5. & Dom. in c.cum
ex eo de elect. in 6. Et negatur , quod iſta ſit gratia : imò diſpen-
ſatio eſt iuſta & debita,quando fit ex cauſa.¶ Vtrum 1.ſede va.poſ-
ſit diſpenſare ſuper crimine? Ab.hic,quòd ſic:quia diſpenſatio eſt iu-
riſdictionis.non autem ordinis.Idem tenet Dom.in d.c.cùm ex eo.de
elect. lib.6. & Car. conſil.25. incip. Quidam habens ꝯſilium in ſe-
cundo dubio. & ibi reſpondet ad dictum Inn.in c.2.de eo, qui furti
ord.ſuſce. quòd tunc capitulum eſt par epiſcopo : & ideo diſpenſat
iure ad illud deuoluto, non autem iure proprio. Conſidera, quia epi-
ſcopus aliquando diſpenſat ex iure ſpeciali, & ex mera gratia : &
tunc forte capitulum diſpenſare non poteſt:quia iſta ſpecialia non
tranſeunt in capitulum , ut per Ab.in c.cum olim. col.3.5.q.de ma-
io.& obe. & bene facit gloſ. in uerbo, temporis. in c.ſcriptum . &
ibi Ab.in 5. col. de elec. quod no. Philip. Symonetta.* ¶ Epiſco-
14 pus † poteſt inuito accuſatore diſpenſare.ubi ſolum uenit in
præiudicium publicum, non autem alterius priuati. Ita doc.
hic.& ideo dicit Ioan. de Lig. quòd ſi ſit diſpenſatũ cũ ali-
quo pendente impetratione,qua obtentum eſt, ꝙ ille bene-
ficijs priuaretur,& certo conferrentur, quòd non ualebit di-
ſpenſatio in præiudiciũ illius. Pro quo allegat hic do. And.
Bal.in l.1.in 15.q.ff. de rerum diui. ubi dicit. quòd uaſallus
diſpenſatus ſuper matrimonio inceſtuoſo, non recuperat feu
dum iam ad dominum reuerſum . Ita ergo in propoſito
Secundò pro hoc allegat no.in c.qa diligentia. de elect. ubi
bannitus reſtitutus ad patriam , non recuperat bona iam
alienata : & Bar. & alios in l.fi.C. de ſen. paſ. cum alijs,
de quibus hic per eum in 20. col. Sed ipſe poſtmodum
tenet contrarium , quòd imo cum tali poſſit diſpenſari.
etiam quo ad beneficium , quod alius impetrauerat . Mo-
uetur : quia Papa concedendo gratiam , uidetur conceſ-
ſiſſe ſub conditione, niſi cum deponendo foret diſpenſatum.
quia in dubio non uidetur noluiſſe tollere ius diſpenſan-
di ipſi ordinario & diſpenſans cum diſpenſato tractat de dã-
no euitando : impetrans uerò de lucro captando : quorum
quidem non eſt par, ſed imo diuerſa ratio , ut hic latè per
eum, col.21. qui multum gloriatur de iſta ſua opi. Sed tu
uide Dom. & Arch. in c. ſi quis presbyter. 50. diſti. ubi di-
cunt, quòd epiſcopus diſpenſat cum accuſato inuito etiam
accuſatore , niſi interſit accuſatoris , uel de alterius præ-
iudicio tractetur . Vnde dicunt , quòd non ualet diſpenſatio
electionis in præiudicium alterius coelecti . Secus uerò,quo.
ad electores : quia bene ualeret in præiudicium eorum, qui
elegerunt ſcienter indignũ:ſecus uerò,ſi ignoranter . Et ſub-
dunt ibi. ꝙ poterit diſpenſare cum accuſatore inuito ipſo ac-
cuſato:quia accuſatio eſt genus illaudabilis intentionis.For-
tiſico per conſil.Cald.12.in tit.de reſcrip.incip.an ſi opponatur.
ubi dicit , quòd per reſcriptum impetratum ad ualidan-
dam gratiam,quæ nulla erat,non fit præiudicium illi,cui per
talem inualiditatem erat ius quæſitum : Idem tenet Card.
conſi.30.incip. In hac dubia quæſtione.col.ult.& conſil.1 .de
elect.ubi dicit , quòd diſpenſatio ſuperueniens ualidat ele-
ctionem ante inualidam:& Ancha.in reg.beneficium.de reg.
iur.in 6. in 7.q.principali, & Archi.in c.quicunque.ſecundo,
50.diſt.quod intellige per prædicta,niſi ibi eſſet coelectus, q
ius acquiſiſſet ante talem diſpenſationem. Prædicta limitari
poſſunt , niſi gratia & diſpenſatio fieret in caſu debito , quia.
per talem tolleretur etiã ius quæſitum: quia non uidetur hoc
caſu Papa uoluiſſe tollere conceſſionem iuris cõmunis,id eſt.
diſpenſationem in caſu debito, quæ tunc de iure cõi compe-
tit:ſecus, ubi fieret ex gratia : quia Papa non uidetur de hoc
cogitaſſe : argu. in l. apud Iulianum.§. conſtat.ff. de leg.1. &

not. Innoc in c. Paſtoralis. de cauſa poſſeſſ.& propriet. ¶ An
autem cum accuſatore poſſit diſpenſari inuito accuſato, ſi de
ficit in accuſatione ipſe accuſator? Abb.& Car. hic, quòd ſic.
Fallit, ubi accuſatio nõdum eſt finita, per id, quod dixi ſuprà
poſt Dom. in c. ſi quis presbyter. 1. diſt. Secundò, niſi accuſaſſet
pro maiori crimine adulterio, & ſic indiſpenſabili: quia ſicut
tunc non poteſt diſpenſari cum accuſato, ita nec cum accuſa-
tore. Et no. ꝙ ſufficit ad faciendam diſpenſationem, ꝙ pœni-
tentia ſit cœpta, licet nondum perfecta. Gloſ. eſt in c. de his.
lo ij. 50. diſt. quæ dicit, ꝙ ſacerdos celebrare poteſt pœniten-
tia incepta, licet nõdum peracta. Ita Abb. etiam in cle. dudũ.
in uerb. audire. de ſepul. & Dom. in c. domino ſancto. 50. diſt.
Inno. in c. omnes. de pœ.& remiſ. & eſt tex. in c. accuſatus. §. ſi
uerò. in uer.& ca. licet inuocta, nondum tamen peracta, de-
15 ceſſit, de hære. in 6. ¶ Vtrùm autem † epiſcopus teneatur ad
diſpenſandum? Dicit hic tex. poteſt: quaſi innuat, ꝙ nõ tenea-
tur. Sed Moder. hic allega. Bar. in l. 2. ff. de iur. om. iud. ubi di
cit, ꝙ ubi iudex debet impertiri officiũ, ſi miſericorditer im-
ploratur, & denegatur, poteſt appellari. Sed de diſpẽſatione,
ꝙ ſit gratia, ut hic ſentiunt Moder. prædicti, allego deciſio.
Dom. in c. licet canon. in fi. de elec. in 6. ubi dicit, ꝙ diſpenſa
tio eſt gratia non ius, niſi lex mandet diſpenſari, prout in ca
ſu c. cùm ex eo. de elect. in 6. in quo eſt debita, per c. nullus.
de inrepa. ſecundum Io. An. ibi. Sed ꝙ nõ poſſit appellari in
ſimilibus, ubi competit officium iudicis, uide Pan. de Caſt. in
l. ubi pactum. col. 3. in uer. ſed quid ſi iudex. C. de tranſac. &
Ang. in l. 1. in ſect. antiqua. ff. de excep. & do. de Ro. in deciſ.
nouiſ. in titu. de appel. 47. incip. Item ſi auditor. Et ad hæc
non ab re quide Bald. in l. quicunque. C. de ſer. fug. & in d. l.
& ſi ſeuerior. C. de infam. ubi dicit, quòd alleuiatio pœ-
næ eſt debita, ubi continetur in delinquente qualitas in-
trinſeca: ſecus, ſi extrinſeca: ut ibi per eum, quem uidea-
16 tis. ¶ Vtrùm † diſpenſatus pro crimine, qui erat ſubdia-
conus, cenſeatur habilitatus ad Diaconatum? & ſic quæro, an
diſpenſatus in ordinibus iã acquiſitis, cenſeatur etiam diſpẽ-
ſatus in acquirendis? Ab. hic, ꝙ ſic. Dominus meus hic dicit,
ꝙ diſpenſatio nõ extenditur, per tex. in c. fi. de fil. presb. in 6.
¶ Fallit primò, ubi conceditur ex cauſa fauorabili, ſecundum
Abb. hic per c. uenerabilem, qui fil. ſint legi. & facit text. c. ex
parte. de deci. & in c. fi. de ſymo. Et ſalua iſtam fal. ubi concur
rit fauor pius, uel publicus: aliàs non extẽditur diſpenſatio.
Patet in c. ꝙ dilectio. de conſang. & affi. Sed dic, ꝙ ille tex. lo-
quitur de facultate diſpenſandi. Item ibi diſpenſatio non tol
litur propter impotentiam diſpenſandi, ſed propter ſcandalũ
& conſuetudinem, ut dixi ſuprà in q. de inceſtuoſo. Et iſta fal
lentia non procedit, niſi in caſu ſequentis fal. ¶ Secundò fal-
lit in conſecutiuis inſeparabilibus: quia ad illa diſpenſatio
bene extenditur, ſm do. Ant. hic latiſſimè. Vnde dicit, ꝙ di-
ſpenſatus ſuper duobus curatis, ut illa ſimul retinere poſſit,
cenſetur diſpenſatus ſuper reſidentia: ſecus, ſi eſſent ſeparabi-
lia. Vnde diſpenſatus ſuper non reſidentia, non cenſetur di-
ſpenſatus ſuper fructibus: quia id non eſt connexum inſepa-
rabile. Pro iſta fallen. all. hic do. meus text. in c. ex literis. in
fi. de exceſ. præl. ubi ſublato miniſterio altaris, cenſet & ſubla
ta pontificalis dignitas. Ergo conceſſa dignitate pontificali,
cenſetur & conceſſa adminiſtratio altaris. Pro alio uerò mẽ
bro alle. l. fi. §. Lucius. ff. de cond. inde. quod limitat Bald. in
l. & ſi ſeuerior. in 2. col. C. ex qui. cau. infa. irro. niſi diſpenſa-
tio habeat cauſam fauorabilem: quia iſto caſu diſpenſatio tũc
traheretur ad conſequens ſeparabile. & ſine quo diſpenſatio
ſuper principali ſtare poſſet: allegando illum tex. ibi, ubi iu-
dex diſpenſando ſuper pœna diſpenſat & ſuper fama. Sed di-
cit do. meus hic, quod Bal. malè loquitur: quia ibi remoto prin
cipali acceſſorium aliquo modo ſtare non poterat: quoniam
remota pœna, quæ imponi debebat pro crimine, mitigatur
cauſa pœnæ: & uidetur declarare iudex in illo caſu, quod de-
lictum non eſt ita atrox, ſicut illud, pro quo infamia imponi-
tur. Et ſubdit hic Are. ꝙ ſicut iſto caſu non uidetur diſpenſa-
tum ſuper acceſſorio, uel antecedenti, ſine quo principale po
teſt ſtare: ita etiã non uidetur diſpenſatum, quando id, ſuper
quo diſpenſatur principaliter, poteſt ſortiri effectum aliquo
modo, licet non ita faciliter & plenè, ſicut ſi eſſet diſpenſatũ
ſuper antecedenti, uel conſequenti: & ſic concludit ipſe, ꝙ ad
hoc, ut diſpenſatio non extendatur, ſufficit ꝙ principale poſ-
ſit aliquo modo effectum ſortiri, licet non ita plenè, ſicut ſi eſ
ſet diſpenſatum ſuper acceſſorio, uel antecedẽti. Allegat ad
hoc pulchrè Bar. in l. in quæſtionibus. ff. ad l. Iul. ma. cuius di-
cta approbat Bal. in authen. ſi dicatur. in fi. C. de teſtib. ¶ Item
no. quod diſpenſatio habilitat etiam uſque ad epiſcopatum.
Ita Abb. hic. Quod intellige, quando diſpenſatio fit cum il-
lo, qui antè erat habilis ad epiſcopatum: ſecus, ſi nunquã fue-
rat habilis: quia tunc talis diſpenſatio non operatur, quo ad
tollendum maculam naturalem. Ita dicit In. no. in c. cùm dile-
ctus. de conceſſ. præb. per c. innotuit. de elect. Quod procedit,
etiamſi diſpenſaret ad omnia ſpiritualia, ut per Inn. ibidem.
Idem, ſi diſpenſaret ad omne beneficium. Ita Card. in cle. ne
in agro. §. ſi quis. in 4. q. de ſta. mon. Item adde, ꝙ diſpenſatus
ad epiſcopatum. hoc expreſſo, quòd diſpenſat ad epiſcopatũ,
non cenſetur diſpenſatus ad Archiepiſcopatum, per tex. in
17 c. nos. diſtin. 12. ¶ Et ꝙ † diſpenſatio non trahatur ad con-
ſecutiua ſeparabilia, & ſine quibus principale poteſt ſtare, uide
do. Arch. & Io. An. in c. 1. in fi. prin. de fil. presb. in 6. ubi dicũt,
ꝙ diſpenſatus ad ſacerdotiũ nõ cẽſetur diſpẽſatus ad benefi-
ciũ curatum, per tex. in c. 2. eo. ti. & lib. dũ tex. ubi dicit, diſpẽſa
mus ad ordinẽ & beneficiũ. & idem tenet Oldra. cõſi. 125. in-
cip. Puncta breuia. ¶ Itẽ no. ꝙ diſpẽſatus ſup ꝓbẽda habẽte an-
nexũ ordinẽ, licet ſit diſpẽſat' in ordine, nõ tñ dabit uocẽ in
capitulo. Ita Paul. de Lea. in cle. 1. de æta. & qual. ¶ Itẽ no. ꝙ
maior ſeptennio, minor autem 20. an. diſpenſatus ſuper ca-
nonicatu non cenſetur diſpenſatus ut poſſit eſſe delegatus.
Ita dicit gl. ſingularis in c. ſtatutum. in uerb. Canonicis. de
reſcrip. in 6. Item diſpenſatus ut celebret ante ætatem, non
eſt capax beneficij curati. Ita dicit gl. in uerb. erat. in c.
cui. de præb. in 6. Facit gloſ. in uerb. conſtitutus. in cle. 2.
de æta. & qua. quæ dicit, quòd diſpenſatus, ut poſſit pro-
moueri ad ſacros ordines ante legitimam ætatem, non
poterit per hoc dare uocem in capitulo durante mino-
ri ætate: & ibi do. Abb. Facit & glo. in c. ex ratione, de tempo.
ordi. quæ dicit, ꝙ factus maior per diſpenſationem non eſt
capax aliorum actuum competentium maioribus. Et ibi not.
do. Ant. Et uide tex. cum gl. ij. in c. præterea. de æta. & qual.
quæ dicit, quòd epiſcopus poteſt diſpenſare cum conſtituto
in minoribus, ut habeat eccleſiam parochialem: quod no. ad
c. cùm ex eo. de elect. in 6. Ratio autem prædictorũ eſt, quia
diſpenſatio imprimit effectum ſuum ualidum, licet non ex-
tendatur. ſecus, ubi non imprimeret effectum ſuum ualidum:
tunc enim traheretur ad conſecutiua, per gl. in c. non poteſt
in uerb. retinere. de præb. in 6. ¶ Item no. quòd diſpẽſatus ad
ſacerdotiũ, cenſetur diſpenſatus ad alios ſacros ordines præ-
ambulos. Ita Io. An. in c. poſtulaſti. de reſcrip. Similiter ſtã-
te ſtatuto, ꝙ ſcholares uolentes diſputare concl. debeant il-
las intra certũ tp̃s tradere bidello, aliter incidat in pœnam,
&c. certè ſcholaris diſpenſatus, ut non diſputet, non tenetur
tradere bidello, ſi poſtea uoluntariè diſputare uoluerit. Ita
Io. An. in regula, acceſſoriũ. de reg. iur. in 6. Ita autem proce-
dunt, ꝙ diſpenſatio nõ trahatur ad conſecutiua, quando di-
ſpenſatus ſuper principali erat inhabilis, etiã in cõſecutiuo:
ſecus, ſi in conſecutiuo erat habilis, licet in principali in-
habilis. Nam tunc diſpenſatio facta in principali, traheretur
ad cõſecutiuum, licet eſſet ſeparabile à principali: putà, ſi ma
ior 20. an. minor tamen 25. eſt diſpenſatus ad dignitatem in
eccleſia cathedrali, certè talis poterit eſſe delegatus: quia ad
hoc antè erat habilis, c. cùm uiceſimum. de off. deleg. licet nõ
poſſit eſſe. quia non erat in dignitate, quã habere nõ poterat
propter defectum ætatis. Ita dicit gl. in c. ſtatutum. §. 1. in uer
bo dignitate. de reſcrip. in 6. de qua Domi. in c. nos. 12. diſt.
ad quæ omnia plenè uide do. Feli. in c. poſtulaſti. 1. de re-
18 ſcrip. ¶ Not. † etiã circa hæc, ꝙ delictum non graue, ſi reitere
tur, inducit depoſitionem. De hoc eſt glo. in c. hoc ueſtræ. &
ibi no. Domi. 11. diſtin. pro quo allego Bart. in l. nemo. C. de
epiſ. aud. Itẽ allego. Hoſt. in c. cũ in eccleſijs. de maio. & obe-
dien. ubi dicit, ꝙ monachum bis fugientem non tenetur
amplius monaſterium recipere. Itẽ allego Bal. in c. de appel.
1. ubi dicit, licet pro paruo furto quis non debeat furca ſu-
ſpendi, tamen poteſt ſuſpendi, quãdo commiſit plura parua
furta, quia ſunt reiterata. Et ſequitur Lud. in l. ſi uerò. §. de ui
19 ro. in 31. fall. ff. ſol. ma. ¶ Secundò no. quòd † archieps non di
ſpenſat cum ſubditis ſuffraganeorum. Ita do. Ant. in c. ad ex-
tirpandas. de filijs presby. & in c. quia circa. in fi. de biga-
mis. Ratio: quia non eſt iure expreſſum. Ergo ſuccedit, c. 1.
de ſupp. negl. prælat. in 6. Ita in ſimili dicitur de epiſcopo
circa monachos, in c. hoc tantum. 18. q. 2. Similiter in pa-
trono

trono erga eccleſiam dicitur 1.. ..in quibuſdã.de pœ.ad qđ facit c.ſicut unire.de exceſ. præla. & glo.ſi. in c. placuit.1 6. q.j.Limita modo, niſi eſſet caſus, in quo poſſet cognoſcere: qa ibi etiã poſſet diſpẽſare.Ita Sp e.in tit.de lega.§.qualiter col.2.in uerſi. archiepiſcopus. qui caſus cõnumerantur per
20 gl.in c.Paſtoralis.de offi.ord ¶ Epiſcopus† non poteſt diſpenſare, ,ut Iudæi habeant nutrices Chriſtianas. Card. in c. ad hæc.de Iudæis. dicens, ſe ita conſuluiſſe. Et ibi etiam do. Ab.Qđ no.ad c.Iudæi.lo ij.eod.ti.¶ Limita hoc,niſi diſpẽſaret, ut haberent extra domum, ut per Ana. in d.c. ad hæc.

ADDITIO. *Sed iſta quidem limitatio uidetur ſuperflua. Con-*
✻ *cludunt enim Doc. communiter* ✻ *in d.c.quod liceat Iudæo habere nutricem Chriſtianam extra domum. Ergo in hoc non eſt opus diſpenſatione. Fruſtra enim precibus impetratur, &c. Philip. Symoneta.*

¶ Item no.quòd cũ muliere notorie corrupta etiam per matrimonium non poteſt epiſcopus diſpẽſare,ut inter uirgines conſecretur. Ita Archid.in c.acutius 26. diſt.motus ratione ſcandali.Quod no.Et iſtud dictum ſequitur Cal. conſi.ſuo.3. ĩn ti. de offi. uica. in ſi.ſecus uerò eſſet in occulta, ſecundum prædicta. Et quod corrupta poſſit eſſe Abbatiſſa, ſolus Papa diſpenſat.Ita Card.in cle.attendentes.§.ſtatuimus.1 1.q.cõtra Pan.& alios ibi, de ſtat.mon.Item uide gl.in uerbo,Canonica,quæ dicit, quòd illegitima non poteſt cõſecrari in Abbatiſſam,in c.indẽnitatibus.de elect in 6. Item corrupta,nec iuuenis conſecrari poteſt in Abbatiſſam.Tex. eſt & glo.in c.
21 iuuenculas.20.q.1.¶ Vicarius †ex generali mandato nunquã diſpenſat.Ita Cald.in d.conſi.3.de off.uica. Ratio:quia in generali mandato non ueniunt,niſi ea,que ſunt iuris:c.cauſam, quæ de reſcript.c.ſi.de offi.uica.in 6. ¶ Amplia,etiamſi daretur poteſtas diſpenſandi ampliſſimè, tamen non apponit per hoc ipſe manũ ad ea, quę eſſent ſpecialiter cõmiſſa epiſcopo. Ita Rot.in deci.antiquioribus,3.in tit.de off.uica.Conſidera, quòd ubi diſpenſatio eſſet debita, ꝙ tranſiret in mandatum: quia tunc non tranſiret gratia,ſed ius cõe. Epiſcopus non diſpenſat cum penitùs illiterato.Arch. in c.non confidat.1.diſt. Mouetur per c.nullus.de tẽp.ord.lib.6. Ratio:quia tales ſunt magis odioſi, quàm homicidæ: ut patet ex not.per Innoc. in c.cùm in noſtris in princ.de conceſ.præb.ubi dicit,quòd collatio facta homicidæ nõ eſt nulla ipſo iure,& tamen facta illiterato ſic: ſed epiſcopus non diſpenſat cum homicida, quia homicidium eſt maius crimen adulterio b: ergo minùs cum illiterato. ¶ Limita, niſi eſſet ſpes de futura ſcientia & literatura:Ita Inno.in ſimili,in c.cùm in cunctis.de elec.ubi dicit,quòd electio facta de parum literato non eſt nulla, ſi eſt ſpes, ꝙ poſſit effici doctus: quem allegat Domi.in
22 c.illiteratos,36.diſt.¶ Vltimò no.ꝙ† epiſcopus non poteſt immutare pœnitentiam iniunctam à Papa. Glo.ſi.in c.cùm P.de accuſ.& gl.pen.in c.2.de ſortileg. Sed in contrarium eſt glo.in c.tẽpora.26.q.7.& in c.accedens.50.diſt.Sed primam tenet Arch. in c.latorem.33.q.2. dicens ibi, quòd glo. in d.c.accedens. & tex.in d.c.latorem procedit:quia Papa ibi conceſſerat:& idem replicat in c.2.in ſi. 19.diſt. gl.autem in d.c.tempora.loquitur, quando ſubeſſet magna cauſa,per l. ſi hominem.ff.mandat.iu ea allegatam. Facit,quod ponit Roma. ſing.ſuo 480.incip.ſed an poſſit epiſcopus.

b *Adulterio*] *Facit etiam quod habetur p do. Socin. in conſil.157. incip.Præſens cõſultatio pulchra eſt. Quod homicidium inter alia crimina grauius reputatur. Vbi etiam,an maius,quàm furtum.* / *cõcludẽdũ eſt indubitanter.cũ 7.alijs uerſ. in 2. parte, charta 10.*

SVMMARIVM.

1 *Vaſallus eſt conueniendus coram domino feudi, etiamſi dominus feudi ſit clericus, dum modò actor poſſit ibi iuſtitiam habere.*
2 *Iuriſdictio ordinaria reſpectu certi generis non poteſt prorogari ad diuerſas cauſas & diſſimiles cauſis expreſſis. Hæc regula limitatur quatuor modis.*
3 *Poteſtas ſi datur alicui reſpectu certæ qualitatis,libellans dẽt ante omnia uerificare illam qualitatem.*
4 *Iuriſdictio quando detur cumulatiuè,uel priuatiuè.*
5 *Sententia ordinarij lata ſuper feudo, an ualeat,non data aliqua negligentia domini feudi.*
6 *Vaſalli poſſunt prorogare iuriſdictionem in feudo franco.*
7 *Ordinarius debet cognoſcere de feudo, quãdo eſt quæſtio inter uaſallum & alium tertium, quem conſtat non eſſe uaſallum*
8 *Alium caſum ponit, quando ordinarius de feudo cognoſcit.*
9 *Ordinarius cognoſcit de feudo,quando uaſalli in materia feudi non cognoſcunt eandem dominum: Item, quando eſt quæſtio inter uaſallum & dominum feudi.nu.10.*
11 *Pares curiæ non cognoſcunt de feudo,quando non agitur conditione ex lege feudali.*
12 *Ordinarius cognoſcit,quando eſt quæſtio inter libellarios.*
13 *Ordinarius eccleſiaſticus cognoſcit de feudo,quando eſt quæſtio feudalis habens, radicem in materia iuramenti, de quo agitur.*
14 *Vaſalli an in iudicio poſſeſſorio agant coram domino feudi.*
15 *Vaſallus non agit actione furti contra dominum.*
16 *Monachus in uno caſu poteſt accuſare Abbatem.*
17 *Dominium rectum an acquiri poſſit per præſcriptionem.*
re iudicis, quòd iudex ex officio ſuo poteſt procedere ad commodũ priuatum, etiam ſi non petatur à parte. Et hoc modo limitabis communem opi. ✱ quæ tenet, quòd iudex nõ poteſt procedere ad commodũ priuatũ, ſi illud non petatur à parte. De quo uide dom. Abba. in c.j. de accuſat. in 3. col. in fi.

ctionis, ſecundum Imol. ut ſuprà dixi. Et
eſt caſus in dicto c. innotuit, iuncta glo. in
c. cupientes. §. cæterum. in uerbo, contu-
macia. de electio. in 6. Tertiò in caſu, in
quo pars eſſet abſens, ſecundum Sal. in d.
l. licet. C. de procurat. quod non affirmo.
Et ſic ex prædictis concludo, quòd iudex
ex officio ſuo non inquirit de mandato
procuratoris, niſi in tribus caſibus prædi-
2 ctis, ut dixi. ¶ Conſenſus † neceſſarius ad
agendum, non eſt neceſſarius ad impetrã-
dum. Ita Abba. hic. Idem tenet Imol. in c.
edoceri. de reſcript. in 6. colum. & eſt deci.
Rotæ 6. in nouis, in tit. de iudi. incip. Item
quòd ualet commiſſio. ubi dicunt domini
de Rota, quòd ualet commiſſio facta per
reſcriptum impetratum à filiofamilias ſi-
ne; conſenſu patris, & quòd ſufficit i-
pſum habere conſenſum, quando poſtea incipiet agere.
Ratio: quia non refert, per quem preces porrigantur. Et
facit gloſſ. in l. j. C. qui admit. Ad quæ dicit, quod filiusfa-
milias poteſt implorare officium iudicis, licet non poſſit
agere. Contra hoc tamen facit, quia uidetur, quòd imo:
quòd ille, qui repellitur ab agendo, debet etiam repelli
ab impetrando: quia difficilius eſſe uidetur impetrare, quàm
agere. Nam iudicium factum cum excommunicato coram
ordinario parte non opponente tenet & ualet, ut uidimus
in c. præcedenti, intelleximus. & tamen repellitur ab im-
petrando, c. j. de reſcript. in 6. Ergo difficilius eſt impetrare,
quàm agere. S O L. Dic, quod excommunicato prohibitũ eſt
utrunque, ſcilicet impetrare & agere: & quòd iudicium ua-
leat cum eo, ſecundum quod diximus in d. cap. intellexi-
mus. non eſt, quòd hoc ſit ſibi permiſſum, ſed eſt fauore iu-
dicij, ex quo pars non oppoſuit: ſed hic non reperitur, quòd
conuentus ſit inhabilis ad impetrandum: ideo nimirum, ſi
ualet impetratio. Non ſic in excommunicato, qui eſt inha-
3 bilis, d. c. 1. de reſcript. in 6. ¶ Vbi † materia eſt ardua, ſem-
per prælatus debet requirere conſenſum capituli: & ſic econ-
trà. Ita Innoc. hic ſingulariter. Addo Innoc. in c. magnæ. de
uoto. ubi dicit, quod epiſcopus poteſt facere ſtatuta, niſi eſſent
ſtatuta ardua & concernentia totum clerũ. Item addo Inno.
in cap. in dubijs. de renunc. ubi renunciationem factam in
manibus prælati dicit ualere, niſi eſſet in eccleſia magna:
quia tunc etiam requiritur conſenſus capituli ultra conſen-
ſum prælati, quia iſtud eſt factum arduum. Item Innoc. in c.
ad aures. de temp. ord. ubi ſingulariter dicit, quòd in arduis
requiritur conſenſus capituli: & hoc dictum allegat Abb. in
cle. 2. de re. ec. non alie. & Lapus alleg. 49. incip. licet ma-
teria. ¶ Sed quòd non requiratur, ſed ſufficiat conſilium
tantùm eſt dictum Inno. in c. 1. in prin. de procur. ubi dicit,
Prælatus in oĩbus cauſis põt ſolus cõſtituere procuratorẽ, niſi
eſſet res ardua. tunc enim ſufficit, quòd requirat conſilium
capituli. Et Arch. in c. hi. 15. q. 8. ubi dicit, quòd cauſas ma-
gnas clericorum non diffinit epiſcopus ſolus ſine conſilio ca-
pituli. Et allego Innoc. in c. 1. de exceſſi. prælat. ubi dicit,
quòd epiſcopus non poteſt imponere graues pœnas cleri-
cis, niſi cum conſilio capituli. Et Io. And. in d. c. magnæ. de
uoto. ubi dicit Innoc. Epiſcopus non poteſt facere uotum de
urbe, Hieroſolymitana ſine conſenſu capitu. dicit ibi Ioan.
And. uel ſaltem conſilio. Sed credo pro concordia poſſet di
ſtingui, quòd aut eſt caſus multum arduus, & tunc requiritur
conſenſus: aut non eſt multùm arduus, & tunc ſufficiat conſi-
lium. Et quæ dicantur ardua, ſtatur arbitrio. Ita Innoc. in c.
edoceri. in fi. de reſcrip. Et dicas, quòd in bonis diuiſis, licet
caſus ſit arduus, non requiritur conſenſus, ſed ſufficit conſi-
lium: ubi uerò bona ſunt communia, tunc requiritur conſen-
4 ſus. ¶ Verùm † monachus canonicus eccleſiæ cathedralis,
poſſit eſſe delegatus Papæ, ſicut canonicus ſecularis? Abb. hic
tenet, quòd ſic. Dicit hic do. And. quòd miratur, quòd Abb.
non allegauerit Cal. in d. c. ſtatutum, ubi ſequitur Arch. & te
net contrariũ eius, quod Abb. hic, & multa alia adducit, quæ
uideas pro opi. Arch. in quam tandem, tanquam ueriorem,
inclinat. Do. uerò meus de Aret. reaſſumit argumenta Cald.
pro opi. Arc & illis reſpondet. Sed finaliter tenet opi. Arch.
quod monachus canonicus non poſſit eſſe delegatus: quem potes
hic uidere. Ego uerò ultra alios aſſumã unam rationẽ, Domi.
in d. c. ſtatutum. in princ. de quo nullus iſtorum fecit mentio
nem, ubi dicit, quòd ius antiquum non corrigitur, niſi quate-
nus appareat, l. præcipimus. C. de app. Poſito ergo, quod c. ſta
tutum. diſpenſaret non in ſimplici monacho, ſed in habente
dignitatem. Sed monachus canonicus non habet dignitatẽ.
Ergo, &c. Secundò moueor ex doctrina Bart. in l. ſi uir. ff. de
uſuca. pro dona. ubi dicit, quòd quando concurrunt duæ cau-
ſæ inſeparabiles, quarum una nocet, altera uerò prodeſt, at-
tenditur, quæ nocet. Sed hic qualitas monachatus eſt inſepa-
rabilis à qualitate canonicatus, & nocet. Ergo debet atten-
di: & ſic monachus canonicus nõ poterit eſſe delegatus. Ter-
tio moueor: nam ubi duo parificantur in aliquo caſu, in alijs
uerò communiter non æquiparantur, non arguitur de uno
ad aliud. Glo. eſt in uerb. prorogamus. in fi. in c. conſtitutio-
nem. de regu. iu. in 6. & ibi Domi. Sed regulares prælati &
ſeculares ſunt æquiparati, ut habetur in d. c. ſtatutum. & in d.
cle. & ſi principalis. Sed in alijs non ſunt æquiparati. Ergo nõ
erit arguendum iſto caſu de canonicis ſecularibus ad mo-
nachos canonicos, cùm iſto caſu non reperiatur facta æquipa-
ratio, ſed tantùm æquiparãtur monachi ſecularibus, quando
ſunt prælati. Præterea ubi in perſona, cui fit commiſſio, ſub-
eſt cauſa inhabilitans, uitiatur commiſſio. Glo. eſt in c. ſtatu-
tum. in prin. in uerb. canonicus. de reſcript. in 6. ubi glo. dicit,
quod ſi cauſa cõmittitur minori 20. annis, licet ſit canonicus, & ſic
aliàs habilis: tñ uitiatur cõmiſſio propter minorẽ ætatẽ, propter
quã redditur inhabilis ad cõmiſſionem accipiendam. Ergo
eodem modo ſi commiſſio ſit facta monacho canonico, licet
ſit canonicus, debet tamen uitiari commiſſio: quia eſt mo-
nachus, & propter hoc inhabilis, per argu. Docto. hic, cùm
debeat ceſſare ab omni ſtrepitu litium, ut liberiùs uacare
5 poſſit, &c. ¶ Sed † quæro, quid ſi monachus eſſet canonicus
eccleſiæ cathedralis ex diſpenſatione, an tunc ſibi fieri poſ-
ſet cõmiſſio? & ſic, an poſſit eſſe delegatus? Videtur, quòd ſic:
quia ſolutus eſt ab obedientia, & ſic nulli ſubeſt. Gloſſ. eſt in
uerbo, prelato. ibi, ſec. in cle. in pleriſq;. de elect. & gl. pen. in fi.
in cle. 2. de celeb. miſſ. & text. eſt in c. ne pro cuiuſlibet. 16. q. j.
Si ergo Abbas poteſt ipſe eſſe iudex hac ratione, quia nulli
ſubeſt, ut dicit glo. in c. de præſentium. 16. q. j. Ergo eadẽ ra-
tione talis, cùm per talem diſpenſationem ſit ſolutus ab obe-
dientia, & nemini ſubſit, poterit dari iudex delegatus. Et ita
ſentit Rota in ti. de reſcript. deciſ. 8. incip. not. quod ubi cauſa cõ
mittit. in antiquis. Contrariũ tamen credo uerius, quod non poſ
ſit eſſe delegatus, ſicut non poteſt eſſe quãdo eſt in monaſte-
rio: quia per hoc nõ deſinit eſſe de ordine. Gloſſ. eſt in uerbo,
mendaciũ. in fi. in c. quorundam de elec. in 6. & ibi pulchrè
per Domi. adaptantẽ multas gl. ad hoc, & meliùs per beatum
Tho. 2. 2. q. 185 arti. ult. ubi cõcludit, quod in omnibus compaſſi-
bilibus cum dignitate epiſcopus monachus remanet mona-
chus: & hinc eſt, quòd nunquam deponunt habitum: & tex. eſt
in c. de monachis. 16. q. 1. in uerbo, non debent à propoſito
diſcedere. Sicut ergo monachus, quando eſt in monaſterio,
non poteſt eſſe iudex delegatus, quia non poſſet contempla-
ri, ut hic per Doct. certè ſi quando eſt extra monaſterium,
non debet à propoſito diſcedere: ut d. c. de monachis. Ea-
dem ratione non debet poſſe eſſe iudex delegatus: quia per
hoc non poſſet contemplari & ſic à propoſito diſcederet. Præ
terea monachus non eſt habilis ad promouendũ ad aliquod
beneficiũ eccleſiaſticum, niſi cum diſpenſatione, ſaluo, ubi eſt
cura animarum. Ita dicit Hoſti. & plerique omnes in c. quod
Dei. de ſtatu monach. & Paul. in cle. ſi. de elect. & Domi. in c.
2. 58. diſt. Si ergo non eſt habilis, niſi per diſpenſationẽ, & ſit
cum eo diſpenſatũ, ut poſſit eſſe canonicus, certè iſta diſpen-
ſatio non debet extendi, ut uideatur etiam factus habilis ad
delegationem & ſic, ut ſibi poſſint committi cauſæ, cùm diſpẽ
ſatio non extendat, niſi ad conſecutiua neceſſaria, ut habetur
in c. at ſi clerici. §. de adulterijs ſuprà eod. Et ſi dicas, ergo
eodem modo propter hoc eſſet dicendũ in monacho epiſco-
po: negat hoc: quia prælatus ẽt in religione eſt habilis: d. cle.
6 & ſi principalis. de reſcript. ¶ Vtrùm † ſentẽtia lata pro con
uentu in caſu huius capituli ualeret, dato quòd cõuentus in-
traſſet iudicium ſine conſenſu prælati. Abb. hic tenet, quod
ſic: dicit tñ hic do. And. quòd opi. do. Ant. quod non ualet, eſt ue-
rior. Adducit gl. in l. ea, quæ. C. quomodo & quñ iudex. Et ibi
Bar. qui dicit, quod ideo ſententia lata pro abſente non eſt ua-
lida, ſicut quñ eſt lata contra ſcientẽ non citatũ: quia ſolenni-
tas citationis eſt introducta ad conſeruãdum iuris rigorem.

Vult ergo Bar.dicit ipſe,quòd ubicunque ſolennitas introdu
cta eſt ad rigorem iuris ſeruandum , quia non ſeruata actus
eſt nullus in preiudicium eius contra quem geritur: quòd e-
tiamſi geratur in fauorem eius ſine illa ſolennitate , quòd
actus ſit pariter nullus. Ergo idem erit in caſu noſtro : quia
iſta ſolennitas , quòd interueniat conſenſus epiſcopi, eſt in-
troducta ad rigorem iuris ſeruandum , ut hic per ipſum,ubi
ſuprà.Nec obſtat iſte text. quia Papa hic expreſſit tantùm ca
ſum,quando ſententia eſſet lata contra capitulum,non quod
uellet denotare contrarium, quando eſſet lata pro eo:ſed qa
hoc frequentiùs accidit, etiam eſt ueriſimilius , quòd præla-
tus reclamaret, quando ſententia eſſet lata cõtra capitulum,
quam quando eſſet lata pro capitulo. Et ita reſidet hic ipſe
multùm glorians,& dicens, hoc eſſe ſuum nouum inuentum.
Do.antè meus de Aretio dicit, ꝙ Imol. hic tenet contra do.
Ant.ꝙ imo ſententia ualet, pluribus argumentis , de quibus
hic per eum.Tandem ipſe ita diſtinguit,quòd aliquando con
uentus fuit in iudicio in propria cauſa , ut quando eſt diuiſa .
adminiſtratio:& tunc,quia conſenſus ſuperioris uidetur req-
ri,niſi fauore eccleſiæ,quæ repræſentatur in conuentu.Et iſto
caſu uera ſit opinio Ioan.Aod.Abb. & Imol. ꝙ ualet ſenten-
tia: quia idem eſt in minore,ut hic per Imo. in argumentis.
Sed ſic eſt, quòd diſpoſitio loquẽs in minore.trahitur ad oẽs
perſonas ſimiles.Gl.eſt in l.2.C.de curat.fu.modò cũ eccleſia
& minor æquiparentur:Ergo , &c. Aliquando uerò conuentus
fuit in iudicio in cauſa communi:& tunc tandẽ firmat ipſe,ꝙ
ſententia erit nulla: & ſic,quòd iſto caſu uera ſit opi.do.Ant.
& reſpondet omnibus argumentis factis in contrarium. ¶ V-
trùm autem talis ſententia poſſit ratificari ? Bart.& glo. in l.
ſi mater.§. hoc iur. ff.de except.rei iud. tenent,quòd ſic. Ra-
tio:quia ubi actus eſt nullus propter defectum conſenſus,ſem
per poteſt interuenire conſenſus. Ergo ſi prælatus hic con-
ſentit ex pòſt facto , ualebit ſententia lata pro conuentu. Et
pro hoc eſt caſus in c.ſi quã de.rebus.12.q. 2. Et in eccleſia &
7 minore hoc eſt clarum,& omnes tenẽt. ¶ Sed † an maior poſ
ſit ratificare ſententiam latam pro falſo procuratore,eſt ma-
ior dubitatio: & quòd non poſſit , arguitur primò ſic : nam ſi
dominus ſcit falſum procuratorẽ litigare,& tacet ut expectet
euentum ſententiæ, uidetur eſſe in dolo & fraude, & reſulta-
bit inæqualitas ex hoc: quia nõ ualebit ſententia lata cõtra
ipſum,& tamen ualebit in effectu lata pro eo:& hoc cum diſ-
pendio partis aduerſæ. Ergo nõ debet poſſe ratificare,ne ſur
gat iſta inæqualitas contra l. fi. C. de fruct. & li. expen.Sed
huic rationi reſpondet formaliter hic Areti.ꝙ ubicunque re
ſultat inæqualitas ex dolo,uel culpa eius,contra quem inſur
gat, quòd tunc toleratur inæqualitas,l.eleganter. 10 princ.ff.
de dolo.l.Iulianus.§.ſi pupillo.ff.de acq.hær. Sed hic illa in-
æqualitas ſurgit propter culpam partis aduerſæ,quæ nõ oppo
ſuit exceptionem falſi procuratoris,uel ſaltem non petijt ſibi
caueri de rato:ergo,&c.Nec dicit dominus tunc eſſe in dolo,
ſi eſt uſus iure & facultate ſibi cõpetenti, & imputet ſibi pars
aduerſa,ſi ſibi nõ prouidit,ex quo facillimẽ aduerſus hoc po
terit eſſe ſibi conſultum. Secundò contra hoc arguitur de do
ctrina Salic.in l.ſi tutor.C.in quib.cau. in integr.eſt. non eſt
neceſ.ubi dicit, quòd talis ſententia lata pro falſo procurato
re non poteſt à domino maiori ratificari. Ratio eſt: ratiha-
bitio non poteſt fieri intra tempus,uel in tempore, quo actus
de nouo geri non poſſet,l.bonorum.& ibi Bartol. ff. rem rat.
hab.Sed poſt latam ſententiam non poſſet de nouo ferri ſen-
tentia,neque fieri acta,quia finita eſt inſtãtia,ut l.4. C.depo.
Ergo non poterit ratificari. Sed dato , quòd de nouo poſſet
ferri ſententia , non tamen in tam modico ſpacio temporis
poſſent fieri acta , quo ratificatur ipſa ſententia . Huic arg.
reſpondet hic do. meus , & pulchrè, quem uideas in pen.col.
ad fin. & ſeq. Tertiò contra hoc etiam arguitur de illo mo-
tiuo Salic.ubi ſuprà nam dicit ipſe , hic non cadit ratificatio:
quia quod non eſt geſtum meo nomine, non poſſum ratifica-
re in mei fauorem, ut eſt text.in c. cùm quis.de ſent. excom.
in 6. & regula,ratum.de re.iur.eod.lib. Reſpondet hic Aret.
in ult.col.& bene,& ornatè,quem uideas:& ita reſidet hic do.
8 meus.quòd talis ſententia poterit ratificari.Et † ex prædictis
omnibus & dictis doctorũ in hoc articulo naſcitur pulchra cõ
cluſio, ꝙ ſi res bene geritur , ualet actus ceſſantibus ſolenni-
tatibus,quæ requirebantur,ꝙ aliàs nõ ualeret, ſi malè gerere
tur.Et pro hoc primò allego tex.in c.quia quibuſdam.in fi.de
fideiuſſo.ubi monachus nõ põt fideiubere,& tamẽ,ſi fideiubet
pro utilitate capituli , ualet fideiuſſio. Secundò allego glo.
fin. in c. 1 . de ſchiſma. ubi ualent acta facta per prælatum
ſchiſmaticum, ſi bene geſſit. Item allego gloſſ. fi. in c. & di-
xit dominus. de conſecrat. diſtinct. 2. quæ dicit , quòd geſta
per prælatum hæreticum ualent,ſi bene geſſit . & gloſſ. in c.
nihil eſt. in uerbo, adminiſtrent. in fin.de elect.quæ dicit,ꝙ
ſi prælatus intruſus contraxit & utiliter,ualet contractus: &
gloſſ.in c.qualiter.eod.tit.quæ dicit,ꝙ electus nondum con-
firmatus ſi adminiſtrauit,bene, ualent acta per eũ:& do.Ant.
in c.cùm olim.el 2.de priuilegijs.ubi dicit.ꝙ contractus mo-
nachi , qui contraxit ſine licentia Abbatis ualet & tenet , ſi
bene geſſit & utiliter contraxit . Item allego gloſſ.in l. 2. ff.
de accepti . quæ dicit , quòd ualet acceptilatio ſolius pu-
pilli, ſi ex ea conſequitur liberationem.Et ibi dicunt Ange.
& Imo. quòd ſtatutum prohibens pupillum contrahere ſine
conſenſu propinquorum , non habet locum , ſi utiliter con-
trahit ſine eorum conſenſu.Et idem tenet Ang.conſi. ſuo ul-
timo,& Bald.in l.ij.C.de ſeru. exo. ſe. Item allego Do. in c.
1 . poſt princ. de pact.in 6.ubi dicit , quòd licet clericus non
poſſit facere pactum ſine licentia prælati , tamen ſi facit &
utiliter, ualet. Allegat Ioann. And.hic. Contra hæc tamen
fortiter arguitur : nam alienatio rei eccleſiaſticæ ſine ſolen-
nitate etiam in euidentem utilitatem eccleſiæ non ualet ,
neque tenet. S O L . Prædicta procedunt , ubi ſolennitas
non eſt introducta pro forma , ſed merè in fauorem prohi-
biti,ſecus uerò : ubi pro forma , ut eſt in alienatione rei ec-
cleſiaſticæ.Ita colligit ex his,quæ ſcribit Bal.in l.fi.§.neceſſi-
tatem col.7. C.de bonis, quæ libe. ubi dicit, alienationẽ rei
eccleſiaſticæ fore nullam, non interueniente ſolennitate,in
caſu etiam utili: & Ab.in c.tua.col.2.de his, quæ fiunt à præ-
lato ſine conſenſu cap. quicquid dixerit Bald. in l. quicun-
que. C. eod.tit.C. de bono. quæ lib.& in l.contra iuris. ff. de
pac. Secundò intellige prædicta , niſi ſolennitas eſſet intro-
ducta ad conſeruandum iuris rigorem, ſecundum Bart.in l.
ea quidem. C. quomodo & quando iud. ¶ Tertiò limita in
caſu l.3.§.in bello.ff.de re mili. ubi egreſſus aciem capite pu-
nitur , licet bene geſſerit , ne alius ſub eadem ſpe rumpat o-
bedientiam. Extra uerò illum caſum non credo,quòd ita eſ-
ſet,per text.in cap.fi.§.fi.& ibi gloſſ. allegat illum §.in bello,
22.q.2. ¶ Sed deueniendo nunc ad principalem q. noſtram
9 ſuprà motam , quòd † imo ſententia lata pro falſo procu-
ratore ualeat , & teneat in effectu , & ſic poſſit ratificari: ul-
tra dominum meum allego Pet. de Anch. conſil.123. incip.
Vnus ex procuratoribus Baldaſar. ubi ipſe tenet , quòd imo
talis ſententia poterit ratificari , reprobato Sal. ubi ſuprà
quia omnia geſta nomine meo ratificare poſſum. Item alle-
go Imol. in cap.cùm in iure peritus.de offic.dele.in 13.col.&
ulti. ubi tenet idem. Dicit tamen ibi Imo. quòd Cal.in cap.
cùm olim. quod eſt ſequens , eod.titu. de offic. dele.dicit,ꝙ
imo talis ſententia non poteſt ratificari per dominum, & di-
cit ibi , quòd ita fuit obtentum in curia. Et idem tenet Ro-
ta , quòd non poſſit ratificari talis ſententia , poſtquam eſt
lata , licet antè poſſet , in titu.de procurat.deciſio.1.in anti-
quis.Tamen dicit ibi Imol. quòd ſi caſus occurreret in facto,
res eſſet dubia propter tot diſcrepantias : & ſic Imol.ibi re-
ſidet tandem quodammodo ut perplexus. Sed certè quòd
poſſit ratificari,tenet Angel.in l.licet.ff.de iudi.ubi dicit po
teſt ratificari contra ſe. Ergo certè inconueniens eſſet,ꝙ nõ
poſſet ratificari ꝓ ſe.Et hanc partẽ tenet ẽt do.Floria.in d.l.
ſi tutor. & ibi dicit, ꝙ fuit aduocatus unà cũ Ang. & ꝙ obti-
nuerũt hãc partẽ: Et nõ obſtat, ꝙ aduerſarij intereſt. qa ſibi
imputet,quare nõ oppoſuerit in toto iudicio talẽ oppoſitionẽ
quã potuiſſet opponere.Et ſic cadit rõ dñorum de Rota ubi ſ.
quòd nõ poſſit ratificari:quia hoc eſſet in preiudicium partis.
Et hãc partẽ tenent Doc. infrà allegãdi,&
firmat Imo. in l. ſæpe. col.15.ff. de re iud.
a Et ſic ab iſta opi.tanquã * cõmuniori [a], nõ ẽ
* recedendũ aliquo mõ in iudicãdo & cõſu-
lendo. ¶ Fallit tñ primò hæc opi.cõmunis,
niſi ꝓcurator egiſſet in materia requirẽte
ſpeciale mãdatũ.Gl. in c.nõnulli 1 uerbo,
mãdato poſt princip.de reſcrip.¶ Fallit ſe
cũdo, ubi ꝓcurator mẽtitus eſt ſe eſſe ꝓcu
ratorẽ corã principe. Dictũ eſt Inn.in c.ex
partẽ decani.de reſcri . de quo Bal.in l.fal
ſus.ff.de furtis & ibi Ang.in repe. Contra-

a *Communiori*] *Ad quã materiã uide ẽt latè ꝑ do. Iaſo. May.ĩ d.l.licet.C. d ꝓcur. limitãtem 12.modis,et dicẽtẽ idẽ qđ cõmunis opin. eſt, qđ ꝓceſſũ & ſentẽtiã latã in fauorem falſi procuratoris poteſt dominus*

dominum ratificare, ſiue ſit minor, ſiue maior, per tex. in d.l. licet. ubi Bart. & Doct. ff. de iudic. alleg. in tex.

rium tenent & Imo. & Card. in d.c. nonnulli. ſed male propter ſequentem fallentiam. ¶ Fallit tertiò, ubi allegaſſet ſe habere mandatum coram inferiori. Hæc eſt deciſio Bal. in l. Iulianus. ff. qui ſatiſd. cog. per tex. in l. ſi quis obrepſerit. ff. de fal. ibi, ſi quis obrepſerit præſidi, nihil agit. Et idem tenet Bald. in d.l. licet. ff. de iudic. quia ſi comparuit cum commemoratione mandati, tunc eſt funditùs falſus. & ibi dicit, quòd habuit iſtam fallen. à Bar. uiua uoce. ¶ Fallit quartò, niſi fuiſſet reuocatus, & tamen continuauit: quia tunc geſta per eum ratificari non poſſunt. gl. eſt in l. diſpenſatorem. ff. de ſolu. & in d. c. ex parte. in fi. de reſcrip. & tenet Ang. in l. licet. ff. de iudi. ¶ Limita hoc, niſi ratificarentur in præiudicium domini: quia tunc bene poteſt ratificare. Imo. in c. mandato. de procur. in fi. & ibi dicit, quòd ſi talis procurator exegit à debitoribus, & præſtitit cautionem de rato, quòd liberatur procurator, ſi dominus habuit ratum. ¶ Fallit quintò, niſi ratificatio eſſet in præiudicium tertij. Ita Bald. in l. obſeruare. §. fi. ff. de offi. proconſul. Quod intellige uerum, niſi alteri poſſet culpa aſcribi per ea quæ dicta ſunt ſuprà. ¶ Fallit ſextò, niſi ſtatutum requireret mandatum: quia tunc non ſufficit ratihabitio. Bald. in l. ſi uxorem. in 2. col. C. de cond. inſer. & in d.l. obſeruare. §. fi. Ratio: quia ſtatutum requirit caſum uerum. l. 3. §. hæc uerba. ff. de neg. Sed ratihabitio eſt fictum mandatum. Ergo, &c. ¶ Fallit ſeptimò, niſi eſſet ſententia lata contra abſentem non contumacem: quia tunc ille, pro quo eſt lata, non poteſt habere ratam. Ita Ang. in d. l. licet. ff. de iudi. & ibi dicit ſe audiuiſſe uiua uoce à Bar. rationem, de qua ibi per eum uideas: & ponit Rom. ſingu. ſuo, de quo infrà in 9. fall. ¶ Fallit octauò, niſi uictori poſſit imputari mora circa ratificationem. Ita Bald. in d.l. licet. alleg. not. in l. j. ff. de neg. geſ. ¶ Fallit nonò, ſi pronunciatum fuiſſet, mandatum non ſufficere. Hoc uoluit Bald. in authen. ei, qui. in 1. col. C. de temp. ap. Ratio: quia ratihabitio domini poſt ſententiam nō poteſt trahi retro in præiudicium iuris iam quæſiti parti aduerſæ ex ſententia. De quo facit feſtum Rom. ſing. ſuo 679. inci. tu audiſti. l. ſi tutor. ¶ Decimò fallit, niſi procurator eſſet admiſſus cum cautione de rato, iuncta proteſtatione, quòd ſi apparuerit eum non habere mandatum, omnia habeantur pro infectis: tunc enim geſta per eum non poſſunt ratificari. Iſta eſt practica, quam dat Bart. per illum tex. in l. inter quos. §. ſi alieno. in fi. ff. de dam. infec. Et ibi dicit Imo. eſſe mirabile hoc in practica, & meminit de hoc etiam Lud. in ſingulari ſuperiùs alleg. & pro hoc facit, quod uult do. Ant. in c. 1. in 6. colum. de re iudic. ubi dicit, quòd licet appellans uideatur approbare geſta per quemcunque, tamen fallit, niſi appellans appellaret dicendo, Saluo mihi iure dicendi de nullitate. quia ſi appareret ſententiam latam ad inſtantiam procuratoris incompetentis, tunc ille non obſtante appellatione poterit opponere de nullitate mandati. ¶ Fallit undecimò, niſi eſſet talis, qui non fuit, nec potuiſſet eſſe procurator: tunc enim geſta per illum non poſſunt ratificari. Glo. eſt in d.l. licet. ſuprà alleg. & ibi. Bald. Et eſt ratio: quia ratificatio non poteſt ſupplere circa defectus ſubſtantiales. ¶ Vltimò & duodecimò fallit in geſtis à nuncio falſo: quia ratificari non poſſunt: quia ibi eſt totale mandatum. Ita Cy. & ibi Bald. in l. multum. C. ſi quis alteri, uel ſibi. & Bart. in l. qui autem. §. fi. ff. de conſti. pecu. & in l. falſus. §. j. C. de furtis. & in l. obſeruare. §. fi. ff. de offi. procon. & leg. Et hanc fallentiam approbat & ſequitur Pe. de Anch. in c. fi. in 2. col. de procurat. in 6. Et per hæc remaneat expedita pro nūc hæc decretalis.

SVMMARIVM.

1 *Brachium ſeculare non inuocatur, niſi in ſubſidium.*
2 *Clericus an poſſit capi pro criminali cauſa de mandato epiſcopi.*
3 *Clericus criminoſus fugiens, an poſſit capi a laico ſi eius nō interſit.*
4 *Clericus debitor fugiens, an poſſit licitè capi à laico.*
5 *Notorium an ſiat. ſi quis capiatur in flagranti crimine, ita ut poſſit puniri abſque alia probatione.*
6 *Statutum ut puniri deprehenſum de nocte, non habet locum in uiſo de nocte.*
7 *Epiſcopus ſi non poterit emendare clericum, debet iudicio regis in exilium mitti.*
8 *Eccleſia an poſſit aliquem priuare militia in foro pœnitentiali & contentioſo.*
9 *Iudex ſecularis an poſſit apprehendere clericum data una incorrigibilitate.*
10 *Beneficium, quo quis eſt priuatus, ipſo iure non poteſt alteri conferri, niſi præcedat declaratio.*
11 *Terminus ad defendendum an debeat dari in materia notoria.*
12 *Appellari licet non poſſit à pœna legis, uel ſtatuti, tamen à ſententia declaratoria pœnæ bene appellatur.*
13 *Epiſcopus non fit irregularis, licet clericus moriatur in carcere, niſi ei denegata fuerint alimenta.*

CAPITVLVM X.

CVM NON AB HOMINE. ¶ Clericus depoſitus incorrigibilis excōmunicandus eſt, & ſucceſſiuè anathematizandus eſt: & ſi ſic non reſipuerit, per iudicem ſecularem comprimēdus eſt. H.D. ¶ No. hic do. meus in 5. not. col. j. quòd dictio, Alius, facit, q̧ clauſula ſequens reſtringatur ad ſimilia expreſſis. Circa hoc non inſiſto: ſed uide, quæ poſui in cap. ſedes col. 2. & tribus ſeq. & in 6. col. in uerſ. ſecunda declaratio, & in 7. col. in uerſ. quarta declaratio. & col. fi. ſuprà de reſcrip. ¶ Not. hic do. An. quòd
1 † brachium ſeculare non inuocatur, niſi in ſubſidium. Et uide de hoc in c. j. de offic. ordi. ubi multa poſui anno præterito. ¶ In gloſſ. j. Dicit hic Abbas, quòd poteſt clericus fugiens etiam capi per laicos. Dicit hic do. And. quòd pro opinione Abb. facit dictum Bal. in c. 1. §. ſi quis. de pa. iur. fir. in uſibus feud. ubi dicit, quòd clericus malefactor poteſt capi à laico, ut præſentetur epiſcopo incontinenti, per dictū
2 Inno. in c. ut famæ [a], de ſen. ex com. ſecundò. Pro Abb. allegat etiam Bal. in l. ſi qua per calumniam. C. de epiſco. & cleri. Sed contra Abb. pro opi. Hoſt. & do. Ant. allegat Bald. hic, qui dicit, quod ſi cuſtodes uillæ tenentur capere malefactores, non poſſunt capere clericos; quanto ergo minùs priuati. Sed reſpondit, quòd Bald. non loquitur in caſu fugæ. Dicit tamen domi. Andr. hic poſt Bald. quòd ſi clericus fugeret cum pecunia, poſſum capere, niſi reſtituit pecuniam incontinenti. Tandem hic ipſe in 12. col. ſic diſtinguit: an clericus fugiens poſſit capi, quòd aut crimen eſt committendum, & iſto caſu licita eſt captura, & habet locum opin. domi. Abb. aut uerò crimen eſt iam commiſſum, & tunc non habet locum opi. Abb. ſed contraria Hoſti. & domi. Ant. primò allegat pro hoc gloſſ. in ca. 2. de hæret. ubi dicit gloſſ. quòd in crimine committendo poteſt inferior corrigere ſuperiorem: non ſic in iam commiſſo: quia tunc ſolus ſuperior corrigit. Secundò allegat Archid. in c. ſi putauerit. 2. q. 1. in 4. col. ubi dicit, quod correctio fraterna, de qua in c. nouit. infrà eo. eſt de præcepto, in eo qui uult committere crimen, ut teneamur corrigere ipſum: ſecus in eo, qui iam commiſit. Tertiò allegat domi. Ant. in c. ex parte Adę. de teſti. ubi dicit, quòd contra clericum promouendum auditur quilibet de populo, ſed non contra iam promotum. Item allegat Innocen. in c. 1. de poſtul. ubi dicit, quòd in crimine committendo poteſt inquiri ſine infamia: ſecus in iam commiſſo. & Abb. in c. cùm in tua. de ſponſ. ubi infamis poteſt denunciare crimen committendum, ſed non iam commiſſum. Allegat & alia multa, de quibus hic per eum in d. 12. colum. & ſeq. Et ſic ex prædictis concludit ipſe, quòd eodem modo debemus dicere, quòd laicus poſſit capere clericum uolentem committere crimen: ſecus, ſi iam commiſiſſet: quia tunc non eſt licita captura. Et mouetur primò, quia ad eos ſpectet captura clericorum, ad quos etiam ſpectat ipſorum correctio, ut probatur in d. cap. ut famæ. Sed correctio clerici nullo modo ſpectat ad laicum. Ergo etiam ad eum non ſpectabit captura. SOL. Negatur hoc, quòd qui non poteſt corrigere, non poteſt capere. Nam Innocen. in d. cap. ut famæ. laicus, ut familia poteſtatis poteſt capere clericum incorrigibilem, ut ibi dicitur: & tamen non poteſt corrigere. Iſta ſol. non placet mihi: quia illud non dicitur

a Vt famæ] Et ibidem ad hoc uide Panor. in j. col. in fi. uerſ. & infert. & pulchrè hic in 4. columna, ī prin. in uerſ. & hoc ratione puto. Et adde plenè per domi. Alexan. de Imo. in l. 3. ff. de furt. ubi etiam ad hoc uide Bart. & adde Lapum in alle. 126. col. 127. & Bal. in Marg. uerſ. clericus uerſic. 18.

a *In criminali*] *Adde tu, quòd clerici delinquentes poſſunt capi, ut præſententur epiſcopo, etiam à laico. & hoc in ipſo actu delinquendi, uel immediatè poſt: ſed ex interuallo nemo poteſt eos capere, niſi ex conceſſione epiſcopi. De qua uide Ioan. And. in c. ut famæ. de ſen. excom. Adde Bart. in l. ſi uniles. C. de exhib. reis. do. Alex. de Imo. in l. ait prætor. §. ſi debitorem. ff. de his, quæ in fra. Credi. Et ideo dicit Bal. Ange. & Imo. in c. qui ergo. §. ſi hæres. ff. de leg. j. quòd pater inueniens clericum adulterantem cum filia, ſi ipſum occidat, non incurrit pœnam Canonis. Adde etiam, quòd pro bono publico quilibet poteſt capere fugientem: ut eſt textus in l. generaliter. C. de deci. lib. 10. no. Bart. in l. neminem. C. de exhibend. rei.*

b *Clericus criminoſus*] *Adde, quia contra doctrinam domi. Abbatis in iſto text. poſitam facit text. in c. ſi uerò in fi. de ſent. excom. ubi expreſſè dicitur, quòd non licet clericum inuentum in adulterio, uel ſtupro, capere, & etiam uiolentas manus imponere, niſi ſint perſonæ quædam coniunctæ, quæ ibi notãtur. Et quamuis poſſet ad illum text. reſponderi, quòd procedat, quando clericus non eſt in fuga, uel non eſt uerisimile, quod fugiat: hic tamẽ multum reſtringit illam rationem, cùm in dubio manifeſtum eſt ſeu uerisimile, quòd deprehenſus in maleficio, timore ne captus ponatur ad torturam, quòd ipſe fugiet, ut eſt caſus notabilis in c. ut fama. de ſent. excom. Et ad hoc facit text. in l. j. ff. de bon. eorum, qui ſibi mort. conſci. & ibi Bart. ubi probat, quòd accuſatio eſt infamans, propter quẽ ille, qui fugit, præſumitur fugiſſe. eadem ratione facias, quod uerisimile ſit, accuſatum debere fugere, & ſic cuſtodiatur: quoniam ſunt timentes præſumuntur mouere quemlibet ad faciendum, ut euadat à periculo: ut patet in tot. tit. quod me. cauſa. Vnde, quia deprehenſus in crimine præſumitur fugiturus, & legis depoſitio facienti regulam, debet adaptari ad ea, quæ communiter contingunt. l. nam ad ea. ff. de leg. Vnde ſi text. ibi in d. §. ſi uerò. de ſent. excomm. uoluiſſet in illo caſu quo clericus non poſſet fugere, uel non eſſet uerisimile, quòd fugeret, non liceret eum capere, non erat ſimpliciter ponenda regula negatiua, cum iſte caſus de facili contingat: & ſic quandocumque contra naturam deprehenſionis in delicto perſonali. Vnde nõ placet intellectus ille ad illam decretalem. Adde ergo, quod ubi clericus eſt repertus in delicto, & continuat delictum, & non deſiſteret à delicto, niſi caperetur à laico, tunc licet cuilibet laico capere eum, & ligare. Ita dicit Abbas in c. ſi uero. de ſent. excomm.*

c *Clericus debitor*] *Adde tu, quòd clerici, uel monachi in ſacris conſtituti non poſſunt capi etiam per iudicem eccleſiaſticum, pro debito ex contractu, uel quaſi. Ita Io. And. in c. ſi clericos de ſen. excom. in 6. ſcilicet ſi ipſi debitor ex delicto, uel ex contractu ratione delicti. Ita Scribentes in c. j. de depo. ſicut etiam uidemus in debitoribus, in l. medicos C. de profeſſ. & med. lib. 10. Adde tamen, quod ſi clericus fugeret cum re, quam ſurripuit, nec ex ſolo clamore dimitteret, tunc laico licet capere clericũ. at hoc non intelligas, quòd ſi clericus debitor aufugit adeò quòd aliter ipſi creditori cõſuli nõ poſſit, tunc liceat ipſi creditori laico capere clericum debitorem fugientem: ut hic per do. Abbat. quẽ oẽs ſequũtur.*

in d. c. ut famæ. habeat locum ad mandatũ prælati, ad quem pertinet correctio. Et ratio eſt, ut ibi dicit tex. quia tunc laici ipſi capere non uidentur, ſed prælatus, qui mãdauit: quia qui per alium, &c. Ergo innuit, quòd aliàs non liceret ſine mandato. Ergo contrà ſol. do. Philip. Symon.

ADDITIO. *Vnde melior eſt alia ſol. quã dat hic do. Philip. quòd cap. ut famæ, non loquitur de clerico fugitiuo: tamen adhuc iſta ſol. poteſt morderi, quia rõ dicti c. ut famæ. eſt generalis, ut ad quos nõ ſpectat correctio. Phil. Sy. &c.*

Secundò mouetur Barb. per illud, quod ſcribitur in c. ſacerdotibus. 11. q. 1. ubi dicitur, noli tangere Chriſtos meos: ergo uidetur, quòd etiam non poſſit capere. SOL. Sequeretur, quòd etiam de licentia capi non poſſent, quod eſt contra dictum c. ut famæ. Sed iſta ſol. poteſt morderi, ut præcedens. Tertiò adducit j. c. de homi. in 6. arguendo ibi per locum à ſpeciali: ergo in aliis caſibus in contrarium eſt ius commune. SOL. Dic, quòd ibi eſt ſpeciale, quòd capiatur. etiam non fugitiuus: ſed quòd fugitiuus capiatur, nõ eſt ſpeciale: quia hoc eſt de iure cõmuni, ut hic per Abb. ¶ An autem liceat capere clericum debitorem fugientem? Dicit hic do. And. quòd omnes doctores errant, allegando l. ait prætor. §. ſi debitorem, ff. quæ in frau. cred. quia ille §. non dicit, quòd licitum ſit capere perſonã: ſed quòd ſi fugit, quòd licet mihi capere pecuniam, quam ſecum portat. Secundò allegat, quòd non poſſit capi clericus, Imo. & Hoſtien. in c. 1. de depo. ut hic uidere poteris in 13. col. 3. uerſi. capio. Ideo non tranſcribo. ¶ Dominus uerò meus de Arc. Ine in 2. & 3. col. multa ſcribit, & tandem concludit, quòd aut loquimur in delicto committendo, & procedit dictũ Abb. & ſequacium, ut clericus retrahatur à delicto. Aut uerò loquimur in delicto iam conſummato: & tunc non habet locum opi. Abb. rationibus, de quibus hic per eum, quẽ uideas, qui ponit etiam, qualiter debeat intelligi licentia conceſſa poteſtati ſeculari de capiendo clericum, ſecundum conſilium do. Anton. hic: & diſtingue, ut hic per ipſum poſt Ancha. in regula, ea, quæ fiunt. in 21. q. ad fi. ¶ Verum autem clericus fugiens, qui eſt ſuſpectus debitor, poſſit à me capi, uide etiam hic ipſum 10 4. col. in uerſ. quæritur, nunquid, qui tandem concludit, quòd ſic: & idem tenet Imo. in c. j. de depo. dicens hic Arc. quod licet regulariter ſit uerum, quòd clericus capi non poſſit pro debito ciuili, fallit tamen ubi eſt ſuſpectus de fuga, per dictum Imo. in dicto c. 1. de depo. quam opini. dicit eſſe multum æquam.
2 ¶ Sed † tu uideas Gemi. 45. diſtin. in ſumma. ubi ponit tria. Et primò dicit, quòd in
a criminali a nunquam eſt licitum capere clericum etiam de mandato epiſcopi: & qui capit, eſt excõmunicatus, niſi ſit incorrigibilis: & hoc fuit dictũ Archi. ibi. ¶ Item dicit, quòd ſi iudici non cõſtat, nec per probationes, nec per præſumptiones quòd deliquerit, quòd capi non poteſt, & capientes ſunt excommunicati, etiamſi illis cõmittatur. Hoc dicit Ioã. An. in c. ſi clericos. C. de ſen. excommu. in 6. per tex. ibi in uerbo, exceſſis commiſſos. & ibi dicit, quòd multi illaqueantur ignoranter. Si uerò conſtat præſumptiuè, tunc bene poteſt capi. Ita Domi. ibi allegat c. j. de depo. ibi non conſtabat clericum habuiſſe pecuniam: ſed quia Papa audiuit, quòd habebat loculos, fuit captus. Secundò pro hoc allegat text. in c. ſuper eo. de crimi. fal. ubi clericus utens literis falſis ponitur in carcere, & tamen non conſtabat quòd falſificaſſet. Tertiò allegat cle. 1. de hære. ubi inquiſitor poteſt ponere ſine epiſcopo clericum hæreticum in carcerem, ſed non ad torturam ſine epiſcopo: modò ad torturam quis non ponitur, niſi in defectum probationis. Ioan. And. in c. cùm in contemplatione de regu. iur. in 6. Ergo fuit capiens ibi ad præſumptionem: quia ſi cõſtitiſſet ex ueritate delicti, non eſſet opus ponere ad torturam. Præterea allegat c. ut inquiſitores. § j. de hæreti. in 6. & ibi etiam dicit, quòd ſi capi non poſſet, niſi conſtaret de delicto, ſequeretur quòd nunquam torqueri poſſet: quia tortura fit ſolũm, ut cõſtet. Ergo eſt ſignũ, quòd poteſt capi ex præſumptione. Ita reſidet ibi ſuprà Domi. ubi diſcutit illud dictum Archi. ibi & Io. Andr. in d. c. clericos. Et iſta omnia reaſſumit etiam Domi. in d. c. clericos diſcutiens, an bene loquantur Archi. & Ioan. And. & ibi dicit nõ obſtare huic ſuæ concluſioni tex. in c. ſi cuſtos 27. q. 1. quia dicit ipſe, quòd loquuntur de captura & carceratione perpetua, quæ propter delictum uenit loco pœnæ. Ex iſta dicit ipſe. Bene fateor non poſſe fieri, niſi
3 plenè conſtet de delicto. Clericus † cri-
b minoſus b fugiens poteſt capi à laico, etiamſi ciuis non interſit. Ita Abbas hic, & Car. in cle. j. in j. q. de offi. or. & ibi Imo. in 2. col. Et dicunt ipſi: Excõmunicatio non incurritur, niſi pro peccato mortali, c. nemo 11. q. 3. Sed capiens clericum criminoſum non peccat: quia hoc facit authoritate l. capite quinto. ff. de adul. quæ non eſt correcta per c. ſi quis ſuadente 17. q. 4. Et faciens aliquid authoritate legis, non dicitur peccare, l. Gracchus. C. eod. tit. de adulter. & c. qui peccat. 23. q. 4. cum ſi. Et hanc partem tenet Ang. in d. l. ſi quis, in ſeruitute. ff. de fur. Domi. in c. ſi quis clericum 1. diſt. ubi limitat niſi poſſet adiri ſuperior & Bald. in §. furtorum. Inſti. de obliga. quæ ex delic. & Lap. alleg. 126. incip. Quidam in carceribus publicis. Sed certè ibi nihil dicit. Non ob. c. ſi uerò de ſenten. excommun. quia licet fuga in procinctu tantum operetur, quantum fuga in actu: glo. & Bal. in l. pignoris. C. de pigno. tamen ibi non apparet, quòd eſſet in procinctu fugæ clericus, nec eſt uerisimile; maximè ubi non eſſet deprehenſus in flagranti crimine; & non à pluribus. Et in effectu tandem teneas iſtam opi. propter tot & tantas authoritates, ſi bene animaduertiſti. Licet hic Docto. uaria dicant, tamen communiter omnes quaſi in hanc opi. inclinant. Item etiam ex prædictis dictis Docto. hic po-
4 teſt colligi, quod communiter tene-
c tur, quòd † clericus debitor c fugiens

teſt

poteſt licitè etiam à laico capi. Et pro iſta concluſio-
ne eſt dictum Archidiac. in cap. abbatis. 19. quæſtio. 2. &
domin. Anton. in dicto capitu. ſi uerò. de ſenten. excommu-
nicat. Imo. in capitu. lator. in ſecunda colum. de pign. Abb.
in c. ut famæ. de ſenten. excommunica. & Imo. & Cardin. in
dicta clemen. 1. de offic. ord. dummodò, quàm citiùs fieri po-
teſt, præſentetur epiſcopo, ſecundum Hoſt. in d. c. ſi uerò. & do.
Ant. ibi. Item, niſi offerret ſatisfactionem propriam, uel cau-
tionem idoneã: quia ſi ille non acceptat, erit excommunica
5 tus, ſecundum Bal. hic. ¶ † Vtrùm autem deprehenſio in fla-
granti crimine faciat notorium, quòd poſſit puniri abſq; alia
probatione? Do. Abb. hic poſt aliqua concludit, quòd de-
prehenſio laicorum tunc demum inducit notorium, quando
induceret etiam notorium contra laicum deprehenſum à lai
co. Sed aduerte: quia Abbas hoc non dicit, ſed bene dicit, q
in caſibus, in quibus non induceretur notorium, ſi laicus de-
prehenderetur à laico, uel clericus à clerico, tanto minus fa-
ceret notoriũ, ſi clericus deprehenderetur à laico: nõ autẽ di
cit, quòd in caſu, in quo laicus deprehenditur à laico, & facit
notorium, q etiam iſto caſu faciat notorium contra deprehẽ
ſum à laico: & uide Dom. in c. ſi quis diaconus. 1. diſ. ubi tenet
idẽ in fi. et uide gl. & tex. & ibi Dom. in c. de his. 1. diſtinct. &
bene facit tex. in c. ſi Papa. in uerbo, deprehenſus. & ibi Dom.
40. diſt. & in c. ſi laici & ibi Domi. 34. diſtinct. & in c. cleri-
cus. lo 2. & ibi etiam Domi. 46. diſt. Et iſto caſu ſcias, quòd ad
probandam infamiam laicus facit indicium, & non dicitur
per hoc teſtis contra clericum: ſed potiùs dicitur quædam exa
6 minato ad informandum. ¶ Si † ſtatutum punit deprehen-
ſum de nocte, non habet locum in uiſo de nocte. Ita An-
ge. in l. 3. C. de petit. bono. ſubla. lib. 10. Allegat bonum
tex. in l. ſi barſatorem. C. de fideiuſ. ubi non dicitur inuen-
tus, qui ſolùm fuit uiſus, ſi etiam non fuit deprehenſus.
¶ In gloſſ. in uerbo, excommunicari. uide hic Abba. in
5. col. in uerſicul. nunc uenio. qui ſequitur Io. Andr. quem
& ego ſequor. Vide, quæ poſui in c. Paſtoralis. §. preterea.
de offi. ordi. in gloſſ. in uerbo, poſtmodum. Hæc gloſſ. bene
loquitur in omnibus, & de hoc uidimus in c. at ſi clerici. ſu-
7 prà eod. Ideo omitto. ¶ Reſpectu † pœnæ exilij uide text.
in c. 2. de clerico excom. miniſt. ubi dicit tex. ſi epiſcopus
uerò minimè emendare potuerit, iudicio regis in exiliũ ad
requiſitionem epiſcopi mandetur. Nec obſtat c. 1. de calum.
quia non loquitur propriè de exilio, propter doctrinam Ar-
chid. in c. cùm beatus. 45. diſt. ubi declarat, qualiter canon ha
bet tria exilia. Et ſic tex. noſter in fin. loquitur de proprio
exilio. Vltra Abb. hic, quas pœnas habeat eccleſia, uide c. quã
8 uis de pœnis. in Sexto, & in c. à nobis. de apoſtatis. Item † ec
cleſia poteſt aliquem priuare militia, & in foro pœnitentiali
& contentioſo. Tex. eſt in c. præceptum. in uerbo, & à Palati-
næ dignitatis officio ſeparabunt. 32. q. 5. & in c. nullus. el 3.
11. q. 1. in uerbo, cinguli condemnatione plectetur. & in c. 2.
de pœni. & remiſ. in uerbo, militiæ cingulo careat. Item adde,
q aliquando canon oſtendit, qua pœna poſſit ſecularis puni
re clericum. Ita intelligitur tex. in c. ſi in ſynodo 63. diſt. in
uerbo, ultimis ſupplicijs. & ibi Archid. dicit, denotat pœnam,
quam ſecularis poteſt imponere: & eſt tex. in c. omnis autem.
ibi, capite plectatur. 3. diſt. Nam intelligitur, id eſt, per eum
qui poteſt: & in c. delatori. 5. quæſt. ſexta, & ibi gloſſ. in ca. ſi
quis rapuerit. 28. quæſt. 1. in uerbo, capitali periculo. & Ar-
chid. in c. officia. 24. q. 5. ubi dicit, quòd princeps faciens le-
gem, per quam ſequatur mors hominis, non fit irregularis:
quia non animaduertit per hoc in certam perſonam, nec uo-
luit aliquem occidere, quãdo legem fecit, ſed homines deter
rere ab offendẽdo & maleficia perpetrando: & uide tex. in c. ex
literis. de exceſ. prælato. ubi imputatur illi epiſcopo, q dixit
eſſe malum, q nõ moreretur: & ibi dicitur, q eſt irregularis:
ſed illud ideo ibi fuit, quia erat in facto: ſecus, ſi de iure reſpõ-
diſſet, nec fuiſſet in facto. Et ideo idẽ dicendũ, ubi fit lex ge-
neralis de puniendo cõmittens tale delictum. Non enim de-
ſignatur p hoc certa perſona. Item adde prædictis, q aliquan
do eccleſia ponit aliquẽ in perpetuo muro. Tex. eſt. in c. 1. in
uerbo, perpetuò immurandus. de hæret. in Sex. & in c. ut com
miſſi eo. tit. in uerbo, Carcere, uel muro. Itẽ imponit mulieri,
quæ habuerit duos uiros, ut ſibi tondeantur ueſtes, & abſindã
tur crines, & publicè uituperet. Text. eſt in c. de Benedicto. &
ibi gl. 31. q. 1. Et q pro ſimilibus criminibus eccleſia poſſit ui
tuperare committentes, eſt etiam tex. in c. epiſcopi. 26. q. 5. &
in c. cùm haberet. ibi, publicæ pœnæ ſubijci. de eo, qui duxi
in mat. quam pol. per adult. Item prædictis adde tex. in c. ad
audientiam. de crimi. fal. ubi ſignatur in facie falſans literas
principis, quæ pœna imponetur per manus iudicis ſecularis,
licet de iure ciuili talis pœna non imponatur, l. ſi quis. C. de
pœnis. Et ibi dicit Angel. not. ad ſtatuta innuens, quòd ta-
lia ſtatuta, quę mandant aliquem bullari, ſint illicita. ¶ Ex-
communicatio dicitur maximus gladius in eccleſia, ſcilicet
gladius diſciplinans: ſed non eſt maximus eradicans. Ita
Doctor. in cap. pro humani. de homi. lib. 6. & Ioann. de Ana.
in cap. qualiter lo 2. in princ. col. pen. de accuſa. ubi ſequitur
Domi. Et in impoſitione iſtarum pœnarum aduerte ad il-
lud, quod dicam in fin. Et de pœnis eccleſiæ uide etiam ple-
9 nè Hoſti. in tit. de pœnis. §. quas pœnas. ¶ Vtrùm † autem
data una incorrigibilitate poſſit ſecularis ſtatim eum appre-
hendere? Dicit hic domi. And. quòd eſt opus requiſitione e-
piſcopi, ut dicit Hoſti. & ſic contra Abb. & dicit ipſe, de hoc
eſſe tex. in c. 2. in uerbo, ad requiſitionem de cleric. excõmu.
mini. Præterea dicit ipſe, reliquiæ clericatus remanentes in
tali clerico facinoroſo & incorrigibili, habẽt per aliquid o-
perari. Et ideo dicit ipſe, q ſecularis non poſſit ſtatim ap-
prehendere. Præterea dicit, q imo etiam uidetur, quod opus
ſit ſententia declaratoria circa hoc, ut hic dicit domi. Car. &
ſic in hoc tenet etiam contra do. Abb. & dicit ipſe, quòd ſibi
uidetur per iſtum tex. quòd talis ſententia declaratoria non
ſit interlocutoria, ut inquit Card. ſed imo quaſi definitiua, ut
hic latè per ipſum col. 22. & tribus ſequen. quem uideas. A-
liter uerò in hoc & pulchriùs & meliùs & ſubtiliùs diſtinguit
hic do. meus de Are. hic in 4. col. & ſeq. cuius dicta aliter nõ
tranſcribo, cùm uideri poſſint. Sed ex omnibus dictis Docto-
rum hic cõmuniter ⁎ collige, quòd poteſtas circa hoc data
ſeculari non exercetur, niſi declaretur qualitas ipſam con-
ferens, per text. in c. cùm ſecundum. de hæret. in 6. in fin. Per
quem dixit Abbas in cap. qualiter. in fin. infrà eod. quòd ſi
poſſeſſio clerici tributoris principis ſecularis caderet in com
miſſum, non poteſt princeps in illam extendere manum, niſi
priùs declaretur per iudicem eccleſiaſticum, quòd inciderit
in commiſſum, per illum text. Dicit etiam Abb. in c. uerùm.
de fo. comp. in ult. col. quòd licet eccleſia non ſeruet pactum
appoſitum in contractu & traditione rei, quòd tamen nõ po-
teſt laicus propria authoritate capere rem, quaſi contractus
ſit reſciſſus propter pactum non ſeruatum, niſi priùs ſuper
hoc præcedat declaratoria, ſ. eccleſiam non ſeruaſſe pactum.
Et uide Domi. in c. j. de homi. in 6. §. fin. in 5. col. ubi dicit, q
omnia iura, quæ imponunt pœnam ipſo facto, nunquam
habent locum, niſi præcedat declaratio, ipſum incurriſſe pœ-
nam: & ideo non poterit quis puniri ante illam declaratio-
nem. Et idem dicit Bald. in cap. 1. §. 1. de feud. ſine culpa non
amit. & in auth. qui ſemel. C. quomodo & quando iudex in
2. colum. & in authen. hoc amplius. C. de fideicom. ubi dicit,
quòd in caſu illius authen. requiritur declaratio. Et Bal. in
l. j. in 3. col. C. de cõfeſſi. ubi dicit, q in caſu c. 2. de confeſſis
in 6. requiritur declaratoria: & Bar. in l. eius, q delatorẽ. ff. de
iure fiſ. ubi dicit, q illa fuit prima lex, quę
fecit ſibi honorem in ciuitate Peruſij: ubi
10 dicit, quòd † quis non [a] habetur procon-
feſſo, ſi non reſpondet poſitionibus, niſi
præcedat declaratio. Vltimò allego La-
pum allegatione 127. ubi dicit, quòd bene-
ficium quo quis eſt priuatus ipſo iure non
poteſt alteri conferri, niſi præcedat decla-
ratio. Tamen intricatè loquitur propter
glo. quæ uoluit contrarium, in c. commiſſa
in uerbo, iuſto. in fi. de ele. in 6. Et pro præ
dictis faciunt multa exempla Spec. in tit.
de loca. §. item aliqua. uerſi. 42. & Card. &
Abb. hic. ¶ Limita primo, niſi factum ſit
adeo notorium, quòd nulla opus ſit decla-
ratione: quia tunc ipſo facto pœna eſt in-
curſa. Ita Abb. hic, & in clem. præſenti de
cenſibus. Et iſta eſt limitatio ad omnia
prædicta. Et ponit Bald. in l. iubemus 2. §.
1. C. de ſacro. ſanct. eccleſi. dum dicit, ſi
factum reuocatur in dubium, requiritur
declaratoria. Ergo in facto notorio ſe-
cus. Et idem ſenſit Domi. in d. cap.

a *Quis nõ] Adde tu, q̄d iſtud verum eſt, q̄d cõtumax nõ habetur p cõfeſſo, niſi pnũcietur: immò hoc intelligas p-cedere, ſi legatur: alias ſecus eſt. Ita limitat Bal. in l. j. § 6. col. C. ne ex deli. defunc. Adde pone, q̄d cõtumax moriatur, an talis ficta cõfeſſio tranſeat cõtra hæredes? Vide Bar. in l. manifeſti in fin. ff. de furtis. & Adde Bal. in l. 3. que teſta. fac. poſ. qui ibi limitat dictũ Bar. in d. l. manifeſti.*

cùm ſecundum. & in c. ordinarij. §. quòd ſi fortè. de offi. ordi-
na. in 6. ſubdens utrobique, quòd debet dari terminus ad ſe
defendendum, per illum tex. Quam practicam de aſſigna-
tione termini intelligerem, niſi conſtaret notorium eſſe ta-
le, quòd nullam tribueret excuſationem propter ſecundam
limitationem ſecundæ concluſionis. ¶ Limita ſecundò, quã-
do factum & qualitas iam aderant ante inchoatum iudiciũ:
tunc enim requiritur declaratio: ſecus, ſi competit & adſit
iam inchoata lite. Ita Ioan. An. in Spec. in rubrica de appel.
in fin. & in d. c. cùm ſecundum. & Lap. dicta alleg. 127. & lo-
quitur Io. And. de beneficio ſecundi anni dato appellato im-
pedito, quod beneficiũ competit abſque alia declaratione.
Mouetur per l. ædiles prima. §. item. ff. de ædil. edic. in quo
conſidera, quòd ille caſus nõ differet à caſu de contumace, &
tamen in eo requiritur declaratoria, ut per Bar. in l. eius, qui
delatorem. ¶ Limita tertiò, niſi agatur de pœnis trahenti-
bus ſecum executionem: quia in iſtis non requiritur decla-
ratio. Ita Imo. in c. felicis, de pœnis. in Sexto, quem ſimplici-
ter refert ibi Domi. in 3. col. Iſta eſt una maxima limitatio
ad omnia prædicta. Contrà tamen ſtringit, quòd uult Pet.
de Anch. conſi. 189. incip. Tribus de cauſis in 2. col. ubi lo-
quitur in infamia & excommunicatione lata à canone: & ta-
men dicit, requiri declaratoriam. Item contra iſtam limita-
tionem facit glo. in cle. præſenti. de cenſibus. & in cle. 2. de
pœnis. loquentes de excommunicatione, quæ trahit ſecum
executionem, c. Paſtoralis. in fi. de appel. Sed dicas, quòd il-
læ gloſſ. non loquũtur, quando pronunciatur ſuper executio-
ne, ſed ſuper defectu: quo declarato effectus excõmunicatio-
nis trahitur retrò. Ita dicit Io. An. in d. c. felicis. Non obſtat
dictum conſilium, quia reſpectu excommunicationis aliter
eſt dicendum: quia non tenetur quis euitare excommunica-
tum in diuinis, uel extra, ſuſpenſum, uel interdictum, donec
ſit facta per iudicem declaratio, niſi conſtaret eum ita liga-
tum, ut nulla poſſit tergiuerſatione celari. Ita ſtatuit Marti.
Quintus in concilio Conſtantiæ: & fuit reformatum per Eu-
genium in conſilio Baſilienſi, ante quàm ſchiſma oriretur,
prout refert Archiepiſcopus Florentinus in ſumma de cenſu
ris: ubi diſputando concludit, Papam hoc potuiſſe facere
ad euitanda ſcandala: & ita conſiderauit gloſſ. 3. in cle. gra-
uis. de ſententia excommunica. ſuper qua dom. Abb. de hoc
meminit. Quod no. quia eſt utiliſſimum ſcire. ¶ Limita
quartò in caſu c. periculum. §. præterea. de electio. in 6. ubi
dicit Domi. eſſe caſum ſpecialem, in quo quis eſt priuatus
omni iure, quod detinet abſq; alia ſententia. Conſidera: quia
ibi nihil dicitur de declaratione, niſi dicas, quòd ibi pœna
trahit ſecum executionem. In iſta declaratoria citatur pars,
ut eſt gloſſ. in d. cle. præſenti. de cenſibus. & in d. cle. 2. de
pœnis. & Gaſpar Calderi. & Moderni in c. 2. de ſponſal. & Pe.
de Ancha. in d. conſi. & Docto. allegandi j. ad limitationes.
¶ Limita igitur hoc eſſe uerũ, quando habet diſcuti factum,
ꝓpter quod quis dicitur excõmunicatus: ſed ubi præſuppoſito
delicto pro indubitato quis declaratur excommunicatus
tunc non eſt opus citatione. Ita Romanus conſil. ſuo 482. ad
fi. ubi dicit, quòd multi allegant dictas gloſſ. aliter, & malè:
& ibi Ro. allegat tex. in c. reprehenſibilis. de appell. ubi di-
cit tex. quòd non fertur excommunicatio, niſi præmiſſa mo-
nitione, niſi ſit talis pœna excommunicationis quæ incurra-
tur ipſo iure. Et ita etiam illum tex. no. ibi Abb. & Moder.
in 2. col. Et hoc modo intelligo Rotam in antiquis deciſio.
21. incipien. no. ſi petatur. ubi dicunt, quòd ubi petitur ali-
quem declarari excommunicatum, non requiritur litis con-
teſtatio, ſed citatio. Nam intelligo, quòd requiritur cita-
tio, ubi diſcutitur factum. Et ita etiam uidetur intelligere
Nicolaus Milus in Repertorio ſuo in uerbo, citatio. §. 82.
1 ¶Ex dictis hic per Abb. in 2. not. nota regulam, ꝙ † licet reus abſoluatur ab inſtantia iudicij, tñ ſuper iure actoris pronunciari debet, per l. ſi à te. §. 1. ff. de excep. rei iudi. Sed huic obſtat text. in c. Raynaldus. §. pe. cum gl. in uerb. de petitis. ĩ. de teſta. ubi deficiente uno de cauſantib. rei uendicationem fertur mera & pura abſolutoria in fauorem rei ſed reſpõde, ꝙ illud eſt de iure Canonico, ſecundum Flor. in l. circa. ff. de probat. quem reprehendit Ang. Are. in §. omnium. Inſtit. de actio. in ult. col. quia c. Raynaldus. non dicit, ꝙ non poſſit ferri declaratoria ſuper dominio actoris: ſicut in ſimili dicit Bal. in l. cogi. ad ſi. C. de petitio. hær. & ibi reſpondet. Ang. ad l. qui petitorio. ff. de rei uen. in uer. fruſtra. ſ. reſpectu rei, non autem reſpectu actoris. Vnde infert ibi Ang. poſt Bal. in d. l. cogi. ꝙ probante actore ſe hæredem contra non poſſidentem hæreditatẽ, debet iudex ferre ſententiam. qua pronunciet ipſum hæredẽ, ꝙ reũ conuentũ abſoluet: & iſtud eſt utile practicari, ſecundũ Aret. ibi: quia adepta deinde poſſeſſione ab abſoluto erit parata executio ſententiæ antè latæ contra eũ, ex quo nunc reperitur poſſidere. Sed caue, quia in iſta reſpõſiõe ad c. Raynaldus. inferſ, ꝙ bene iſta ſentẽtia poſſit ita ferri, ſed non neceſſariò, cuius contrariũ ĩ. dicetur. Vnde dic ad d. c. Raynaldus. pro reſponſione, ut ĩ. in 1. limita. dicetur. ¶Limita igitur primo d. l. ſi à te. §. 1. niſi priùs conſtet de ineptitudine intentionis actoris, quã de ipſius iure, ut per Abb. hic poſt Cardi. dicentem, ſe ita reſpondiſſe in examine ſuo cum Io. de Fãtucijs, per tex. hic: & ita poteſt intelligi d. c. Raynaldus. ¶Limita ſecundò, ut habeat locum. regula d. l. ſi à te. §. 1. qñ agenti cõpetit actualiter rei uẽdicatio, ſed nõ contra reũ: qa tertius poſſidet: ideo conſtito de iure agentis, de illo pronunciaſ: ſecus, ubi actualiter non cõpetit: quia actor poſſidet, ut hic erat: quia nõ declaraſ de iure ſuo, etiamſi de illo conſtet. Ita intelligit hic Imo. quem ſequitur Lud. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poſſ.

ADDITIO. *Conſidera, ꝙ iſta ſecunda declaratio poteſt cõprehendi ſub prima Philip. Symo.* ¶Limita tertiò d. l. ſi à te. §. 1. dũmodò actor ignoret reũ nõ poſſidere: ſed ubi ſciret, eum non poſſidere, uel detinere, non poteſt ſequi alia ſententia, quam abſolutoria ipſius rei conuenti, ſecundum Matheſila. notabili ſuo 138. incip. no. quòd ſi reus conuentus. quia actor ſeipſum decipit, l. nam & ſi actor. ff. de rei uendic. & ita intelligit d. c. Raynaldus. propter quod infert, quòd licet ualeat ſententia ſuper fundo, qui fuit totus in libello petitus abſoluendo reum pro dimidia, quam non poſſidebat, ut per Bar. in l. ſi conſtante. §. ſi. ff. ſol. matri. & do. Anton. in c. cùm inter. de re iudic. tamen illud procedit, ubi ignorabat reum non poſſidere partem: ſed ſi ſciebat, non pronunciaretur, niſi pro dimidia. ut ibi per ipſum.

ADDITIO. *Ad hæc uide do. Feli. in c. pen. col. 1. in uerſ. dum ſubdit Abb. et in 5. col. de except. Phi. Sy.* ¶Dum autem dicitur, ꝙ ſententiã exequetur adepta noua poſſeſſione ab abſoluto: Cauẽ, qa ꝓcedere põt, ubi poſſeſſio ſimpliciter reperiretur penes abſolutũ: ſecus ſi habuiſſet eam à tertio, qui fortè tueri ſe potuiſſet ab eo, qui fuit declaratus dñs. Nam iſto caſu uidetur, ꝙ tunc contra ipſum non habeat locum executio, cùm iſte ſit nouus ſucceſſor loco primi. Vnde uidetur priùs agendũ remedio ordinario, quàm extraordinario: qa autori ipſius nõ obſtaret ſententia, qa res inter alios, c. pen. de re iudi. cũ concordantib. Ita reperio ſignatũ ſup Bal. in d. l. cogi. à quodã aduocato Mutinenſi: quæ declaratio eſt falſa per tex. in c. aduerſario. de except. Et licet ille tex. non loquatur, quando habuit ab alio, tamen de hoc loquitur d. l. ſi à te. §. 1.

ADDITIO. *Circa hæc uide Are. in d. l. naturaliter. §. nihil cõ. in 4. cõbinatione. ff. de acqu. poſſ. Phil. Symon.* ¶Et adde, ꝙ ubi reus abſoluitur, non quia non poſſidet, prout hic, ſed qa agens non probauit dñium, ſi reus excipiendo probauit dominiũ, poteſt petere ſe nedũ abſolui, ſed etiã declarari dñm, ſm Bal. in l. cũ Papinianus. C. de ſent. & in l. hæreditas matertera. C. de petit. hær. & in l. ordinarij. C. de rei uendic. poſt Hoſt. in c. ex conqueſtione, de reſt. ſpo. ubi uide Butri. in uerſi. 3. q. Nec obſtat, ꝙ poſſidenti non competat rei uendicatio, ut hic: quia nihilominùs poteſt petere ſe declarari dominũ. Ita rñdet Lap. allegatione ſua 59. incip. Prælatus eccleſię. uel ſic. nec obſtat. ¶In
2 quantum † dicitur hic de articulis, an inducant confeſſionẽ contentorũ in illis, ultra Abb. hic adde Imo. in c. olim. de decimis. & Imo. in c. cùm uenerabilis. de excep. & Bar. in l. certũ. §. ſi quis abſente. ff. de cõfeſſ. Idem dicas in producente inſtrumentũ: qa uidetur fateri in eo contenta, l. 1. §. edere. ff. de edẽ. & ponit Bar. in l. poſt legatum. ff. de ijs, quib. ut indig. Caue: quia hoc eſt uerum, quo ad contenta in exceptionibus: ſed non, quo ad intentionem contra quam excipitur: quia illam non uidetur cõfiteri, c. uenerabilis. de excep. & regula exceptionẽ. lib. 6. Dic, ut per Imol. in l. decem. de uerb. oblig. ubi ipſe tractat de excipiente. Aduerte tamen, quia confeſſio reſultans ex articulis non eſt adeo propria & uehemens, quòd etſi fine iurati, ꝙ ſi reperiatur contrarius articulans, habeatur pro periuro licet in poſitionibus ſit ſecus: c. fin. de iureiur. in 6. Ita dicit Ioan. And. in d. c. fina. Ratio: quia in articulis non eſt tanta affirmatio, ſicut in poſitionibus.

ADDITIO. *Tu uerò de iſtis omnibus, an libellans, an excipiẽs, an articulans uideantur fateri contẽta in ipſis, uide Franc. de Crema, notabili ſuo 104. & Alex. in l. 2. in 1. col. in uerſ. an tex. quæ in libello. C. de inſt. & ſubſt. & conſ. ſuo 118. in 2. col. in 2. uol. & 131. in 2. col. uerſ. nunc eſt. & 163. eod. uol. 2. in 2. col. & Oldr. 292. in 1. col. in fin. & Rapha. Comen. 73. & Alex. 54. in 1. col. uol. 4. & 113. in 2. col. uol. 4. & Barb. 3. col. 18. et ſeq. uol. 2. et 7. col. 2. eo. uol. et Pano. 71. col. 3. uol. 1. & 73. eod. uol. 1. & Barb. 12. col. 4. uol. 2. col. 5. & ſeq. & Alex. in l. edita. in prin. C. de eden. & uideatur bonus tex. in l. item. ff. de prœm. & Rom. conſi. 23. in primo dubio. & 59. col. ſi. in ultimo dubio. & 70. in ult. dubio, & Alex. 14. col. 2. uol. 5. Ang. de Are. in §. ſi minus. col. 9. in prin. Inſt. de actio. & Pano. conſ. 33. col. 2. uol. 2. & conſi. ult. col. 2. eod. uol. & Philip. in c. cùm uenerabilis. col. 5. in ſi. de except. & Barb. conſi. 18. col. 15. uol. 2. & 2. ſeq. col. cũ conſ. 21. & 25. col. 2. uolu. 3. & 38. col. 2. eod. uol. 2. & col. ſeq. & 43. col. 2. eod. uol. 2. & 59. col. 17. uol. 2. & 70. col. 6. uol. 2. & Rom. 91. in ſi. & 104. in ſi. & 235. col. pen. ad finem. & 329. in fin. & Panorm. in c. fin. colum. 5. de confeſſ. & Gemin. in*

min. in c. fin. colum. j. de iureiur. in 6. & quę ibi addidi. Dom. Anton. Aret. & do. Felin. in c. quoniam contra. de probat. & Bald. in l. j. ff. de confeſſ. & in l. ſi magnum. C. qui accuſa nõ poſ. & Alexand. conſ. 80. col. 3. uol. 2. & 71. uol. 3. & Imol. 127. col. fin. & Ana. 82. in fi. Alex. 83. col. 1. uol. 1. & 133. col. 2. in fin. eod. uol. 1. & Areti. 13. in ultimo dubio. & Bal. in c. ex parte Decani. col. fi. de reſcrip. Philippus Symo.

3 ¶ Et notandum eſt quod hic dicit dom. Abb. quòd † ex reſcripto etiam reprobato poteſt reprobans ſecundare dicendo impetrantem confeſſum narrata: de quo exclamat Ludo. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de uerb. oblig. Non obſtat regula c. ex eo. de reg. iur. in 6. quia aliud eſt dicere reſcriptum non ſolenne, uel non obſtare: quia poſterius aliud diceret, narrata eſſe falſa. Nam primo caſu impugnatur continens, & ſic ipſum reſcriptum. Secundò uerò caſu contentum, & ſic non ipſum reſcriptum, ſed contenta in ipſo. Facit, quod in ſimili ponit Io. And. in c. cum uenerabilis. de excep. & ibi Abb. in uer. expediam hanc materiam. ubi dicit, quòd reprobato inſtrumento, quia non ſolenne, nihilo minùs ſtat adhuc confeſſio oriens ex productione, & illa potero uti contra producentem. ſecùs, ſi inſtrumentum eſſet reprobatum: quia non authenticum: putà, quia falſum. ex quibus ultra Dom. in d. c. fi. reſultat, quòd impugnans narrata in reſcripto non poſſet poſtea ſe aduerſus aduerſarium ex eo fundare. Ad quod uide Bal. in l. precum. C. de libe. cau. ubi dicit, quòd confeſſio orta ex libello, cui aduerſarius contradixit, non nocet libellanti [a]. Ratio: quia in confeſſione dicitur, quaſi contrahi: & talis quaſi contractus non cadit inter diſſentientes. & uide Bald. in l. ſi magnum. prope fi. C. qui accuſ. & in l. j. C. de confeſſ. ubi dicit, quòd ex libello negato nemo ſe fundat.

Addit io. *Hoc tamen intelligerem, per dicta ſuperius, procedere, ubi quis impugnaſſet narrata in libello: ſecus, ubi impugnaſſet: quia inepta actio foret inuentata, uel quia non eſſet ſolennis: puta, quia in eo deficeret ſolennitas, quę ex forma alicuius diſpoſitionis requireretur, uel nõ eſſet ex illo ſoluta gabella ſtãte ſtatuto, qd ex eõ libello ſoluatur certũ qd p gabella. Philip. Symo.*

Et aduerte ſubtiliter: quia ſi impugnas libellum, uel reſcriptum, ut falſum ſuccumberet, quia non pronunciaretur non eſſe falſum, credo q poſſet ſe fundare contra aduerſarium ſuper illo: licet priùs impugnaſſet propter ſingularem text. in c. cùm ueniſſent. in uer. obtulit. de eo, qui mit. in poſſeſ. & Innoc. in c. mulieri. de iureiur. & Abb. in c. gratum. de offi. deleg. cum concor. datis ibi per me in tertia limitatio. ubi ex probatione impugnata poteſt quis ſe fundare, quando non obtinuit. Vltimò uide Ang. in l. Gallus. §. idem credendum. in fi. ff. de liber. & poſth. ubi dicit, quòd referens uerba aduerſarij libellantis in reſpondendo ipſi libello, non uidetur fateri illa.

4 b ¶ Vtrùm † interrogans uideatur fateri id, de quo interrogat aduerſarium ita ſe habere. Vide glo. 3. in c. quid ſi dormierit. 31. q. 1. Facit tex. in c. quid in omnibus. 32. q. 7. Vide circa hoc Abb. diſtinguentem in c. fi. de confeſſ. & ibi aliqñ dicetur. ¶. Ex propoſitione intentionis ineptè actor non perdit cauſam, ſed ſolùm fruſtratur inſtantia iudicij inchoati. Tex. eſt hic, quem tene menti. Quod amplia, etiamſi ineptè agens ter fuiſſet repulſus: quia nihilo minùs adhuc redire poterit ad congruam intentionem. Text. eſt cum glo. fi. in cle. fi. de appel. eo ſemper tamen in expenſis condemnato, l. eum, quem tem. re. ff. de iudi.

a Libellanti] An et quando uerò ex libello reſultat confeſſio, uide not. per dom. Socin. in conſil. 244. incip. cõſiderata facti cõtingentia. uerſ. ſed hanc obiectionem. cum uer. ſeq. in 2. parte, char. 128. Sed an narrata in libello prejudicant libellanti ante litẽ conteſtatam? dic, quòd nõ: quia tunc non inducunt probationem, ſeu confeſſionẽ, cùm pars poterit ponere, ſeu corrigere, & emẽdare ante litẽ conteſtatã: ſecus uerò poſt, ut p prefatũ do. Soci. in conſil. 41. incip. antequã.

b Vtrùm interrogans] Adde tu, qd Bart. in l. 2. §. qd obſeruari in 3. colu. uerſ. iuxta ſidicta. C. de iura. calum. in l. j. ff. de interrog. act. in 1. col. in uerſ. quero. in quo tenet, quòd interrogant nõ uidetur confiteri. Adde Bald. in l. ſi. cut. de repudian. hered. uer. uerùm predictis nõ obſtãtib. circa princip. in 1. parte, chart. 82.

Ita dicit hic do. And. Barb. ſubdens, quòd de illa accuſatione, de qua hic per Abb. in qua quis fuit accuſatus de percuſſione cum ſanguinis effuſione, quòd ſi poſtea ſolùm probetur de percuſſione, quòd debet accuſatus abſolui. Ponit late Bald. in l. 2. C. de probat. & in cap. cùm contingat. de reſcript. & ponit etiam Ioann. Andr. ſecundum ipſum in rubri. de accuſa. & inquiſit. in addi. ad Spec. & Bartol. in conſil. ſuo 114. inci. accuſatio. & in l. denunciaſſe. §. quid tamen. ff. de adul. Ad quam q. uide etiam Aret. in c. licet cauſam. de proba. in pen. col. & Bald. in l. 1. C. de confeſ. & Abba. in c. conqueſtus. in pe. col. de foro compe. Vbi eſt notabilis doctrina

5 Io. An. quòd † libellus fundatus in certa qualitate corruit ea non probata: quod regulare eſt per l. diuus. cum materia. ff. de re iud. Fallit in 10. caſibus, quos aliàs reduxi in d. ca. licet.

Addit io. *Tu uerò de quaeſtione de percuſſione ultra domi. Felin. in d. c. licet cauſam. col. 21. & ſequen. uide etiam ipſum in c. 2. col. 10. in uerſic. fallit tertiò. de reſcript. & Barba. conſil. 42. col. 2. uol. 2. & Alexand. conſ. 72. col. 3. uol. j. Et quòd debeat probari qualitas, ſi deducatur cum aliquo, uide Alex. conſil. 222. in 2. col. uol. 2. & ult. in princip. col. eod. uol. 2. & 1. in 5. col. uol. 3. & conſil. 3. in 2. col. uol. 4. & 41. in 2. col. eod. uol. 4. & 88. in 1. col. eod. uol. 4. & Corſetum in repe. rubr. de iureiur. in 2. col. in 4. q. & Panor. conſ. 42. col. 2. uol. 1. & 78. col. 1. eo. uol. & Fel. etiam in d. c. 2. de reſcrip. col. 12. in uer. reſtringitur. & Cepo. conſ. 18. col. pe. & lix. col. 6. ad fi. & 63. & Bar. etiam conſil. 111. & 186. & Fel. etiam in c. audiens. col. 15. de praeſcrip. & col. 20. & Barb. conſil. 15. col. 7. & ſeq. uol. 1. & in ſimili 22. col. 6. eo. uol. & in ſimili etiam 44. col. 7. eo. uol. 1. & ſeq. col. 3. & col. 4. in fi. & 47. col. 12. eo uol 1. & Lenl. 1. & tribus ſeq. eo. uol. & 54. col. 4. eo. uol. & col. 6. & 60. col. 9. eo. uol. 1. & 64. col. 9. eo. uol. 1. & 3. col. 6. in fin. & ſeq. uol. 2. & 7. col. 14. in fin. eo. uol. 2. & 8. col. 15. & ſeq. eo. uol. 2. & 17. col. 4. & 6. & 8. eod. uol. 2. & 42. colum. 2. eod. uol. 2. & 72. col. 4. & ſeq. eod. uol. & Roma. 110. & 152. & 167. col. 2. ad fin. & 204. col. 3. in fi. 207. ad fi. & 236. in prin. & Car. conſ. 119. & Alex. in l. poſtulanto. col. 2. in fi. ff. ad Trebellia. & Ana. conſil. 18. & Alex. 61. col. 1. ad fi. uol. 1. & 72. col. 3. eo. uol. 1. & c. eo. uol. 1. & 118. & ſeq. eo. uol. 1. & aliquid in l. Titia. ff. ſol. ma. in uerſ. item no. ex iſto tex. & in d. l. diuus. ff. de re iud. in uer. ſed iuxta hoc quero. & Pan. in c. 1. in 1. not. de regu. & Bal. cõſ. 41. in 5. parte, ſecũdo impreſſionẽ Mediolan. & Bar. in l. j. §. ait praetor. ne qd in flumine publi. Philip. Symo.*

¶ No. quòd in mandatis qualificatis, data falſitate qualitatis, non ceſſat mandatum: ſecus in alijs diſpoſitionibus. Ita Car-dinalis in c. cùm dilectus. in 1. col. in fi. de dolo & contu. per tex. ibi, ubi mandatum de comparendo in termino intelligitur, quòd compareat etiam pòſt: & ſic ſine illa qualitate ratio ſpe-

6 cialitatis hæc eſt, qa mandato omnino parendum eſt. ¶ Vbi † qualitas ineſt ex natura rei, non eſt opus eam deducere. Ita dicit Bald. in authen. habita. C. ne fil. pro patre. Vnde ſi ſcholaris conqueritur de damno, uel furto, non eſt neceſſarium dicere, quòd ſit factum iniurioſè: quia hoc ſecundum ex natura rei intelligitur, ex quo aliàs uidi conſultum, quòd in accuſatione delictorum nõ eſt opus inſerere dolum: quia ineſt,

7 c. 1. de præſumpt. ¶ Pœna † impoſita ratione qualitatis, quæ in principio debet adeſſe, non incurritur, licet qualitas ex poſtfacto ſuperueniat. Gloſſa eſt aurea in clemen. 1. in uerbo, ſcienter. ibi. contrarium credo, de conſanguin. & affinitat. uolens, q pœna impoſita contrahenti ſcienter matrimonium cum conſanguinea, non habeat locum cum contrahente ignoranter, licet poſtea ſciuerit, & nihilo minùs perſeueret.

Addit io. *Aduerte: quia imo uidetur, quòd poſt ſcientiam, ad hoc ut pœna non incurratur, ſit neceſſarium abſtinere à tali matrimonio, per textum expreſſum in leg. ſi adulterium cum inceſtu. §. idem Pollion. ff. de adulter. Cogita. Philippus Symonetta.*

Et per illam gloſſam principaliter conſuluit dominus Cardinalis conſil. ſuo 132. col. 1. quòd habens licentiam non reſidendi ad tempus ſi lapſo tempore non reſidet, non tamen incidit in pœnam ſtatuti punientis abſentantem ſe ſine licẽtia: quia ſtatutum ponderat temerarium initium, quòd non fuit in illo: de quo dicto nunquam obliuiſcaris. Pro illa gloſſa allego Ange. conſil. ſuo 193. col. 2. ad fin. incip. Viſis proceſſibus. ubi dicit, q ſtante ſtatuto, quòd pro maleficio commiſſo in domo habitationis iniuriati duplicetur pœna, & teſtes producti contra reum dixerint maleficium commiſſum in domo habitationis iniuriati: quod non probant, quia eſt poſſibile, quòd tempore teſtimonij habitaret, & nõ tempore maleficij: & qualitas debet uerificari ſecundum tempus iniuriæ, l. in delictis. §. ſi extraneus. ff. de noxali. quã l. declara, ut per Car. in repet. c. perpendimus. de ſentent. excommunic. in uerſi. ſed reducẽdo, uidelicet ut intelligatur in actu tranſitorio. & ubi eſſet abſurdum, quòd non extante qualitate quis teneretur, prout in caſu d. §. ſi extraneus. ſecus in actu cõtinuato, in quo ſufficit qualitatem hodie adeſſe, per l. qui concubinam. ff. de leg. 3. ubi legatis ijs, quę cauſa uxoris parata erant, ueniunt

non

non ſolùm parata principaliter cauſa uxoris uiuentis, ſed etiam defunctæ cui hodie uiuens ſucceſſerat. in eorum uſui quam doctrinam dicit eſſe nouam & ſubtilem. ¶ Vide etiam Bald. in leg.2.in fin. C.quibus res iudic. non nocet.ubi dicit, quòd accuſatio ſine qualitate non ſuppletur addendo eam poſt tempus, quo à ſtatuto eſt præſcriptum accuſationi: quia hoc modo eſſet aliud factũ, licet non nouum delictum. ¶ Vltimò uide Salic. in l.2. in penult.col.C.ad l.Iuli.de ui.ubi ponit optimè de non probante qualitatem criminis, uide Flor. in l.fi.ff. de his,qui deie.uel effu.ubi dicit, quòd ſtante ſtatuto puniente uulous cum cicatrice deformi, non ſufficit probare cicatricem, niſi probetur & deformitas. Exempla autem ad cognoſcẽdum qualitatem ponit Bal. in l.ea,quæ de condi.in

8 deb.& uide aliquid per Pan.conſ.93.uol.2. ¶ Do.† Card.alleg.hic c.examinata. de confir.utili.in uer. ſuper eccleſia ſancti Ang. ubi iſti litigantes de patronatu, de quibus hic compromiſerant ſuper eccleſia. Ergo probant iſta duo iura, quòd ius laicorum ſuper iure annexo eccleſiæ poteſt dici eſſe ſuper eccleſia. Ergo libellus eccleſiam uendicans exponitur, id eſt, ius in eam competens. Domi. Andre.Barba. hic in 8.col. in fin.alleg.Bar.in leg.in rem.§.loca ſacra.ff. de rei uend. dicentem, quòd rei uendicatio non cadit in rebus ſacris, quaſi noſtris, ſed bene pro iure, quod in eis habemus adiecta cauſa de iure Canonico, ponderando illud dictum contra intellectum Innocent.& contra Cardinal.hic, & reſpondendo ad text. d.cap.examinata. de confir.utili.uel inutil.ut illa uerba, Super eccleſia. exponantur, id eſt, ſuper iure patronatus, quod habebant in ea, per dictum Bald. in ſimil. in l.uſumfructum. ff.ſol.matri. ubi dicit, quòd ſi iudex in ſententia dicat, Adiudicauimus Titio decimam.exponitur, id eſt,commoditatem percipiendi fructus decimæ. Ita reſidet hic domin. Andr. Tu uerò iunge iſta uerba cum dictis per Panormitanũ hic, in 6. col.ubi dicit, quòd rei uendicatio hic capitur latè, quæ datur pro iuribus, quæ quis habet in re, per textum optimum in capitulo, uenerabilis, in fin. de except. ubi epiſcopus uendicabat eccleſiam: & hoc ratione iuris epiſcopalis, quod habebat in ea, licet dominium illius eccleſiæ nõ haberet. Adde Inn.in c.olim. el 1. de reſtit.ſpolia. ubi dicit, quòd corpus eccleſiæ uendicari non poteſt, quia in ea non cadit dominium, ſed bene ius in ea competens. Adde Inn. in c. cùm uenerabilis. de religioſ. domi. ubi dicit, quòd patroni poſſunt petere eccleſias ratione iuriſpatronatus, quod habent in illis, per tex.hic, etiamſi non adijciant in libello de iure-

9 patronatus:& quòd ualebit ſententia lata ſuper tali libello, non quia competat rei uendicatio directa pro rebus conſecratis; ſed utilis actio in rem.ut latiùs ibi per eum in gl. ſeq. & per Spec.in tit de religio.domi.in uerſic.illud autem. Adde Abb.in c.pro illorum. in 2.not.de præben. ubi dicit, quòd ualet libellus patroni, qui dicit, peto eccleſiam meam. quia cùm largè dicatur ſita ratione iuriſpatronatus, quod habet in ea, ſuſtentatur libellus. Adde Pau.de Caſt.in l.monumẽta.C.de lega.ubi tex.dicit, quòd legans monumẽta, intelligit legaſſe ius inferendi corpus:& infert ibi Pau. quòd petens eccleſiam, intelligitur petere iuſpatronatus:& dicit ibi Bald. idem in patrono legante eccleſiam. Adde Bald.in cap. quanto. ſupra.eod. ubi exponit dictum teſtis, qui dicit, uidi ipſum poſſidere iuſpatronatus, id eſt, quaſi poſſidere. Adde Abb.in c.2.in fi. de ui, repat. ubi dicit, quòd ſi patronus dicat ad ſe ſpectare electionem in tali eccleſia, exponitur, id eſt, præſentationẽ. Adde Domi. in c.1.§.pen.de uſur. in 6.ubi dicit, quòd ſi patronus præſentans clericum dicat, Concedo tibi patronatum:non intelligitur de totalibus iuribus patronatus, ſed quatenus eſt reſpectu inſtitutionis tunc petendæ: quæ ſeruiunt ad ſermones laicorum, quando loquuntur de talibus. Collige hic, quòd ex actis interpretatur ſententia: & eſt gl.in l.ſi quis ad exhibendum.ff.de excep. rei iud.& gloſ.fin. in c. ſi confirmationem.de elo.in 6. ex qua dicit ibi Dom. quòd licet iudex in ſententia exprimat unam cauſam, tamen ſi ex actis apparet una alia, a nõ præſumitur motus ex illa ſola a:& uide gloſ.fi.in uerb.prohibemus.in c.dudum.de deci.& ibi do.Ant.ubi dicit, qualis eſt ſententia, talis præſumitur fuiſſe libellus & gloſſ.in c. ſignificauerunt. de excep. & ibi Abb.dicentem, quòd ex ſententia cognoſcitur, qualia fuerunt acta: & Inno.in l.ex diuerſo. §. fin. ſolu.ma. ¶ An † in ſententia b abſolutoria ſit exprimenda cauſa? Quicquid dicat hic do.Abb.communiter * tenetur, quod ſic:& eſt de hoc glo.in l.2.§. ſenatus.in uerb.comprehendiſſe.ff.de mi-noribus.ne aliàs uolẽti agere, obſtet exceptio rei iudic. quando nulla fuiſſet expreſſa cauſa. Ad idem uide Bal.in l.præſes.circa medium,C.de ſent.& in l.properandum.§. illo c. C.de iudi.& do. Ant. in c. ſicut. de re iudi.& Domi.in c.in tantum.uerſi.fallit ſeptimò 21. diſtin.& Imol.in cle. ſæpe.de uerbo.ſign. Spec. in tit.de ſent.§. qualiter. uerſic. uerùm ſi reſponſionibus. Et in hac opi. concordant hic Moder. contra Abba. Pro do.uerò Abb.quòd non ſit neceſſe exprimere cauſam, faciũt rationes ſuæ hic,quas etiam replicat in d.ca.ſicut. reprobatis ibi fallentijs, de quibus ibi per alios ad illum tex.& dicit quòd licet illa expreſſio ſit utilis, tamen in dubio capietur mitior interpretatio, ſecũdum ipſum in d.c.ſicut.uideſicet quòd ſit abſolutus diffinitiuè. Sed idem Abb. in c.pe.de exceſ.poſt do. Ant.uult, quòd præſumatur lata ex leuiori cauſa, per l. hæc enim.ff.de ſuſpe.tut. Et ſic ab inſtantia, & non diffinitiuè,& non conſiderat fauorem rei, prout hic, & in d.cap.ſicut. ubi uideas Bal.qui tenet idem, quod Ab.hic per glo. quæ loquitur de iuramento, in l.j.§. ſi de-inſtor.ff.quarũ rerũ actio. tamen uerius puto id, quod dicit Abb.in d.c.pen.quòd in dubio uideatur abſolutus, non ratione iuſtitiæ agentis, ſed quia ineptè egerit actor, & ſic ſuper iure & non facto, propter doctrinam Bart.in l.2.§.j.ff.ui bon.rapt.quã ſequitur, ipſum tamen non allegans, Sali. in l.j. in uerſic.aut dubitatur. C. quando ciui.actio præiudi. criminali. uolentes, quòd reus ſimpliciter abſolutus non dicitur abſolutus, ut innocẽs, ſed quia non probatum contra ipſum:& ſic in iure, & non in facto, per rationes eorum in uoce relatas,& reſpondẽt ad l.fi.ff.de iureiur. quod aliud eſt in iuramento, quàm in ſententia: quia iurans iurat de eo quòd ſcit, de facto ſuo: unde poteſt rectè ſcire & iurare, eſſe factũ, uel non eſſe factum. Sed iudex iudicat de facto alieno: Vnde non poteſt purè dicere, ſic eſſe, uel

10 non factum. ¶ In glo.ſecunda utrum † in ſequeſtrum tranſeat poſſeſſio? Dicit hic do.Andr. quòd ante omnia eſt notandum dictum Bar.in l.litibus. C.de agri.& cenſi. l.11.in fin.uolentis, quòd non poſſit obtineri ſequeſtrum, niſi fiat fides per publicũ inſtrumentũ:& ſequitur Bald.in c.olim.de reſcript.& do.Franc.filius Bal.in tract.de carceratorum. & Rom.in l. intereſſe.ff. de acquir. poſ. extendentes illud dictum ad capturam debitoris ſuſpecti & fugitiui, ut non poſſit capi, ut ſuſpectus, niſi conſtet de debito per publicum inſtrumentum: quod dictum eſt mirabile. Sed contrarium tenet Imo.in l.imperatores. §.fi.ff. de appella. & Abb.in c.2.de ſequeſt. poſſ.& fruct.& bene iudicio meo,ad fin. ¶ Do.Franc.de Aret. hic in 2.col.ad fi.fortificat illud. quòd per ſequeſtrum neceſſarium non transferatur poſſeſſio, ut procedat etiamſi ſequeſtrum neceſſariũ ſubrogetur loco primi decreti, ex quo transfertur poſſeſſio de iure, per tex.in c.2.de dolo & contum.ibi uos licet, & ibi, ut tædio affectus, &c. ibi uerbum, Poſſeſſio. capitur, prout eſt facti, ipſas res, non ipſum ius poſſidendi: & dicit, quòd hoc eſt cõtra Bal. in l.j.C.de prohi.ſequeſt.ubi dicit ſingulariter, quòd quando ſequeſtratio fit poſt ſententiam, ſemper transfert poſſeſ-

a *Sola*] *Sed quid ſi una ex his ſit falſa, nũquid ſaluare & ſuſtinere poterit ex alia inſtãd Dic; qd ſic, ut per do. Socin.in conſ.*

164. incipi. Viſa bulla Boniſa. uerſi. Sed ad hanc uideatur in 2. parte, chart. 24.

b *An in ſententia*] *Adde, quòd Bald. in l.pe. in ult. col. C. de conſt. pec.dixit, quòd ſemper in ſententia quæ fertur propter contumaciam, debet fieri mentio de cõtumacia. Et ad iſta, iacta hic per Fel.uide Bar. in l. qui Roma. §.duo fratres ff. de uerb. obligatio.*

c *§. illo*] *Et ibidẽ uide ad hoc Salic. & Franc.de Are. Et adde Imo. in l. ſi is, ad quẽ. ff. de acquir.hære.ubi dicit, quòd imo ſatius eſt iudex, qui exprimit cauſam, niſi adnũciat diffinitionem. Maximè, ut pulchre Panormit. in cap.ex parte.de conceſ.præben. Sũt & alij caſus ſpeciales, in quibus requiritur expreſſio cauſæ in ſententia, quos enumerat Specul. in d.tit.de ſent. & Io. And.& alij in d.ca.ſicut. alleg. in text.& Bal. in l.ſi præſes. C.quemadmod. & quando iud. & Angel. & Imol.in leg. qui Roma. §. duo fratres. ff. de uerb.oblig.& Angel. in d.§.illo. ubi plenius p do. Alex. de Imo.Dicit tamẽ Pan.in d.c.ſicut.et in conſ.7.incipien. quæſitũ fuit à me. prout Sal.& dom. Alex. in d. §. illo: quòd etiam in illis caſibus non eſt de eſſentia ſententiæ, quòd cauſa exprimatur: quia ẽt in illis caſibus ualeret ſententia ſine expreſſione cauſæ. Sed ſi exprimatur cauſa operatur effect9, quos aliàs ſententia non operetur: & ẽ hac materia dic, ut per glo.et Bart. l.2.§. ignomi. ff. de uſu.*

poſſeſſionem, ſecundum Bartol. no. in l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iudi. ¶ Subdit hic do. meus circa illud de ſequeſtratione uoluntaria, quòd aliquando ſequeſtrum uoluntarium fit per incertitudinem poſſeſſionis quolibet contendente ſe poſſidere, iuxta no. per Inno. in c. licet cauſam. de probat. & tunc in dubio transfertur poſſeſſio. Idem dicit, quando duo concertant de poſſeſſione adipiſcenda. Ratio: quia non intereſt contendentium, poſſideat ſequeſter, an non, ſed quando alter tantùm poſſidet, ut quando fit ſequeſtrum a uoluntarium pro ſecuritate creditoris, & tunc dicit, quòd non trãsfert poſſeſſio, contra omnes hic, rationem adducens: quia ſi pignus cõuentionale, quod datur creditori pro eius ſecuritate, nõ priuat debitorem uera poſſeſſione, ut l. qui pignori. ff. de acquir. poſſeſſi. & l. prima. §. per ſeruum. cum ibi nota. eo. tit. Multo minùs ſi deponitur apud tertium, qui eſt nudus miniſter, ad commodum alterius. Et idem eadem ratione dicit conuentus rei uendicatione pro ſecuritate petentis deponit res penes tertium. Et confirmatur, dicit ipſe, iſta concluſio, quia animus perdendæ poſſeſſionis in dubio non præſumit, niſi appareat de cauſa extrinſeca, l. ſi de eo. in prin. & ibi per Bar. ff. de acquir. poſſeſſio. quę quidem cauſa non uidetur adeſſe hic, quoniã in dubio traditio facta alicui præſumitur facta cauſa cuſtodię, nõ autem cauſa transferendi dominium, ut dicit Bar. in l. cum pater. §. pater pluribus. ff. de lega. 2. niſi pręcedat titulus habilis ad illud transferendum. Ergo eodem modo hic traditio debet præſumi facta non animo perdendi poſſeſſionem, ſed cauſa cuſtodiæ. Et iſtis caſibus deductis in ultimo membro ſuæ diſtinctionis, dicit ipſe, ceſſat ratio l. licet. in fi. ff. depo. ibi, ut neutrius poſſeſſionis, &c. cùm ex ipſis unus tantùm poſſidet. Ita reſidet hic Aret. & mihi placet: & uera eſt iſta ſua noua opi. De materia iſta uide plenè Are. in c. quia res 11. q. 1. & latè Io. An. in regula, locupletari. de re. iur. in 6. in Mercu. quem ſummat Bal. in l. j. C. de prohi. ſequeſt. Dicunt hic Io. And. & alij, quod ſequeſtrum euitatur ſatiſdatione. Vide Rot. deciſ. 51. incip. primo & ſecundo. in tit. de reſcript. in antiquis: ubi, arreſtatio literarum beneficialium facta ob periculum illicitæ poſſeſſionis relaxatur data ſatiſdatione de nihilo innouando. ¶ Fallit primò inter perſonas, inter quas non cadit ſatiſdatio. Ita dicit Bal. in l. j. in fi. C. de prohib. ſequeſt. per l. Imperator ff. ad Trebel. ¶ Limita ſecundò, dum modò ſic ſatis detur de reſtituendo rem in caſu, quo ſuccumbet ſine ulla procraſtinatione. Ita dicit Bart. Angel. & Ioan. de Platea in l. litibus. C. de agric. & cẽſi. lib. 11. & Abba. in c. 2. col. pen. ad fi. de ſequeſt. poſ. & fruct. ¶ Limita tertiò, niſi ſequeſtratio emanaret ob timorem ſcandali, qui timor non ceſſaret per ſatiſdationem. Ita Abbas in d. c. 2. col. pen. per c. literas. in fi. iuncto. c. tranſmiſſa. de reſtitu. ſpol. & c. cùm locum de ſponſa. ¶ Quartò limita, niſi eſſet factum ſequeſtrum, non propter litem agitatam, ſed ut debitor ſoluat: tunc enim non reuocatur, niſi debitũ ſoluat. Ita Bald. in l. conſentaneum in pen. col. C. quomodo & quando iudex. dicens, de hoc eſſe text. no. in l. ſi pecuniæ. §. fin. ff. ut in poſſ. leg. quem inducas, ut ibi per Bartol. generaliùs, ſ. ut ſemper adimpleatur illud, propter quod fuit factum ſequeſtrum, ad hoc ut tollatur ipſum ſequeſtrum. Bene facit l. properandum. §. ſin autem reus. C. de iudi. & ibi no. etiam Bartol. & Bald. in authen. ei qui. C. de bon. autho. iudi. poſſ. ¶ Quintò limita in caſu cle. 1. de ſequeſt. poſſ. & fruct. ſecundum Abbat. hic poſt Ioan. And. in loco per eũ allegato, & ſequitur Card. in d. cle. 1. q. 23. dicens, hoc eſſe notandum: non dicas hoc eſſe in beneficialibus, quia imo & in illis tollitur ſequeſtrũ ſatiſdatione: ſed ſolùm hoc eſt in caſu dictæ cle. ne uitioſus poſſeſſor ſaltẽ præſumptiue incumbat poſſeſſioni beneficij: & ſic fit per hoc, ne detur materia illicitæ occupationis. Item ne detur materia differendi iudicij, dum ex reditibus beneficij facit expenſas litis, ut per Abbatem in d. cap. 2.

a *Quando fit ſequeſtrum*] *Adde tu, qđ Bar. in l. licet. ff. depoſi. dicit, quod ſequeſtratio tollit poſſeſſionem, ſi fit de uoluntate utriuſq; partis: ſecus ſi iuſſu iudicis. Et uide Bar. in l. ſi oleũ. ff. de dolo. in princip. ubi dicit, quãdo res deponitur apud ſequeſtrũ licet perdatur poſſeſſio, non tamen ammittitur cõmodum poſſeſſionis. Adde Bald. in l. 1. C. de phib. ſequeſt. q dicit, qđ res ſequeſtratione, q̃ fit partiũ cõſenſu, qa fieri dicitur potius gratia alterius, quam rei, pdiĩ poſſeſſio. Ergo teneo iſtam opi. Bart. & Bald. reprobata opinio. Are. & Feli. quia etiam cõis eſt.* ✱

Additio. *Ad hãc materiã uide Curtiũ in tracta. ſuo ſequeſtrorũ, & Imol. conſ. ſuo 130. in 2. col. in tertio dubio, & Barba. cõſ. 9. col. 13. uol. 2. & conſi. 2. & 11. col. 13. & tribus ſeq. eo. uol. Phil. Sym.*

11 ¶ Dicit hic Innoc. quaſi in fin. quòd † ualet libellus, quando intẽtio eſt apta, licet actio ſit inepta: quod an ſit uerum, infrà diſcutietur, allegando prò & contrà. Pro Innoc. itaque allegant hic Moder. Bald. in l. 1. ff. de eden. poſt Bartol. ibi, & in l. per diuerſas. in 10. q. C. manda. & in l. edita. C. de eden. & in l. 2. C. de formul. & in l. Gallus. §. j. ff. de lib. & poſthu. & in l. & ſi ſine. C. ad Trebel. & Ang. in conſil. ſuo 36. incip. pro deciſio. quæſitorum. ubi per hoc conſuluit, quod ſi ex forma ſtatuti teſtamentum nullũ debeat peti caſſari, & aliquis petat ipſum declarari nullum, quòd eſt ſatiſfactum ſtatuto: & ibi etiam generaliùs dicit, quod in libellis uerba narratoria non inſpiciuntur, ſed ſola concluſio: & quòd ſufficit, q concluſio ſit apta, licet actio ſingulariter deſignata proponatur ineptè: qa ex parte concluſionis aptè reſultat actio apta ex iuris diſpoſitione, quam nec iudex, nec pars alterare, aut mutare poteſt, iuribus allegatis ibi per eum, & Barba. hic col. 23. ad fi. & ita dicit tenuiſſe Inno. hic: idẽ tenet Sali. in d. l. edita. per l. quæ extrinſecus. ff. de uerb. oblig. & reſpondet ad l. j. ff. ſi menſor falſ. mod. di. quòd ibi non ſolùm actio, ſed etiam cauſa erat inepta, cùm ibi ageretur ex locato, tãquam locatæ eſſent operæ, & † tamen non fuerat locatio ibi. Pro iſtis adducit Inn. in c. ſuper literis. ſuprà de reſcrip. ubi dicit, q in reſcriptis attenditur concluſio, reiecta omni ſuperfluitate inutilis narrationis: & tenet Bal. in l. præſcriptione. C. ſi contra ius. ſicut in libello etiam attenditur ſola concluſio, ut ibi per ipſum & eõ proſe per Moder. hic, qui & alia multa adducunt pro iſta opi. Inno. quæ uidere potes. Are. autem hic pro opi. Inno. adducit gl. in l. uinum. ff. ſi cre. pet. quæ ſentit. quòd ſi ſolennitas non requiritur in actu & adhibeatur, ſed imperfectã, non uitiat actum: & gl. in l. qui teſtamento: in princ. in uer. per contrariũ. ff. de teſta. & gl. in d. c. ſi poſtquam. in princ. de elec. in 6. in uerbo, iuxta. & in c. cupientes. in prin. eo. tit. quæ uolunt, quòd ille, qui non tenetur ſe præſentare conſpectui Apoſtolico in cauſa electionis, ſi uoluntariè ſe præſentat, & non ſeruat ſolennitates, de quibus ibi, quòd nõ punietur pœnis ibi ſtatutis. Alleg. ad idem Are. id, quod no. Io. An. in c. cùm inter uniuerſas. ſuprà de elect. in Nouella. ubi dicit, quòd ſi capitulum uocat Canonicum, qui neceſſariò non debet uocari, quòd ualet actus factus eo non expectato. Alleg. etiam Bal. in l. & ſi ſine. C. ad Trebel. & Ang. in l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de offic. pro conſ. & leg. ubi uolunt. quòd quando in aliqua cauſa poteſt procedi ſine libello, uel ſummariè & de plano, & tamen proceditur ordinariè & ineptè, q tamen non uiciatur proceſſus. Vltimò pro iſta opi. Inno. alleg. text. in c. bonæ. in uer. porro. de elec. & quod no. ibi Abb. in ult. no. & in cle. ſæpe. in uer. uerùm: de uer. ſig. ubi pbatur, q ſi in notorijs iudex ſeruauerit ordinẽ iuris, & inepte, q tamen p hoc non uitiatur pceſſus.

Additio. *Tu iſtis adde Bart. in extrauag. ad reprimendum in uerbo, figura. ad medium. ubi dicit, quòd in cauſis, in quibus non requiritur libellus, ſi offeratur, & minus legitimè, quòd tamen per hoc uitiatur iudicium. Facit gloſſ. in d. l. uinum. in uerb. cùm petitum. in fin. & tenet Bald. in d. l. ſi ſine. in ulti. col. & in l. j. in 2. col. C. de execu. rei iudic. & facit gloſſ. in uer. in tranſitu. in §. multis modis. Inſtitut. de liber. quam repetat ſingularem Bald. in l. conſentaneum. C. quomodo & quan. iudex. & in l. 2. in j. col. C. de iur. emphy. & in c. j. §. ſi quis uerò. de pace iura. fir. & melius, quàm alibi, in l. nec quicquam. §. ubi decretũ. ff. de offi. procõſ. & leg. & facit gl. in d. l. qui teſta. in uerb. per contrariũ. ff. de teſta. & quã no. ibi Bal. q teſtibus receptis ex abũdãti, non poteſt opponi exceptio de inhabilitate. Philippus Symoneta.*

13 ¶ Pro Inno. ego allego l. 3. ff. de mili. teſta. ubi † ſi miles uoluit teſtari de iure cõmuni, & ineptè ſeruauit formam, iſtud non nocet ſibi, & ualebit teſtamentum de iure militari. Et ideo dicit Bald. ibi, quòd ſi arbitrator proceſſit ut arbiter, & errauit proceſſus, nõ nocet: quia nõ tenebatur illam formam ſeruare. Concordat dom. Ant. in c. Quintauallis. de iureiur. His adde Ioann. And. in regula, acceſſorium. in primis argumentis, de reg. iu. in 6. ubi alleg. glo. de quibus in d. c. poſtquã. & in c. cupientes. de elect. in 6. elicitens ex eis, quod qui fecit, actum ſibi non neceſſarium, omiſſa ſolennitate ad actum requiſita, non incidit in pœna aliorum facientiũ actum & omittentium ſolennitatem, quod poſtea in deciſione quæſtionis limitat, niſi tacitè renuntiaret priuilegio, quo ad illum actum, in quo non tenebatur ſeruare ſolennitatem, ex quo actus ſibi

non

non erat neceſſarius: quod ſequitur. Paul. de Caſt. Conſil. 25. Adde etiam Innoc. in c. inter dilectos. de fi. inſtru. ubi dicit, q corruptio uel amiſſio ſigilli ſuperflui non uitiat inſtrumentum, uel ſcripturam. Adde Abb. in c. bonæ. 1. in 5. col. de elec. ubi facit feſtũ de illo tex. & Spec. in tit. de primo decreto. §. ſequitur. uer. quid ſi apponitur. ubi dicit, q in decernendo primum decretum iudicis, ſi iudex adijciat hoc uerbum, Cauſa cuſtodiæ. tamen miſſus ex primo decreto uerè poſſidebit, ex quo iudex dixit, Admitto te in poſſeſſionem: quia adiectio inutilis non uitiat, l. quæ extrinſecus. ff. de uerb. oblig. & regula, utile per inutile. de reg. iur. in 6. & quia imperitia iudicis non potuit mutare formam decreti. Adde his Cal. in diſputatione ſua incip. Bononienſi ſtatuto cauetur. & eſt mihi ſol. 142. ubi dicit, quòd qui ueniebat ad hæreditatem alicuius ab inteſtato, licet adiuerit ex teſtamento nullo, quòd tamen licitè in foro conſcientiæ retinet bona, ex quo teſtamentum erat ſuperfluum, cùm ſibi etiã ab inteſtato deberentur bona. Adde his Florianum in l. inſulam. ff. de præſcrip. uerb. ubi dicit, quòd ſi in accuſatione apponitur dies delicti, cùm non oporteret, & non probetur, non nocet, per illum text. ubi adiectio falſi nominis non uitiat contractum, quod dicit eſſe contra Bart. in l. ſi is, qui reus. ff. de publ. iudic. Sed tu in hoc dic, ut per Card. in c. qualiter. ſecundò, de accuſ. & ibi Ana in §. debet. in ult. col. Adde Bald. in l. demonſtratio falſa. ff. de condi. & demon. quem ſequitur Marianus in d. c. qualiter. q. 14 1. arti. 21. ubi dicunt, quòd † error in demonſtratione, quæ erat ſuperflua, non uitiat libellũ. Adde Lud. in l. unlnũ. ff. ſi cert. pet. ubi per illũ text. iuncta gloſſ. infert, q licet ſententia a ſuper inepto libello ſit nulla, ut eſt gloſſ. aurea Inſtitut. de oblig. in prin. in uer. ſecundum iſtud in fi. tamen fallit, ubi libellus non erat neceſſarius.

a Sententia] *Adde in, qđ per iſtud iudex debet reijcere libellũ ineptũ, quia aliàs faceret actũ deliſerium, uel nullum: nam quando libellus eſt ineptus, iudicium eſt nullũ, & ſñia eſt ipſo iure nulla, ut in gl. Inſtitut. de oblig. hic allegata per Fel. quã Bal. multũ extollit in l. per ſcriptionis. C. ſen. reſcin. nõ poſſ. Imo exceptio ineptitudinis libelli põt quandocunque opponi etiam poſt ſñiam. Caſus è in cap. cùm dilectis. de empt. & uend. & ibi Io. de Imo. Iſtã cõcluſionem quaſi tenent oẽs, & maximè glo. in l. 1. ff. de offic. aſſe. quòd iudex debet reijcere libellum, limita tribus modis. Primus modus, ubi nõ requiritur libellus, ut hic per Fel. cui adde glo. in l. unicã. ff. ſi cert. pet. in glo. mag. in fi. Secũdò fallit, quãdo libellus poteſt aliquo modo ſuſtentari. nã libellus ſemper debet ſuſtentari, ſecundũ Bald. in l. 2. C. de for. Tertiò fallit torã uacariis caſtrorũ, uel uicarijs ruralibus,*

ADDITIO. *Ad quam gloſſ. uide in Bal. in l. actori. in fi. C. de reb. cred. & in l. ex hoc iure. in pe. col. & in l. ius pluribus: & in l. ſeq. ff. de iuſt. & iur. & do. Alex. in l. j. C. ut quæ deſunt aduocatis & pro ea facit text. in l. fideiuſſor. in prin. in uer. fruſtra. & ibi Bald. ff. de neg. geſt. & in l. ſi fuit. §. j. ff. de tutel. & ratio. diſtrah. in uerb. nihil conſumitur. & in l. fin. in uerb. nihil agitur. & quod no. ibi. Bal. & Imol. ff. de lib. & poſthu. & ad illam gloſſ. uide etiam Alexand. conſil. 137. in 2. col. in 2. uol. & Roma. conſi. 69. col. 2. ad fin. & Barba. conſi. 137. uol. 2. & Ana. conſil. 8. colum. 2. & Fide. in ca. cum ordinem colum. 2. ad fi. de reſcrip. Philippus Symoneta.*

Adde etiam ad dictum Innoc. Angel. in l. Gallus. §. & in fi. ff. de lib. & poſthu. & Ful. & Paul. de Caſt. in d. l. j. ff. de eden. & Imo. in l. ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. de uer. obli. ubi de hoc dicto exclamat. Et ſic uides multum reprobatũ dictum hoc Innoc.

15 ¶ Moderni † hic adducunt contra Innoc. Bald. in l. certi conditio. §. quoniam in ult. col. ff. ſi cer. pet. ubi dicit, quod tacitè non poteſt intelligi, proponi una actio, ex quo alia eſt expreſſa: quia expreſſum facit ſiſtere tacitum, l. fi. C. de pact. conuen. Sol. ut hic per Imol. quod illud eſt uerum, ubi expreſſio ſit utiliter, per l. ſi iure. ff. de lega. 3. ubi ita demũ per ſecundum teſtamentum uidetur à primo recedi, ſi ſecundũ ſit utile aliàs non. Item contra Inno. tenet Ang. in l. j. ff. de offi. aſſeſ. & in l. j. ff. de eden. & ibi dicit: quòd l. ſ. C. de rei uxo. act. non facit pro Inno. ſed imo contra Innoc. quia propter ineptitudinẽ tota ſtipulatio uitiatur, conſequenter remanet ſola ſtipulatio facta legalis: hic autem, cùm totus libellus uitietur, non reperitur alius libellus datus, nimirum ſi imputandum eſt libellatori: qui ſic ineptè agendo ſe aſtrinxit. reſponde, q uitiata ipſa actione non per hoc uitiatur ipſa intentio: & licet actio expreſſa nõ admittat aliam expreſſam, tamen ſuccedit apta actio orta ex iuris diſpoſitione propter aptam intentionem actoris, ſecũdum Abb. hic. Item contra Inno. eſt Ang. in l. ſi patronus. ff. de iureiu. per l. 2. C. de formu. & glo. in l. 1. C. ut quæ deſunt aduo. & tex. in l. j. ff. ſi menſor ſal. mo. dix. in quib. locis de neceſſitate actionis requiritur, q actio in totum ſit apta. Reſpõde ad l. 2. prout reſpondetur ad l. j. ff. ſi menſ. fal. ut hic per Abb. uel, ibi accipitur actio pro libello: & ſic reſponde ad alia iura proximè allegata Ad gloſ. autem in l. j. C. ut quæ deſ. aduo. dic, quod non loquitur, quando nomen actionis erat expreſſum in libello, ſed erat expreſſa cauſa, quæ poterat eſſe talis, q nulla congruebat actio. Itẽ contra Inn. & Ang. in dicta l. 2. C. de formu. & in l. j. C. ut quę deſunt aduo. & in l. 3. C. de dotis promiſ. Sed reſponde ad iſta iura, ut iam proximè, dixi in ſol. tertij contrarij. Et ita reſident hic Moder. ipſi pluribus alijs additis. Et principaliter contra Innoc. adducit iſtum text. in princ. ibi. actionem incongruentem & ineptam cognouimus. iuncto fine ibi, intentionem tuam. ex quo probatur, q ineptitudo actionis neceſſariò inferat intẽtionem etiam ineptã. SOL. Dic, quod ſecundum multos hic utrunque erat ineptum: actio ſcilicet & intentio. uel tenendo cõmunem intellectum, dic, q hic ſola intentio erat inepta declarando hoc; ut hic per Abb. Secundò contra Inno. adducit etiam l. j. C. de reuo. his, quæ in fr. cre. ibi, utitatis actionib. inducendo, ut hic per ipſum, & l. debitores. C. de pigno. ibi, competentib. actionib. & multa alia iura iiſdem uerbis utẽtia. Tu uerò illis adde text. in l. 3. & ibi Ang. C. de do. pmiſ. qui text. & ipſe utitur ſimilib. uerbis. Sed reſponde, ut dixi iam proximè, dum allegaretur ille tex. contra Inn. Item inter alia adducit tex. in §. lieberius Marcellus. ff. de pact. dota. ubi agens ex capite incompetenti ſuccumbit, etiamſi iudici conſtabat ex probationibus factis coram eo, q aptè potuiſſet agere: unde ſi non egit, reus abſoluetur ab inſtantia. SOL. Ibi intentio apta non erat expreſſa & intentata in libello, prout requirit Innocen. Reliqua motiua eius contra Innocen. non refero: quia non urgent. Saluat tamen ipſe Innocent. ubi b 16 in † libello appoſita foret clauſula, petens ſuper prædictis iuſtitiam ſibi miniſtrari propter ſingulare dictum Calde. in cap. 2. de ordi. cognit. quod omnes approbant: ubi dixit, quod ſi quis in libello narrauit reſpicientia petitorium & poſſeſſoriũ, & concludit expreſſe ſolum in poſſeſſorio adiecta dicta clauſula. quòd uidebitur utrunque intentaſſe, licet concluſio eſſet tantum de uno, quod infert, ſm ipſum ibi: Abb. in antepe. col. in uerſic. ex prædictis infero ad dicta hic per Innoc. in iſto text. ubi uideas & per ipſum dom. And. Barba. hic in 30. col. in fin. ¶ Dominus autem meus hic de Aret. dicit ſe allegare contra Innocen. glo. in l. proinde ſecunda in glo. mag. in fi. ff. ad leg. Aquil. quæ dicit, q in cauſis, in quibus poteſt extraordinariè procedi, ſi procedatur ordinariè & ineptè ſententia erit nulla. De qua gloſſ. exclamat Bart. in l. diffamari. C. de inge. & manumiſ. ubi hanc concluſionem affirmat. Item contra Innocen. arguit hoc modo Aret. nam ſicut actus ſententiæ eſt indiuiduus, l. in hoc iudicio. ff. fam. herci. ita etiam libellus reſpectu unius cauſæ eſt indiuiduus, ut latè declarat Bar. in l. edita. C. de eden. Sicut ergo in actu ſententiæ ſi adhibetur ſolennitas, quæ non debuit adhiberi, & ineptè adhibetur, ſententia eſt nulla, c. cùm ſuper. de offi. deleg. & facit l. ſeruus meus. ff. de ſtip. ſeruo. (& ita uidetur tenere in ſimili qõne Bart. in l. actor. ff. rem ratam haberi.) ita ergo idem erit in actu libelli: Hoc non ſoluto diſtinguit idem Are. hoc modo: q aut actio, quæ intentatur, eſt incompatibilis cũ cauſa expreſſa in libello. & tunc nec de iure Canonico, nec ciuili procedit libellus iuribus allegatis hic per ipſum in 4. col. ut putà, quia dico me dñm, & ago ex locato: quæ quidem actio eſt inepta & incompaſſibilis ad acquirendum: & ideo nimirum, ſi tanquam contrarius non audior, c. ſolicitudinem in fi. de

ubi procedimi libelli inepti, ſecundu Bal. & Sali in authẽ. niſi breuiatiores. C. de ſentẽ. & interlo. om. iudic. do. Alex. in conſil. ſuo uet. Viſo proceſſu cauſæ. in pen. col. uet. 203.

b Vbi] *Adde in, qđ clauſula iſta poſita in libello, petens ius & iuſtitiã ſibi miniſtrari, qđ importat? Reſponde, poſſe ſententiã ferri ex libello inepto, dũmodo conſtet de intentione libellantis, et aliter cõpetat, licèt libellus ſit ineptus, per iſta uerba ſuſtentatur. Itã oẽs hic tenent. Adde Bar. in extrauagãti ſi ad reprimendum. in 2. col. Paul. de Caſt. conſil. 163. dom. Abba. & alios in c. 2. de ord. cog. in 2. ſto lo. in uer. ex prædictis infero.*

ſi.de app. Aut eſt cōpaſſibilis cum cauſa expreſſa in libello, & tunc procedit libellus: utputà, dico quod depoſui apud te talem rem; quare peto te condemnari rei uendicatione ad rem reſtituendam. Nam rei uendicatio & actio depoſiti ſunt compatibiles cum cauſa expreſſa, ſcilicet domino: quia utraque datur domino: & ſic actio, licet inepta, poteſt conuenire cū intentione, i. cum cā ipſa expreſſa, ut hic late per ipſum. Et ita reſidet hic. ¶ Tu uerò etiam contra Inn. adde facere, quòd in ſententia non requiritur cauſa, c. ſicut. de re iud. & tamen ſi exprimitur, & mala, ſententia eſt nulla, c. 1. de re iud. & habetur per Inn. in c. in præſentia. de renun. Ex quo patent duo; primum, quòd ſolennitas ſuperflua inepta uitiat: ſecundum, fortificatio argumentationis ſuprà factæ per do. meum. Reſponde huic & illi: & primò huic, quòd in caſu contrario intētio iudicis non fuit apta: patet, quia ſi in actis conſtaret de alia cauſa apta, illa falſa expreſſa non noceret & ſuſtineretur ſententia, ut per Domi. in c. ſi confirmationem. in ſi. de elect. in 6. & Inn. in d. c. in pſentia. & facit text. in c. per tuas. in ſi. q filij ſint legitimi. & ibi no. Abb. Sed hic conſtat de intentione apta agentis, quæ ſuppletur ex intellectu iuris ex ea deducendo actionem aptam, nimirum ſi adiectio inutilis, id eſt, actionis ineptæ, non nocet. ut in ſimili dicit Spe. in tit. de primo decreto. & ſuprà retali: quæ quidem ſuppletio non poteſt cadere in ſententia lata ex falſa cauſa, nō ſuccurrentib. actis, ex quibus poſſit elici cauſa legitima, ex qua poſſit ſuſtineri ſententia. Ad ſecundum autem contrarium. ſ. ad c. cum ſuper. de offi. deleg. de quo oppo. hic Are. dic. quòd procedit, ubi cōſtat de intentione facientis actum, q non uult facere, quod poteſt: ſed hic conſtabat, quòd actum uolebat facere, quod poterat: quia expreſſit intentionem aptam & idoneam: & nimirum ſi expreſſio actionis incongruæ non nocet iuxta regulam, ſi non ualet id, quod ago ut ago, &c. c. 1. de deſponſa. impu. li. 6. quæ regula ſemper procedit, ubi non conſtat de intentione contraria facientis actum, ſecundum Abb. in d. c. cum ſuper. in theorica ſua ad ſi. Vnde ſi hic intentio & actio fuiſſent ineptæ, procederet argumentum: ſed cùm intentio fuerit apta, non procedit. Et pro iſta reſponſione facit, quod ponit Inno. & Abb. in c. ſi de procur. ubi dicit Inn. quòd ſiue authoritas ſuperioris ſit neceſſaria in actu, ſiue non, & poſtuletur à ſuperiore inhabili, putà excōicato: quòd actus taliter authorizatus erit nullus. De dicto exclamat ibi Domi. in pe. col. in uer. nunc deſcendo ad ſecundum. ex illo eliciens, quòd ſi in actu, ubi non requiritur authoritas alicuius, poſtuletur à non debente eā interponere, q actus erit nullus: & ibi rñdet ad c. bonæ. primò, de elect. qd uidebat ſtringere in contrariū. q ibi nō deficiebat uoluntas, ſicut in caſu Inno. de quo ibi per ipſum.

ADDITIO. *Aduerte in dī, qd ad glo. in d. l. perinde. quā adducit hic Are. cōtra Inno. pōt reſpōderi, qd procedit, quādo cōſtat de mēte eius, q poterat procedere extraordinariè, qd omnino intēdit pcedere ordinariè: ſed iſtud eſt diuinare ad illā glo. Ideo cogita. Philip. Symo.* Item contra Inn. facit Rota in tit. de reſcri. deciſio 47. inci. Not. ſecundum opi. aliquorum. ubi dicunt, quòd licet non teneatur quis exprimere ualorem beneficij, quòd tamen, ſi exprimit, & falſum, uiciabitur impetratio. SOL. Ibi tacendo nullum erat mendatium, ſed exprimendo ſic. Adde dictum Inn. in c. cùm ordinem. de re iud. in 1. col. Obſtat etiam Bar. in l. edita. C. de eden. quem ſequitur ibi Bal. 17. col. in repe. Paduana, dum dicunt, quòd expreſſio cauſæ non eſt de neceſſitate libelli parte non opponēte, l. ſi. C. de anna. excep. tamē expreſſa & inepta uitiat, licet Raph. ibi aliter dicat per l. 1. C. de rei uxo. act. SOL. Expreſſio cauſæ ineptæ operatur, q conſtet de calumnia libellantis. Quæ ratio ceſſat ea non expreſſa. Et pro iſta reſponſione eſt optima glo. in cle. conſtitutionem. in uerbo, de nouo de elec. Et conſidera in primo caſu diſtinctionis domini mei, dum loquitur, quòd quādo actus eſt incompatibilis cum cauſa expreſſa, quòd non ſuſtinetur libellus: quia libellans uidetur ſibi contrarius: quia ratio huius eſſe poteſt, q ibi deficit concluſio. quo caſu Io. de Lignano & oēs fatentur, q non pdeſt apta intentio: ſed ubi cōcluſio eſſet apta licet ſequereſ actio inepta, uel contraria, tñ ſuppleret illud uicū à iure ex intentione, uel cōcluſione: ex quib⁹ uidet dictū Inno. ſuſtentabile, pro quo eſt communis opi. ut poteſt præclarè & liquidè ex omnibus dictis Doctorum hic colligi. ¶ † Abſolutoria [a] ab inſtātia dicitur interlocutoria, ſecundum communem * opi. Doctorū hic. Pro qua opi. domi. meus hic allegat Bart. in l. properādum. §. & ſi quidem. C. de iudi. & Bald. in l. 2. C. de epiſ. audien. & hæc dicit uera ipſe, ſi abſolutio ſit ab inſtantia in cauſa principali: ſecus uerò, ſi pronunciaretur appellationem deſertam: quia tunc iſta eſſet interlocutoria habens uim diffinitiuæ. Poſtea ſubdit ipſe, quod tñ aliquando ſententia abſolutoria in totum perimit ius agentis ponendo exemplum, quando pronunciaretur ſuper exceptione peremptoria, putà pacti de non petendo, uel ſolutionis. Et iſto caſu dicit, quod eſt interlocutoria, quæ aliquo reſpectu poteſt dici diffinitiua: quia diffinit totum negociū, ut dicit Bart. in l. Titia. ff. de accuſ. licet glo. in cle. ſi. de app. dicat, quod talis ſit ſimplex interlocutoria: nihilominus ipſe tenet cum Bartol. quia dicit ipſe, quòd iſta eſt uera doctrina, quod omnis pronunciatio reſpiciens proceſſum & perimens eum in totum, dicitur interlocutoria habens uim diffinitiuæ, & ut eſt dictum Ioann. And. in cap. cupientes. de elect. in 6. quod ſequitur Bald. in l. 1. C. ne li. tertiò prouocare.

ADDITIO. *Tu uerò circa hæc adde Felin. in rub. extra de re iud. col. 1. & duabus ſeq. & col. 9. & ſeq. & aliquid per domi. Anto. de But. conſil. ſuo 6. & Areti. in ca. quod clericus col. 3. de for. compe. & addita ad conſilium 9. Io. de Ana. & Aret. conſ. 20. col. 1. & Io. de Ana. cōſ. 93. & Feli. in c. exceptionem col. 3. in uerſi. & iſta exceptio, tu non potes. de excep. & in d. rub. extra de re iu. col. 6. & in c. 3. col. 1. & 2. & ſ. de re iu. & Cat. cōſ. 72. in 1. & 5. dubio. Phil. Symo.* Adde his Rotam in tt. de dolo & contu. 3. in nouis quæ dicit, q eſt interlocutoria: & ibi etiam dicit, quòd licet fiat huiuſmodi abſolutio ab inſtantia etiam per delegatum, tamen non expirat eius iuriſdictio, quò minùs ſi actor ueniat intra annum, poſſit poſtea iudex procedere in cauſa uirtute primæ commiſſionis, uocato tamen & citato de nouo reo: & ibi etiam in additione dicit, quòd quando iudex abſoluit ab inſtantia iudicij contra ius, licet per hoc non perimatur ius & actio agentis, tamen facit litem ſuam. Allegat ibi illa additio text. in l. penul. C. de pac. quem Bartol. ibi habet pro notabiliſſimo. Adde etiam his Abb. in c. ad diſſoluendum de diſpon. impub. in 1. notabili, ubi dicit, quod ſententia ſuper inepto libello eſt interlocutoria habens uim diffinitiuæ. Idem tenet Pa. de Caſtr. in l. de unoquoque. ff. de re iudi. & alibi ſæpe, & tenet Abb. in c. auditis. in 4. notabili, de procur. in 1. col. in ſi. in uer. ex ſecundo capite. Et uide Anch. in conſi. ſuo, 16. incip. Viſo proceſſu, ubi dicit, quòd ſententia abſolutoria ab obſeruatione iudicij accedit magis ad naturam diffinitiuæ, quàm interlocutoriæ. Et uide Bald. in l. penul. C. ſi aduer. rem iudic. & in authen. hoc ſacramentum. C. de iur. cal. in l. ſi. C. ſi tutor. uel curator. & in l. cùm iudex. C. de ſen. & in l. ſolent. ff. de offi. procon. Secus eſt in abſolutoria imponente perpetuum ſilentium, ſecundum Bald. in l. præſes. in ſi. C. de ſent. de quo per Marianum in c. licet. in pe. col. de accuſ. Et quādo reſeruetur ius agendi, uide Bal. in l. ſi. C. de pigno. ubi dicit, quòd ſi eſt malè actum & bene probatum, reſeruatur ius per iſtū tex. ſecus, ſi eſt bene actum & malè probatum: *lin. uide Bar. in l. Titia. ff. de accuſa. Ioan. de Imo. in l. ſtipulatio iſta. de uerb. oblig.*

de offic. iudic. §. de ſerui. uerſi. quod ſi opponens. ubi ſi reus abſoluitur ab obſeruatione iudicij propter ineptam actionē, qd dicitur interlocutoria. & hoc tenet Ioann. poſt alios hic in iſto text. Archid. 20. diſtin. §. 1. uerſ. in abſolutione. Adde, quod Pet. de Anch. in Clem. ſin. de appel. dicit, qd ſi iudex appellationi pronunciat ſup inſtantia, ſcilicet quod appellans appellare nō poterit, quia abſorbet non ſolùm inſtantiā, ſed etiā cauſam principalem, cùm accedat ad naturam diffinitiuę, non interlocutoriæ. Vide Bald. in l. 2. C. ſi aduerſ. rem iud. & in authen. hoc ſacramentum. C. de iura. calum. Adde, qd Bal. in Authē. q ſemel. in 4. col. C. quomodo & quādo iudex dicit, qd habet uim diffinitiuę, quādo ꝑpetuū ſilentiū, ut in caſu illius authen. alias aūt ē interlocutoria. Ita dicit ipſe in d. authē. in uls. col. in uerſi. ibi, ab obſeruatione. Adde, qd inuenio, quòd quilibet interlocutoria, reſpectu illius actus pōt dici diffinitiua. Glo. repu. 1. ata ſingul. in leg. generaliter. C. de rebus cred. Adde gloſſ. in authen. de litigio. §. ad excludendas. Bald. in l. intra utile. ff. de minor. Adde, qd dubiū eſt, an tales diffinitiuę ſententię q ferūtur pꝰdente iudicio, ut in abſolutoria ab obſeruatiōe iudicij, habeāt uim diffinitiuæ in effectu, que ad hoc, ut ſolennitates requiſitę in prolatiōe ſnīæ diffinitiuę, requirantur in d. ſententia abſolutoria iudicij, uel in iſtis alijs, ut hic per Fe-

a *Abſolutoria*] *Adde, quod Ioan. Andr. Spec. in tit.*

quia

qa reus abſoluit diffinitiuè, extincto oi remedio actoris, ſm ipſum. Reliqua de materia libelli dicem' in ti. de libelli obla.

SVMMARIVM.

1 *Gerens laudabiliter officium ſuum, fruſtra quæritur, unde ſit.*
2 *Religio an tollat irregularitatem.*
3 *Profeſſio an tollat infamiam iuris.*
4 *Profeſſio quot effectus operatur.*
5 *Capitulum an poſſit agere pro particulari beneficiato.*
6 *Plures ubi ſunt, qui ſub eadem quæſtione tenentur poſſunt, non fit miſſio in poſſeſſionem propter contumaciam unius, niſi omnes noceantur.*
7 *Præſcriptio non currit eccleſia carente immediato defenſore, licet aliàs habeat ſuperiorem prælatum mediatum.*
8 *Prælatus quando æquiparetur tutori. uide hic remiſſiuè.*
9 *Prælatus de bonis eccleſiæ licitè ſuſtentat conſanguineos pauperes.*
10 *Infantes expoſiti, quorum origo ignoratur, an ordinari poſſint.*

CAPITVLVM XVI.

1 CVM DEPVTATI. Præceptores † templi pro domibus ſuis agere & defendere pſſt. Nec obſtat eis religio, uel eorum incognita origo. Quando quis laudabiliter gerit officium, fruſtra quæritur, unde ſit. Ita eſt tex. hic. Sed contrà allegat hic do. And. glo. in c. ſi proponente de reſcrip. quæ uult, quòd poteſt opponi exceptio ſurreptionis, quando alienigena impetrauit beneficium, & non expreſſit ſuperiori, ſe fore alienigenam: & ſic ibi attenditur origo. SOL. Dicit ipſe quòd illa gl. procedit in promouendo, cuius origo eſt incognita promouenti, ſed ſecus eſt, ubi eſſet cognita. Et ita procedit iſte text. & iſta fuerunt ante ipſum Imo. hic. Dicas, quòd regula, Semel malus, fallit, ubi quis per triennium laudabiliter uixit poſt commiſſum delictum. Text. eſt in authen. de monachis. Colla. 1. in princ. allegatus in gloſſ.

2 ¶ Vtrùm † religio tollat irregularitatem? Gloſſ. hic tenet quòd ſic ibi, obſequio Ieſu Chriſti omnis tollitur irregularitas. Vide tamen gl. in c. 2. de apoſta. & ibi Doct. ubi cõcludunt, quòd religio tollit irregularitatem ortam ſine culpa, ſicut eſt illegitimitatis: tamen talis non poteſt promoueri, licet poſſit ordinari ſed ortam ex proprio delicto nõ tollit. Hoc intellige, quo ad actus ſpirituales putà, ordines: ſecus in actibus temporalibus. Vnde & qui prius non fuiſſet admiſſus ad iudicium, factus religioſus admitteretur, quamuis religio in ſpiritualibus non tollat dictam irregularitatem, ſecundum Domi. in ſumma, 55. diſt. dicentẽ eſſe gl. hic, cui de facili non inuenitur ſimilis. Et intellige, quòd ſolus ingreſſus non operetur hoc, ſed profeſſio. ita Calde. in tracta. de eccleſiaſtico inter. in ſecundo membro, q. 27. dicens, quòd qui eſt de populo interdicto, deſinit eſſe interdictus ingrediendo religionem: ſi profiteatur tamen, aliàs non: facit glo. in authen. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccle. intelligens illud uerbũ, Ingreſſi. ut ex eius uerbis colligitur, de profitentibus.

ADDITIO. ¶ *Tu uerò circa hoc, quod ille* a *dicatur* [a] *propriè ingreſſus religionem, qui eſt & profeſſus, adde Pau. de Caſt. in d. authent. ingreſſi. in prin. & Alexand. in l. ſi quis heredem. in uerſi. extra glo. C. de inſt. & ſubſti. & Bar. conſi. 13. in prin. & authen. ſi qua mulier. ad fi. C. de ſacroſanct. eccleſ. & Gemi. in c. 1. in prin. de reg. iur. in 6. & dom. Alexand. in l. ſubſtitutione col. pen. in fi. ff. de uulg. & pup. & dom. Benedictum Capram conſil. 85. ad medium, & aliquid per dom. Feli. in cap. nuper. in uerſi. & pondera de teſtibus. Philippus Symonetta.* Et iſta ſit prima declaratio. Item declara, niſi quis ingrediatur religionẽ ꝓpter crimẽ, & nõ ſponte: qa tunc non uidetur tolli macula. Ita gl. ſingularis in c. hoc nequaquam. 7. q. 1.

a *Ille dicatur*] *Adde tu, quod ſi eſt relictũ aliquid alicui ut ingrediatur monaſterium: intrauit, poſtea exiuit, an debet perdere relictum? Angel. in l. ſi quis heredem. C. de in ſti. & ſubſt. tenet, qđ perdat legatũ, ſi ſine iuſta cauſa exeat: ſecus, ſi cum iuſta cauſa. Idem uidetur uelle in conſilio ſuo 156. incip. Conradus. Bald. & Salic. ibi in d. l. ſi quis heredem. indiſtinctè tenet, quòd debet perdere relictum.*

3 ADDITIO. ¶ *Adde gloſſ. in authent. de mona. in prin. colla. 1. quæ dicit, quòd † profeſſio non tollit infamiam iuris. Intellige ſecundũ iſta, niſi in temporalibus, & uide gloſſ. ſi in 1. quantumlibet. 47. diſtin. qua ponit rationem, quare profeſſio tollit maculam ſine culpa ortam: de quo per glo. in c. 1. de filijs presbyt. in 6. & in 1. ſeriatim. 30. diſtin. Ex qua infert ibi Domi. utrũ bigamus profeſſus poſſit ordinari. De quo per glo. Io. An. in reg. delictum. de reg. iur. in 6. & Archi. in c. ſi*
4 *quis. 83. diſtin.* ¶ *Not. † quatuor effectus, quos inter alios operatur effectus profeſſionis: & tenementi illud, quòd filius ſpurius efficitur legitimus. Dictum eſt ſingulare Gul. de Cune in l. 1. C. de ſacroſanct. eccle. Item omne uotum quantumcunque maximum reſoluitur facta profeſſione, c. ſcripturæ. de uoto. Item operatur, quod nobilis deſinit eſſe nobilis. Gloſſ. in 1. 44. quæ. de ſtatu reg. & in cap. 1. de pur. Cano. uide gloſſ. in cap. ſcripſit. 27. quæſtio. 2. Item operatur profeſſio, quod filius ingratus deſinit eſſe ingratus. Text. eſt in cap. non liceat. 19. quæſtio. ult. Ad quod uide in Panormi. conſil. 27. uol. 2. Philippus Symonetta.*

¶ Item not. quod facta profeſſione cum debita contritione & confeſſione oris cõſequitur quis indulgentiã plenariam. Singularis eſt concluſio beati Thomæ ſecũda ſecundæ, q. antepe. & melius q. ult. art. 3.

¶ Dicit hic do. Alex. contra omnes, quòd prælatus manualis præfertur in agendo, quo ad bona, prælato ſuperiori. quod probat ſic: prælati eccleſiæ dicuntur procuratores, ſ. prælatus ſuperior dicitur generalis, inferior autem ſpẽalis: ſed nemini dubium, quòd ubi concurrunt procurator ſpecialis & generalis, quòd ſpecialis præfertur generali. Text. eſt in l. quoniam. C. de conuen. fiſci debit. lib. 10. Facit l. ſi hominem. ff. mand. Ergo ſequitur, dicit ipſe, quod in agendo prælatus inferior pro eccleſia inferiore præferatur prælato ſuo maiori, & generali. SOL. Negatur, quòd ſit propriè procurator, ut traditur in cap. fraternitatem. de dona. allegato hic per ipſum. Secundum autem argumentum procedit, quod procurator ſpecialis præferatur generali: eſt uerum, ubi duo procuratores eſſent dati ab uno: hic autem unus eſt tanquam dominus & procurator, ſ. prælatus ſuperior: ergo debet ipſe poſſe agere reuocãdo inferiorem quandocunque ante litem conteſt. c. 2. de procur. in 6. Secundò adducit contra communem epi. c. ſtudiuiſti. de off. lega. ubi probatur, quòd quoties aliquis eſt delegatus in quadam cauſa ſpeciali, quòd ſi non opponatur, poteſt legatus generalis de illa cognoſcere. Ita ergo in propoſito dicemus, quòd licet prælatus ſuperior ſit generalis procurator, & poſſit agere in cauſa eccleſiæ inferioris prælati, qui eſt ſpecialis procurator eſt uerum, niſi opponatur ſibi à ſpeciali prælato, quòd ipſe uult agere. Ergo facta oppoſitione debet ſpecialis præferri generali. Et ſic contra cõmunem. ſol. dic, quòd id eſt uerum, quòd delegatus ſpecialis, &c. ſi eſt datus ab alio, quã ab ipſo legato gñali, quia ſi eſſet datus ab ipſo legato gñali, poſſet ab ipſo ad libitum ſuũ reuocari, l. iudiciũ ſoluit. ff. de iud. ſed hic ꝑlatus ſuperior dedit illũ iferiorẽ: ergo dẽt poſſe ad libitũ ipſum reuocare: & ſic, ſi ipſe uult agere, dẽt ꝑferri ipſi ꝑlato inferiori. Adducit & alia hic contra cõem ſol. do. And. q non refero, qa parũ ſtringũt.

¶ Sed circa hanc materiam uide Rotam dec. in nouis, in illo titulo, deciſi. 8. inci. Item quod moniales. ubi dicunt, domini de Rota, quòd moniales habentes aliqua officia, ſeu adminiſtrationes in monaſterio ſiue extrà, diſtincta, poſſunt pro officijs ſuis & adminiſtrationib. ac iuribus & rebus earundem agere & defendere ac procuratorem conſtituere. Item adde Rotam deciſio. in nouis,
5 36, inci. item ſi decanus. ubi dicunt do. de Rota, quòd † capitulum

Adde, qđ Fulgo. in d. l. ſi quis heredẽ uidetur tenere, qđ quotieſcunq; ſiue hic uel illa, exeat monaſterio, in quo effecta erat monacha, uel monachus p pfeſſionẽ (quia aliter non dicitur monachus, nec ingreſſus monaſterium facit cap. ad Apoſtolicam. de regula.) uideo minimè perdat legatum: quia cùm legatum fuit acquiſitum monaſterio, in cuius poteſtate eſt monachus, uel monacha tempore purificatæ cõditionis, l. ſi uxorem. C. de condi. inſer. Non eſt conueniens, quod per egreſſum auferatur legatum quæſitum monaſterio. Allegat in argu. §. ſed hoc. in authent. de ſanc. epiſco. Adde quod idē tenet ibi in d. l. ſi quis heredem. Paul. de Caſt. & fortius, dicit, quod ſi mulier tranſit ad aliam regulam tamen legatum remanet apud primum monaſteriũ, & non debetur ſecundo. Ad quod ultimũ uide plura per Doc. in cap. qđ ad te. de cleri. coniu. & cum ipſo Fulg. & Paul. de Caſt. uidetur per omnia concordare Imo. in l. ſubſtitutione. ff. de uulg. & pupilla. & do. Alexand. in d. l. ſi quis heredem. Ad de, quod Angel. & Imo. in d. l. ſubſtitutione. tangunt q. Pone, teſtator legat uiduæ, ſi efficiatur uidua, an ſi ſemel eſt eff. eſta uidua, & iterum nubat, perdat legatum. Vide ibi, & aliqđ per Bal. in l. fin. 2. not. C. de indi. uidua. tol. per Ange. in conſ. ſuo 34. incip. Conſtantinus.

lum non poteſt agere pro particulari beneficiato in eccleſia
collegiata:& dicunt ipſi,quòd non ob.iſte tex.cum ſua mate-
ria:quia loquitur in ſuperiore uolente agere pro ſubdito:ſed
capellani,uel beneficiati nõ ſunt ſubditi capituli. Nec obſtat,
quòd Canonicus non excommunicatus poſſit petere abſolu-
tionem pro Canonico excommunicato ſine mandato: ut di-
cit Inn.in c.Romana. de ſen.excom. in 6. quia reſpondent,quòd
tales capellani,uel beneficiati,non ſunt de collegio,uel capi-
tulo, nec confratres, ſicut ſunt Canonici inter ſe. Quod no.
incidenter ad hanc materiam. ¶ Limita tamen hoc dictum
Rotæ,ut per Doc.do. An.& alios in c.cum olim. in pe.col.de
teſt.ut non habeat locum,quoties ageretur de bonis ipſius ca
pellæ:quia tunc capitulum bene poſſet agere,ut ibi per ipſos.
Sed dictum Rotæ procedit, ubi materia tangit capellanum,
ratione excommunicationis,uel tituli. Et uide Ab.latè ponẽ
tem, an quando particularis de eccleſia poſſit agere pro tota
eccleſia: & utrùm formabit libellum nomine eccleſiæ,an no-
mine ſui.Item addo Rotam in nouis dec.11.inci. Item,quòd
monachus:ubi dicunt domini de Rota, quòd monachus ſine
mandato poteſt agere pro ſuo abbate iniuſtè incarcerato, &
monaſterium tenetur ad expenſas litis, & ad alimenta ipſi
monachò.Item adde Bar.in l.ſancimus. C. de ſac.ſan.ecc.ubi
dicit, quòd prælatus maior poteſt agere pro reb. capellarum
ſuarum:tamen ſi concurrit cum rectore illarum,præfertur re
ctor.Alleg.l. 2.§.ſi.cum l. ſeq. ff.ad l.Iul.de adul. ubi maritus
in accuſatione adulterij præfertur patri adulteræ: quia ma-
6 iori dolore & affectione proſequitur. ¶ Vbi † ſunt plures qui
ſub eadem queſtione conueniri poſſunt, non fit miſſio in poſ-
ſeſſionem ob contumaciam unius,niſi omnes uocentur.Inno.
in c. cùm uenerabilis,de relig.domi.in ſi.de quo Abb. hic fa-
cit mentionem,& eſt gl.in cle.1.de reſcrip.in uerb.liceret.Cõ
trariũ tenet Pet.de Anch. in d.cle.1. quia propter contuma-
ciam procuratoris fit miſſio in poſſeſſionem cõtra dominum.
Reſponde: ut hic per Ab. Et de contumacia procuratoris po-
nitur latius per Ab. & Doc.in c.1.ut lite non conte.Vel reſpõ
de,ut Per Card.in d.cle.1.in pe.col.quòd prælatus immedia-
tus non cenſetur procurator ſuperioris. Adde,ut ex eius cõ-
tumacia ſibi præiudicetur,& gl.in d.cle.1.Sequitur etiam ibi
Imo. in 13.col. Eſt uerum, quòd dubitatur,utrùm ad miſſio-
nem in poſſeſſionem debeant citari amici & attinentes con-
tumacis,ut per gl. in cle.1.in uerbo, ex certa ſcientia. in ſi. de
iudic.& ibi optimè Car.in pe.col. glo.do.Ant.& Ab.in c.cau-
ſam. de dolo & contu.Imo.& Roman.in l.ſi finita.§.Iulian. ff.
de dam.infec.cum concord. ibi allegatis per eos. Et commu-
nis opinio in illa quæſtione realiter ſeruit in propoſito: &
primò ſeruit, dum dicitur, quòd non uocantur, niſi habentes
ius in re,per l.j.ff. de uentre inſpi. quã in propoſito allegauit
Bald.in l.j.in 6.col.C.de ſucceſſo.edic.propeſi. Ergo idem in
propoſito, cùm prælatus ſuperior habeat ius in re. Secundò
ſeruit, dum illa communis opi. limitatur in pupillo, in cuius
bonis non fit miſſio,niſi uocatis amicis. Ergo idem in propo-
ſito non fiet immiſſio,in bonis eccleſiæ prælati inferioris,niſi
uocato prælato ſuperiori, equiparando eccleſiam pupillo, ut
7 tutrib.uulgatis. ¶ Eccleſiæ † carenti immediato defenſore nõ
currit præſcriptio, licet alias habeat ſuperiorem prælatum
mediatum. Dictũ eſt ſingulare Inn.in c.olim.primò, de reſti.
ſpol.quod latè declarat hic Abb.& uide eundem.in c.1.in 2.
col.de præſcrip.ubi ex hoc infert, quòd uacante imperio non
currit præſcriptio contra iura imperij, licet imperium non
careat defenſore:quia Papa illi ſuccedit,c.licet infrà tit.pro-
xim.licet Barto.in l.j.ff.de aqua plu.arcend.dixerit, dubito:
ſed in l.naturaliter. ff.de uſuca. firmat, quòd non currat. ſed
per rationem falſam: quia dicebat, œconomus poteſt agere
ſede uacante,& tamen non currit præſcriptio,c.de quarta.de
præſcript. quia imo negatur de œconomo, per c.primum, ne
ſede uacan. & iſtud de imperio fuit priùs dictum Cardi. ita
corrigentis Bald.in cap. cùm contingat infrà tit. proxi. cuius
uerba iterum ibi Abb.ſic uſurpat in 4.col.Item adde Card.in
cle.ſi.in 6.col.in uerſi. SOL. Dicit Landinus de procur.ubi
etiam allegat hoc dictum Innocen. & ibi.quòd licet eccleſia
non dicatur morti, cap.ſi gratioſè. de reſcript. in 6. propter
mortem tamen prelati dicitur uiduari: quia ſuſpenditur exer
citium ſui ſponſi.Pro quo adde Ab. conſi.ſuo 22.in 1.uol.ubi
propter iſtud dictum Innocen. dixit à fortiori, quòd contra
eccleſiam exemptam uacantem non currit quadriennium,
c.1.de in int.reſt.in 6.quia caret defenſore,licet ſubſit Papæ.

ADDITIO. *Abbas etiam hoc dictum alleg. ſed nihil penitus ad-
ditur. Adde in do. Feli. in c.1. col. 3. & 5. de reſcri. Philip. Syme.*
Quando prælatus equiparetur tutori,uide hic Ab. allegantẽ
Innocen.& uide glo.in uerſi. reddere rationem.in c.qualiter
& quando el 2. de accuſa. quæ in reddenda ratione admini-
ſtrationis æquiparat prælatum tutori. Facit glo.pen.in ca.ex
literis.de pig.quàm ſequitur Abbas pro ſingulari in c.epiſco
pus. de præben. qui dicit, quòd bona prælati ſunt tacite hy-
pothecata pro mala adminiſtratione, ſicut bona tutoris,l.pro
officio.C.de adm.tu. Et adde de prælato, quod not. Bal.in l.
ſi quis presbyter. C.de epi.& cleri.ubi implicite allegat gloſ.
in c.ſimiliter 16.q.1.Ad idem uide glo.4.c.quicunque.12.q.4.
& glo.in §.ſi quis autem ſuſpectus.Inſtit.de ſuſpec.tut.que di-
cit, quod ſicut pendente actione de ſuſpecto eſt interdicta
adminiſtratio tutori,ut ibi ita pendente inquiſitione ſuſpecti
contra prælatum, eſt interdicta ſibi adminiſtratio bonorum
eccleſiæ. Sed in hoc tamen contrarium tenet Panor.per text.
ibi in c. licet Heli de ſymo. Adde etiam glo. 2.in c.inquiren-
dum de pecu.clericorum:quæ æquiparat eccleſiam pupillo:&
8 glo.mag.in c.1.in fin.ne ſede uacante.Adde † etiam glo.in l.
præſes.C.quomodo & quando index. quæ æquiparat. prælatũ
nõ defendentẽ eccleſiã tutori nõ defendẽti pupillũ. Adde ẽt
Nicol.de Neapol.in l.Imperatorib⁹. §.j.ff.de ſuſpec.tut.ubi di
cit,quod prelatus negligẽs poteſt renocari,ſicut tutor, ut ibi.

ADDITIO. *Circa hoc tamen in,an quãdo prælatus poſſit pro
negligẽtia deponi,uide cumulata p do.Fel.in c.1.de treu.& pace. Phi-
lippus Symoneta.* Sed caue quia iſta equiparatio fallit ſepe.
9 Nam † prelatus de bonis eccleſiæ licite ſuſtentat conſangui-
neos pauperes,c.omnino.& ibi glo.31.diſt.c.1.de cohabi.cle.
mul.c.2.de arbit.ubi ſecundum unum intellectum poteſt do-
tare ſororem inopem,licet ſecus ſit in tutore,l. tutoribus.§.ſi.
cum ſi ff.de admi.tu. Item in prælato reddente rationem,ſuf
ficit iuramentum: glo.ſingul.in d.c.qualiter.2.in tutore uero
requiritur integra publicatio; l.ſi ſumptus. & ibi Bald. C.de
admi.tu.ubi Bal.dicit per illum text. quòd de ſumptib. factis
per tutorem debet fieri probatio, & in dubio appellatione
probationis intelligimus de plena,ſecundum Bar.in l.Lucius
ff. de condi. & demon. Item prelatus non ſuſpectus non red-
dit rationem,ut per omnes in d.c. qualiter: tutor uerò indi-
ſtinctè reddit finita pupillari ętate. Et ideo dicit gloſ.magna
in ſi. in c.ſi.5. q.3. quod inter iuſto. nulla comparatio eſt, &
ſubdit, quòd prelatus habet liberam & generalem admini-
ſtrationem,tutor uerò non:de quo per Hoſt.in tit.de tranſ.§.
1.cum concordant. Et ideo notat Domi. in d.c.ſi.5.q.3.quòd
non rectè arguitur de uno ad alium.Idem latè ponderat Ab.
in diſput.ſua inci. Sempronius.in 3.dubio, in uer.nec obſtat,
quod tutores. dum concludit, prelatum non teneri ad con-
feſſionem inuentarij ſicut tenẽtur tutores. Conſidera igitur,
utrùm dici poſſit, quòd æquiparantur, ubi eſt eadem ratio;
alias non, propter dictum Abb. in ſimili in c.j. de cle. ægro-
tan. ubi dicit, quòd clericus & miles non æquiparãtur, niſi
ſubſit eadem ratio, ſic intelligen. glo. tritam in l.miles ita.ff.
10 de re iud. ¶ Vltimò per iſtum tex.firmat Ana.in c.j.de † in-
fantib.quòd expoſiti, quorum origo eſt ignota, ordinari poſ-
ſunt. Et etiam mouetur per l.3. de infantib. expoſitis ibi,li-
beri ſint & ingenui, appareant nulla macula,&c. & l.nemini.
C.de epiſ.audien.ubi probatur ſecundum Ang. quòd iſti con
ſequuntur plenam libertatem omni reſpectu: licet Petr. de
Anch.in d.c.j.nõ firmauerit. Et ſcias ad hoc gl.in c.quoniam
uetus. in glo. ſi. in uerb.inuidia. 23.q.1. quæ dicit, quòd cùm
duo contenderent de Papatu,& alter alteri allegaret nobili-
tatem, alter reſpondit, Piſcatori filio fabri ſucceſſorem quæ-
rimus,non Auguſto. Adde c.undecunque 56. diſt.& c. naſci.
& cap.Oſius.& c.Iſmael.ea.diſt.& per totum.Vtrùm ſententia
lata contra iſtum præceptorem,de quo in text.noſtro,noceat
principali? Dic,ut hic per Abb. poſt Innocen. in c.auditis.de
preſcri.& per Inno.do.Ant.& Ab.in c.cùm ſuper de re iud. &
Imo.in l.ſæpe. ff.de re iud. & in l.à ſententia. ff.de app.& per
Abb.poſt alios in c.inter quatuor. de maiori. & obed. & per
omnes in c.pen.de re iud. Et communiter concluditur,quod
nocet ſuperiori ignoranti quatenus tangit ius ſuum.

SVMMARIVM.

1 *Iudices eccleſiaſtici debẽt laicis exhibere iuſtitiã & clericis,et nõ laici.*
2 *Clerici nõ ſubiacẽt ſtatutis laicorũ:multa tamen ſubſunt foro ſeculari.*

CAPI-

CAPITVLVM XVII.

Q

VALITER, ET QVANDO. ¶ Iudices eccleſiaſtici debent laicis de clericis conquerentib. iuſtitiam exhibere, & non iudices laici.
1 ¶ Limita primò hunc text. † niſi eccleſiaſticus cognoſceret de laicis uaſallis eccleſiæ: quia eius negligentiam ſupplebit laicus. Abb. latè in c. uerum infrà tit. proxi. contra glo. pe. ibi. Ratio: quia non dicitur propriè ſupplere negligentiam, ſed uti iure ſuo inter laicos: quia iurisdictio ſpecialiter data ratione feudi, durat non data negligentia in reddendo iuſtitiam, & non aliàs, ut ibi per eum. ¶ Limita ſecundò, niſi eſſemus in criminibus mixtis, in quibus eſt locus præuentioni, de quibus in ca. cùm ſit. infrà titu. proxi. quia in illis iudex ſecularis ſupplet negligentiam iudicis eccleſiaſtici. Ita Pet. de Aneh. in conſil. 246. incip. Magnifice & illuſtris. in ult. col. reputans hoc nouum ad iſtam Decretalem: quia in illis eſt locus præuentioni, ut ſuprà dixi. Et iudex eccleſiaſticus nõ dicitur præueniſſe, cùm dolo & negligentia prætermittit procedere, ut eſt tex. in cap. cùm plures. de offi. deleg. in 6. & c. ſi duo. de procur. eo. lib. ca. ſignificauit de offic. ordi. ubi iudex inferior utitur ſua iuriſdictione, ſi iudex ſuperior non procedit in cauſa: & ibi etiam pro hoc, remotis quibuſdam obiectis, adducit doctrinam Bar. in l. 2. ff. de ſepul. uiola. Vbi præuentio nihil prodeſt, quando punitio criminis protelatur contumacia partis. Ergo fortiùs, ſi negligentia iudicis, ut ibi pulchre per eũ. Quod ſemper no.

ADDITIO. *Ad quam doctrinam Bartol. uide in Bart. in l. quamuis. ff. de dam. infect. & Alexand. conſil. 11 uol. primo. in 5. dubio, & Feli. in cap. cùm M. de conſtitut. & Panorm. in cap. ex tenore. in fin. & ibi addita, de reſcript. Philippus Symoneta.*

Ad hæc nota elegans dictum Bar. in conſi. ſuo 180. incip. Dñi priores. ubi dicit, quòd etiam in terris imperij eccleſiaſticus ſupplet negligentiam, & dat practicam clericis, quos grauaret ſtatuta laicorum, ut ab eis petant iudices cognituros de grauamine, quibus negligẽtib. epiſcopus ſupplebit: poſtea ſubdit, quòd ſi in materia, in qua eccleſiaſticus ſupplet negligentiã laici, laicus iudex proceſſiſſet ſummariè & appellatione remota, ſic etiam procedit eccleſiaſticus, allegando no. per Bern. & Innocen. in cap. ſolitæ de maiorit. & obedient.

ADDITIO. *Ad quod conſilium uide in Pet. de Anch. in cap. canonum ſtatuta. de conſti. Philip. Symo.* Et facit optime ad hoc, dictum Bald. in l. ſi puella. C. ſi mancip. ita fuerit aliena. ubi dicit, quod ſi teſtator dat formam diſtribuendi aliquid inter pauperes. conſulto tamẽ Priore Prædicatorum, & diſtributio deuoluatur ad epiſcopum, quòd tenebitur & ipſe Priorem cõſulere. Adde Ab. in c. cauſam. primò, de elec. ubi dicit, ꝙ ſi eps cõfert ea iure deuoluto negligẽte patrono laico, habebit ſolũ quatuor mẽſes, & nõ ſex, ꝓut hñt patroni clerici. Et eſt bonus text. in cle. 1. ibi, illa uidelicet, &c. de ſuppl. negli. præla.

ADDITIO. *Ad hoc tu uide do. Phili. in c. cu acceſſiſſet. in uer. ex hoc. ſuprà de cõſti. Phil. Symo.* ¶ Cõtra dictũ. Gul. de quo hic per Ab. allegant Mod. Bal. in c. 2. ad fi. ſuprà eod. ubi dicit, ꝙ non ualet conſuetudo, quod clericus in reali iudicio conueniatur coram laico: quia in iudicio quaſi contrahitur inter partes, & perſonaliter obligatur perſona litigantium in foro ipſius iudicis, l. 3. §. idem ſcribit. ff. de pecul. l. 2. ff. de prætor. ſtipul. quæ obligatio perſonalis non poteſt contrahi coram ſeculari per epiſcopum, etiam de uoluntate proprij epiſcopi. Item allegat Bal. in l. iubemus nullã in 4. notabili, C. de ſac. ſan. eccl. ubi dicit, quòd propter delictum prælati non confiſcatur eius patrimonium. Ergo patet, ꝙ bona non ſubiacent foro ſeculari. Ad idem allegat Bald. in c. 1. in tit. de contro. apud pares termi. Item allegat Arch. in c. ita nos. 22. q. 2. ubi dicit, quòd confiſcatio nauigij, de qua in d. l. iubemus. refertur ad naues priuatorum, non autem loci religioſi. Item adducit tex. huc in uerbo, omnino. quod uerbum tollit omnem diſpoſitionem ſtatuti, conſuetudinis, &c. per doctrinã Ang. & Imo. in l. ſi quærimus. ff. de teſt. contra Bar. dum dicunt, non ualere ſtatutum, quòd proximus pubertati poſſit teſtari, moti per uerbum. Nullo modo. de quo in l. ſi. C. de teſta. mi. & gloſſ. in cle. hi, qui. de ætate & quali. Et ex iſtis reprobat ipſe Bald. in cap. cùm ueniſſent. de eo, qui mit. in poſſeſ. ubi ſecutus eſt Gul. Adde ad hæc, quæ dixi in c. eccleſia S. Mariæ. in 5. q. de conſt.
2 ubi concluſum fuit, quòd † pro prædijs olim tributarijs clerici non ſubiacent ſtatutis laicorum. Ergo multo minus debent ſubiacere foro ſeculari. pro reb. ſuis. Item adde Marianum in c. ſanè de foro compe. ubi ſequitur Abb. hic. & ſequitur etiam Pet. de Monte in ſua monarchia col. pen. Abbate non nominato: & ponderant iſta aliquantulum in quęſtione, utrùm in bonis patrimonialib. clerici gaudeant ſuo priuilegio clericorũ? & uide in hac q. quæ poſui in d. c. eccleſia. ſuper gl. ¶ Vltimò, quando Ab. allegat c. cùm ſecundum. de hæreti. in 6. uide, quę dixi in c. cùm non ab homine. ſuprà eodem.

CAPITVLVM XVIII.

C

AVSAM. ¶ Iudex habens ut priuatus, quaſi ſimilem cauſam cauſæ quam habet ut iudex, remouetur à iudicando. H. D. Et hæc quidem Decretalis facillima eſt, & glo. bene loquitur, & per Doctores approbatur, & Mod. hic aliqua dicunt: ideo aliter non lego.

ADDITIO. *Et addito Abb. hic in fin. uide Aret. conſi. 29. Philippus Symone.*

SVMMARIVM.

1 *Vocãdi ſunt, quorũ intereſt principaliter, nõ ſecũdariò, uel incidẽter.*
2 *Proclama non ſufficit, quando ſuperſunt, uel ſciri poſſunt, quos negotium tangit. Iunge nu. 3.*
4 *Clauſula, uocatis uocãdis. facit aliquẽ nõ merũ executorẽ ſed mixtũ.*
5 *Excommunicatus uocatus ſpecialiter ad iudicium, admittitur non obſtante excommunicatione.*
6 *Proceſſus iudicis pronunciantis ſuper exceptionibus præiudicialibus & principali, an ſit ipſo iure nullus.*
7 *Proceſſus ſimultaneus ſuper principali, & exceptionibus præiudicialibus, an ſit ipſo iure nullus.*

CAPITVLVM XIX.

E

XHIBITA. ¶ Si iudices de principali & exceptionibus pręiudicialibus ſimul cognoſcunt, uel ſuper principali teſtes recipiunt lite non conteſtata, licitè appellatur ab eis. Hoc dicit. ¶ In glo. 1. limita primò iſtum text. dum dicit,
1 quòd † uocandi ſunt illi, quorum intereſt, dũmodò interſit principaliter: ſecus, ſi ſecundariò, ſeu incidenter: quia illi non ſunt uocandi, quorum ita intereſt. Ita dicit domi. Ant. hic allegans text. in l. 1. §. pen. ff. de uentre inſpi. ibi, non etiam ſubſtituto, qui optime facit: quem text. allegat etiã Bal. in l. nam ita diuus. ff. de adop. & Bald. in rub. C. de inoffic. edic. & in l. iubemus. C. ad Treb. & in l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de offi. proconſul. & in c. inter quatuor. de maior. & obe. & uide gl. fi. in c. 2. de pac. in 6. Limita tamen hoc, niſi præiudicium, quod tangeret aliquem ſecundario, etiam eſſet irreparabile: tunc enim deberet citari. Ita dicit And. de Iſer. in c. ſi uaſallus. ſi de feud. fuerit contro. inter dominum & agnat.

ADDITIO. ¶ *Adde tu ad hoc glo. 2. in l. de unoquoque. ff. de re iudi. & Alex. conſi. 75 uol. 1. & in l. filiusfamilias. §. diui. in 1. q. Bar. ff. de leg. 1. & Alex. cõſ. 86. incip. uiſo dubio attento. in 2. uol. & 146. incip. ſtantibus his. eo. uol. & Bal. in 1. ſtrumentis. & poſt Inno. ibi de maior. & obe. & in l. ſancimus. C. de iudi. poſt Inno. in c. noſtra de procur. & uide ẽt Bal. in c. ſi. circa princ. poſt Inno. ibi, de dolo & contu. & Gemi. in d. c. 2. de pac. in 6. poſt gl. ibi, ꝑ quã dr̃ ut, ꝙ actus nõ dicitur uertere in ꝑiudicium alicuius, quãdo nõ affert damnũ principaliter: qd̃ infert ad declarationẽ ſtatuti dicẽtis, eos, de quorũ præiudicio agitur, debere citari, ut intelligatur de præiudicio, ſcilicet principali. Et uide ẽt ad hæc aliquid per Pau. conſi. 34. ad fi. uol. 1. & 3. & ſeq. in Bal. dubio eod. uol. 2. & 68. col. fin. eo. uol. & domi. Feli. in c. cùm M. Ferrarienſis in fin. de conſti. & in cap. cauſam, quæ. in fin. de teſti. & Barba. conſil. 28. uol. 2. & Feli. in c. cùm olim col. 5. & ſeq. uſq; ad fi. de re iudi. & Barb. conſi. 1. col. 4. & ſeq. uol. 2. & 24. & ſeq. uol. 2. & cõſ. 27. & 45. & 48. eo. uol. 1. & Car. 132. in 2. dubio, & 138. & 140. & Alex. in l. ex facto, in 2. not. ff. ad Trebell. & Barba. in d. cùm M. Philippus Symoneta.*

¶ Secundo limita, dummodo illi, quos negocium tangit, uel quorũ intereſt, ſint certi: ſed ſi eſſent incerti, ſufficit, ꝙ uocentur per edictum, ut hic per Ab. pro quo do. Ant. hic allegat multos, quos ego accumulaui cum pluribus alijs in c. 2. de conſtit. Quod tñ limita, niſi ueriſimiliter de facili ſciri poſſet, qui eſſent iſti, ut per Domi. in c. ſi. in fi. de elec. in 6. quia tunc non ſufficeret talis citatio per edictũ. Adde ad hæc, ꝙ proclama generale nõ nocet poſſeſſori, etiãſi agẽs dicat ſe ignoraſſe illũ poſſidere. quia nõ auditur agens hoc allegans. Ita dicit egregie Bart. conſil. ſuo 79. inci. in Dei nomine. in quæſtione uertente in curia capitanei ciuitatis Narnię. quem ſequitur Pet. de Anch.

de Anch.conſi.ſuo 270 incip.In primo dubio.& in conſi.192. incip.In Chriſti nomine: uidetur prima facie dicendum. Itē adde Ang.conſi.ſuo 188.inci. Viſo facto & ſtatutis.& 191.incip.Pro deciſione quæſitorum.ad fin.& in §.ad hoc.in authen.
2 ut ſponſalitia largitas. Vbi decidit, q † quandiu extant, uel ſciri poſſunt, quos negotium tangit, nunquam ſufficit proclama generale. Et adde Abb. in c.fin.de uita & hon.cle.ubi
3 dicit, † ubi[a] agitur deperdendo priuilegio clericali poſt monitionē, nunq̄ ſufficit proclama generale,niſi proclama apprehēdat ipſum clericum, ut ibi per ipſum pulchrè pp gloſſ. in clem.1.de uita & hone. cler.

ADDITIO. *Adde tu quod propter illam glo. & doctrinam Abb.ubi ſupra hoc anno defendi filium dom.Thomę de Vicomercato.quē dom. Vicarius dicebat priuatum priuilegio clericali:quia non incedebat in habitu ſtante generali proclamate per ipſum edito, quòd quicunq; non incederet in habitu, eſſet priuatus beneficio & priuilegio clericali: quia dicebam per dictam doctrinam, quod non ſufficiebat proclama generale, ex quo erat certus, & ipſe non fuerat comprehenſus in tali proclamate. Itē circa hoc,quando ſufficiat citatio per edictum generale, uel requiratur ſpecialis,uide do. Felin. in d.c. 2. de conſti.& ſeq.& Bar.conſ. 149. & Barba.18. col. 3.uol.1.et 50.& ſeq.eo.uol.& Ro. 228.& 342. et Car.74.& 128.& ſeq.et Fel.in c.ex parte de canon.in uerſi.& uoũ nouis.de reſcript.Pan. in c. 1.in 7.not. de poſtul.præla.Bar.in leg.ſi duo.ff. ex quibus cauſis in poſſeſ.ea. & Alex. cõſi. 137.uol. 2.& in 53 prin.eo.uol.& 107.in prin.in 5.uol. & Ro.53.in fi.et aliquid non ab re per Fel.in c.cũ M.de conſtit.Phi.Sy.* ¶Et not.q cõtēptor uocis præconiæ magis delinquit,& magis eſt contumax,quàm contēptor uocis cãpanæ. Gl.eſt ſingularis in uerbo,præconia.in cle.
4 quãuis.& ibi Abbas,de ſent.excõ.¶Et† nō id, quod dicit Abb. hic de clauſula.Vocatis uocandis,&c.ad quod tu adde Card.cõſi.ſuo 73.incip.Do.noſter Papa.ubi dicit p
b text.q clauſula, Vocatis uocandis[b], facit quem non merum executorem, ſed mixtū & q in procedendo tenetur ſeruare formam iudicij, ex quo corollariè infert; q per omnia idem iudicandum eſt de ſententia talis executoris,quod de ſententia iudicis:& ideo,q ſicut iudex lata ſententia intra decem dies nihil poteſt innouare: ita nec executor datus cum tali clauſula:& idē,q ſicut iudex debet appellationi interpoſitæ à ſententia diffinitiua deferre, debet ita & talis executor,niſi appellatus eſſet contumax. Itē adde Card.conſil.ſuo 92.incip. Nobiles uiri.ubi dicit,q hæc clauſula, Vocatis uocandis,eſt tanti uigoris,q etiamſi adijciatur in cõmiſſione ei qui aliàs erat merus executor,q facit eũ de mero mixtũ:& q tenetur aſſumere partes iudicis,per text. nīm hic iuncta glo. & id̄ infert ex hoc,q non uitiat impetratio eius,qui de alterius colorata poſſeſſione mentionem non facit, licet aliàs ſecus foret. per c.cum nris. de conceſ. præb. Quod not.ad limitationē illius capituli.Item adde Rot.dec. in antiquis,32.de reſcr.incip.nota ex hoc. ubi dicunt do. de Rota,q executor gratiarum datus cũ tali clauſula, tenet̄ ſeruare c.ſtatutum.de reſcr.in 6.ſicut tenet̄ proprius delegatus.

a *Vbi]. Adde tu, an per manſtatuti poſſit ſacere,prælatus. quod clericus qui nō incedit in habitu & tõſura, ſtatim perdat priuil. clericale abſque alia citatione,quę apprehēdat citatu' Teneo,quod ſic,quia ſtatutum hēt uim legis, & prælatus põt ſtatuē de auge re pœnã iuris. & infligere pœnã ſine admonitione, ubi aliàs requirebatur monitio. Text. in c.2. de cõſt.in 6. & bonã glo. habes in c.Romana.de ſent.excõ. in 6. in uerbo, ſententia.quæ ponit mul:as differētias inter ſententiã, & ſtatutum. Adde,in q.iſta do. Abb.in c.fi. de ui. & hon.cler. in 2. col.in uer.& circa hoc poteſt dari.*

b *Vocãdis] Quid autē iſta clauſula operatur,uide remiſſ. quas in apoſtil. adduxi.in c.nō nulli. ſupra de reſcri.char.156.*

ADDITIO. *Tu de iſta clauſula uide etiam Card.conſi.103. col.fi.in fi.& Rotam deciſ.in nouis,13.in tit.de offi.deleg.Philip.Sym.* ¶Not.limitationem ad c.eſtote.j.de reg.iu.ut non habeat locum in conſpiratione,ſm do. Abb. hic in 2.col.ad fi.& eſt dictum Inno.in c.1.de ſchiſma. & Dom.in c.conſtitutionem.de uerb.ſig. in 6.Iſtud idem tenet Bald.in l.1.C.de monopolijs. ubi dicit, q in dubio conſpiratio capitur in deteriorē partē. Idē tenet Bal.in c.1.§.conuenticulas.de pace iuram.fir.& Archi.in c.ſi quis ſacerdotem.11.q.1. Ad hoc induco textum in c.cum dilecti.de accuſ. Item adde Car.in cle.Paſtoralis.in 7. no.de re iud.ubi ponit,quid ſit coniuratio, conſpiratio & conuenticula. Et ibi ſubdit, q ubi ſit conſpiratio ad bonum finē: potius dicitur concordia & confœderatio,quàm conſpiratio, quia conſpiratio propriè ſonat in uitium. Ad hoc etiam adde Bar.in extrauaganti,qui ſint rebelles. in uerbo,occultè. ubi notanter ponit, an coniurationes diuerſarum prouinciarum præſumantur licitè, & ad bonum finem initæ.

ADDITIO. *¶Tu uerò ad regulam d.c.eſtote.et l.meritò.ff.pro ſocio.uide Fel.in 1.quoniã contra.de prob.et aliquid ēt per eũ in c.cum in.de teſti. in uer.ſed tamen.& in uer ult.hic.& in c.teſtimonium.col. 11.eo.tit.et in c.uenerabilis.col.1.de teſtib.cogē. et in c.fi.de præſcri.col. 4.& col.ſeq.& Cepol.cõſ.4.col. 3.& 13. col.6.cũ alijs infinitis,quæ ibi accumulaui q̄ ſi particulariter & diſtinctè referri deberent, multas implerent chartas:ſed nõ eſt pſentis ſpeculationis.Aliquando.n.illa edã in formã cuiuſdã paruuli tractatu'.Phi.Sy.*¶In gl.in uerbo,exceptio,
5 not, q†excõicatus ſpecialiter uocatus i iudicio admittitur nõ obſtante excõicatione. Et ponit Ab.hic col.antep.Sequit̄ Domi.in c.ut circa.§.1.de elect. in 6.Facit dictũ Bar.in l.fi.in fi.C. de edict.diui Adrian.toll.ubi dicit,q quoties feci te citari in terminis illius legis, non poſſum opponere, q non ſis legitimus contradictor. De quo facit ſcitum Paul. de Caſtr in l. cùm mulier.ff.ſolu.matr.cum concord.

ADDITIO. *¶Facit glo.in uerb. etiam ſupplicijs. in auth. de teſtib.Colla.7. q̄ uult, quòd teſtibus adhibitis in aliquo actu de conſenſu partis non põt poſtea opponi p ipſas partes, q nõ ſint idonei;et ibi multa accumulaui ad ppoſitũ ſermētia, q̄ aliquãdo publicabitur. Vide ēt Fel.in c.pſentiũ.col.3.de teſtib. & in c.cum inter R.col.7.uer.unde generaliter. de excep.& Pau. de Caſ.in l.ſi libertus.ff.de in ius uoc.cũ cõcord. Phi.Sy.* Et in ſpē uide Ab.in c.dilecti.de exce.ubi firmat, q Canonico opponēti ſe cõtra petentē cõfirmationē nõ obſtat exceptio excõicationis: ſecus, ſi nõ ageret̄ de cõfirmatione,p tex.hic:q̄a ubi tractat̄ de cõfirmatiõe,agit̄ de magno & nimis intolerabili pręiudicio,qđ nõ ē aliãs:& ſequit̄ ibi Car.in ſi. addēs hoc uerũ, ubi opponeret ſe illi, q peteret cõfirmationē eccleſiæ,in qua ipſe eſſet Canonicus:Secus uerò, ſi peteret cõfirmationē alterius eccleſiæ.Sed certè cõtra predicta arguo ſic:q nõ põt uoluntariè cõparere, non põt cõparere uirtute citationis generalis, qua citatur, quorum intereſt:quia non eſt actor neceſſarius. ut per Bal.in l.fi. uer.quinto quæritur.C.de edic. diui Adri.tol.& in l.a.ad fi.C. de pac.& in l.cùm mulier.ff.ſo. mat.& Lud. in l.de pupillo.§.1.ff.de oper. no.nun.& Paul. de Caſt.in l.ſi libertus.ff.de in ius uoc.Sed canonicus excõmunicatus opponens ſe confirmationi uirtute edicti generalis,c. fi.de elec. in 6.uel uirtute ſpecialis citationis, ſi ſua putauerit intereſſe.Ergo dicitur reus uoluntarius.Ergo repellendus.quia excommunicatus non poteſt eſſe in iudicio, ut reus uoluntarius,per ea quę habuimus in c.intelleximus.§.eo.SOL.Dicas, q talis Canonicus non uenit uirtute edicti, d.c.fi.uel uirtute dictæ citationis, ſi ſua putauerit intereſſe, quaſi ob hoc ſolum coactus: ſed uenit propter graue & præiudiciale ſuum intereſſe imminens ex cõfirmatione petita,ſicut excommunicatus poteſt ſe opponere executioni fiendæ in rē ſuã.¶Verùm
6 † proceſſus iudicis pronunciantis ſuper exceptionibus præiudicialibus & principalibus ſit ipſo iure nullus?Dicit hic do. Andr.q proceſſus ſit nullus,ob hoc quod ſimul pronuncietur ſuper exceptionibus præiudicialib. & principali, contra Ab. hic:& non ſit opus appellatione.Probatur ſic: Clarum eſt, q forma dat eſſe rei, & conſeruat rem in eſſe,l. Iulianus.ff. ad exhibendum. Item clarum eſt, q forma ſeruanda eſt,c.Piſanis.de reſti. ſpo.c.cum dilecta. de reſcri.cum ſim.Sed certum eſt q hic fuit data forma,q prius procederetur ſuper electionibus, & poſtea ſuper principali, ut probatur hic in tex. ibi ſub certa forma.& ibi,ſed peruertendo ordinem, &c.Sed iſta forma non fuit ſeruata.Ergo proceſſus nullus.SOL. Dic, q iſte nondũ obiecerat iſtas exceptiones. Ergo eſt impoſſibile, hic eſſe datam formam.Secundò contra Ab.arguit ſic: ubi ordo iuris iniungitur ab homine ſi non erat ſubſtantialis, efficitur ſubſtantialis, per dictum Bar. in l.diem proferre.§. ſtari.ff.de arb.cum concor.Ergo ordo hic datus, cum datus fuerit ab homine,etiã ſi nõ fuiſſet ſubſtantialis, factus eſt ſubſtãtialis.& p conſequēs,ſi nõ fuit ſeruatus,reddit proceſſum nullũ, d.c.cũ dilecta.cũ concor. SOL.Dic, q illud dictũ Bar.eſt communiter reprobatũ per ea,quę dixi in d.c.dilecta.& c.prudentiã.de off.del. Item dic ut proximè dixi.in præcedēti ſol. Ita adducit contra Abb.Ang.in l.ſi quæramus.ff.de teſta. ubi dicit, q ſi proceditur in principali omiſſis præiudicialibus, proceſſus eſt nullus; dicens eſſe text. hic. Et non ob. dictum do.And. q Papa hic mandet reuocari in irritum; quia dicit ipſe,hoc intelligo,quatenus de facto fuit proceſſum.Item di-

cit, q hic non fuit neceſſaria appellatio, licet tex. mandet ſpoſtare de appellatione: quia imo ſnia fuit nulla ipſo iure, ut laté per ipſum, qui tandé cōcludit, q an proceſſus teneat, uel ſit nullus pēdet á futuro euentu: quia ſi appellabitur, proceſſus erit nullus, ſi uero non appellabitur erit ualidus. Dicit hic Arc. q iſte tex. non ſeruit ad q̄ſtioné: quia hic nō fuit proceſſum ſimul & ſemel, ſed ſimpliciter interlocuti ſunt iudi. q ſuper utroque uolebant procedere: quæ uerba ſnię nō ſunt capienda, prout ſonāt: quia ſapercé abſurditatem, ſed debēt impropriari, & ſic ſaluari, ut intelligantur, q iudex uult procedere ſuper principali reſeruatis exceptionib. dilatorijs, ut ſuſtineatur intētu iudicis, l. ſi. §. idem quæſijt. & ibi p Bar. ff. de cōd. inde. & bene facit tex. in c. inter dilectos. in ſi. de ſid. inſtru. & gl. in l. puto. ff. fami. herc. Quo caſu nō eſt dubiū, q ualeret ſnia p tex. in c. ad diſſoluēdū. de deſpō. impu. Et ſi dicatur, ſi ualebit talis pnunciatio, quare ergo fuit appellatum? Rōdet ipſe, q hoc ideo fuit: qa cū eſſemus in iudicio ordinario, & pars obtuliſſet ſeparatā pbare exceptioné dilatoriam, iudex reſeruando grauauit ipſam ptē, nimirū ſi potuit appellare: ſecundum glo. & Doc. in c. cum cōtingat. de offi. dele. & Bal. in l. 1. C. qui accu. non poſ. & ita dicit ipſe eſſe caſum hic in tex. noſtro: ſubdit tamé, ſi proceſſum fuit hic per uiam inquiſitionis, q ex quo eſt iudicium ſummarium q ualuiſſet talis pronunciatio, etiamſi foret appellatum, per tex. noſtrum hic in quo ponderatur, q iudex non proceſſit per inquiſitioné, quaſi innuens, q ſi per eam fuiſſet proceſſum, bene ualuiſſet talis pronunciatio, non obſtante appellatione. Subdit etiam eſſe aduertendū, q ſi ex forma ſtatuti daretur modus ita pronunciandi ut poſſet procedi in principali reſeruatis dilatorijs quod tamen propter hoc non uidetur præcluſa & ſublata uia opponendi exceptioné impedientem iuriſdictioné examinandi illā ſine reſeruatione. Alleg. Bal. in l. exceptioné. pen. col. C. de proba. de quo articulo dixi laté in d. c. cum contingat. Et aduerte, quia eo caſu, quo dilatoria reſeruatur, poteſt opponi poſt litem conteſtatam, ut eſt gl. & tex. in c. ex conqueſtione. in uer. poſt. in ſi. de reſti. ſpol. & ſentit gl. in uer. quærendum. in c. primis. 2. q. 1.

Additio. *Ad quod tu uide Rapha. Comen. conſi. 39. & Feli. in c. tam litteris. in prime not. de teſtib. & in c. exceptionē. in uer. fallit ſecundo. de except. & Alex. in l. ille, à quo. §. ſi de teſtamento. in ſi. ff. ad Treb. Phil. Symon.* ¶ Poſtea ſecundò ſubdit Arc. q ualet proceſſus in principali omiſſis exceptionib. præiudicialibus, ſi non appelletur, c. ex parte. ulti. de appel. & l. ait prætor. §. permittitur. ff. de mino. & ibi per Bart. Et ratio eſt: quia iudex procedēdo in principali uidetur tacité exceptiones reijcere: & ſic ualet interlocutoria, ſi nō appelletur, & proceſſus: & hoc tenet expreſſé & clare Bar. ſecūdū ipſum in l. ſi quærtamus. ff. de teſta. Et nō obſtat, dicit ipſe, q hoc modo peruertitur ordo, qa imo eſt falſum, q ſit peruerſus ordo: ex quo tacité uidetur prius pronunciatum ſuper exceptione, quod nō obſtat iuxta dicta per Bar. in l. à procedente. C. de dila. & Bal. in l. 1. C. de ordi. iudi. Sed poſito, q non uidetur pronunciatum ſup exceptione, adhuc tamen dicit ipſe, q proceſſus ualet: quia iſte ordo nō eſt ſubſtantialis, ut hic per Ab. Pro quo facit, qđ in ſimili uidemus in c. 2. de accuſ. in 6. ubi omiſſio inquiſitionis famæ nō uitiat proceſſum, ſi non opponatur: & quod etiā in ſimili dicimus, q licet iudex priùs debeat aſſignare terminum actori, & poſtea reo, tamen ualet proceſſus, ſi aſſignetur ſimul ambobus: c. licet. de proba. & c. licet de teſti. & bene facit. quod not. Barto. in l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iudi. Vel aliter, dicit ipſe reſpondeas, q nullus ordo in iudicijs uidetur eſſe de ſubſtantia ante litem conteſtatam in dubio: ſed hic peruerſio fuit circa præparatoria, & adeo non habet uitiare, ſecūdū Spe. in tit. de pparatorijs iudicioꝝ. in

7 prin. ¶ Poſtea † tertiò ſubdit Arc. q proceſſus ſimultaneus ſuper principali & exceptionibus præiudicialibus eſt nullus, ſecundum do. Anto. hic cōtra Ab. & Car. ratione contrarietatis: quæ quidem contrarietas reddit etiam libellū nullum, ſecundum Barto. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poſſ. & Bal. in l. ordinarij. C. de rei uēdi. & in l. 1. C. de furtis. Ergo & eadē rōne cōtrarietatis debet uitiare proceſſum iudicis ita pronunciantis, cū hoc modo pronunciando ſit ſibi cōtrarius. Non obſtat, quod ſuperius dictū

a Quando] Ad- a eſt. q quando,[a] iudex procedit reſeruatis *de tu, q uerū eſt,* dilatorijs, q ualet pceſſus: quia quando p *ſtudiuā exceptio,* cedit reſeruatis dilatorijs in meritis cauſæ, quo ad aliquos actus ſuper principali, licet hoc uideat̄ cōtra ius prima facie, quo ad actus factos ſup pricipali, nō tñ ex quo eſſectū iuris, qñ intētio iudicis eſt, ſi patebit de ueritate exceptionis, q̄ opponebat̄ q pceſſus ſup pricipali fact̄ ſit nullus, ſm Bar. i l. ille, à quo. ff. ad Treb. & Bar. in l. nā & poſtea. ff. de uſucu. & Bar. in l. momentaneæ. C. unde legi. pſo. qa iſta clauſula reſeruatiua perimit actus precedentes, iuxta gl. in l. itē Labeo. §. 1. ff. fami. herc. ponderat Bar. in l. terminato. C. de fruct. & litiū expen. Et non facta tali reſeruatione poſſet tantummodò uno caſu ualere pceſſus, ſ. quādo iudex poſt litē conteſtatā cognoſceret de dilatorijs parte altera non cōtradicente. Sed quando iudex ſimul & ſemel ſup exceptionibus & principali procedit non facta reſeruatione, uidetur ſibi contrarius de iure & de facto: quia in oēm euentū uidetur uelle, q proceſſus ualeat, & nō tunc demū, ſi non pateat de ueritate exceptionis, quæ opponebatur: quod eſt inconueniens, & implicat contradictioné. Et ita reſidet hic Arc. ¶ Tu uerò dicas, q p dño Ab. facit hic tex. in uerbo, ſimul. iūcto uerbo, appellatum. per quē non uidetur congrua interpretatio Arc. de qua ſupra dum uult, q hic nō ſit ſimul proceſſum, ſed tantum pronunciatum de procedēdo, quod eſt mutare naturam huius uerbi, Simul. contra c. dilecti. de accuſ.

quæ ſolet impedire litem ingreſſum, & ſi indiget altiori indagine, non impedit proceſſum: ſed procedatur ad conteſtationem reſeruatis exceptionib. ad merita cauſæ. Ita Barto. in d. l. illā & poſtea. ff. de uſucap. in prin. & Bart. & alij in l. ait prætor. la ij. ff. de minor. Adde. q iudex hoc nō debet facere, niſi exceptiones exigant altiorem indaginē. Quādo aūt dicantur requirere altiorē indaginē, uide p Bar. in l. ille, à quo. §. tempeſtiuū. ff. ut in poſſ. leg. Vide de materia iſta p Felin. in c. exceptionē de exceptio. in uerſi: datur alia fallentia.

Additio. *Sed certè mihi uidetur, q opi. Arc. ſit uerior. ut patet in tex. ibi, interlocuti fuerant, quòd de his & principali negotio ſimul inquirerent. Ergo non inquiſierunt ſimul. Item hoc patet in tex. ibi, de præmiſſis exceptionib. & principali per ſe inquirere intendēbat: Ergo ſi intendebant inquirere ſimul, non inquiſierunt. Ergo uerior eſt opi. Arc. contra do. Fede. Nec per hoc immutatur natura illius dictionis, Simul. nam ex ea denotatur pulchrè, quod iudices ſimul in futurū procedere uolebant, & quòd ita procedendū pronunciabant: non autē, quòd ita eſſet proceſſum. Nec ob. tex. in uerbo, appellatū. quia intelligo appellatū, non ut intelligit do. Fed. ſed quia fuit ſimul pceſſum, uel quia receperunt teſtes lite nondum conteſtata. Sed intelligo appellatum, quia pronunciauerunt ſimul procedendū: quia per talē pronunciationē grauabant partē, uel quia receperunt. Præterea nō uideo, quòd ſicut Arc. uult, quod ualeat talis interlocutoria, qua pronunciatur ſimul procedendum interpretando, ut per ipſum hic. Quare ita interpretando non ualeat proceſſus, maximè cū pro iudice præſumatur. c. ſicut. de re iud. cum ſimil. Sed certè & ab iſta impugnatione poteſt Arc. ſaluari: nā quando iudex pronunciat ſimul procedendū, & pars non appellat à tali pronunciatione, uidelicet interlocutoria: quia pōt ſaluari & interpretari, ut hic per Arct. Item quia pars non appellādo uidetur approbare, q poſſit ita procedere, & quòd per hoc nō grauetur, ſicut in ſimili uidemus, quòd ſi iudex incōpetens pnunciet ſe cōpetentē, & non appelletur a tali pnunciatione, quòd ualet poſtea pceſſus per eū factus: quod aliàs ſecus eſſet, ut traditur per Inn. in c. præterea. de dila. & Io. An. in regula, ſine poſſeſſione. de reg. iur. in 6. in Mercur. ſed quando procedit ſimul & ſemel ſuper exceptionib. & principali, proceſſus eſt nullus, & non pōt ſaluari interpretando: ut facit Arc. in interlocutoria, quia eſt ſ hypſi hoc modo procedendo cōtrarius: quia exceptiones dicunt nō procedendū, & procedendo ipſe ad ulteriora dicit cōtrariū, & intentionis ſuæ eſt, quòd omnino pceſſus ualeat: & ſi intentio ſua nō pōt ita interpretari: quia eſt clara, &c. Et facit ad hoc, quòd dicunt Doc. in l. ſi quis intentione ambigua. ff. de iud. quòd nō admittitur declarare eius ad intētionem ſuā quando intentio & uerba eius repugnarent declarationi, quā uellet facere. & facit, quod no. Bar. in l. naturaliter. §. nihil cōe. ff. de acq. poſ. de eo, quo continentur duo incōpatibilia in eodē libello. Et per hæc, puto, remanet defenſatus Arc. & uide Rom. in l. ſi mulier. in 3. col. ff. ſol. mat. & Panor. conſ. ſuo 24. in uer. nec ob. mea. In cauſa. ſen queſtione in B. uol. Phil. Symo.* ¶ Quæritur hic, ſi proceſſus fuit nullus quare ergo ponderatur appellatio. SOL. Do. Card. facit proceſſum non fuiſſe nullū nam dicit ipſe, hic eſt caſus, q præpoſteratio ordinis, de qua ſupra nō eſt de ſubſtantia. Sed caue ſm Imol. hic in ſi. quia omnino proceſſus erat nullus ex defectu conteſtationis, & dicit, q ideo hic pōderatur appellatio, quia pars illā uiam elegit, non aūt uiā nullitatis, quam tñ adhuc eligere poſſet: Imo dicit ipſe, q index ad quem, potuit dicere proceſſum

ceſſum nullum, licet pars appellauerit aliter. Allegat l.1.cum materia. C. quan.prou.& Io.And.in c.fi. de re iud.in 6. & Bal. in l.1.in prin. C. de ſent.ex breuic.reci.ad quod uide etiã Imo. in clem.1. de re iud.& ibi Card.in 15.q. & Abb.in c.ſignificaſti.in 2.col.de foro compet.& do.Phil.de Peruſio plene in repe.c.dilecto. q.31. cum octo ſeq. ¶ Aduerte, inquantum do. Abb.hic dicit actionem contra electum eſſe popularem, & ad ipſam non admitti excõicatum: nam hoc ſecundum not. Sed primum declara ex dicto Inno. in c.dudum. el 2.in princ.de elec.ubi dicit, ꝙ eſt quaſi popularis, ſed non uere. Ratio: quia in ea interuenit procurator, c.ſuper his.de accuſ. Secus in uera populari.l.5.ff.de popul.actio. Item in iſta nõ obſt.infamia, uel crimen, d.c.ſuper his:ſed in populari ſic, l.4.ff.eo.de popul. actio. Quare Inn. ubi ſ. appellat eã anormalẽ: & ſequitur hoc dictum Inn. do.Ant.in c.ex parte A.de teſti. Et de iſta materia, quando quis opponit ſe electioni alicuius, petens illam annullari, uide Romanum conſi.499. ¶ Iſtum tex.alleg.Bald. in l.præſcriptione.in uer.item quæro, quæ ſunt illæ exceptiones. C.ſi contra ius.ubi dicit per ipſum, ꝙ ad ordinem iudiciarium ita eſt aſtrictus delegatus, ſicut ordinarius. Per iſtũ tex. Dicit etiam Bal.in l.peremptorias.in uerſi.comparet reus.C. ſen.reſcin.non poſſe, ꝙ ſi reus accuſatus offert exceptiones paratas, non poteſt cogi litem conteſtari eis ſaluis. Iſtum text. etiam allegat Card.in clem.1.de offi. deleg.pro ſingulari ad illud de clauſula, Vocatis uocandis. Iſtum tex.alleg. etiam Bal.in multis locis, quos adduxi in c.cùm contingat.de offic. deleg. ubi recurre pro deficientibus hic, & cap.contra.

SVMMARIVM.

1 *Inſtantia an pereat de iure Canonico, ſicut de iure ciuili.*
2 *Statutum epiſcopi an ualeat, per quod præfigitur tempus inſtantiæ.*
3 *Iuriſdictio delegata non perit per lapſum triennij.*
4 *Inſtantia currit irreparabiliter impedito in prima inſtantia.*
5 *Inſtantia cauſæ ſi eſt lapſa facto iudicis, non datur reſtitutio.*
6 *Inſtantia appellationis non currit impedito ipſo iure.*
7 *Impeditus debet proteſtari, ut ſibi ſaluum ſit ius ſuum, niſi in tribus caſibus. Iſtos caſus hic uide.*
8 *Officialis finito officio, ut non poſſit conueniri, quid facere debet.*
9 *Pars citata ſpecialiter ut agat, non perdit ius agendi, niſi à iudice bis fuerit monitus.*
Inſtantia cauſæ principalis non prorogatur.
Tempus non extendens metam triennalem præfixam à delegante prorogari poteſt. poſt nu.9.uerſi.prima declaratio.
10 *Inſtantia ſtatutaria breuior triennio prorogari poteſt.*
11 *Cauſa principalis poteſt ſuſpendi per compromiſſum.*
12 *Inſtantia perempta poteſt innouari repetendo unico momento omnia acta.*
13 *Inſtantiæ prorogatio non firmatur etiam iuramento.*
Inſtantia cauſæ appellationis poteſt ſuſpendi pacto, uel compromiſſo. quam tamẽ ſuſpenſionem procurator facere non poteſt ſine ſpeciali mandato. Poſt nu.13.uerſi.ſecunda reg.& uerſi.prima ſit itaque.
14 *Tempus decendij datum ad appellandum non eſt prorogabile.*
15 *Fatalia appellationum poſſunt per partes ſuſpendi.*
16 *Sententia lata poſt inſtantiam ſtatutariam, uel poſt triennium, eſt ipſo iure nulla. Poſt nu.15.uer.de ſententia lata. Quam regulam limitat multis modis, ut hic nu.17.& 18.*
19 *Tempus in dubio præſumitur præfixum inſtantiæ, non iudici.*
20 *Iudex interpellatus ut expediat cauſam, non incurrit pœnam impoſitam iudici non expedienti cauſam.*
21 *Cautela talis an ualeat, ſi iudex dicat, Abſoluo, uel condemno, prout quiſque eſt condemnandus, uel abſoluendus.*
22 *Inſtantia perit coram arbitro, cui non eſt tempus præfixum.*
23 *Inſtantia currit in cauſis ſummarijs.*

CAPITVLVM XX.

VENERABILIS. ¶ Dicit hic do.And.per plu
1 ra, quòd † etiam de iure Canonico perit in
★ ſtantia, ſicut de iure ciuili. Cõmunis ★ tamen concluſio eſt, ꝙ de iure Canonico non perit inſtantia, c. fin.de proba. iuncta declaratione Hoſt.ibi dicentis, ꝙ in illa cauſa lis fuit conteſtata tempore Celeſtini: deinde abinde fuit coram Gregorio & non dicas, ꝙ ibi eſſent plures inſtantiæ. Rationem differentiæ inter ius ciuile & Canonicum ponit Bal.in c.fi.de dolo & contu.quia ius Canonicum conſiderauit, ꝙ inducendo hanc peremptionem eſſet potius inſtantiam reiterare, quam liti finem imponere: quia non dicitur perfectè ſopitum, quod reiterari & recidiuari põt: & ideo per ius Canonicum melius prouidetur immortalitati litium, quam per leges cum per illas lites efficiantur prolixiores propter tẽpus in reiterando conſumptum. Ratio autem Ab.hic non eſt generalis propter ſequentem fallentiam.

ADDITIO. *Ad hæc uide tu Alexan.cõſ.23.in 3. uol.et 64.uol. 4. Barb.in c.de cauſis.de offi.dele.Philip.Sy.* ¶ Fallit aũt hęc cõis concluſio primo in cauſa appellationis, ubi lapſo anno, uel biennio ex cauſa dato, cadit appellans à cauſa, c.cũ ſic. de appell. ¶ Fallit ſecundò, ubi reus abſoluitur propter ineptũ iudiciũ, iuxta c. examinata. & ibi tradita ſ.eo. ¶ In quantũ dicit hic
2 Ab.ꝙ † non ualet ſtatutum epi, à quo terminus præfigeretur inſtantiæ. quo nõ poteſt ſtatuere contra hoc capitulum, cùm ſit ius Papæ: & ſic ſuperioris, c.quod ſup his.de maior.& obe. cum ſimi. Dic tamen, ꝙ hoc c.non reſiſtit conſuetudini, quæ induceretur ſuper hoc, quia bene ualet conſuetudo contra Canones, c.fi. de conſue. Et ratio diuerſitatis eſt, ſm do.Abb. ibi in uer.ſed pulchrum. quia actus ſtatuendi denotat magis ambitionem & ſuperioritatem, quàm inductio conſuetudinis, quæ ſurgit ex tacito conſenſu. Quando autem poſſit eps ſtatuere contra canones, dixi plenè in d.c.fi.de conſuc. & ponit latè Pe.de Anc.in regula, ea quæ.de reg. iur in 6.in pen. char.& ibi dicit, ꝙ eps committens cauſam poteſt præfigere terminum: de quo dubito propter gl. in c.fi.de hæret.in 6.
3 ¶ Iuriſdictio † delegata non perit per lapſum triennij. Ita tenet hic glo.1.in 2. lec. Limita, niſi princeps delegans præfigeret inſtantiam ipſi iudici. Nam ſi eſſet illa minor triẽnali, bene periret iudici, ſed non partibus: & ideo ex eiſdẽ actis factis corã eo poſſet expediri illa cauſa. Ita dicit Bal.in l.properandũ.C.de iud.in prin. ¶ Adde, ꝙ ſi ſtatutũ dat alicui iudici liberũ arbitriũ, nihilominus tenebit expedire cãm ĩ.inſtantiã iuris cõis, uel ſtatuti. Ita dicit Bar. in l.ſi in lege ff.loca. & Pet.de Anch.in repe.c.1.in 35. char.de conſt.

ADDITIO. *Adde tu ad illam deciſ. Bar. Alex.conſ.50.in 3. & ult.col.in 2.uol.& Pau.de Caſt.in authen.quæ ſupplicatio. C.de preci.Imp.offer.& do.Fele.in d.c.1. de cõſt.col.18. & Ro.conſi.312.& Are.in c.dilecti.de iudi.Philip. Symo.* Adde circa hæc cautelam, quam ponit hic Maria & dicit optimam, ſ. ꝙ elapſa inſtantia actor petat pronunciari inſtantiam peremptam facto & culpa rei, & eum condemnari in expenſis factis in cauſa, quod quidem iudex poteſt facere. quia quo ad hoc durat etiã eius officium. Allegat Bald.in l.properandum.§. illo in fi.C.de iudi.

ADDITIO. *Adde tu, quod idem tenet ibi Bart.& uide Alex. conſ.137.in prin.in fi.uol.4.& Ioan.de Ana.93.Philip.Sym.* Item dicit do. Mar.ſe obtinuiſſe in facto, ꝙ reus, qui toties fruſtra appellauit, tenetur in expenſis, quia appellans friuolè dicitur manifeſtus contumax, c.2. de dolo & contu.lib.6. Imo ſubdit fortiùs, ꝙ ſi actor fuerit contumax, licet uincat, tanto minus condẽnabitur reus in expenſis, quantũ abſorbet illa contumacia actoris. Alleg.in ſimili gl.in c.pen.de exce.& tex.in ſimili in c.1.de re iud.lib.6.& dicta per ſe in c.calumniam.de pœnis. in 5.articulo, ubi dicit, ꝙ actor uincens debet condemnari in expenſis factis à reo ex tarditate actoris in proponendo iura ſua. Et circa iſtam materiam peremptionis inſtantiæ facias infrà ſcriptas concluſiones. ¶ Prima itaque concluſio
4 ſit quòd † impedito in prima inſtantia om
a nino currit tempus irreparabiliter [a]. Ita dicunt Bart. & Bald.in authen. item ſi appellatione. C. de tempo.app. & in l. petendæ. C. de temp.in integ. reſtit.peten. per leg.properandum.in fi.inducendo à ſpeciali in pupillo, C. de iudi. & tenet latè hic Are. Fallit hoc, ubi præfigeretur tẽpus, nõ tantùm inſtantiæ, ſed etiam liti. Ita dicit Bald.in authen.clericus.C. de epiſco.& cler. in l.1. ad fin.C. de dila. Tunc enim par eſt ratio in iſto caſu, quæ eſt etiam in inſtantia appellationis, de qua ſtatim dicetur. Facit l. ſed ſi per prætorem.§. ait prætor.ff. ex qui. cau.ma. ubi is, cui ius facto alterius perijt, reſtituitur. ¶ Secunda con-
5 cluſio ſit, ꝙ † ſi facto iudicis lapſa eſt inſtantia cauſæ principalis, non datur reſtitutio. Gl. eſt. in uer. ſi quando lis. in fi. in authenti. de appel.§.1. & tenet Salic. in d.l. properandum.§.fin autem utraque. Nõ obſtat gl.in §.hoc quoque. in authen. ut ſponſa. largitas. quia loquitur in cauſa appellationis, de qua infra dicetur. Fallit ubi iu-

a *Irreparabiliter*] *Ad qđ uide 1 opinione & no. per do.Soci.in conſ.31. uer. proſequendo ordinem.per totũ in 1. parte, char.72.*

a *Vbi iudex*] *Adde ia, quòd ianco- iſtud ita demum procedere, ſi partes non apparent negligenter, conſilium Ergo eſt. ut proteſtationes multiplices partes faciant iudici. Ita Bald. & Salic. in l. properandū. §. ſi autem utraq;. C. de iud. do. Abb. in c. plerunq;. de reſcri. in 1. col. in verſi. ego dico. Et adde, q. illa proteſtatio debet apparere in actis, ſecundū Bal. ibi in d. §. ſi autē. Adde Bart. in materia in l. Titia. §. uſuras. ff. de leg. 2. & in l. 2. §. dies. ff. quādo appe. ſit. Et dic, q. ſi iſto caſu iudex abſentaret ſe, q. pars poterit offerre libellum ſupplicationē. Ita Bal. in authen. quæ ſupplicatio. C. de preci bus Imper. off. Et adde Bar. in auth. itē. C. de tēp. app. et not. in practica.*

dex[a] cauſæ principalis caret culpa, putā ſi eſt ipeditus multitudine cauſarū. qa tūc dabitur reſtitutio parti, ut elegāter p Ab. hic & Lud. in l. ſi uerò. §. de uiro. in 44. ſal. ff. ſol. ma. Et ratio poteſt eſſe iſto caſu, q. detur reſtitutio: quia datur in ſubſidium, ex quo parti non poteſt eſſe conſultum contra iudicem, cum careat culpa, iuxta regulam l. fin. in princ. ff. de eo, per quem fact. erit. ubi impedito ab alio datur actio ad intereſſe cōtra eū & ſi ille non eſt ſoluendo, datur in ſubſidium reſtitutio. Sed certè de iſta fallētia dubito: qa ſi eſt ſpeciale in minore, q. ipſe reſtituatur in ſubſidiū: ergo in alijs in contrarium eſt ius cōmune. Et ita tenet hic Aret. in 2. co. & placet. Vbicunque autem dictū eſt currere inſtantiā, intellige ſaluo tamen ſemper iure contra dolo impedientē, per. l. arbitro. §. pen. ff. de dolo. qui ſi nō eſt ſoluēdo, inanis eſt actio, licet gl. ibi dicat, dari reſtitutionē. Sed in contrarium facit, quod ſ. dixi poſt Aret. hic, q. ſpeciale eſt hoc in minore. Ergo in contrarium eſt ius commune. Et ideo co-
6 gita. ¶ Tertia concluſio ſit, q. † inſtantia appellationis ipſo iure non currit impedito, ut hic per Are. per text. in §. hoc quoq;. authē. ut ſpōſa. largi. col. 9. in uer. nullum penitus præiudicium: ſi nullum præiudicium ergo non eſt neceſſaria petitio reſtitutionis in integrum: quia illam petendo pateretur præiudicium uexationis & expenſarū, ut elegāter etiā per Mod. in c. ex ratione de appel. uerb. circa quintum. & Paul. de Caſt. conſil. 25. ad fin. ¶ Limita primò, dum modò impeditus proteſtatus fuerit, & appareat q. per ipſum non ſtetit, ut dixi in c. cūm. M. in 1. q. proteſtationis, de conſti. & eſt gl. in c. cupientes. §. q. ſi. in uerbo, propoſita de elect. in 6. & ibi dicit Imo. quē ſequit̃ Domi. ſe obtinuiſſe in una cauſa appellationis, q. appellans, qui non potuerat habere copiam iudicis ad interponendum appellationem, & permiſit labi tempus datum à iure ad appellandum, ſuccumberet propter negligentiam in non proteſtando, q. per eum nō ſtabat, quo minus tempore debito interponeret appellationem.

ADDITIO. *Ad quam gloſ. uide in Alexand. conſil. 164. uol. 2. Feli. in c. ex tranſmiſſa. col. 13. & ſeq. de præſcrip. & Barb. conſi.*
7 *50. uol. 2. Philip. Sym.* ¶ Communiter † generaliter tenetur in omni impedito, quòd debet proteſtari, ut ſibi ſit ſaluum ius ſuum præter quam in tribus caſibus. Primus, eſt, ubi non ſumus extra lapſum temporis, ſed intra quod allegatur excuſatio: quia tunc ſufficit impedimentum interueniſſe, licet non ſit facta proteſtatio. Ita dicit Imol. in c. plerunque. de reſcri. inducendo c. ſi autem. cum materia, eodem titulo. ¶ Secundus caſus eſt, ubi non requiritur proteſtatio, quando tempus eſt utile. Ita conſuluit egregiè Card. conſil. 128. incip. In quæſtione, quæ uertitur inter Andream. loquens de uaſallo impedito, qui non petijt intra annum inueſtituram: quia annus ille eſt utilis, & ideo cūm ſit utilis, non currit impedito. Omnia enim iura loquentia de proteſtatione impediti intelliguntur, ubi tempus eſt continuum: quia tunc bene eſt neceſſe, ut fiat proteſtatio, ne currat: ſecus, ubi tempus eſt utile, ut per Card. ubi ſuprà. & in dubio quidem omne tempus cenſetur continuum, ut eſt glo. in clemen. 1. in uerbo, continuum. & ibi Doc. de reſti. in integrum. ¶ Tertius caſus eſt, in quo non requiritur proteſtatio, ſ. quando impedimentū ſurgit ex perſona impediti: nam iſto caſu licet eſſet utile proteſtari, non tamen eſt neceſſarium. Ita dicit Imol. in c. ſi. de appel. per rationes, de quibus ibi per eum dicentem hoc antea à nemine fuiſſe tactum: & ſequitur ibi dn. Philip. & in c. ex ratione. in uer. ſed dubitatur. eo. tit. Quæ omnia nota tanquam noua.

ADDITIO. *Reliqua uide per dn. Felin. in d. c. ex tranſmiſſa. & quæ ibi ſcripſi, de præſcrip. Philip. Symo.* ¶ Secundo limita, dummodo impeditus probet ſe fuiſſe paratū expedire actū. Text. eſt in l. qui commeatus. ff. de re milit. & ibi Bartol. & Innoc. in c. ex tranſmiſſa. de præſcript. in princ. & Archid. in cap. prima actione. 16. q. 3. ¶ Tertiò limita, dum modò impeditus probet ſe adhibuiſſe conatum, ut repelleret impedimentum. Text. eſt in l. ſi. C. de adult. & ibi Bart. & Salic. Reliqua circa impedimentum non cadunt hic maximè materia de modo probandi ipſum, ſed ponitur per omnes in l. 2. §. & quod diximus. ff. ſi quis cautionibus. & per Moder. in d. c. ex ratione. in 3. char. in uer. quartum principale. cum quatuor fo-
8 lijs ſeq. de appell. ¶ Circa † cautelam Cardi. de officiali, cuius cauſa in loco, ubi geſſit magiſtratum, debet determinari intra 20. dies & ulterius, ibi conueniri non poteſt, ſed in propria patria ſic, ſecundum glo. & Barto. in l. 1. ff. ad l. Iul. repe. q. ad hoc euitandum debet facere fieri proclama, &c. quia tunc etiam non poterit poſtea conueniri in propria patria: & refert hic Abb. Adde Bald. in l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de uffi. proconſ. & leg. ubi tenet idem. q. tale proclama operetur, ut non poſſit conueniri in propria patria, niſi conueniretur in materia non concernente officium. Imo adde, q. in propria patria conueniretur, non obſtante tali cautela, per c. aduerſus. de immu. eccleſ. ubi dicit Pet. de Ancha. quòd officialis abſolutus à ſyndicatu, adhuc poteſt conueniri in propria patria, non obſtante, q. elapſus ſit terminus edicti. Tu tene iſtam cautelam pro uera. Non obſt. c. aduerſus. quia loquitur in caſu, quem ponit Bald. in d. §. proficiſci. Pro fallentia, ſ. in delicto concernente nedum officium, ſed etiam perſonam officialis, ut ibi per Abb. in uer. & facit iſte text. Huic cautelæ non obſt. l. 1. C. ut nemo inuitus. quia fallit, ubi ſubeſt iuſta cauſa cogendi nolentes agere, ut agant, ut dicitur ibi in gloſ. quæ exemplificat in ſcholari receſſuro. Et in officiali poteſt eſſe duplex cauſa iuſta. Prima, ne officialis tardetur in loco. Secunda, quia defenſiones concernentes geſta in officio, habentur promptiores in loco officij, quàm in patria, ut hic per Abb. Et tales termini ad agendum nunquā aſſignantur, niſi ex iuſtis cauſis, putà in caſu l. diffamari. C. de inge. & manumiſ. de quo uide aliquid per Bar. in l. Titia. ff. de accuſ. cum concordantibus. Circa quæ not. duo. Primo, quòd lapſo termino ad agendū adhuc agi poteſt, donec iudex imponat ſilentium his, qui non comparuerunt. Ita dicit Innoc. c. cūm in tua. qui matri. accuſ. poſſ. de quo exclamat Angel. in l. 1. C. ut nemo inuitus. & idem tenet Bald. in dicta l. diffamari. niſi in duobus caſibus, ſ. ubi terminus eſſet ſtatutus à lege, uel ſtatuto: quia eo lapſo nemo poſtea audiretur. Ita dicit Innoc. ubi ſuprà per l. ob commiſſa. C. de adult. ibi gloſſ. ſequitur Bal. in authen. ad hæc. C. de uſur. & d. l. diffamari. & in c. 1. quo tempore miles uaſal. ¶ Alius caſus eſt, ubi in aſſignatione termini fuit per iudicem comminatum, quòd niſi comparerent, amplius eos non audiret: tunc enim non eſt opus noua impoſitione ſilentij. Ita dicit Salic. in l. ſi ea. C. qui accuſ. non poſ. de quo facit ſeſtum Aret. in §. ſi minus. Inſtit. de act. ¶ Secundò not. quòd
9 † pars ſpecialiter citata ut agat, non perdit ius agendi, niſi à iudice bis fuerit monita. Gloſſ. eſt ſingularis. & ibi exclamat Ange. in §. 1. in authe. de hæred. & Falci. ubi dicit, ita mirabiliter eſſe limitandam materiam l. diffamari. C. de inge. & manumiſ. cum ſimi. Per quas imponitur ſilentium lapſo termino: dicit tamen cogitandum. Et ſequitur Marianus in c. licet. in ult. col. de accuſ. ubi dicit ſe examinaſſe in §. ſed neque hæres. Inſtit. de teſta. in repe. ſua.

ADDITIO. *Reliqua tu circa iſtam materiam uide per Ang. de Aret. in rubrica. Inſtit. de exce. & Alexand. conſ. 128. uol. 1. & Cepol. cautela ſua. 150. & Feli. in c. ex literis. in uer. fallit nonò. de cōſti. & in c. licet cauſam in uer. limita duodecimo. de proba. & nouiſſimè per eundem in c. 2. in uerſ. tamen dicas de teſti. & in c. cūm olim. in uer. quando autem. eo. tit. de teſti. ¶ Hic ergo ceſſatis in additionibus propter feſtinationem imprimere uolentium. Et ſi qua minus opportunè inſerta fuerunt, ignoſcatur tyrocinio noſtro: tumultuarie enim & pauca quidem & breues & indiſtincta additæ ſunt culpa ipſorum impreſſorum, properè nimium nobis calcaria ſubdentium: elaboraui tamen, ut par erat, pro ingenioli mei uiribus, ut opus hoc quam emendatum & caſtigatum in lucem animoſè prodiret, licet exemplar mihi ita deprauatum & corruptum traditum fuerit, ut nec ſyllaba quidem ſonciunne apta foret. ut mihi teſtis locupletiſſimus eſſe poteſt præſtantiſſimus præceptor meus And. Pomus, uir conſummatiſſimus, & quem aliquando, ſi fata uitam dederint, Doctorē gratiæ ſuæ principem futurum uideo. Philip. Symon.* ¶ Et quia plene hic tractatur, an inſtantia poſſit proroga-
a-ri[a], ut enucleetur iſta materia, prima a *Prorogari*] regula

Ad quam materiam uide etiam plenè per do. Socin. in conſil. 31. incip. Proſequendo ordinem. verſ. & fina. Aliter & in 2. parte cha. 62.

regula ſit. ¶ Inſtantia cauſæ principalis non prorogatur. Glo. 2. l. 2. §. ſi & iudex. ff. de iudicijs. Bald. in l. quòd ſi nolit. §. ſi quis ita. ff. de ædil. edict. Pau. de Caſt. conſil. 15. uerſic. ſecundò principaliter. Bart. in l. Seius & Augerius. ff. ad l. Falci. & Doct. ſ. allegandi. ¶ Prima declaratio. Tempus non excedens metam triennalem præfixam à delegante prorogari poteſt. Text. eſt in c. 1. de cauſis. de offic. deleg. Dummodò non ultrà triennium, ſecundum Sal. in d. l. properandum. & dum modò prorogatio fiat ante finitum tempus præfixum, per l. ſed ſi manente. ff. de precario. Et ſi in iuriſdictione prorogaretur longius tempus, tunc iudex facta prorogatione tenetur expedire intra triennium à litis conteſtatione, ſecundum Salic. ubi ſuprà.

10 ¶ Secunda declaratio. Inſtantia † ſtatutaria breuior triennio prorogabilis eſt ſecundum Salic. ibi. ſ. propter rationē præcedentis declarationis. Et eſt uerum, quod Imol. in l. 4. in princ. ff. de dam. infec. & Bald. de pace Conſtantiæ in uerſic. cauſis. tenet contrarium, quia ſubrogatum, &c. & ideo Maria. hic dicit cogitandum, licet non alleget iſtos. Sed horum opin. procederet, ubi prorogatio tranſcenderet triennium: quod eſſet abſurdum, quia cauſarentur infinitates. Sed intelligo concluſionem, ubi non tranſcendit triennium ipſa prorogatio, & tunc illud tēpus ſubrogatū differt ab alio: quia illud reperit certam & primæuam metam: quæ non improbatur à d. l. properandum. Res enim de facili redijt ad ius commune, & ad naturam ſuam, ut eſt gloſſ. in c. ſtatutum. in uer. numerandum. de præben. lib. 6.

11 ¶ Tertia declaratio. Per † compromiſſum poteſt ſuſpendi cauſa principalis. Ita dicit Barto. in authen. ſi tamen. C. de temp. ap. & Bald. in d. l. properandū. Contrarium uerius, ut per Abb. hic, & Imol. in c. de cauſis. de offic. dele. Salic. in d. l. properandum. quia ratio clemen. quamdiu fundata in maiori præiudicio ceſſat in cauſa principali, ut hic per Abb. & ad l. contra maiores. & conſimiles, dic, quòd procedunt, ubi ambæ uiæ ſunt neceſſariò incompatibiles, ut hic per do. Franc. qui allegat gloſſ. in c. cùm dilectus. in uer. præſcriptione. de relig. do. ¶ Quarta declaratio. Inſtantia

12 perempta † poteſt de nouo innouari repetendo unico momento omnia acta. Ita Barto. in l. ſi à te. ff. de except. rei iudi. Maria. hic dicens quotidie ita fieri, & docens modum practicandi. Adde Ang. idem tenentem in authen. ſi tamen. circa princ. C. de tempo. appel. Abbas in c. fin. de probat. & Imol. in d. c. de cauſis. ſubdentem cautè, quod iſta non eſt propriè prorogatio per d. l. ſed ſi manente. ſed eſt inchoare de nouo: & intellige, dum modò præſente & conſentiente iudice. Ita dicit Fulg. in d. l. properandum: ſicut in alijs actibus iudicialibus, c. forus. de uerb. ſignifi. Et ad c. clericus. de iureiur. dic ultra iſtos, quòd ille ibi non iurabat iterum, ſed uolebat primum iuramentum extendere uires ad ſtatuta noua: hic autem fit expreſſa reiteratio actorum, licet per relationem ad aliud, quæ debet idem operari, ac ſi de nouo fuiſſent facta acta de uerbo ad uerbum, l. ait prætor. §. 2. ff. de re iudi. Nec obſtat ratio figmēti do. Abb. quia ex diuerſo euitantur expenſæ, iuxta doctrinam Bald. in c. fi. de dolo & contum. Item inſtantia poteſt abbreuiari partium conſenſu, tam in principali, quàm in appellatione. Lud. in l. 2. ff. de re iudi. Bald. in l. centurio. ff. de uulg. & pupil. quia cōſonat publicæ utilitati, ut cauſę citò expediantur. Idem dic in tempore præfixo à delegante: nam & illud poteſt abbreuiari partium conſenſu. Ita Imol. in dicto capitulo, de cauſis. de officio delega. ¶ Quinta

13 declaratio. Prorogatio † inſtantiæ non firmatur etiam iuramento. Ita Abb. hic, allegando Bal. idem ſentit Bar. in dicta l. Seius & Augerius. ff. ad l. Falci. quaſi in fin. Dic contrarium ſecundum Pet. de Ancha. in c. licet. de iureiur. lib. 6. & Imo. hic, & in d. l. Seius & Augerius. & in repet. c. cum contingat. in uerſi. quia inquantum. de iureiu. Ratio: quia tale iuramētum non eſt contra ius Canonicum, à quo iuramenta regulantur, d. c. cùm contingat. Ita intelligitur c. ſi diligenti, ſ. ue. proxi. nam ibi actus erat expreſsè reprobatus à canone, quod non eſt hic & etiam in foro ſeculari iſtud iuramentum ligat. Ita Imo. hic. Item adde, quod ubi in cauſa periret nedum inſtantia, ſed etiam ius partis, puta quia imponeretur ſilentium lapſa inſtantia: tunc inſtantia poteſt ſuſpendi. ſicut in cauſa appellationis: quia ſubeſt ratio magni præiudicij, ſicut eſt in cā appellationis. Ita dicit Bald. in l. petendæ. C. de temp. in integ. reſtit. pete. in fin. ¶ Secunda regula principalis eſt, Quòd inſtantia cauſæ appellationis poteſt ſuſpendi pacto, uel per compromiſſum, clemen. quandiu. de app. etiamſi non compromitteretur de ipſa cauſa appellationis. quia omnino utroque caſu intendunt partes ſuſpendere iuriſdictionem: quod tamen declara, ut ſ. ¶ Prima ſit itaque declaratio, quod procurator ſine ſpeciali mandato non poteſt facere hanc ſuſpenſionem. Ita dicit Cald. conſil. ſuo 4. tit. de app. ¶ Secunda decla-

14 ratio ſit ad hanc materiam, quod † tempus decendij datum ad appellandum eſt improrogabile. Ita dicit Paul. de Leaza. in d. cle. quandiu. de app. quem ſequitur Rota in deci. in nouis. in tit. de dila. deciſ. ſecunda, incip. Item fuit dubitatum ad fi. & do. Anto. in c. licet. de procur. Bald. in authen. ei, qui. C. de temp. app. Ange. in authen. hodie. C. de app. Paul. de Caſt. & Lud. in l. 2. ff. de re iudi. Imol. in d. cle. quandiu. & ibi Cardi. in 5. q. In hac materia, cur non poſſit prorogari inſtantia, rationem ponit Bal. in d. authen. ei, qui. C. de temp. appe. dicēs, quod ratio eſt: quia partes non poſſunt facere, quod iuriſdictio deuoluatur in non habentem, l. priuatorum. C. de iuriſdi. omn. iud. Item quia partes facere non poſſunt, quin ſententia tranſeat in rem iudicatam. Ita Lud. in l. ſi diuerſa. C. de tranſact. Adde glo. magnam in c. cùm ſit. de appellat. dicens, hoc dicendum, non poſſe per iudicem prorogari: Subdunt ibi Moder. etiam partibus uolentibus, per glo. fi. in authen. offeratur. C. de lit. conteſt. Poteſt tamen iſtud decendium nihil per partes, ſecundum Lud. in d. l. 2. ff. de re iudi. ¶ Tertia declaratio

15 ſit, quod † fatalia appellationum poſſunt per partes ſuſpendi, ita quod non currant, & cauſa non tractetur coram iudice: ſed nequeunt prorogari, putà addendo tempus. Ita Ioan. And. in addi. Spec. in titu. de appel. §. nunc breuiter. ſuper uer. illud. per multa, maximè per l. nemo. C. de temp. appe. ibi, nec ſub prætextu quodam altero. Sequitur Roma. in d. l. 2. ff. de re iudi. & Abb. ad quem ſemper recurre, in c. ex ratione. de appel. Idem tenet Bal. in d. l. centurio. & Cyn. & Bar. in d. authen. ei, qui. & Mattheſilanus notabili ſuo 24. per c. oblatæ. de appel. ibi, non ualeat prorogari. Ratio differentiæ: quia ſtante ſuſpenſione iurgia ceſſant & impenſæ cum ſpe concordiæ: quod non eſt in prorogatione, ut latè per prædictos. Contrarium tenet hic Aret. & Bart. in l. 1. §. fi. per illum tex. C. de temp. appel. & do. Philippus in d. c. ex ratione dicens, eſſe caſum in d. §. fin. non cauillando. Idem tenet Imol. in d. l. Seius & Augerius. & Bal. de pace Conſtan. in uer. in cauſis. & in d. authen. ei, qui. Sed præcedens opi. faciliùs teneretur per d. l. nemo. cui non reſpōdetur. Ad §. autem, in quo ſe fundant tenentes contrarium. dic, quod loquitur in reſtitutione fatalium, ſecundum Abb. in d. c. ex ratione, uel in ſuſpenſione. Ad uerſic. uerò in cauſis. dic, quod non utitur uerbo Prorogare. ¶ De ſententia lata poſt inſtantiam, dic, ut hic per Abb. & adde Pau. de Caſt. cōſi. 314. incip. In Chriſti. ubi dicit, quòd omnes concordant in hoc, quod ſententia lata poſt inſtantiam ſtatutariam eſt nulla, ſicut lata poſt triennium datum à iure cōmuni deciſioni cauſarum. Ratio: quia ſubrogatur loco illius. Item, quia aliàs ſtatutum nihil operaretur. ¶ Limita primò. niſi imponatur pœna iudici non iudicanti in tempore ſtatuto, ſecundum Ioan. And. in addi. Spec. allegata hic per Abb. Ratio. quia ſtatutum ſatis operatur apponendo pœnam. Ex quo no. quod actus contra l. pœnalem non eſt nullus: quod firmat Bald. in l. ait prætor. §. 1. ff. de dam. infec. Sic limita l. non dubium. C. de ll. & c. uide 10. diſt. ¶ Secundò limita, niſi inſtantia præfigatur iudici tantùm: & non iuriſdictioni: quia tunc ualet ſententia lata poſt inſtantiam, ut per prædictos: & pulchrè Ludo. Roma. conſil. 415. in fin. & 417. in fin. per text. clarum in l. 1. C. ut omnes cauſæ, tam ciuiles quam criminales. & tenet Bal. in l. properandum. & in l. ſcire oportet. §. conſequens. ff. de excuſ. tut. & Petr. de Ancha. in clem. 1. de reſtit. in integ. & Ange. Aret. in §. minus. in uer. in hoc tamen credo. Inſtit. de actio. & Bald. in c. 1. ſi de inueſtr. inter dominū & uaſallis ori. & in l. obſeruare. §. proficiſci. in 3. q. & ſeq. ff. de officio proconſul. & leg. & in l. fi. C. ut

16 intra certum tēpus & do. Abb. hic. ¶ Tertio limita, niſi † poſt inſtantiam ferretur ſententia abſolutoria ab obſeruatione iudicij. ita dixit Ang. in l. properandum. per d. l. fi. C. ut intra certum tempus. quæ ad hoc eſt ſingularis. Et intellige, etiamſi inſtantia eſſet præfixa iuriſdictioni. Facit clem. 1. de reſcrip. cum his, quę dixi in c. 1. ſ. eod. Vno caſu ceſſat iſta fallentia, uidelicet in caſu l. pen. C. de nauf. lib. 11. ubi lapſo tēpore præfixo ibi ad cauſam nauicularij naufragium paſſi habetur ipſe

nauſculator pro abſoluto à petitis: nec eſt opus abſolutoria iudicis: & eſt caſus unicus ibi, ſm Ang. in d.l. properandum.
17 in princ. ¶ Quartò limita, ubi † poſt inſtantiam reus eſt confeſſus, ſecundum Bald. in d.l. properandũ. in ſi. prin. & hic per Abb. ponẽtem rationem. Sed caue ſecundum Aret. quia iſtud eſt clarum, ubi inſtantia ſola deſeritur. Sed ubi eſſet appoſitum tempus non ſolùm inſtantiæ, ſed etiam cauſæ, ut ſi ſtatutum prohibet poſt tempus cognoſci de maleficio, utrùm tunc poſſit confeſſus puniri? Dic, ut per Bald. in l. criminis in fi. C. qui accuſ. non poſ. dum dicit, ꝙ confeſſus maleficium opponere poteſt exceptionem declinatoriam. Et dixi ſ. eo. c. at ſi clerici. Adde magis in terminis Bald. in l. genero. ff. de infa. ubi dicit, ꝙ finita inſtantia poſita per ſtatutum liti, inquiſitus etiam ſi cõfitetur, eſt abſoluendus. Sequitur Ang. de Are. in tracta. ſuo maleficiorum, in glo. in uer. comparent inquiſiti. fo. 48. Ratio: quia paria ſunt, quẽ eſſe de maleficio abſolutum, uel preſcriptum eſſe, l. ſi non conuitij. C. de iniur. Nõ ob. dictum Bald. in d.l. properandum. quia loquitur, ubi ſolum perijt inſtantia: ſed hic perit etiam ius reip. ex forma ſtatuti. Non ob. etiam, ſi diceretur ꝙ contra præſumptionem iuris & de iure nocet confeſſio. Gloſ. & Bart. in authen. & ſi neceſſe. C. de dona. an. nup. quia hic eſt fictio, & non præſumptio: quia poſt ius quæſitum parti ex præſcriptione ſtatuti ſtatutum ipſum fingit partẽ liberatam & ſimilem abſoluto, ſecundum Maria. in c. de his. de accuſ. Et adde, ꝙ iſta fallentia procedit, nedum in confeſſo in criminali, ſed etiam in ciuili, ut ſi ſit infinita inſtantia, poſſit confeſſus condẽnari. Ita ampliat hoc ſolus do. And. ponẽs iſtud in c. de cauſis. de offi. deleg. primò, quia eadẽ ratio: ſecundò per dictũ Bal. in l. 2. ad fin. C. de re iudi. ubi dicit, ꝙ confeſſus crimen ſuper libello inepto poteſt condemnari, ut per Inn. in c. qualiter. lo 2. de accuſ. Ita confeſſus debitum ſuper libello inepto poterit condemnari, inducit ſubtiliter l. ait prætor. §. permittitur. ff. de mino. Hoc tamen ego limitarẽ eadem ratione, ut ſ.

Statutum] *Ad de tu. ſtatutũ quod poſt certum tempus non admittit creditorem ad agẽdum, utrum ualeat, & quam ſaltem poſſit agi in foro eccleſiaſtico? Poſuit Io. Andr. in c. fi. de excep. in 6. Bal. ĩ c. ſi quis † 30. ſi de feu. fue. cont. col. 10. Adde dom. Abb. in rub. de pręſcript. & uide per Bart. in l. ſequitur. §. ſi uiam. ff. de uſucap. Nam ibi tenet unam opi. & in l. omnes popul. ff. de iuſti. & iure. tenet aliam. Adde do. Abb. in c. fin. de preſcript. in 3. & 4. colum.*

18 a per Bal. niſi † per ſtatutum[a] prohiberetur cognoſci de debito poſt tẽpus, utputà ꝙ ſi creditor nõ egerit intra 10. annos, amplius nõ audiatur, ſecundũ notata per Bar. in l. oẽs populi. 2. q. 3. q. princ. ff. de iuſti. & iur.

A D D I T I O. *Quod tamẽ ſtatutum an ualeat, uide ibi plenè per Scribentes, ubi infinita ego addidi. Philip. Sen.* ¶ Ex quibus habes unam limitationẽ ad dictum Innoc. in d. c. qualiter & quãdo. dum dicit, ꝙ confeſſio non curat ineptitudinẽ iudicij: quia fallit, ubi iudicium eſt nullũ ex lapſu temporis, ex quo cauſatur ius parti, per ſuprà dicta in uer. fallit quartò. Alias fallentias ad illud dictum dixi alias ibi. ¶ Secunda concluſio
19 circa hæc ſit, ꝙ † in dubio tempus præſumitur præfixum inſtantiæ, & non iudicij, qa hoc modo obuiatur immortalitati litium. Ita Io. And. in addi. ad Spec. in titu. de lega. §. reſtat. quod ſequitur Imol. in d. c. de cauſis. de offi. dele. & dicit menti tenendum. Tamen in hoc melior eſt doctrina Bal. in l. fi. C. ut intra certum tẽpus. ubi dicit, ꝙ ſi tempus ponitur à ſtatuto, uel lege loquente in rem, præſumitur præfixum inſtantiæ: ſecus, ſi in perſonam: putà, iudex expediat. Et idem dicit Bald. in l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de offic. proconſul. & leg. in 3. q. & ſequitur ſimpliciter Salic. in d.l. properandum. in prin. ¶ Et no.
20 ꝙ † iudex interpellatus, ut expediat cauſam, non incurrit pœnam impoſitam iudici non expedienti cauſam intra certum tempus, ut hic per omnes. Adde Calde. in tit. de pœnis. conſil. 3. & Io. de Anan. in c. excommunicamus. §. moneantur. de heret. & Ang. conſi. 140. incip. Quidam Matthæus. ubi dicit, ꝙ ſtatutum, ꝙ priores teneantur ſub certa pœna committere cauſam appellationis, intelligitur ſcilicet, ſi hoc petitum fuerit. Et tenet etiam Bald. per illum text. in l. 1. §. magiſtratibus. ibi, moniti non dederint. ff. de magiſtra. conuen. & Abb. in c. fin. in penul. col. de re iudic. ubi in terminis ſequitur dictum do. Anto. hic. & facit glo. fin. ibi in uer. dum modò petitum fuerit. cum concord. quas ibi dedi. Contra hanc tamen opi. arguit hic dom. Andr. dicens, quòd aut eſt ſententia ferenda pro actore: & non eſt opus, quòd inſtet illam ferri, quia iam in libello petijt reum ſibi condemnari: arg. in l. Titia. §. uſuras. & quod ibi Bar. ff. de leg. 2. Aut uerò eſt ferenda pro reo, & tunc idem, quia licet ferre ſententiam concernat fauorem priuati, tamen hoc etiam concernit fauorem publicũ, & per conſequens, iudex etiam non petitus poteſt impartiri officium ſuum, c. bonæ. de poſtul. prælat. cum ſimili. Adducit etiam ad hoc corroborandum dictum Bart. in l. Seius & Augerius. ff. ad l. Falci. inducendo, ut hic per ipſum. Sed his non obſtantibus tene dictum do. Anto. hic. Et primò, in quantum arguit de dicto Bart. in d.l. Seius. dic, ꝙ illud dictum eſt uerum, & procedit, quando ambæ partes ſunt præſentes: & ita loquitur lex. properandum. in princ. C. de iud. ſecus uerò partibus abſentibus, uel altera abſente: & ita loquitur §. & ſi quidem. in d.l. properandum. & probatur hoc ex doctrina Bal. in l. 1. C. ut quę deſunt aduoc. ubi generaliter querens, utrùm partibus non inſtantibus iudicari poſſit, diſtinguit, ut ſupra dictum eſt, ꝙ aut partes ſunt pręſentes, & poteſt ferri: aut uerò partes ambę ſunt abſentes, uel altera earum, & non poteſt ferri. Non ob. etiam id, ꝙ dicit de actore, ꝙ non debet ipſe requirere: quia ſemel iam hoc petijt in libello: ſed dic, ut iã dixi, quòd altera parte abſente, ſiue ſit reus, ſiue actor, neceſſe eſt, quod petatur ad ſententiam procedi. Ratio: quia ad ipſum requiritur peremptorium, quòd non conceditur, niſi petatur, l. ad peremptorium. in uerbo petit. ff. de iudi. & dixi in c. 1. ſ. eo. quod not. contra do. Abb. hic dicentem, quòd ex officio iudex faciat citare, &c. & idem ſentit infra eo. c. proxi. in ult. col. ſequendo dictum Bart. in d.l. Seius. pro quo non facit fauor iuris publici: quia reſiſtit regula d. §. & ſi quidem loquentis propriè labente inſtantia.[a] An autem in dubio pręſumantur partes inſtitiſſe, uel non: dic, ut per Paul. de Caſt. in d.l. 1. C. ut quę deſunt aduo. ¶ Si-
21 gna cautelam Doct. ꝙ † iudex dicat, Abſoluo uel condemno, prout quiſque eſt condemnandus, uel abſoluendus ex actis. Sequitur Bald. in l. cum iudex. C. de ſent. reprobans ibi Butrig. qui dando iſtam cautelam dixit poſſe dici de actis, nedum factis ſed etiam fiendis: quia in hoc malè per l. prolatam. C. de ſenten. hanc cautelam ſequitur Bal. in l. ait prætor. §. 1. ff. de re iudi. dicens, hanc cautelam eſſe pro iudicibus imperitis, uel non habentibus tempus deliberandi. Idem tenet Ang. & Imol. in l. qui Romæ. §. Augerius. ff. de uerb. obliga. Paul. de Caſt. in l. continuus. ff. eo. tit. ſubdens, quòd ſi probatio non eſſet facta, ſententia eſt nulla, niſi incontinenti fieret. Et diceretur incontinenti fieri, ſi fieret antequàm iudex diuertiſſet ad actus extraneos, per d.l. continuus. Et tunc perinde erit, ac ſi probatio præceſſiſſet ſententiam, iuxta glo. in l. generaliter. in princ. ff. de rebus credi. Cum iſtis concordat Bal. in l. nõ dubium. C. de legi. Idem tenet Spec. in tit. de ſenten. prola. §. iuxta. uerſic. ſed ecce. & ibi Bal. in addi. & Imol. in l. iudex. poſteaquã. ff. de re iud. ¶ Dat & alia cautela, ꝙ iudex abſoluat reum ab obſeruatione iudicij adiecta cã, qa de meritis cauſæ mihi nõ liquet: qa tũc iſta ſñia non nocebit. Ita dicit Ang. in d.l. ait ptor. §. 1. ff. de re iu. Allegat Inn. in c. fin. de cõfir. utili, uel inutili. Quod intellige, ſaluis notatis p Bal. in l. admonẽdi. in uerſi. qro primò, qñ actor. ff. de iureiu. uidelicet, niſi inſtãtię eſſet pfixus terminus à partibus qa tunc actore nõ probãte reus abſoluitur diffinitiuè, de quo latè diſputat ibi Pau. de Caſt. & Roma. ¶ Aliam cautelã poſuit Bal. in l. ab eo. C. quomodo & quando iudex. ꝙ iudex exprimat in ſententia qualitatẽ probationis, quæ magis cum in-

a *Inſtantia*] *Ad de tu. ꝙ etiam ego idẽ teneo, ſed alijs medijs, & alijs rationibus non addo ſtu hic per Felin. Et in primis pondero text. in l. properandum. C. de iud. in uerſ. ſuper poſſeſſione. ubi dicit textus, quælibet cã ciuilis habet inſtantiam triennalem, ſiue litigetur ſuper petitorio, ſiue ſuper* 22 *poſſeſſorio. Sed ego habeo, ꝙ cũ poſſeſſoria eſt cauſa ſummaria. ut not. glo. & Doct. in l. 1. C. quorum. lega. in uerbo, ſecundum ſententiam. Bart. in extrauagãt. ad reprimendum. in uerbo, ſummariè, & adhuc ſubtiliùs pondero d.l. properandum. in uerbo, exceptis cauſis fiſcalibus, & publicarum functionũ. nam ego habeo, quòd in cauſis fiſcalibus proceditur ſummariè. l. penult. & ibi Bart. C. de conuen. fiſci. debitor. lib. 10. Fortiùs tñ publicarũ functionũ dicitur ſummaria, l. 1. C. de exac. tribu. lib. 10. Modo habeo pulchram regulam, quòd exceptio confirmat regulam, ut loquatur in caſu, in quo aliàs nõ loqueretur. Pone, aliquis conſtituit procuratorẽ generalem*

ualem: iſte procurator generalis nõ poteſt ſe impedire de cauſis requirentibus ſpeciale mandatum, ut in c.qui ad agendum. de procur.in 6. pone, quòd poſtea conſtituat eum generalem in omnib. præter quàm in cauſa reſtitutionis in integrum. Iſte procurator poterit expedire alias cauſas, requirētes ſpeciale mãdatũ, præter quam cauſam reſtitutionis. Ita tenet Guilel.in d. c.qui ad agendum. §.j. Io. de Imol.in l.ſi.ff.à quib.appel. Alex.id. in l.j. ff. quod quiſque iur. Ex quo ergo d.l.properandum. excipit cauſas fiſcales, & publicarũ functionum, facit ut excipiantur etiã ſummaria ad hoc, ut falſitatis ſit bona. Tertiò, & adhuc fortius: nã ſniã ſerẽda in cauſis ſummarijs, in quib. lis nõ conteſtatur, eſt diffinitiua, clem.ſæpe.in princ.de uer. ſign.& ibi Doc.ponderant tex.ad hoc. Sed ego habeo, q̃ diffinitiua ſententia nõ põt ferri, niſi habeat inſtãtiã, l.prolatã.C.de ſen. l.1. C. quãdo pro. nõ eſt neceſ. Et per iſta fundamẽta teneo iſtud, quod tenet Felin. hic indubitanter.

elinat. Allegat gl.de qua exclamat in c.licet cauſam.in uerbo, poſſidetis.poſt principium ibi,ſed debet examinari. de proba. ¶ Aliam cautelam poſuit Bald. in l.peremptorium.C.ſententiam reſcindi non poſſe, q̃ iudex dicat reſeruata tali exceptione, qua probata ex nunc te abſoluo, quæ non eſt tuta per prædicta, niſi fortè incontinenti probaretur, ut ſuprà: de quo per do. An. in c.ſuborta. ad fin. de re iudi. & Paul. de Caſt.& Imo.in d.§. Augerius.¶ Aliam cautelam poſuit Bald.in l.1.C.qui accuſ. non poſſ.in antepenul.col.quando incidit quæſtio falſorum teſtium, cuius cognitio abſorberet inſtantiam, ut non pronunciet ſalua quæſtione falſitatis, qua detecta habeatur ſententia pro annullata: de quo ibi latiùs

22 per eum.¶ Coram † arbitro cui non eſt præfixum tempus, inſtantia perit, cùm ſit redactus ad inſtar iudicionũ, ut hic per Ab. Sed ſua poteſtas in cognoſcẽdo de nouo reiterat is actis nõ expirat. Sic intelligo gl.1.in fi.in dicta clem. quamdiu. & authen. ſi tamen.in ea allegatam. Sic etiam intelligo gl.3.in l. ſed ſi cõpromiſſum. & eſt additio ff.de arbi.ut latè per Roma. in l. ſi quis arbitratu.uerſi.in quantum autem Bal.ſi. de uerb.obl.& Imol.ibi in uerſic.iuxta prædicta poteſt dubitari de arbitro. Vide unum ſimile: Nam poteſtas iudicis prorogati adhuc durat, licet inſtantia coram eo pereat uel alias proceſſus annulleĩ: ut ſingulariter poſuit Guil.de Cuneo in l.eum,qui.ff. de cõſtituta pecunia. quem ſequitur Ang. in l.ſi quis poſtea.ff.de iudicijs.& in l.ſi cõuenerit.ff. de iuriſdictione om. iudi. & ita intellige iſtũ punctũ, qui quidem eſt multum difficilis:& do. Ab. illũ tãgit, ut hic in c.cùm dilectus.in fi.de arbitris. Et idem dic in arbitratore, cui tempus nõ præfigiĩ propter regulam, quæ uult, q̃ poteſtas non arctata tempore. non finiatur, l.in uenditione.§. tempore.ff. de bo.author. iud. poſſid. Et inſtantia non perit corã eo, ut hic per Abb.Fallit in caſu l.fin.§. ſed & ſi quis.C. cõmunia de legat.ſ. in arbitratore dato in ultima uoluntate, qui habet annum. Et ita illũ tex.intelligit Bal.hic,& Ang. & Ro.in d.l. ſi quis arbitratu. Et Bald.in l.ſi. in ult. col.C.de cõtrah.empt. Et de inſtantia corã arbitro dic, q̃ incipit nõ à die compromiſſi, ſed à die litis cõteſt.ut per gloſ. in d. clemen.quamdiu.in fin. Sic intellige Bal.

23 in c.ſi autẽ de reſcrip.¶ Inſtãtia [a] in † currit [a]: ut hic per Abb. & Bar.in d.l.properandum.§.& ſi quidem.licet Abb.dicat, q̃ non reperit tactũ in terminis, quem reprehendit hic do. And.dicẽs, eſſe deciſum per Bar.in d.§. & ſi quidẽ. adde Bal.in l.1.C.de iur.cal.cuius dictũ ibi extollit do. Floria.dolens ignoraſſe in facto,& refert. hic do. An.in fi.Idẽ tenet Pau.de Caſ.conſil.289. in fi. Eſt uerum, q̃ Bart.in l.litibus.C.de agricolis & cenſit.lib.10. & Bal.in l.pactum.§.qui prouocauit.in 10.q.ff. de pact. & Ange.Aret. in l. ab executore.in princi.ff.de appel. & Bal.in l.conſentaneum. in fin. C. quomodo & quando iudex. tenet contrarium. Sed prima opi. eſt uerior, quã ſequuntur Cyn. Bal. & Salic.in d. l.properandum.in princ.& Bart.in d.§.& ſi quidẽ.ibidem dicentes, inſtantiam incipere à die, quo cœptum eſt cognoſci. ¶ Limita hæc, dum modò producatur libellus, uel fiat litis cõteſtatio: ſecus, ſi petitur executio ſimpliciter, ſm Bal.in l.1. §.1.ad fi.ſi quis ius di.non obt. ubi dicit, hanc eſſe opin. communem aduocatorũ.& ſentit. Ro. in repe.l.1.C.de hæred.inſtit. Sed dic, q̃ concluſio procedit abſque limitatione: quia l. properandum poteſt extendi ratione fauoris publici. Sic dicitur de diſpoſitione Lodioſæ, ſm Bart.in l.ſi conſtante.in 9. q.primæ partis, ff.ſolu.mat.cum concor. quas dixi c. trãſlato. de conſt. Sed hic eſt eadem ratio, imo maior ut ibi per Abb. Ergo, &c.

a Currit] Adde à ſis ſummarijs do. Alex. de Imol. in cõſ.50.in 2.parte, ubi ſingulariter, & plenè.

A D D I T I O. ¶ *Et hoc expreſſe ſentit Bal.in d.l.1.C.de iur.cal. & Barb.hic in fine.Phil.Sym. Hoc addidi: quia per hoc in aliquo nõ eſt retardata celeritas impreſſorum.* Dicas tamen, q̃ ante litem conteſtatam, uel actum æquipollentem non currit inſtantia. Ita dicit Bal.in l.& poſt edictum.§.circũducto.ff.de iudicijs. dicens, q̃ etiamſi decennio duraret quæſtio legitimationis perſonarũ, non currit inſtantia: quia hoc fit ante litem conteſtatam, l.ita demum.cum ſi.C.de procura. Pro hoc facit, quia in exceptionibus propriè non eſt inductũ q̃ lis conteſtetur. Dixi in c.prudentiam.de offi.delega.¶ Vltimò ſcito, q̃ inſtãtia ſtatuti currẽs pendente appellatione, non currit pendente relatione, uel aduocatione facta per principem. Ita dicit Domin.in c. cupientes. in princi.de elect.in 6. propter gloſ. ibi in uerſ.immediata. quam ualde nota.

S V M M A R I V M.

1 *Prouincia an ueniat appellatione ciuitatis.*
2 *Legatus duarum prouinciarum non poteſt ſubditos unius prouinciæ trahere ad aliam.*
3 *Eccleſiaſticus poteſt præſcribere iuriſdictionem temporalem, licet laicus non poſſit præſcribere iuriſdictionem eccleſiaſticam.*
4 *Sententia eſt modus transferendi poſſeſſionem in corporalibus ciuilem & naturalem.*
5 *Pars maior licet requiratur in electione officialis, tamen in reformatione requiritur conſenſus omnium.*
6 *Sententia in poſſeſſorio an ſit deſinitiua, an uerò interlocutoria.nu.7.*
8 *Cauſæ continentes dicuntur, quæ concernunt eandem rem, & unius cognitio confert ad cognitionem alterius.*
9 *Libellus an poſſit offerri etiã die feriata: &, qualiter & quomodo. Super hoc uide hic quinque declarationes.*
10 *Appellari poteſt die feriata, ſicut libellus offerri.*
11 *Feriæ an impediant cauſas eccleſiaſticas.*
12 *Feriæ proſunt etiam non habentibus meſſes.*
13 *Executio an poſſit fieri die feſto.*
14 *Procedi poteſt die feriata qualicunque periculo imminente.*
15 *Recommendatio carcerati non poteſt fieri die feriata: quia non eſt ibi timor fugæ.*
16 *Lis de rebus breuiſſimo tempore corruptibilibus debet expediri ita celeriter, ut euitetur corruptio.*

C A P I T V L V M X X I.
& ultimum.

S I G N I F I C A V E R V N T. ¶ Actor obtinens in poſſeſſorio non tenetur reſpondere in petitorio coràm eodem iudice, ſi eſt proſſus diuerſitas eiuſdem fori. H. D. Io.de Imol.dicit in c. fin.de rerum permut. quòd Bononia, de qua ſit mentio in tex.noſtro in ſupraſcriptione, eſt in finibus Lombardiæ, Tuſciæ, Romandiolæ: Dom.uerò in c.ſtatutum.de reſcrip.in 6.dicit, q̃ eſt in Romandiola. Et not.pro

1 introitu materiæ decretalis noſtræ, quòd † aliquando appellatione ciuitatis, (ut dicunt hic Moderni) uenit prouincia, ut eſt tex.cum glo.in l.fin.C. de præſcript.longi temp. licet contrà faciat cap. Rodulphus. de reſcript. quod ipſi inducunt ad quæſtionem hic tactam per omnes, an c. neminem.3.q.6. ſit correctum. In qua quidem quæſtione dic, quòd dictum c.neminem. nullatenus eſt correctum. Ita dicit do.Ioan.de Imo. in c.nonnulli. de reſcrip.& in c.ſtatutum.§.cùm uerò.eod. tit. lib.6.quia ille,§.& c.neminem.ſtare poſſunt: ergo ſuccedit l. præcipimus.C. de appel.quicquid dicat Domin.& Archid.in d.c.neminem.& Domi.in d.§.cùm uerò. Ad iſtum tex.reſpon

2 detur quòd hic fuit ex certa ſcientia Papæ, poſito eo pro conſtanti, quòd ad hoc ut aliquid fiat ex certa ſcientia, non ſit opus præciſè uti illis uerbis, Ex certa ſcientia. iuxta glo.in clem.1. de iudi. licet contrà ſentiat glo.in clem. & principalis.de reſcript.de quo diſputaui in d.c. nonnulli.de reſcript. Non obſtat c.1. de conſtit. in 6. per quod dicunt hic Moder. quòd in iſtis quæſtionibus facti non præſumitur certa ſcientia Papæ, niſi appareat, quia fallit in factis notorijs, prout hic: nam ſituatio harum prouinciarum, de quibus hic, eſt uerìſimiliter omnibus nota: & per conſequens, ipſi Papæ: & probant hic ipſimet Moderni inducendo uerba text.

noſtri,& ſupraſcriptionē,& tex.in c.olim.de iniur. ſimili mo-
do inducendo iuxta ſingulare dictū Bal.in l.2.in fine,C. quæ
ſit longa conſuetudo ubi propriè limitando dictum c.1. dicit
non procedere in conſuetudinibus uulgatis, & notorijs: &
ibi infert,ꝙ præſcriptio Italicorum ſuper mero imperio non
eſt contra ſcientiam imperatoris: quia eſt factum notorium,
ut ibi latiùs per eum. Et idem puto, ubi ſituatio prouinciæ
eſſet tota ipſi Papę ratione propriæ originis, iuxta ſingulare
dictum Bart.in extrauag.ad reprimendum.in uerbo,non ob-
ſtantibus.in fin. dum limitat dictum c.1.non habere locum
in domino particulari,qui conſuetudines domini ſui præ-
2 ſumitur ſcire. Quę duo incidenter no.¶ Et iſta † amplia ex di
cto domini Abb.in c.nouit.in princ.de offi.leg. etiam in lega
to duarum prouinciarum, qui non poteſt trahere unum de
alia ad aliam,licet habeat duas prouincias ſub ſua legatione
quod puto mirabile: quia ambæ dicuntur territorium ſuum:
& ideo, ſicut epiſcopus in omni parte territorij ſui erigit tri-
bunal,c. cùm epiſcopus. de off.leg.lib.6. idem uidetur dicen-
dum in tali legato.Vnde cogita, niſi dicas, ꝙ epiſcopus etiā
non poteſt erigere tribunal, ita ꝙ ſubditi trahantur ultra
unam dietam data latitudine diœceſis, ut uoluit Pet.de An-
cha.in d.c. nonnulli. cum concord.ibi datis: de quo dicetur
etiam in c.ſanè.j.tit.proxi. ¶ Nota ex iſto text.ꝙ poteſtas in
genere fœminino ſignificat dignitatem & potentiam: in ma-
ſculino uerò genere ſignificat ipſum prætorem: de quo uide
hic per Mod.in 3.notabili,& Paul.de Caſt.in l.cum,qui.ff.de
iuriſdic.om.iud.ubi dicit, ꝙ ille propriè dicitur poteſtas,qui
habet merum & mixtum imperium:alij uerò potius dicuntur
uicarij,uel alio nomine,utputà rectores.¶ Nota monaſterium
habere facultatem eligendi poteſtatem ſecularem: & dic,ꝙ
electus ad officiū ſeculare poteſt adminiſtrare ſine confirma-
tione. Ita dicit Bart.in l.penul.ff.de mili.teſta.& in alio loco
hic per dom.Abb.allegato. Et nota, ꝙ confirmatio eſt mani-
feſtiſſimum ſignum ſuperioritatis. Ita dicit Bal.in l.ſi.C. de
legi.& habetur in c. qualiter.de elect.lib.6. ¶ Not. etiam, ꝙ
3 † perſona eccleſiaſtica poteſt præſcribere iuriſdictionem tem
poralem, licet laicus econtrà non poſſit præſcribere iuriſdi-
ctionem eccleſiaſticam ſpiritualem. Quod dicit hic Aret.in
4 2.notab. eſſe ſingulare. ¶ In † iſtis incorporalibus ſententia
eſt modus transferendi poſſeſſionem ciuilem & naturalem.
Patet: quia lata ſententia ſine alio actu elegerunt, quæ qui-
dem electio eſt fructus huius iuris, quod non competit, niſi
quaſi poſſidenti,c.cum eccleſia.de cau.poſſ.& proprieta. Ergo
ſola ſententia hic tranſtulit quaſi poſſeſſionem:quod nota ad
notata in l.permiſceri.ff.de acquir.poſſ. ¶ Not. in tex.ibi inu-
tiliter. ꝙ electo ad aliquod officium temporale non ualenti
officium exercere currit tempus: nec ſibi debetur officium
etiā pro tempore ſequenti,etiāſi ab hoc deciderit ſine ſui cul
pa,ut hic per do.Ant.& Abb.niſi pro illo tempore iterum eli
geretur. Et eſt ratio quia factum, quod debet præſtari à per-
ſona electa in officium, diuerſificatur ex curſu temporis,cùm
in hoc debeantur operæ perſonales, quæ mutātur ex ipſo cur
ſu temporis,ut hic per eos: cùm aliæ ſint operæ huius anni,&
aliæ ſint operæ anni ſequentis, l.ſi non ſortem.§.ſi libertus.ff.
de cond.indeb.& habetur per Bart.in l.ſi uno.§.cùm quidam.
in fi.ff.loca. & Bal.in l. liberti libertæque.C. de ope.liber.ſe-
cus,ubi tantùm conſideraretur ipſum factum,& non ipſæ ope-
ræ,ut hic per Are.ita ſoluentem quoddam argumentum. Ro.
in l.ſi ſtipulatus.ff. de uerb.oblig. de quo hic per eum, quem
uideas. ¶ Limita prædicta fauore libertatis,uel piæ cauſæ, in
quibus etiam conſideratis operis reſtauratur impedito tem-
pus,ſecundum Rom.ubi ſ.& Are. hic argumento l.Paul.§.Ca
ius.ff.de libera.cau.Sentit gl.& Bal.in l.1.C.ſi mancipium ita
fuerit alienatum.Facit bene quod uult Bar.in l.proximè.§.1.
ff.de his,ꝗ in teſta. delē.ubi æquiparat fa-
uorem piæ cauſæ fauori libertatis [a]. *Et hic
ego multa addidiſſem, ſed timui impreſſores fe-
ſtinantes.* ¶ No.tamen,ꝙ impeditus aget ad
intereſſe, licet non reſtituatur. Ita dicit
Bart.in l. ſi uſumfructum mihi in bienniū.
in fi.ff.de uſufru.leg.cum iſtis uide Bart.in
l.ſi prius.in 10.q.ff. de no.ope.nunci.& do.
Ant.in c.1. de eo,qui mit.in poſſ. Et adde,
ꝙ ſi pro primo ſemeſtri electus eſt poteſtas,& eo inſtanti pro
ſecūdo ſemeſtri electus eſt ſecundus, ꝙ deficiente primo etiā
ante lapſum ſex méſium,incipit currere tempus ſecundo. Ita

a *libertatis*] *Ad a de idem tenentem do. Soci. in conſil. 315.incip. Non po teſt negari. uer.1. ꝙ licet.circa fi.ī 2. parte,char.285.*

dicit Lud.in l.ſi.C.qui admitti.per illum text.quē ad hoc ſm
eum alleg.Bal.in cōcluſionibus iuris, quod fortè limitari poſ
ſet,niſi ex tali anticipatione ſecundus pręnderet intereſſe ar
gumento eius,quod no.Fulg.ibi dicēdo, ꝙ licet dilatio data
reo inceptura poſt dilationē actoris incipiat actore renun-
ciante ſuæ,ut ibi p eū:tū fallit, ubi reus pręnderet intereſſe.
¶ Quid autē,ubi pēdente uno tēpore ſimpliciter addit aliud,
qñ incipiat ſm currere,uide gl.in clem.2. de magiſtris.in gl.
in uerb.ſequentes.& Io.And.latiſſimè in c. cùm in cunctis.de
elect.Bar.in l.in ſenatus.in fi.ff.ad Turpil.cum concord. Pau.
de Caſ.in l.ſiue pars.C.de dila. ¶ No.tex.in authen.de defen.
ciui.§.& ſi quidem.ubi quis nō poteſt obtinere magiſtratū ul
tra bienniū.& ad idē officium uacare debet quinquennio, ad
aliud uerò triennio, in legatione autē biennio,l.1.& 2.C.de
5 mune.nō cōtinu. ¶ Item † nota,ꝙ quāuis in electione officia-
lis ſufficiat maior pars, tñ in reformatione requiritur omniū
cōſenſus.Tex.eſt in d.§.& ſi quidē.in authē.de defenſ.ciui.ibi,
reluctante nullo.de quo exclamat Lud.in rub. de arbitris.in
17.col.& in ſingulari ſuo 662.incip. Ad eligendum.& conſil.
ſuo 352.incip. Quæritur primò, nunquid domini Antonien-
ſes. & Ang.in l.maiorem.ff.de pact.per Lud. in ſingulari ſuo
97.incipien.Heri ſui interrogatus.& Bart.in l.omnes populi.
in 2.q.principali,ff.de iuſtit. & iure. & in l. quod maior.ff. ad
municip. ita limitans regulā,de qua ibi, quod factum à ma-
iori parte ualet,&c. Alias fallentias ad illam regulam dixi
6 in c.cùm omnes.de conſtit. In quantū † dicitur officia nō eſſe
perpetua, limita ut procedat in rectoribus aſſumptis per ele-
ctionē:ſecus in ſuccedentib. iure hæreditario, ſm Hoſt.& do.
Ant.hic.p c.licet de uoto. ¶ Limita ſecūdo in imperatoribus,
regibus & ducibus, qui de approbata conſuetudine eligun-
tur ad uitam,c. uenerabilem. ad fi.de elect.ſecundum prædi-
ctos: Qui etiam tertiò limitant in prælatis eccleſiaſticis, qui
promouentur duraturi ad uitam ſuam, ſecundum prædictos:
à quo ultimò ultra eos excipe tres caſus. ¶ Primus, ubi Papa
confert ad tempus.Gl.ad fi.in c.paſtoralis.7.q.1.& gl. in uer.
perpetuum.in c.1.de capel.mona.lib.6.Et inferior ab eo non
poteſt.glo.3.in c.ſi gratioſe. de reſcrip. in 6.& eſt ſingularis,
ſm Bal.in Repertorio. Inno.in uerb.Papa.& Ioan.de Ana.in
c.ſi conſtiterit.in ult.col. de accuſa. adeò ꝙ legatus hoc non
poteſt.Ita Car.conſil.58.incip. Propoſita quæſtio.in ſecundo
dubio.¶ Secundus caſus in cōmenda, de qua in c.nemo dein-
ceps.de elec.in 6.¶ Tertius in prioratibus manualibus,de qui
bus in c. cùm ad monaſterium.§. tales de ſtatu mona. & in
cle.1.de ſuppl.negl.præla.cum ſimilib.Probat etiam iſte tex.
ſingulariter ſm Are.ꝙ ſententiam latam pro clerico à ſecu-
lari exequitur eccleſiaſticus abſque alia commiſſione pri-
mi iudicantis.Ex quo limita §.cōtrahentes in c.1.de foro cō-
pet.lib.6. in fin. & l.cùm unus.§. is qui.ff. de bonis autho.iud.
poſſid.Tu conſidera duo: Primò ꝙ in defectum iuſtitiæ eccle
ſiaſticus ſupplet,c.ex tranſmiſſa. & c.licet.j.tit.proxi. Secun-
dò, ꝙ ut ſuprà dictū eſt, ſententia hic tranſtulit exercitium
eligendi,& per electionem ſatis fuit ſententia executa:unde
impedimentum uidebatur nō in executione ſentētiæ, ſed in
exercitio rei iam executæ:& per conſequens, nō uidetur hic
probari notabile Are. Et nota unum incidenter, quod dicit 8
Imo.in c.ſignificantibus.de offic.dele.ubi dicit, ꝙ clericus li-
tigans in foro ſeculari cū laico, ſi appellet, debet appella-
re ad ſuperiorē aduerſarij gradatim. ¶ In glo.1.hic in fi.dic.
7 ꝙ † ſententia in poſſeſſorio eſt quaſi diffinitiua. Glo.in c.cō-
ſultationibus.de offi.deleg.nō habens ſimilem,ſm Domin.2.
q.1.in Summa,& in §.ſunt, quorum.2.q.6.Eſt tamen interlo-
cutoria, ubi etiā ſperatur quæſtio petitorij, ut in caſibus, de
quibus hic per Abb. & etiam latè per Imol.in c. cum uenisſ-
ſent in uerſic.ſolut. Inno.de inſti. & do.Ant. conſil.6.incip.
An ſententia dationis in ſolutū.& Lud.in Rub.ff. de re iudi.
Dic tamen, ꝙ regulatur, prout diffinitiua: ut hic per Do-
cto.Bene facit gl.in c.ſi.in uerb.inanes. de elec. in 6. & quod
not. Bal.in l.minoribus.C. de his,quibus ut indig. dicens ſi-
gnanter,ꝙ clem.appellāti.de appel.nō procedit in interlocu-
toria habēte uim diffinitiuæ:quia effectus ſententiæ prepon-
derat nomini. Quod dicit eſſe nota. dignum. Sequitur Car.
conſil.72.incip.Titius. uer. Nunc ſum in primo & 5. dub. Et
idem ipſe mot.in d.clem. appellanti,uerſi.nonò quæro: & in
clemen.ſi.in fin.2.q.eod.tit. Idem Bal.in l. hac edictali.C. de
ſecund.nupt.& in l.per hanc.C. de tempo.appel.& in l. arbi-
tro.ff.qui ſatiſdare cogan.& Sali.in l.poſt ſententiā.C. de ſent.

ADDI.

Additio. *Modus cognoſcendi alias ſententias, quando ſiat interlocutoria & quando diſputatiua, unde per Modern. ſatis attoratè in c. cum ceſſante. de appel. in ol...bar. & Ludo. certe tractata poſita in rubrica ff. de re iudica. in aliquibus additionem. Vide nouiſſime do. Felin. in rubrica infra de re iudi. Hic alio addidiſſem, ſed obſtabant urgia impriſmentum properantium animo, ut haberent opuſcula hoc in initio ſtudij, ut poſſent implere burſas. Philippus Symoneta.* ¶ In gloſ.

8 2. Prima concluſio ſit, quòd illæ † dicuntur cauſæ continentes, quæ concernunt eandem rem, & unius cognitio confert ad cognitionem alterius. Ideo poſſeſſorium, & petitorium dicuntur cauſæ continentes, ut dicit gloſ. 2. in cap. 1. de cauſa poſſeſ. & proprietatis. ¶ Secunda cõcluſio, quòd licet tales [a] cauſæ non debeant diuidi, tamen proceſſus eas diuidens factus parte non opponente, ualet. Ita dicit ſingulariter Innocen. in c. cùm M. Ferrarienſis. in fin. de conſtit. & ibi dixi in uer. extra gloſſ. & Abb. hic limitatur. ¶ Tertia concluſio. Diuidi poſſunt iſtæ cauſæ, ubi actor & reus ſunt diuerſi foru Text. eſt hic repu-tatus ſingularis, per Legiſtas in d. l. nulli. C. de iudicijs. Intellige hoc ubi diuerſitas fori poteſt allegari ab eo, qui conuenitur, allegante pro ſe regulam c. cùm ſit generale. de foro competenti fecus, ſi ipſemet agat de una, qui egit in alia; ut hic ſingulariter per Abb. Reliqua dic, ut per Doct. præcipuè Abb. in d. c. 1. de cauſa poſſeſ. & propr. ¶ In gloſſ. fin. in uerbo, uindemias. ¶ Not. ex ea,

2 Tales] Adde tu a quod etiam ſuper pluribus actionibus diuerſis etiam uarijs ordinarijs quis non eſt trahendus. Et a tenet gloſ. in c. ſi. de reſcrip. in uerbo, iuteras. & ibi domi. Abb. ponderat illam. gloſſ. ad hoc.

9 quòd † poteſt libellus offerri die feriata, ut in locis hic allegatis, per Abb. & Modernos.

Additio. ¶ *Adde gloſ. in §. quid ſi per uiginti in uerbo, comparare. de electio. lib. 6. gloſ. & Bald. in l. rem maternam. C. de adul. Bald. in l. diuus. ff. de ferijs. Bald. in l. fin. de ferijs gloſ. in c. per ſcriptis. 2. q. 8. Federic. conſil. 45. Bald. in repertorio. Innocen. in uerbo, citatio §. 27. & in l. ueteranus. C. quando prouoc. non eſt neceſſ. circa med. Bart. & Bald. in rubrica. C. de in ius uocan. Hoſtien. in ſumma de ferijs §. quid in eo. uerſic. licet quolibet die libellus per §. ſexaginta allegatum in glo. ita non uidetur obſtare reſponſio. Ioan. And. & Abb. hic & Maria. qui eos ſequitur in cap. 1 in ultima colum. de libel. oblat. quia licet ille §. loquatur in accuſatione temporali, tamen non præſupponit et ibi quod finis temporis adeò inſtaret prope tempus feriatum, quod per ea iura fuiſſet facultas accuſandi. Ergo nihil ſpeciale dicit, ut uoluit per Bart. ibi. Nec etiam obſtant rationes Abb. & aliorum, quæ ſedantur ex declarationibus ſtatim dicendis.* ¶ *Prima declaratio. Diebus feriatis in honorem Dei non procedit iſta concluſio. Bartol. in l. nec quicquam. §. ubi decretum uerſ. de plano. ff. de offic. procon. & in extrauaganti ad reprimendum in uerbo, de plano, propter regulam l. fin. C. de ferijs, in c. placuit. 15. q. 4. ubi ceſſatur ab iſtis omnibus diſtrahentibus à diuinis: & de illis non ſit mentio de iure ſtrorum. Ideo de illis non dicit d. §. ſecundum Bart. quicquid dicat Angel. in d. §. ſexaginta. propter rationes Abb. hic hoc caſu militantes. Intellige, niſi res uel actio periret, prout fatetur Ioann. And. in dicta additione. Pro quo faciunt latè infra dicenda. Et cogitas quod in ferijs repentinis propter gloſſam in uerbo, ob neceſſitatem in clemen. ſæpe. de uerbo. ſignif. æquiparantem eas ferijs diuinis.* ¶ *Secunda declaratio. Licet oblatio libelli poſſit fieri iudici, non tamen parti. Hoſtien. de libel. obla. §. uerum libellus. Et ultima colum. uerſ. item, quia diebus feriatis. domi. Ant. hic, & latius in c. 2. de libel. obla. Et quod iſta differunt, probat pulchrè l. libertus. aduerſus. ff. de in ius uocand. per quam dicit ibi Bald. quod ſi aliquis patiens opponentem aliquam exceptionem, non compellendit producentem cum iudice parte non citata.* ¶ *Item facit dictum Bald. in l. 1. ff. de in ius uocandi. ubi dicit, quod oblatio facta iudici non eſt de proceſſu & ſolemnitate. Et ſic ceſſat alia ratio Abb. hic.* ¶ *Tertia declaratio. Licet ſimplex oblatio libelli ſtatim in metis ſiendum productionis facta iudici poſſit fieri die feriata, tamen ubi requiritur petitio, & pro iſta ſufficit libellus abſque alia litis conteſtatione, ſecus eſt. Ita dicit Bald. in l. 1. uerſic. ſed quantò oppono. C. quo admit. Exemplum in petitione bonorum poſſeſſione, in tex. l. fin. C. eod. tit. ubi quo petitio plus operatur, quam ſola libelli productio quia habet uim quaſi litis conteſtatæ, cum ibi non ſit aduerſarius. Ad idem allegant Moder. Bald. in l. 1. C. quando libel. prin. ubi dicit, quòd ſi ex forma ſtatuti requiritur aliquis proceſſus in productione libelli, non poterit die feriata produci: & dicit ſe audiuiſſe in ſchola, ita obtinuiſſe domi. Anton. de monte Vrbano: pro quo allegant Ang. in l. 1. ff. de in ius uocand. ubi dicit, quòd productio libelli facta die feriata in cauſa inquiſitionis nõ inducit litis pendentiam. Et ita dicit iudicatum fuiſſe Peruſ. in an-dua cauſa. Adde Bald. in l. ſeruum quoque. §. publicè ff de procur. ubi dicit, quod ſi ex forma ſtatuti oblatio libelli habet uim litis conteſtatæ, non poteſt fieri die feriata. Adde Lodo. in d. l. penult. ff. de in ius uocand. ubi ponit hanc declarationem.* ¶ *Quarta declaratio. Licet in ferijs inductis à ſuperiore commoat ualeat dicta productio, ut in tamen in ferijs ſtatutarijs. Bald. in l. 2. in lectura antiqua. ff. ſi quis in ius uoca. ex quo ſtatutum non excipit iſtum actum. Sed intellige, prout ſentit idem Bald. in l. 1. §. 2. ff. de fer. ualet, ubi ſtatutum inducit ferias in honorem Dei ſecus in alijs. Facit, quia ſtatutum interpretabitur, prout ius commune: aut non immò, quia operabitur in alijs actibus.* ¶ *Quinta declaratio. Qua ratione poteſt produci libellus, eadem ratione & exceptio. Ita Bartol. in d. §. ſexaginta. & Spec. de dilatio. §. 1. in uerſ. c. Sed pone iudex. domi. Anton. in c. quoniam contra. in 1. column. de proba. in c. paſtoralis; de excep. Angel. in l. præcipimus. §. ſin. in fin. de appel. Bart. in d. uerſ. de plano. Facit regula, non licet de reg. iur. in 6. & quod not. Bart. in l. j. §. nunciatio. ff. de ope. no. nun. ubi dicit, quod ubi licitum eſt nunciare nouum opus die feriatu, ita eſt licitum producere petitionem remiſſionis ipſius nunciationis*

10 *die feriata.* ¶ *Sexta declaratio: Quòd † ſicut poteſt produci libellus in principali die feriata, ita etiam die feriata poteſt appellari. Text. eſt cum gloſ. & omnes in l. j. C. de ferijs. Gloſ. in cap. appellatio. de app. in 6 in uerbo, licita etiam in honorem Dei, ſecundum domi. Anto. & Ab. in c. fi. de ferijs. etiamſi ſtatutum prohiberet die feſto contractus & placita fieri. Anch. conſil. 361. incip. Viſa plene facti narratione. Et ſicut poteſt appellari die feriata, ita etiam appellatio admittitur. Ita Salice. in d. l. j. Quia conceſſis extremis conceduntur media. Ita etiam & libellus appellationis offerri. Salice. ubi ſuprà & Anchar. in conſilio ſuperius allegato. Philippus Symoneta.*

¶ Cetera ſunt in locis prædictis latiùs. ¶ In cauſa uniuerſitatis licitè allegantur iſtæ feriæ, ut hic per Abb. Ratio: quia licet ipſa non ſit occupata in iſtis, tamen occupantur aliæ perſonæ ſibi neceſſariæ, utputà aduocati, & teſtes, &c. ut hic per ipſum Ab. & Doc. ¶ Adde Bald. in l. cuſtodias. in uer. quarto de lege. ff. de publi. iudi. ubi dicit, quòd iſtæ feriæ proſunt etiã carceratis, non propter eos, ſed propter perſonas auxiliantes, licet in criminalibus ſtatuta uelint, quòd procedatur in iſtis ferijs. ¶ Adde glo. in l. ſan uer. occupati. ff. de ferijs, quę ponit concluſionẽ iſtam. Limita in procuratore, cuius principalis eſt in patribus remotis, ut hic per Abb. Adde gloſſ. in l. ſemper. §. diuus Adrianus. in uerſ. ſeruiant. per illum text. ff. de iure immu. quę dicit ꝙ qui nõ occupatur, poteſt uocari in ius tempore feriato. ¶ Et adde Hoſt. in tit. de ferijs. §. fin. uerſ. in cauſa tamen, quam moui. ubi dicit, quòd de conſuetudine curię Rom. non admittitur exceptio talium feriarum propter meſſes, uel uindemias, ſecundum Spec. in tit. de ferijs. §. j. uer. penu. ne exiſtentes in curia cum ſumptibus fatigentur diutius. Cõſidera, quid ſit in cauſa ciuium Romanorum. ¶ Nota

11 ſemper, quòd † iſtæ ferię non impediunt cauſas eccleſię, ut hic per Abb. contra do. Ant. hic, & in c. fi. de ferijs. Et iſtud conſonat æquiparando eccleſiam fiſco, c. quid ergo. 23. q. 4. Limita, niſi eccleſia conuenta nollet uti iſtis ferijs, ut hic per Doc. Ex quo no. quòd generalis cõceſſio in fauorem ita operatur, ſi priuilegiatus uelit. Adde notabile dictum Ang. in l. fi. ff. de app. reci. ubi dicit, quòd illa lex. quæ dicit, quòd à ſententia ſuper annona militibus danda non appellatur, eſt uera, ſi ſententia dicat, ex cauſa eſſe dandam: ſecus, ſi non, ut ibi per eũ. Simile dicit Rapha. in l. j. §. nũciatio. ff. de ope. no. nun. quòd l. publicas. C. de fer. non procedit, ubi fiſcus conuenitur. Simile Pet. de Anch. conſi. 141. incip. Super prædicto dubio. ubi dicit ꝙ ſi cõtractus redditur nullus altero contrauenien te, quia ſic partes conuenerunt, intellige, niſi ille qui non contrauenit, uelit contractum ualere. Facit l. 2. ff. de l. commiſſoria. Simile dixit. Ab. in c. quemadmodũ de iureiur. quòd licet uxor adultera, poſſit expelli à marito, iuxta c. porro. de diuor: hoc uerũ eſt marito uolente. Facit gloſ. magna in fi. in c. fin. de coniug. ſeruo. Item gl. in c. ſi quis acceperit. 33. q. 2. Facit gloſ. in l. eleganter ff. de dolo. quæ dicit, quod ualet cõtractus dolo initus uolente decepto. Sequitur Abb. in ca. cùm dilecti. de empt. & uendi. Facit glo. in l. 3. C. de teſti. quæ dicit, quod teſtis domeſticus aduerſarij mei cogit teſtificari me uolẽte. Facit dictum Ioann. And. in c. ſeries. de teſti. ubi dicit, quòd in cauſa matrimoniali publicatis teſtib. poſſunt alij produci, niſi teſtes producantur contra matrimonium. Facit dictum Paul. de Caſt. conſil. ſuo 206. ubi dicit, quòd Iudæus non poteſt cogere quẽ ad uſuras poſt tempus quo pignus potuit poni in ſortibus: & ſi Iudæus excipiat, quòd non poſuit, quia non fuit facta ſolita ſolennitas,

CAPITVLVM XVII.

Q VALITER, ET QVANDO. ¶ Iudices eccleſiaſtici debent laicis de clericis conquerentib. iuſticiam exhibere, & non iudices laici.
1 ¶ Limita primò hunc text. † niſi eccleſiaſticus cognoſceret de laicis uaſallis eccleſiæ: quia eius negligentiam ſupplebit laicus. Abb. latè in c. uerum infrà tit. proxi. contra glo. pe. ibi. Ratio: quia non dicitur propriè ſupplere negligentiam, ſed uti iure ſuo inter laicos: quia iuriſdictio ſpecialis data ratione feudi, durat non data negligentia in reddendo iuſtitiam, & non aliàs, ut ibi per eum. ¶ Limita ſecundò, niſi eſſemus in criminibus mixtis, in quibus eſt locus præuentioni, de quibus in ca. cùm ſit. infrà titu. proxi. quia in illis iudex ſecularis ſupplet negligentiam iudicis eccleſiaſtici. Ita Pet. de Anch. in conſil. 246. incip. Magnifice & illuſtris. in ult. col. reputans hoc nouum ad iſtam Decretalem: quia in illis eſt locus præuentioni, ut ſuprà dixi. Et iudex eccleſiaſticus nõ dicitur præueniſſe, cùm dolo & negligentia prætermittit procedere, ut eſt tex. in cap. cùm plures. de offi. deleg. in 6. & c. ſi duo. de procur. eo. lib. ca. ſignificauit de offic. ordi. ubi iudex inferior utitur ſua iuriſdictione, ſi iudex ſuperior non procedit in cauſa: & ibi etiam pro hoc, remotis quibuſdam obiectis, adducit doctrinam Bar. in l. 2. ff. de ſepul. uiola. Vbi præuentio nihil prodeſt, quando punitio criminis protelatur contumacia partis. Ergo fortiùs, ſi negligentia iudicis, ut ibi pulchre per eũ. Quod ſemper no.

ADDITIO. *Ad quam doctrinam Bartol. uide in Bart. in l. quamuis. ff. de dam. infect. & Alexand. conſil. 15. uol. primo. in 5. dubio, & Felin. in cap. cùm M. de conſtitut. & Panorm. in cap. ex tenore. in fin. & ibi adduct. de reſcriptis. Philippus Symoneta.*

Ad hæc nota elegans dictum Bar. in conſi. ſuo 180. incip. Dñi priores. ubi dicit, quòd etiam in terris imperij eccleſiaſticus ſupplet negligentiam, & dat practicam clericis, quos grauant ſtatuta laicorum, ut ab eis petant iudices cognituros de grauamine, quibus negligẽtib. epiſcopus ſupplebit: poſtea ſubdit, quòd ſi in materia, in qua eccleſiaſticus ſupplet negligentiã laici, laicus iudex proceſſiſſet ſummariè & appellatione remota, ſic etiam procedit eccleſiaſticus, allegando no. per Bern. & Innocen. in cap. ſolitæ de maiorit. & obedient.

ADDITIO. *Ad quod conſilium uide in Pet. de Anch. in cap. canonum ſtatuta. de conſti. Philip. Symo.* Et facit optime ad hoc, dictum Bald. in l. ſi puella. C. ſi mancip. ita fuerit aliena. ubi dicit, quod ſi teſtator dat formam diſtribuendi aliquid inter pauperes, conſulto tamẽ Priore Prædicatorum, & diſtributio deuoluatur ad epiſcopum, quòd tenebitur & ipſe Priorem cõſulere. Adde Ab. in c. cauſam. primò, de elec. ubi dicit, ꝙ ſi epiſ cõferret ex iure deuoluto negligẽte patrono laico, habebit ſolũ quatuor mẽſes, & nõ ſex, prout hñt patroni clerici. Et eſt bonus text. in cle. 1. ibi, illa uidelicet, &c. de ſuppl. negli. præla.

ADDITIO. *Ad hoc etiam uide do. Phil. in c. cũ acceſſiſſet. in uer. ex hoc. ſuprà de cõſtit. Phil. Symo.* ¶ Cõtra dictũ Gul. de quo hic per Ab. allegant Mod. Bal. in c. 2. ad fi. ſuprà eod. ubi dicit, ꝙ non ualet conſuetudo, quod clericus in reali iudicio conueniatur coram laico: quia in iudicio quaſi contrahitur inter partes, & perſonaliter obligatur perſona litigantium in foro ipſius iudicis, l. 3. §. idem ſcribit. ff. de pecul. l. 2. ff. de prætor. ſtipul. quæ obligatio perſonalis non poteſt contrahi coram ſeculari per epiſcopum, etiam de uoluntate proprij epiſcopi. Item allegat Bal. in l. iubemus nullã in 4. notabili, C. de ſac. ſan. eccl. ubi dicit, quòd propter delictum prælati non confiſcatur eius patrimonium. Ergo patet, ꝙ bona non ſubiacent foro ſeculari. Ad idem allegat Bald. in c. 1. in tit. de contro. apud pares termi. Item allegat Arch. in c. ita nos. 22. q. 2. ubi dicit, quòd confiſcatio nauigij, de qua in d. l. iubemus. refertur ad naues priuatorum, non autem loci religioſi. Item adducit tex. hic in uerbo, omnino. quod uerbum tollit omnem diſpoſitionem ſtatuti, conſuetudinis, &c. per doctrinã Ang. & Imol. in l. ſi quærimus. ff. de teſt. contra Bar. dum dicunt, non ualere ſtatutum, quòd proximus pubertati poſſit teſtari, motiper uerbum. Nullo modo. de quo in l. fi. C. de teſta. mi. & gloſſ. in cle. hi, qui. de ætate & quali. Et ex iſtis reprobat ipſe Bald. in cap. cùm ueniſſent. de eo, qui mit. in poſſeſ. ubi ſecutus eſt Gul. Adde ad hæc, quæ dixi in c. eccleſia S. Mariæ. in 5. q. de conſt.
2 ubi concluſum fuit, quòd † pro prædijs olim tributarijs clerici non ſubiacent ſtatutis laicorum. Ergo multo minus debent ſubiacere foro ſeculari. pro reb. ſuis. Item addẽ Marianum in c. ſanè de foro compe. ubi ſequitur Abb. hic, & ſequitur etiam Pet. de Monte in ſua monarchia col. pen. Abbate non nominato: & ponderant iſta aliquantulum in quæſtione, utrùm in bonis patrimonialib. clerici gaudeant ſuo priuilegio clericorũ: & uide in hac q. quæ poſui in d. c. eccleſia. ſuper gl. ¶ Vltimò, quando Ab. allegat c. cùm ſecundum. de hæreti. in 6. uide, quæ dixi in c. cùm non ab homine. ſuprà eodem.

CAPITVLVM XVIII.

C AVSAM. ¶ Iudex habens ut priuatus, quaſi ſimilem cauſam cauſæ quam habet ut iudex, remouetur à iudicando. H. D. Et hæc quidem Decretalis facillima eſt, & glo. bene loquitur, & per Doctores approbatur, & Mod. hic aliqua dicunt: ideo aliter non lego.

ADDITIO. *Et addito Abb. hic in fin. uide Aret. conſ. 29. Philippus Symonet.*

SVMMARIVM.

1 *Vocãdi ſunt, quorũ intereſt principaliter, nõ ſecũdariò, uel incidẽter.*
2 *Proclama non ſufficit, quandiu ſuperſunt, uel ſciri poſſunt, quos negotium tangit. Iunge nu. 3.*
4 *Clauſula, uocatis uocãdis, facit aliquẽ nõ merũ executorẽ ſed mixtũ.*
5 *Excommunicatus uocatus ſpecialiter ad iudicium, admittitur non obſtante excommunicatione.*
6 *Proceſſus iudicis pronunciantis ſuper exceptionibus præiudicialibus & principali, an ſit ipſo iure nullus.*
7 *Proceſſus ſimultaneus ſuper principali, & exceptionibus præiudicialibus, an ſit ipſo iure nullus.*

CAPITVLVM XIX.

E XHIBITA. ¶ Si iudices de principali & exceptionibus præiudicialibus ſimul cognoſcunt, uel ſuper principali teſtes recipiunt lite non conteſtata, licitè appellatur ab eis. Hoc dicit. ¶ In glo. 1. limita primò iſtum text. dum dicit,
1 quòd † uocandi ſunt illi, quorum intereſt, dummodò interſit principaliter: ſecus, ſi ſecundariò, ſeu incidenter: quia illi non ſunt uocandi, quorum ita intereſt. Ita dicit domi. Ant. hic allegans text. in l. 1. §. pen. ff. de uentre inſpi. ubi, non etiam ſubſtituto, qui optime facit: quem text. allegat etiã Bal. in l. nam ita diuus. ff. de adop. & Bald. in rub. C. de ſucceſ. edic. & in l. iubemus. C. ad Treb. & in l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de offi. proconſul. & in c. inter quatuor. de maior. & obe. & uide gl. fi. in c. 2. de pac. in 6. Limita tamen hoc, niſi præiudicium, quod tangeret aliquem ſecundario, etiam eſſet irreparabile: tunc enim deberet citari. Ita dicit And. de Iſer. in c. ſi uaſallus. ſi de feud. fuerit contro. inter dominum & agna.

ADDITIO. ¶ *Adde in ad hoc glo. 2. in l. de unoquoque. ff. de re iudi. & Alex. conſi. 75. uol. 1. & in l. filiusfamil. §. diui. in 2. q. Bar. ff. de leg. 1. & Alex. cõſ. 86. incip. uiſis dubitationibus. in 2. uol. & 146. incip. ſtantibus his. eo. uol. & Bal. in c. dominus. & poſt Inno. ibi de maior. & obe. & in l. ſancimus. C. de iudi. poſt Inno. in c. noſtra de procur. & uide et Bal. in c. ſi circa princ. poſt Inno. ibi, de dolo & contu. & Gemin. in d. c. 2. de pac. in 6. poſt gl. ibi, pp quã dicit, ꝙ actus nõ dicitur uerti in præiudicium alterius, quãdo nõ affert damnũ principaliter.: qd infert ad declarationẽ ſtatuti dicẽtis, eos, de quorum præiudicio agitur, debere citari, ut intelligatur de præiudicio, ſcilicet principali. Et uide ẽt ad hoc aliquid per Pau. conſi. 34. ad fi. uol. 2. & 3. & ſeq. in 8. dubio eo d. uol. 2. & 68. col. fin. eo. uol. & domi. Feli. in c. cùm M. Ferrarienſis. in fin. de conſti. & in cap. cauſam, quæ. in fin. de teſti. & Barba. conſil. 28. uol. 2. & Feli. in c. cùm olim col. 5. & ſeq. uſq; ad fi. de re iudi. & Barb. conſi. 1. col. 4. & ſeq. uol. 2. & 24. & ſeq. uol. 2. & cõſ. 27. & 45. & 48. eo. uol. 1. & Car. 132. in 2. dubio, & 138. & 140. & Alex. in l. centuſare. in 2. uol. ff. ad Trebell. & Barba. in d. cum M. Philippus Symoneta.*

¶ Secundo limita, dummodo illi, quos negocium tangit, uel quorũ intereſt, ſint certi: ſed ſi eſſent incerti, ſufficit, ꝙ uocentur per edictum, ut hic per Ab. pro quo do. Ant. hic allegat multos, quos ego accumulaui cum pluribus alijs in c. 2. de conſtit. Quod tñ limita, niſi ueriſimiliter de facili ſciri poſſet, qui eſſent iſti, ut per Domi. in c. fi. in fi. de elec. in 6. quia tunc non ſufficeret talis citatio per edictũ. Adde ad hæc, ꝙ proclama generale nõ nocet poſſeſſori, etiãſi agẽs dicat ſe ignoraſſe illũ poſſidere. quia nõ auditur agens hoc allegans. Ita dicit egregie Bart. conſil. ſuo 79. inci. In Dei nomine. in quæſtione uertente in curia capitanei ciuitatis Narniæ. quem ſequitur Pet. de Anch.

de Anch.conſi.ſuo 270.incip.In primo dubin.& in conſi.192. incip.In Chriſti nomine: uidetur prima facie dicendum. Itē adde Ang.conſi.ſuo 188.inci. Viſo facto & ſtatutis.& 192.incip.Pro deciſione quæſitorum.ad fin.& in §.ad hoc.in authen.
a ut ſponſalitia largitas. Vbi decidit, q † quandiu extant, uel ſciri poſſunt, quos negotium tangit, nunquam ſufficit proclama generale. Et adde Abb. in c.fin.de uita & hon.cle.ubi
3 dicit, † ubi[a] agitur de perdendo priuilegio clericali poſt monitionē, nunq̄ ſufficit proclama generale,niſi proclama apprehēdat ipſum clericum, ut ibi per ipſum pulchrè pp gloſſ. in clem.1.de uita & hone. cler.

a *Vbi.] Adde tu, an per man ſtatutū poſſit ſacere, prælatus. quod clericus qui nō incedit in habitu & tōſura, ſtatim perdat priuil. clericale abſque alia citatione,quę apprehēdat citatū? Teneo,quod ſic,quia ſtatutum hēt uim legis, & prælatus pōt ſtatuēdo angere pœnā iuris. & infligere pœnā ſine admonitione, ubi aliàs requirebatur monitio. Text. in c.1. de cōſt.in 6. & bonā glo. habes in c.Romana.de ſent.excō. in 6. in uerbo, ſententiæ.quæ ponit uul: as differētias inter ſententias, & ſtatutum. Adde,in q.iſta do. Abb.in c.fi. de ui. & hon. cler., in 2. col.in uer.& circa hoc poteſt dari.*

Additio. *Adde tu quod propter illam glo.& doctrinam Abb.ubi ſupra hoc anno defendi filium dom.Thomę de Vicomercato.quō dom.Vicarius dicebat priuatum priuilegio clericali quia non incedebat in habitu ſtante generali proclamate per ipſum edito, quòd quicunq; non incederet in habitu, eſſet priuatus beneficio & priuilegio clericali: quia dicebam per dictam doct.uam, quod non ſufficiebat proclama generale, ex quo erat certus, & ipſe non fuerat comprehenſus in tali proclamate. Itē circa hoc,quando ſufficiat citatio per edictum generale, uel requiratur ſpecialis,uide do. Felin. in d.c.2. de conſti.& ſeq.& Bar.conſi. 149. & Barba.18. col. 3.uol.1.et 59.& ſeq.eo.uol.& Ro. 228.& 342. et Car.74.& 128.& ſeq.et Fel.in c.ex parte de canis.in uerſi.& uob nouo.de reſcript.Pan. in c. 1.in 7.not. de poſtul.præla.Bar.in leg.ſiduo.ff. ex quibus cauſis in poſſeſ.ea & Alex. cōſi. 137.uol. 2.& in 5.ā prin.eo.uol.& 107.in primus 5.uol. & Ro.93.in fi.et aliquid non ab re per Fel.in d. cū M.de conſtit.Plu.Sy.* ¶Et not.q cōtēptor uocis præconiæ magis deliquit.& magis dī contumax,quàm contēptor uocis cāpanæ. Gl.eſt ſingularis in uerbo,præconia.in cle:
4 quāuis.& ibi Abbas,de ſent.excō.¶Et† nō: id, quod dicit Abb. hic de clauſula.Vocatis uocandis,&c.ad quod tu adde Card.cō ſi.ſuo 73.incip. Do.noſter Papa.ubi dicit p
b text.q clauſula, Vocatis uocandis[b],facit quem non merum executorem; ſed mixtū & q in procedendo tenetur ſeruare formam iudicij, ex quo corollariè infert; q per omnia idem iudicandum eſt de ſententia talis executoris,quod de ſententia iudicis:& ideo,q ſicut iudex lata ſententia intra decem dies nihil poteſt innouare: ita nec executor datus cum tali clauſula:& idē,q ſicut iudex debet appellationi interpoſitæ à ſententia diffinitiua deferre, debet ita & talis executor,niſi appellatus eſſet contumax. Itē adde Card.conſil.ſuo 92.incip. Nobiles uiri.ubi dicit,q hæc clauſula, Vocatis uocandis,eſt tanti uigoris,q etiamſi adijciatur in cōmiſſione ei qui aliàs erat merus executor,q facit eū de mero mixtū:& q tenetur aſſumere partes iudicis,per text. nſm hic iuncta glo. & iō infert ex hoc,q non uitiat impetratio eius,qui de alterius colorata poſſeſſione mentionem non facit, licet aliàs ſecus foret. per c.cum nřis. de conceſ. præb. Quod not.ad limitationē illius capituli.Item adde Rot.dec. in antiquis,32.de reſcr.incip.nota ex hoc. ubi dicunt do. de Rota,q executor gratiarum datus cū tali clauſula, tenet ſeruare c.ſtatutum.de reſcr.in 6.ſicut tenet proprius delegatus.

b *Vocādis.] Quid autē ſi ſit a clauſula operatur,uide regeſti. quas in apoſtil. addoxi.ō c.nō nulli. ſupra de reſcrib.ar.156.*

Additio. *Tu de iſta clauſula uide etiam Card.conſi.103. col.fi.uerſi.& Rotam decis.in nouis,13.in tit.de offi.deleg.Philip.Sym.* ¶Not.limitationem ad c.eſtote.j.de reg.iu.ut non habeat locum in conſpiratione,ſm do. Abb. hic in 2.col.ad fi.& eſt dictum Inno.in c.1.de ſchiſma. & Dom.in c.conſtitutionem.de uerb.ſig. in 6.Iſtud idem tenet Bald.in l.1.C.de monopolijs. ubi dicit, q in dubio conſpiratio capitur in deteriorē partē. Idē tenet Bal.in c.1.§.conuenticulas.de pace iuram.fir. & Archi.in c.ſi quis ſacerdotem.11.q.1. Ad hoc induco textum in c.cūm dilecti.de accuſ. Item adde Car.in cle.Paſtoralis.in 7. no.de re iud.ubi ponit,quid ſit coniuratio, conſpiratio & conuenticula. Et ibi ſubdit, q ubi fit conſpiratio ad bonum finē: potius dicitur concordia & confœderatio,quàm conſpiratio, quia conſpiratio propriè ſonat in uitium. Ad hoc etiam adde Bar.in extrauaganti,qui ſint rebelles. in uerbo,occultè. ubi notanter ponit, an conſpirationes diuerſarum prouinciarum præſumantur licitè, & ad bonum finem initæ.

Additio. *¶Tu uerò ad regulam d.c.eſtote.et l.merito.ff.pro ſocio.uide Fel.in c.quoniā contra.de prob.et aliquid & per eū in c.cum tu.de teſti. in uer.ſed tamen.& in uer ult.hic.& in c.teſtimonium.col. 11.ep.11.et in c.uenerabilis.col.1.de teſtib.cogē. et in c.fi.de præſcri.col. 4.& col.ſeq.& Cepol.cōſ.4.col.3.& 13.col.6.cū alijs infinitis,quæ ibi accumulant:q̄ ſi particulatim & diſtinctè referri deberent, multas implerent chartas:ſed nō eſt pſentis ſpeculationis.Aliquando nulla edā in formā cuiuſdā paruuli tractat⁹.Plu.Sy.* ¶In gl.in uerbo,exceptio,
5 not. q†excōicatus ſpecialiter uocatus i iudicio admittitur nō obſtante excōicatione. Et ponit Ab.hic col.antep.Sequit Domi.in c.ut circa.§.1.de elect.in 6.Facit dictū Bar.in l.fi.in fi.C. de edict.diui Adrian.toll.ubi dicit,q quoties feci te citati in terminis illius legis, non poſſum opponere, q non ſis legitimus contradictor. De quo facit ſeſt:in Paul. de Caſtr in l. cùm mulier.ff.ſolu.matr.cum concord.

Additio. *¶Iuxta gl.in uerb. etiam ſupplicijs. in auth. de teſtib.Coll.7. q̄ uult, quòd teſtibus adhibitis in aliquo actu de conſenſu partiū non pōt poſtea opponi p ipſas partes, q nō ſint idonei;et ibi multa accumulatui ad ppoſitū ſermōia, q̄ aliquādo publicabātur. Vide et Fel.in c.pſentiū.col.3.de teſtib. & in c.cum inter R.col.7.uer.unde generaliter. de excep.& Pau de Caſ.in l.ſi libertus ff de in ius uoc.cū cōcord. Plu.Sy.* Et in ſpē uide Ab.in c.dilecti.de exce.ubi firmat, q Canonico opponēti ſe cōtra petentē cōfirmationē nō obſtat exceptio excōicationis: ſecus, ſi nō ageret de cōfirmatione,p tex.hic:q ubi tractat de cōfirmatiōe,agit de magno & nimis intolerabili pīudicio,qd nō ē aliàs:& ſequit ibi Car.in fi. addēs hoc uerū,ubi opponeret ſe illi, q peteret cōfirmationē eccleſiæ,in qua ipſe eſſet Canonicus:Secus uerò, ſi peteret cōfirmationē alterius eccleſiæ.Sed certè cōtra predicta arguo ſic:q nō pōt uoluntariè cōparere, non pōt cōparere uirtute citationis generalis,qua citātur, quorum intereſt:quia non eſt actor neceſſarius. ut per Bal.in l.fi. uer.quinto quæritur.C.de edic. diui Adri.tol.& in l.2.ad fi.C. de pac.& in l.cūm mulier.ff.ſol. mat.& Lud. in l.de pupillo.§.1.ff.de oper. no.nun.& Paul. de Caſt.in l.ſi libertus.ff.de in ius uoc.Sed canonicus excōmunicatus opponens ſe confirmationi uenit ui edicti generalis,c. fi.de elec. in 6.uel ui ſpecialis citationis, ſi ſua putauerit intereſſe.Ergo dicitur reus uoluntarius.Ergo repellendus.quia excommunicatus non poteſt eſſe in iudicio, ut reus uoluntarius,per ea quę habuimus in c.intelleximus.§.eō.SOL.Dicas, q talis Canonicus non uenit uirtute edicti, d.c.fi.uel uirtute dictæ citationis; ſi ſua putauerit intereſſe, quaſi ob hoc ſolum coactus: ſed uenit propter graue & præiudiciale ſuum intereſſe imminens ex cōfirmatione petita,ſicut excommunicatus poteſt ſe opponere executioni fiendæ in rē ſuā.¶Verùm
6 † proceſſus iudicis pronunciantis ſuper exceptionibus præiudicialibus & principalibus ſit ipſo iure nullus? Dicit hic do. Andr.q proceſſus ſit nullus,ob hoc quod ſimul pronuncietur ſuper exceptionibus præiudicialib. & principali, contra Ab. hic:& non ſit opus appellatione.Probatur ſic: Clarum eſt, q forma dat eſſe rei, & conſeruat rem in eſſe,l. Iulianus.ff. ad exhibendum. Item clarum eſt, q forma ſeruanda eſt,c.Piſanis.de reſti. ſpo.c.cum dilecta. de reſcri.cum ſim.Sed certum eſt q hic fuit data forma,q prius procederetur ſuper electionibus, & poſtea ſuper principali, ut probatur hic in tex. ibi ſub certa forma.& ibi,ſed peruertendo ordinem, &c.Sed iſta forma non fuit ſeruata.Ergo proceſſus nullus.SOL. Dic. q iſte nondū obiecerat iſtas exceptiones. Ergo eſt impoſſibile, hic eſſe datam formam.Secundò contra Ab.arguit ſic: ubi ordo iuris iniungitur ab homine ſi non erat ſubſtantialis, efficitur ſubſtantialis, per dictum Bar. in l.diem proferre.§. ſtari.ff.de arb.cum concor.Ergo ordo hic datus,cum datus fuerit ab homine,etiā ſi nō fuiſſet ſubſtantialis, factus eſt ſubſtātialis & p conſequēs,ſi nō fuit ſeruatus,reddit proceſſum nullū, d.c.cū dilecta.cū concor. SOL.Dic, q illud dictū Bar.eſt communiter reprobatū per ea,quę dixi in d.c.dilecta.& c.prudentiā.de off.del. Item dic ut proximè dixi.in præcedēti fol. Ita adducit contra Abb.Ang.in l.ſi quæramus.ff.de teſta. ubi dicit, q ſi proceditur in principali omiſſis præiudicialibus, proceſſus eſt nullus, dicens eſſe text. hic. Et non nb. dictum
a do.And. q Papa hic mandet reuocari in irritum: quia dicit ipſe,hoc intelligo,quatenus de facto fuit proceſſum.Item dicit.

ceſſum nullum, licet pars appellauerit aliter. Allegat l.1.cum materia.C.quan.prou.& Io.And.in c.fi.de re iud.in 6. & Bal. in l.2.in prin.C.de ſent.ex breuic.reci.ad quod uide etiã Imo. in clem.1.de re iud.& ibi Card.in 15.q. & Abb.in c.ſignificaſti.in 2.col.de foro compet.& do.Phil.de Peruſio plene in repe.c.dilecto. q.31.cum octo ſeq. ¶ Aduerte, inquantum do. Abb.hic dicit actionem contra electum eſſe popularem, & ad ipſam non admitti excõicatum: nam hoc ſecundum not. Sed primum declara ex dicto Inno. in c.dudum. el 2.in princ.de elec.ubi dicit,ꝙ eſt quaſi popularis, ſed non uere.Ratio:quia in ea interuenit procurator,c.ſuper his.de accuſ. Secus in uera populari.l.5.ff.de popu.actio. Item in iſta nõ obſt.infamia, uel crimen,d.c.ſuper his:ſed in populari ſic,l.4.ff.eo.de popul. actio.Quare Inn. ubi ſ. appellat eã anormalẽ:& ſequitur hoc dictum Inn.do.Ant.in c.ex parte A.de teſti. Et de iſta materia, quando quis opponit ſe electioni alicuius, petens illam annullari,uide Romanum conſi.499. ¶ Iſtum tex.alleg.Bald. in l.præſcriptione.in uer.item quæro, quæ ſunt illæ exceptiones.C.ſi contra ius.ubi dicit per ipſum,ꝙ ad ordinem iudiciarium ita eſt aſtrictus delegatus,ſicut ordinarius. Per iſtũ tex. Dicit etiam Bal.in l.peremptorias.in uerſi.comparet reus.C. ſen.reſcin.non poſſe,ꝙ ſi reus accuſatus offert exceptiones paratas, non poteſt cogi litem conteſtari eis ſaluis. Iſtum text. etiam allegat Card.in clem.1.de offi. deleg.pro ſingulari ad illud de clauſula, Vocatis uocandis. Iſtum tex.alleg. etiam Bal.in multis locis,quos addixi in c.cũm contingat.de offic. deleg. ubi recurre pro deficientibus hic, & cap.contra.

SVMMARIVM.

1 *Inſtantia an pereat de iure Canonico,ſicut de iure ciuili.*
2 *Statutum epiſcopi an ualeat, per quod præfigitur tempus inſtantiæ.*
3 *Iuriſdictio delegata non perit per lapſum triennij.*
4 *Inſtantia currit irreparabiliter impedito in prima inſtantia.*
5 *Inſtantia cauſæ ſi eſt lapſa facto iudicis,non datur reſtitutio.*
6 *Inſtantia appellationis non currit impedito ipſo iure.*
7 *Impeditus debet proteſtari, ut ſibi ſaluum ſit ius ſuum, niſi in tribus caſibus.Iſtos caſus hic uide.*
8 *Officialis finito officio, ut non poſſit conueniri, quid facere debet.*
9 *Pars citata ſpecialiter ut agat, non perdit ius agendi, niſi à iudice bis fuerit monitus.*
Inſtantia cauſæ principalis non prorogatur.
Tempus non extendens metam triennalem præfixam à delegante prorogari poteſt.poſt nu.9.uerſi.prima declaratio.
10 *Inſtantia ſtatutaria breuior triennio prorogari poteſt.*
11 *Cauſa principalis poteſt ſuſpendi per compromiſſum.*
12 *Inſtantia perempta poteſt innouari repetendo unico momento omnia acta.*
13 *Inſtantiæ prorogatio non firmatur etiam iuramento.*
Inſtantia cauſæ appellationis poteſt ſuſpendi pacto, uel compromiſſo. quam tamẽ ſuſpenſionem procurator facere non poteſt ſine ſpeciali mandato.Poſt nu.13.uerſi.ſecunda reg.& uerſi.prima ſit itaque.
14 *Tempus decendij datum ad appellandum non eſt prorogabile.*
15 *Fatalia appellationum poſſunt per partes ſuſpendi.*
16 *Sententia lata poſt inſtantiam ſtatutariam, uel poſt triennium,eſt ipſo iure nulla.Poſt nu.15.uer.de ſententia lata.Quam regulam limitat multis modis,ut hic nu.17.& 18.*
19 *Tempus in dubio præſumitur præfixum inſtantiæ, non iudici.*
20 *Iudex interpellatus ut expediat cauſam, non incurrit pœnam impoſitam iudici non expedienti cauſam.*
21 *Cautela talis an ualeat,ſi iudex dicat, Abſoluo,uel condemno, prout quiſque eſt condemnandus, uel abſoluendus.*
22 *Inſtantia perit coram arbitro, cui non eſt tempus præfixum.*
23 *Inſtantia currit in cauſis ſummarijs.*

CAPITVLVM XX.

VENERABILIS. ¶Dicit hic do.And.per plu
1 ra, quòd † etiam de iure Canonico perit in-
* ſtantia, ſicut de iure ciuili. Cõmunis * tamen conclusio eſt, ꝙ de iure Canonico non perit inſtantia, c. fin.de proba. iuncta declaratione Hoſt.ibi dicentis,ꝙ in illa cauſa lis fuit conteſtata tempore Celeſtini: deinde abinde fuit coram Gregorio & non dicas,ꝙ ibi eſſent plures inſtantiæ.Rationem differentiæ inter ius ciuile & Canonicum ponit Bal.in c.fi.de dolo & contu.quia ius Canonicum conſiderauit, ꝙ inducendo hanc peremptionem eſſet potius inſtantiam reiterare, quam liti finem imponere: quia non dicitur perfectè ſopitum, quod reiterari & recidiuari põt: & ideo per ius Canonicum melius prouidetur immortalitati litium, quam per leges cum per illas lites efficiantur prolixiores propter tẽpus in reiterando conſumptum. Ratio autem Ab.hic non eſt generalis propter ſequentem fallentiam.

ADDITIO. *Ad hoc uide tu Alexan.cõſ.23.in 3. uol.et 64.uol. 4. Barb.in c.de cauſis.de offi.dele.Philip.Sy.* ¶Fallit aũt hęc cõis conclusio primo in cauſa appellationis,ubi lapſo anno,uel biennio ex cauſa dato, cadit appellans à cauſa,c.cũ ſit. de appell. ¶Fallit ſecundò, ubi reus abſoluitur propter ineptũ iudiciũ, iuxta c. examinata. & ibi tradita ſ.eo.¶ In quantũ dicit hic
2 Ab.ꝙ † non ualet ſtatutum epi, à quo terminus præfigeretur inſtantiæ:quo nõ poteſt ſtatuere contra hoc capitulum, cùm ſit ius Papæ: & ſic ſuperioris,c.quod ſup his.de maior.& obe. cum ſimi.Dic tamen, ꝙ hoc c.non reſiſtit conſuetudini, quæ induceretur ſuper hoc, quia bene ualet conſuetudo contra Canones,c.fi. de conſue.Et ratio diuerſitatis eſt,ſm do.Abb. ibi in uer.ſed pulchrum. quia actus ſtatuendi denotat magis ambitionem & ſuperioritatem, quàm inductio conſuetudinis, quæ ſurgit ex tacito conſenſu.Quando autem poſſit epſ ſtatuere contra canones,dixi plenè in d.c.fi.de conſue. & ponit latè Pe.de Anc.in regula, ea quæ.de reg. iur.in 6.in pen. char.& ibi dicit, ꝙ epſ committens cauſam poteſt præfigere terminum: de quo dubito propter gl. in c.fi.de hæret.in 6.
3 ¶Iuriſdictio † delegata non perit per lapſum triennij.Ita tenet hic glo.1.in 2. lec.Limita, niſi princeps delegans præfigeret inſtantiam ipſi iudici. Nam ſi eſſet illa minor triẽnali, bene periret iudici,ſed non partibus:& ideo ex eiſdẽ actis factis corã eo poſſet expediri illa cauſa. Ita dicit Bal.in l.properandũ.C.de iud.in prin.¶Adde,ꝙ ſi ſtatutũ dat alicui iudĩci liberũ arbitriũ,nihilominus tenebit expedire cãm ĩ.inſtantiã iuris cõis,uel ſtatuti.Ita dicit Bar. in l.ſi in lege ff.loca. & Pet.de Anch.in repe.c.1.in 35. char.de conſt.

ADDITIO. *Adde tu ad illam deciſ. Bar.Alex.conſ.50.in 3. & ult.col.in 2.uol.& Pau.de Caſt.in authen.quæ ſupplicatio.C.de preci.Imp.offer.& do.Fede.in d.c.1. de cõſt.col.18. & Ro.conſi.312. & Ant.in c.dilecti.de iudi.Philip. Symo.* Adde circa hæc cautelam, quam ponit hic Maria & dicit optimam,ſ. ꝙ elapſa inſtantia actor petat pronunciari inſtantiam peremptam facto & culpa rei,& eum condemnari in expenſis factis in cauſa, quod quidem iudex poteſt facere. quia quo ad hoc durat etiã eius officium.Allegat Bald.in l.properandum.§. illo in fi.C.de iudi.

ADDITIO. *Adde tu, quòd idem tenet ibi Bart.& uide Alex. conſ.137.in prin.in fi.uol.4.& Ioan.de Ana.93.Philip. Sym.* Item dicit do. Mar.ſe obtinuiſſe in facto, ꝙ reus, qui toties fruſtra appellauit,tenetur in expenſis,quia appellans friuolè dicitur manifeſtus contumax,c.2. de dolo & contu.lib.6. Imo ſubdit fortiùs, ꝙ ſi actor fuerit contumax, licet uincat, tanto minus condẽnabitur reus in expenſis,quantũ abſorbet illa contumacia actoris.Alleg.in ſimili gl.in c.pen.de exce.& tex.in ſimili in c.1.de re iud.lib.6.& dicta per ſe in c.calumniam.de pœnis. in 5.articulo,ubi dicit,ꝙ actor uincens debet condemnari in expenſis factis à reo ex tarditate actoris in proponendo iura ſua. Et circa iſtam materiam peremptionis inſtantiæ facias infrà ſcriptas concluſiones. ¶ Prima itaque concluſio
4 ſit quòd † impedito in prima inſtantia om
a nino currit tempus irreparabiliter [a]. Ita dicunt Bart. & Bald.in authen. item ſi appellatione. C. de tempo.app. & in l.petendæ: C. de temp.in integ. reſtit.peten. per leg.properandum.in fi.inducendo à ſpeciali in pupillo, C. de iudi. & tenet latè hic Are. Fallit hoc, ubi præfigeretur tẽpus,nõ tantùm inſtantiæ, ſed etiam liti. Ita dicit Bald.in authen.clericus.C. de epiſco.& cler. in l.1. ad fin.C. de dila. Tunc enim par eſt ratio in iſto caſu, quæ eſt etiam in inſtantia appellationis, de qua ſtatim dicetur. Facit l. ſed ſi per prætorem.§. ait prætor.ff. ex qui. cau.ma. ubi is, cui ius facto alterius perijt, reſtituitur. ¶ Secunda con-
5 cluſio ſit,ꝙ † ſi facto iudicis lapſa eſt inſtantia cauſæ principalis, non datur reſtitutio.Gl. eſt. in uer. ſi quando lis. in fi. in authenti. de appel.§.1. & tenet Salic. in d.l. properandum.§.ſin autem utraque.Nõ obſtat gl.in §.hoc quoque. in authen. ut ſponſa. largitas. quia loquitur in cauſa appellationis, de qua infra dicetur. Fallit ubi iu-

a *Irreparabiliter] Ad qđ uide copioſè & no. per do.Soci.in conſi.31. inci. proſequendo ordinem.per totũ in 1. parte,char.72.*

a *Vbi iudex] Adde tu, quod tenco; iſtud ita demum procedere, ſi partes non appareant negligentia, conſilium Ergo iſt. ut proteſtationes multiplices partes faciant iudici. Ita Bald. & Salic. in l. properandũ. §. ſi autem utraq;. C. de iud. do. Abb. in c. plerunq;. de reſcri. in 2. col. in verſi. ego dico. Et adde, q illa proteſtatio debet apparere in actis, ſecundũ Bal. ibi in d. §. ſi autẽ. Adde Bart. in materia in l. Titius. §. uſuras. ff. de leg. 2. & in l. 2. §. diei. ff. quido appe. ſit. Et dic, q ſi iſto caſu iudex abſentaret ſe, q pars poterit offerre tabellioni ſupplicationẽ. Ita Bal. in authen. quæ ſupplicatio. C. de preci bus Imper. off. Et adde Bar. in auth. itẽ. C. de tẽp. app. et not. in practica.*

dex[a] cauſæ principalis caret culpa, putà ſi eſt ipeditus multitudine cauſarũ. qa tũc dabitur reſtitutio parti, ut elegãter p Ab. hic & Lud. in l. ſi uerò. §. de uiro. in 44. ſol. ff. ſol. ma. Et ratio poteſt eſſe iſto caſu, q detur reſtitutio: quia datur in ſubſidium, ex quo parti non poteſt eſſe conſultum contra iudicem, cum careat culpa, iuxta regulam l. fin. in princ. ff. de eo, per quem fact. erit. ubi impedito ab alio datur actio ad intereſſe cõtra eũ & ſi ille non eſt ſoluendo, datur in ſubſidium reſtitutio. Sed certè de iſta fallẽtia dubito: qa ſi eſt ſpeciale in minore, q ipſe reſtituatur in ſubſidiũ: ergo in alijs in contrarium eſt ius cõmune. Et ita tenet hic Aret. in 1. co. & placet. Vbicunque autem dictũ eſt currere inſtantiã, intellige ſaluo tamen ſemper iure contra dolo impedientẽ, per. l. arbitro. §. pen. ff. de dolo. qui ſi nõ eſt ſoluẽdo, inanis eſt actio, licet gl. ibi dicat, dari reſtitutionẽ. Sed in contrarium facit, quod ſ. dixi poſt Aret. hic, q ſpeciale eſt hoc in minore. Ergo in contrarium eſt ius commune. Et ideo co-
6 gita. ¶ Tertia concluſio ſit, q † inſtantia appellationis ipſo iure non currit impedito, ut hic per Are. per text. in §. hoc quoq;. authẽ. ut ſpõſa. largi. col. 9. in uer. nullum penitus præiudicium: ſi nullum præiudicium ergo non eſt neceſſaria petitio reſtitutionis in integrum: quia illam petendo pateretur præiudicium uexationis & expenſarũ, ut elegãter etiã per Mod. in c. ex ratione de appel. uerb. circa quintum. & Paul. de Caſt. conſil. 25. ad fin. ¶ Limita primò, dum modò impeditus proteſtatus fuerit, & appareat q per ipſum non ſtetit, ut dixi in c. cùm. M. in 1. q. proteſtationis, de conſti. & eſt gl. in c. cupientes. §. q ſi. in uerbo, propoſita de elect. in 6. & ibi dicit Imo. quẽ ſequit Domi. ſe obtinuiſſe in una cauſa appellationis, q appellans, qui non potuerat habere copiam iudicis ad interponendum appellationem, & permiſit labi tempus datum à iure ad appellandum, ſuccumberet propter negligentiam in non proteſtando, q per eum nõ ſtabat, quo minus tempore debito interponeret appellationem.

Addetio. *Ad quam gloſ. uide in Alexand. conſil. 164. uol. 2. Feli. in c. ex tranſmiſſa. col. 1. 3. & ſeq. de præſcrip. & Barb. conſi.*
7 *50. uol. 2. Philip. Sym.* ¶ Communiter † generaliter tenetur in omni impedito, quòd debet proteſtari, ut ſibi ſit ſaluum ius ſuum præter quam in tribus caſibus. Primus, eſt, ubi non ſumus extra lapſum temporis, ſed intra quod allegatur excuſatio: quia tunc ſufficit impedimentum interueniſſe, licet non ſit facta proteſtatio. Ita dicit Imol. in c. plerunque. de reſcri. inducendo c. ſi autem. cum materia, eodem titulo. ¶ Secundus caſus eſt, ubi non requiritur proteſtatio, quando tempus eſt utile. Ita conſuluit egregie Card. conſil. 128. incip. In quæſtione, quæ uertitur inter Andream. loquens de uaſallo impedito, qui non petijt intra annum inueſtituram: quia annus ille eſt utilis, & ideo cùm ſit utilis, non currit impedito. Omnia enim iura loquentia de proteſtatione impediti intelliguntur, ubi tempus eſt continuum: quia tunc bene eſt neceſſe, ut fiat proteſtatio, ne currat: ſecus, ubi tempus eſt utile, ut per Card. ubi ſuprà. & in dubio quidem omne tempus cenſetur continuum, ut eſt glo. in clemen. 1. in uerbo, continuum. & ibi Doc. de reſti. in integrum. ¶ Tertius caſus eſt, in quo non requiritur proteſtatio, ſ. quando impedimentũ ſurgit ex perſona impediti: nam iſto caſu licet eſſet utile proteſtari, non tamen eſt neceſſarium. Ita dicit Imol. in c. ſi. de appel. per rationes, de quibus ibi per eum dicentem hoc antea à nemine fuiſſe tactum: & ſequitur ibi do. Philip. & in c. ex ratione. in uer. ſed dubitatur. eo. tit. Quæ omnia nota tanquam noua.

Additio. *Reliqua uide per do. Felin. in d. c. ex tranſmiſſa. & quæ ibi ſcripſi, de præſcrip. Philip. Symo.* ¶ Secundo limita, dum modo impeditus probet ſe fuiſſe paratũ expedire actũ. Text. eſt in l. qui commeatus. ff. de re milit. & ibi Bartol. & Innoc. in c. ex tranſmiſſa. de præſcript. in princ. & Archid. in cap. prima actione. 16. q. 3. ¶ Tertiò limita, dum modò impeditus probet ſe adhibuiſſe conatum, ut repelleret impedimentum. Text. eſt in l. ſi. C. de adult. & ibi Bart. & Salic. Reliqua circa impedimentum non cadunt hic maximè materia de modo probandi ipſum, ſed ponitur per omnes in l. x. §. & quod diximus. ff. ſi quis cautionibus. & per Moder. in d. c. ex ratione. in 3. char. in uer. quartum principale. cum quatuor to-
8 lijs ſeq. de appell. ¶ Circa † cautelam Cardi. de officiali, cuius cauſa in loco, ubi geſſit magiſtratum, debet determinari intra 20. dies & ulterius, ibi conueniri non poteſt, ſed in propria patria ſic, ſecundum glo. & Barto. in l. 1. ff. ad l. Iul. repe. q ad hoc euitandum debet facere fieri proclama, &c. quia tunc etiam non poterit poſtea conueniri in propria patria: & refert hic Abb. Adde Bald. in l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de offi. procõſ. & leg. ubi tenet idem. q tale proclama operetur, ut non poſſit conueniri in propria patria, niſi conueniretur in materia non concernente officium. Imo adde, q in propria patria conueniretur, non obſtante tali cautela, per c. aduerſus. de immu. eccleſ. ubi dicit Pet. de Ancha. quòd officialis abſolutus à ſyndicatu, adhuc poteſt conueniri in propria patria, non obſtante, q elapſus ſit terminus edicti. Tu tene iſtam cautelam pro uera. Non obſt. c. aduerſus. quia loquitur in caſu, quem ponit Bald. in d. §. proficiſci. Pro fallentia, ſ. in delicto concernente nedum officium; ſed etiam perſonam officialis, ut ibi per Abb. in uer. & facit iſte text. Huic cautelæ non obſt. l. 1. C. ut nemo inuitus. quia fallit, ubi ſubeſt iuſta cauſa cogendi nolentes agere, ut agant, ut dicitur ibi in gloſ. quæ exemplificat in ſcholari receſſuro. Et in officiali poteſt eſſe duplex cauſa iuſta. Prima, ne officialis tardetur in loco. Secunda, quia defenſiones concernentes geſta in officio, habentur promptiores in loco officij, quàm in patria, ut hic per Abb. Et tales termini ad agendum nunquã aſſignantur, niſi ex iuſtis cauſis, putà in caſu l. diffamari. C. de inge. & manumiſ. de quo uide aliquid per Bar. in l. Titia. ff. de accuſ. cum concordantibus. Circa quæ not. duo. Primo, quòd lapſo termino ad agendũ adhuc agi poteſt, donec iudex imponat ſilentium his, qui non comparuerunt. Ita dicit Innoc. c. cùm in tua. qui matri. accuſ. poſſ. de quo exclamat Angel. in l. 1. C. ut nemo inuitus. & idem tenet Bald. in dicta l. diffamari. niſi in duobus caſibus, ſ. ubi terminus eſſet ſtatutus à lege, uel ſtatuto: quia eo lapſo nemo poſtea audiretur. Ita dicit Innoc. ubi ſuprà per l. ob commiſſa. C. de adult. ibi gloſſ. ſequitur Bal. in authen. ad hæc. C. de uſur. & d. l. diffamari. & in c. 1. quo tempore miles uaſal. ¶ Alius caſus eſt, ubi in aſſignatione termini fuit per iudicem comminatum, quòd niſi comparerent, amplius eos non audiret: tunc enim non eſt opus noua impoſitione ſilentij. Ita dicit Salic. in l. ſi ea. C. qui accuſ. non poſ. de quo facit feſtum Aret. in §. ſi minus. Inſtit. de act. ¶ Secundò not. quòd
9 † pars ſpecialiter citata ut agat, non perdit ius agendi, niſi à iudice bis fuerit monita. Gloſſ. eſt ſingularis. & ibi exclamat Ange. in §. 1. in authe. de hæred. & Falci. ubi dicit, ita mirabiliter eſſe limitandam materiam l. diffamari. C. de inge. & manumiſ. cum ſimi. Per quas imponitur ſilentium lapſo termino: dicit tamen cogitandum. Et ſequitur Marianus in c. licet. in ult. col. de accuſ. ubi dicit ſe examinaſſe in §. ſed neque hæres. Inſtit. de teſta. in pepe. ſua.

Addetio. *Reliqua tu circa iſtam materiam uide per Ang. de Aret. in rubrica. Inſtit. de acce. & Alexand. conſ. 108. uol. 1. & Cepol. cautela ſua. 50. & Feli. in c. ex literis. in uer. fallit nonò. de cõſti. & in c. licet cauſam in uer. limita duodecimo. de proba. & nouum ... per eundem in c. 2. in verſ. c. tamen duas de teſti. & in c. cum olim. in uer. quando autem. eo. tit. de teſti. ¶ Hic ergo ceſſimus in additionibus propter feſtinationem imprimere uolentium. Et ſi quæ minus opportunè inſerta fuerunt, ignoſcatur tyrocinio noſtro: tumultuariæ enim & paucæ quidem & breues & indiſtinctæ additæ ſunt culpa ipſorum impreſſorum, properè nimium nobis calcaria ſubdentium: elaboraui tamen, ut par erat, pro ingenioli mei uiribus, ut opus hoc quam emendatum & caſtigatum in lucem commodè prodiret, licet exemplar mihi ita deprauatum & corruptum traditum fuerit, ut nec ſyllaba quidem concinne apta foret, ut mihi teſtis locupletiſſimus eſſe poteſt præſtantiſſimus præceptor meus And. Pomus, uir conſummatiſſimus, & quem aliquando, ſi fata uitam dederint, Doctorẽ ætatis ſuæ principem futurum uideo. Philip. Symon.* ¶ Et quia plene hic tractatur, an inſtantia poſſit proroga-
a ri[a], ut enucleetur iſta materia, prima

a *Prorogari]* regula

Ad quam materiam unde etiam plene per do. Socin. in conſil. 31. incip. Proſequendo ordinem. uerſ. & ſuia. Alter ēt in 2. parte cha. 62.

regula ſit. ¶ Inſtantia cauſæ principalis non prorogatur. Glo. 2. l. ei. §. ſi & iudex. ff. de iudicijs. Bald. in l. quòd ſi nolit. §. ſi quis ita. ff. de ædil. edict. Pau. de Caſt. conſil. 15. uerſic. ſecundò principaliter. Bart. in l. Seius & Augerius. ff. ad l. Falci. & Doct. j. allegandi. ¶ Prima declaratio. Tempus non excedens metam triennalem præfixam à delegante prorogari poteſt. Text. eſt in c. de cauſis. de offic. deleg. Dummodò non ultrà triennium, ſecundum Sal. in d. l. properandum. & dum modò prorogatio fiat ante finitum tempus præfixum, per l. ſed ſi manente. ff. de precario. Et ſi in iuriſdictione prætigaretur longius tempus, tunc iudex facta prorogatione tenetur expediſſe intra triennium à litis conteſtatione, ſecundum Salic. ibi ſuprà.
10 ¶ Secunda declaratio. Inſtantia † ſtatutaria breuior triennio prorogabilis eſt ſecundum Salic. ibi. ſ. propter ratione̅ præcedentis declarationis. Et eſt uerum, q Imol. in l. 4. in princ. ff. de dam. infec. & Bald. de pace Conſtantiæ. in uerſic. cauſis. tenet contrarium, quia ſubrogatum, &c. & ideo Maria. hic dicit cogitandum, licet non alleget iſtos. Sed horum opin. procederet, ubi prorogatio tranſcenderet triennium: quod eſſet abſurdum, quia cauſarentur infinitates. Sed intelligo co̅cluſionem, ubi non tranſcendit triennium ipſa prorogatio, & tunc illud te̅pus ſubrogatu̅ differt ab alio: quia illud reperit certam & primæuam metam, quæ non improbatur à d. l. properandum. Res enim de facili redijt ad ius commune, & ad naturam ſuam, ut eſt gloſſ. in c. ſtatutum. in uer. nume-
11 randum. de præben. lib. 6. ¶ Tertia declaratio. Per † compromiſſum poteſt ſuſpendi cauſa principalis. Ita dicit Barto. in authen. ſi tamen. C. de temp. ap. & Bald. in d. l. properandu̅. Contrarium uerius, ut per Abb. hic, & Imol. in c. de cauſis. de offic. dele. Salic. in d. l. properandum. quia ratio clemen. quamdiu fundata in maiori præiudicio ceſſat in cauſa principali, ut hic per Abb. & ad l. contra maiores. & conſimiles, dic, quòd procedunt, ubi ambæ uiæ ſunt neceſſariò incompatibiles, ut hic per do. Franc. qui allegat gloſſ. in c. cùm dilectus. in uer. præſcriptione. de relig. do. ¶ Quarta declaratio. Inſtantia
12 perempta † poteſt de nouo innouari repetendo unico momento omnia acta. Ita Barto. in l. ſi à te. ff. de except. rei iudi. Maria. hic dicens quotidie ita fieri, & docens modum practicandi. Adde Ang. idem tenentem in authen. ſi tamen. circa princ. C. de tempo. appel. Abbas in c. fin. de probat. & Imol. in d. c. de cauſis. ſubdentem cautè, q iſta non eſt propriè prorogatio per d. l. ſed ſi manente. ſed eſt inchoare de nouo: & intellige, dum modò præſente & conſentiente iudice. Ita dicit Fulg. in d. l. properandum: ſicut in alijs actibus iudicialibus, c. forus. de uerb. ſignifi. Et ad c. clericus. de iureiur. dic ultra iſtos, quòd ille ibi non iurabat iterum, ſed uolebat primum iuramentum extendere uires ad ſtatuta noua: hic autem fit expreſſa reiteratio actorum, licet per relationem ad aliud, quæ debet idem operari, ac ſi de nouo fuiſſent facta acta de uerbo ad uerbum, l. ait prætor. §. 1. ff. de re iudi. Nec obſtat ratio figme̅ti do. Abb. quia ex diuerſo euitantur expenſæ, iuxta doctrinam Bald. in c. ſi. de dolo & contum. Item inſtantia poteſt abbreuiari partium conſenſu, tam in principali, quàm in appellatione. Lud. in l. 2. ff. de re iudi. Bald. in l. centurio. ff. de uulg. & pupil. quia co̅ſonat publicæ utilitati, ut cauſę citò expediantur. Idem dic in tempore præfixo à delegante: nam & illud poteſt abbreuiari partium conſenſu. Ita Imol. in dicto capitulo, de cauſis. de officio delega. ¶ Quinta
13 declaratio. Prorogatio † inſtantiæ non firmatur etiam iuramento. Ita Abb. hic, allegando Bal. idem ſentit Bar. in dicta l. Seius & Augerius. ff. ad l. Falci. quaſi in fin. Dic contrarium ſecundum Pet. de Ancha. in c. licet. de iureiur. lib. 6. & Imo. hic, & in d. l. Seius & Augerius. & in repet. c. cum contingat. in uerſi. quia inquantum. de iureiu. Ratio: quia tale iurame̅tum non eſt contra ius Canonicum, à quo iuramenta regulantur, d. c. cùm contingat. Ita intelligitur c. ſi diligenti, j. tit. proxi. nam ibi actus erat expreſsè reprobatus à canone, quod non eſt hic & etiam in foro ſeculari iſtud iuramentum ligat. Ita Imo. hic. Item adde, q ubi in cauſa periret nedum inſtantia, ſed etiam ius partis, puta quia imponeretur ſilentium lapſa inſtantia: tunc inſtantia poteſt ſuſpendi. ſicut in cauſa appellationis: quia ſubeſt ratio magni præiudicij, ſicut eſt in cã appellationis. Ita dicit Bald. in l. petendæ. C. de temp. in integ. reſtit. pete. in fin. ¶ Secunda regula principalis eſt, Quod inſtantia cauſæ appellationis poteſt ſuſpendi pacto, uel per compromiſſum, clemen. quandiu. de app. etiamſi non compromitteretur de ipſa cauſa appellationis. quia omnino utroque caſu intendunt partes ſuſpendere iuriſdictionem: quod tamen declara, ut j. ¶ Prima ſit itaque declaratio, q procurator ſine ſpeciali mandato non poteſt facere hanc ſuſpenſionem. Ita dicit Cald. conſil. ſuo 4. tit. de app. ¶ Secunda decla-
14 ratio ſit ad hanc materiam, q † tempus decendij datum ad appellandum eſt improrogabile. Ita dicit Paul. de Leaza. in d. cle. quandiu. de app. quem ſequitur Rota in deci. in nouis. in tit. de dila. deciſi. ſecunda, incip. Item fuit dubitatum ad fi. & do. Anto. in c. licet. de procur. Bald. in authen. ei, qui. C. de temp. app. Ange. in authen. hodie. C. de app. Paul. de Caſt. & Lud. in l. 2. ff. de re iudi. Imol. in d. cle. quandiu. & ibi Cardi. in 5. q. In hac materia, cur non poſſit prorogari inſtantia, rationem ponit Bal. in d. authen. ei, qui. C. de temp. appe. dice̅s, q ratio eſt: quia partes non poſſunt facere, q iuriſdictio deuoluatur in non habentem, l. priuatorum. C. de iuriſdi. omn. iud. Item quia partes facere non poſſunt, quin ſententia tranſeat in rem iudicatam. Ita Lud. in l. ſi diuerſa. C. de tranſact. Adde glo. magnam in c. cùm ſit. de appellat. dicent, hoc dicendum, non poſſe per iudicem prorogari. Subdunt ibi Moder. etiam partibus uolentibus; per glo. ſi. in authen. offeratur. C. de lit. conteſt. Poteſt tamen iſtud decendium minui per partes, ſecundum Lud. in d. l. 2. ff. de re iudi. ¶ Tertia declaratio
15 ſit, q † fatalia appellationum poſſunt per partes ſuſpendi, ita q non currant, & cauſa non tractetur coram iudice: ſed nequeunt prorogari, puta addendo tempus. Ita Ioan. And. in additi. Spec. in titu. de appel. §. nunc breuiter. ſuper uer. illud. per multa, maximè per l. nemo. C. de temp. appe. ibi, nec ſub prætextu quodam altero. Sequitur Roma. in d. l. 2. ff. de re iudi. & Abb. ad quem ſemper recurre, in c. ex ratione. de appel. Idem tenet Bal. in d. l. centurio. & Cyn. & Bar. in d. authen. ei, qui. & Matthefilanus notabili ſuo 24. per c. oblatæ. de appel. ibi, non ualeat prorogari. Ratio differentiæ: quia ſtante ſuſpenſione iurgia ceſſant & impenſæ cum ſpe concordiæ: quod non eſt in prorogatione, ut latè per prædictos. Contrarium tenet hic Aret. & Bart. in l. 1. §. ſi. per illum tex. C. de temp. appel. & do. Philippus in d. c. ex ratione dicens, eſſe caſum in d. §. fin. non cauillando. Idem tenet Imol. in d. l. Seius & Augerius. & Bal. de pace Conſtan. in uer. In cauſis. & in d. authen. ei, qui. Sed præcedens op. facilius teneretur per d. l. nemo. cui non reſpo̅detur. Ad §. autem, in quo ſe fundant tenentes contrarium: dic, q loquitur in reſtitutione fatalium, ſecundum Abb. in d. c. ex ratione, uel in ſuſpenſione. Ad uerſic. uerò in cauſis. dic, q non utitur uerbo Prorogare. ¶ De ſententia lata poſt inſtantiam, dic, ut hic per Abb. & adde Pau. de Caſt. co̅ſi. 324. incip. In Chriſti. ubi dicit, quòd omnes concordant in hoc, q ſententia lata poſt inſtantiam ſtatutariam eſt nulla, ſicut lata poſt triennium datum à iure co̅muni deciſioni cauſarum. Ratio: quia ſubrogatur loco illius. Item, quia aliàs ſtatutum nihil operaretur. ¶ Limita primò, niſi imponatur pœna iudici non iudicanti in tempore ſtatuto, ſecundum Ioan. And. in addi. Spec. allegata hic per Abb. Ratio. quia ſtatutum ſatis operatur apponendo pœnam. Ex quo no. q actus contra l. pœnalem non eſt nullus: quod firmat Bald. in l. ait prætor. §. 1. ff. de dam. infec. Sic limita l. non dubium. C. de ll. & c. uide 10. diſt. ¶ Secundò limita, niſi inſtantia præfigatur iudici tantùm: & non iuriſdictioni: quia tunc ualet ſententia lata poſt inſtantiam, ut per prædictos: & pulchrè Ludo. Roma. conſil. 415. in fin. & 417. in fin. per text. clarum in l. 1. C. ut omnes cauſæ, tam ciuiles quam criminales. & tenet Bal. in l. properandum. & in l. ſcire oportet. §. conſequens. ff. de excuſ. tut. & Petr. de Ancha. in clem. 1. de reſtit. in integ. & Ange. Aret. in §. minus. in uer. in hoc tamen credo. Inſtit. de actio. & Bald. in c. 1. ſi de inueſti. inter dominu̅ & uaſal. lis ori. & in l. obſeruare. §. proficiſci. in 3. q. & ſeq. ff. de officio proconſul. & leg. & in l. ſi. C. ut
16 intra certum te̅pus & do. Abb. hic. ¶ Tertio limita, niſi † poſt inſtantiam ferretur ſententia abſolutoria ab obſeruatione iudicij. ita dixit Ang. in l. properandum. per d. l. ſi. C. ut intra certum tempus. quæ ad hoc eſt ſingularis. Et intellige, etiamſi inſtantia eſſet præfixa iuriſdictioni. Facit clem. 1. de reſcrip. cum his, quę dixi in c. 1. ſ. eod. Vno caſu ceſſat iſta fallentia, uidelicet in caſu l. pen. C. de nauf. lib. 11. ubi lapſo te̅pore præfixo ibi ad cauſam nauicularij naufragium paſſi habetur ipſe

naulculator pro abſoluto à petitis: nec eſt opus abſolutoria iudicij: & eſt caſus unicus ibi, ſm Ang. in d. l. properandum.
17 in princ. ¶ Quartò limita, ubi † poſt inſtantiam reus eſt confeſſus, ſecundum Bald. in d. l. properandū. in ſi. prin. & hic per Abb. ponētem rationem. Sed caue ſecundum Aret. quia iſtud eſt clarum, ubi inſtantia ſola deſeritur. Sed ubi eſſet appoſitum tempus non ſolùm inſtantiæ, ſed etiam cauſæ, ut ſi ſtatutum prohibet poſt tempus cognoſci de maleficio, utrùm tunc poſſit confeſſus puniri? Dic, ut per Bald. in l. criminis in fi. C. qui accuſ. non poſ. dum dicit, ꝙ confeſſus maleficium opponere poteſt exceptionem declinatoriam. Et dixi ſ. eo. c. at ſi clerici. Adde magis in terminis Bald. in l. genero. ff. de infa. ubi dicit, ꝙ finita inſtantia poſita per ſtatutum liti, inquiſitus etiam ſi cōfitetur, eſt abſoluendus. Sequitur Ang. de Are. in tracta. ſuo maleficiorum, in glo. in uer. comparent inquiſiti. fo. 48. Ratio: quia paria ſunt, quē eſſe de maleficio abſolutum, uel preſcriptum eſſe, l. ſi non conuitij. C. de iniur. Nō ob. dictum Bald. in d. l. properandum. quia loquitur, ubi ſolum perijt inſtantia: ſed hic perit etiam ius reip. ex forma ſtatuti. Non ob. etiam, ſi diceretur ꝙ contra præſumptionem iuris & de iure nocet confeſſio. Gloſ. & Bart. in authen. & ſi neceſſe. C. de dona. an. nup. quia hic eſt fictio, & non præſumptio: quia poſt ius quæſitum parti ex præſcriptione ſtatuti ſtatutum ipſum fingit partē liberatam & ſimilem abſoluto, ſecundum Maria. in c. de his. de accuſ. Et adde, ꝙ iſta fallentia procedit, nedum in confeſſo in criminali, ſed etiam in ciuili, ut ſi ſit infinita inſtantia, poſſit confeſſus condēnari. Ita ampliat hoc ſolus do. And. ponēs iſtud in c. de cauſis. de offi. deleg. primò, quia eadē ratio: ſecundò per dictū Bal. in l. 2. ad fin. C. de re iudi. ubi dicit, ꝙ confeſſus crimen ſuper libello inepto poteſt condemnari, ut per Inn. in c. qualiter. lo 2. de accuſ. Ita confeſſus debitum ſuper libello inepto poterit condemnari, inducit ſubtiliter l. ait prætor. §. permittitur. ff. de mino. Hoc tamen ego limitarē eadem ratione, ut ſ. a
18 per Bal. niſi † per ſtatutum[a] prohiberetur cognoſci de debito poſt tēpus, utputà ꝙ ſi creditor nō egerit intra 10. annos, amplius nō audiatur, ſecundū notata per Bar. in l. oēs populi. 2. q. 3. q. princ. ff. de iuſti. & iur.

ADDITIO. *Quod tamē ſtatutum an ualeat, uide ibi plenè per Scribentes, ubi infinita ego addidi. Philip. Sim.* ¶ Ex quibus habes unam limitationē ad dictum Innoc. in d. c. qualiter & quādo. dum dicit, ꝙ confeſſio non curat ineptitudinē iudicij: quia fallit, ubi iudicium eſt nullū ex lapſu temporis, ex quo cauſatur ius parti, per ſuprà dicta in uer. fallit quartò. Alias fallentias ad illud dictum dixi aliàs ibi. ¶ Secunda concluſio
19 circa hæc ſit, ꝙ † in dubio tempus præſumitur præfixum inſtantiæ, & non iudicij, quia hoc modo obuiatur immortalitati litium. Ita Io. And. in addi. ad Spec. in titu. de lega. §. reſtat. quod ſequitur Imol. in d. c. de cauſis. de offi. dele. & dicit menti tenendum. Tamen in hoc melior eſt doctrina Bal. in l. ſi. C. ut intra certum tēpus. ubi dicit, ꝙ ſi tempus ponitur à ſtatuto, uel lege loquente in rem, præſumitur præfixum inſtantiæ: ſecus, ſi in perſonam: putà, iudex expediat. Et idem dicit Bald. in l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de offic. proconſul. & leg. in 3. q. & ſequitur ſimpliciter Salic. in d. l. properandum. in prin. ¶ Et no.
20 ꝙ † iudex interpellatus, ut expediat cauſam, non incurrit pœnam impoſitam iudici non expedienti cauſam intra certum tempus, ut hic per omnes. Adde Calde. in tit. de pœnis. conſil. 3. & Io. de Anan. in c. excommunicamus. §. moneantur. de hæret. & Ang. conſi. 140. incip. Quidam Matthæus. ubi dicit, ꝙ ſtatutum, ꝙ priores teneantur ſub certa pœna committere cauſam appellationis, intelligitur ſcilicet, ſi hoc petitum fuerit. Et tenet etiam Bald. per illum text. in l. 1. §. magiſtratibus. ibi, moniti non dederint. ff. de magiſtra. conuen. & Abb. in c. fin. in penul. col. de re iudic. ubi in terminis ſequitur dictum do. Anto. hic. & facit glo. fin. ibi in uer. dum modò petitum fuerit. cum concord. quas ibi dedi. Contra hanc tamen opi. arguit hic dom. Andr. dicens, quòd aut eſt ſententia ferenda pro actore: & non eſt opus, quòd inſtet illam ferri, quia iam in libello petijt reum ſibi condemnari: arg. in l. Titia. §. uſuras. & quod ibi Bar. ff. de leg. 2. Aut uerò eſt ferenda pro reo, & tunc idem, quia licet ferre ſententiam concernat fauorem priuati, tamen hoc etiam concernit fauorem publicū: & per conſequens, iudex etiam non petitus poteſt impartiri officium ſuum, c. bonæ. de poſtul. prælat. cum ſimili. Adducit etiam adhoc corroborandum dictum Bart. in l. Seius & Augerius. ff. ad l. Falci. inducendo, ut hic per ipſum. Sed his non obſtantibus tene dictum do. Anto. hic. Et primò, in quantum arguit de dicto Bart. in d. l. Seius. dic, ꝙ illud dictum eſt uerum, & procedit, quando ambæ partes ſunt præſentes: & ita loquitur lex, properandum. in princ. C. de iud. ſecus uerò partibus abſentibus, uel altera abſente: & ita loquitur §. & ſi quidem, in d. l. properandum. & probatur hoc ex doctrina Bal. in l. 1. C. ut quę deſunt aduoc. ubi generaliter quęrens, utrùm partibus non inſtantibus iudicari poſſit, diſtinguit, ut ſupra dictum eſt, ꝙ aut partes ſunt pręſentes, & poteſt ferri: aut uerò partes ambę ſunt abſentes, uel altera earum, & non poteſt ferri. Non ob. etiam id, ꝙ dicit de actore, ꝙ non debet ipſe requirere: quia ſemel iam hoc petijt in libello: ſed dic, ut iā dixi, quòd altera parte abſente, ſiue ſit reus, ſiue actor, neceſſe eſt, quod petatur ad ſententiam procedi. Ratio: quia ad ipſum requiritur peremptorium, quòd non conceditur, niſi petatur, l. ad peremptorium. in uerbo petiit. ff. de iudi. & dixi in c. 1. ſ. eo. quod not. contra do. Abb. hic dicentem, quòd ex officio iudex faciat citare, &c. & idem ſentit infra eo. c. proxi. in ult. col. ſequendo dictum Bart. in d. l. Seius. pro quo non facit fauor iuris publici: quia reſiſtit regula d. §. & ſi quidem loquentis propriè labente inſtantia.[a] An autem in dubio pręſumantur partes inſtetiſſe, uel non: dic, ut per Paul. de Caſt. in d. l. 1. C. ut quę deſunt aduo. ¶ Si-
21 gna cautelam Doct. ꝙ † iudex dicat, Abſoluo uel condemno, prout quiſque eſt condemnandus, uel abſoluendus ex actis. Sequitur Bald. in l. cùm iudex. C. de ſent. reprobans ibi Butrig. qui dando iſtam cautelam dixit poſſe dici de actis, nedum factis ſed etiam fiendis: quia in hoc malè per l. prolatam. C. de ſenten. hanc cautelam ſequitur Bal. in l. ait prætor. §. 1. ff. de re iudi. dicens, hanc cautelam eſſe pro iudicibus imperitis, uel non habentibus tempus deliberandi. Idem tenet Ang. & Imol. in l. qui Romæ. §. Augerius. ff. de uerb. obliga. Paul. de Caſt. in l. continuus. ff. eo. tit. ſubdens, quòd ſi probatio non eſſet facta, ſententia eſt nulla, niſi incontinenti fieret. Et diceretur incontinenti fieri, ſi fieret antequàm iudex diuertiſſet ad actus extraneos, per d. l. continuus. Et tunc perinde erit, ac ſi probatio præceſſiſſet ſententiam, iuxta glo. in l. generaliter. in princ. ff. de rebus credi. Cum iſtis concordat Bal. in l. nō dubium. C. de legi. Idem tenet Spec. in tit. de ſenten. prola. §. iuxta. uerſic. ſed ecce. & ibi Bal. in addi. & Imol. in l. iudex. poſteaquā. ff. de re iud. ¶ Dat & alia cautela, ꝙ iudex abſoluat reum ab obſeruatione iudicij adiecta cā, quia de meritis cauſæ mihi nō liquet: quia tūc iſta ſnīa non nocebit. Ita dicit Ang. in d. l. ait prætor. §. 1. ff. de re iu. Allegat Inn. in c. fin. de cōfir. utili, uel inutili. Quod intellige, ſaluis notatis p Bal. in l. admonēdi. in uerſi. quo primò, quā actor. ff. de iureiu. uidelicet, niſi inſtātię eſſet pfixus terminus à partibus: quia tunc actore nō probāte reus abſoluitur diffinitiuè, de quo latè diſputat ibi Pau. de Caſt. & Roma. ¶ Aliam cautelā poſuit Bal. in l. ab eo. C. quemodo & quando iudex. ꝙ iudex exprimat in ſententia qualitatē probationis, quæ magis eum in-

a *Statutum*] *Ad de iu. ſtatutū quod poſt certum tempus non admittit creditorem ad agē dum, utrum ualeat, quum ſaltem poſſit agi in foro eccleſiaſtico? Poſuit Io. Andr. in c. fin. de except. in 6. Bal. in c. ſi qs p 30. ſi de feu. fue. cont. col. 10. Adde dom. Abb. in rub. de pręſcript. & uide per Bart. in l. ſequitur. §. ſi uiam. ff. de uſucap. Nam ibi tenet unam opin. & in l. omnes popul. ff. de iuſtit. & iure. tenet aliam. Adde do. Abb. in c. fin. de præſcripi. in 3. & 4. colum.*

a *Inſtantia*] *Ad de iu. ꝙ etiam ego idē teneo, ſed alijs modijs, & alijs rationibus non addo. Ita hic per Felin. Et in primis pōdero text. in l. properandum. C. de iud. in uerſ. ſuper poſſeſſione. ubi dicit textus, quælibet cā ciuilis habet inſtantiam triennalem, ſiue litigetur ſuper petitorio, ſiue ſuper poſſeſſorio. Sed ego habeo, ꝙ cā poſſeſſoria eſt cauſa ſummaria. ut not. glo. & Doct. in l. 1. C. quorum. lega. in uerbo, ſecundum ſententiam. Barto. in extrauag. ad reprimendum. in uerbo, ſummariè. & adhuc ſubtilius pondero d. l. properandum. in uerbo, exceptis cauſis fiſcalibus, & publicarum functionū. nam ego habeo, quòd in cauſis fiſcalibus proceditur ſummariè, l. penul. & ibi Barto. C. de conuen. fiſci. debitor. lib. 10. Fortius cā publicarū functionū dicitur ſummaria, l. 1. C. de exac. tribu. lib. 10. Modo habeo pulchram regulam, quòd exceptio confirmat regulam, ut loquatur in caſu, in quo aliàs nō loqueretur. Pone, aliquis conſtituit procuratorē generalem*

clinat. Allegat gl. de qua exclamat in c. licet cauſam. in uerbo, poſſidetis. poſt principium ibi. ſed debet examinari. de proba. ¶ Aliam cautelam poſuit Bald. in l. peremptorium. C. ſententiam reſcindi non poſſe, quòd iudex dicat reſeruata tali exceptione, qua probata ex nunc te abſoluo, quæ non eſt tuta per prædicta, niſi fortè incontinenti probaretur, ut ſuprà: de quo per do. An. in c. ſuborta. ad fin. de re iudi. & Paul. de Caſt. & Imo. in d. §. Augerius. ¶ Aliam cautelam poſuit Bald. in l. 1. C. qui accuſ. non poſſ. in antepenul. col. quando incidit quæſtio falſorum teſtium, cuius cognitio abſorberet inſtantiam, ut non pronunciet ſalua quæſtione falſitatis, qua detecta habeatur ſententia pro annullata: de quo ibi latiùs
22 per eum. ¶ Coram † arbitro cui non eſt præfixum tempus, inſtantia perit, cùm ſit redactus ad inſtar iudicioris, ut hic per Ab. Sed ſua poteſtas in cognoſcẽdo de nouo renouatis actis nõ expirat. Sic intelligo gl. 1. in fi. in dicta clem. quamdiu. & authen. ſi tamen. in ea allegatam. Sic etiam intelligo gl. 3. in l. ſed ſi cõpromiſſum. & eſt additio ff. de arb. ut latè per Roma. in l. ſi quis arbitratu. uerſi. in quantum autem Bal. ff. de uerb. obl. & Imol. ibi in uerſic. iuxta prædicta poteſt dubitari de arbitro. Vide unum ſimile. Nam poteſtas iudicis prorogati adhuc durat, licet inſtantia coram eo pereat uel alias proceſſus annullet: ut ſingulariter poſuit Guil. de Cuneo in l. eum, qui. ff. de cõſtituta pecunia. quem ſequitur Ang. in l. ſi quis poſtea. ff. de iudicijs. & in l. ſi cõuenerit. ff. de iuriſdictione om. iudi. & ita intellige iſtũ punctũ, qui quidem eſt multum difficilis: & do. Ab. illũ tãgit, ut hic in c. cùm dilectus. in fi. de arbitris. Et idem dic in arbitratore, cui tempus nõ præfigitur propter regulam, quę uult, quòd poteſtas non arctata tempore. non finiatur, l. in uenditione. §. tempore. ff. de bo. author. iud. poſſid. Et inſtantia non perit corã eo, ut hic per Abb. Fallit in caſu l. fin. §. ſed & ſi quis. C. cõmunia de legat. ſ. in arbitratore dato in ultima uoluntate, qui habet annum. Et ita illũ tex. intelligit Bal. hic, & Ang. & Ro. in d. l. ſi quis arbitratu. Et Bald. in l. fi. in ult. col. C. de cõtrah. empt. Et de inſtantia corã arbitro dic, quòd incipit nõ à die compromiſſi, ſed à die litis cõteſt. ut per gloſ. in d. clemen. quamdiu. in fin. Sic intellige Bal.
23 in c. ſi autẽ de reſcrip. ¶ Inſtãtia [a] in † cauſis ſummarijs currit [a]: ut hic per Abb. & Bar. in d. l. properandum. §. & ſi quidem. licet Abb. dicat, quòd non reperit tactũ in terminis, quem reprehendit hic do. And. dicẽs, eſſe deciſum per Bar. in d. §. & ſi quidẽ. adde Bal. in l. 1. C. de iur. cal. cuius dictũ ibi extollit do. Floria. dolens ignoraſſe in facto, & refert. hic do. An. in fi. Idẽ tenet Pau. de Caſ. conſil. 289. in fi. Eſt uerum, quòd Bart. in l. litibus. C. de agricolis & cenſit. lib. 10. & Bal. in l. pactum. §. qui prouocauit. in 10. q. ff. de pact. & Ange. Aret. in l. ab executore. in princi. ff. de appel. & Bal. in l. conſentaneum. in fin. C. quomodo & quando iudex. tenet contrarium. Sed prima opi. eſt uerior, quã ſequuntur Cyn. Bal. & Salic. in d. l. properandum. in princ. & Bart. in d. §. & ſi quidẽ. ibidem dicentes, inſtantiam incipere à die, quo cœptum eſt cognoſci. ¶ Limita hæc, dum modò producatur libellus, uel fiat litis cõteſtatio: ſecus, ſi petitur executio ſimpliciter, ſm Bal. in l. 1. §. 1. ad fi. ſi quis ius di. non obt. ubi dicit, hanc eſſe opin. communem aduocatorũ. & ſentit. Ro. in repe. l. 1. C. de hæred. inſtit. Sed dic, quòd concluſio procedit abſque limitatione: quia l. properandum poteſt extendi ratione fauoris publici. Sic dicitur de diſpoſitione Lodoiſæ, ſm Bart. in l. ſi conſtante. in 9.

ualeto: iſte procurator generalis nõ poteſt ſe impedire de cauſis exequentibus ſpeciale mandatum, ut in causis ad agendum. dr procur. in 6. pane, quod poſtea conſtituat eu n generalem in omnib. præter quàm in cauſa reſtitutionis in integrum. Iſte procurator poterit expedire alias cauſas, requirẽtes ſpeciale mãdatũ, præter quàm cauſam reſtitutionis. Ita tenet Guibel. in d. c. qui ad agendum. §. 1. Io. de Imol. in l. ſi. ff. à quib. appel. Alex. id. in l. 1. ff. quod quiſque iur. Ex quo ergo d. l. properandum. excipit cauſas fiſcales, & publicarũ functionum, facit ut excipiantur etiã ſummariæ ad hoc, ut fallentia ſit bona. Tertiò, & adhuc fortiùs: nã ſnia ſi ridda in cauſis ſummarijs, in quib. lis nõ conteſtatur, eſt diffinitiua, clem. ſæpe. in princ. de uer. ſign. & ibi Doc. ponderant tex. ad hoc. Sed ego habeo, quòd diffinitiua ſententia nõ põt ferri, niſi habeat inſt.ãtiã, l. prolatã. C. de ſen. l. 1. C. quãdo prouo. nõ eſt neceſ. Et per iſta fundamẽta teneo iſtud, quod tenet Felin. hic indubitanter.

a *Currit*] *Adde* *do. Alex. de Imol. in cõſ. 50. in 2. par 10, ubi ſingulariter, & plenè.*

q. primæ partis, ff. ſolu. mat. cum concor. quas dixi c. trãſlato. de conſt. Sed hic eſt eadem ratio, imo maior: ut ibi per Abb. Ergo, &c.

ADDITIO. ¶ *Et hoc expreſſe ſentit Bal. in d. c. 1. C. de iur. cal. & Barb. hic in fine. Phil. Sym.* *Hoc addidi: quia per hoc in aliquo nõ eſt retardata celeritas impreſſorum.* Dicas tamen, quòd ante litem conteſtatam, uel actum æquipollentem non currit inſtantia: Ita dicit Bal. in l. & poſt edictum. §. circũducto. ff. de iudicijs. dicens, quòd etiamſi decennio duraret quæſtio legitimationis perſonarũ, non currit inſtantia: quia hoc fit ante litem conteſtatam, l. ita demum. cum ſi. C. de procura. Pro hoc facit, quia in exceptionibus propriè non eſt inductũ quòd lis conteſtetur. Dixi in c. prudentiam. de offi. delega. ¶ Vltimò ſcito, quòd inſtãtia ſtatuti currẽs pendente appellatione, non currit pendente relatione, uel aduocatione facta per principem. Ita dicit Domin. in c. cupientes. in princi. de elect. in 6. propter gloſſ. ibi in uerſ. immediata. quam ualde nota.

SVMMARIVM.

1 *Prouincia an ueniat appellatione ciuitatis.*
2 *Legatus duarum prouinciarum non poteſt ſubditos unius prouinciæ trahere ad aliam.*
3 *Eccleſiaſticus poteſt præſcribere iuriſdictionem temporalem, licet laicus non poſſit præſcribere iuriſdictionem eccleſiaſticam.*
4 *Sententia eſt modus transferendi poſſeſſionem in corporalibus ciuilem & naturalem.*
5 *Pars maior licet requiratur in electione officialis, tamen in reformatione requiritur conſenſus omnium.*
6 *Sententia in poſſeſſorio an ſit deſinitiua, an uerò interlocutoria. nu. 7.*
8 *Cauſæ continentes dicuntur, quæ continent eandem rem, & unius cognitio confert ad cognitionem alterius.*
9 *Libellus an poſſit offerri etiã die feriata: uide, qualiter & quomodo. Super hoc uide hic quinque declarationes.*
10 *Appellari poteſt die feriata, ſicut libellus offerri.*
11 *Feriæ an impediant cauſas eccleſiaſticas.*
12 *Feriæ proſunt etiam non habentibus uacare.*
13 *Executio an poſſit fieri die feſto.*
14 *Procedi poteſt die feriata qualicunque periculo imminente.*
15 *Recommendatio carcerati non poteſt fieri die feriata: quia non eſt ibi timor fugæ.*
16 *Lis de rebus breuiſſimo tempore corruptibilibus debet expediri ita celeriter, ut euitetur corruptio.*

CAPITVLVM XXI.
& ultimum.

SIGNIFICAVERVNT. ¶ Actor obtinens in poſſeſſorio non tenetur reſpondere in petitorio coram eodem iudice, ſi eſt prorſus diuerſitas eiuſdem fori. H. D. Io. de Imol. dicit in c. fin. de rerum permut. quòd Bononia, de qua fit mentio in tex. noſtro in ſupraſcriptione, eſt in finibus Lombardiæ, Tuſciæ, Romandiolæ: Dom. uerò in c. ſtatutum. de reſcrip. in 6. dicit, quòd eſt in Romandiola. Et not. pro
1 introitu materiæ decretalis noſtræ, quòd † aliquando appellatione ciuitatis, (ut dicunt hic Moderni) uenit prouincia, ut eſt tex. cum glo. in l. fin. C. de præſcript. longi temp. licet contrà faciat cap. Rodulphus. de reſcript. quod ipſi inducunt ad quæſtionem hic tactam per omnes, an c. neminem. 3. q. 6. ſit correctum. In qua quidem quæſtione dic, quòd dictum c. neminem. nullatenus eſt correctum. Ita dicit do. Ioan. de Imo. in c. nonnulli. de reſcrip. & in c. ſtatutum. §. cùm uerò. eod. tit. lib. 6. quia ille, §. & c. neminem. ſtare poſſunt: ergo ſuccedit l. præcipimus. C. de appel. quicquid dicat Domin. & Archid. in d. c. neminem. & Domi. in d. §. cùm uerò. Ad iſtum tex. reſpondetur quòd hic fuit ex certa ſcientia Papæ, poſito eo pro conſtanti, quòd ad hoc ut aliquid fiat ex certa ſcientia, non ſit opus præcisè uti illis uerbis, Ex certa ſcientia. iuxta glo. in clem. 1. de iudi. licet contrà ſentiat glo. in clem. & principalis. de reſcript. de quo diſputaui in d. c. nonnullis de reſcript. Non obſtat c. 1. de conſtit. in 6. per quod dicunt hic Moder. quòd in iſtis quæſtionibus facti non præſumitur certa ſcientia Papæ, niſi appareat, quia fallit in factis notorijs, prout hic: nam ſituatio harum prouinciarum, de quibus hic, eſt uerisimiliter omnibus nota: & per conſequens, ipſi Papæ: & probant hic ipſimet Moderni inducendo uerba text.

noſtri,& ſupraſcriptionē,& tex.in c.olim.de iniur. ſimili modo inducendo iuxta ſingulare dictū Bal.in l.2.in fine,C. quæ ſit longa conſuetudo ubi propriè limitando dictum c.1. dicit non procedere in conſuetudinibus uulgatis, & notorijs: & ibi infert, q præſcriptio Italicorum ſuper mero imperio non eſt contra ſcientiam imperatoris: quia eſt factum notorium, ut ibi latiùs per eum. Et idem puto, ubi ſituatio prouinciæ eſſet tota ipſi Papę ratione propriæ originis, iuxta ſingulare dictum Bart.in extrauag.ad reprimendum.in uerbo,non obſtantibus.in fin. dum limitat dictum c.1.non habere locum in domino particulari, qui conſuetudines domini ſui præ-
a ſumitur ſcire. Quę duo incidenter no. ¶ Et iſta † amplia ex dicto domini Abb.in c.nouit.in princ.de offi.leg. etiam in legato duarum prouinciarum, qui non poteſt trahere unum de alia ad aliam,licet habeat duas prouincias ſub ſua legatione quod puto mirabile: quia ambæ dicuntur territorium ſuum: & ideo, ſicut epiſcopus in omni parte territorij ſui erigit tribunal,c. cùm epiſcopus. de off.leg.lib.6. idem uidetur dicendum in tali legato. Vnde cogita, niſi dicas, q epiſcopus etiā non poteſt erigere tribunal, ita q ſubditi trahantur ultra unam dietam data latitudine diœceſis, ut uoluit Pet.de Ancha.in d.c. nonnulli. cum concord.ibi datis: de quo dicetur etiam in c.ſanè.j.tit.proxi. ¶ Nota ex iſto text. q poteſtas in genere fœminino ſignificat dignitatem & potentiam: in maſculino uerò genere ſignificat ipſum prætorem: de quo uide hic per Mod.in 3.notabili,& Paul.de Caſt.in l.cum,qui.ff.de iuriſdic.om.iud.ubi dicit, q ille propriè dicitur poteſtas,qui habet merum & mixtum imperium.alij uerò potius dicuntur uicarij,uel alio nomine,utputà rectores. ¶ Nota monaſterium habere facultatem eligendi poteſtatem ſecularem: & dic, q electus ad officiū ſeculare poteſt adminiſtrare ſine confirmatione. Ita dicit Bart.in l.penul.ff.de mili.teſta.& in alio loco hic per dom.Abb.allegato. Et nota, q confirmatio eſt maniſeſtiſſimum ſignum ſuperioritatis. Ita dicit Bal.in l.fi.C. de legi.& habetur in c. qualiter.de elect.lib.6. ¶ Not. etiam, q
3 † perſona eccleſiaſtica poteſt præſcribere iuriſdictionem temporalem, licet laicus econtrà non poſſit præſcribere iuriſdictionem eccleſiaſticam ſpiritualem. Quod dicit hic Aret.in
4 2.notab. eſſe ſingulare. ¶ In † iſtis incorporalibus ſententia eſt modus transferendi poſſeſſionem ciuilem & naturalem. Patet: quia lata ſententia ſine alio actu elegerunt, quæ quidem electio eſt fructus huius iuris, quod non competit, niſi quaſi poſſidenti,c.cum eccleſia.de cau.poſſ.& proprieta. Ergo ſola ſententia hic tranſtulit quaſi poſſeſſionem: quod nota ad notata in l.permiſceri.ff.de acquir.poſſ. ¶ Not. in tex.ibi inutiliter. q electo ad aliquod officium temporale non ualenti officium exercere currit tempus: nec ſibi debetur officium etiā pro tempore ſequenti, etiāſi ab hoc deciderit ſine ſui culpa,ut hic per do.Ant.& Abb.niſi pro illo tempore iterum eligeretur. Et eſt ratio quia factum, quod debet præſtari a perſona electa in officium, diuerſificatur ex curſu temporis,cùm in hoc debeantur operæ perſonales, quæ mutātur ex ipſo curſu temporis,ut hic per eos: cùm aliæ ſint operæ huius anni,& aliæ ſint operæ anni ſequentis, l.ſi non ſortem.§.ſi libertus.ff. de cond.indeb.& habetur per Bart.in l.ſi uno.§.cùm quidam. in fi.ff.loca. & Bal.in l. liberti libertæque.C. de ope.liber.ſecus,ubi tantùm conſideraretur ipſum factum,& non ipſæ operæ,ut hic per Are.ita ſoluentem quoddam argumentum. Ro. in l.ſi ſtipulatus.ff. de uerb.oblig. de quo hic per eum, quem uideas. ¶ Limita prædicta fauore libertatis,uel piæ cauſæ, in quibus etiam conſideratis operis reſtauratur impedito tempus,ſecundum Rom.ubi ſ.& Are. hic argumento l.Paul.§.Caius.ff.de libera.cau.Sentit gl.& Bal.in l.1.C.ſi mancipium ita fuerit alienatum. Facit bene quod uult Bar.in l.proxime.§.1. ff.de his,q in teſta, delē.ubi æquiparat fauorem piæ cauſæ fauori libertatis [a]. *Et hic ego multa addidiſſem, ſed timui impreſſores feſtinantes.* ¶ No.tamen, q impeditus aget ad intereſſe, licet non reſtituatur. Ita dicit Bart.in l. ſi uſumfructum mihi in bienniū. in fi.ff.de uſufru.leg.cum iſtis uide Bart.in l.ſi prius.in 10.q.ff. de no.ope.nunci.& do. Ant.in c.1. de eo,qui mit.in poſſ. Et adde, q ſi pro primo ſemeſtri electus eſt poteſtas,& eo inſtanti pro ſecūdo ſemeſtri electus eſt ſecundus, q deficiente primo etiā ante lapſum ſui ſemeſtrium,incipit currere tempus ſecundo. Ita

a *libertatis] Ad a de idem tenentem do. Soci. in conſil. 115. incip. Non poteſt negari. uer. 5. q licet. circa fin. 2. parte, char. 385.*

dicit Lud.in l.fi.C.qui admitti.per illum text quē ad hoc ſic eum alleg.Bal.in cōcluſionibus iuris, quod forte limitari poſſet,niſi ex tali anticipatione ſecundus ꝑtenderet intereſſe argumento eius,quod no.Fulg.ibi dicēdo, q licet dilatio data reo inceptura poſt dilationē actoris incipiat actore renunciante ſuæ,ut ibi ꝑ eūdē fallit, ubi reus ꝑtenderet intereſſe. ¶ Quid autē,ubi pēdente uno tēpore ſimpliciter addit aliud, qn incipiat ſui currere,uide gl.in clem.2. de magiſtris.in gl. in uerb.ſequentes.& Io.And.latiſſimè in c. cùm in cunctis.de elect.Bar.in l.in ſenatus.in fi.ff.ad Turpil.cum concord. Pau. de Caſ.in l.ſiue pars.C.de dila. ¶ No.tex.in authen.de defen. ciui.§.& ſi quidem.ubi quis nō poteſt obtinere magiſtratū ultra bienniū.& ad idē officium uacare debet quinquennio, ad aliud uerò triennio, in legatione autē biennio.l.1.& 2.C.de
5 mune.nō cōtinu. ¶ Item † nota, q quāuis in electione officialis ſufficiat maior pars, tñ in reformatione requiritur omniū cōſenſus. Tex.eſt in d.§.& ſi quidē.in authē.de defenſ.ciui.ibi, reluctante nullo.de quo exclamat Lud.in rub. de arbitris.in 17.col.& in ſingulari ſuo 662.incip. Ad eligendum.& conſil. ſuo 352.incip. Quæritur primò, nunquid domini Auinonenſes. & Ang.in l.maiorem.ff.de pact.per Lud. in ſingulari ſuo 97.incipien.Heri fui interrogatus.& Bart.in l.omnes populi. in 2.q.principali,ff.de iuſtit. & iure. & in l. quod maior.ff. ad municip. ita limitans regulā,de qua ibi, quod factum à maiori parte ualet,&c. Alias fallentias ad illam regulam dixi
6 in c.cùm omnes.de conſtit. In quantū † dicitur officia nō eſſe perpetua, limita ut procedat in rectoribus aſſumptis per electionē:ſecus in ſuccedentib. iure hæreditario, ſm Hoſt.& do. Ant.hic.ꝑ c.licet de uoto. ¶ Limita ſecūdo in imperatoribus, regibus & ducibus, qui de approbata conſuetudine eliguntur ad uitam,c. uenerabilem. ad fi.de elect.ſecundum prædictos: Qui etiam tertiò limitant in prælatis eccleſiaſticis. qui promouentur duraturi ad uitam ſuam, ſecundum prædictos. à quo ultimò ultra eos excipe tres caſus. ¶ Primus, ubi Papa confert ad tempus. Gl.ad fi.in c.paſtoralis.7.q.1.& gl. in uer. perpetuum.in c.1.de capel.mona.lib.6.Et inferior ab eo non poteſt.glo.2.in c.ſi gratioſe. de reſcrip. in 6.& eſt ſingularis, ſm Bal.in Repertorio. Inno.in uerb.Papa.& Ioan.de Ana.in c.ſi conſiterit.in ult.col. de accuſa. adeò q legatus hoc non poteſt.Ita Car.conſil.58.incip. Propoſita quæſtio.in ſecundo dubio. ¶ Secundus caſus in cōmenda, de qua in c.nemo deinceps.de elec.in 6. ¶ Tertius in prioratibus manualibus,de quibus in c. cùm ad monaſterium.§. tales de ſtatu mona. & in cle.1.de ſuppl.negl.præla.cum ſimilib. Probat etiam iſte tex. ſingulariter ſm Are. q ſententiam latam pro clerico à ſeculari exequitur eccleſiaſticus abſque alia commiſſione prius iudicantis. Ex quo limita §.cōtrahentes in c.1.de foro cōpet.lib.6. in fin. & l.cùm unus.§. is qui.ff. de bonis autho.iudi. poſſid. Tu conſidera duo: Primò, q in defectum iuſtitiæ eccleſiaſticus ſupplet,c.ex tranſmiſſa. & c.licet.j.tit.proxi. Secundò, q ut ſuprà dictū eſt, ſententia hic tranſtulit exercitium eligendi,& per electionem ſatis fuit ſententia executa: unde impedimentum uidebatur nō in executione ſentētiæ, ſed in exercitio rei iam executæ:& per conſequens, nō uidetur hic probari notabile Are. Et nota unum incidenter, quod dicit 8
Imo.in c.ſignificantibus.de offic.dele.ubi dicit, q clericus litigans in foro ſeculari cū laico, ſi appellet, debet appellare ad ſuperiorē aduerſarij gradatim. ¶ In glo.1.hic in fi.dic.
7 q † ſententia in poſſeſſorio eſt quaſi diffinitiua. Glo.in c.cōſultationibus.de offi.deleg.nō habens ſimilem,ſm Domin.2. q.1.in Summa,& in §.ſunt, quorum.2.q.6. Eſt tamen interlocutoria, ubi etiā ſperatur quæſtio petitorij, ut in caſibus, de quibus hic per Abb. & etiam latè per Imol.in c. cùm uenisſent in uerſic.ſoluit. Inno.de inſa. & do.Ant. conſil.6.incip. An ſententia dationis in ſolutū.& Lud.in Rub.ff. de re iudi. Dic tamen, q regulatur, prout diffinitiua: ut hic per Doctor. Bene facit gl.in c.ſi.in uerſi.inanes. de elec. in 6. & quod not. Bal.in l.minoribus.C. de his,quibus. ut indig. dicens ſignanter, q clem.appellāti.de appel.nō procedit in interlocutoria habēte uim diffinitiuæ: quia effectus ſententiæ præponderat nomini. Qood dicit eſſe nota. dignum. Sequitur Car. conſil.72.incip. Titius. uer. Nunc ſum in primo & 5. dub. Et idem ipſe mot.in d.clem. appellanti,uerſ.nonò quæro: & in clemen.ſi.in fin.2.q.eod.tit. Idem Bal.in l. hac edictali.C. de ſecund.nupt.& in l.per hanc.C. de tempo.appel.& in l.arbitro.ff.qui ſatiſdare cogan.& Sali.in l.poſt ſententiā.C. de ſent.

ADDI.

ADDITIO. *Modus cognoſcendi alias ſententias, quando ſint interlocutoriæ & quando diffinitiuæ, unde per Modern. ſatis accuratè in c.cum ceſſante.de appel.in glo.abar. & Ludo.in ſexto tractatu poſito in rubrica ff.de re iudica.in aliquibus lectur. Vide nouiſſime do.Felin.in rubrica inſtit.de re iudi. Hæc alio addidiſſem, ſed obſtabant urgia imprimentium properantium nimis, ut haberent opuſculum hoc in manus ſtudij, ut poſſent implere burſas. Philippus Symmeta.* ¶ In gloſ.

8 2. Prima concluſio ſit, quòd illæ † dicuntur cauſæ continentes, quæ concernunt eandem rem, & unius cognitio confert ad cognitionem alterius. Ideo poſſeſſorium, & petitorium dicuntur cauſæ continentes, ut dicit gloſ. 2. in cap. 2. de cauſa poſſeſ. & proprietatis. ¶ Secunda cõcluſio, quòd licet tales [a] cauſæ non debeant diuidi, tamen proceſſus eas diuidens factus parte non opponente, ualet. Ita dicit ſingulariter Innocen. in c.cùm M. Ferrarenſis. in fin. de conſtit. & ibi dixi in uer. extra gloſ. & Abb. hic limitatur. ¶ Tertia concluſio. Diuidi poſſunt iſtæ cauſæ, ubi actor & reus ſunt diuerſi fori. Text. eſt hic reputatus ſingularis, per Legiſtas in d.l. nulli. C. de iudicijs. Intellige hoc ubi diuerſitas fori poteſt allegari ab eo, qui conuenitur, allegante pro ſe regulam c. cùm ſit generale. de foro competenti ſecus, ſi ipſemet agat de una, qui egit in alia, ut hic ſingulariter per Abb. Reliqua dic, ut per Doct. præcipuè Abb. in d. c. 1. de cauſa poſſeſ. & propr. ¶ In gloſſ. fin. in uerbo, uindemias. ¶ Not. ex ea,

9 quòd † poteſt libellus offerri die feriata, ut in locis hic allegatis, per Abb. & Modernos.

2. Tales] Adde tu quod etiam ſuper pluribus actionibus diuerſis tam ciuilibus ordinarijs quis non eſt trahendus. Ita tenet gloſ. in c.ſi. de reſcript. in uerbo, literas. & ibi domi. Abb. ponderat illam. gloſſ. ad hoc.

ADDITIO. ¶ *Adde gloſ. in §. quid ſi per uiginti in uerbo, comparare. de electio. lib. 6. gloſ. & Bald. in l. iure merito. C. de adult. Bald. in l. diuus. ff. de ferijs. Bald. in l. fin. de ferijs gloſ. in oper. ſcripta. 2. q. 8. Federic. conſ. l. 11. Bald. in repertorio. Innocen. in uerbo, citatio. §. 27. & in l. ueterani. C. quando prouoc. non eſt neceſſ. circa med. Bart. & Bald. in rubrica. C. de in ius uocan. Hoſtien. in ſumma de ferijs. §. quid in ea. uerſic. licet quolibet die libellus per §. ſexaginta allegatum in glo. nec non uidetur obſtare reſponſio. Ioan. And. & Abb. hic & Mariana. qui eos ſequitur in cap. 1. in ultima colum. de libel. obla. quia licet ille §. loquatur in accuſatione temporali, tamen non præſupponitur ibi quod finis temporis adeò inſtaret prope tempus feriatum, quòd peremta fuiſſet facultas accuſandi. Ergo nihil ſpeciale ibi, ut recte per Bart. ibi. Nec etiam obſtant rationes Abb. & aliorum, quia ſedantur ex declarationibus ſtatim dicendis. ¶ Prima declaratio. Diebus feriatis in honorem Dei non procedit iſta concluſio. Bartol. in l. nec quicquam. §. ubi decretum uerſ. de plano. ff. de offic. procon. Et in extrauaganti ad reprimendum in uerbo, de plano. propter regulam l. fin. C. de ferijs. in c. placuit. 15. q. 4. ubi ceſſatur ab iſtis omnibus diſtrahentibus à diuinis: & de illis non fit mentio de iure fforum. Ideo de illis non dicit d. §. ſecundum Bart. quicquid dicat Angel. in d. §. ſexaginta. propter rationes Abb. hic hoc caſu militantes. Intellige, niſi res uel actio periret, prout fatetur Ioann. And. in dicta additione. Pro quo faciunt latè infrà dicenda. Et cogitas, quod in ferijs repentinis propter gloſſam in uerbo, ob neceſſitatem in clemen. ſæpe. de uerbo. ſig. poſ. æquiparantem eas ferijs diuinis. ¶ Secunda declaratio. Licet oblatio libelli poſſit fieri iudici, non tamen parti. Hoſtien. de libel. obla. §. nec non libellus. Et ultima colum. uerſ. item, quia diebus feriatis. domi. Ant. hic, & latius in c. 2. de libel. obla. Et quod iſta differant, probat pulchrè l. libertus. aduerſus. ff. de in ius uocand. per quam dicit ibi Bald. quod ſi actus non patitur opponentem aliquam exceptionem, non comprehendit producentem eum iudice parte non citata. ¶ Item facit dictum Bald. in l. 1. ff. de in ius uocand. ubi dicit, quod oblatio facta iudici non eſt de proceſſu & ſolennitate. Et ſic ceſſat alia ratio Abb. hic. ¶ Tertia declaratio. Licet ſimplex oblatio libelli ſtatim in mora ſimiliter productionis factæ iudici poſſit fieri die feriata, tamen ubi requiritur petitio, & pro illa ſufficit libellus abſque alia litis conteſtatione, ſecus eſt. Ita dicit Bald. in l. 1. uerſic. ſed quanto oppono. C. qui admit. Exemplum in petenda bonorum poſſeſſione, iuxta l. fin. C. eod. tit. ubi quia petitio plus operatur, quam ſola libelli productio quia habet uim quaſi litis conteſtatæ, cum ibi non ſit aduerſarius. Ad idem allegant Moder. Bald. in l. 1. C. quando libel. princ. ubi dicit, quòd ſi ex forma ſtatuti requiritur aliquis proceſſus in productione libelli, non poterit die feriata produci & dicit ſe ad ſe uidiſſe in ſibi obtinuiſſe domi. Anton. de monte Pulciano pro quo allegant Ang. in l. 1. ff. de in ius uocand. ubi dicit, quòd productio libelli facta die feriata in cauſa inquiſitionis nõ inducit litis pendentiam. Et ita dicit iudicatum fuiſſe Peruſij in ea dua cauſa. Adde Bald. in l. ſeruum quoque. §. publicè. ff. de procur. ubi dicit, quòd ſi ex forma ſtatuti oblatio libelli habet uim litis conteſtatæ, non poteſt fieri die feriata. Adde Ludo. in d. l. penult. ff. de in ius uocand. ubi ponit hanc declarationem. ¶ Quarta declaratio. Licet in ferijs indultis à ſuperiore communiter ualeat dicta productio, non tamen in ferijs ſtatutarijs. Bald. in l. 2. in lectura antiqua. ff. ſi quis in ius uoca. ex quo ſtatutum non excepit iſtum actum. Sed intellige, prout ſentit idem Bald. in l. 3. §. 3. ff. de fer. ualet, ubi ſtatutum inducit ferias in honorem: Dei ſecus in alijs. Facit, quia ſtatutum interpretabitur, prout ius commune: nec erit inutile, quia operabitur in alijs actibus. ¶ Quinta declaratio. Qua ratione poteſt produci libellus, eadem ratione & exceptio. Ita Bartol. in d. §. ſexaginta. & Spec. de dilatio. §. 1. in uerſ. c. Sed pone iudex. domi. Anton. in c. quoniam contra. in 1. colum. de proba. in c. paſtoralis. de excep. Angel. in l. præcipimus. §. humo. in fin. de appel. Bart. in d. uerſ. de plano. Facit regula, non licet de reg. iur. in 6. & quod not. Bart. in l. j. §. nunciatio. ff. de ope. no. nun. ubi dicit, quod ubi licitum eſt nunciare nouum opus die feriata, ita eſt licitum producere petitionem remiſſionis ipſius nunciationis*

10 *die feriata. ¶ Sexta declaratio: Quòd † ſicut poteſt produci libellus in principali die feriata, ita etiam die feriata poteſt appellari. Text. eſt cum gloſ. & omnes in l. j. C. de ferijs. Gloſ. in cap. appellatio. de app. in 6. in uerbo, licita etiam in honorem Dei, ſecundum domi. Anto. & Ab. in c. fi. a. de ferijs. etiamſi ſtatutum prohiberet die feſto contractus & placita fieri. Ancha. conſil. 361. incip. Viſa plene facti narratione. Et ſicut poteſt appellari die feriata, ita etiam appellatio admittit. Ita Salice. in d. l. j. Quia conceſſis extremis conceduntur media. Ita etiam & libellus appellationis offerri. Salic. ubi ſuprà & Anchar. in conſilio ſuperius allegato. Philippus Symmeta.*

¶ Cetera ſunt in locis prædictis latius. ¶ In cauſa uniuerſitatis licite allegantur iſtæ feriæ, ut hic per Abb. Ratio: quia licet ipſa non ſit occupata *in iſtis*, tamen occupantur aliæ perſonæ ſibi neceſſariæ, utpotè aduocati. & teſtes, &c. ut hic per ipſum Ab. & Doc. ¶ Adde Bald. in l. cuſtodias. in uer. quarto de lege. ff. de publi. iudi. ubi dicit, quòd iſtæ feriæ proſunt etiã carceratis, non propter eos, ſed propter perſonas aſſiſtentes, licet in criminalibus ſtatuta uelint, quòd procedatur in iſtis ferijs. ¶ Adde glo. in l. jam uer. occupati. ff. de ferijs, quę ponit concluſionẽ iſtam. Limita in procuratore, cuius principalis eſt in partibus remotis, ut hic per Abb. Adde gloſſ. in l. ſemper. §. diuus Adrianus. in uerſ. ſeruiant. per illum text. ff. de iure immu. quę dicit ꝙ qui nõ occupatur, poteſt uocari in ius tempore feriato. ¶ Et adde Hoſt. in tit. de ferijs. §. fin. uerſ. in cauſa tamen, quam moui. ubi dicit, quòd de conſuetudine curię Rom. non admittitur exceptio talium feriarum propter meſſes, uel uindemias, ſecundum Spec. in tit. de ferijs. §. j. uer. pen. ne exiſtentes in curia cum ſumptibus fatigentur diutius. Cõſidera, quid ſit in cauſa ciuium Romanorum. ¶ Nota

11 ſemper, quòd † iſtæ ferię non impediunt cauſas eccleſię, ut hic per Abb. contra do. Ant. hic, & in c. fi. de ferijs. Et iſtud conſonat æquiparando eccleſiam fiſco, c. quid ergo. 23. q. 4. Limita, niſi eccleſia contenta nollet uti iſtis ferijs, ut hic per Doc. Ex quo no. quòd generalis cõceſſio in fauorem ita operatur, ſi priuilegiatus uelit. Adde notabile dictum Ang. in l. fi. ff. de app. reci. ubi dicit, quòd illa lex. quæ dicit. quòd à ſententia ſuper annona militibus danda non appellatur, eſt uera, ſi ſententia dicat ex cauſa eſſe dandam: ſecus, ſi non, ut ibi per eũ. Simile dicit Rapha. in l. j. §. nũciatio. ff. de ope. no. nun. quòd l. publicas. C. de fer. non procedit, ubi fiſcus conuenitur. Simile Pet. de Anch. conſi. 241. incip. Super prædicto dubio. ubi dicit ꝙ ſi cõtractus redditur nullus altero contrauenientẽ, quia ſic partes conuenerunt, intellige, niſi ille qui non contrauenit, uelit contractum ualere. Facit l. 2. ff. de l. commiſſoria. Simile dixit. Ab. in c. quemadmodũ de iureiur. quòd licet uxor adultera, poſſit expelli à marito, iuxta c. porro. de diuor: hoc uerũ eſt marito uolente. Facit gloſ. magna in fi. in c. fin. de coniug. ſeruo. Item gl. in c. ſi quis acceperit. 33. q. 2. Facit gloſ. in l. eleganter ff. de dolo. quæ dicit, quod ualet cõtractus dolo initus uolente decepto. Sequitur Abb. in ca. cùm dilecti. de empt. & uendi. Facit glo. in l. j. C. de teſti. quæ dicit, quod teſtis domeſticus aduerſarij mei cogĩt teſtificari me nolẽte. Facit dictum Ioann. And. in c. ſeries. de teſti. ubi dicit, quòd in cauſa matrimoniali publicatis teſtib. poſſunt alij produci, niſi teſtes producantur contra matrimonium. Facit dictum Paul. de Caſt. conſil. ſuo 206. ubi dicit, quòd Iudæus non poteſt cogere quẽ ad uſuras poſt tempus quo pignus potuit poni in ſortibus: & ſi Iudęus excipiat, quòd non poſuit, quia non fuit facta ſolita ſolennitas.

lennitas, replicabit debitor, quòd non curat: quia fuit inducta
in fauorem debitorum, ut ibi per eum. Facit dictum Bart. in l.
3. §. ſi emancipatus. ff. de bon. poſſeſ. contra tab. & Bald. in l. ſi
Rufinus. C. de teſta. milit. ubi dicit quòd ſtatutum diſponens,
quòd ſcholares tractentur ut ciues, intelligitur, ſi uelint. Reci-
piunt hæc quædam contraria, de quibus per Bal. in l. quod fa
uore. C. de legibus. Generaliter, quando liceat renunciare fa
uori, dicetur in c. ſi diligenti. infra tit. proxi. de foro comp. Et
adde, quòd inducta in pœnam, non debent prodeſſe, ut dixi
12 ſuprà eod. tit. c. intelleximus. ¶ Proſunt † iſtæ feriæ etiam
non habentibus uineas, ut hic per Doct. Adde text. in l. ligni
appellatio. §. lignorum. ff. de leg. 3. per quem dicit ibi Bald.
quòd homines, qui non colligunt niſi caſtaneas, nõ utentur iſtis
ferijs meſſium, ex quo non colligunt niſi caſtaneas, per illum
text. ubi appellatione lignorum ueniunt ea, quæ in Aegypto
comburuntur loco lignorum, ſicut arundineta, herbulæ quæ
dam, uepres & ſpinæ. Item adde Innoc. in cap. fin. de ferijs. u-
bi dicit, quòd in locis ſterilibus non colligentibus panem,
nec uinum, occurrunt iſtę feriæ tempore quo ea commodius
13 emuntur. ¶ Contra Abb. dicentem, quòd † executio nunquã
debet fieri die feſto, facta tamen tenet: obſtat quia ſi non de
bet fieri, retractabitur parte inſtante iuxta ca. non ſolùm. de
appellat. in 6. & l. j. ff. nil noua. appella. pend. Ita dicit Are.
hic tenere Modernos. Item contra Ab. facit l. omnes. in fi. C.
de ferijs. ubi eſt ſpeciale in diebus Paſchalibus, quod nulla cõ
pulſio fieri poſſit. Ergo ſecus in alijs etiam diuinis. Item con-
tra Abb. quòd commiſſio de exequendo poſſit fieri die feſto,
probat lex, actus. C. de ferijs. ubi poteſt exerceri iuriſdictio uo
luntaria. Ergo & committi executio, quæ non requirit cauſæ
cognitionem. Sed pro do. Abb. allegat Bald. in l. en minorum.
C. in quibus cauſis in integ. reſti. nõ eſt neceſſ. ubi ſimpliciter
tenet, nullam executionem poſſe fieri die feſto. Idem indi-
ſtinctè ſentit Bart. in d. l. omnes. C. de ferijs. ſecus in ferijs hu
manis. Et idem tenet Bart. in §. debitorem. allegato hic per
Abb. Concorda ſecundum prædictum Aret. hic dicentem, quòd
aliquando commiſſio requirit partis citationem: & tunc ob-
ſtant omnes feriæ diuinæ & humanæ. Fallit, ubi res periret,
ut hic. Aliquando uerò, quòd commiſſio non requirit citatio
nem, quod quando fit, remittit hic ad dicta per eum ſuprà: &
tunc dicit ipſe, quòd opinio. Federici allegati hic per Abba-
tem uidetur ſimpliciter uera, per text. in l. actus. C. de ferijs.
niſi illa lex, ut dicit ipſe, intelligeretur in ferijs, quæ nõ ſunt
in honorem Dei. Tunc enim uideretur uera diſtinctio Ab-
batis, ſecundum eum. Aliquando uerò, quòd fit commiſſio de
ipſa nuda executione tantùm, & tunc quod poteſt fieri in om
nibus ferijs, præterquam in diuinis, niſi res periret. Et non
obſtat dicta lex, omnes. C. de ferijs. quia reſponde, ut hic per
ipſum. Adde iſtis Domi. in c. ſicut 2. q. 1. ubi ſequitur ad literã
additionem Ioan. And. de qua ſuprà: de quo latiſſimè per Ro.
in l. 1. §. nunciatio. ff. de ope. no. nun. Paul. in l. penul. ff. de fe-
rijs. Et dum dicitur, nudam cõmiſſionem fieri poſſe in rebus
adiudicatis, limita, niſi reus præſens, uel fortè aliter citatus
aliquid opponeret commiſſioni uel executioni, iuxta l. fin. C.
ſi ex falſis inſtru. & nota. in l. j. C. de iur. & facti ignor. quia
tunc, cùm exigatur cauſæ cognitio, ſecus erit, ſecundum Ro-
14 ma. in dicto §. nunciatio. ¶ Propter † periculum moræ pro-
ceditur die feriata qualicunque, ut hic per Doctores. Adde
Pet. de Anch. conſil. mihi 117. incip. Vnus ex procuratoribus
Baldaſſaris. & Paul. conſil. 37. ad fin. ubi dicit, quòd ſuſpectus
a de fuga poteſt capi die feſto [a], quem ui-
deas omnino, quia pulchrè loquutur. Non
obſtat, ſi diceretur, partes nequeunt ex-
preſſe renunciare ferijs diuinis, ergo nec
tacitè: quia reſpondet Marianus conſil. ſuo
incipient. Primò oportet. concordans cum
prædictis, quòd ſuſpectus de fuga non gau-
det ferijs, nec indultis legalibus, quibus
inſtrueretur ad fugam. Adde Petr. de An-
cha. in cap. ubi periculum. §. præterea in 2.
col. uer. item quod Papa concedit. de elec.
lib. 6. & Bar. in l. dies. C. de fer. Bald. Inſtit.
de act. in prin. & in l. j. C. qui bonis cedere
poſſ. ubi dicit, quod banniti, qui nondum
receſſerunt, poſſunt omni die capi: quia
ſemper ſunt ſuſpecti de fuga. Imo dicit
Bal. in c. fin. in ult. col. de fer. quod etiã die
ſolenniſſimo, putà Natiuitatis, poſſunt iſtã
fieri. De quo dubito. quia quod licet cauſa
neceſſitatis in diebus feſtis, non licet in
talibus de quibus ſuprà cap. licet de fer.

a *Die feſto*] *Adde dom. Alexand. de Imola in l. ſi fideiuſſor. §. ſi ſatiſdatũ. qui ſatiſdat. cog. Quod tamen intelliges, ut cogatur cauere de iudicio ſiſti ſinitis ferijs: arg. l. ſi adulteriũ cum inceſtu. §. fin. ff. de adulte. ſecundum Pau. de Caſt. in l. 1. in princip. ff. de fer. & in ſuo conſil. 38. Et adde domin. Alexand. in conſil. 107. 4. parte.*

ADDITIO. *Ad hæc uide multa ſimilia per Fel. in c. penul. ad fin. de conſtitu. & aliquid etiam per eum in c. cùm inter R. col. 9. in uerſ. limita ſecundò. de except. & Bart. conſ. 103. & Fel. in c. 1. de cætero. ad fin. & ſeq. de re iudi. & Barb. conſil. 9. uol. 2. & Bal. in l. 2. 15 col. C. de ſer. & aqua. & Alexand. in conſil. 136. in 1. uol. & Andr. 142. in 1. col. & ſeq. & Bald. in c. ex reſcripto. de iureiuran. & dom. Prepoſ. in c. cùm gentium. in diſtinc. 1. & omnium uerborum per Roman. cõſ. 242. & Panor. in c. 1. de iud. col. 13. & Alex. cõſ. 74. in 2. uol. Bal. in l. pen. C. de pigno. ac. Alex. in l. diuortio. ff. ſoluto matrimo. & in l. ſi. §. ſi. ff. de ope. no. nun. & adde do. Ioan. de Ana. cõſ. 55. col. 1. Phil. Symo.*

¶ Vbi licita eſt captura, eſt etiam licita ſequeſtratio. Bald. in
l. 2. in ult. col. C. de prohib. ſequeſtra. & in l. dies. in princ. C. de
fer. & ibi dicit, quòd captura poteſt reuocari die feriata, ſi fa-
cta ſit die feriata. Allegat gl. tritã in ſimili in l. ſi minor. ff. de
euict. Sed cauet ga gl. cum concord. loquitur, ubi fuit erratum
faciẽdo aliquid die feriata: quia eadem die reuocare non eſt
error: ſecus ergo uidetur, ubi non fuit erratum, prout in caſu
noſtro: quia eſſet error committere relaxationem tali die.

ADDITIO. *Et quia hic allegatur gloſ. in l. minor. ff. de euict. uide ad illam in ſimili Ro. conſ. 69. col. ult. & 158. in princip. & 220. col. 2. in princ. & 320. col. 2. ad fin. Raph. Comen. 146. col. 1. ad mediũ. Alexand. conſil. 5. col. penul. uerſic. item ſi probatum eſt. uol. 1. & in l. 1. §. nunciationem uerſi. & inducitur hæc materia. infrà de oper. noui nun. & in l. ſi pacto, quo pœnam. col. 1. C. de pact. Matth. Soan. in tracta. de citatione, arti. 7. in uer. ucceſſiuus caſus, cum ſeq. Panor. conſil. 81. col. fin. in 2. dubio, uol. 2. & Ro. 220. col. 3. & 2. ad finem & ſequen. & Imol. 128. col. 3. & Card. in ſimili, 96. in fi. & Aret. 20. col. fi. Barba. in c. ſi quis presbiterorum. col. penul. de rebus eccle. non alien. Panor. in c. quia clerici. in 2. notab. de iurepatro. Fel. in c. unbel. in uerſic. 29. de præſcript. & gloſ. in c. ſuorum. in glo. penul. de priuileg. & Bal. in c. ab excommunicato. per illum text. ubi, de reſcrip. & Are. in c. examinata, ad fin. de iudic. ubi limitat iſtam gloſ. qua loquitur in ſententia data de facto. ut non poſſit reuocari parte non citata. Vide Ro. conſ. 158. & uide aliquid etiam in ſimili per Fel. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. in uer. ſextò not. & col. ſeq. in uer. ultimò not. de conſti. & in c. ex parte. in ult. not. de teſtibus, & Barb. cõſ. 51. uol. 1. & col. 28. & ſeq. & Fel. in c. cùm olim col. 8. de re iudica. & Barba. conſil. 7. uol. 2. Philippus Symoneta.*

15 ¶ Limita † etiam iſta ex dicto notabili Bald. in authent. ei.
C. de bonis author. iud. poſſiden. ubi dicit,
b quòd recommendatio carcerati [b] non po-
teſt fieri die feriata: quia ibi non eſt timor
fugæ quem uideas omnino. ¶ Iſta intelli-
ge, niſi cauſa, propter quam debitor allega
tur ſuſpectus, adfuiſſet tempore cõtractus.
Ita Bart. in d. l. dies feſtos. do. Ant. in c. fin.
de ferijs. quia ſi conditio debitorum nõ eſt
mutata, imputet ſibi creditor, ut eſt bon.
text. & ibi pulchrè Bart. in l. ſi creditores.
ff. de priui. credit. & in c. ſi propter. ſterili-
tatem. de loca. ibi, tempore locationis.

ADDITIO. *Adde hic Alexand. conſil. 19. 3. uolum. & uide per Felin. aliquid in cap. quod ad conſultationem de re iudica. & Barba. conſil. 52. uol. 2. Philippus Symoneta.* ¶ Limita,
niſi tempore contractus debitor potuiſſet
haberi pro ſuſpecto, tamẽ contrahens hoc
ignorabat, ut quia erat mercator magni
crediti, non tamen ſoluendo. Ange. in d. l.
ſi creditores. Sentit Bald. in l. quæſitum. ff.
de pigno. Vel ſi erat pauper tunc, & nõ ſol
uendo, & creditor ignorabat. Et in dubio
præſumitur eum approbaſſe. Et qui errorẽ
allegat, probet Pau. de Caſt. in l. etiam. §. 1.
ff. ſolu. matri. per l. 3. ff. de fideiuſſo. ¶ Item prædicta limita,
dum modò periculũ in mora ſit cum peremptione rei: ſecus,
ſi ſola iuriſdictio periret, ut ſtatim dicetur. Nam Are. hic al-
legat Bald. in l. properandum. §. ſin autem utraque. in fin. C.
de iud. ubi dicit, quòd ſi iuriſdictio iudicis delegati expiret,
& inſtantia non: non debet procedi die feriata. Facit l. ſi de
meis ff. de arbi. §. fin. ibi, licet arbitro. quod non licet iudici.
Vide Ioan. And. in Spec. de fer. §. ſequitur. uerſ. pen. ubi dicit,
quòd finiente iuriſdictione procedi poteſt ferijs ruſticis, dum
modo

b *Recommendatio carcerati*] *Adde tu, utrum incarceratus ad tempus, uel pro una cauſa, poſſit recommendari pro alia cauſa, uide Bart. in l. ſed extendi. ff. ne quis eum, qui. Adde Bald. in d. authent. ei, qui. & in l. legata generaliter. C. de legat. 1. Imo captus in domo propria pro debito fiſci & incarceratus poterit pro debito priuato recõmendari. Ita Bart. in l. eum eod. ff. ad l. Iul. pecul.*

modò iudex non fuerit in culpa: in ferijs autem diuinis nullo modo. Ita intelligit dictam l. ſi de meis. §. fin. & iſtud conſonat quia non apparet in d. §. ſi. quòd periret aliud, quàm iuriſdictio. Et hanc opinionem ſequitur do. Ant. & Imol. in c. de cauſis. de offic. delega. & do. Abb. hic in lectura antiqua, ſcilicet Parmenſi. Et eo caſu, quo procedi non poteſt, ſi tamen etiam inſtantia periret, procederetur, ſecundum Abba. hic. Cuius dictum haberem pro indubitato, ubi inſtantia eſſet præfixa etiam iuriſdictioni: quia tunc uerum eſt dicere, rem perituram. Sed ubi periret ſola inſtantia, & ſic ſolùm acta, fortè eſt dubium, cùm non pereat ius partis & iudicis exequẽtis. Fauor enim diuinus multum deberet præponderare iſtis. Cogita. ¶ Ad hæc uide Bart. in l. j. ff. de glande legen. ubi di-
16 cit, quòd † lis de rebus breuiſſimo tẽpore corruptibilibus debet expediri adeo celeriter & leuato uelo, quòd euitaretur rerum corruptio. Circa quod uide omnino, quæ dixi in c. eccleſia. ſuper glo. fin. de conſtit. ¶ Ad fabrum impedientem ſcholas, dic ut per Abb. Adde Spec. in tit. de ferijs. §. ſequitur. uer. ſed ſi magiſter. Hoſt. eod. tit. §. fin. uer. quid ſi magiſter. do. Abb. in c. bonæ. el 1. de poſtu. præl. Facit text. aureus in c. præcipimus. 17. q. 2. ubi iubetur moueri baptiſterium, quod erat prope chorum cum diſtributione officij, ut ibi erigatur altare, ne locus calcetur pedibus. Ex quo idem fortè eſſet de fabro exiſtente prope eccleſiam. Adde Bald. in l. 1. C. ſi de moment. poſſ. ubi dicit, quòd à ſententia lata pro ſtudio non appellatur: quia ſtudium dilationem non patitur, l. fin. ſuprà de appella. recipi. Pro iſtis facit, quia licet proprietas ripæ ſit habentium prædia ibi prope, §. riparum. Inſtit. de rerum diui. tamen nihil poteſt ibi erigi, quod impediat nauigantes, l. 1. in princi. ff. de flumini. idem dicas de ſcholari litigante cum ſocio, qui in camera proxima altè legendo ipſum impedit, uel aliter. Ita Spec. in tit. de iud. §. generaliter. uer. hoc etiã nota. Item doctor non debet deſiſtere à legendo, licet ſcholares uociferarent. Ita Lud. in l. j. ff. ſol. ma. Allegat gloſſ. quæ ſatis probat in c. ſcimus. 44. diſt. Felin. Sand.

Explicit ſolennis Lectura do. Felini Sandei ſuper tit. de iudicijs.

De foro compet. Tit. II.

SVMMARIVM.

1 *Coram iudice incompetenti qualiter debet pars proteſtari ante quã reſpondeat. Vide in rubrica.*
2 *Exceptio incompetentiæ fori ſemper opponi poteſt, etiamſi dicatur non poſſe dici de nullitate. Et uide ampliationes hic & fallentias, in num. 3. uſque ad cap. 1.*

¶ XXXIII. Caſus, quibus non attenditur competentia fori, ponunt hic aliqui Moder. magis laborioſi quàm ſubtiles. ¶ Cxix. modos, quibus quis ſortitur forum, ponit hic do. Marianus: & quia de quolibet remittit ad loca ſua, ideo ſit tibi pro tabula. ¶ Et uide Spec. de competen. iud. adit. §. 1. ubi ponit lix. ¶ Item adde do. Ant. conſi. 19. incip. Quia hic agitur. uerſ. ad tertium. ubi dicit, quòd habens ex priuilegio ſpectantia ad forum epiſcopi, nedum habet contentioſum forũ, ſed etiam pœnitentialem, & conſequenter caſus reſeruatos epiſcopo. Ex quo limita, quod dicit hic Abb.

1 ¶ Item ſcito tria fundamenta introductoria. Primum: quòd † conuentus in foro incompetenti, ſi ante quam reſpondet, proteſtetur, quod per actum factum, uel fiendum, non intendit cõſentire in iudicem ut iudicem, ſit cautus, ut addat hoc uerbum, Niſi quantum de iure teneor. aliàs hoc non dicendo poteſt ut cõtumax puniri, & dicitur fatuè proteſtari. Ita dicit Imol. in c. Cumana. poſt medi. de elec. Et Angel. l. non uidetur la 2. ff. de iud. dicit ſe allegaſſe cõtra magnum uirum, qui ex hoc fuit iratus: & exclamat Imo. in c. cùm M. in pen. col. de conſti. & ſequuntur alij, quos ibi accumulaui in 3. parte, proteſtationis, uerſ. quinta concluſio. Ibi uide. ¶ Secundum fundamentum. ¶ Vbi iudex eſt competens, tamen modus procedendi eſt adeo incompetens, quod ibi non poteſt eſſe iudicium, poteſt dici de nullitate proceſſus quandocũq; etiam poſt ſententiam. Ita Bald. poſt Iac. But. in l. licet. uerſ. iuxta hoc quærit. C. de procur. loquẽs de iudice inquirẽte in caſu prohibito, cui reus poteſt dicere, hic non eſt iudicium, quia non poteſtis eſſe iudex & accuſator, iuxta c. forus. de uer. ſig. Et iudici dicenti, quod in inquiſitione eſt loco accuſatoris, replicabitur hoc uerum in inquiſitione ualida, quod non eſt ibi: nec dicetur pars tacens prorogaſſe iuriſdictionẽ: quia ubi eſt defectus perſonæ, uel iudicij, non cadit tacita prorogatio, ſicut nec expreſſa, ut ibi per eum. ¶ Tertium fundamentũ.
2 Exceptio † incompetentiæ fori ſemper opponi poteſt, etiãſi dicatur, non poſſe dici de nullitate. Gloſ. ſi. in clem. j. de ſeq. poſ. & fruc. quæ trita eſt: & ibi Card. in pen. col. eam ſingularẽ dicit, & ſe neſcire alibi: & ibi Pet. de Ancha. dicit, ſæpe audiuiſſe ſe Bald. dicentem, ſcribendam eſſe literis aureis. Sequuntur multi, quos per te inuenies. ¶ Amplia, etiamſi, diceretur, nulla ſpecies nullitatis admittatur. Ita Pet. de Ancha. conſil. 271. incipi. De titulis criminum in pen. col. ad fin. & in ſi. col. ¶ Secundò amplia, etiamſi partes iuraſſent nõ dicere de nullitate ſententiæ, uel laudi quia iſtam dicere poſſunt. Ita Ang. ſtupendè cõſ. mihi 218. incip. In Dei nomine: uiſa narratione facti. in ſi. Sequitur Philip. de Peruſio in c. dilecto. de app. q. 1. & q. 52. ¶ Fallit primò in caſu clem. j. de re iudi. ut ſentit ibi glo. in uer. pendere. quam ita adaptat Imol. in l. ſi expreſſim. de appe. & Lud. laborioſè in l. de pupillo. §. qui opus. de oper.
3 noui nunc. ¶ Secundò fallit, ubi actus † factus ab incompetenti eſt confirmatus à ſuperiore competẽti. Inno. in c. j. poſt med. de confir. uti. uel inut. Pro cuius intellectu uide optimè domi. Abb. in c. ea, quæ. in ult. pagina, de re iud. Et inuenies, qualis debet eſſe confirmatio, & qualis ſuperior: & alias dixi in c. qualiter. el j. de accuſ. ſal. 5. ¶ Tertiò fallit, niſi ſtatutus eſſet terminus ſpecificè ad proponendam declinatoriã defectus iuriſdictionis. Nam eo lapſo non poteſt amplius opponi. Ita But. in c. paſtoralis. in j. col. 1. ibi, uel dic, & meliùs. de except. ¶ Intellige, ubi eſt talis iudex, in quem pars poſſet expreſſe conſentire: aliàs non, ut ibi per Ab. latè, uer. ego meliùs iudicio meo. ¶ Quartò fallit, ubi incompetens pronũciauit ſe competentem, & non fuit appellatum. Inn. in c. ſuper literis. de re. niſi, ut proximè dixi, eſſet incompetentia talis, quam conſenſus partium purgare non poſſet, ſecundum Imo. in c. ſciſcitatus. de reſcri. Reliqua ſunt in dictis locis.

SVMMARIVM.

1 *Clericus coram ſuo epiſcopo conueniri debet.*
2 *Clericorum reſpectu proprius ſacerdos quis dicatur.*
3 *Rector ſtudij dicitur proprius iudex clerici in concernentibus ſtudium, etiamſi rector ſit laicus.*

CAPITVLVM I.

SIQVIS CLERICVS. ¶ Clericus † corã ſuo epiſcopo conueniri debet. ¶ De multiplici domicilio clerici adde do. Abb. in c. poſtulaſti. in 1. col. infrà eo. & quod ibi dicetur per eundem in c. fin. in j. col. infrà eo. Et ad iſta uide Hoſt. de pœn. & remiſ. §. cui.
1 confitentur. ubi inuenies de clericis cuiuſcunque gradus, cui ſubſint reſpectu c. om-
2 nis. in uer. proprio ſacerdoti. eo. tit. Et † reſpectu clericorum appellant proprium ſacerdotem, cui clericus ſubeſt ſpiritua-
3 liter & temporaliter. ¶ Item † rector ſtudij dicitur proprius iudex clerici in concernentibus ſtudium, etiam ſi rector ſit laicus, ut ſubtiliter per do. Abb. in c. ſi diligenti. in ult. char. infrà eo. & in diſpu. incip. Gandulphus. ¶ Circa gl. ſingularem in cle. 1. in uer. ſubditos. de fo. compe. dic, ut per me dicetur in c. ſi. infrà eo. in uer. circa forum domicilij.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ſecularis eſt excommunicatus, qui clericum per ſe diſtringit, uel condemnat: & ſic per hoc peccat mortaliter.*
2 *Familia quando gaudeat priuilegio domini.*
3 *Ruſtici an poſſint accuſari de damnis datis in paſcuis prohibitis cum animalibus eccleſiæ exiſtentibus inter alia animalia.*
4 *Coniuges quòd non iudicantur ad imparia, qualiter intelligatur.*
5 *Eremitæ ſunt de foro eccleſiæ.*
6 *Vita eremitica an diſſoluat matrimonium non conſumatum.*
7 *Eremitæ an poſſint habere proprium.*
8 *Hoſpitalarij an ſint de foro eccleſiæ.*
9 *Fratres tertij ordinis an ſint de foro eccleſiæ. & num. 10.*
11 *Ieſuati ſunt de foro eccleſiæ, & ſubſunt epiſcopo.*

CAPI-

CAPITVLVM II.

1 Nvllvs ivdicivm. ¶ Excõmunicãdus eſt
† ſecularis, iudex clericũ ꝑ ſe diſtringẽ uel cõ
demnans. H. D. Corollariũ ergo ex hoc ſequit,
q̃ talis iudex peccat mortaliter. 11. q. 3. c. epiſ.
& c. nullus. ¶ Glo. in uer. iudiciũ. Verbũ, Iudiciũ,
poteſt intelligi de eccleſiaſticis. ¶ Et hoc mo-
do not. quòd epiſcopus iudicans alienum clericum incidit in
pœnam huius c. quod eſt not. dignum, ſecundum Maria. ¶ Itẽ
poteſt intelligi de ſecularibus. Nec ſequitur abſurdum, quòd
cum permiſſu epiſcopi poſſit iudicare: quia illud, De permiſ-
ſu, refertur ad uerbum, Diſtringere. iuxta c. ut famæ. de ſent.
excom. ¶ Nec placet intellectus gl. quia arg. à contrario pro-
cedit, ubi uerba nihil operarentur: authen. diaconiſſa. C. de
epiſ. & cleri. Dicam infrà eo. in c. ſignificaſti. in uer. de arg. à
contrario ſenſu, &c. ¶ Item diſtinctio Ab. uidetur parui mo-
menti: quia etiam eccleſiaſticus iudex dicitur, cle. 3. de offi.
dele. c. iudex. eod. tit. in 6. rub. de offi. iud. ord. cum ſimilib. ex
quib. tollitur opinio Moder. ¶ Gl. in uerbo, minores. Contra
Abb. reſpectu familiæ tenent Moder. primò per l. j. & 3. C. de
epiſ. & cler. ubi famuli eccleſiarum non poſſunt collectari in
ſuis reb. Ergo ſi res ſunt exemptæ, fortiùs perſonæ. ¶ Sed
dicit ibi tex. mancipia: & ſic erant perpetua. ¶ Secundò, con-
cubinæ clericorum gaudet priuilegio fori. Gloſ. in c. eos 32.
diſt. Ergo fortiùs famulantes, qui non peccant cum clerico.
¶ SOL. Nego aſſumptum, ut dicetur in c. cùm ſit infrà eod.
¶ Sed bene dico quòd ſunt ſub foro eccleſiæ, ut puniantur ab
epiſcopo. ¶ Tertiò, bona clericorum patrimonialia gaudent
priuilegio fori. Gl. eſt in c. eccleſia S. M. de conſti. cum ſi. Ergo
fortiùs famulantes. ¶ SOL. Nego aſſumptum, ut per domi.
Ant. in c. ſi diligẽti. de præſcri. Dixi in d. c. eccleſia. ¶ Quartò
per c. fi. de offic. archi. ubi dicit text. quod non ſit ſpeciale in
epiſcopo, nec ratio ſpecialitatis apparet. Ita tenet Imol. poſt
Domin. in c. j. de cleri. coniu. lib. 6. ¶ SOL. Text. loquitur
de epiſcopo, & eſt materia ſtricta: ideò non debet extendi ad
alios: quia multa conceduntur epiſcopo, & non alijs, c. ſi. de re
iud. in 6. c. quia periculoſum. de ſenten. excom. eo. lib. cum ſi.
¶ Item allegant conſilium Abb. 53. incipi. Quidam Andreas
in primo uol. ¶ SOL. Domi. Abb. ibi noluit pro tunc ſe af-
firmare. Are. tenet cũ Ab. ꝑ c. pen. uer. nõ ſic aũt. de priui. in 6.
ubi priuilegium datũ conueniri nõ prodeſt familiarib. ¶ Ad
idem c. per exceptionem. eo. tit. & lib. ubi ſi in oblatis, quorũ
uita habet aliquid ſpiritualitatis, requiritur qualitas perpe-
tuitatis, quanto minùs gaudebunt famuli temporales nihil
habentes ſpiritualitatis? ¶ Contra Abb. & glo. in uerbo, mã-
cipia. in §. notarum 16. q. 1. & in d. c. eos. ¶ Idem Maria. con-
tra Abb. ſupra c. proxi. & Domi. in d. cap. eos. Tutior eſt opin.
Abb. & iſtæ gl. poſſunt intelligi de familia epiſcoporum pro-
2 pter iura proximè inducta. ¶ Generaliter, quando † familia
gaudeat priuilegio domini, uide Bald. latè in l. j. C. de epi-
ſcopis & cler. Et qui dicantur de familia domini, dixi in c.
inſinuante. de offic. delega. ¶ Tene iſtam concluſionem, &
dic, quòd ubi priuilegiatus non poſſet uti commodè priuile-
gio ſuo, niſi includeretur familia ſua, tunc includetur: d. c. pe.
§. cùm conceditur. de priui. in 6. pulchrè Bart. in tracta. repre-
ſaliarũ in 6. q. 7. q. principalis: ubi dicit, quòd ſcholares gau-
dent priuilegio repreſaliarum. Item famuli, & alij ſibi ueſtes
& pecuniam portantes & eos uiſitantes, &c. Idem Bald. in au
then. habita. C. ne filius pro patre. & in l. ſcriniarios. C. de
teſtam. milit. & in proœmio ffnorum in pen. col. ubi bon. text.
¶ Et pulchrè Old. conſi. 11. incip. Thema tale eſt. ubi dicit,
quòd priuilegium de non ſoluendis decimis conceſſum ho-
ſpitali ſuper bonis pauperum includit bona miniſtrorum, ſer
uientium hoſpitali, ſine quibus hoſpitale commodè non re-
geretur. ¶ Item adde c. magnæ. ad fi. de uoto. ibi, pro te & fa-
mulis tuis. & ibi domi. Anto. ad fin. ¶ Item uide Domi. in c.
miles 54. diſtin. ubi notat illum tex. quod ſerui dicuntur de
familia eccleſiæ. ¶ Et adde Alb. in prima parte principali
ſtatutorum q. 130. & in ſecunda par. q. 183. Ludo. in l. ſi finita.
§. ſi de uectigalibus. ff. de damn. infect. & inuenies priuilegia
data legatis, quæ competunt famulis eorum, ſine quibus lega
tionibus non fungerentur. Pro iſtis facient aliqua infrà di-
cenda. ¶ De ruſticis [a] adde domi. Anton.
in c. grauem de ſenten. excõmu. ubi dicit,
3 utrùm † poſſint accuſari de damnis datis
in paſcuis prohibitis cum animalibus ec-
cleſiæ inter alia. Adde Ioann. de Fantuſijs
11. q. 3. in Summa, ubi dicit, non eſſe iure
cautum, quod coloni gaudeant priuilegio
fori. Eſt autem prohibitũ ſecularibus gra-
uare iſtos, quando grauant, ut clerici indi-
rectè grauarentur. Ita domi. Bart. in l. nẽ,
penes. C. de agri. & cenſ. lib. 11. ubi dicit, nõ
ualere ſtatutũ grauãs iſtos pro factis cleri-
corũ, cũ cõcord. datis in c. eccleſia. de cõſtit.
q. 13. & eſt bonus tex. in c. ſciant. de electio.
lib. 6. ¶ Vxor clerici gaudet priuilegio fo-
ri, quantũ ipſe clericus: ut hic ꝑ Ab. & Imo.
inferentẽ ad uxores Græcorum, quæ cau-
tum ſicut clerici. Pro hoc, quia in diſpoſi-
tione ſtricta conceſſa marito cenſetur con
ceſſa uxori, glo. 3. in c. admonere. 33. q. 2. &
in c. omnino. 31. diſt. ubi maritus ſtipulando
alimenta pro ſe ſtipulatur etiam pro uxo-
re. Et bon. tex. in l. cæterum. §. mulier. ff. de
uſu. & habit. ubi uſu relicto marito gaudet
uxor. ¶ Limita primò in priuilegio cano-
nis, c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. quia nunquã
datur carenti ordine niſi iure exprimatur,
ſecundum omnes in d. c. unico. de cleri. con
iug. lib. 6. ¶ Non obſtat, quòd percutiens
ueſtem clerici eſt excommunicatus: ergo
uxorem: ut hic per Moder. poſt Inno. in c.
nuper. de ſentent. excom. quia intelligitur
de ueſtibus cooperientibus perſonã. ¶ Nec
4 obſtat, quòd † coniuges non iudicantur
ad imparia, 32. q. 5. c. quia. Verum eſt, quo
ad bona matrimonij, non quo ad alia. Glo.
in cle. gaudemus. in uer. ad imparia. de di-
uor. Card. poſt gl. in c. unico. de homici. q.
28. dicens, non excuſari clericum, ſi uxorem morituram defen-
dat occidendo alium. ¶ Item limita, niſi uxor ſeorſum habita
ret à marito, qui nouit continentiam. Aret. hic contra Abb.
quia omnino non eſt eadem ratio. ¶ De concubina dicetur in
c. cũ ſit. infrà eo. tit. poſt Ioan. de Ana. in Rub. de adult. ¶ Ere
5 mitæ † ſunt de foro eccleſiæ: c. indemnitatibus. ad fi. de elec. in
6. ubi perſonæ non habentes regulam approbatam, ſed uitã
ſimilem religioni, in quibuſdam pertinet ad diſpoſitionem
eccleſiæ, ſecundum Are. ¶ Et eſt Imo. in c. per literas. in 1.
col. de præb. dn. Ant. in conſil. 19. inci. Quia hic agitur. in
pen. col. addens, quòd caput uitæ eorum eſt Chriſtus, & ſub-
ſunt presbytero, in cuius parochia degunt. Idem gl. in 2. fi. de
in ius uoc. & ſequitur ibi Ang. Facit tex. nouus in c. fi. 15. diſt.
ubi uitam eremitarum cum honore ſuſcipio. Et licet dici poſ
ſet, quòd reſtringit ſe ad uitas ſcriptas per Hieron. dic uerũ
eſſe, adhoc, ut illi dicantur ſancti: ſed non reſtat, quin ille tex.
probet, quòd origo eorum religioſa ſit. Et hinc eſt, quòd in
letanijs inuocantur iſtorum auxilia. Bene facit c. ecce. lo j. 27.
6 q. 4. ubi † eremita uouente continentiam. imo illa uita diſſol
uit matrimonium non conſumatum, ut ibi: ſed caue, quia in
hoc ultimo reſiſtit gloſ. & ibi omnes in c. ex parte. lo 2. de cõ
uer. coniu. Et ad dictum §. dic, quòd fuit ex reuelatione diui-
na. Gl. fi. in prin. in c. quidam. de conuer. coniu. arg. glo. fi. in
c. fi. de ſortile. & facit d. c. ecce. ibi, gratia diuina uocatis. Vel
ſecundum Archi. ibi loquitur de tali eremo, qualem hodie
ſuſtinent Camaldulẽſes: & aduerte, quia eſt una ſpecies ere-
mitarum, de qua res eſt clara, de quib. in c. unica. de exceſ.
præla. in 6. in fi. & in c. priuilegium. de uerb. ſign. ibi, in cellis
ad monaſterium ſpectãtibus. & in c. monachum. 20. q. 4. Et ibi
dicit Archi. quòd non peccant eremitæ eligendo cellas pro
arbitrio, quando à principio non elegerunt uitam communẽ:
aliàs ſecus, ut ibi in tex. ¶ Et adde uerba Ioan. And. in c. ſanè.
in fi. de regula. ubi ponit de eremitis Camaldulenſibus, quorũ
caput eſt in diœceſi Aretina, ſecundum eum: quia dicti ere-
mitæ licet habeãt uitam ſocialem, tamen aliquæ eorum cellæ
ſunt in cacumine montis. Et de iſtis not. quòd religioſus de
licentia prælati poteſt tranſire ad iſtos. Gl. 3. in fi. in c. ſi cle-
ricatus. 16. q. 1. & gl. pen. in d. c. unico. de exceſ. prælator. in c.
priuilegium. in uer. ſecreta. ¶ Et adde, quòd eremita, qui non
eſt ex iſtis, poteſt tranſire ad monachos. Gloſ. in c. quia. uerè.
8 16. q. 1. & in d. c. ſi clericus. 15. q. 1. ¶ Et adde, quòd † iſti, qui
habitant

a De ruſticis] Addo in, an ruſtici ec-cleſiæ ſint conuenien-di corã iudice ec-cleſiaſtico? dic, quòd generaliter tenet, quòd iſti ruſtici ſunt cõueniendi corã iu-dice ſeculari. Gloſ. fallit hoc duob' caſi-bus: primo, ſi eccle-ſia hẽt priuilegiũ, ut nõ poſſint conue-niri, niſi corã iudi-ce eccleſiaſtico: ſe-cundo caſu, quãdo tales ruſtici habẽt generalem admini-ſtrationẽ: quia tũc ratiõe adminiſtra-tionis cõueniuntur coram eccleſiaſtico iudice: & pro hoc facit text. in c. ſi clericus laicũ. 1. re-ſp. Adde, qd̃ ſequi-tur in tit. de cõpe. iudi. adi. §. j. uerſ. 27. ubi ponit aliũ caſum, uidelicet quãdo ruſtici con-ueniũtur ſuper re, quã tenẽt eccleſiæ: quia ſunt conue-niendi corã iudice eccleſiaſtico.

habitant ſeorſum à clauſtro, poſſunt permutare cellas. Ioan.
de Ligna. in c.Ioannes.de regularib. ¶ Item ſcias, quòd ere-
mitæ [a], de quibus dixi primò, poſſunt ha-
bere proprium. Text.eſt in glo. in §.con-
tra 19.q.3.& gl.in c.ex parte el 2. de con-
uer. coniu.& tenet Imol.in c.cùm Ioannes
eremita.de fide inſtru.& Bald.idem in au-
thent.ſi qua mulier. in 1.colum.C.de ſacr.
ſanct.eccle.loquens de fraticellis, qui ha-
bitant in montibus ſine profeſſione. ¶ Et
adde, quòd ſimulantes ſe non eremitas, ſed
de ordine ſancti Franciſci reſpectu habit[9]
& aliorum morum, & tamen non ſubſunt
prælatis ordinis, ſed quoſdam inter ſe con
ſtituunt, tales ſunt reprobati & excommu-
nicati per extra.Ioan.22.incip.Sancta Ro-
ma.cuius conatus, ut uidemus, non potuit
8 iſtos extirpare. ¶ Quid † de hoſpitalarijs?
Modern.allegant Bart.& Angel.in l.quod
conſtitutum.ff.de milit.teſt.ubi dicit, quòd
ſi rector hoſpitalis eſt laicus, non eſt ſub
foro eccleſiæ. Item allegant Pet.de Anch.
in rub.de reg. quem refert domi. Abb.ubi
dicit, quòd hoſpitalarij non ſunt religioſi
propriè, ſed largè ſic. Vnde infert, quòd
ſtatutum Senenſe inhabilitans religioſos
ad officia, intelligitur de iſtis: non ex eo
quia ſint religioſi propriè, ſed quia largè
ſunt religioſi: in quibus ſi non haberet lo-
cum ſtatutum, nihil operaretur: quia de
neris religioſis clarum erat abſq; ſtatuto.
¶ Item ſubdunt Modern. de religioſis ſan-
cti Ioannis Hieroſolymitani, quòd non eſt
dubium, quòd ſint de foro eccleſiaſtico.
Allegant Ioan.Mo.in c.ex eod.de electio.
in Sexto. Poſtea dicunt: Imo quilibet ho-
ſpitalarius eſt de foro eccleſiæ. Mouentur.
quia hoſpitalia æquiparantur eccleſijs, l.
omnia priuilegia. C.de ſacr. ſanct. eccle.
¶ Sed ſeruiētes eccleſiæ ſunt de foro eius,
ut ſuprà.Ergo & iſti. ¶ Adde dom.Anton.
conſil.40.incip.Nulla dubitatio.ubi ſequit
Spec. in loco allegato hic p Ab. ¶ Et ad-
de do.Ab.pulchre conſ.4.incip.Pro euidē-
tia queſtionis.& eſt hodie in fine libri in j.
uol.ubi loquitur de his, qui ſtant in hoſpi-
tali continuò ſub certa forma rectæ uitæ: quia ſunt de foro ec
cleſiæ, licet non ſint religioſi, per rationes, quas ibi uide.Idē
Calde.in tit.de regul.conſil.31.incip. Quidam offert.ubi lo-
quitur de fratribus hoſpitalis.S.Mariæ de Scala: de quib.etiā
loquitur do.Abb. ¶ Adde Bal.in authen.hoc ius.in fi.1.col.C.
de ſacroſ.eccl.ubi limitat iſta non procedere in hoſpitali non
fundato authoritate epiſcopi: & cum iſtis intellige glo. pen.
9 in c.quiſquis.17.q.4. ¶ De † illis, qui ſunt de tertio ordine, q
non ſunt de foro eccleſiæ, tenet Cal.in tit.iſto, conſil.7.per ra
tiones do. Ab.hic, & dicit, quòd iſta queſtio ſæpe pulſauit au-
res ſuas, & ſemper recuſauit.Idem Car. in cle.cùm ex eod.de
ſent.excom.reaſſumpto d.conſil.Cal.& Abb. in l.placet C.de
ſac.eccl.& Bal.in l.officiales. C. de epiſc.& cler.dicens, quòd
apparentia habitus, quem portant piccho choræ, & ſimilia ac
cidentia, non poſſunt mutare realitatem ſubiectam. ¶ Item
uide Bal.in authen.niſi rogati.ad ſ. C. ad Treb.dicens, quòd
aſſumptio huius habitus non facit expirare ſubſtitutionem, ſi
deceſſerit ſine filijs, prout facit religio, c.in præſentia.cum gl.
de proba. Idem Maria.hic limitans primò, niſi conſuetudo
aliquid habeat. ¶ Secundò, niſi detur habitus authoritate
ſuperioris, ut ſint perpetuò Deo dicati, & non ducturi uxorem
poſt illam, quam habent: uel ſi non habent, aliā non ducant:
& intellige, niſi aſſumant in fraudem, per no. in l.j. ff.de pœ-
nis per Bart. ¶ In contrarium, quòd ſubſint epiſcopo, uide
Card.in c.ſi diligenti.in antepen.q.infrà eo.dicit, ſe uicarium
ita pronunciaſſe propter gl.3.quam extollit in d. cle. cùm ex
eo. dum dicit, quòd habent modum uiuendi approbatum à
10 Papa, Ergo ſunt eccleſiaſtici. ¶ Sed caue † quia iſta conſe-
quentia poſſet morderi, ut per ipſum in d. cle.ſed illa extra-
uag.quam allegat iſta gl. aliter ſeruit, ut infrà dicetur. ¶ Idē

a Eremitæ] Ad de tio, an matrimonium non conſummatū diſſoluatur, ſi ſponſa ueſtit effici mantellata? & uidetur, qđ ſic: quia iſtæ mulieres mantellatæ habent certam regulam à Papa approbatā. Sed dic, qđ tex.in c. ex parte el 2.de cōuer.coniu. Facit in cōtrarium, ubi dicitur, qđ oportet, qđ qs ſe aſtringat ad certā religionē approbatā, ubi promittūtur tria ſubſtantialia religionis, ad hoc ut matrimoniū diſſoluatur. Nā iſtæ mantellatæ nō ſunt ſtricto modo religioſæ, cū non uoueāt tria ſubſtantialia: nec propriè dicuntur habere regulā, ſed quendam modum uiuēdi: ut in ſimili dicit gl. in cle.4.de religio. dom. & in cle.cū ex eo.de ſen. excōm. Adde ad iſta do. Ab.in rub. de regul. & per iſta poteſt uideri, an uita eremitica diſſoluat matrimoniū nō cōſūmatū.

tenet do. Ant.in c.1. de obl. ad ratiocinia.inferens, quòd aſ-
ſumptio huius habitus eximit à iudicio ſeculari, quod eſt uti
le pro bannito.Cum iſtis concor. do. Card.conſil.18.incip.In
Chriſti. circa primū dubium. Latiſſimè frater Ioan.de Capi-
ſtrano in tractatu, qui defenſorium dicitur tertij ordinis. Idē
ſolenniter ultra omnes tenet Pet.de Peruſio in 4. epiſcopali,
c.4.uerſic. antequam ueniam ad ſolutionem.ubi facit 10.arg.
contrà, & totidem prò: & reſidet in iſtis, maximè probando,
quòd eorum ſtatus magis participat de uita clericali, quam
ſeculari.Item propter extrauag. Nicolai III.incip.Supra mē
tem catholicæ fidei.maximè, dum dicit, quòd nullus eorum
ad ſeculum reuertatur.Ergo ſunt extra.Item dum dicit poſſe
ad aliam religionem tranſire. Ergo ſua eſt religio. Non ob-
ſtat, quòd non profitentur caſtitatem: quia ſubſtantia religio
nis eſt Papa, & iſta connumeratur inter alias. Allegat cle. 1.
in fi.de relig.do. ¶ Item à fortiori inducitur, c. religioſo. de
ſent. excom. ponendo uitam iſtorum ſuprà nouitialem. Ex
quibus tenet idem etiam de priuilegio canonis, c.ſi quis ſua-
dente.17.q.4.& ita per omnia deciſum eſt hodie in conſtitu-
tione Sixti pontificis maximi, incipiente, In ſacroſancta Ro-
mana eccleſia. ubi dicit, quòd plures ſolenniſſimi Doctores
11 ita tenent. ¶ De † Ieſuatis tene, quòd ſubſunt epiſcopo: non
obſtantibus rationib. Mod.& maximè illa, quòd eorū ſtatus
non eſt perpetuus: quia non concludit. Patet in eremitis, in
famulis olim epiſcopi, in uxore quondam clerici. ¶ Nec ob-
ſtat, quòd approbatio Papæ fecerit eos perpetuos: quia nega-
tur, ſed approbat in eo ſtatu, in quo ſunt. Nec eſt uerum, quòd
prior, aliàs manualis factus à Papa ſit perpetuus, ut per Abb.
in c.ad noſtram.& c. examinata.de confirma.uti. Imo circum
ſcripto priuilegio adhuc dicerem de iſtis non obſtare c. fi. de
reli.do.quia punit inuentorem religionis: & ſic, ubi ſit profeſ-
ſio trium ſubſtantialium. Secus, ubi hoc non ſit, ut ſignanter
dicit do.Card.conſil.138.incip. In aliquib.locis. Nec obſtat,
quòd pro hoc erit aperta uia uolenti fraudare iuriſdictionē
ſecularem, ut aſſumatur iſte habitus dimiſſibilis, ut ſæpe inſi-
ſtit Al.Quia nihil ualet. Nam eadem uia patet in clerico in
minoribus, cui liberū eſt ſeculum repetere poſtergato ſtatu
clericali, ut ſcis. ¶ Fraternitates diſciplinatorum non ſub-
ſunt epiſcopo: quia ſtatus laicalis præponderat ſtatui deuo-
tionum. Abb.conſil.31.incip.Facti contingentia eſt talis in ci
uitate Maſſana.in 1.uol. ibi, ſecundò principaliter.Lud. con-
ſi.233.incip.Præmiſſa quæſtio non habet dubium. ¶ Et ibi, q
non ſoluitur quarta de relictis eis. ¶ Idem Bald. in authen.
hoc ius.C.de ſac.ſanc eccle.& ibi, quòd in alienatione bono-
rum ſuorum habent liberum arbitrium. ¶ Idem Bald. in 1.
col.eod.tit.in l. j.ff.de procur. & in l.j. ff. quod cuiuſque uni-
uerſ.no.& ibi do. Ang.dicit, horum congregationes eſſe lici-
tas, ſed caueant ne fiant propter practicam de habendis of-
ficijs in populo potius quàm pro orationibus. ¶ Et in quan-
tum ſint licitæ, ponit Domin.latè in c.ſi quis deſpicit.42.diſt.
tractans, an liceat exigere pecuniam, uel aliquid ab ingre-
dientē: tandem cōcludit, quòd nonniſi id, quod exigitur, ha-
beat conuerti in opus, quod non ſit uoluntatis tantùm, ſed
neceſſitatis. Et de iſtis ſcribit latè Pet.de Peru. in dicta quar
ta epiſcopali in loco præallegato in 1.col.uer. Sed tunc inci-
denter quæritur. Ex iſtis deciduntur ſimilia.

CAPITVLVM III.

SANE. ¶ Epiſcopus ratione rei conuenitur
coram Archiepiſcopo, in cuius prouincia res
eſt ſita. ¶ Gloſſ. prima. Opinio Vin.ampliat c.
nulli. de reſcript. quod etiam ordinarij non
trahant ultra unam dietam. Nec eſſet inutilis
ex eo quod dicit hic Abb. quòd non commit-
titur extra diœceſim, per c.ut litigantes. de off.ord.lib.6.quia
reſpondetur duob.modis. Primo, quòd cum conſenſu alterius
iudicis hoc poteſt pro parte uolente. Glo.in d.c.ut litigantes.
Secundo reſpōdent Moderni. quòd poſſet diœceſis eſſe adeò
lata, quòd quis traheretur ultra unam dietam: quo caſu non
habet locum d.c.cùm epiſcopus de offic.ord.lib.6.ut fuit opi.
noua. Pet.de Ancha.ibi, & in c.nonnulli. de reſcript.& c.cùm
te.de offic.deleg.& in c.fin.de dolo & contu. & in c.cùm cau-
ſam.de teſti.per l.cùm poſt.C.de appel.quamuis Moder.in c.
cùm te. reprobent, dicendo, quòd in l.cùm poſt. cauſa erat
parua. Quę reſponſio repugnat alternatiuæ ibi poſitæ, ex qua
ſola longinquitas regionis ſufficiebat. ¶ Et tenendo hoc re-
ſpondetur

ſpondetur ad c. ex parte B. infrà eod. quòd ibi non erat ſola res proxima, ſed pars quandoque morabatur in ea: de quo exclamat ibi Ab. in uer. Sed ubi iſta duo coniunguntur. Nec obſtaret l. fi. C. ubi in rem actio. quia limitatur per d. l. cũ poſt. ¶ Sed caue: quia ubi infra dietam non eſſet res, conſona eſt opinio Pet. de Anch. per iura ſua, ſed ubi res eſt infra, licet pars ultrà habitet, difficilè teneretur opin. contraria: quia ſicut ratione cõtractus quis conuenitur diſtantia ulla non attenta, ita ratione rei & eſt ratio Abb. luc. & in c. dilectus lo 2. de reſcript. in pen. col. Et iſta no. quia ſaluantur opiniones. ¶ Ex dicto Vin. extẽſo hic per Butr. infert utiliter Imol. quòd ciuis Florentinus litigans de bonis ibi ſitis, ſi habeat domicilium extra territorium Florentinum, & non Florentiæ, nõ poteſt cogi à iudice Florẽtino compromittere ratione conſortariæ: quia in eius perſonam nullam iuriſdictionem habet. Tene menti generaliter. Et bene facit gloſ. in uer. ſubditos. in fi. in cle. j. de foro compe. cum concor. dicendis io c. fi. infrà eo. Et ſic ſcies, quando alibi ſtudẽs poſſit cogi reſpondere in loco ſitæ rei ſuæ. Et licet haberet quis domum Florentiæ, & alibi habitat, non dicitur habere domicilium: arg. c. ex parte B. infrà eo. quia ille ibi conuentus fuit: quia aliquando & interdũ cõſueuerat habitare ibi, nõ ratione ꝙ caſtrũ fuerat ſuũ.

S V M M A R I V M.

1 *Actor ſequitur forum rei.*
2 *Epiſcopus an ſuppleat negligentiam executoris uerbalis.*
3 *Iudex ordinarius ſuſpectus, etiam lata ſuper hoc ſententia, an poſſit ſine conſenſu partis delegare. Et iunge nu. 4.*
5 *Delegatus inferior à principe an poſſit exequi ſententiam ſuam.*

C A P I T V L V M IIII.

I QVIS CONTRA. ¶ Epiſcopus ut ſuſpectus recuſatus, de cuius ſuſpicione notorie conſtat, poteſt dare delegatum partibus nõ ſuſpectum, cuius ſententiam poterit per ſe exequi. H. D. Quæcunque dicit Abb. in primo notabili limi
1 tando regulam, quòd † actor ſequitur forum rei, ſunt dicta do. Ant. Ad literam infrà c. proximo, in ult. col. obſtat l. purè. §. fi. ff. de do. excep. ubi non eſt in poteſtate rei prouocare actorẽ ad iudicium. Facit l. j. C. ut nemo inuitus. propter quod illa dicta deſtruit Imo. in l. ſi contendat. & in §. eleganter. allegatis per Abb. ſubdens, ſi dubitat, ne deficiat probatio, quia habet ſolùm teſtes, faciat eos examinari, iuxta c. ſignificauit. de teſti. ¶ Et propter hæc Sali. in l. ſi pater. C. q bo. ced. poſ. licet, non deſtruat prædicta, tamen dicit, non procedere, niſi in duobus caſibus. Primo, ubi dicens ſe creditorẽ, litem mouet: quia etiamſi differat, prædicta procedent. Secundo, ubi diffamaret debitorem, iuxta l. diffamari. Sed quicquid ſit ex dictis Pau. de Caſt. licet iſta non referat in d. l. ſi contendat. poteſt tamen indiſtinctè teneri practica Ab. quia ſecundum Pau. de Caſ. eſt uerum, quòd ego reus non poſſum petere te actorem inuitum cogi agere. Sed ob exceptionem, quam habeo, licet mihi agere cõtra te inuitũ implorando officium iudicis, quo declaretur me tibi non teneri. Ita eſt caſus in d. l. ſi pater. ubi nondum uexabatur reus. ¶ Nec obſtat l. purè. §. fi. quia nõ facit reus, quòd actor ipſum cõueniat, nec hoc petit, ſed ei ſilentium imponit & ſi diceretur hoc, petitur ſine cauſa, ubi probatio nõ perijt. Reſpõdet Pau. de Caſ. quòd eſt prouidere futuris, ne in poſterum inquietetur. Facit l. 3. §. miſſum. & ibi Bar. ff. de Carb. edi. ubi iuſtè poſſidens petit ſibi confirmari poſſeſſionem, & pronunciari eam eſſe iuſtam nullo eum inquietante. ¶ Simile Inn. in c. 1. de confir. uti. q tutus ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, auditur petens declarari ualidam. Simile Imo. in c. ex parte B. de reſcri. quòd elapſo biennio poteſt appellatus inſtare, ut pronũcietur ſuper deſertione. Et iſta ſuſtinent practicam Bar. in d. l. eleganter. quòd ſoluens cogere poſſit eum, cui ſoluit, ad faciẽdum inſtrumentum ſolutionis: de quo latè per Roma. &
2 alios ibi, ex quorum dictis plura inuenies. ¶ Quòd † epiſcopus non ſuppleat negligentiam executoris uerbalis, ut per Bar. hic allegatum per Abb. tenet do. Ant. in c. literas. de ſup. negl. præla. do. Ab. in c. nos quidẽ. de teſt. Pet. de Anch. conſi. 413. incip. Contra heredes & procur. Bart. in l. poſt mortem. C. de fideic. & melius, quam alibi, conſi. 137. incip. Conſtitutione Cameracenſis epiſcopi. per cle. exiui. de uer. ſig. ubi interdicta executione non eſt interdicta uerbalis. Ergo diſſentiunt. Idem Ab. conſi. 59. incip. Viſo teſtã. in fin. uol. primo, & Lud. Rom. conſi. 228. inci. Pro plena. latè do. Ant. in c. ua. nos. de teſt. ¶ Contrarium tenet Bald. in l. fi. §. ſed ſi quis. C. cõmunia de leg. & io l. ſi quis teſtamento. per illum tex. ff. de fideicommiſ. lib. Car. in d. c. nos quidem. dicens dictum. Bar. non ſeruari ab epiſcopis. Idem Pet. de Anch. conſi. 388. incip. In themate. quia executio uerbalis eſt præambula ad actualẽ. Ideo ſublata actuali à ſtatuto, expirat uerbalis, ut antecedẽs. Idem Bald. & Rapha. in l. captatorias. C. de teſta. mili. Idem Angel. ibi, quia ipſum eligere eſt totalis executio, quia facta electione tranſit dominium recta uia. Idem Imo. in d. l. cùm quidam de leg. 2. quia negari non poteſt, quin tardetur uoluntas teſtatoris, cuius fauore facta eſt prouiſio epi. ¶ Non obſtat clem. exiui. de uerb. ſig. quia ſubiecta materia ſuadet differentiam illam, cùm uerbalis executio non diſtrahit à diuinis, ut actualis: hic autem ſubiecta materia non ſuadet differentiam, per rationem proximè dictam, per quam hæc opinio tutior eſt. ¶ Et adde quod ſi iſte uerbalis nominauit intra annum, quamuis actualis tranſeat annum, epiſcopus nõ ſupplet. Cald. de teſt. conſ. 28. Dubito: quia tardatur uoluntas teſtatoris. Sed poſſet hoc dictum operari illud, quod epiſcopus ſuppleat actualem, dummodo inter perſonas ab illo iam nominatas, iuxta elegans dictum Bal. in l. ſi puella. C. ſi man-
3 cipium. &c. ¶ Gloſſ. j. Tenet Abb. contra communem, quòd † ordinarius ſuſpectus, etiam lata ſuper hoc ſententia, poteſt ſine conſenſu partis delegare. ¶ Hoc fatetur Aretinus in duobus caſibus. Primus, ubi recuſatio eſt ſolùm propoſita: ſecundus, ubi etiam eſt probata: quia quod ipſe facit, non dicitur fieri à recuſato, ſed ab aſſerto ſuſpecto, qui delegando uidetur grauamen delegare: argu. c. cùm ceſſante. de app. ſed ubi iudicatum eſt in ſuſpicione, tenet communem contra Abb. reaſſumpta ratione Vin. quod adhuc lædere poteſt dando occultè ſuſpectum. Inducit ualde c. ſuſpicionis. in princ. de offi. deleg. ubi attenditur ſuſpicio, non dum in cognoſcendo de cauſa, ſed in omni cã & actu, in quo lędere poſſit, & reprehendit expoſitionem datã ad c. cum ſpeciali, maximè ad uerbũ, de recuſatoris cõſenſu. Nam ſi intelligitur, ut dicit Ab. ſequitur quòd in c. iudex de offic. dele. in 6. non ſunt uerba neceſſitatis: ꝙ eſt falſiſſimũ. Non obſtat iſte text. quia procedit in d. duobus caſibus. ¶ Idem Maria. & Moder. hic per alias rationes eorum, quas ſequendo conſidera ſolum, quòd difficilè obuiabitur iudici recuſato: quia uolens lædere non expectabit ſententiam in ſuſpicione: & tunc ita poterit lædere, ſicut poſt ſententiam, quamuis in delegato ſit prouiſum, ut in d. c. iudex. Cætera extendunt hic Scribentes. ¶ Glo. in uer. exe-
4 cutor. Reſpectu † appellationis tenet hic Aret. contra Abb. diſtinguendo caſus diſtinctos in præcedenti articulo: quia ſi fuit ordinarius pronũciatus ſuſpectus, remanet iuriſd. inutilis cum in cõmittendo etiam poſſit lædere: ideo uiolatur regula appellandi, Gradatim: ſed ubi non fuit iudicata ſuſpicio, militant rationes Abb. & iſte text. ſi tamen in præcedenti caſu partes conſentirẽt, clarum eſſet, ut hic per ipſum reprehendẽtẽ Abb. in alio, uidelicet circa inductionẽ, d. c. iudex, quia ſi bene perpẽdes, iuriſdictio dicitur ibi expiraſſe poſt cõmiſſionem factam: & licet expiret tunc, tamẽ ſatis eſt, quòd tempore commiſſionis eam habeat. Patet in c. ſuper quæſtionum. de offic. dele. ubi cõmittens in totum cauſam, deſinit eſſe delegatus, & tamẽ ualet commiſſio: quia non deſinit ante com-
5 miſſionem. ¶ Hęc in ordinario. ¶ In † delegato ſeruabitur l. fi. C. de iud. intelligẽdo, quòd ille recuſatus commiſerit in totum: quo caſu ad eum nullatenus appellatur, c. ſi à ſubdelegato. de off. dele. in 6. quicquid ſcribãt hic Mod. aliter intelligẽtes, &c. ¶ Item in delegato tene mẽti dictum Abb. quòd licet partes propoſita recuſatione poſſent inſtare, ut in totum ſubdelegaret, d. c. iudex. tñ tollerando, quod cõmittat, nõ in totum præiudicãt ſibi in hoc, ꝙ à ſubdelegato appellabũt ad eũ. ¶ Et intellige, ut cognoſcat de cã: ſi tamẽ ptes deuoluta appellatione uellent, ꝙ prædiſcuteretur recuſatio in exordio, non diſcuſſa, fiet. Et etiamſi iudicaretur eam, eſſe ualidam, nõ erit appellatio ſuperflua: quia ſaltem impedit tranſitum in rẽ iudicatam: Et hoc, ut non uioletur regula appellationis, Gradatim. ¶ Nec obſtat ratio d. gl. fin. in cle. ſæpe. ĩ uerbo, partib. in fi. de uer. ſig. licet Ab. non reſpondeat, nec alij: quia primus conſenſus reſpectu commiſſionis, quæ non fuit de toto, erat in poteſtate partis, d. c. iudex. Non ſic iſte ſecundus in ordine appellandi, quem pars mutare non poteſt. ¶ Et incidenter ſignabi,

gnabis illam gl. ad multa, quòd expreſſus conſenſus in uno actu extenditur ad ſimiles, ſecus in tacito. Et per ipſam decidit Ab. unam q. in c. quoniam. in ult. col. de proba. & aliam Paul. conſil. 25. in 4. col. & aliam. do. Ant. in c. cùm olim. de exceſ. in 11. col. ¶ Cæteros caſus, in quibus tacitum non operatur, ut expreſſum ponit late Bar. in l. cùm quid. ff. ſi cer. pet. ¶ Si iudex recuſatus etiam de cõſenſu partium ſubdelegauit partem cauſæ, iuxta c. iudex. de offi. dele. in 6. ſi appellatur, debet ad ipſum appellari: & ſi opponatur iterum recuſatio, poteſt agi de ſuſpicione, quę operatur, ut interim ſententia non tranſeat in rem iudicatam, ut Ab. hic. ¶ A delegato epiſcopi non appellatur ad uicarium. Ab. hic, & in c. dilecti. lo 2. col. 2. de app. & Lud. in ſingul. 450. inci. Tu habes titulum Legiſlatiſ per rões eorum. ¶ Limita, niſi eps. eſſet abſens, ut per Ab. in dictis locis, quē in hoc reprobant Moder. quia ſemper appellari debet ad delegantem, & uicarius non delegauit. ¶ Sed caue. quia ſiue ſit præſens, ſiue abſens, poteſt indiſtinctè appellari ad uicarium, ſecundum Mode. in c. dilecti. in 12. col. uer. ſecundò quęritur, an à delegato. Allegat Rotam 350. hodie, tertia de off. uic. in nouis, quę uerè non dicit hoc, ſed q à delegato uicarij ad eum appellatur. Sed in terminis uide Rotam 371. hodie. de off. uic. ultima, in nouis. Ratio: quia faciunt idem tribunal, d. c. 2. de conſue. in 6. & ibi Arch. Io. An. Domi. in fi. Pro quibus facit dictum Arch. in c. Reatina. 63. diſt. quòd facta mentione de epiſcopo, ſubintelligitur, uel uicario. Facit gl. pe. in c. 1. de cap. mo. in 6. Quod factum à uicario, dicitur factum ab epiſcopo. Facit l. fi. C. ubi & apud quē, ibi, ut uideatur ipſe facere, & ibi Bal. in princ. Vnde Bald. in c. dilectus. in 3. col. de appel. dicit, quòd qui appellauit ad epiſcopum, poteſt proſequi coram uicario. Præterea qua ratione Panor. uult epiſcopo abſente poſſe ad uicarium appellari, eadem ratione idem erit eo præſente, attento quòd eius præſentia in illo ſuſpendit conceſſa uicario. ¶ Ad c. fi. cõtra unū de offi. dele. lib. 6. cui nemo reſpondet, dic, quòd recuſatio & appellatio in materia iſta non æquiparantur. Caſus eſt ibi apertus. ¶ Poteſt etiam dici, quòd uerbum, Epiſcopus. non excludit uicarium, per prædicta. & per gloſ. hic cum concordum dicitur, quòd iſte tex. loquens de epiſcopo, non negat, quin executio fieri poſſit à repręſentãte eum. Nõ nego, quin punctum ſit diſputabile. ¶ Glo. pe. Tenet Maria. contra cõmunem opi. quòd etiam de iur. ciuili delegatus inferior à principe poſſit exequi, per 7. rationes Antonij de Prato ueteris in l. fi. ff. de off. eius, cui mandata eſt iuriſd. & io Lab exccutore. in 18. col. ff. de app. ¶ Primò, quia mandato principali uidentur mandata acceſſoria neceſſaria, ut 10 iurib. glo. SOL. Verum eſt, ubi hæc acceſſoria ueniunt de ſui natura. ¶ Secũdò, commiſſa executione eſt commiſſa cognitio, c. Paſtoralis. §. quia uerò. de off. dele. Ergo commiſſa cognitione, eſt commiſſa executio: quia contrariorũ eadem eſt diſciplina, &c. SOL. Negatur aſſumptũ. Ad §. quia uerò, reſpondeo, quod non probat. ¶ Tertiò per c. querelam. de elec. SOL. Non probat, quòd de iure ciuili. ¶ Quartò hoc eſt interpretari reſcriptum cõtra concedentem. Ergo large interpretari debet. Innoc. in c. cum dilectus. de donat. SOL. Verum in reſcripto principis: quia poteſt derogare iuri, non ſic in reſcripto inferioris. ¶ Quintò per l. ſi reus. ff. de procur. cum glo. ubi delegatus iubet pecuniam deponi. Sed depoſitio æquipollet ſolutioni, l. acceptam. C. de uſur. Ergo poteſt iubere ſolui. SOL. Non dicit, quod nolentem deponere poſſit cogere, ſed quod delegatus iubet fieri: & id quod fieri iubet, executio tamen nõ cogit ut fiat. ¶ Sextò: licet executio ſola ſit indelegabilis, l. iubere. ff. de iuriſdi. om. iud. tamē cum commiſſione totius cauſæ ipſa uenit, argumento c. ex literis. de iure patro. & leg. in modicis. de contra. empt. SOL. Illa procedunt in caſibus ſuis, non generaliter. Pulchrè Rota de pac. 13. in antiquis. ubi prohibitus alienare certam rem, non excuſatur alienando cũ uniuerſitate: quia purè alienat. Vel dic, & meliùs, quòd in dependentibus à iuriſdictione non ualent argumenta, quæ nõ poſſunt fieri in ſpecie, poſſunt fieri in genere. Pulchrè Imol. poſt domi. Anton. in cle. Paſtoralis. in pen. col. de re iudic. per c. 2. de conſtit. in 6. & ita hic. ¶ Septimò: qua ratione executio tranſit ex delegatione principis, eadem ex delegatione inferioris. SOL. Non eſt eadem ratio: quia, ut eſt dictum, princeps derogat iuri, non inferior. ¶ Præterea tenentes iſtas rationes debebant reſpondere iuribus Abb. ¶ Subdit Aret. primò, quod c. ex literis. de offi. dele. non probat: quia loquitur in delegato à delegato principis: quo caſu uerũ eſt, quòd poteſt exequi, quia ex quo executio eſt ſemel facta delegabilis propter perſonam primi delegati, tranſit etiam in ſubdelegatum ſuum: & ita tenuit Bart. licet ipſe non dicat, in l. à diuo Pio. in princ. ſ. quod ſubdelegatus delegati principis exequi poteſt ut delegatus. ¶ Sed caue: quia contrarium firmat Imol. in c. ex literis. de offic. deleg. & in c. Paſtoralis. §. quia uerò, eo tit. & Spec. de exec. ſentent. §. nunc dicendum. in princ. ratione optima: quia talis nullum habet priuilegium contra ius commune, cap. ſuper quæſtionum. §. nos autem & §. ſi uerò. de offi. deleg. ubi clauſula, Appellatione remota. poſita in delegatione tranſit in ſubdelegatione. ¶ Subdit Aret. quod c. cum uenientent. de eo, qui mit. in poſſeſ. ualde bene probat. ¶ Sed caue: quia loquitur in delegato legati, qui æquiparatur delegato principis. Abb. in c. cum Bertoldus. de re iud. Hinc eſt, q ſubdelegat, Bald. in l. à iudice. C. de iud. dixi in d. §. ſi uerò. in ſecunda fal. Ergo non probat tenendo delegatum à principe poſſe mittere in poſſeſſionem, & exequi, licet alij aliter, ut diſcuſſi in dicta fallentia. ¶ Scias etiam, q Aret. hic conatur per quatuor iura probare idem, q ſuprà probauit Marianus: quibus tamen reſpõdens ſequitur Ab. ¶ Item probant Mod. etiam delegatum principis exequi non poſſe de iure ciuili, multo minus delegatum inferioris: & reſpondendo ad l. fi. C. de iud. uacillant, ut uidere potes. ¶ Et dicta do. Ab. late tenet Inno. & Ro. in d. l. à diuo Pio. in prin. do. Aret. & Imo. in d. c. cùm ab eccleſiarum. Ioan. de Lignano in cle. 1. de offi. deleg. Imo. in d. c. ex literis. quæ dicit Aret. ſequendū in practica.

SVMMARIVM.

1 *Negatio facit rem dubiam, etiamſi dicatur, non credo.*

2 *Iudicium ut inchoetur, tanquam coram competenti, ſufficit allegaſſe in libello qualitatem tribuentem iuriſdictionem, etiamſi non ſit uera, dummodo hoc non conſtet.*

3 *Iudex, ut ſit competens, oportet quòd ſciat ſe eſſe iudicem.*

4 *Laicus poteſt conueniri coram epiſcopo à clerico agente cum uendicatione pro re propria, uel eccleſiæ.*

CAPITVLVM V.

SI CLERICVS LAICVM. ¶ Super re eccleſiæ uel clerici, poteſt laicus corã eccleſiaſtico iudice conueniri: ſed ſi probabiliter negent rē eſſe clerici, uel eccleſiæ ad iuriſdictionem eccleſiaſticam declinandam, conuenietur coram ſuo iudice. H. D. ¶ Negatio † facit rem dubiam. Gl. 2. in c. cùm ſicut. de reſcrip. & gl. magna in c. 1. de offi. dele. in 6. & glo. 4. in l. plures. C. de fide inſtru. Extende hoc, etiamſi diceretur, dubito. Bal. in l. 3. C. quibus ad liber. ¶ Itē extende etiam, ſi diceretur, non credo. Bal. idem allegat glo. in uerbo, credere. in c. cùm ad ſedem. de reſti. ſpo. in uerſ. c. 1. de lit. conteſ. ¶ Fallit primò ubi negatur notorium. Text. eſt in c. ſuper eo. de teſti. cogen. non ſolitus allegari, ſecundum Ab. ibi, quia in principio loquens in facto notorio non diſtinguit, an pars neget, uel non: & illum tex. notat etiam Abb. in c. cum in principio, de coha. cleri. & hoc Bart. poſt gloſ. in l. 1. poſt rem. ff. de tranſac. loquens de negante id, quod per ſententiam apparet. Et hinc eſt, quòd ſi negatur inſtrumentum guarentigiatum, non fit dubium. Bal. in l. etiam. in 1. col. C. de executione rei iud. Et hinc eſt quòd probatio legitimè facta per negationem, non fit dubia. Bal. in c. ad noſtram. de probat. in fi. ¶ Fallit ſecundò in negatione extraiudiciali. Inno. in c. uenerabilis. de cenſi. & ibi do. Anto. Intellige ad hoc, ut ille, contra quem negatur, non teneatur deſiſtere à ſolito uſu: ſed, ne noua poſſeſſio detur, iſta negatio aliquid operatur. Bal. in d. l. 3. C. quibus ad liber. ¶ Fallit tertiò, ubi negatio habet contra ſe præſumptionem iuris communis. Inno. in c. ex parte. lo 1. circa med. de uer. ſig. dicens, quòd negatio ſubditi non facit dubiam petitionem epiſcopi innitentem debito de iure communi: quod ualde ſequitur Arch. & Domi. in §. quan
2 do autem. in 1. col. 2. q. 1. & Rot. 327. hodie. de excep. in nouis. Idem Ang. in l. tale. §. qui prouocauit. ff. de pac. allegãdo. gloſſ. in leg. ſi uerò. qui pro rei. ff. qui ſatiſdare cog. ¶ Quartò fallit, ubi negatio faceret rem dubiam in præiudicium negantis. Abb. ſubtiliter in c. 1. de procu. per illum tex. ubi negatio, quòd procurator habeat mandatum, non facit dubium de mandato: quia hoc noceret neganti, & admitteretur procurator cum cautione rati, l. 1. C. de procur. Item Bald. in illa l. 1.

in uerſi. 2. quæro. & in d. l. 3. & Abb. in cap. coram de officio
deleg. ¶ Quintò fallit, ubi eſt negatio ſimplex abſque p
babili ratione, Ang. & Imo. in l. j. in prin. ff. ſi cui plus, quam
per l. Fal. per illum text. in uer. uiſtæ. iuncto tex. allegato in
glo. ibi. Facit dictum Bal. in l. 2. ad fi. C. de bo. poſ. ſecūdū tab.
Quòd probatio non concludens facit rem dubiam. Simi-
le Bal. in authen. ad hæc. uer. quæro, nunquid ille. C. de uſur.
dicens, quòd negatio non facit rem dubiam, ſi poſtea contra
rium probetur: ſit, quòd negatio non uerſimilis non facit rē
dubiam. Et hæc non reperies alibi. Dixeram olim in d. c. ſu-
per eo. Arch. in c. iudicatum 79. diſ. latè ſuſtinet pro ualida
conſuetudine, quam gl. hic mordet. Adde gl. fi. in fi. in c. paro-
chianos de ſenten. excom. quæ ſimpliciter eam approbat. Itē
gl. in c. prox. & ibi Abb. limitat in materia feudi, ut hic. Non
obſtat, quòd iuriſdictiones ſint diuiſæ. propter quod Mod. hic
multa dicunt: quia ſicut illa diuiſio non impedit conſuetudi-
nē laicorum, ut in tex. iſto, ita nec conſuetudinē cleri. ¶ Pri-
2 ma † concluſio. Ad hoc, ut iudicium inchoetur, tanquam co-
ram competenti, ſufficit in libello allegaſſe qualitatem tri-
buentem iuriſdictionem, etiamſi non ſit uera, dum modò hoc
non conſtet. Bart. in l. 2. ff. ſi quis in ius uo. & ibi Fulg. & Pau.
de Caſ. in l. cùm quædam. ff. de iuriſdi. om. iu. Ful. in l. præſcri
ptione. C. ſi contra ius. Io. And. in addi. ad Spec. in tit. de cō-
pe. iud. adit. §. 1. additione, quæ incipit, Guido. Inno. in c. cùm
ſit. infra eo. per rationes, de quib. per Ab. in relatione ſecun-
dæ opi. ¶ Item, ſi qualitas non fuit allegata, ſed probata in
actis. Dom. Ant. & Ab. hic rationib. ſuis. Adde, quod no. Inn.
in c. 2. poſt princ. ibi, reſpondeo, ſtultum eſſe. de ordi. cogn. q
ualet libellus ſine ulla expreſſione cauſæ, ſi de ipſa appareat
ex actis. Sequitur ualde Ab. in c. dilecti. de iudi. in ultim. col. di
cetur ibi, uel in d. c. 2. ¶ Limita primò hanc concluſionem, dū
modò d. qualitas poſſit includi ſub uerbis libelli quoquo mo
do. aliàs non, ſecundum do. Ant. ¶ Contrarium tenet Abb.
bonis rationib. Sed obſtat gl. in uerbo, aliàs in cle. appellanti
de appel. & regula l. ſi adulterium cum inceſtu. §. idem Pol-
lioni. ff. de adul. cum his, quæ aliàs dedi in c. afferte. de præ-
ſum. ubi qualitas etiā notoria debet ſaltem allegari. ¶ SOL.
Fallit in qualitate, de qua conſtat ex actis. Do. Ant. in c. ue-
ſtra. in ult. char. uerſi. per hoc dicebam. de coha. cle. & alij, de
quibus in d. c. afferte. ubi ad hoc bonus tex. ¶ Limita ſecundò
hanc concluſionem, & præcedentem, niſi reus neget qualita-
tem: quia hæc negatio, licet iuriſdictionem non excludat, ope
ratur tamen, quòd præmitti debeat ſummaria cognitio de ue
ritate qualitatis. Domi. Ant. & Abb. hic copioſè, & Bal. in d. l.
præſcriptione. Do. in d. §. contrahentes in c. Romana. de foro
compe. in 6. Cal. in c. de illis. in 4. q. de rapto. Bal. in l. ſi quis
ex aliena. ff. de iudi. do. Ant. Imo. & Domi. in d. c. ſuper literis.
Imo. in l. quidam conſulebant. in ult. col. ff. de re iud. Lap. al-
legatione 5. in ult. col. ubi ſemper uide. Pet. de Anch. in opo
* ſitu. iaſti. l. q. infra eo. ¶ Et eſt opi. cōmunis contra allegatum
in 1. concluſione. Pro quibus non facit l. cum quædam 1. qua
loquitur, ubi quis eſt iudex in menſura qualitatis petitæ, ſiue
quod petitur, uerum ſit, uel falſum: nimirum ſi cauſa inchoari
poteſt alio non prædiſcuſſo. ſed communis opinio. loquitur,
3 ubi requiritur uera exiſtentia qualitatis allegatæ. ¶ Et † pro
communi facit: quia oportet, ut iudex ſciat ſe eſſe iudicem.
arg. l. quæro. ff. de eo, qui pro tuto. pulchre Bar. in leg. multum.
de condi. & demon. quem uide. ¶ Et non dicas, hoc ſcit ex li
bello. Nam ſi hoc ſufficeret, fruſtra eſſet factum d. c. ſuper lite
ris. & d. l. ſi quis ex aliena. cum concor. ubi debet cognoſcere,
an ſua ſit iuriſdictio: eſſet enim ſatis, quòd libellus hoc dice-
ret: quod eſt abſurdum. Nā ubi oportet, quòd aliquid conſtet,
non ſufficit, quòd allegetur. gl. aurea in uerſi. allegat. in c. non
eſt. de conſue. lib. 6. & in rubrica. ff. ſi quadru. paup. cum ſi. Quā
do autem non negaretur, procederent dictæ concluſiones.
¶ Et retenta hac limitatione pro cōmuniori, amplia, etiamſi
qualitas deberet non ſolùm exiſtere, ſed etiam notoriè exi-
ſtere. quia de hoc, utrùm notoriè exiſtat, poterit iudex co-
gnoſcere. Glo. magna circa medium in c. 1. de offi. dele. in 6.
Cui obſtat alia in c. accuſatus. §. ſanè. in uerbo, manifeſtè. de
hæretic. eo. lib. Do. Abb. conatur concordare, ſed profectò re-
probat hanc ſecundam: quia uult, quod ubi inquiſitor cogno-
ſcere uellet, non de diuinatione, ſed an manifeſta ſit, poſſit:
cuius contrarium uult illa gloſ. Propterea Domi. in loco ex-
tranco in dicto c. ſuper literis. firmat, quòd iudex non habens
iuriſdictionem, niſi ſuper cauſa notoria, occurrente caſu, de

cuius notorietate ſit dubium non poteſt cognoſcere, an ſit no
torius. Alleg. glo. dicti c. & rationem ſubtilem & claram: quia
ſi nullo modo eſt iudex, niſi caſu exiſtente notorio, quomodo
cognoſcet de notorietate? Nam cognoſcendo, ut iudex,
non eſt iudex non exiſtente fundamento iuriſdictionis: hoc
intelligit, quando uult cognoſcere & pronunciare tan-
quam iudex: ſecus, ſi extraiudicialiter, non ut iudex, uellet ſe
informare, an caſus eſſet notorius, & in hoc pronunciare
quia poteſt & inuenta notorietate aggredi cauſam, ut noto-
riam, ſic intelligens gl. d. c. 1. quam Ioan. And. ibi in Nouella
ita intelligit, ſecundum ipſum: quæ nota, ut noua. ¶ Item re-
tenta hac limitatione excipias tres caſus. Primus, ubi negatur
qualitas, quæ notoriè appareret: quia nō ſit res dubia: ergo
omnis cognitio ſuperflua eſſet: omnes hic. Secundus, ubi eſſe-
mus in caſu non requirente pro fundamento iuriſdictionis
ueram exiſtentiam qualitatis, ſed ſufficeret quod de ipſa eſſet
dubium. Tertius, ubi actor abhorrens circuitum acquieſceret
negationi adeundo iudicem proprium rei. ¶ Secunda con-
4 cluſio: Etiam † ceſſante allegatione ſacrilegij, poteſt laicus
à clerico agēte rei uendicatione pro re propria, uel eccleſiæ,
coram epo conueniri. Abb. hic latè per illum text. Amplia,
etiamſi pro habenda re agatur ex locato, uel legato. Inn. hic,
quem intelligit Card. ubi laicus fatetur rem eſſe clerici, uel
eccleſiæ: quia licet ſit actio perſonalis, tamen eſt in rem ſcri-
pta. Et ita dicit ſe conſuluiſſe poſt longas altercationes. Sed
dicit Imol. non reperiri actionem ex locato eſſe ſcriptam in
rem, niſi dicas, quod laico fatente rem eccleſiæ concurrat rei
uendicatio cum illa actione perſonali, & ideo propter cōcur-
ſum realis trahitur ad eius naturam, iuxta l. per fundum. §. ſi
tu ex parte. ff. ad l. Falc. & ibi Dy. & Bart. Subdit Mar. Car. hoc
uoluiſſe, quod ex locato agatur, nedum ad mercedem, ſed ad
rem. Nam ſi ad mercedem, eſſet mere perſonalis: ſecus, ubi
repetitur res locata actione ex locato. Vnum aduerte ſubti-
liter, quia per iſtum text. non probantur maximè dicta: nam
negatio qualitatis facta per eum, non eſt hic ratio, propter
quam nō potuerit trahi coram eccleſiaſtico: ſed ratio fuit, quia
actor, &c. ut in text. Et in eo, quod dicit de negatione, narrat
rationem inchoandi iudicij, q. d. orta controuerſia quolibet
dicente rem ſuam. Dicere modò, quod ſi non negat ſubſit e-
piſcopo, eſt arguere à ſenſu contrario: quod ceſſat, ubi corri-
guntur iura: ergo, excepto ſacrilegio, non probatur hic, nec
alibi id quod communiter dicitur. Hinc dicit Imo. in c. cùm
ſit infra eo: quod ſi in libello clerici petentis rem eccleſiæ à
laico non eſt allegata oppreſſio, uel uis, remittetur ad ſecu-
larem: nec eſt uerum, quod laicus teneat illicitè eo ipſo, quod
fatetur eſſe eccleſiæ: potuit enim emiſſe & uelle tenere, donec
iudicialiter euincatur, ut competat remedium euictionis. Itē
poteſt tenere iure utilis dominij, aſſerendò eſſe eccleſiæ, ſed
ſe inueſtitum. Item poteſt eſſe, quod bona fide reperit in hæ-
reditate paterna. Quibus caſibus & ſimilibus, uidetur conue-
niendus coram iudice ſuo, poſtquam omnes regulæ ita uolūt,
nec ab iſto text. mutantur ſecundum Imol. hic.

CAPITVLVM VI.

EX TRANSMISSA. ¶ Quæſtio feudi termi-
nanda eſt à domino feudi immediatè: quo ne-
gligente terminatur à mediato. H. D. intel-
ligendo, quod iſte de campis eſſet inueſtitus
de feudo ab eccleſia eius, cui hic ſcribit.
¶ Gloſſ. fin. Quando Papa
2 a poſſit tollere recuſationem, examinant
latiſſimè Moderni. hic Adde melius alios
Mod. in cap. poſtremo. In j. charr. de appel-
lat. dixi aliàs in cap. ad hæc de reſcript.

a *Quandò Papa*] *Adde tu, quandò Papa uel alius princeps poſſit cōmittere cāu ſuſpecto iudici ſine facultate recuſandi. Pone domi. Ab. in c. ad hæc. de reſcrip. in 2. col. ubi gl. ſing. et do. Ab. in c. cū iter. de excep. ad Spec. in ti. de recuſ. in §. recuſare poſt medium. Vide do. Abb. hic in iſto tex. in 2. col. et in c. accedens*

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus non tenetur capitulum requirere in ſpectantibus ad ipſum iure deuoluto.*
2 *Facultas deflorandi non tranſit capitulum.*
3 *Negligentia epiſcopi in non conferendo beneficium deuolutum non ſuppletur à capitulo, ſicut alijs non deuolutis.*
4 *Clericus ſi conueniat laicum coram iudice ſeculari, an poſſit ibi reconueniri.*
5 *Fratres duo ſi tenēt feudū negligentia unius in requirendo dominū, palliat ex diligētia alterius.*

c.accedẽs el j.ut li-
te.nõ cõteſ.in prin.
Adde,ſi Papa ĩ re
ſcripto dicit exp̃ſ-
ſi,ꝙ non poſſit iu-
dex recuſari quã-
tũcunq; ſuſpectus.
Quomõ cõſulatur
parti aduerſæ,uide
do.Ab.in c.cũ ſpe-
cialis.de appellatio.

6 Clericus quando poſsit terreri armis.
7 Ceſſatio modi adiecti in contractu, an ſtatim reſoluat contractum.
8 Negligentia prælati an noceat eccleſiæ, ſi non adſit negligentia conuentus.
9 Et quid ſi eccleſia non habet conuentum.

CAPITVLVM VII.

VERVM. ¶ Per Dominum
feudi ſecularem, ſeu eccle-
ſiaſticum quæſtio feudalis
terminatur, etiamſi uaſalli
ſint clerici. ¶ Et ſi plures
prætenduntur domini ,non
poteſt unus cognoſcere ſine alio, maximè abſente. ¶ Gloſſ.i.
Competentia epiſcopo iure accidentali non tranſeunt in ca
pitulum. Innoc.& omnes hic: latè gloſ.in uerbo, temporis.in
c.ſcriptum.de electio. inducendo eam,ut ibi per Abba.& Car
dina. in clemen. attendentes. in princip. in 4.quæſt. de ſta.
mona. Idem Archi.in prin.c.i .de maio.& obed.lib.6.do.Ant.
in c.eam te. in fine, de reſcrip. Fede.conſi.30.Inno. in c.2.ne
ſede uacan.ibi, uel priuilegijs. & alij allegan.j. ¶ Corollariũ
primum. Item ſi competit ex poteſtate delegata. Latè Card.
in clemen.1 .uer.duro.in 7.q.de hæret.Ludo.conſi.506.incip.
In re præſenti.in fi. Amplia, etiamſi delegatio fiat à canone.
Io.And. in c. ad abolendam. in fi.de hæreti. Domi. latè.in c.
unico.de maio.& obed.lib.6.quia licet competat à iure com-
muni, tamen eſt ex poteſtate ſpecialiter inducta,prout hic in
1 ſimili. ¶ Secundum. In † ſpectantib. epiſcopo iure deuoluto
nunquam tenetur capitulum requirere. Gloſ.in uer. conſilio
in fi.ibi.de honeſtate.in c.ne pro defectu. de elec. Facit dictũ
Abb.in c. cùm Apoſtolica.in fi.de his, quæ fi.a præla.ꝙ pote-
ſtas doctorandi data epiſcopo, non intelligitur requiſito ca-
pitulo,per illum tex.aureum ad fi. ubi in materia indifferen-
ti conceſſa epiſcopo intelligitur, ſoli. ¶ Declara dupliciter
hoc corollarium. Primo dum modò ſint talia, in quib. ante
deuolutionem nullum ius habuerat epiſcopus unquam:ſecus
in his,in quibus de iure cõmuni habebat eps ſaltem partem
iuriſd.quam perdidit, & ex iure ſpeciali tranſlata in capitu-
lũ: quia ſi illo negligente modò deuoluitur ad epm, habebit
capitulum conſulere,ſicut habuiſſet quondam iure non amiſ
ſo.Gloſ.aurea in c.irrefragabili.§.exceſſus.in uer.per ipſum.
in fi.ibi,nihilominus de cõſilio. de off. ordi. quam ita intel-
ligit do. Anto.ibi, & Imol. in ult.col. ¶ Secundò declara, niſi
ex delicto ſolius prælati actus deuoluitur in alium : quia ille
conſulet capitulum: quod cùm non deliquerit, iure ſuo non
priuatur.c.le.ne in agro.1 4.col.in §.abbate. aũt de ſta.mo:quã
2 ſic potes intelligere. ¶ Tertium corollariũ. Facultas † docto-
rãdi nõ tranſit in capitulum.Ab.hic, latè Dom.in d.c.unico.
de maio.& obed.lib.6.Item Imo.Car. & Ab.in cle.2. de ma-
giſt.Ab.in c.tuæ. de cle. nõ reſid. tenendo, ꝙ non competat
de iure cõi, quicquid dicat Hoſt. in ſum.de magiſt. ¶ Quar-
3 tum corollariũ.Negligentia † epi in non conferendo benefi
ciũ deuolutũ , nõ ſuppletur à capitulo,prout in alijs non de-
uolutis.Inn.in c.cùm in cunctis.ſuper uerbo,capitulũ.de elec.
Et pulchrè declarat ibi Ab. quaſi in fi.Sequitur Do.Ant.in c.
nulla.de conceſ.præb.Ratio.quia in talibus, quæ non compe-
tunt iure proprio,eps non habet cõionem cum capitulo. De
quo nunquam obliuiſcaris. ¶ Obſtat ualde dictum Io.Andr.
in c.quanquam.de elec.lib.6. quod ſede uacante, licet capitu
lum non ſuccedat in collationibus,c.2. ne ſede uac. ¶ Fallit
in collationib. ſpectantib. ad epm iure deuoluto. de quo ex
clamat Ab.in d.c.2.quia ſpectant ex iuriſdictione epiſcopali
& iuriſdictio tranſit in capitulũ,ut in c.cũ olim.de maio.& obe.
Aliæ uero collationes non competunt iure epiſcopali : quia
& non epis competere poſſent. Quæ ratio non eſt bona pp di
ctũ Ab.hic rectè probantis, ꝙ collationes competunt ex iuriſ
dict.epiſcopali. Propterea põt dari ratio per eũ,de qua in d.c.
2. ¶ Pro cõcordia do.Ant.in d.c.cũ in cũctis.in fi.& Gemi.in d.
c.quanquam.in fi.dicit,ꝙ aliquando iuriſd.competit epo ac-
cidẽtaliter ex accidenti cõferente nouã iuriſ.& in iſta nunq̃
capitulũ ſuccedit. Tex.& Doc.hic. Aliqñ accidẽtaliter compe
tit aliquid,qđ nõ confert nouã iuriſ.ſicut collatio deuoluta,
quæ adnectitur gñali iuriſ.& tunc uacãte ſede ſuccedit capi
tulũ,ſicut in tota iuriſ.ſuccedit,& iſta deuolutio ſit uirtute iu
riſdi.& quamuis ſit accidentalis reſpectu delinquentis (quia

ſi non delinqueret , non deuolueretur) tñ reſpectu epiſcopi 6
non eſt ex accidenti, imo ex ſua generali iuriſdi. Et ubi ſedes
nõ uacat, capitulũ nõ ſupplet defectũ epi in iure deuoluto:qa
cã immediata deuoluẽdi eſt delictũ : ſed capitulũ nõ hẽt cõi-
tatẽ cũ delicto,ſed in ꝓuenientib. rõne iuriſdictionis imme-
diatè,ſicut eſt ſede uacãte,ubi ſit deuolutio immediatè ex iu-
riſdict. Ita Domi. Subtiliter tñ cõſidera, qa ſi accidẽs hic non
dat nouã iuriſd.uidet,ꝙ qua rõne capitulũ uacãte ſede in iſtis
repræſentat epm,eadẽ rõne debeat repſentare ſede nõ uacã-
te:pp quod de dicto Inn. dubitari põt, & iſta nõ repies ordi-
nata. ¶ Tenẽt Mod.cõtra cõem opi.hic,& in c.cæterũ.ž.ti. pxi.
ꝙ laicus in materia feud.nõ iudicet clericũ uaſallũ. ¶ Primò:
qa nõ eſt iure cautũ,& hic erat ꝑpoſitus ſecularis. SOL. De
cõi uſu loquẽdi ẽ eccleſiaſtic⁹, & licet prior qñq; ſit ſecularis,
nõ tñ ꝑpoſitus. Rñdet ad c.ſolitæ,ꝙ loquit in ſubiectiõe reue
rẽtiali ſimili ei, quã clericus dẽt patrono,c.nobis.de iur.pat.
¶ SOL. Obſtat uerbũ,ſubditi eſtote. quod ꝓpriè ſumptũ plus
exquit,ꝙ ſola reuerẽtia. ¶ Rñdẽt ad c.Romana.§.dẽt,quod lo-
quit in cã appellationis. SOL. Qua rõne iudex laicus in cã
appellationis iudicabit clericũ. quare nõ eadẽ in cã principa
li? ¶ Itẽ addunt:qa priuilegiũ fori eſt de iure diuino. Glo.ſo-
lẽnis in c.ſi imperator.96.diſt.Ergo Papa ipſum nõ tollit.SOL.
Verũ,ubi tolleret in totũ:ſed certis caſib.ex cã põt. Vñ laicus
iudicat clericũ canone pmittẽte in 32.caſi
4 bus poſitis à Maria. ž.eo.c.1. ¶ Præterea † ſi a
a clericus ᵃ cõuenit corã iudice ſeculari lai
cũ,põt ibi recõueniri,ſcdm plurimos relatos
in c.at ſi clerici.de iud. Ergo ſi laicus eſſet
incapax,hoc fieri nõ poſſet. Sed dato,ꝙ re
cõueniri nõ poſſet ſaltẽ cõueniẽdo,ut actor
iudicabit à laico, ꝙ fortè reo abſoluto con
dẽnabit actorẽ in expẽſis. Nec mirũ,ꝙ Pa-
pa diſponat in ſpecie ĩ.ius diuinũ,ꝙ nõ di-
ſponeret in gñe. Exẽpla ſunt nota,maximè
p Io.An.in regula,actus.de reg.iu. lib.6.&
in c.ex publico.de cõuer.cõiu.& in c.à no-
bis.de deci. Latè dixi in c. q̃ in eccleſiarũ.
de cõſtit. ¶ Itẽ dicunt,ꝙ nõ iudicat minor
maiorẽ: ſed rñde,ꝙ hõc caſu lex facit ma-
iorẽ:nec mirũ, ꝙ eadẽ perſona qñq; ut ma-
ior , qñq; ut minor cenſeat,c.à collatione,
de app.in 6. Reliqs eorũ rõnibus adhuc fa-
cilius rñdebitur. ¶ Glo.in uerb.cognitionẽ:
Supplebit negligentia ab illo, q alias eſſet
ordinarius uaſallorũ,ut hic p Ab. ¶ Addit
Mar.idẽ eſſe,ſiue uaſalli ſint laici, ſiue cle
rici. ¶ Sed aduerte,qa ubi cleric⁹ dñs feudi nõ recognoſcit ſe te
dñ ab alio. Fateor, ꝙ ſui uaſalli adibũt ordinariũ pro ſupple-
tione. Vbi uerò clericus dñs feudi haberet alium ſuperiorem
in feudo,habeo rem pro dubia. ¶ Primo namque uideretur ,
ꝙ ſuppleret negligentiam ille ſuperior laicus, aſſumpto fun
damento Modernorum hic,ꝙ qui cognoſcit de appellatione ,
cognoſcat de negligentia,l.fi.§.illud & ibi Bald.C.de tempo.
app. Bar.in l.quamuis.de damn.infec. ſed appellaretur ad lai
cum,d.§.debet.in c. Romana.de app. in 6. Ergo,&c. ¶ In con-
trarium facit id, quod dicit Abb.hic,& clarius in c.cæterum.in
ult.col.ž.ti. pxi.ibi,ſi uerò nõ eſt ſuperior.qui in hac materia
uidet negare,ꝙ cõpetens in appellatione,ſit cõpetẽs in negli
gẽtia. ¶ Pro quo facere poſſet:qa appellatio fieri debet ad ma
iorẽ ſed negligẽtia ſuppleri põt etiã ab alio, c.1.de ſup.negl.
Ergo differũt. ¶ Præterea ab epo appellatur ad archiepũ,c.Pa
ſtoralis.de offi.ordi. & tamẽ eius negligentiam nõ ſupplet ar
chiepiſ.ut latè per Ab.ibi,& aliquid.ž.eo.c.ſanè. Et ideo co-
gitabis. ¶ Felonia domini non nocet eccleſiæ. Hoſt.& dom.
5 Ant.hic. ¶ Addunt † Moder.c.1.qui.mo.feu.amit.per quod di
cit ibi Bal. ꝙ ubi duo fratres tenent feudũ indiuiſibile , ne-
8 gligẽtia unius in iuuãdo dñm palliatur ex diligẽtia alterius.
¶ Allegãt alia ſimilia bona,de quib.p eos hic, & latius in c.di
lectus.de off.del. Adde in terminis do.Ant.poſt Io.An.in c.re
prehẽſibilis.in 2.col.de app.& ibi Ab.in pe.col. Adde Bal. in
c.1.§.dño cõmittẽte. ſi de feu. fue.cõtro.ubi dicit, ꝙ licet dñs
cõmittẽs feloniã,q̃ in uaſallo digna eſſet priuatione. debeat
& ipſe priuari directo dñio:ut ibi: tñ hoc fallit in ꝓlato dño
feudi, per regulam,delictum. Iſta limita, niſi feudum eſſet de
menſa prælati. Ita do.Ant.& Abb.hic. ¶ Modos autem cogno-
ſcẽdi mẽſalia,ꝓout gl.in cle.1.i uerbo,ad menſã de excel.pre

Si clericus,] Ad
de in,ꝙ do. Ab.in
c. At ſi clerici.de iu
di.tenuit cõtrariũ
in 9.col.in uer. Cõ
ſidero enim clerei-
cos. Et iſta opi. eſt
magis cõis.ᵃ ꝙ cle
ricus nõ ſit recõue
niendus corã iudi
ce laico:quam opi.
&i affirmauit idẽ
do. Alb. in c. nul-
lus.ž.eo.in j.not.et
in c.1.de iur.cal.in
j.col.2.q.not.ꝙ cõ-
ſit. Adde,quod con
tra iſta opin.dom.
Abbatis Io.An.
in addi.Spe.ĩ ti.de
cõſt.in addi.in §.j.

Felin.ij.pars F lat.om-

a *Contra clericum] Adde in pulcherrimam dubitationem ad q. iſtā tactam hic per Feli. & quero de tali dubio, unquid delegatus, cui mādata eſt cauſa ciuilis, poſſit punire teſtem de falſo, qui coram eo falſum depoſuit. Iſte eſt pulcher paſſus & ſubtilis pro parte affirmatiua. Facit regula l. nullum. C. de teſt. in uerbo, datam omnibus iudicibus poteſtatem. & ibi no. Bart. in 4. not. Fortius tenet glo. ibi, & Bald. ſequitur, quòd etiam clericum falſum teſtimonium deponens coram iudice laico, poteſt per ſecularē iudicem puniri. Sequitur Angel. de Aret. in tract. maleficio. in uerbo, falſarii. & ad hoc bene facit text. in l. ergo. in uerbis, ſacratiſſimas ſedes. & ibi pulchrè Bal. C. de uſu. quamuis in hoc de clerico do. Abb. contrariū teneat in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtitu. in uer. 3. habetur hoc argu. optimum, & hic in iſto text. in uer. & ratio prædictorum. Ideo poſui hanc additionem, ſed omiſsis clericis. Ad idem eſt glo. not. in l. quæſitum. in uerbo, perpendere. ff. de teſti. Facit tex. in §. ſi uerò ignoti. in authent. de teſti. Ad idem facit regula, quòd iudex, qui non poteſt de cauſa principaliter cognoſcere, tamen poteſt incidenter, l. fin. C. ubi & apud quos. leg. quotiens. C. de iudic. etiamſi cauſa ſit ſpiritualis: quod intellige, ſi iudex eſt capax huius incidentis, c. tuam. de ord. cog. & l. tutor. qui ſibi ſint lega. Ad idem facit dictum Barto. in l. hoc iure. §. aqua. ff. de aqua quot. et æſti. ubi per illum text. cum gl. decidit Bart. ut ubi per 6 eum. Idem tenet Barto. in l. penult. C. ſi aduer. lib. Facit l. ſi liberti. C. de admin. tut. Pro eadem parte facit lex interdum. §. qui furem. quam Barto. ibi reputat ſingularem, ff. de fur. ubi iudex maleficiorum poteſt incidenter cognoſcere & pronunciare in cauſa ciuili, ſcilicet ſuper reſtitutione rei. Et iſtam partem in terminis noſtris tenuit Spec. in tit. de teſte. §. 1. uerſ. item, quod eſt corruptus. & in §. de teſtium. uerſ. ſed quis. Bald. in c. præterea. de offi. deleg. Eandem opi. ampliat & ampl. tenet Fed. in leg. 1. §. qui mandatam. ff. de off. eius cui à principe ſit data, nullam de præcedentibus faciens mentionem.

lat. omnes in c. 2. de ſeu. maximè Imo. Et idem Imo. in c. ſuper. de reb. eccl. non alie. cum concor. ¶ Contra clericum a falſum deponentem coram iudice ſeculari nullā poteſt pœnam ſecularis imponere Doctor. hic, Salic. in l. nullum. C. de teſti. addens, ſecus ſi hoc faceret coram eccleſiaſtico: quia ab eo puniretur etiam exemptus, per no. in c. 1. de priui. lib. 6. Cum communi cōcordat Bal. in c. 2. in 1. col. de cōfeſ. Ang. in l. ſi uacantia. uer. ſed tunc dubitatur de clerico. C. de bo. uac. lib. 10. Io. de Ana. in c. 1. j. col. de crimi. falſi. Bal. in c. ſi clericus. de pac. tenen. quicquid dicat Fed. conſi. 135. quem ſequitur Pet. de Ancha. in regula, ea quæ. ſol. in antepen. ibi, 22. quæro. de reg. iu. in 6. ¶ Declara ſecundum Innocen. Car. Ab. hic, niſi laicus cognoſceret de falſo. ut irritaretur depoſitio. ¶ Nec obſtat, quod iſtud uideatur computari inter pœnas capitales, iuxta dictum Bar. poſt antiquos, in l. tranſigere. C. de tranſa. quia loquitur, ubi quis directè condemnatur de falſo, præcedente accuſatione: non, ubi præcedente exceptione: quo caſu teſti, qui ad hoc non uocatur, nullum præiudicium conſiderabile infertur, c. 1. de excep. in uerbo, ſufficit, quod importat aliud non oportere. Gloſ. not. in c. ſtatutum. in princ. in uerbo, Canonicis. quaſi in medio ibi, nec iſta decreta lia. de reſcr. in 6. Ad idem c. 2. in fi. de ord. cog. ibi, duntaxat non creditur. & ibi Abb. uerſi. crederem, quod ubi conuincitur. ſequendo Inno. hic. Et hinc eſt, quod ſententia lata contra producentem falſum teſtē, non nocet teſti. Bart. in l. denunciaſſe. §. quæritur. ff. de adul. Et iſta nn. ¶ Limita ſecundum Car. hic. niſi clerico teſti opponeretur crimen eccleſiaſticum: quia etiam ad ſolum finem repellendi eū ſecularis non cognoſcet, non fauore clerici, ſed propter naturam criminis: & ita dicit ſe conſuluiſſe, cùm fuiſſet oppoſita uſura. ¶ Verior eſt opi. quod in executione ſententiæ feudalis clericus uiolentari nequeat. ¶ Non obſtat dictū Ang. in l. fi. C. de iudic. ubi delegatus Papæ poteſt exequi contra laicos eccleſiæ ſubiectos, quia hoc non infert, quod clericus lædi poſſit. ¶ Nec dicit Imo. in c. 2. de mu. pet. id quod referunt. Mod. ¶ Et not. bene uerba dom. Abb. hic, quod cōpulſio perſonalis licita pro recuperatione rei, intelligitur, ſcilicet prius poſſeſſæ. ¶ Quid autem, ſi eſſent quaſi poſſeſſa: puta, ſi alicui de collegio claudi-tur oſtium? Remittunt Mod. ad Ang. in leg. ut uim. ff. de iuſti. & iur. & uide do. Ab. optimè in c. 1. in pe. & ult. col. de immu. eccle. ¶ Quòd autem liceat clericum armis terrere, tenuit Card. in cle. 1. in prin. in 6. q. de pœnis. ¶ De † quo cogita propter In-
8 noc. in cap. nuper. de ſenten. excom. & Bar.

nam dicit ſe putare, quòd delegatus non poſſit punire illum teſtem falſarium pœna ordinaria legis Corneliæ: quia illa eſt meri Imperij ſimpliciter, l. 1. §. fin. ff. de ſer. Ergo non pertinet ad ipſum legatum, ut nod. l. 1. ff. de offic. eius. Sed bene poteſt illum extraordinariè punire, d. l. nullum. cum glo. Idem ante eum tenuit Ange. in l. quærcia, in ultim. col. C. de falſo. Et iſtæ ſunt rationes, & authoritates, quæ poſſunt adduci pro iſta parte affirmatiua, ex quibus quis poſſet facilè induci ad ita iudicandum. Pro parte uerò negatiua facit, quod uult Bart. in l. 2. & in l. magiſtratibus. ff. de iuriſdict. omn. iudi. quod in delegatum non tranſit aliqua coercitio perſonalis quantumcunque minima. Ad idem facit, & fortius, quia delegatus non poteſt mulctare contumacem, l. 2. §. fi. ff. de iudi. Barto. & Doct. in l. 1. in prine. ff. ſi quis ius dic. non obtemp. Quanto minus ergo poterit punire corporaliter? Iſtā ſecundam opi. tenet Guil. de Cu. Alb. in d. l. j. §. qui manda. quòd delegatus non poſſit punire teſtem deponentem falſum coram eo, nec torquere, ſed debet remittere eum ad ſuperiorem, per d. §. ſi uerò ignoti, Idem tenet Alber. de Roſa. in l. ſuperiorum, in uer. item quæro an torquere ſit mixti imperij? ff. de iuriſdic. omn. iudi. & ſimiliter dom. Alexā. in l. 2. eodem titu. Iſtam ſecundam opin. puto, iuniorem, pro qua eſt leg. text. optimus in d. auth. Pone, et ibi Bar. not. ff. de fal. & tex. in l. fin. & quod ibi no. Bal. C. de ſfor. & quod uult Bald. in ſ. ex parte, uel ij. de reſcript. quòd ſi aliquis produxit falſum teſtimonium coram ordinario, delegato debet eum cum fida cuſtodia remittere ad ordinarium, ut eum puniat. Iſtam partem ſequitur Imo. in c. dilecti. ne filius de pœ. et in c. 2. de fal. Ant. de Bu. in eadem et in c. inter cetera. de f. Io. An. in tit. de teſte. §. opponitur in uer. ſed quid de delegato. Pet. de Anch. conſi. 274. incip. Circa primum dubium. Ang. in l. ſi quis obſignare ff. de fal. in l. quoties. C. de iud. in l. ſi uacātia. C. de bo. uac. lib. 10. diceret poſſet dicere, quod ſolicta tota loquuntur, quātum ad puniendum ordinarie.

in leg. licitatio, ni fallor. ff. de publica. ¶ Neglīgētia ſolius prælati in implemēto cōditionis nocet eccleſiæ: quia res nō eſt debita ante cōditionē, l. ſi quis hæreditatē. cū ſi. ff. de hære. inſti. Ergo poteſt præiudicare in quærendis. Quo caſu ceſſat regula, relictū. de re. iur. lib. 6. ¶ Secūda cōcluſio: ſecus in implemento modi: quia donatio præſupponitur iā perfecta. Vnde eſſet tūc nocere in quæſitis: quo caſu procedit d. regula. Vide do. Ab. in c. breui. in ult. col. de iureiu. ubi in propoſito aſſignat rōnem differentię, quia in cōditione ſatis eſt eā nō impleri, etiāſi hoc ſit ſine culpa, l. in illa ſtipulatione. ff. de uerb. obl. ſed in diſpoſitione propter modū nō ſeruatū exigit mora, & ſic culpa: ideo tūc recur-
7 rit ad d. regulā, delictū. ¶ Nec † obſt. quod ſit dubiū, an ceſſatio modi ſtatim reſoluat cōtractū: quia in donatione facta eccleſiæ ceſſat hoc dubiū: quia modus in ea appoſitus nō cēſet cā finalis. Tex. in c. uerùm, de cōdi. appo. quē do. Ab. ibi dicit, ſe neſcire alibi: & fuit pōderatio Bal. in l. dictā. in ult. col. C. de cōdi. ob cau. dicētis, fauore eccleſię inductum eſſe, quod in cōtractu innominato, ſeu datione ob cām, nō pōt agi cōdictione ob cām contra eccleſiā, per d. c. verùm. Et licet Sal. dicat ibi, cogita: quia in dubio eccleſia utit iure cōi, c. j. de alie. feu. tū Lud. ſequitur Bal. in l. ſi pecunia. in prin. de condi. inde. quia rō ſpecialitatis ē fauor eccleſię, d. c. uerùm. Et rō rōis, quia donans, eccleſię, præſumiī pro cā finali conſideraſſe ſolā ſalutem animę. ¶ Limita hanc cōcluſionē, niſi in donatione eſſet adiectū, quod mō non ſeruato res reuertatur ad dūm. Tex. in d. c. verùm. & no. prędicti. Et tunc reuerteretur authoritate iudicis, ſm eos, niſi ultra hoc eſſet dictum, quod donans authoritate ppria apprehendere poſſet. Hoſti. hic contra. Inn. ¶ Hoc dictum Hoſti. ſequitur hic do. Car. dicēs, ipſum de rigore uerum: quia ſi licet ita paciſci inter laicū & laicū. l. 3. cū ſi. C. de pig. nō apparet rō, quare nō ita cū eccleſia. Ergo, dū mō malitioſe nō faciat, ſed putās ſe incidiſſe in cōmiſſum, nō uidet apprehenſor eſſe ſacrilegus. ¶ Non ob. c. tc. de reb. eccl. quia hic non agitur de re alienāda, ſed ab eccl. auocāda, perinde ac ſi tradita fuiſſet ad certū tps. Vnde ſicut eo finito licite appręhēditur, ita ceſſante mō. Queverba latiſſimè reaſſumit do. Car. in c. ppendimus. ubi ſemp uide, de ſen. exc. Itē Bart. Bal. & Saly. in d. l. ſi qs curialis. C. de epi. & cle. Sal. in d. l. 3. in 10. q. quos allegāt hic Mod. reprobato Fulg. i d. l. ſi qs curialis. licet pcedētia nō allegēt. ¶ Adde p Hoſ. Pet. de Anc. cōſi. 207. inci. dubiū facit. Bar. conſi. 94. in fi. 1. col. inci. Dico partes iudicis eſſe tales. Recepit hoc dictum Hoſti. quaſdā neceſſarias declarationes. ¶ Prima
8 eſt, dū † modò negligentia prælati habeat

ſecum negligentiam conuentus. Ita dom. Anto. in c. abbate. in fi. de uerb. ſig. dicens, hoc eſſe bene notandum. Et tu caue:
9 quia ipſe hic contrarium uoluit, & minus bene. ¶ Quid † autem, ſi eccleſia non habeat conuentum? Dic ſufficere negligentiam prelati, propter glo. in c. potuit. de loca. In gloſſ. magna, quaſi in medio ibi, niſi unus ſacerdos, quam dicit ibi dom. Ant. neſcire alibi, & ſequitur ualde Innoc. in c. edoceri, in ult. col. de reſcri. & Abb. in c. imperatorū. de iura. cal. Item Spec. in tit. de procur. §. ratiōe quoq; cōſtituētis. uerſi. porro, ubi eſt in eccleſia unicus rector. & Ludo. in l. ſi uerò. §. de uiro. in 28. fallentia uerſi. nonò. probatur. ff. ſol. mat. uolentes, q̃ tātum poſſit ſolus prælatus in eccleſia nō collegiata, quantum prælatus cum collegio in collegiata. ¶ Secunda declaratio: dictū Hoſt. non procedit in re conſecrata. Lud. pulchrè in authen. ſimiliter. uer. 19. C. ad l. Fal. per c. cōperimus. 13. q. 6. cum concor. allegatis in regula, ſemel Deo. de re reg. iur. in 6. Ideo donator cogitur tunc ad æſtimationem, non ad rem, quæ facta eſt ſacrabilis, ſed non conſecrata. approbat dictum Hoſt. ¶ Tertia declaratio: dum modò modi ſint honeſti. Rota de teſta. 3. in antiquis, approbans & limitans ita. Hoſt. hic. Et exemplificat in pacto, q̃ eccleſia gubernetur ab alio, quàm epō: quia iſtud non ualet. Inno. in c. in Lateranenſi. in fi. de præb. quod ſequitur etiam Ab. in c. ad audientiam. lo 1. in penul. col. de eccl. ędif. niſi eps conſentiret. Inn. ubi ſ. Cal. conſi. 11. Nec ſucceſſor reuocauit: quia præiudicium nō eſt graue. Mod. in c. requiſiſti. de teſta. dicentes, ſe ita obtinuiſſe. ¶ Quarta declaratio: dum modò huiuſmodi pacta apponātur in traditione rei: ſecus, ſi poſt. Patet ex dicto Bar. in l. quib. §. Termilius. in fi. de cond. & demō. dum dicit, q̃ ſi eſt data libertas purè, non poteſt ex poſt apponi pactū ſub pœna reuerſionis in ſeruitutē. per l. imperatores. ff. de manu. teſt. Ergo idem fauore piæ cauſę, iuxta dictum Bald. in c. ſignificauit. de teſt. quod retuli in c. cùm dilectus. de conſue. q̃ eccleſia libera nunquam recipit ſeruitutem, ſed ſerua bene poteſt effici libera: facit l. caueri. ff. commu. prædi. ¶ Quinta declaratio: dum modò pręcedat declaratoria. Abb. hic. Pro quo faciunt multa, quæ dixi in c. cùm non ab homine. de iudi. ubi ipſum allegaui: & eſt declaratio ſubſtantialis: quia laicus poſſet aſſerere eueniſſe tempus apprehenſionis: & falſò: tamen Car. hic licet dicat hoc utile, tenet, q̃ ſi omitteretur apprehenſor, nō eſſet ſacrilegus: quia uirtus pacti facit ceſſare, c. cùm ſecundum. de hęre. lib. 6. Quod uerbum ſemper nota. ¶ Et dic. q̃ ſaltem, ubi eſſet notorium euenisſe tempus apprehenſionis, procederet hæc ſecunda opi. intrepidè propter dicta in d. c. cum non ab homine. ¶ Sexta declaratio: dum modò apprehēſio nō inueniat reſiſtentē: nā ſi inueniret, repellat medio iudice, nō per ſeipſum, ut hic per Ab. & bene. Et iſta nota, quia nō poſſent eſſe magis quotidiana. ¶ Vltimò ſigna Inno. hic nō reprobatū in hoc, q̃ ſi baronniæ, comitatui, uel ſimili rei donatæ eccleſiæ annexa erāt quædā onera, cenſent omnia expirare, ſi in donatiōe de ipſis nō fit mētio. Sequitur Bal. conſi. 170. inci. Si aliqua poſſeſſio. ¶ Limita primò, niſi eſſet impoſita pręſtātia reb. pro certis annis quib. non completis aliqua res peruenit ad eccleſiā. Nam ad reſiduum illius temporis tenebitur eccl. Ang. conſi. 206. inci. Inter ordinamenta. dixi in repe. c. eccleſia. de conſtit. in 5. q. ¶ Limita ſecundò, niſi eſſent onera merè realia & perpetua, ſicut tributa: non aūt perſonalia, uel mixta, ut collectæ, uel ſimilia. Bar. in d. conſil. 175. ita intelligens c. 1. in fi. de cenſi. quod facit, & eū ſic intelligit Ab. ibi in fi. & in c. non minus. de immu. eccl. ubi uide. Voluit tñ Bal. in l. placet. C. de ſacroſ. eccle. q̃ hodie ſit correctum d. c. 1. niſi in tributo principis: de quo dixi in d. c. eccleſia. q. 6. ¶ Hic Doct. tangunt q. utrùm, ſi uaſallus recognoſcat alium pro domino, præiudicet domino ſuo, Dic, ut per eos.

SVMMARIVM.

1 *Quæſtio uſurarum an ſpectat tantùm ad iudicem eccleſiaſticum, an etiam ad iudicem ſecularem.*
2 *Inquiſitor hæreſis eſt iudex competens in quæſtione uſurarum.*
3 *Laicus tanquam arbitrator poteſt cognoſcere de uſura, etiam in quæſtione iuris.*
4 *Iudex ſecularis pōt punire ſymoniacū lata ſententia ab eccleſiaſtico.*
5 *Item, materia iuramenti eſt fori eccleſiaſtici. 5. 6.*
7 *Vaſallus poteſt trahi coram iudice eccleſiaſtico ratione iuramenti, ut cognito ibi de iuramento, cognoſcatur de proprietate.*
8 *Laicus poteſt cognoſcere de nullitate abſolutionis à iuramento facta per eccleſiam.*
9 *Propter iuramentum defuncti hæres non eſt de foro eccleſiæ.*
10 *Iudæi heretici & excōicati ratione iuramenti, ſunt de foro eccleſiæ.*
11 *Item quid in crimine adulterij.*
12 *Adulter ſi eſt clericus, nedum ipſe, ſed etiam mulier, efficitur de foro eccleſiæ.*
13 *Quid in concubinatu.*
14 *Concubina clerici an ſit de foro ſeculari.*
15 *Deſponſatio facta ſine ſpe prolis, non uidetur eſſe matrimonium, ſed dicitur contubernium.*
16 *Eccleſia poteſt ſe interponere de notorio crimine laici, nedum ut pœniteat, ſed etiam ut ſatisfaciat.*
17 *Epiſcopus aſſiſtans inquirere poteſt de omni crimine contra laicos.*
18 *Crimen blaſphemię an ſit de foro eccleſiaſtico.*
19 *Clericus ſodomita an ſit irregularis, & prohibitus ordinari, etiam poſt pœnitentiam peractam remiſſiuè.*
20 *Iudex eccleſiaſticus an poſſit incarcerare laicum pro criminibus, quæ ſunt de foro eccleſiaſtico.*
21 *Punitus de crimine in uno foro, an poſſit puniri in alio.*
22 *Clericus delegatus ordinarij laici an poſſit cognoſcere de quæſtione ſpirituali incidenter. De hoc uſque ad finem c.*

CAPITVLVM VIII.

CVM SIT. ¶ Eccleſiarum malefactores utriuſque ſunt fori. ¶ Regula, de qua hic. q̃ actor debet ſequi forum rei, ex diſcurſu tituli poteſt limitari diuerſimodè, ut hic per do. Maria. ¶ Adde, q̃ contra iſtam regulam non ualeret ſtatutum, Bar. in l. iuris ordinem. C. de iuriſdi. om. iudi. intelligendo, quando ſtatutum uellet, q̃ homo non ſuæ iuriſdictionis teneretur ibi reſpōdere: ſed inter ſubditos ſuos ſtatutum poteſt, quod uult. ¶ Item eſt alia limitatio, q̃ licet quis non poſſit compelli ſoluere alibi, quàm in loco promiſſo, l. 1. ff. de eo, quod cer. loco. Fallit, niſi creditor ab illo loco eſſet, relegatus. Glo. & Bal. in l. uſuras. C. de ſol. ¶ An, qui fugit ad hoſpitale, ſit tutus, ut ad eccleſiam? De hoc dixi in c. de quarta. de præſcript. ubi multa poſui, in quibus æquiparantur hoſpitalia & eccleſię. Et an quis puniatur duplici pœna, etiam dixi de hoc in c. de his. de accuſa. ¶ Clerici in patrimonialibus utuntur hoc tex. Abb. hic: Mod. contrà: quia lex correctoria non extenditur. SOL. Fallit fauore eccleſię. Bart. in l. ſi conſtante. in princ. ff. ſol. mat. Allegant etiam alia non urgentia, & nō reſpondent ad c. ſimiliter. 16. q. 1. Poſſet dici, q̃ loquitur in epiſcopo, ſicut in ſimili dicitur in c. dilecto. de arbit. ¶ Sed obſtat c. ſi quis de potentibus. 14. q. 3. cui reſponderi non poteſt. ¶ De alijs autē caſibus, quibus patrimonialia clericorum æquiparantur eccleſijs, dixi in c. eccleſia. de conſtit. ¶ Glo. in uerbo, malefactores. Petitio debet fundari ſuper qualitate tribuente iuriſdictionem. Inn. hic ſingulariter. Vide Ang. conſi. 6. incip. Lata ſententia. ubi dicit, q̃ ſtante ſtatuto, q̃ poteſtas exequatur ſentētias latas à conſulibus ex cauſa artis, non ſufficit: q̃ petens executionem dicat ſententiam latam à conſulibus, ſed oportet addere, ex cauſa artis: dicit eſſe ſingulare dictū Inn. hic & incognitum Legiſtis. Vide Ange. conſi. 27. incip. Quidam Victor. ubi dicit, q̃ nullus eſt libellus accuſationis, in quo homo non ſubiectus poteſtati accuſabatur de homicidio: non adito, q̃ occidit in diſtrictu poteſtatis: dicit eſſe ſingulare dictum Inn. hic. Hæc Mod. ¶ Adde Ange. in l. ex quacunque. ſi quis in ius uoc. non ier. ubi uult, q̃ libellus porrectus coram iudice nō generali, ſed certarum cauſarum, non exprimens aliquem de illis, non interrumpit præſcriptionem tanquā ineptus, iuxta l. ſi accuſaturus. ff. de adult. Alleg. Inno. hic, quem ſequitur etiam Ang. in l. 1. C. ſi à non comp. iud. Bald. in l. non ignorat. in princ. C. qui accuſ. & in l. præſcriptione. C. ſi contra ius. Arch. in c. in canonibus. 16. q. 1. ¶ De qualitate autē fundante intentionem actoris, uide Bar. & omnes in l. non ſolùm. §. ſed ut probari. ff. de ope. nou. nun. Dixi poſt alios in c. in præſentia. de probat. ¶ Ratione fraudis adhibitæ in factis eccleſiæ procedit etiam iſte text. Inn. & oēs hic, etiamſi fraus non circumferatur ad contractum, ſed accidat in poſſidente, ut hic per Abb. Adde Lapum alleg. 59. ubi dicit, q̃ de fraude prælati ementis, de bonis eccleſiæ ſub nomine tertij eccleſia cognoſcit. Item omnes Doct. in c. inquirē. de pecu. cleri. ¶ Modos autem probandi illam fraudem ponunt ibi Moder. in ſua repet. & Lapus allega. 66. incip. propo-

¶ Et retenta hac limitatione pro communiori, amplia, etiamſi
qualitas deberet non ſolùm exiſtere, ſed etiam notoriè exi-
ſtere. quia de hoc, utrùm notoriè exiſtat, poterit iudex co-
gnoſcere. Glo. magna circa medium in c. 1. de offi. dele. in 6.
Cui obſtat alia in c. accuſatus. §. ſanè. in uerbo, manifeſtè. de
hæretic. eo. lib. Do. Abb. conatur concordare, ſed profectò re-
probat hanc ſecundam: quia uult, quòd ubi inquiſitor cogno-
ſcere uellet, non de diuinatione, ſed an manifeſta ſit, poſſet:
cuius contrarium uult illa gloſ. Propterea Domi. in loco ex-
tranco in dicto c. ſuper literis. firmat, quòd iudex non habens
iuriſdictionem, niſi ſuper cauſa notoria, occurrente caſu, de
cuius notorietate ſit dubium non poteſt cognoſcere, an ſit no
torius. Alleg. glo. dicti c. & rationem ſubtilem & claram: quia
ſi nullo modo eſt iudex, niſi caſu exiſtente notorio, quōmodo
cognoſcet de notorietate? Nam cognoſcendo, ut iudex,
non eſt iudex non exiſtente fundamento iuriſdictionis. hoc
intelligit, quando uult cognoſcere & pronunciare tan-
quam iudex: ſecus, ſi extraiudicialiter, non ut iudex, uellet ſe
informare, an caſus eſſet notorius, & in hoc pronunciare
quia poteſt & inuenta notorietate aggredi cauſam, ut noto-
riam, ſic intelligens gl. d. c. 1. quam Ioan. And. ibi in Nouella
ita intelligit, ſecundum ipſum: quæ nota, ut noua. ¶ Item re-
tenta hac limitatione excipias tres caſus. Primus, ubi negatur
qualitas, quæ notoriè appareret: quia nō ſit res dubia: ergo
omnis cognitio ſuperflua eſſet omnes hic. Secundus, ubi eſſe-
mus in caſu non requirente pro fundamento iuriſdictionis
ueram exiſtentiam qualitatis, ſed ſufficeret quod de ipſa eſſet
dubium. Tertius, ubi actor abhorrens circuitum acquieſceret
negationi adeundo iudicem proprium rei. ¶ Secunda con-
4 cluſio: Etiam † ceſſante allegatione ſacrilegij, poteſt laicus
à clerico agēte rei uendicatione pro re propria, uel eccleſiæ,
coram epo conueniri. Abb. hic latè per iſtum text. Amplia,
etiamſi pro habenda re agatur ex locato, uel legato. Inn. hic,
quem intelligit Card. ubi laicus fatetur rem eſſe clerici, uel
eccleſiæ: quia licet ſit actio perſonalis, tamen eſt in rem ſcri-
pta. Et ita dicit ſe conſuluiſſe poſt longas altercationes. Sed
dicit Imol. non reperiri actionem ex locato eſſe ſcriptam in
rem, niſi dicas, quod laico fatente rem eccleſiæ concurrat rei
uendicatio cum illa actione perſonali, & ideo propter cōcur-
ſum realis trahitur ad eius naturam, iuxta l. per fundum. §. ſi
tu ex parte. ff. ad l. Falc. & ibi Dy. & Bart. Subdit Mar. Car. hoc
uoluiſſe, quod ex locato agatur, nedum ad mercedem, ſed ad
rem. Nam ſi ad mercedem, eſſet merè perſonalis: ſecus, ubi
repetitur res locata actione ex locato. Vnum aduerte ſubti-
liter, quia per iſtum text. non probantur maximè dicta: nam
negatio qualitatis facta per eum, non eſt hic ratio, propter
quam nō potuerit trahi coram eccleſiaſtico: ſed ratio fuit, quā
actor, &c. ut in text. Et in eo, quod dicit de negatione, narrat
rationem inchoandi iudicij, q. d. orta controuerſia quolibet
dicente rem ſuam. Dicere modò, quod ſi non negat ſubſit e-
piſcopo, eſt arguere à ſenſu contrario: quod ceſſat, ubi corri-
guntur iura ex eo, excepto ſacrilegio, non probatur hic, nec
alibi id quod communiter dicitur. Hinc dicit Inno. in c. cùm
ſit infra eo: quod ſi in libello clerici petentis rem eccleſiæ à
1 laico non eſt allegata oppreſſio, uel uis, remittetur ad ſecu-
larem: nec eſt uerum, quod laicus teneat illicitè eo ipſo, q
fatetur eſſe eccleſiæ potuit enim emiſſe & uelle tenere, donec
iudicialiter euincatur, ut competat remedium euictionis. Itē
poteſt tenere iure utilis dominij, aſſerendo eſſe eccleſiæ, ſed
ſe inueſtitum. Item poteſt eſſe, quod bona fide reperit in hæ-
reditate paterna. Quibus caſibus & ſimilibus, uidetur conue-
niendus coram iudice ſuo, poſtquam omnes regulæ ita uolūt,
nec ab iſto text. mutantur ſecundum Imol. hic.

CAPITVLVM VI.

Ex transmiſſa. ¶ Quæſtio feudi termi-
nanda eſt à domino feudi immediatè: quo ne-
gligente terminatur à mediato. H. D. intel-
ligendo, quod iſte de campis eſſet inueſtitus
de feudo ab eccleſia eius, cui hic ſcribit.
¶ Gloſſ. fin. Quando Papa
2 a poſſit tollere recuſationem, examinant
latiſſimè Moderni. hic Adde melius alios
Mod. in cap. poſtremo. In j. charr. de appel-
lat. dixi aliàs in cap. ad hæc de reſcript.

a *Quandò Papa] Adde tu, quandò Papa uel alius princeps poſſit cōmittere cām ſuſpecto iudici ſine ſatulitate recuſandi. Pone domi. Ab. in c. ad hæc. de reſcrip. in 2. col. Abb. gl. fin. et do. Ab. in c. cū uier. de except. ad Spec. in ti. de recuſ. in §. recuſauit poſt medium. Vide do. Abb. hic in iſto tex. in 2. col. et in c. accedens*

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus non tenetur capitulum requirere in ſpectantibus ad ipſum iure deuoluto.*
2 *Facultas docturandi non tranſit capitulum.*
3 *Negligentia epiſcopi in non conferendo beneficium deuolutum non ſuppletur à capitulo, ſicut alijs non deuolutis.*
4 *Clericus ſi conueniat laicum coram iudice ſeculari, an poſſit ibi reconueniri.*
5 *Fratres duo ſi tenēt feudū negligentia unius in*
quærendo dominū, pallia ... ex diligentia alterius.

c.accedẽs el j.et li. te.uõ cõteſ. in prin. Adde ſi Papa i reſcripto dicit expſ-ſi, ꝙ non poſſit iudex recuſari quãticunq; ſuſpectus. Quomõ cõſuletur parti aduerſæ, uide do. Ab.in c.cũ ſpecial. de appellatio.

6 *Clericus quando poſſit terreri armis.*
7 *Ceſſatio modi adiecti in contractu, an ſtatim reſoluat contractum.*
8 *Negligentia prælati an noceat eccleſiæ, ſi non adſit negligentiæ conuentus.*
9 *Et quid ſi eccleſia non habet conuentum.*

CAPITVLVM VII.

VERUM. ¶ Per Dominum feudi ſecularem, ſeu eccleſiaſticum quæſtio feudalis terminatur, etiamſi uaſalli ſint clerici. ¶ Et ſi plures prætenduntur domini, non poteſt unus cognoſcere ſine alio, maximè abſente. ¶ Gloſſ.1. Competentia epiſcopo iure accidentali non tranſeunt in capitulum. Ionoc.& omnes hic: latè gloſ.in uerbo, temporis.in c.ſcriptum.de electio. inducendo eam, ut ibi per Abba.& Cardina. in clemen. attendentes. in princip. in 4.quæſt. de ſta. mona. Idem Archi.in prin.c.1.de maio.& obed.lib.6.do.Ant. in c.cam te.in fine, de reſcrip. Fede.conſi.30.Inno. in c.2.ne ſede uacan.ibi, uel priuilegijs. & alij allegan.ĩ. ¶ Corollariũ primum. Item ſi competit ex poteſtate delegata. Latè Card. in clemen.1.uer.duro.in 7.q.de hæret.Ludo.conſi.506.incip. In re præſenti.in ſi. Amplia, etiamſi delegatio ſiat à canone. Io.And. in c.ad abolendam. in ſi.de hæreti. Domi. latè.in c. unico.de maio.& obed.lib.6.quia licet competat à iure communi, tamen eſt ex poteſtate ſpecialiter inducta, prout hic in
1 ſimili. ¶ Secundum. In † ſpectantib.epiſcopo iure deuoluto nunquam tenetur capitulum requirere. Gloſ.10 uer. conſilio in ſi.ibi.de honeſtate.in c.ne pro defectu. de elec. Facit dictũ Abb.in c. cùm Apoſtolica.in ſi.de his, quæ ſi.a præla.ꝙ poteſtas doctorandi data epiſcopo, non intelligitur requiſito capitulo, per illum tex.aureum ad ſi. ubi in materia indifferenti conceſſa epiſcopo intelligitur, ſoli. ¶ Declara dupliciter hoc corollarium. Primo dum modò ſint talia, in quib. ante deuolutionem nullum ius habuerat epiſcopus unquam: ſecus in his, in quibus de iure cõmuni habebat eþs ſaltem partem iuriſd. quam perdidit, & ex iure ſpeciali tranſlata in capitulũ: quia ſi illo negligente modò deuoluitur ad eþm, habebit capitulum conſulere, ſicut habuiſſet quondam iure non amiſſo. Gloſ.aurea in c.irrefragabili.§.exceſſus.in uer.per ipſum. in ſi.ibi, nihilominus de cõſilio. de off. ordi. quam ita intelligit do. Anto.ibi, & Imol. in ult.col. ¶ Secundò declara, niſi ex delicto ſolius prælati actus deuoluitur in alium: quia ille conſulet capitulum: quod cùm non deliquerit, iure ſuo non priuatur.c.ne in agro.1 4.col.in §.abbate. aũt de ſta.mo.quã
2 ſic potes intelligere. ¶ Tertium corollariũ. Facultas † doctorãdi nõ tranſit in capitulum. Ab.hic, latè Dom.in d.c. unico. de maio.& obed.lib.6.Item Imo.Car. & Ab.in cle.2. de magiſt. Ab.in c.tuæ. de ele. nõ reſid. tenendo, ꝙ non competat de iure cõi, quicquid dicat Hoſt. in ſum.de magiſt. ¶ Quar-
3 tum corollariũ. Negligentia † eþi in non conferendo beneficiũ deuolutũ, nõ ſuppletur à capitulo, prout in alijs non deuolutis. Inn.in c.cùm in cunctis.ſuper uerbo, capitulũ.de elec. Et pulchrè declarat ibi Ab. quaſi in ſi. Sequitur Do.Ant.in c. nulla.de conceſ.præb. Ratio, quia in talibus, quæ non competunt iure proprio, eþs non habet cõionem cum capitulo. De quo nunquam obliuiſcaris. ¶ Obſtat ualde dictum Io. Andr. in c.quanquam.de elec.lib.6. quod ſede uacante, licet capitulum non ſuccedat in collationibus, c.2. ne ſede uac. ¶ Fallit in collationib. ſpectantib. ad eþm iure deuoluto. de quo exclamat Ab.in d.c.2. quia ſpectant ex iuriſdictione epiſcopali & iuriſdictio tranſit in capitulũ, ut in c.cũ olim.de maio.& ob. Aliæ uero collationes non competunt iure epiſcopali: quia & non eþis competere poſſent. Quæ ratio non eſt bona pp dictũ Ab.hic rectè probantis, ꝙ collationes competunt ex iuriſdict.epiſcopali. Propterea põt dari ratio per eũ, de qua in d.c. 2. ¶ Pro cõcordia do.Ant.in d.c.cũ in cũctis.in ſi.& Gem.in d. c.quanquam.in ſi.dicit, ꝙ aliquando iuriſd.competit eþo accidẽtaliter ex accidenti cõferente nouã iuriſ.& in iſta nunq̃ capitulũ ſuccedit. Tex.& Doc.hic. Aliqñ accidẽtaliter competit aliquid, qđ nõ confert nouã iuriſ. ſicut collatio deuoluta, quæ adnectitur gñali iuriſ.& tunc uacãte ſede ſuccedit capitulũ, ſicut in tota iuriſ.ſuccedit, & iſta deuolutio ſit uirtute iuriſdi.& quamuis ſit accidentalis reſpectu delinquentis (quia ſi non delinqueret, non deuolueretur) tñ reſpectu epiſcopi non eſt ex accidenti, imo ex ſua generali iuriſdi. Et ubi ſedes nõ uacat, capitulũ nõ ſupplet defectũ eþi in iure deuoluto: quia eã immediata deuoluẽdi eſt delictũ: ſed capitulũ nõ hẽt cõitatẽ cũ delicto, ſed in ꝓuenientib. rõne iuriſdictionis immediatè, ſicut eſt ſede uacãte, ubi ſit deuolutio immediatè ex iuriſdict. Ita Domi. Subtiliter tñ cõſidera, quia ſi accidẽs hic non dat nouã iuriſd. uidet, ꝙ qua rõne capitulũ uacãte ſede in iſtis repræſentat eþm, eadẽ rõne debeat repſentare ſede nõ uacãte: pp quod de dicto Inn. dubitari põt, & iſta nõ repios ordinata. ¶ Tenẽt Mod.cõtra cõem opi.hic, & in c.cæterũ.ĩ.ti. pri. ꝙ laicus in materia feud. nõ iudicet clericũ uaſallũ. ¶ Primò: quia nõ eſt iure cautũ, & hic erat ꝓpoſitus ſecularis. SOL. De cõi uſu loquẽdo eccleſiaſtic⁹, & licet prior qñq; ſit ſecularis, nõ tñ ꝓpoſitus. Rñdet ad c.ſolitæ, ꝙ loquit in ſubiectiõe reuerẽtiali ſimili ei, quã clericus dẽt patrono, c.nobis.de iur.pat. ¶ SOL. Obſtat uerbũ, ſubditi eſtote. quod ꝓpriè ſumptũ plus exigit, q̃ ſola reuerẽtia. ¶ Rñdẽt ad c.Romana.§.dẽt, quod loquit in cã appellationis. SOL. Qua rõne iudex laicus in cã appellationis iudicabit clericũ. quare nõ eadẽ in cã principali? ¶ Itẽ addunt, quia priuilegiũ fori eſt de iure diuino. Glo.ſolẽnis in c.ſi imperator.96.diſt. Ergo Papa ipſum nõ tollit. SOL. Verũ, ubi tolleret in totũ: ſed certis caſib.ex cã põt. Vñ laicus iudicat clericũ canone ꝑmittẽte in 32.caſi-
4 bus poſitis à Maria. ĩ.eo.c.1. ¶ Præterea † ſi a clericus ª cõuenit corã iudico ſeculari laicũ, põt ibi recõueniri, ſm plurimos relatos in c.at ſi clerici.de iud. Ergo ſi laicus eſſet incapax, hoc fieri nõ poſſet. Sed dato, ꝙ reconueniri nõ poſſet ſaltẽ cõueniẽdo, ut actor iudicabiĩ à laico, q̃ fortè reo abſoluto condẽnabit actorẽ in expẽſis. Nec mirũ, ꝙ Papa diſponat in ſpecie ĩ.ius diuinũ, ꝙ nõ diſponeret in gñe. Exẽpla ſunt nota, maximè ꝑ Io.An.in regula, actus.de reg.iu. lib.6.& in c.ex publico.de cõuer.cõiu.& in c.à nobis.de deci. Latè dixi in c.q̃ in eccleſiarũ. de cõſtit. ¶ Itẽ dicunt, ꝙ nõ iudicat minor maiorẽ: ſed rñde, ꝙ hoc caſu lex facit maiorẽ: nec mirũ, ꝙ eadẽ perſona qñq; ut maior, qñq; ut minor cenſeaĩ, c.à collatione. de app.in 6. Reliqs eorũ rõnibus adhuc facilius rñdebitis. ¶ Glo.in uerb.cognitionẽ. Supplebiĩ negligentia ab illo, q̃ aliàs eſſet ordinarius uaſallorũ, ut hic ꝑ Ab. ¶ Addit Maria idẽ eſſe, ſiue uaſalli ſint laici, ſiue clerici. ¶ Sed aduerte, quia ubi cleric⁹ dñs feudi nõ recognoſcit ſeu dñ ab alio. Fateor, ꝙ ſui uaſalli adibũt ordinariũ pro ſupplotione. Vbi uerò clericus dñs feudi haberet alium ſuperiorem in feudo, habeo rem pro dubia. ¶ Primo namque uideretur, ꝙ ſuppleret negligentiam ille ſuperior laicus, aſſumpto fundamento Modernorum hic, ꝙ qui cognoſcit de appellatione, cognoſcat de negligentia, l.ſi.§.illud & ibi Bald. C.de tempo. app. Bar.in l.quamuis.de damn.infec. ſed appellaretur ad laicum, d.§.debet.in c. Romana.de app. in 6. Ergo, &c. ¶ In contrariũ facit id, quod dicit Abb.hic, & clariùs in c.cæterũm.in ult.col.ĩ.ti.pxi.ibi, ſi uerò nõ eſt ſuperior, qui in hac materia uideĩ negare, ꝙ cõpetens in appellatione, ſit cõpetẽs in negligẽtia. ¶ Pro quo facere poſſet, quia appellatio fieri debet ad maiorẽ ſed negligẽtia ſuppleri põt etiã ab alio, c.1.de ſup.negl. Ergo diſſerũt. ¶ Præterea ab eþo appellatur ad archiepũ, c.Paſtoralis.de off.ordi. & tamẽ eius negligentiam nõ ſupplet archiepſ.ut latè per Ab.ibi, & aliquid.ĩ.eo.c.ſanè. Et ideo cogitabis. ¶ Felonia domini non nocet eccleſiæ. Hoſt.& dom.
5 Ant.hic. ¶ Addunt † Moder.c.1.qui.mo.feu.amit. per quod dicit ibi Bal. ꝙ ubi duo fratres tenent feudũ indiuiſibile, negligẽtia unius in iuuãdo dñm palliatur ex diligẽtia alterius. ¶ Allegãt alia ſimilia bona, de quib.ꝑ eos hic, & latius in c.dilectus.de off.del. Adde in terminis do.Ant.poſt Io.An.in c.reprehẽſibilis.in 2.col.de app.& ibi Ab. in pc.col. Adde Bal. in c.1.§.dño cõmittẽte. ſi de feu. fue.cõtro. ubi dicit, ꝙ licet dñs cõmittẽs feloniã, q̃ in uaſallo digna eſſet priuatione, debeat & ipſe priuari directo dñio ut ibi: tñ hoc fallit in ꝓlato dño feudi, per regulam, delictum. Iſta limita, niſi feudum eſſet de menſa prælati. Ita do.Ant.& Abb.hic. ¶ Modos autem cognoſcẽdi mẽſalia, ponit gl.in cle.1.i uerbo, ad menſã de exceſ.prælat.om-

a Si clericus,] Adde in, ꝙ do. Ab.in c.At ſi clerici.de iudi.tenuit cõtrariũ in q.ult.in uer. Cõſidero enim clericos. Et iſta opi. eſt magis rõis, ꝙ clericus nõ ſit recõueniendus corã iudice laico: quam opi. & affirmant idẽ do. Alb. in c.nullus.ĩ.eo.in.1.not.& in c.1.de tor.ual.in 1.col.2.q.not.ꝙ cõſi. Adde, quod contra iſta opin.dom. Abacenit Io.An. in addi.Speã ti.de ceſſ.in addi.in §.1.

lat. omnes in c.2. de feu. maximè Imo. Et idem Imo. in c. ſuper. de reb. eccl. non alie. a cum concor. ¶ Contra clericum [2] falſum deponentem coram iudice ſeculari nullã poteſt pœnam ſecularis imponere Doctor. hic, Salic. in l. nullum. C. de teſti. addens, ſecus ſi hoc faceret coram eccleſiaſtico: quia ab eo puniretur etiam exemptus, per no. in c.1. de priui. lib. 6. Cum communi cõcordat Bal. in c.2. in 1. col. de cõfeſ. Ang. in l. ſi uacantia. uer. ſed tunc dubitatur de clerico. C. de bo. uac. lib. 10. Io. de Ana. in c.1. j. col. de crimi. falſi. Bal. in c. ſi clericus. de pac. tenen. quicquid dicat Fed. conſi. 135. quem ſequitur Pet. de Ancha. in regula, ea quæ. ſolio antepen. ibi, 22. quæro, de reg. iu. in 6. ¶ Declara ſecundum Innocen. Car. Ab. hic, niſi laicus cognoſceret de falſo. ut irritaretur depoſitio. ¶ Nec obſtat, quod iſtud uideatur computari inter pœnas capitales, iuxta dictum Bar. poſt antiquos, in l. transfigere. C. de tranſa. quia loquitur, ubi quis directè condemnatur de falſo, præcedente accuſatione: nos, ubi præcedente exceptione: quo caſu teſti, qui ad hoc non uocatur, nullum præiudicium conſiderabile infertur, c.1. de excep. in uerbo, ſufficit. quod importat aliud non oportere. Gloſ. not. in c. ſtatutum. in princ. in uerbo, Canonicis. quaſi in medio ibi, nec iſta decreta lis. de reſer. in 6. Ad idem c.2. in fi. de ord. cog. ibi, duntaxat non creditur. & ibi Abb. uerſi. crederem, quod ubi conuincitur. ſequendo Inno. hic. Et hinc eſt, quod ſententia lata contra producentem falſum teſtẽ, non nocet teſti. Bart. in l. denunciaſſe. §. quæritur. ff. de adul. Et iſta no. ¶ Limita ſecundum Car. hic. niſi clerico teſti opponeretur crimen eccleſiaſticum: quia etiam ad ſolum finem repellendi eũ ſecularis non cognoſceret, non fauore clerici, ſed propter naturam criminis: & ita dicit ſe conſuluiſſe, cùm fuiſſet oppoſita uſura. ¶ Verior eſt opi. quod in executione ſententiæ feudalis clericus uiolentari nequeat. ¶ Non obſtat dictũ Ang. in l. ſi. C. de iudic. ubi delegatus Papæ poteſt exequi contra laicos eccleſiæ ſubiectos, quia hoc non infert, quod clericus lædi poſſit. ¶ Nec dicit Imo. in c.2. de mu. pet. id quod referunt. Mod. ¶ Et not. bene uerba dom. Abb. hic, quod cõpulſio perſonalis licita pro recuperatione rei, intelligitur, ſcilicet prius poſſeſſæ. ¶ Quid autem, ſi eſſent quaſi poſſeſſa: puta, ſi alicui de collegio clauditur oſtium? Remittunt Mod. ad Ang. in leg. ut uim. ff. de iuſti. & iur. & uide do. Ab. optimè in c.1. in pe. & ult. col. de immun. eccle. ¶ Quòd autem liceat clericum armis terrere, tenuit Card. in cle.1. in prin. in 6. q. de pœnis. ¶ De † quo cogita propter Innoc. in cap. nuper. de ſenten. excom. & Bar. 8

in leg. licitatio, ni fallor. ff. de publica. ¶ Negligẽtia ſolius prælati in implemẽto cõditionis nocet eccleſiæ: quia res nõ eſt debita ante cõditionẽ, l. ſi quis hæreditatẽ. cũ ſi. ff. de hære. inſti. Ergo poteſt præiudicare in quærendis. Quo caſu ceſſat regula, relictũ. de re. iur. lib. 6. ¶ Secũda cõcluſio: ſecus in implemento modi: quia donatio præſupponitur iã perfecta. Vnde eſſet tũc nocere in quæſitis: quo caſu procedit d. regula. Vide do. Ab. in c. breui. in ult. col. de iureiu. ubi in propoſito aſſignat rõnem differentię. quia in cõditione ſatis eſt eã nõ impleri, etiãſi hoc ſit ſine culpa, l. in illa ſtipulatione. ff. de uerb. obl. ſed in diſpoſitione propter modũ nõ ſeruatũ exigitur mora, & ſic culpa: ideo tũc recurrit ad d. regulã, delictũ. ¶ Nec obſt. quod ſit dubiũ, an ceſſatio modi ſtatim reſoluat cõtractũ: quia in donatione facta eccleſiæ ceſſat hoc dubiũ: quia modus in ea appoſitus nõ cẽſet cã finalis. Tex. in c. uerùm, de cõdi. appo. quẽ do. Ab. ibi dicit, ſe neſcire alibi: & fuit põderatio Bal. in l. dictã. in ult. col. C. de cõdi. ob cau. dictis, fauore eccleſię inductum eſſe, quod in cõtractu innominato, ſeu datione ob cãm, nõ põt agi cõdictione ob cãm contra eccleſiã, per d. c. uerùm. Et licet Sal. dicat ibi, cogita: quia in dubio eccleſia utitur iure cõi, c. j. de alie. feu. tñ Lud. ſequitur Bal. in l. ſi pecunia. in prin. de condi. inde. quia rõ ſpecialitatis ẽ fauor eccleſię, d. c. uerùm. Et rõ rõis: quia donans, eccleſię, præſumitur pro cã finali conſideraſſe ſolã ſalutem animę. ¶ Limita hanc cõcluſionẽ, niſi in donatione eſſet adiectũ, quod mõ non ſeruato res reuertatur ad dñm. Tex. in d. c. uerùm. & no. prędicti. Et tunc reuertetur authoritate iudicis, ſm eos, niſi ultra hoc eſſet dictum, quod donans authoritate propria apprehendere poſſet. Hoſti. hic contra Inn. ¶ Hoc dictum Hoſti. ſequitur hic do. Car. dicẽs, ipſum de rigore uerum: quia ſi licet ita paciſci inter laicũ & laicũ, l. 3. cũ ſi. C. de pig. nõ apparet rõ, quare nõ ita cũ eccleſia. Ergo, dũ mõ malitioſe nõ faciat, ſed putãs rẽ incidiſſe in cõmiſſum, nõ uidetur apprehenſor eſſe ſacrilegus. ¶ Non ob. tt. de reb. eccl. quia hic non agitur de re alienãda, ſed ab eccl. auocãda, perinde ac ſi tradita fuiſſet ad certũ tpſ. Vnde ſicut eo finito licitè apprehẽditur, ita ceſſante mõ. Quę uerba latiſſimè reaſſumit do. Car. in c. ppendimus. ubi ſemper uide, de ſen. exc. Itẽ Bart. Bal. & Saly. in d. l. ſi quis curialis. C. de epi. & cle. Sal. in d. l. 3. in 10. q. quos allegat hic Mod. reprobato Fulg. in d. l. ſi quis curialis. licet pcedẽtia nõ allegẽt. ¶ Adde per Hoſ. Pet. de Anc. cõſi. 207. inci. dubiũ facit. Bar. conſi. 94. in fi. 1. col. inci. Dico partes iudicis eſſe tales. Recipit hoc dictum Hoſti. quaſdã neceſſarias declarationes. ¶ Prima eſt, cũ † modò negligentia pręlati habeat

2 *Contra clericum*] *Addr in pulcherrimam dubitationem ad q. iſtã tactam hoc per Fel. & quæro de tali dubio, nunquid delegatus, cui mãdata eſt cauſa ciuilis, poſſit punire teſtem de falſo, qui coram eo falſum depoſuit. Iſte eſt pulcher paſſus & ſubtilis pro parte affirmatiua. Facit regula l. nullum. C. de teſt. in uerbo, datam omnibus iudicibus poteſtatem. & ibi no. Bart. in 4. not. Fortius tenet glo. ibi, & Bald. ſequitur, quòd etiam clericus falſum teſtimonium deponens coram iudice laico, poteſt per ſecularẽ iudicem puniri. Sequitur Angel. de Aret. in tract. maleficio. in uerbo, falſario. & ad hoc benè facit text. in l. ergo. in uerſic. ſacratiſſimas ſedes. & ibi pulchrè Bal. C. de uſu. quamuis in hoc de clerico do. Abb. contrariũ teneat in c. eccleſia ſanctę Mariæ. de conſtitu. in uer. 3. habetur hoc argu. opinionum, & hic in iſto text. in uer. & ratio prædictorum. Ideo poſui hanc additionem, ſed omiſſis clericis. Ad idem eſt glo. not. in l. quæſitum. in uerbo, perpendere. ff. de teſti. Facit tex. in §. ſi uerò ignoti. in authent. de teſti. Ad idem facit regula, quòd iudex, qui non poteſt de cauſa principaliter cognoſcere, tamen poteſt incidenter, l. fin. C. ubi & apud quos. leg. quo mo. C. de iudic. etiamſi cauſa ſit ſpiritualis: quod intellige, ſi iudex eſt capax huius incidentis, c. tuam. de ord. cog. c. lator. qui filij ſint legi. Ad idem facit doctrina Barto. in l. hoc iure. §. aqua. ff. de aqua quot. et æſti. ubi per illum text. cum gl. decidit Bart. ut ibi per eum. Idem tenet Barto. in l. penult. C. ſi aduer. lib. Facit l. ſi liberti. C. de admin. tut. Pro eadem parte facit lex interdum. §. qui furem. quam Barto. ibi reputat ſingularem, ff. de fur. ubi iudex maleficiorum poteſt incidenter cognoſcere & pronunciare in cauſa ciuili, ſcilicet ſuper reſtitutione rei. Et iſtam partem in terminis noſtris tenuit Spec. in tit. de teſti. §. 1. uerſi. item, quod eſt corruptus. & in §. de teſtium. uerſi. ſed quia. Bald. in c. præterea. de offi. deleg. eandem opi. ampliat & amplectitur Fed. in leg. 1. §. qui mandatam. ff. de off. eius cui. circa fin. nullam de prædictis faciens mentionem nam dixit ſe putare, quòd delegatus non poſſit punire illum teſtem falſarium pœna ordinaria leges Corneliæ: quia illa eſt mera Imperij ſimpliciter, l. 1. §. fin. ff. de ſer. Ergo non pertinet ad ipſum legatum, ut no. d. l. 1. ff. de offic. eius. Sed bene poteſt illum extraordinariè punire, d. l. nullum. cum glo. Idem ante eum tenuit Ang. in l. quæreia. in ultim. col. C. de falſo. Et iſtæ ſunt rationes, & authoritates, quæ poſſunt adduci pro iſta parte affirmatiua, ex quibus quis poſſet facile induci ad ita iudicandum. Pro parte uero negatiua facit, quod uult Bart. in l. 2. & in l. magiſtratibus. ff. de iuriſdict. omn. iudi. quòd in delegatum non tranſit aliqua coercitio perſonalis quantumcunque minima. Ad idem facit, & fortius, quia delegatus non poteſt mulctare contumacem, l. 2. §. fi. ff. de iudi. Barto. & Doct. in l. 1. in prine. ff. ſi quis ius dic. non obtemp. Quanto minus ergo poterit punire corporaliter? Iſtã ſecundam opi. tenet Guil. de Cu. Alb. in d. l. 1. §. qui ma. quòd delegatus non poſſit punire teſtem deponentem falſum coram eo, niue eũ torquere, ſed debet remittere cum ad ſuperiorem, per d. §. ſi uerò ignoti. Idem tenet Alber. de Roſa. in d. l. nullum, in uer. item quæro an torquere ſi ſit minus ampe ... ff. de iuriſdic. omn. iudi. & ſimiliter dom. Alexã. in l. 2. eodem titu. Iſtam ſecundam opin. puto. uerio rem: pro qua allego. text. opti. in l. diuus Pius. & ibi Bar. not. ff. de ſal. & tex. in l. fin. C. quod ibi no. Bal. C. de ſer. & quod uult Bald. in c. ex parte. el ij. de reſcript. quòd ſi aliquis produxit falſum teſtem coram iudice delegato, debet eum cum fida cuſtodia remittere ad ordinarium, ut eum puniat. Iſtam partem ſequitur Imo. in c. dilecti. ne filius de pa. et in c.2. de fal. Ant. de Bu. in cle. & in c. ueniens. ut eccleſ. bene ſi. ſ. Aug. in tit. de teſte. §. opponitur in uer. ſed quod de delegato. Pet. de Anch. conſ. 174. incip. Circa primum dubium. Ang. in l. ſi quis obſeruare ff. de fal. in loquentes. C. de iud. in l. ſi uacãtia. C. de bo. uac. lib. 10. debet poſſe dici, quòd ſi dicta uera loquuntur, quãtum ad puniendum ordinariè. ſecum

ſecum negligentiam conuentus. Ita dom. Anto.in c.abbate. in fi.de uerb. ſig.dicens, hoc eſſe bene notandnm.Et tu caue:
9 quia ipſe hic contrarium uoluit, & minus bene. ¶Quid † autem.ſi eccleſia non habeat conuentum? Dic ſufficere negligentiam prelati,propter glo.in c.potuit.de loca.In gloſſ.magna, quaſi in medio ibi, niſi unus ſacerdos, quam dicit ibi dom.Ant.neſcire alibi,& ſequitur ualde Innoc.in c.edoceri, in ult. col.de reſcri.& Abb. in c.imperatorũ.de iura.cal.Item Spec.in tit. de procur.§.ratiõe quoq; cõſtituẽtis.uerſi.porro, ubi eſt in eccleſia unicus rector.& Ludo.in l.ſi uerò.§.de uiro. in 28.fallentia uerſi.nonò.probatur.ff.ſol.mat.uolentes, q̃ tã tum poſſit ſolus prælatus in eccleſia nõ collegiata, quantum prælatus cum collegio in collegiata.¶Secunda declaratio: dictũ Hoſt.non procedit in re conſecrata. Lud. pulchrè in authen.ſimiliter.uer.19.C.ad l.Fal.per c.cõperimus.13.q.6.cum concor.allegatis in regula,ſemel Deo.de re reg.iur.in 6.Ideo donator cogitur tunc ad æſtimationem,non ad rem, quæ facta eſt ſacrabilis, ſed non conſecrata.approbat dictum Hoſt. ¶Tertia declaratio:dum modò modi ſint honeſti.Rota de teſta.3.in antiquis,approbans & limitans ita.Hoſt.hic.Et exemplificat in pacto,q̃ eccleſia gubernetur ab alio,quàm epo:qa iſtud non ualet.Inno.in c.in Lateranenſi.in fi.de præb. quod ſequitur etiam Ab.in c.ad audientiam.lo 1.in penul. col.de eccl.edif.niſi eps conſentiret.Inn.ubi ſ.Cal.conſi.11.Nec ſucceſſor reuocauit:quia præiudicium nõ eſt graue.Mod.in c.requiſiſti.de teſta.dicentes,ſe ita obtinuiſſe.¶ Quarta declaratio:dum modò huiuſmodi pacta apponãtur in traditione rei: ſecus,ſi poſt.Patet ex dicto Bar.in l.quib.§.Termilint. in fi.de cond.& demõ.dum dicit,q̃ ſi eſt data libertas purè, non poteſt ex poſt apponi pactũ ſub pœna reuerſionis in ſeruitutẽ. per l.imperatores.ff. de manu.teſt.Ergo idem fauore piæ cauſę,iuxta dictum Bald. in c.ſignificauit. de teſt. quod retuli in c.cùm dilectus.de conſue. q̃ eccleſia libera nunquam recipit ſeruitutem, ſed ſerua bene poteſt effici libera:facit l. caueri. ff. commu.prædi.¶Quinta declaratio: dum modò pręcedat declaratoria.Abb.hic.Pro quo faciunt multa, quæ dixi in c. cùm non ab homine.de iudi.ubi ipſum allegaui: & eſt declaratio ſubſtantialis: quia laicus poſſet aſſerere euenitſe tempus apprehenſionis:& falsò:tamen Car.hic licet dicat hoc utile, tenet,q̃ ſi omitteretur apprehenſor,nõ eſſet ſacrilegus: quia uirtus pacti facit ceſſare,c.cùm ſecundum. de hęre. lib.6. Quod uerbum ſemper nota.¶Et dic.q̃ ſaltem, ubi eſſet notorium eueniſſe tempus apprehenſionis, procederet hæc ſecunda opi. intrepidè propter dicta in d.c.cum non ab homine. ¶Sexta declaratio: dum modò apprehẽſio nõ inueniat reſiſtentẽ:nã ſi inueniret,repellat medio iudice,nõ per ſeipſum, ut hic per Ab.& bene.Et iſta nota,quia nõ poſſent eſſe magis quotidiana. ¶Vltimò ſigna Inno. hic nõ reprobatũ in hoc, q̃ ſi baronniæ,comitatui,uel ſimili rei donatæ eccleſiæ annexa erãt quædã onera,cenſenť omnia expirare, ſi in donatiõe de ipſis nõ ſit mẽtio. Sequitur Bal.conſi.170.inci.Si aliqua poſſeſſio.¶Limita primò,niſi eſſet impoſita pręſtãtia reb.pro certis annis quib.non completis aliqua res peruenit ad eccleſiã. Nam ad reſiduum illius temporis tenebitur eccl.Ang. conſi. 206.inci.Inter ordinamenta. dixi in repe.c.eccleſia. de conſtit.in 5.q.¶Limita ſecundò, niſi eſſent onera merè realia & perpetua, ſicut tributa:non aũt perſonalia, uel mixta, ut collectæ,uel ſimilia.Bar.in d.conſil.175.ita intelligens c.1.in fi. de cenſi.quod facit,& eũ ſic intelligit Ab.ibi in fi.& in c. non minus.de immu.eccl.ubi uide.Voluit tñ Bal.in l.placet.C.de ſacroſ.eccle. q̃ hodie ſit correctum d.c.1. niſi in tributo principis: de quo dixi in d.c.eccleſia.q.6.¶ Hic Doct.tangunt q. utrùm, ſi uaſallus recognoſcat alium pro domino, præiudicet domino ſuo, Dic,ut per eos.

SVMMARIVM.

1 *Queſtio uſurarum an ſpectat tantùm ad iudicem eccleſiaſticum, an etiam ad iudicem ſecularem.*
2 *Inquiſitor hereſis eſt iudex competens in queſtione uſurarum.*
3 *Laicus tanquam arbitrator poteſt cognoſcere de uſura, etiam in queſtione iuris.*
4 *Iudex ſecularis põt punire ſymoniã: ũ lata ſententia ab eccleſiaſtico.*
5 *Item, materia iuramenti eſt fori eccleſiaſtici.5.6.*
7 *Vaſallus poteſt trahi coram iudice eccleſiaſtico ratione iuramenti,ut cognito ibi de iuramento,cognoſcatur de proprietate.*
8 *Laicus poteſt cognoſcere de nullitate abſolutionis à iuramento facta per eccleſiam.*
9 *Propter iuramentum defuncti hæres non eſt de foro eccleſiæ.*
10 *Iudæi heretici & excõicati ratione iuramenti, ſunt de foro eccleſiæ.*
11 *Item quid in crimine adulterij.*
12 *Adulter ſi eſt clericus, nedum ipſe, ſed etiam mulier, efficitur de foro eccleſiæ.*
13 *Quid in concubinatu.*
14 *Concubina clerici an ſit de foro ſeculari.*
15 *Deſponſatio facta ſine ſpe prolis, non uidetur eſſe matrimonium, ſed dicitur conubium.*
16 *Eccleſia poteſt ſe interponere de notorio crimine laici, nedum ut pœniteat, ſed etiam ut ſatisfaciat.*
17 *Epiſcopus uiſitans inquirere poteſt de omni crimine contra laicos.*
18 *Crimen blaſphemię an ſit de foro eccleſiaſtico.*
19 *Clericus ſodomita an ſit irregularis, & prohibitus ordinari, etiam poſt pœnitentiam peractam remiſſiuè.*
20 *Iudex eccleſiaſticus an poſſit incarcerare laicum pro criminibus, quæ ſunt de foro eccleſiaſtico.*
21 *Punitus de crimine in uno foro, an poſſit puniri in alio.*
22 *Clericus delegatus ordinarij laici an poſſit cognoſcere de quæſtione ſpirituali incidenter. De hoc uſque ad finem c.*

CAPITVLVM VIII.

CVM SIT. ¶Eccleſiarum malefactores utriuſque ſunt fori. ¶Regula,de qua hic, q̃ actor debet ſequi forum rei,ex diſcurſu tituli poteſt limitari diuerſimodè,ut hic per do.Maria.¶Adde, q̃ contra iſtam regulam non ualeret ſtatutum, Bar. in l.iuris ordinem.C. de iuriſdi.om. iudi. intelligendo, quando ſtatutum uellet, q̃ homo non ſuæ iuriſdictionis teneretur ibi reſpõdere: ſed inter ſubditos ſuos ſtatutum poteſt,quod uult. ¶ Item eſt alia limitatio, q̃ licet quis non poſſit compelli ſoluere alibi, quàm in loco promiſſo,l.1.ff.de eo,quod cer.loco. Fallit,niſi creditor ab illo loco eſſet,relegatus. Glo. & Bal.in l.uſuras.C.de ſol. ¶An, qui fugit ad hoſpitale,ſit tutus, ut ad eccleſiam? De hoc dixi in c. de quarta.de præſcript.ubi multa poſui, in quibus æquiparantur hoſpitalia & eccleſię. Et an quis puniatur duplici pœna, etiam dixi de hoc in c.de his.de accuſa. ¶Clerici in patrimonialibus utuntur hoc tex. Abb.hic: Mod.contrà: quia lex correctoria non extenditur. SOL. Fallit fauore eccleſię.Bart. in l.ſi conſtante.in princ.ff.ſol.mat.Allegant etiam alia non urgentia, & nõ reſpondent ad c.ſimiliter.16.q.2. Poſſet dici, q̃ loquitur in epiſcopo, ſicut in ſimili dicitur in c.dilecto. de arbit.¶ Sed obſtat c.ſi quis de potentibus.14.q.3.cui reſponderi non poteſt. ¶ De alijs autẽ caſibus, quibus patrimonialia clericorum æquiparantur eccleſijs, dixi in c. eccleſia.de conſtit.¶Glo.in uerbo,malefactores.Petitio debet fundari ſuper qualitate tribuente iuriſdictionem. Inn. hic ſingulariter. Vide Ang.conſi.6.incip.Lata ſententia.ubi dicit,q̃ ſtante ſtatuto,q̃ poteſtas exequatur ſentẽtias latas à conſulibus ex cauſa artis, non ſufficit: q̃ petens executionem dicat ſententiam latam à conſulibus, ſed oportet addere,ex cauſa artis: dicit eſſe ſingulare dictũ Inn.hic & incognitum Legiſtis.Vide Ange.conſi.27.incip.Quidam Victor.ubi dicit,q̃ nullus eſt libellus accuſationis, in quo homo non ſubiectus poteſtati accuſabatur de homicidio: non adito, q̃ occidit in diſtrictu poteſtatis:dicit eſſe ſingulare dictum Inn.hic.Hæc Mod.¶ Adde Ange.in l.ex quacunque.ſi quis in ius uoc. non ier.ubi uult,q̃ libellus porrectus coram iudice nõ generali, ſed certarum cauſarum,non exprimens aliquem de illis, non interrumpit præſcriptionem tanquã ineptus,iuxta l.ſi accuſaturus.ff. de adult Alleg.Inno. hic, quem ſequitur etiam Ang.in l.1.C. ſi à non comp.iud.Bald.in l.non ignorat.in princ.C. qui accuſ.& in l. præſcriptione.C.ſi contra ius. Arch.in c.in canonibus.16.q.1. ¶De qualitate autẽ fundante intentionem actoris, uide Bar. & omnes in l.non ſolùm.§. ſed ut probari.ff. de ope.nou.nun. Dixi poſt alios in c.in præſentia. de probat. ¶Ratione fraudis adhibitæ in factis eccleſiæ procedit etiam iſte text.Inn.& oẽs hic,etiamſi fraus non circumſeratur ad contractum,ſed accidat in poſſidente,ut hic per Abb. Adde Lapum alleg.59.ubi dicit, q̃ de fraude prælati ementis de bonis eccleſiæ ſub nomine tertij eccleſia cognoſcit. Item omnes Doct.in c.inquirẽ. de pecu.cleri. ¶Modos autem probandi illam fraudem ponunt ibi Moder.in ſua repet.& Lapus allega.66.incip.propo.

nit clericus. ubi dicit, q laicus moleſtans clericum per uiolentiam in poſſeſſione fundi, poteſt conueniri coram eccleſia, licet adhuc rem non ceperit, nec inuaſerit: quia uerbum, Malefactores. capitur hic large, & quia turbatio poſſeſſionis per uim parum differt ab oppreſſione. Idem dom. Abb. pulchrè in c. conqueſtus. in 3. no. infra eod. ¶ Excommunicatio eſt ſignum iuriſdictionis eccleſiaſticæ. Lapus d. alleg. 59. de qua exclamat hic Abb. limitans, ut per eum, quem Moder. reprobant per l. 3. ff. de mili. teſt. cùm ſi. ubi actus tribuitur potentiæ firmiori. Ergo potius dicitur excommunicare, ut iudex, quàm ut pars. Reſpondet etiam ad c. dilecto. de ſen. excom. quòd ibi etiamſi uellet, non poſſet excommunicare, ut iudex, per no. in c. cùm ueniſſent de iudi. ¶ Eccleſia reſtituetur in integrum in foro eccleſiaſtico. Innoc. hic ſingulariter: & eſt limitatio ad l. 2. C. ubi & apud quem. ubi reſtitutio petitur coram iudice lædentis. ¶ Amplia etiam in clerico reſpectu patrimonialium, per c. conſtitutus. de reſti. in integr. Sed reſpondent Moder. quòd ibi emptor erat clericus reiectis ſolutionibus. Imol. ibi, tanquam diuinatiuis, dicit, quòd etiam iſta diuinatiua eſt. Vnde tene ampliationem, quam tenet Abb. ibi in 1. colum. & Arch. in d. c. in canonibus. Lud. in ſingu. 114. incipien. quid ſi eccleſia læſa. Et dum dicit Innocen. eccleſiam utentem iure ſpeciali poſſe agere coram eccleſiaſtico, infertur, quòd coram eodem poteſt uti canone, Redintegranda. quod ſentit gloſſ. pen. in fi. in c. cùm dilectus. quod met. cauſa. quam dicit Abb. ibi in pen. colum. ſe neſcire alibi. Item infertur, coram quo petet reductionem ad arbitrium boni uiri. In quo uide Pet. de Anch. in regula, ea quæ. de reg. iur. in 6. q. 17. dicentẽ, ſe diſputando concluſiſſe, q corã illo petatur, corã quo cauſa erat agitãda ceſſante cõpromiſſo. Remittit hic Maria. ad diſput. do. Ant. de Prato ueteri, incip. Marcobaldus: Placet opin. Abb. hic, quòd ſi allegatur dolus ex propoſito, uel re ipſa, ut magna læſio, poſſit agi coram eccleſiaſtico. ¶ Et adde iſtis, quòd oppreſſor eccleſiæ non deſinit dici oppreſſor, licet moneatur ex ſententia notoriè iniuſta. Abb. in c. expoſita de arbit. per illum tex. quem dicit ſingularem. ¶ Et adde, quòd uiolantes conſuetudines utiles eccleſijs, poſſunt coram eccleſiaſtico conueniri. Ioan. de Anan. in c. ad Apoſtolicam. de ſymo. per illum text. ¶ Vltimò hæc omnia guſta perpetuò ſic. Nam licet communis opinio ſit, quòd de re eccleſiæ agendo rei uend. ſecularis eſt adeundus, ut dixi contra Abb. ſuprà eod. c. ſi clericus. tamen attento, quòd de nullitate contractus & omni fraude in eccleſiam commiſſa dici poteſt coram eccleſiaſtico, ut eſt dictum, non remanet illa cõmunis opin. mirabilis: & quòd ſit tenenda. ultra ibi dicta patet: quia ſi uera eſſet opin. dom. Abb. ibi, qui ſolus eſt. eſſent fruſtratoria omnia prædicta dicta Innoc. hic, cuius ſequaces præſupponunt cum eo, quod regulariter de re eccleſiæ, uel clerici, laicus conueniatur coram ſeculari, præter quàm in caſibus prædictis habentibus rationem ſpecialem ſacrilegij, uel quaſi, quam non habent omnes alij caſus, ut in actione depoſiti, & ſimilibus, de quibus aliquid dixi poſt Imol. in d. c. ſi clericus. Et hæc nota, quia mirifice ſeruiunt. ¶ De multiplici ſacrilegio, uide ſemper Card. in clem. 1. in princ. de pœ. Propriam ſignificationem ponit tex. in §. ſacrilegium. 17. q. 4. Vide Innoc. in c. cùm pro cauſa. in uer. ſacrilegium. de ſenten. excom. & ibi dicit, quòd pro ſacrilegio large non imponitur excommunicatio: intellige, à canone, ſed ab homine data contumacia ſecus. ¶ Et adde Archid. in cap. non perpetuum. 24. q. 3. ubi notat illum tex. quòd excommunicans iniuſte ſacrilegus eſt. ¶ Signa Abb. contra glo. in c. cùm multæ. 17. q. 8. quam ut intelligas, uide melius ipſum in c. 1. ibi, ergo ſic diſtinguerem. de treu. & pace cum concord.

1 ¶ Reſpectu † uſuræ [a] ſunt tres opi. Prima,
2 quòd cognitio eſt ſemp eccleſiaſtica. Bald. in l. quoties. C. de iudic. niſi eſſet quæſtio de ſolo calculo. Petr. de Ancha. in clem. 2. de iudic. Bal. in apoſtillis 6. in tit. de uſur. Lapus allegat. 56. Imol. hic, & glo. de quibus per Abb. ¶ Secunda, quòd ſemper ſit mixta. Salic. in l. eos. §. fin. C. de uſur. quia ſicut olim ante iura Canonica ſecularis cognoſcebat de immenſis uſuris, quia illicitæ: ſic hodie, cùm omnes ſint illicitæ & refer t ſtatutum Bononienſe dictatum ſuper hoc à Canoniſtis. Item Gaſpar. Cald. conſil. inter conſilia Petr. de Ancha. 235. incipien. Inhærendo. dicens, patrem ſuum de hoc allegaſſe caſum in c. poſt miſerabilem. de uſu. Idem Archi. in c. quid dicam. 14. q. 4. Iſtam ſequuntur Mod. rationibus non urgentibus, & tranſplantatis pluribus deciſionibus extenſis per Ioan. de Ana. in d. c. poſt miſerabilem. ordine ſuo non mutato. ¶ Tertia opinio. Quòd cognitio eſt mixta ſolùm, ubi eſt quæſtio facti. Barto. in locis allegatis ab Abb. Bald. in c. 1. §. ſimiliter. de controu. inueſti. & in d. l. eos. §. fin. Imol. in l. Titia. & ibi Ludo. ſolenniter exclamans de d. c. poſt miſerabilem. cui Mod. diuerſimodè reſpondent. Poſſet quis clarius reſpondere, quod ibi aditur ſecularis in ſubſidium, ſicut etiam in decimis, c. poſtulaſti. de homi. quæ tantummodò ſunt merè ſpirituales, ut d. §. prohibemus. Hanc opin. tenet Imol. in d. clem. 2. de iudic. & in clem. 1. de uſur. & ibi Cardi. q. 11. & Domin. in c. 1. de uſu. in 6. ubi ſemper uide. Et Feder. conſi. 96. inci. Apparet quædam l. dicens, hæc originaliter fuit doctrina Ioan. And. in d. c. tuam. de ord. cogni. ſubdit, quòd eo caſu, quo ſecularis cognoſcere non poteſt, nec etiam ſtatuere poſſet: & infert contra ſtatutum Peruſinum, uolens certum contractum haberi pro uſurario: & idem ſequitur Paul. de Caſt. conſil. 69. & opin. iſtam tenet etiam Pet. de Ancha. in d. regula, ea quæ. uerſi. 2. quæro. ibi, ego ſaluo iudicio. & domi. Anto. Card. & Abb. in d. c. tuam. & Bald. in l. filium. ff. de his, qui ſunt ſui uel alie. & in authentic. ei, qui. C. de bo. autho. iudic. poſ. & in locis propè allegandis. ¶ Ab iſta tertia opin. non eſt tutum diſcedere, ut patebit, quando hæc loca diſcurres. ¶ In quibus collige hoc generaliter, quòd ubi de quæſtione eccleſiaſtica uerſatur ſola quæſtio facti, ſecularis, non eſt incompetens: putà, ſi diſputaretur, utrùm mulier fuerit deſponſata, uel non? non dico, utrùm potuerit deſponſari? Circa quod ultimum, & etiam in ea materia not. ſex neceſſarias declarationes. ¶ Prima declaratio. in materia merè eccleſiaſtica nulla prorſus cognitio cadit in laicum. Ita loquitur c. ſi iudex. de ſenten. excom. in 6. & cap. ut inquiſitionis. §. prohibemus. de hæret. lib. 6. Ita Pet. de Anchara. in d. regula, ea quæ. ¶ Secunda declaratio. Vbi materia non eſt talis, dato quòd eſſet dubium iuris, poteſt ſecularis per confeſſionem & de plano informari. ¶ Aureum eſt dictum Specul. in titu. de reconuen. §. 2. uerſicu. ſed nunquid. el j. quem commẽdat. Bald. in dicta lege Titia. & in præludijs huius ſecundi libri, & in l. non ignorat. in fin. C. qui accuſa. & in d. l. filium. & in d. lege quoties. & in l. omni nouatione. C. de ſacro ſan. eccleſ. Idem Archidiac. in cap. frequens. in fin. 54. diſtin. & in d. c. ſi iudex. prope princ. quamuis reſpectu illius ca. non bene dicat, ut ibi per Domi. poſt Ioan. And ad fin. princi. quia fuit factus ille text. ne procederet regula c. ſuper literis. de reſcri. cum concor. per quas erat ibi ratio dubitandi. ¶ Ex quibus ſubdit hic Aret. quòd ſi ſeculari conſtat notoriè de uſura per confeſſionem partis, poteſt ſuper ea pronnunciare. ¶ Sed intellige, dum tamen non principaliter, ſed per modum cauſæ, ut pulchrè per Bald. in l. unica. §. ad hæc. C. de Lati. liber. tol. putà, condemno te ad 10. indebitè ablata ex fœnore. ¶ Non obſtat c. at ſi clerici. de iudic. ubi confeſſio coram incompetenti non ualet: quia hic ceſſante diſceptatione & conſtito de uſura, non eſt incompetens: modò, ubi eſt confeſſio ceſſet diſceptatio: Ergo, &c. Ita eſt de mente Bal. in d. l. quoties. & intellige, ut dixi, ubi quæſtio alias eccleſiaſtica incidit corã ſeculari in cauſa temporali: quia de ipſa incidenti cognoſcere poteſt modo prædicto. Pronunciabit autem in principali, & incidens uenit ut cauſa. ¶ Vbi uerò principalis quæſtio eſſet eccleſiaſtica mera, & eſſet quæſtio iuris, non credas, quòd de ipſo ullo modo poſſit ſecularis cognoſcere, per dicta iura: quia eſſet fruſtratorium, ex quo de ipſa iudicare non poteſt, nec confeſſio tunc facit eum competentem. Et ita declarat Petr. de Anchara. in d. regula, ea quæ. uerſic. quartò quæro. Ad quem præ cæteris ſemper recurre. ¶ Tertia declaratio. Poteſt ſecularis cognoſcere de iſtis in cauſis ſummarijs, ſeu extraordinarijs Bald. in l. 3. C. de Carb. edicto, & in d. l. filium. & in d. authen. ei, qui. ibi, quæro, qualiter. poſt Spec. in titul. de primo decreto. §. reſtat. uerſicul. quid ſi agatur. dum dicit, quòd ſi agitur de primo decreto, & filius negat ſe in poteſtate patris, poteſt ſecularis cognoſcere de filiatione, non obſtante c. tuam.

a *Reſpectu uſuræ] Adde tu, q repetitio uſurarum fieri poteſt in foro ſeculari, Card. in cle. 1. 18. q. de uſur. quem uideas omnino. Adde Paul. de Caſt. & Alex. de Imol in l. ſi non ſortem. in princ. ff. de cond. indeb. qui dicũt, quòd de conſuetudine uſuræ non repetuntur, niſi in foro eccleſiaſtico.*

tuam. de ordine cognit. quia iſte proceſſus non eſt ordinarius. ¶ Vbi autem proceditur ordinariè, attenditur, an ſit quæſtio iuris, uel facti. Et hoc eſt practicabile in palatijs in omnibus cauſis ſummarijs, ſecundum Bald. in d. authen. Sed iſta declaratio non eſt tuta: quia contrarium ſentit Ioan. And. in tit. qui fil. ſint legi. §. 1. uerſi. competit. Et Canoniſtæ eam non admitterent, ſecundum But. in d. c. tuam. in ultima columna, & ſentit ibi Abb. ¶ Quarta declaratio & optima. Quòd, ubi conſtat ſeculari, quòd per calumniam opponitur talis exceptio uſuraria, uel ſimilis remittenda ad eccleſiaſticum, non tenetur remittere, nec proceſſum ſuum turbare propter ambages. Ita Bald. in l. 1. in fin. C. de ſenten. quæ ſine certa quantitate, & dicit Salic. in conſi. incipien. In quæſtione uertente in caſtro Argente. ſe uidiſſe conſultum per Ioan. Cald. & Ioan. de Lig. quòd poteſt ſecularis huic opponenti ſtatuere terminum, in quo producat coram eo, quæ uult probare coram epiſcopo: & uidens ea non obſtare, procedet ad ulteriora. Vide Bal. in l. de die §. iubetur. in lectura antiqua, ff. qui ſatiſd. cogan. cum quo tranſit ibi Pet. de Anch. Quòd ſi remiſſus ad curiam epiſcopalem ſuper talibus incidentibus eſt ibi in mora, poteſt ſecularis procedere ad ulteriora. Pro hoc, quia moroſus allegans pendentiam litis, non auditur. Bart. in l. ubi ceptum. ff. de iudic. & in l. ſepulchri. ff. de ſepul. uio. & in l. quamuis. ff. de dam. infec. Et eſt cautela, quòd ſecularis faciens huiuſmodi remiſſioné, præfigat remiſſo terminum, in quo ſe curiæ epiſcopi præſentet. Bart. in l. præſes. C. de appel. per illum textum, & in l. 2. ff. de re iudic. & in l. præſes. C. de iudic. & Ange. in l. 2. §. Sed ſi dubitetur. ff. de iudi. Et ſi ille fuerit in mora, poterit ſecularis procedere arg. d. l. præſes. & c. perſonas. de appe. quæ perpetuo no. ¶ Non tamen poſſet ſtatuere terminum, intra quem remiſſus debeat ſe expediuiſſe, ut per Bar. in d. l. 2. Nã iſtud eſſet potius arctare eccleſiaſticum, quàm partem, iuxtà c. ex inſinuatione. de appel. ¶ Hodie tamen curia epiſcopalis per inhibitionem cum cẽſura multum obuiat talibus practicis, ſed non ſemper iuſte. ¶ Quinta declaratio. Etiam de conſenſu partium non poteſt ſecularis cognoſcere, ubi eſt quæſtio iuris, niſi lata per epiſcopum ſententia de eius mandato, uelit exequi, & etiam ſine mandato uictore ſtante. Ita
2 Bald. in rub. de iudic. ¶ Sexta † declaratio. Inquiſitor hæreſis eſt competens in facto uſuræ. Bald. in l. 1. §. ad hæc. de pace iur. firm. in uſibus feud. dicens, hoc ualde gratum eſſe inquiſitoribus. Intellige ſanè reſpectu fori pœnitentialis, non autem iudicialiter. Text. eſt in c. accuſatus. §. de quæſtionibus. de hæret. lib. 6. Pulchrè Feder. conſi. 157. incipien. Alexander epiſcopus. & Cald. de hæret. conſi. 2. ſaluo, niſi quis aſſereret uſuram non eſſe peccatum: quia tunc iudicialiter procedi poteſt, ueluti contra hæreticum: cle.
3 1. §. cæterum de uſu. ¶ Septima † declaratio. Laicus [a] tanquam arbitrator cognoſcere poteſt de uſura, etiam in q. iuris. Pet. de Anch. ſolenniter conſi. 98. incipien. Iſtam quæſtionem dubiam facit. uolens, quòd c. contingit de arbitr. non procedat in arbitratore. Idem Petrus de Anch. conſi. 34. incipien. in hac cauſa Ludon. ¶ Non obſtat cap. ſuper eodem. de tranſact. & cap. niſi eſſent. de præben. ubi de ſpiritualibus nõ ſit tranſactio: quia uerum de ſpiritualibus, quæ ſunt in manu clericorum, ſed de decimis & ſimilibus poſſeſſis à laicis ſecus. Vel aliter, ſecundum Ioan. de Ana. in d. c. poſt miſerabilem. licet non poſſit tranſigi, ubi aliquid datur, uel recipitur, poteſt tamen amicabiliter componi. Et adde, quòd arbiter eſſe non poſſet Laicus in hac materia. Lap. alleg. 55. incipien. quidam coram iudice. Imo. in c. innotuit. de arbit. Pau. de Caſt. conſi. 69. in princ. Abb. in d. c. contingit. in prima columna. Cuius dicta intellige ſecundum prædictos, quos non uidit, quando dixit ibi, quòd ille textus procedit in arbitratore: cuius contrarium tenet etiam Baldus in c. 2. in ultima columna. de iudic. uide Abba. conſil. 64. ibi, ad tertiam obiectionem. in primo uolu. Vltimò uido

a *Laicus] Adde, quòd ex iſtis uidetur, quòd poſſit compromitti in Laicum tanquam in arbitratorē de re ſpirituali: quam opi. tenuit Specu. in titu. de arbitr. §. reſtat. uerſicul. item ſententia excommunicationis. Pau. de Caſtr. conſil. ſuo 71. Bald. in c. ſacro. de elec. Lu. de Rom. conſi. ſuo 269. incip. in propoſita conſultatione: Lapus alleg. 171. domi. Alex. in lege Titia. ſol. matr. Et quòd de quacunque re ſpirituali poſſit compromitti, adde in terminis Bald. propriè loquentem de quacunque cauſa ſpirituali, in titulo de pace Conſtantiæ. in uerſi. poſſe. Bald. in lege cum allegas. C. de uſur. Adde, quòd credo, quòd iſtud habeat locum in rebus, quas clericus poteſt alienare: quia compromittere poteſt in arbitratorem: ſed ſi alienare non poteſt ſine ſolennitate iuris, non poterit compromittere. De quo uide dom. Abb. & alios in cap. cum tempore. ſupra de arbit. Adde, quod dom. Abbas in c. contingit. de arbit. in princ. tenuit, quòd de re ſpirituali in laicum compromitti non poteſt.*

Angel. in diſputa. incipien. Aſtenſis miles. in fi. ubi dicit, quòd ſecularis cogere poteſt reſtitui uſuras ab epiſcopo adiudicatas. Et adde Paul. de Caſt. conſi. 229. uſque in fin. ubi latè ſequitur tertiam opinionem de qua ſuprà intelliges. Bald. in dicta lege quoties. non prout uulgus, ſed quòd quatenus dicit quæſtionem facti de uſura ſpectare ad epiſcopum, intelligitur uolente actore, ut ibi per eum. Et de iſtis fieri poſſet longa repetitio. ¶ Et uìdi certari, ſi Laicus ordinarius delegat cauſam temporalem clerico, & incidat quæſtio uſuraria iuris, an clericus poſſit cognoſcere? Et uidetur, quod non: quia iuriſdictionem habet à ſeculari, & à lege, quæ non poteſt diſponere incidenter. Dic contrà: quia ratione incidentiæ, qui eſt incompetens, efficitur competens, c. cauſa. de reſtit. in integ. l. cùm proponas. cum gloſ. C. de rebus cred. cum ſimi. ¶ Non obſt. c. cùm tua. de ordin. cogn. quia loquitur in eo, qui etiam, eſt incapax. Si clericus non eſt incapax iuriſdictiõis ergo quę datur à lege, non eſt illa, quę tribuit ei cognitionem ſed incidentia iuncta cum capacitate. Quod ſubtiliter not. ut non tactum. ¶ Ioan. de
4 Imo. hic † dicit, quòd ſecularis põt punire ſymoniacum lata ſententia ab eccleſiaſtico. Quem ſequitur Ioan. de Ana. in rubr.
b de ſymo. ¶ Materia [b] iuramenti eſt fori eccleſiaſtici, non ſecularis. Gloſ. hic. & in c. prædicandum. 22. q. 1. Hoſtien. in c. tuam. ſuper ulti. colum. de ordin. cogn. aliquid Abb. in c. ſignificante. in 1. not. de pign.
* omnes * in cap. uenerabilẽ. de elec. ¶ Amplia concluſionem ex quotidiana doctrina Bald. in lege ordinarij. in prima columna. C. de rei uen. ubi dixit, quòd ſi quis dicturus contractum uſurarium petat abſolutionem iuramenti coram epiſcopo, & ſolutus eſt acturus poſtea de ſimulatione, uel uſuris, neceſſariò habet agere in eadem curia, non in alia: quia idem debet eſſe iudex præparãtis, qui præparati. ¶ Opti
5 mè † facit conſilium Cald. de quo in 2. ampliatione primę limitationis ſequentis.
6 ¶ Item † facit l. cum uendente. C. ubi cauſa ſiſ. & quod ibi Baldus. & l. minor 25. annis. in fi. princ. ff. de euic. & hoc dictum ſequitur Paul. de Caſt. in l. 2. C. ubi & apud quem. & in d. lege ordinarij. & dom. Bapti. de ſancto Seueri. Doctor. Moder. in ſolenni repet. l. omnes populi. uerſic. hæc uidentur uera. inſerens, quod qui coram uno iudice intentauit l. diffamari. non poteſt per actorem, qui ſtimulatus, uult agere, conueniri in alio iudicio. Tamen in hoc ultimo aliter tenet Mar. in c. penulti. in uerſic. 12. quæro. infra eo. quia iudex aditus ex d. lege, ſolum ſtatuit terminum uolenti agere. Vnde intelligitur, ſecundum quod poteſt agere. Tamen primum ſubſtantialius. Et pro iſta ampliatione eſt fortè gloſ. peregrina in c. parochianos. in glo. fi. ad fi. ibi ſed hoc intellige de ſententia excommunicationis non ſolita allegari. ¶ Hanc ampliationem ſequitur Paul. de Caſt. conſil. 69. limitans, niſi ipſi petenti abſolutionem eſſet iam per partem relaxatum iuramentum: quia cum expirauerit iuramentum, ceſſat cauſa iuriſdictionis eccleſiaſticæ: argum. gloſ. in c. cùm plures. de offic. deleg. in 6. ¶ Recipit dicta regula 7. limitationes. Prima, niſi agatur, uel excipiatur de iuramento omiſſa

b *Materia] Adde tu, quòd pulchrum eſt uidere, an citra Papam alij prælati poſſint de hoc iudicare. Adde, quòd unanimiter doctores in c. uenerabilem. de electione quæ ponderant illum tex. ibi, ad noſtrum iudicium pertinere. ubicunque dubitatur, an iuramentum ſit licitum uel illicitũ. Et ſic uidetur, quòd non ſolum princeps ſecularis ſit exclusus ab iſta cognitione, ſed etiã alij prælati de hoc iudicare. Adde pro ueriori intelligentia, quòd inuenio Specu. in titu. de leg. §. nunc oſtendendum. in uerſi. 24. dicentem, quòd etiam epiſcopus poteſt interpretari iuramentum. Et ad tex. c. uenerabilem. de elect. reſpondet dupliciter: primò, quòd ille textus procedit in negocio arduo, & inter magnas perſonas: ſecundò, quòd procedit ille text. quando Papa uult dare licẽtiã cõtra ueniendi iuramento ſine permutatione in melius quæ tene menti pro limitatio*

tatione illius text. d. c. uenerabilē. Et pro illo opi. Spe. ui de Innoc. & dom. Raph. in c. debito res. de iureiu. & in c. cùm ueniſſent. de iudi. in 2. colu. in uerbo, ad prædicta uide.

diſputatione , an ualeat , uel competat
abſolutio, ſed ſolùm, ut obſeruetur:
quia tunc eſt mixti fori. De ſeculari pa-
tet in c. licet mulieres. de iureiur. in 6. Vn-
de dicit Abb. in c. ex literis. lo 2. in 4. oot.
de ſpon. ꝙ pro implemento ſponſalium iu
ratorum adiri poteſt ſecularis: de eccle-
ſiaſtico eſt c. fin. de foro compet. in 6. Vnde
Imo. in c. cum contingat. in 10. char. uer. cir
ca ſecundam ſpeciem. de iureiu. tandem fir
mat, optionem dari actori, coram quo uo-
lit iurantem conuenire: quod putat utile propter iuramentū
ſæpe interueniens in contractibus laicorum. Et ideo Abb. in
c. cùm ueniſſent. de inſt it. ſignat cautelam apponendi iuramē
ti, ut duplicetur forum. Idem Bal. in l. 1. in fi. C. de rebus cred.
¶ Hanc limitationem amplia dupliciter: primo, etiam in ca-
ſu, in quo de iure ciuili iuramentum eſt inefficax, quia etiam
coram ſeculari agi poteſt, per rationem ſuam, quam ſequitur
Abb. Contrarium tenet hic Imo. ſicut diximus, ex nudo pacto
coram ſeculari non agi. Tamen reſponderi poteſt, ꝙ canon
ratione pacti ita militat in fore ſeculari, ſicut in eccleſiaſtico.
Ita ex iuramento agetur ex canone. Amplia ſecundò, etiam
7 ſi eſſet materia feudalis: quia † ratione iuramenti poteſt ua-
ſallus trahi ad forum eccleſiæ, adeo ꝙ cognito de iuramento
ibidem cognoſcetur de proprietate feudi. Ita Cald. hoc titu.
conſi. 2. dicens. eſſe caſum directum in cap. nouit. de iud. Facit
optimè. quod no. Bald. in c. imperialem. §. fin. de prohib. feud.
alie. Dicens, caſum feudalem non deciſum in feudis. debere
decidi canone, non l. ratione iuramenti. ¶ Conſidera, utrùm
per iſtas rationes ordinarius ſecularis aditus pro obſeruan-
tia iuramenti erit etiam iudex & in feudo: quod in ſimill præ
parato, & uidetur, ꝙ ſic. ¶ Limita ſecundò. niſi agitur ad pœ
nam periurij, quia uterque competens eſt. patet in c. nouit. iū
cto c. rex debet. 23. q. 5. no. Lud. conſi. 52. ¶ Limita tertiò, niſi
agatur de compellendo recipientem turpe iuramentum, ut il
lud relaxet, iuxta c. 1. de iureiu. quia hoc facere poteſt etiam
ſecularis. Ita Lud. in ſing. 491. uerbo. iuramentū Dicens, idem
tenere Fede. conſi. 166. quod nondum reperi: & eſſe rationem
opti. quia ſicut poteſt cogere, ut licitum ſeruetur, ita ut turpe
relaxetur: & tenentes contrarium dicit eſſe in magna igno-
rantia: Dubito: quia obſeruatio & relaxatio non procedunt
à pari. Nam in prima non requiritur cauſæ cognitio uiden-
do, ualeat, an non. Nam ubi requireret, ſecularis eſſet incōpe
tens, ſed in cogendo ad relaxandum iuramētum exigitur ne
ceſſaria cognitio. Et iſta cùm ſit iuris, non competit ſeculari,
ſecundum omnes. ¶ Limita quartò, niſi ſecularis uellet decla
rare, quem incurriſſe periurium, quando de hoc non eſſet du
bium. Ludo. ſing. 414. incipien. Ego coram magnificis, domi-
nis licet quidam beſtioli dubitarent, ſecundum ipſum. Moue
tur, quia l. ſecularis non punit periurium: l. ſi quis maior. cum
fi. C. de tranſact. Ergo etiam declarare poteſt, quia eſt decla-
ratio facti: ſecus, ubi eſſet dubium, per c. uenerabilem. de elec.
8 ¶ Limita quintò, niſi † ſecularis uellet cognoſcere de nullita
te abſolutionis factæ à iuramento per eccleſiam: quia po-
teſt, nec tenetur eam ſequi iniuſtam, uel nullam. Pet. de Anc.
multum ſolenniter conſil. 382. incipien. Retento ordine du-
biorum, per multa, maximè ex dictis Ioan. Andr. in c. cùm in
iure. de offic. deleg. & in c. 1. de offic. ordin. Quod iudex ſecu-
laris non tenetur exequi præceptum eccleſiaſticiꝭ de cuius
iniuſtitia ſcit, uel ſuſpicatur. Facit dictum Bartol. in l. diuus.
ff. de cuſt. reo. Nō dico reſpectu exēpli, in quo errauit, per d. §.
prohibemus, ut dixi in c. 1. de offic. ordin. ſed reſpectu doctri-
næ, quæ eſt quòd ſecularis poteſt reuidere proceſſum, quem
ab epiſcopo iubetur exequi. Reſpondet ad c. fi. de excep. in 6.
quod fallit in ſententia euidenter nulla, uel iniqua: & hoc
non ſemper. Nec ob. huic limitationi c. Paſtoralis. §. quia ue-
rò de offic. deleg. quia reſpondet Ioan. An. in locis ſuprà al-
leg. quòd procedit in executione commiſſa inferiori: ſecus,
ubi par requirit parem, prout hic ordinarius ordinarium:
quo caſu ſecus eſt, per c. 1. de offi. ordin. in uerbo, Deo placita.
9 quę no. ad d. §. quia uerò. ¶ Limita † ſexto in hærede iurantis:
quia propter iuramentū defuncti hæres nō eſt de foro eccle-
ſiæ. Ioan. Andrea. optimè in c. fi. de ſepul. Sequuntur But. &
Abb. hic: Domi. in c. fin. eodem titu. in 6. per illum textum
in uerſicu. à ſe. & quia reſpectu obligationis ad periurium,
iuramentum eſt perſonale ex parte præſtantis. Innocen. &
omnes in c. ueritatis ſuper gloſ. fi. de iureiuran. & probatur
rationibus, de quibus ibi per Abb. Eſt uerum quòd ex
obligatione defuncti tenetur hæres, d. c. fi. de ſepul. Sed
non ſequitur, ꝙ illaqueari poſſit ad periurium: Ergo ceſſan-
te peccato, ceſſat qualitas inductiua fori. Vide Pet. de Anch.
conſi. 254. incip. Quia quæſtio eſt dubitabilis, ad fi. ubi ex hoc
dicit egregiè limitari l. hæres. in prin. ff. de iudic. ꝙ hæres nō
mutat forum defuncti. ¶ Fallit, ubi forum concernit alia ſpe-
ciali ratione defunctum. Vnde infert poſt multa, ꝙ ſtatutum
repellens P. uſurarium ab agēdo, non repellit hæredem: quia
licet fingatur eadem perſona, tamen qualitas execrans per-
ſonā defuncti non execratur hǣredem. Vide Bal. in l. generali
ter. in ult. col. C. de reb. cred. qui dicit, ꝙ licet robur cōtractus
iurati, uel deciſio litis tranſeat in hæredē, non tamen reatus
periurii, per tex. ibi in uerbo, multum diſcrepat ſacramētum
hæreditarium a principali ſacramento. & ſequitur Sali. ibi, &
in authen. ſacramenta. in pen. col. C. ſi aduer. uen. dicens poſt
Bald. ibi, ꝙ reſpectu principalis fori iuramentum non tranſit
in hæredem. Et ideo dicit Flo. in l. ſi pactum. ff. de proba. ꝙ hæ
redes iurantis fidelitatem tenentur innouare iuramentum:
quia ius ſpirituale non tranſit de anima in animam. Alle. In-
noc. in c. ueritatis. de iureiu. ¶ Amplia etiam, ſi defunctus iu
raſſet pro ſe & ſuis hæredibus. Bal. in c. 1. de iureiuran. Pro-
pterea dicit Bal. & Salic. in l. 3. C. plus uale. ꝙ hæres reſciſſu-
rus illicitè iuratum non habet petere abſolutionem à iura-
mento, prout habuiſſet teſtator, cum quo extinctum eſt uin-
culum iuramenti: intellige ſpirituale, ſecus in temporali, pro-
pter glo. fi. in c. quamuis. de pact. in 6. Nec dicas, quare poteſt
quis obligare ſe regi & ſucceſſoribus, & non ſe & ſucceſſores?
quia reſpondeo, ꝙ de ſe poteſt, ut uult, non de herede. Vnde
Card. poſt Matth. in cle. 1. in 3. char. uerſi. tertiò quæro. de iu-
reiur, dicit, ꝙ licet populus ſit ſemper idem, l. proponebatur.
ff. de iudic. tamen reſpectu iuramenti non, quo ad periurium.
Idem de Canonicis dixit Fede. conſil. 264. incipien. ſi Cano-
nici. poſt Bart. Brixi. in diſput. incipien. Florentini fece-
runt pacem cum Bononienſibus. ¶ Intellige dupliciter: pri-
mò, ut eſt dictum, quo ad reatum periurij, non quo ad perpe-
tuam cauſam contractus. Vnde in populo repræſentabit iura-
mentum ſemper remp. loco maioris, adeò ꝙ non reſtituatur
amodo in integrum, ſicut de minore iurante dicitur. in d. au
then. ſacramenta. Ita Raymun. in ſum. de iureiur. Sequitur
Bal. in d. l. generaliter. in ult. col. ſecus dicens in eccleſia, cu-
ius fauore inductum fuit, ut non obſtante iuramento ſemper
ſit loco minoris. Glo. 4. c. 1. de reſtit. in integ. lib. 6. de qua di-
cetur poſt Abb. ī. eo. in c. ſi diligenti. ¶ Secundò intellige, & li
mita hæc, ut ſingulariter per Abb. hic, & in d. c. fi. de ſepul. niſi
agatur indirectè contra hæredem implorato officio eccleſia-
ſtici, ut hæres ſatisfaciat exonerando animam defuncti iuran
tis. Sic intellige, quod no. in c. licet. in fi. do not. ubi uide. Et
10 hoc ultimum ſemper no. ¶ Septimò † limita reſpectu iura-
menti Iudæorum & hæreticorum & excommunicatorum. Bal.
in c. 1. §. item ſacramenta. de pace iur. firm. de quo dubitat hic
Maria. quia iſti ſubſunt eccleſiæ. Et pro ipſo uide Ludo. in ter
minis in l. qui ſuperſtitis. ff. de acqui. hæred. & in l. pactum. C.
de coll. & in l. non erit. §. 1. ff. de iureiur. ubi dicit, quòd c. quā-
uis. de pact. in 6. habet locum in Iudæo. Et ꝙ Iudæus ligetꝰ iu
ramento, not. Inno. in c. & ſi Chriſtus. in fin. de iureiu. & Abb.
c. 1. de iur. calum. ponens formam iuramenti Iudæorum, poſt
Spec. de iuram. calum. §. reſtat. uerſi. pone, Iudæus. Idem Bart.
in proœmio Digeſtorum, Hoſtien. de iureiu. §. qualiter. iuxta
primum dictum Anto. in proœmio Decret. in j. char. Et quod
in talibus ſubſint eccleſiæ, latè oſtendit Pet. de Anch. in regu-
la, ea quæ. uerſi. 6. de reg. iur. in 6. poſt Ioan. And. in c. quod
ſuper his, de uo. ubi reſpondet ad c. multis. 2. q. 1. Nihil ad nos
de his, quę foris ſunt, &c. Verùm, quo ad excōmunicationem
& fidem: ſed ſecus in prohibitis lege diuina, uel periurio, uel
crimine contra naturam: de quibus eccleſia eos coercet, ut
etiam aliquid inferius dicetur, & maximè in uer. infrà incip.
alius caſus in blaſphemia, &c. ¶ Vltimò caderet hic quæſtio
ampliſſima, quando ſtatutum laicorum poſſit diſponere circa
iuramentum? De quo dedi remiſſiones plurimas in c. eccle-
ſia. in 1. q. de conſtit. Item uide Bald. in l. 1. col. 1. C. de op. lib.
ubi primò dicit, ꝙ cognoſcere de nuditate iuramenti, quod
non habet conſenſum, ut quando eſt interpoſitū ſuper cōtra-
ctu ſimulato, ſatis poſſet ſpectare ad ſecularē: quia iuramen-
tum carens conſenſu non habet ſpiritum. Tamen in caſu du-
bij ſe-

bij ſequendi ſunt Canoniſtæ, qui ſecundum eum omnia du-
bia trahunt ad ſuum molendinum. Vide ipſum in l. nec patro
nus.ad fi.C.eo.tit.de ope. lib.ubi dixit, q ſi lex præſumit ſimu
lationem in cõtractu,nec eſt neceſſaria probatio hominis, nõ
oportet adire epiſcopum. Quæ omnia tene menti. ¶ Reſpectu
21 † adulterij dic, ut per Abb. cum quo concordat Ludo.in ſing.
667.incip. Nos ſumus & do.Abb. in c.tuæ in pen.col. de pro-
cur.& in c.1.de offi.ordi. & Archi.in c. Rex.23.q.5.& in c.po-
ſtulaſtis 3.q.7.per do.Abb.in c. gaudemus.de conuer.coniug.
& ibi dicit, q eccleſia punire poteſt hoc crimen etiam ultra
ſeparationem thori. Contrà Ioan. And.in d.c.fi.de foro com
pet.in 6.& Ange. in authen.ſed hodie.C. de adult.Et adde c.
conſuluit. de appe.ubi epiſcopus procedit contra detinentem
alienam uxorem. ¶ Ad idem c.ſeculares.33.q.2.no.Bald.in
authen.clericus.C. de epiſc.& cler. & pulchrè Anch.in reg.ea
quæ.uerſic.quartò quæro.de reg.iu. in 6.addens latè, quòd ſi
confitens copulam negat eam adulterium negando matrimo
nium: de hoc ſecularis cognoſcet, imo remittere ad epiſco-
pum non eſſet tutum,ubi immineret pœna ſanguinis:quia di
ſcuſſio talis incidentiæ cauſaret periculum irregularitatis.
Non declarat do.Pet.quid ſi eſſet quæſtio iuris,& ſentit,quod
22 idem de quo dubito propter prædicta. ¶ Subdit † Maria hic,
quòd ſi adulter eſt clericus, nedum ipſe, ſed mulier efficitur
de foro eccleſiæ. Adde c.quidam.81.diſt.& c.fraternitatis.34.
diſt.& c.2.de cohab.cler. & mulie. ubi ſunt iura contra Pet.
de Anch.conſi.196.incip. Magnifice & illuſtris. dicentem,ca-
nones non cogitaſſe de mulieribus iſtis: de quibus dicetur
paulo poſt. Ex hoc infert hic Maria.quòd laicus cognoſcens
23 monialem, uelut ſacrilegus, eſt utriuſque fori. ¶ Reſpectu † cõ
cubinatus negat hic Aret.quòd iura Authenticorum,de qui-
bus per Ioan.Andr.in d.regula,ſine culpa corrigant leges ue
teres:quia ex quo concubinatus non eſt expreſsè reprobatus,
non dicitur coitus contra caſtitatem,iuxta c. Nicena.31.diſt.
per quem tex.dixit Bart. in l.mulier.in §. cùm proponeretur.
ff.ad Treb. quem multi ſequuntur, quòd illa uerba teſtamen
ti, caſtam uitam ſeruauerit. non impediunt matrimonium:
quia in eo eſt caſtitas. Tamen ſequitur communem: quia in
talibus lex cedit canoni,quem ſecularis imitabitur, ut in c.1.
infrà de iuram.calum. ¶ Adde glo.magnam in fi.in l.ut libe
ræ ff.de rit.nupt. quæ dicit, duos coitus licitos ſecundum le-
ges,ſcilicet concubinæ & uxoris,ſed ſecundum decreta ſolus
uxorius: unde ſentit leges non eſſe correctas. ¶ Puto oppoſi-
tum non per dicta iura,ſed per text.in c.3.de fil.nat.ex matri.
ad morga. contracto. ibi, mortua uxore nõ ualens continere
aliam duxit. & demum nolens exiſtere in peccato ipſam de-
ſponſauit. Ergo præſupponit concubinatũ eſſe peccatum. ¶ Ad
de iſtis Bald.in auth.& ſi contra.C. de nup.& in l.cam,quam.
ibi,& not.q licitis.C.de fideicõ.& in authen.licet.C.de natu.
lib.ubi ponit, q ſecundum leges ille dicitur natus ex concu-
bina, quando cum ea potuiſſet eſſe matrimonium: item fuit
unica & in domo retenta. Quod eſt utile ſcire reſpectu ſucceſ
ſionis,de qua in dictis iuribus.Et cum iſtis concordat Zochus
24 in rub.de ſpon.duo.in 5.col. ¶ De † concubina clerici tenet
Are.eã non eſſe de foro ſeculari. Pet.de Anch.in d.conſi.Ma
gnifice.& in d.regula,ea,quæ. in pen.char. tenet idem, niſi ſit
concubina manifeſta: & cum eo tranſit Ana.in rub.de adul.
in ult.col.¶ Opinio Are.tenet,ſed ſimpliciter.conſil.167.mu
lier accuſata.in fi.gloſ.& Dom.in c.eos.32.diſt.per illum tex.
in uerbo, indulgemus. ¶ Conſidera: quia illa indulgentia
non fuit perſonalis, neque laicalis, propter quod facilè te-
neretur, eam ut ſacrilegam poſſe ab vtroque puniri, licet lai
cus id faciat ex gratia legis.& ſic retorqueres ille tex.contra
25 prædictos. ¶ Denum † ſcito, quod ubi aliqua deſponſatur ſi-
ne ſpe prolis,non eſt matrimonium,ſed uocatur connubium,
c.ſolet.31.q.2.& illa appellatur concubina,c.is,qui.& c.Chri
ſtiano.34.diſt.de iſta non poſſent leges intelligi:quia diſpo-
26 nunt de filijs. ¶ Vltra † caſus per Abb. poſitos adde ultra
Mod.do.Ab.in c.fi.de ſepul.ubi dicit, q eccleſia poteſt ſe im-
pedire de notorio crimine laici, nedum ut pœniteat, ſed ut
ſatiſfaciat, per illum text. in uerbo homicidio. non ſolitum
allegari,ſecundum eum.conſidera:quia ubi eſſet notorium,&
eccleſiaſticus adeò repentè ſe impediret.q non conſtaret de
negligentia ſecularis, fortè hoc nõ procederet. Et adde do.
Ant. poſt Hoſt.in c. nos.ſuper gl.1.de pur.Cano.ubi dicit, q
reſpectu pœnæ temporalis gloſ. ibi tenenda eſt, ſed reſpectu
pœnitentiæ no.Idem.Card. poſt Zenze. in cle.1.ad fi. de offi.
ord.& ibi Imo.ad fi. & hinc eſt, q contra quemcunque ſuſpe-
ctum de omni crimine poteſt epiſcopus inquirere reſpectu
pœnitentiæ imponendæ.Ita Ioan.An.in c.ad noſtram.lo 2.ſu
per gl.2.de iureiur.ita intelligens c.8.de offi.ord. & eſt bona
gloſ.in c.1.6.q.1.Ita poteſt intelligi, quod no.Domi.in c.1.in
fi.de conſti.in 6.dicens,quòd ad euitationẽ peccati poteſt epi
ſcopus ſtatuere, etiam cõtra laicos de omni crimine.¶ Alius:
quando iuriſdictio eccleſiæ prorogatur à laicis. Ita Domi. in
c.fi. de excep.in 6.& ibi poſtea conatur in hac materia pone-
17 re doctrinam.¶ Alius † caſus eſt in epiſcopo uiſitante: quia
inquirere poteſt contra laicos de omni crimine.Imol.in c.Ro
mana. de cenſi.in 6.quia illud fit extraiudicialiter potius in
forma fori pœnitentialis, quam contentioſi. Contrarium te-
net hic Domi.in prin.oſtendens differentiam inter forum ui
ſitationis & pœnitentialem,ut ibi per eum.Cui adde Mar. in
18 c.qualiter.lo 2.q.5.arti.10. de accuſ.¶ Alius † caſus in bla-
ſphemia.Latè Ioan. de Ana.poſt Car.in c.2. de male. Adde
Cald.conſi.2.in tit.de Iudæ.ubi tenet idem:quia contemnitur
directè maieſtas diuina. Fatetur tamen,quòd non eſt eccle-
ſiaſticum mere: quia iure non eſt expreſſum. Non obſt.d.c.2.
in uer.per temporalem.Quia reſpondet ibi Cal.& in iſto tit.
conſi.11. quod intelligitur ad inſtantiam eccleſiæ ¶ Ex hoc
infert.Cal.in d. conſil.quòd Iudæus,qui protulit uerbum op-
probrioſum contra clericum, uel eccleſiam, poteſt ab eccle-
ſia puniri.Sed in hoc reprehenditur per Ana.in c. poſtulaſti.
in pen.col.de iudic. Pro quo facit optimè conſilium Pet. de
Anch.15.incip.ſpiritualis iudex.ubi uoluit,quòd Iudæus,qui
uituperauit crucem, non poſſet ab epiſcopo puniri pecunia
riter, ſed ſolùm à ſeculari: maximè per cap.cùm ſecundum.
de hære. in 6.ubi confiſcatio non eſt eccleſiæ. Tamen prima
opi.eſt uerior.Apparet ex dictis Dom.in c.1.§.ſacri.de homi.
in 6.ubi poſt Hoſt.latè probat, q ubi eccleſia punit laicum,
punire poteſt etiam in bonis temporalibus: de quo loquitur
optime Card.in clemen.2. in uer. inquiſitionibus.in 2.q. de
hære. probans poſt Matthæum,quòd laicus pro uerbis hære-
ticis,uel aliàs contra Deum, poteſt ab eccleſia pecuniariter
puniri, propter gloſ.ibi.& in c.dilectus. de offi.ord.& in c.li-
cet.de pœn.Et ad c.cùm ſecundum.dici poteſt,quòd etiam an
te illum text. relicta erat illa pœna laico, ut feruentius exe-
queretur ſententiam eccleſiæ.Idem Card.in cle. ad noſtrum.
in fin.de here. dummodò tales pœnas eccleſia non imburſet,
niſi ratione neceſſitatis.Item pro Cald. facit,quod no. Dom.
in c.multi.in ult.col.2.q.1 uolens, quod tantùm poteſt eccle-
ſia contra Iudæum delinquentem, quantum contra Chriſtia
num.Et ideo do. Card.in c.poſt miſerabilẽ.de uſu.& ibi Ana.
refert ſe dixiſſe in facto, q lis Iudæorum in cauſa matrimo-
niali ſpectat ad ſolum epiſcopum,propter glo.fin.in fi.ibi. Et
uide, quę poſui ſupra.eod.uerſ.7.limita,&c. ¶ Alius caſus.ubi
opprimitur mercator itinerans. Ita dicit Abb. in c.excommu
nicationis.de rap.tum per illum tex.tum propter dicta Inno.
in c.ſignificantibus. de offi.deleg. ponentis talem inter perſo
nas miſerabiles.¶ Alius caſus in crimine ſodomiæ.Ita do.Ab.
& Ana.in c.in archiepiſcopatu. de rap.per c.clerici. de exceſ.
præla.Et hoc amplia etiam in Iudæo.Inno.in c.quæſtio ſuper
his.de uo.& ibi Abb.Non obſt.d.c.in archiepiſcopatu.ubi ar-
chiepiſcopus hoc facit ex delegatione regia.Quia licet nemo
reſpondeat,dici poteſt, q committebant alia delicta, ſcilicet
in fœminis raptis & homicidio. Et iſta non ſunt eccleſiaſtica.
Eſt uerum,quòd etiam ſecularis cognoſcere poteſt de iſto cri
mine.Pet.de Anch.conſi.268.inci.iure diuino. & Cald in iſto
19 tit.conſi.3. ¶ An † autem clericus ſodomita ſit irregularis, &
prohibitus ordinari etiam poſt pœnitentiam, diſputat Aret.
in cap.cùm non ab homine. de iudic. ¶ Alius caſus in crimi-
ne fractæ pacis. Abb.hic. Pro quo uide eundem in cap.ſuper
quibuſdam. in fi.de uerb.ſignifi. ubi notat per illum text.cum
gloſſ. quòd laici tenentur ſeruare ſtatuta
Papæ & leges ſuper pace. Quod allegaui a
a contra Venetos [a] non timentes Papam.
coram quo conueniebantur à tota Italia,
tanquam fractores pacis, quando patriam
meam obſidebant rabie barbarica.
20 ADDITIO. ¶ *Et adde, quòd † eccleſiaſti*
cus non poteſt in dictis caſibus tradere laicum
carceri.Pet.de Anch.in d.regula,ea quæ.Old.conſ.
86.Rom.in ſing.703.incip.Tu ſcis,quòd de iure
ciuili.Ioan. And.in Spec.in rub.de offi.ord.Pet.

[a] *Contra Venetos] Cùm legerem ſcripta tua hoc poſt ea, Feline, cæpi multum admirari, quare ſic repentè locutus ſis, quando ſperabam à te audire uerba, quæ eſſent prolata cum maturi.*

maturitate & ueritate, tanquam à uiro docto: ſed ea longè feſellit opi. Quid audio? quid uideo? inſurgis ita inconſultè contra remp. Venetam, quæ res tam arduas pro fide Chriſti geſſit, & unde tua traxere originem: quare accuſatus à multis, cùm nullam excuſationem pro tui defenſione haberem, Reſpondi uerò, quod iſta dixerit, ut aliquibus ſatisfacerem interrogantibus: & cum poſtmodum omnes conſenſere rogantes me, ut eis explicarem, quænam fuit cauſa odij inter Pontificem & remp. Venetam, quòd neceſſe fuerit deuenire ad illas nefandas allegationes, maximè cùm à pueritia noſtra intellexerimus dominium Venetum multa pro fide Chriſti geſſiſſe: primò namque Saracenos et piratas, qui Adriaticum, & agrū Picenum fugabant: quamobrem ipſa reſpublica Veneta ab eccleſia fuit conſtituta domina maris. Etiam bellum contra Federicum imperatorem pro ſalute Alexandri Pōtificis tertij & contra totius eccleſiæ ſumpſere. Inſuper audiuimus, quòd quadraginta & plus annos ſuis pecunijs bellum pernaciſſimum cū Turcis habuerunt pro nomine ac fides Chriſtiana defenſione cuiuſi ipſi fuiſſent, actū de Roma & tota Italia eſſet. Reſpondi: hæc omnia uera ſunt, & alia ualde maiora, quæ ſilentio prætereo: ſed ut reuertamur, unde digreſſi ſumus: Cauſa odij inter Pontificem & dominium Venetum fuit, quia Hercules, dux Ferrariæ, cupidus nouarum rerū, priuilegia & immunitates quas reſp. Veneta habet in ciuitate Ferrariæ, nolebat ſeruare & eum inferebat ſubditis Venetorū. Admonitus à dominio Veneto, ut deſiſteret ab iſtis uexationibus, ille magis inualeſcebat non obſeruando priuilegia neque immunitates, quas ibi domini Venetæ poſſidebāt. Vnde uiſum fuit reip. Venetæ, Pōtifici hoc ſignificare, rogando ut liceret eis bona ſua armis tueri, poſtquā aliter ſua poſſidere nō poſſent: annuit petitioni honeſtæ Pōtifex: nā dux Ferrariæ uaſallus eſt Romanæ eccleſiæ: ideo reſp. Veneta noluit ut Ferrarīſes arma mouere, niſi licentia impetrata, quamuis potuiſſent bellum inferre abſque licentia pro ſua ac ſuarū rerū defenſione: quia hoc caſu nō dicitur bello, ſed potius defenſio, ut l. 1. C. unde ui. & Doct. in c. olim. el 1. de reſtit. ſpoli. Nā defenſio eſt conceſſa à iure, nec requiritur alia authoritas ſuperioris. arg. in c. de his. 28. diſt. Sed cùm bello eſſet cœptum de licentia Papæ & benedictione, ut moris Chriſtianorū eſt, ab eo tradita, etiam Ferrariam obſidebant Veneti, Pontifex mutauit opinionem, & præcepit reip. Venetæ, ut deſiſteret ab obſidione. profectò durum præceptum: uidebatur hoc maximè cùm iam bello cœptum fuiſſet magnis ſumptibus. nec credere honori iudicabatur deſiſtere à bello iuſto illato pro defenſione rerum ſuarū, quando conceſſum ſit à iure defenſio, ut in c. ius naturale. 1. di. quod Papa tollere nō pōt ut no. Doc. in c. quæ eccleſiarū. de c. ſti. & in c. propoſuit. de conceſ. præb. & cum ui repellere licet. l. 3. ff. de ui & ui ar. Ideo reſp. Veneta conſultis iuriſconſultis, ut rigorem daret reſponſum Pōtifici, ne argueretur de inobedientia erga Pōtificem mādata: quod iuriſperiti reſponſa dederunt in hunc modū, hæc humana ſunt uerba: licet natura dictauerit, bonādi ſuperiori arbitrato potuiſſe Venetos ad ceſſandum à tunc bello, quādo ſine diſcretione, quod mandatum eſt iniuſtum, cum eo ſuſpenſione mādatum protulerit, ſubiungēdo quod Pōtifex dominos Venetos et partem aduerſam ad ſe uocare debebat exemple

de Anch. & Imo. in c. cùm epiſcopus. de off. ord. in 6. per illum tex. in uer. perſonas eccleſiaſticas. Cōtrarium tenet Ana. in c. 2. de adult. & in rub. de ſer. & in c. qualiter. lo 9. §. ad corrigendos de accuſ. eſt tex. in c. contra idolorum. in uerbo, perpetuas incluſiones. 26. q. 5. et in c. attendendum. 17. q. 4. ibi, carceri tradat. & in cle. 1. poſt prin. de hære. & ibi. duræ carceri ad pœnam, non ad cuſtodiam. & in c. 8. de hære. in 6. ibi, carcere, uel muro recluſi. & in c. ut cōmiſſi. in uerb. perpetuo mutandus. eo. tit. Nec obſ. c. cum epiſ. quia per dicta iura ceſſat argumentū à contrario ſenſu, ut ſcis: & ideo Do. ibi dicit, op. contrariā nunquā ſibi placuiſſe. ¶ Eſt etiā uidendū neceſſariò, utrum punitus de crimine in uno foro poſſit puniri in alio de dictis caſib. Sed qa nemò ſe extendit hic, uide Bal. in l. cūctos populos. in lectura, C. de ſumma trin. Pet. de Anch. in d. regula, ea, quæ. in 9. q. Ana. in c. poſtulaſti. ad fin. de Iudæ. Ange. in l. ſi uacantia. in 13. col. C. de bon. uacan. lib. 10. de iud. Are. in c. at ſi clerici. in princ. in 3. char. Bald. in l. placet. C. de ſacroſ. eccl. in l. officiales. de epiſ. & cle. & in l. nullū. C. de teſti. Ana. in d. c. qualiter. in 8. col. omnino Imol. in c. 1. de offic. ord. & ibi latè Moder. in 44. col. Soleo tenere diſtinctionem Abb. in c. an. de procur. in 3. col. ibi, unde in propoſito ca-
22 deret. ¶ Vltimò, in † quantum ſupra finito articulo uſurarum. Dixi utiliter, q; clericus delegatus ordinarij laici poteſt cognoſcere de quæſtione ſpirituali incidenter. ¶ Obſtat dictum Innoc. in c. ſolitæ. de main. & obed. cum concord. quas dixi in c. cæterùm. de iud. ubi iuriſdictio data clerico ſeculari dicitur ſecularis. Vnde appellatur ad ſecularem, c. Romana. §. debet. de appel. in 6. ¶ Et idem de epiſcopo delegato laici, dixit Bal. in authen. ſi quis litigantium. in ult. no. C. de epiſc. aud. Et hinc eſt, q; clericus delegatus rectoris laici nō poſſet iudicare contra clericos etiam uolentes: quia à ſe nihil habet. Bald. in proœmio Decre. in 8. col. uerſi. ſed ecce rector. Ergo iſta iuriſdictio non uidetur ampliabilis ratione incidētiæ, neque ratione clericatus, qui in hoc non habetur in conſideratione. Poteſt reſponderi negando conſequentiā: quia non ſequitur iuriſdictio, naſcitur in clericum à fonte ſeculari. Ergo in ea ampliando clericatus nihil operatur. Patet inſtantia ex noua & diſputata opinione do. Abb. in ſua diſputatione inci. Gandulphus. uerſ. ſed tamen De æquitate cogitaui nouiſſimè. ¶ Vbi firmat, q; licet rector ſtudij laicus non habet iuriſdictionem in clericum, quia lex non potuit eam ſibi tribuere reſpectu clericorum: tamen ſecus, ſi rector eſt clericus, per rationes, quas uidere poteris: quia habet iuriſdictionem temporalem à poteſtate temporali, etiamſi eam haberet ab uniuerſitate, & in ea eſſent pauci clerici, ſecundum eum. Ergo qualitas clericatus ampliat iuriſdictionem ortam à poteſtate ſeculari ratione ſubiectæ materiæ. Sic tollitur conſequentia. Poſſet ergo dici, quòd ſi ſecularis ordinarius eſſet clericus, poſſet de incidenti ſpirituali cognoſcere. Vnde clericus habens feudum à rege, ſi cognoſcit de quæſtionibus uaſallorū feudalibus, & incidat fortè quæſtio iuramenti, poterit cognoſcere. Fateor, quòd nō poſſet principaliter, ſicut nec rector clericus, poſſet principaliter cognoſcere de ſpirituali, ſecundū Ab. ubi ſupra. Sed q; poſſit ratione incidentiæ, multum facit: quia regula firma & trita eſt, q; incidentia facit de incompetenti competentem, ſiue ſit ordinarius, ſiue delegatus, ſiue arbiter, ut per Ab. in d. c. cauſa. ¶ Fallit ſolùm in ſpirituali incidenti coram laico. ¶ Ratio fallentiæ eſt incapacitas. Ergo ceſſante in clerico cauſa fallentiæ, ſtabit regula, in qua non conſideratur, à quo uel qualis ſit iuriſdictio: ſed ſolùm, quod in principali ſit competens, & tunc incidentia ampliat iuriſdictionem. ¶ Itē ſi iſta iuriſdictio oriens à ſeculari regulariter omnino ut ſecularis, nō attento accidenti clericatus, ſequeretur, q; ſi incideret quæſtio criminalis inductiua pœnæ ſanguinis, clericus poſſet de ipſa cognoſcere: quia non cognoſcit, ut clericus, & ratione incidentiæ: quod nemo concederet. Ergo ſicut incapacitas reſtringit iuriſdictionem plus quàm in delegante, ita capacitas poteſt ampliare plus quàm in delegante: in quo ſi eſſet capacitas, incidentia idem operaretur. Fateor, q; clericus delegans laici non iudicat clericū: quia agitur de cauſa principali, in qua iuriſdictio non eſt habilis à radice: quia nemo dat, quod non habet, ut ſcis: ſed hic data firma iuriſdictione cauſæ principalis, oritur iuriſdictio in incidenti: non in uirtute delegantis: ſed potiùs à lege Canonica & ciuili, quæ reſpectu incidentiæ nō curat incōpetentiam, dū modò adſit capacitas: & in habentib. ſymbolū facilis eſt tranſitus. ¶ Pro ueritate præmitte duo clariſſima. Primum, q; ubi eſt quæſtio iuris ſpiritualis, de ea laicus non cognoſcit incidenter. Secundum, q; iuriſdictio, quam habet clericus à ſeculari, eſt ſecularis; & non eſt eccleſiaſtica: Bald. in d. authen. ſi quis litigantium: Patet, quia appellatur ad ſecularem, dicto §. debet. Modò ſic: aut uolumus, q; talis iudex poſſit cognoſcere, quia talis quæſtio incidit, aut ratione incidentiæ, aut ratiōe capacitatis: qa clericus. Aut & tertiò ex utroque capite ſimul iuncto, ſcilicet quia clericus, & quia incidit. ¶ Primo modo ratione incidentiæ non poteſt: quia illud, quod dicitur ratione incidentiæ ampliari iuriſdictionem, eſt uerum, quando ſunt cauſæ eiuſdem fori principalis & incidens: quia utraque pertinet ad forum Cæſaris, prout eſt cauſa libertatis & hereditatis. Nā tunc idem iudex pōt cognoſcere. qa de eo, qd' eſt fori ſecularis, princeps poteſt cognoſcere directè: & indirectè ita tex. l. quoties. C. de iudi. cū concor. ſecus, ſi ſunt cauſæ diuerſi fori, ut quia principalis eſt ciuilis, id eſt, ſecularis, incidēs uero eccleſiaſtica: tunc incidens non habet ampliare iuriſdictionem ſecularem. Ita Bal. in d. l. quoties. ſic intelligens c. tuam. de ord. cogni. & ibi dom. Anto. in 5. no. & in uerſ. oppono, q; de incidenti. Itaque in caſu noſtro, cùm agamus ratione incidentiæ iuriſdictionē ſecularem extendi &

pio Dei, qui non condiderunt Adã, nec Cain, niſi primis uocatis, Geneſis 3. & 4. Et hoc modo re cognita potuiſſet dare uni cuique quod ſuum erat, maxime cum nõ liceret duci Ferrariæ ſpoliare rem publicã Venetã, quæ erat in poſſeſſione iurium ſuorũ multis annis. Nã cautum iure eſt, nemini licere in cauſa propria ius ſibi dicere, ut C. ne quis in ſua cauſa. quod cum factum eſſet a Pontifice, uidebatur poſſe conqueri, non obſtante, quod dictum ſit, Pontificẽ non habere, niſi Deum iudicem, ut in c. aliorum. 9. q. 3. Sed cum ſcandalum eſſet publicũ, et eccleſia notorie ſcandalizaretur, nulli dubiũ, quod de Pontifice poteſt conqueri, ut dixit gloſſ. in c. ſi Papa. 40. diſ. et ibi Doc. Ab. in c. ueniſſent. de iud. Quare, qd reſpu. Veneta non ita paruit mandatis Pontificis, accuſari nõ poteſt, quia lege permittente hoc fecit. Ideo quo ſpiritu ductus Felinus audeat nõ- tupare Venetos nõ timentes Papam, & fractores pacis, ignoro. Vellem, in quam ſcire, ubi hoc apparere poteſt; quòd reſpub. Veneta ullo nanquam tẽpore aliquid cõtra Romanos Pontifices geſſerit, aut quãdo fuerint fractores pacis. In caſu iſto nõ, quia pro defenſione rerum ſuarũ bellum mouerunt, quæ defenſio eſt conceſſa, ut diximus. uidetur ergo, quòd ex abundantia cordis, hic ſcripſiſſet Felinus: quod uel ex illis uerbis facile datur intelligi, quod rabie barbarica obſediſſe patriã tuam Venetos

ampliari ad cauſam eccleſiaſticã, talis ampliatio fieri non poteſt. Contra. Imo ratione incidentiæ iuriſdictio ſecularis extenditur ad ea, quæ ſunt fori eccleſiaſtici. Nã ſi cauſa eccleſię, uel clerici per uiam compenſationis, uel reconuentionis incidit corã ſeculari, põt de ea cognoſcere, 3. q. 8. cum in agẽdo, & tñ cã eccleſiæ, uel clerici, q eſt reus originarius, dicitur de foro eccleſiaſtico, ut per Abb. in c. ſi quis contra clericum. in 1. no. de foro compe. Ergo idem hic. ¶ SOL. Doctores fatentur, quòd de cauſa temporali clerici ſeculares poſſint incidenter cognoſcere, & non concedunt, quòd poſſint incidenter de eccleſiaſtica. No. in d. c. tuam. Ergo de uno ad aliud non inferatur, l. naturaliter. §. nihil commune, ff. de acqui. poſ. Et ratio differentię eſt, qa ſine perſonis non cõſtat iudicium principale, c. turus. de uerb. ſigni. Sed ſine cauſa incidenti bene conſtat, & procedit iudiciũ in cauſa principali. Afficitur ergo magis perſona ſpiritualis, quam cauſa ſpiritualis, ut fiat de foro ſeculari. Et hanc rationem aſſignat Bal. in propoſito conſil. mihi 207. Nomine monaſterij. ¶ Secundo modo ratione capacitatis non poteſt: quia clericus cognoſcere non poteſt. Patet ex dicto Bald. in dicto proœmio, quod clericus delegatus à rectore laico nõ poteſt cognoſcere inter clericos etiam uolentes. ¶ Pro hoc: nam prelatus poteſt committere cauſam laico contra clericum: Ab. in c. decernimus. de iud. & tamẽ laicus eſt inhabilis ex partium prorogatione. Ergo, ſicut quando inhabilitas eſt ĩ recipiẽte iuriſdictionẽ, non reſtringitur iuriſdictio, ſed attenditur habilitas in dante: eodem modo, quando eſt habilitas in recipiẽte & inhabilitas in dante, attendi debet inhabilitas in dãte. & non debet iuriſdictio ampliari propter habilitatem in recipiente: quoniã quod operatur oppoſitum in oppoſito, operatur propoſitum in propoſito. 32. diſ. hoſpitiolum. ¶ Pro hoc, quod no. per Inn. in c. cùm ad eccleſiarum. de off. ord. Ab. in diſputa. Gãdulphus. in 1. & 2. col. & Abb. in c. ſi diligenti. infrà eo. qui idem tenent. Et dictum Ab. in diſpu. Gandulphus. 16. col. allegatũ. de quo ſuprà potiùs facit pro iſta concluſione. Nam ideo uult, quòd talis rector cognoſcat inter clericos: quia tales uniuerſitates, quæ ſunt mixtè clericorum & laicorum, ſunt approbatæ etiam à canone, e. qa in cauſis. de procu. Et ſic à canone habent poteſtatẽ etiam creandi rectorem. Vnde, ſecundum Abb. dicitur tribui iuriſdictio à principe, uel lege mortua miniſterio uniuerſitatis: arg. c. ius, quod not. Bald. in c. 1. quis dicatur dux, comes, uel marchio. & ſic ſentit Abb. quòd ſecus eſſet, quando haberet poteſtatem ab uniuerſitate merè ſeculari, quę non tribuere iuriſdictionem autoritate canonis. ¶ Pro hoc: poſito, quòd uniuerſitas ſcholariũ eſſet eccleſiaſtica, quia plures eſſent clerici: adhuc rector clericus inter clericos non cognoſceret, niſi in his, quæ concernunt ſcholaſticam profeſſionẽ, non de cõtractibus & delictis orientib. extra pfeſſionẽ. Ab. in dicta diſputa. Ergo habilitas in recipiente non ſufficit, niſi quatenus eſt habilitas in dante. ¶ Ad tertiũ, an ex utroque capite, ſcilicet quod incidenter, & quia capax. ¶ Hoc eſt nouum & nullibi tactũ. Puto, quod non: quia magis dicitur exempta à iuriſdictione ſeculari cauſa eccleſiaſtica & ſpiritualis etiam incidenter mota, quam cauſa tẽporalis ipſius clerici. Patet nam ſecularis non cognoſcit incidenter de cauſa eccleſiaſtica, d. c. tuam & tamen cognoſcit de cauſa clerici mota per uiam mutuæ petitionis. No. in d. c. at ſi clerici. Ergo ſicut clericus habens iuriſdictionem à laico, non poteſt cognoſcere de cauſa clerici, ita nec dicendum, quod non poſſit cognoſcere de alia ſpirituali incidenti. Pro hoc uerba Ab. in d. diſputa. Gandulphus 18. col. ibi, & per hec nota ĩ foro. ubi dicit, quod clericus rector ſcholarium non poteſt excõmunicare, licet uniuerſitas ſit eccleſiaſtica, niſi ſit ab epiſcopo confirmatus. Excommunicatio autem multoties incidit ratione inobedientiæ & contumaciæ, c. quoniam in ſi. ut lit. non conteſtata. Ergo clericatus & incidẽtia nõ dant ſibi poteſtatem: quia non recipit talem poteſtatem ab uniuerſitate. ¶ Præterea licet iudex ſit clericus, tamen iuriſdictio data à poteſtate ſeculari eſt ſecularis, ut ſuprà. Si ergo ratione incidentiæ capacitatis poſſet cognoſcere, eſſet ampliare hãc iuriſdictionem ſecularem ad cauſam eccleſiaſticam diuerſæ naturæ & fori: quòd uidetur prohibitum ex mente dom. Anto. in d. c. tuam. & Bald. d. l. quoties. ¶ Præterea penes ſecularẽ non eſt poteſtas cognoſcendi quoquo modo de cauſa eccleſiaſtica: ergo talem iuriſdictionem non uidetur tribuiſſe, 1. q. 7. c. Daibertum. Tunc ſic, in his quæ non ſunt ſibi commiſſa, cenſetur perſona priuata, & non iudex: l. procurator ad litem. ff. de procur. l. fi. C. ubi & apud quos. Ergo quo ad cauſam eccleſiaſticam, quæ nõ eſt commiſſa, etiam incidenter cognoſcere nequit. ¶ Præterea pſona clerici ita eſt capax cognoſcere inter clericos principaliter, ſicut de cã eccleſiaſtica incidenter. Sed quando habet poteſtatem à laico, nõ poteſt inter clericos cognoſcere, quamuis ſit capax ut probatum eſt. Ergo pari ratione non debet poſſe cognoſcere de cauſa eccleſiaſtica incidenter: quia non eſt dare rationem diuerſitatis. ¶ Vltimò: ſola incidentia nõ poteſt hoc operari. nec ſola capacitas perſonæ. Ergo unumquodque per ſe dicitur imperfectum. Sed plura imperfecta ad producendum nouum effectum nõn inducunt talem effectum nouum. Caſus eſt, & ibi hoc ſubtiliter declarat Bald. in l. ſpadonem. §. qui iura multa. ff. de excuſat. tuto. maximè in materia reſtringibili. ¶ Demum circa prædicta ſcias, quod no. Ang. in l. 2. ff. de iuriſd. om. iu. ubi dicit, q ſi eps delegat laico cauſam petitionis hereditatis, per hoc nõ erit capax cognitionis articuli ſpiritualis in ea incidentis.

ipſe rabidè aſſeruiſti, cum neq; rabie adducti id fecerint: quinimo coacti ob tutelam iurium ſuorum: neq; unquam barbari fuerint, uerũ Latiniſſimi, & ab eodem ſanguine genus deducẽtes, à quo Romanus ſuſſimus rerum dominus, ut clariſſimis patet literarũ monumẽtis. Atq; ideo tibi fides danda non eſt. cap. quotiens. de teſti. 4. q. 3. §. Item teſti. Quæ omnia tamẽ a me dicta ſunt ſalua authoritate & reuerentia. S. R. Pont. Sedis.

CAPITVLVM IX.

QVOD CLERICIS. ¶ Cauſæ clericorum ſecundum iura, non ſecundum conſuetudines laicorum terminãtur. H. D. ¶ Reſpectu ſcholaris. Adde Domi. in c. quæ contra. 8. diſti. reprobantem gloſ. ibi uolentem, quod ſcholaris non ligatur ſtatuto loci ęquiparando cũ peregrino: quia licet non acquirat domicilium, tamẽ ſortitur forum, ut ibi per eum. Vide Do. in c. eos in 1. col. de temp. ordi. in 6. ubi dicit, q epiſcopus terræ ſtudij non poteſt ordinare ſcholarem forenſem, niſi habitaſſet decennio. Vide Cardi. in clem. dignum in 5. q. de cele. miſ. ubi dicit, q ſcholaris ſubijcitur conſuetudini loci ſtudij. Vnde infert, quòd Catelani comedentes carnes Tholoſæ die ſabbati peccant: quia non ſunt in patria, ratione conſuetudinis, quæ ualet, c. quia dies. de conſe. diſtin. 5. Vnde glo. in §. item ſi quis de prouincia. 15. q. 2. quod ſola habitatio non facit quem eſſe de iuriſdictione alterius. Tamen reſpõdebit ibi de alibi geſtis, ut hic per Ab. Eſt uerũ q do. Ant. hic uoluit, q in ſcholari, ultra decenniũ requiratur expreſſa ſedis collocatio, per d. l. 2. C. de incol. non deſtruẽdo tex. in uer. ſedẽ conſtituerint. Et ſequũtur hic mod. pro quib. addit Are. l. ex facto. §. uerum. ff. de hęred. inſtit. ubi, qui eſt in loco ex certa cauſa, ſemper præſumitur habere animum recedendi finita illa cauſa. Tamen ſequitur ipſe commu-

nem,

nem,& bene exponendo dictum uerbũ,conſtituerunt. ſcilicet
præſumptiuè, ut in gl. Et tenendo præcedentem opi. non lo-
queretur d.l.2. in caſu dubio, ſed certo. Quòd autẽ loquatur
in caſu dubio, probat uerbum, Credantur. ¶ Item fruſtra
ponderaretur decennium: & hanc opi. communem ſequitur
Sali.in l.2.C.ubi de crimi.agi opor.& do.Ab.in proœmio De
cret.Bar.in d.l.2.& clariùs, quàm alibi, in l. lex Cornelia. §.
domum.ff.de iniur. ¶ Quando autem ſola mora faciat quem
poſſe conueniri,dixi in c.dilectus.lo 2. de reſc. latè Mod.hic.
¶ Ad omnia & ſingula tacta per Abb. collige additiones ne-
ceſſarias ex noſtra repetitione c. eccleſia. de conſti. Et adde
Dom.in c.fi.de excep.in 6.ubi tangit,utrùm epiſcopus imita-
bitur canonem in cauſa laicorum, qui in eum conſenſerunt:
& concludit,quòd non in deciſorijs. ¶ Item nota illud,quod
eſt dictum,quòd qualitas probandi concernit deciſoria:& no.
Bal.in l.1.in fine,C.quæ ſit longa conſue.& Bart.in l. ictus fu-
ſtium.in fine,ff.de infam. quem nullus allegat, ſecundũ Are.
in c.dilecti. de iudicijs.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa dotis an poſſit tractari in foro eccleſia.*
2 *Imperium quando uacat, an appelletur ad Papam omiſſo medio.*
3 *Imperium ſi uacat, an Papa ſuccedat,*

CAPITVLVM X.

LICET EX SVSCEPTO. Laicus laicum ſu
per re ciuili coram eccleſiaſtico conuenire
non poteſt, niſi in defectum iuſtitiæ,uel conſue
tudine aliud dictante. ¶ Rebelles imperij po-
teſt Papa domare iuuando imperium. Inn.hic
ſingulariter,& ipſum extollit do.Ab.in c.quod
ſuper his. de uoto.& in c.nouit.in 2.no.de iud.& in c.excom-
municamus. §. Catholici. de here.& ibi Ana.in fi.& Abb.in c.
3.in ulti.col. de off.ord.& hic. ¶ Vacante principatu non re-
cognoſcente imperatorem,imperator ſuccedit. Abb. hic,ne-
que corruptè, ut dicit Maria.dum dicit,quòd ſi imperator ſuc
cedit Papæ in tota temporalitate, eadẽ ratione debet ſucce-
dere in iſta particulari: non dicit,quòd eccleſia ſuccedat. Pro
Abb.eſt gl.in terminis in c.& ſi neceſſe.in gl.magna ad fin.de
dona.inter uir.& uxorem.ubi clarius do.Abb. ¶ Pro hoc in-
ducit Maria.hic §.exceſſus. allegatum ab Abb. ſi iſta poteſtas
ſit quæſita,quandiu apta eſt miniſtrare iuſtitiam. ¶ Oppoſitũ
eſt uerius,ꝙ imò Papa huic ſtatui ſuccedat: quia ſm Zochum
in d.c. & ſi neceſſe. ſi talis ſtatus ſubeſt Papæ ſubeſt quo ad
oĩa. ¶ Confirma ſic. Horũ poteſtas eſt ſimilis imperiali.Bar.
in l.hoſtes.de capt.in l.infamem.de pub. iud. in l. acta.§. de
amplianda.ff.de re iud.Abb.in c.cùm te.de re iud. Bart.in l.3.
ff. de poſtu. omnes in c. per uenerabilem.per illum text. qui
filij ſint. Sed in imperiali Papa ſuccedit,ut hic. Ergo & in iſta.
¶ Facit dictum Hoſt.in c.cùm Ioann.de fide inſtru.quòd à ta-
li ſtatu appellatur ad Papam. Concordant alij alleg.in c no-
uit,poſt Abb.ſuprà tit.prox.Vide Abb.in terminis in c.expo-
ſita.in 1.col.de arb.dum loquitur de principe Venetorum.Et
non dicas,quòd libertas horum ſtatuũ ſit uſurpatio, quaſi cõ
tra obedientiam non præſcribatur.c.cùm non liceat.de præ-
ſcri. quia non eſt hæc actiua præſcriptio cauſans libertatem,
ſed paſſiua,id eſt mutans dominũ:& ideo ſubeſt papæ habenti
habitu poteſtatem temporalem reducibilem ad actũ. Et hoc
operatur negligentia imperatoris,ut per Car.in cle.Paſtora-
lis.§.ut illud.in 2.oppo.de re iudi.& cle. præſenti. in 7. q. de
cenſi.& latiùs.dixi in c.cùm non liceat.de præſcrip. Ad §. ex-
ceſſus.ſtatim reſpondebitur. ¶ Item reſpectu negligentiæ, ꝓ-
pter quam à talibus recurretur ad Papam. Et ita tenet do.
Ant.hic,quem ſequuntur Moder. contra Abb. reſpondentes
ad d.§.exceſſus.quod loquitur in iuriſdictione acquiſita accu-
mulatiuè,non priuatiuè. Et hinc eſt, ꝙ non poſſet Imperator
aſtringere tales terminos,prout epiſcopus capitulũ. Et placet
iſta opinio do.Ant.quia ſicut Papa ſuccedit uacante tali prin
cipatu, uel in cauſa appellationis, ita uidetur, quòd pariter
ſuccedat in caſu negligẽtiæ. Tamen reſponſio And.Sicu.ad §.
exceſſus. non eſt bona: quia imò etiam poteſtas ibi eſt quæ-
ſita priuatiuè,ut dixi in c. Paſtoralis.in prin.in 8.limitatione,
de offic.ordin.quicquid dicat ibi Ioan.Andr. ¶ Vnde reſpõ-
de,quòd §.exceſſus. nõ procedit,quando inferior præſcripſit,
ut non ſubeſſet uni,& ultra hoc quòd ſubeſſet alteri, quia il-
le alius ſupplebit eius negligentiam, & non primus, ſecundũ
Abb.in c.grauè.ad fin.ibi,unde intelligo text.de offic.ordi.&
ita hic:quia tales principes ſubſunt Papæ etiã in tẽporalibus,
1 ut dixi in d.c.cum non liceat. ¶ Reſpectu † dotis tene com-
* munem, *quod principaliter deduci poteſt in foro eccleſiæ.
Roman.in l.Titia.ff.ſol.mat. Bald.Imo. & Paul.de Caſt.in l.
1.eodem tit.Petr.de Ancha.conſi. 21.incip.pro ſolutione.ad
fin.Spec.in tit.de dona.inter uir.§.formatur.uer.utrùm cauſa
dotis.Innocen.Hoſt. Ioan. And.& Abb.in c.de prudentia.de
donat.inter.Card.in c.ex literis.in 5.opp.de pigno. Imol.ibi
in 6.not.quamuis glo.in d.c.de prudentia.& ibi do.Anton.&
domi.Ant.hic,& gloſ.infrà cap.prox.& Angel.in d.l.1.& Bal.
in l.ex contractibus. §.fin. C.de non numc.pecu. contrarium
dicant. Pro quibus non facit d.c.de prudentia.quia non pro-
bat, niſi à contrario ſenſu, cui reſiſtunt ſtatim allegãda.
Nec facit c.ſequens, de quo exclamat ibi Moder. quia lo-
quitur de hæreditate: & quinimo ſi illa hæreditas fuiſſet do-
talis,ualuiſſet reſcriptum. Text. eſt ibi in uerſic.niſi talis.quẽ
poſt omnes ita declarat ibi Ioan.Andr.ad finem.Ergo ſit ille
primus text.fortis pro communi. Pro qua etiam urget d.c.ex
literis.cui ſine diuinatione malè reſponderi poteſt. Non di-
cas,uxor fuit oppreſſa,quia capta.nam uxores oppreſſas, non
uiduas, eccleſia non defendit. ¶ Item facit c. 2.de don. inter
uirum. Et quòd ibi dos non ueniat, ut incidens, probatur
dupliciter: primò,quia ſi ita eſſet, committeretur iudici, qui
principaliter expediuerat,prout ſit in c.de prudentia.& tamẽ
cõmittitur capitulo,cui matrimonialis cauſa de ſtylo curiæ
non cõmittitur, ut ſcis. ¶ Secundò:quia eſſent duo ſpecialia:
primum, diuiſio bonorum quæſitorum ex dote, quæ ueniunt
acceſſoriè ad dotem. Secundum acceſſorium eſſet ipſa dos.
Ergo contra l.1.de dot.promiſ. ¶ Item pondera c.nuper.eo.
tit.ibi,tenetur dotes protegere uiduarum.attento, quòd ſola
uiduitas non facit de foro eccleſiæ, infrà c.pro.gloſ.1.in cap.
ſignificantibus.de offic.deleg. ¶ Item facit c.fi.iuncta gloſſa.
de iudican 6.per quod dicit Ludo.in authen.quod locum.C.
de colla. minorem poſſe agere in iudicio pro dote ſola, poſt
Bald.in l.1.C.de dot.promiſ.quia dos ſemper dicitur pẽdere
à matrimonio,l.3.ff.de iure dot. licet Bald.aliter dicat in d.
authent.quod locum.in 8. q. Limita tamẽ hanc communem,
ubi ageretur de dote: quia tunc pro ea nequiret adiri eccle-
ſiaſticus. Ita Pet.de Ancha. in conſ. ſuperius allegato,dicens,
non inueniri text. neque dictum Doctorum, qui dicat, quòd
tunc talis cauſa ſit eccleſiaſtica, ut ibi per eum. Et ſuprà dicta
tene, quicquid in diſcurſu tenuerim in c.eccleſia ſuprà de
conſtit. in 1.q.col.17.in uerſic.tertia declaratio. ¶ In glo.fin.
Virtute conſuetudinis de appellando ad epiſcopum,non ap-
pellaretur ad Papam omiſſo medio. Abb. hic,ne conſuetudo
extendatur,ut per eum. Idem Imo.reſpondens ad c.1.de iure
patro.in 6.quod ibi erat donatio:ergo fauorabilis hic conſue
tudo & exorbitans. Cogita:quia Card. hic allegans d.cap.1.
colligit pro ſingulari hoc fundamentum, quòd res tranſlata
in perſonam eccleſiaſticam adeò mutat naturam, ꝙ in totum
regulatur à canone. Et ad hoc ille text. ſæpiſſimè allegatur.
Propter quod opi.do. Anto.& Card.ſuſtineretur, quaſi iſta
cauſa tranſlata ſemel ad eccleſiam, reguletur in totum à ca
none:& facit iſte text.non improprijando uerbum, Præſertim
quod præſupponit idem, ſi imperium non uacaret. Nec re-
ſpectu Papæ aliquid dictabat hic conſuetudo, & non eſt ſic
extendere conſuetudinem: nam eius uirtus dat hanc naturã
2 cauſæ ſine extenſione. ¶ Vacante † imperio appellatur ad
Papam omiſſo medio. Abb hic per rationem pulchram. ¶ Ex
qua ſigna perpetuò limitationem ad illud tritum, quod ſu-
brogatum ſapit naturam,&c. clem.1.de ſupp.negli.prælat.cum
ſimil.quia fallit, ubi quis ſubrogatur in actu cõpetente primò
ſaltem habitu: quia ſua poteſtas regulatur tunc, ut propria,
non ut deuoluta. Alias fallentias habebis in c. eccleſia el 1.2.
ut lite penden. ¶ Nihilominus tutius eſt ſequi opin. Abb.&
Ioan. de Imol.quod in regulanda iſta cauſa delata ad epiſco-
pum iure ſpecialis conſuetudinis non eſt inſpiciendus forus
ad quem deferiur,ſed à quo recedit. ¶ Primò quia in ordi-
natorijs inſpicitur forus litigantium,ut eſt dictum ſuprà eod.
c.quòd clericis. Et quòd appellatio ſit de ordinatorijs, fuit e-
tiam dictum ibi poſt Archi. in c. non ita.2. q.6. ¶ Secundò:
quia conſuetudo non extenditur ultra curſum ſuum, ut hic
per Abb.& latè poſui.c.auditis. de præſcript. ¶ Tertio: quia
iſte text.non facit:quia omnes exponunt,Præſertim.id eſt in
tantum. ¶ Eſt uerum, quòd reſponſio Imol.ad cap. 1.de iure
patro.

pat.in 6.non eſt integra.quia ſequeretur,quòd ſi eccleſia acquireret ius,patronatus laici alio titulo, quàm titulo donationis,non efficeretur eccleſiaſticum,quo ad ſemeſtre:& hoc eſt falſum 1 finge enim, ꝙ prælatus nomine eccleſiæ præſcribit præſentationem in una eccleſia contra laicum,certè illa uia eſt uia acquirendi ſtrictè interpretabilis,& eam acquiret cum qualitate,quæ ſolet eccleſijs cõpetere, ſcilicet ſex menſium.Probo ſic:omne ius patronatus eccleſiæ habet ſex menſes,d.c.1.Iſtud eſt eccleſiaſticũ:Ergo habet ſex menſes.Si dicas,nego maiorem, quando eſt acquiſitũ per uià reſtringibilem, ſicut eſt præſcriptio,quæ non extenditur. ¶ Reſpondeo, quòd imo idem, ſi per præſcriptionem 1 quia illud non eſt extẽdere præſcriptionem, ſed includere in ea acquiſitionem iuris cum ſuis qualitatibus. ¶ Omne enim ius patronatus eccleſiaſticum eſt huius naturæ quomodocunque acquiratur. Nec nocet paſſo preſcriptionem,quòd hanc naturam benignè attribuamus iuri ab eo amiſſo,quoniam quòd habeat eccleſia ſex menſes,nihil nocet ei ſemel exuto hoc iure. Vbi autem dicitur,præſcriptionem non extendi,procedit, quando extẽſio ſit cum præiudicio alterius:quod non eſt hic. Et ideo d.c.1.reſpondi aliter,legendo ſecunda uice hanc decretalem,uidelicet quòd non eſt mirum, ſi res tranſlata ad eccleſiam mutat naturam ſuam:quia qualitas illa eccleſię aduenienti mutat naturam ſuam per c.ſtatutum. de elec.in 6. & mutatio eſt perpetuata reſpectu totius ſubiecti.Sed hic neque accidentia, neque ſubiectum mutatur:eſt enim cauſa laicorum, & temporalis,& ad tempus in eccleſiam tranſlata:& ideo non inducitur totalis tranſlatio in eccleſiam.Ergo mutat naturã. ¶ No-
3 gat hic Card.commune dictum omnium,quòd † uacante imperio Papa ſuccedat, Eſt enim hoc turbare iuriſdictionem imperialem, contra c. nouit. cum ſimi. Ideo expectandus eſt ſucceſſor. ¶ Fallit in caſu huius literæ, ubi oppreſſi iniuſticia,deficiente ultimo capite ſeculari,appellant ad Papam:qa cùm appellatio debeat fieri ad ſuperiorem, nõ eſt tunc alius ſuperior. Mod. fatentur,non eſſe iure expreſſum illud commune dictum,quod tamẽ tenent allegando Bar.in l.j.§.denique. ff. de aqua plu. arcen. ubi dixit Imo. quòd iſta ſucceſſio Papæ non facit, quod præſcribi poſſit contra imperium uacans.Pro quo allegant iſti Inno.in c.olim.el 1.de reſti.ſpol.& fuit ponderatio Car.infra eo. c.cùm contingat. uſurpata etiã ab Abbate dixi in c.cùm deputati. ſuprà tit. prox. Et adde,ꝙ legatus nõ ſuccedit imperio uacanti,gloſ. in clem.Paſtoralis. in uerbo,ſuccedimus.de re iudi. ſingularis, ſecundum Roma. notabili 407.incip. Vacante imperio. ¶ Sed quicquid ſit, eſt deciſum a Ioanne XXII. in extrauaganti inci.ſi fratrum & coepiſcoporum more. ubi inter alia grauiter puniuntur omnes,qui prætenderent ſe uicarios imperij uacantis, cui Papa ſuccedit,prout de iure liquidum eſt,& iampridem inconcuſſè ſeruatum, tamen diſputatiuè teneretur oppoſitum : & de hoc dixi in c.1.de preſcrip.in uerbo,ad illud.Inno.

CAPITVLVM XI.

EX TENORE. ¶ Vidua laicum coram eccleſiaſtico conuenire non poteſt, niſi ſuper cauſa eccleſiaſtica, uel in defectum iudicis ſecularis. H. D.

SVMMARIVM.

1 *Renunciare quilibet poteſt iuri pro ſe inducto.*
2 *Renunciari poteſt iuri prohibenti lucrum cum aliena iactura.*
3 *Renunciare defenſionibus ſuis reus criminalis non poteſt : eſt enim ius naturale,cùm nemo ſit dominus membrorum ſuorum.*
4 *Renunciari non poteſt facultati cedendi bonis.*
5 *Renunciari non poteſt iuri alimentorum.*
6 *Renunciari doti non poteſt.*
7 *Renunciari appellationi non poteſt.*
8 *Renunciari non poteſt ſolennitatibus iudiciorum.*
9 *Renunciari non poteſt legi,ſcripturas.C.qui poti.in pig.hab.*
10 *Renunciari non poteſt legi non habenti clauſulam annullatiuam.*
11 *Renunciari non poteſt ſolennitati inſinuationis.*
12 *Renunciari non poteſt probationi teſtium.*
13 *Promitti an poſſit de ſtando dicto creditoris.*
14 *Mulier an & quando poteſt renunciare Velleiano.*
15 *Renunciare non poteſt minor beneficio in integrum reſtitutionis.*
16 *Renunciari non poteſt fauori inducto intuitu miſerationis.*
17 *Clericus non poteſt renunciare priuilegio fori.*
18 *Renunciari non poteſt facultati præſcribendi.*
19 *Renunciari non poteſt ſtatutis factis pro bono publico.*
20 *Renunciari poteſt ſeruis introductis pro neceſſitate hominum.*
21 *Renunciari non poteſt libertati prouocandæ diuiſionis.*
22 *Renunciari non poteſt petitioni reductionis ad arbitrium boni uiri.*
23 *Renunciari non poteſt regreſſui contra uenditorem de euictione.*
24 *Renunciari non poteſt iuri reuerentiali.*
25 *Renunciari non poteſt beneficio reuocandi donationem propter ingratitudinem.*
26 *Renunciari non poteſt per teſtatorem facultati cõueniendi tutorem ad rationem adminiſtrationis.*
27 *Renunciari non poteſt diſpoſitioni l.de his.ff.de tranſact.*
28 *Renunciari non poteſt exceptioni ſimulationis.*
29 *Renunciari non poteſt exceptioni non numeratæ pecuniæ.*
30 *Renunciari non poteſt confectioni inuentarij.*
31 *Dolus futurus remitti non poteſt.*
32 *Vbi lex fauens priuato,tangit etiam inſeparabiliter fauorem tertij, non poterit renunciari à quolibet,iuri pro ſe inducto.*
33 *Reuocatio uicarij, quem non reuocare conſtituens iurauerat, ualet.*
34 *Canon latæ ſententiæ quibus modis cognoſcitur.*

CAPITVLVM XII.

SI DILIGENTI. ¶ Non poteſt clericus conſtituere ſibi laicum iudicem, etiamſi proprium iuramentũ & partis conſenſus accedat. ¶ Glo. 1.Infinita eſt materia huius gloſſ. tamen limitando dicta Ant.pone regulam cum 10.fallentijs, inſertis melioribus dictis, quæ inſeri poſ-
1 ſunt. ¶ Regula † itaque eſt, quòd quili-
a bet [a] renunciare poteſt iuri pro ſe introducto, ut in iuribus gloſ. præalleg. ¶ Primò fallit in iure naturali, ut eſt ius ſanguinis,ut per dom. Anto.& Ab.hic poſt Ioan. Andr. Spec. & Bartol. in locis ab eis allegatis. Non includitur tamen hic ius gentium,quod aliquãdo appellatur naturale, 1.diſ.c. ius gentium. Patet: quia iuribus de iure gentium quæſitis renunciatur, l. ſi quis in.§. differentia. de acqui.poſ. ¶ Nec includitur ius quaſi naturale:putà, ius legitimæ, quę debetur quodam naturali inſtinctu. Dy. in regula, indultum. de reg. iur. in 6. Tali enim renunciatur. Ita Cy.in l.ſancimus.C.de nup. Et facit, quod dicetur in ſi. quarti corollarij ſequentis. ¶ Ex iſtis uerbis oriuntur ſex corollaria. ¶ Pri-
2 mum † corollarium eſt, quòd iuri prohibenti lucrum cum aliena iactura renunciari poteſt. Ioan. de Ana.in repet.l.ius publicum.ff.de pact.dicens,hoc prius non tactum: motus maximè per l.iuriſgentium. §. ſi paciſcar. ff. de pac.ubi ualet pactum, per quod fur dicatur. ¶ Item,quòd tutius conditione indebiti paciſci poteſt de non petendo ſolutum. Probatur in l.1.ff.de cond. inde. ¶ Item, quia talis iactura definit eſſe iactura uolente damnum paſſo. ¶ Item, quia hoc ius naturale priuatam utilitatẽ reſpicit, nec eſt propriè ius naturale. ¶ In contrarium adducunt Moder. 11. arg.quibus per prædicta reſpondebis: & quia uolenti non fit iniuria, & quia dare poteſt.
3 ¶ Secundum † corollarium, Reus in criminalibus non poteſt renunciare defenſioni-
a bus [a]. quia ius naturale eſt, cùm nemo ſit dominus membrorum ſuorum. l. liber homo.ff.ad l.Aqui.Ita gl.ord.in l.pactum.inter heredem.io gol.mag.circa medium,ff. de pac.& Bart.ibi:& Bart. Ang.& Imol. in l.cuſtodias.ff.de pub. iud.Bar.in l.Stichum. ff.de pec.leg.pulchrè Ioan.An.in c.ſi.de fo. compe.in 6.Imo. in c.lator.de pig.Bald.& Sali.in l.ſi.C.de neg.geſt.cum multis alijs, niſi eſſet criminoſus notorius:Bal.in l.prouinciarum.C. de fer. allegat gloſ.in l. j.ff. de fur.balne. ¶ Item, niſi renunciaret defenſioni ſtatuariæ.Bal.in l.j. C. qui accuſ.

a *Quilibet] Addè tu, quod iſta doctrina ſeu eſt uerissima,quã Bart. poſuit in duobus locis: primò in l. ius publicũ. ff. de pac. & in l. penultima. C. eodem de uerbo ad uerbũ, ubi etiã Bald. Fulg.& Salic. formaliter ſequũtur.Sed ut iſtã materiam clarè & nitidè habeas, conſidera duos caſus principales:aut loqueris in iure publico, aut in iure priuato. Circa primum fac regulã, qđ iuri publico nõ poteſt pactis priuatorũ derogari, ut hic, & in dicta lege, ius publicum. nec etiã pactis publicarũ perſonarũ l. 2.§. ius rei.ff.de admi. re.ad ciui. p ti. & in l.2. C.de cõſue.ff. libro decimo. Intelligitur autem ius publicũ altero de quatuor modis; primo, ut eſt, ius naturale, uel ſanguinis, l.ius agnationis. ff. de pac.et lege, abdicatio.C. de patr.pot. ſecundo illud,quòd principaliter publicam utilitatem reſpicit, puta quòd delicta puniantur. l.item uulneratus ff.ad l. Aquil.l.licitatio.*

propter gl.notabilem in l.ſi accuſ.in fin.1.
gl.C.de accu.Bar.in hoc contrà in d.l.cu-
ſtodias. Concorda,ut per Ludo. in repet.l.
j.C.de hered.inſti.ſcilicet.an preiudicium
ſit paruum,uel magnum. ¶ Tertium corol
4 larium. Facultati † cedendi bonis renun-
ciari non poteſt. An. in l. nemo carcerem.
C. de exac. tribut. lib. 10. ſentit gl.in au-
then.imo.C.de actio.& obl.not. Bart. in l.
alia.§.eleganter.ſol.matri. Cy.in l.j.C.qui
bo.ced.poſ. Imol. in c. Odoardus. de ſolu.
Paul.de Leazar.in diſputa. Quæritur,utrū
electo.in 3.q.Car.& Imo.in d.c.lator.Ant.
in l.is,qui.ff. de ceſ.bo.quia in effectu uide
tur ſe obligare ad carcerem, d. l.j. C. qui
bo.Ergo ad ſpeciem ſeruitutis, l.2.ff.de li-
be.homi.exhi.Et hoc pacto fieri nō poteſt,
in l.Titio centum.§.2.ff.de condi.& demō.
Et eſt contra bonos mores, quod quis gra-
uetur ultra quam poſſit, d. §. eleganter.
¶ Contrarium tenet Fede.conſ.60.Imo.in
d.c.cùm contingat.in 10 membro, Ang. &
Rom.in d.§.eleganter.propter regulam no
ſtram. Et quia debitor acceptando indu-
cias certi temporis,uidetur renunciare di
cto beneficio,l.fin.cum gl.fi. C.qui bo.ced.
poſ. multo magis expreſſè renunciari po-
teſt,nec dicitur ſe obligare ad ſeruitutem,
poſtquam carceratur pro debito. l.permit-
tente, quæ non permitteret,ſi eſſet contra
bonos mores. Tamen ſi calamitas debito-
ris eſſet notoria,procederet prima opinio,
etiamſi iuraſſet non cedere, ut per Imo.in
d. c. cùm contingat. ¶ Quartum corolla-
rium. Iuri † alimentorum renunciari non
5 poteſt, l.cum hi.& ibi Bart. ff. de tranſact.
do. Anto. & Abb. hic, & Imo. l. ſtipulatio
hoc modo.de uerb.obli.Rom.in l.j.ff.ſolu.
matri.Ioan.Fab.Inſti.de patri.poteſta.pul-
chrè Bal.in l.pactum.in fi.C.de colla.intel
lige de alimentis futuris, non de præte-
ritis. ¶ Item debitis ex teſtamento,nō ex
contractu, ut ibi per eum. ¶ Itē intellige
in alimētis debitis proprio iure naturali,
puta filijs,ſuprà c.ius naturale.ibi. libero
rum educatio.1. diſtinct. Ideo Spec. tit.q
fil.ſint legi.§.1.uerſi. Sed pone, tenet filiū
non poſſe renunciare paternis alimentis:
ſecus in debitis nō proprio iure naturali.
ſicut à filio patri, quæ pacto tolli poſſunt.
Bartol.in l.ſi quis à liberis. §. parens.ff.de
libe.agno.Illa enim debentur ex illa æqui
tate, quòd bene facienti bene faciamus,l.
ſed ſi lege.§.conſuluit. ff.de pet. hæred.Sic
intelligitur d. §. parens.in uerbo,naturali
ratione.quod ſigna:& adde gloſſ.in uerbo,
naturali ratione.in l.j.in princip.ff.de mi-
6 nor. ¶ Quintum corollarium. Doti † re-
nunciari non poteſt. Rom.in l.j.ſolu.ma-
trimo.eſt enim loco alimentorum.authen.
nouiſſima.C.de inoffic.teſtam. Idē Paulus
de Caſt. conſil.175.incipien. contra ſupe-
rius conſulta. Ludo. in l.qui ſuperſtitis. ff.
de acquir. heredit. Idem Petr. de Ancha.
optimè in c.quamuis.in 2.notab.de pact.io
6.per illū textum in uerbo, dote contenta.
probans latè plus,quòd renunciatio patri-
monij non nocet non dotatæ. ¶ Sextū co-
7 rollarium. Appellationi † renunciari non
poteſt. Hoſtien.& Card.in c.fin.de crimin.
fal. quaſi ſit de iure naturali: ſed non fir-
mes per ea,quæ dixi in c.ex parte. el 2.de
offic.delegat.declarando clem.Paſtoralis.
in fi.de re iudic. quòd defenſio non eſt de
iure proprio naturali,niſi illa, Vim ui,&c.
Et ideo in hoc de appel. inſtan. ut ſolen-
niter per Angel.conſi. mihi 187. incipien.
A.& B.contraxerunt.& conſil.ſequenti, &
in nouis per Rotā de appel.dec.49. ex hoc
inſurrexit in nobis. & per Moder. in c. in-
terpoſita.§.ille denique.cum ſeq.de appel.
quibus adde copioſè Ioa. in d. c.2. ¶ Se-
cundò fallit, ubi lex diſponit pro ſolen-
nitate, uel forma actus ſecundū do. Anto.
hic cum concor.de quibus per eum,& Bal.
in Authen. iubemus.C. de iudi.& in l.fi.§.
& ſi quidem. C. de iure delib. Vnde dicit
Archid.in c.qualiter.7.q.j. quòd penden-

citatio.§.quod illicitè.ff.de publica.tertio illud, quod ius reipub.tangit, l.iuris gentium §. ſi paciſcar. ff. de pact. quarto, ubicunque l. diſponit dando formam,uel ſolennitatem actui, l.teſtamenti factio.ff.de teſta. l.nemo poteſt.ff. de leg.1.l.prolatam.C.de ſenten. Circa ſecundum in iure priuato, quod principaliter ad priuatam alicuius utilitatem inductū eſt, fac regulā contrariam, quod iri regulariter renunciari poteſt, ut l.paciſcen. ff. de pactis.l.pe.C.eod. Fallit in 5. caſibus: primo, quando illud iure eſſet inductum propter imbecillitatē ætatis, l.iudex.ff.de mino. Secūdo fallit, quādo talis renunciatio induceret aliquid contra bonos mores: & tertiò, quando inuitaret ad delinquendum, l.ſi unus.§.pacta, quæ turpem.ff.de pact. Quarto fallit, quando eſt ius prohibitorium:glo. in l.1. ubi Bart. C. ne fideiuſſ. do. den. Bald. in authen. ſi qua mulier. C. ad Vellean. Ideo ſtatuto prohibitoriō renūciari non poteſt, ſecūdum Bal. in l.fin. in 13.opp. C.de edic.di. Adr. tol. Quinto fallit, ubicunque in aliquo actu apponetur clauſula annullatiua: putà, quia dicat, ſi ſecus actū fuerit, ſit irritum & inane: tunc.n. etiam de communi conſenſu partiū renunciari nō poteſt gloſ.in c.ſtatutum in uerb. committatur. de reſcript. in 6. & text.in c.dilecto. ubi Cano.de præben. Facit, quod uult gloſ.in l. à diuo Pio. ff. de ritu nupt. Et ideo quia ubicunque apponitur clauſula annullatiua, illud cenſetur inductum pro forma. ſecundum Bald. Angel.& Moder. in l.3.ff.de liberis & poſthu. Petr.de Anchar. in c. canonum ſtatuta de conſtitut.

*Renunciare defenſionibus] Nota, quòd per pactum non poteſt renunciari in criminalibus, defenſionib.ſuis. Et ad hoc ſemper allegatur gloſ.illa in practica, in l. pactum inter hæred. ff. de pac. hic alleg. per Fel. Tamen,ſecundum Ang.Ful.& Paul.de Caſt.ibi in d.l.pactū. Aſſeſſores & iudices maleficiorum quotidie ſeruant contrarium: quia faciunt inquiſitos renunciare defenſionibus ſuis, iuxta gloſ. in l.3. ff. de fur. Bald.in c.cùm dilect.de appel.& circa hoc Angel.in d.l.pactum. multa uerba effundit: Paul.de Caſt.breuius dicit,quod iſta glo.procedit, quando reus non eſt confeſſus delictum, aliàs procedit communis opin.& practica,per l.addictos.C.de epi.audi. & l.addictos.ff.de pœnis. Verùm quia illa gloſſa in d.l.pactū. eſt famoſa,& in ſlis,ideo planè ponam hic eius intellectum cùm limitationibus. Adde ergo in primis, quod Bal.in multis locis dicit,illam gloſ.eſſe ſingul.& unicam in iure, in c.cùm non ab homine.de iudic. & in c.cùm ueniſſent, in fi.de teſti.in c. quoniam contra.in 20.col.de probat.& in c. paſtoralis. de except. & in addi. quas fecit ſuper 6.Decreta.rubr.de in integ.reſtit. Et ideo Bald.in l.unica.in 15.colum. C.de confeſ.ſingulariter ibi extendit illā gloſ.quòd procedit, etiamſi in renunciatione interuenerit iuramētum. Adde etiam, quod Bald.dicit in d.c.cùm nō ab homine.in ult.col.quod ſi ſtatutum dicit, quod ſi aliquis uulnerauerit aliquem, puniatur in 1. quæ ſi ſoluere noluerit, uel non potuerit infrà menſem, amputetur ei manus, quod termino huius menſis renunciare non poterit: quia per hoc renuncietur defenſioni. Adde etiam Bart. in l. cuſtodias. in fi.ff. de publ.iudic.ubi tenet, quòd damnatus ad mortem non poteſt renunciare dilationibus indultis à lege,uel ſtatuto. Adde ēt Bal.in authen. iubemus. ubi Ang. & not.Salic.C.de iudic. qui dicunt, quòd in criminalibus non poteſt renunciari probationibus. Limita primò illam glo. in l. pactum. quando reus ſponte confeſſus eſt delictum, & iudex dedit ſibi terminum 8.dierū ad faciendum ſuas defenſiones: deinde reus renunciauit tali termino, certè iudex poteſt ſtatim eum facere iuſtitiari, quia renunciauit ſolùm dilationi: ex quo conſtat, quod nulla defenſio ſibi competit. Ita limitat Bald. in l. ſi accuſationem, in 2.col. C. de accuſ. & dicit, quod ita practicatur: & idē Bald. in d. l. pactum. & in cap. quoniam. in 2. col. de probat. Imo generaliter dicit Bald. in rubri. de pac. in penulti. colum. quod totus mundus ſtatuit, quod ſponte & ſolenniter confeſſus delictum in iuditio, poteſt renunciare defenſionib9 in cauſa capitali. Et ita limitat gloſ. illam in d.l. pactū ff.de pat. & ſubdit Bald.ſe non curare,ſi extra iudicium ſuit confeſſus per tormenta. Adde Bald. in c.ſignificante. de appel. in 2.col.ubi quærit: pone, quod latro, qui nullam poteſt habere defenſionem, uel adulter, uel homicida confiteatur maleficium, & iudex dat ei dilationem 8.dierum ad faciendas defenſiones, iuxta l.3.§.à diu.ff. de re mili.poſtea die ſequenti facit eum renunciare dilationi, & poſtea eum condemnat ad mortem, an licitè facit? Arguit ad partes, & poſtea con- 8
cludit, quod ſic, ut ibi per eum. Adde etiam, quod not. Bald. in l.à procedente. C.de dilat. quod ſi aliquis confeſſus eſt, & non obſtante confeſſione petit à iudice terminum ad ſe defendendum, quod iudex poteſt ei denegare terminum: quia maleficium eſt notorium,& poteſt procedere ad condemnationem. Vide etiam Bald.in l.cum reis. C.de pœnis. Limita ēt illam glo. in d.l.pactum.ut per Bal.in l.penul. ad fin. C.de pact.ubi eum uide. Limita illam gloſ.in d.l.pactum. etiam in reo inuento in fragranti crimine, qui poteſt renunciare dilationibus & defenſionibus: imo nulla ſibi debet dari dilatio, uel defenſio, ut eſt gloſ. in l. ictus fuſtium.ff. de infam.ſecūdū Bal.in l.ut uim ff. de iuſtitia & iure. quem ſequitur Ludo.Rom.in repet.rubr.ff.de arbitr.in 16.col. Limita ēt, quando reus diceret ſe non habere defenſionem, ſecundū gloſ. ſingul.in l.1.ff.de furt. quam Bald. ita notat in l.ſeruum quoq;.§.publicè.ff. de procurator. Ludou. Roman. in dicta rubr. ff. de arbitr. Aliam limitationem ponit Bald. in c.cùm ueniſſent. in fine, de teſtibus. Etiam illa eſt magna limitatio, quā uideas. Adde in materia iſta Felin. in d.c.cùm ueniſſent. de teſtibus. in uerſic. ſecunda concluſio: renunciatio facta. Et ibi multa dicit, ſed nō ita bene explicat: quare uelus*

re uolui pro ilariori intelligentiam ponere hic omnia, quæ dici poſſunt in materia iſta: ideo iunge cum illis.

tibus à iure, uel authoritate iudicis, quis
renunciare non poteſt: quia non ſunt in
burſa priuatorum. ¶ Primum corollariũ.
Non renunciatur ſolennitatibus iudicij.
Gloſſ.in c.de cauſis.de offic. delegat. & ibi
examinaui.Secundum corollarium. Solen
8 nitati † ſtatutariæ circa contractum mulie
ris non renunciatur.Bal.in l. j. C. qui ad-
mit.quicquid dicat Abb.in c.ad Apoſtolicam.in penult. col.
de reg. iurᵉ Bal. in c. 1. qui ſuccel. tene. & in tractatu ſchiſ-
matis poſito in rubr.C.ſi quis aliquem teſt.prohib.&eundem
in l.fi.C.ſi certũ petatur.& in l.fi. C.de edicto diui Adr. ¶ Ter
9 tium corollarium.Legi † ſcripturas. C.qui poti.in pignor.ha-
be.non renunciatur,uidelicet, ſcriptura priuata nuda probet
ſingulare dictũ Inno.in c.cùm.P.de fid.inſtr.Sequitur Bal.ibi
& in l.imperator.de ſtatu.hom.& in l.de qbus. de legibus. &
Angel. & Paul. in l. pactum inter heredem. allegata in gloſ.
Ludoui. in conſil.205.in l.nuda.de dona.in l. admonendi. ff.
de iureiur. in rubri.de arbit. Contrariũ tenet domi.Ant. in
c.finem de dolo & contum.& Pet.de Anch.ibidem, & in ele.
1. in 15.nota.de foro compet.dixi poſt dom. Anto.in c. 2. de
10 fide inſtru. in 6. fallen. ¶ Quartum corollarium. Legi † ha
benti clauſulam annullatiuam non renunciatur: gl. in uerb.
committatur. ibi. Sed hodie in c.ſtatutum.de reſcrip.in 6.di-
xi in c.cùm acceſſiſſent.in 3.nota.in 3.declaratione. ¶ Quin
tum corollarium Formę.l.apertiſſimi. C.de iudic.non renun
ciatur. Oldr. cõſil.147.incip.Thema tale. ¶ Sextum corolla-
rium. Titulo, ne fideiuſſo. dot. dentur. quem nobis declarat
Abb.in c.per ueſtras. in ult.colum.de dona.inter uir.non re-
nunciatur.Gl.& Bart.in l.2.C.ne fideiuſ.etiam ſi iuretur.Bar.
ibi,& malè,ſecundum Paul.ſolenniter conſil.168.incip.Cum
tempore.per rationes ſuas. ¶ Septimum corollarium.Solen-
11 nitati † inſinuationis non renunciatur.Io.An.in Spec.de in-
ſtru.edi.§.porro. ad fin. Bald.in l.illud.ad fi. de ſacroſanc.ec-
cle. in l. 2. C. ut in poſ.leg.in l. data. C. de donat.Imol.in l.
Aquilius.ff.de dona. Bart.in l. Modeſtinus. eod. titul. & in l.
ſancimus.§.fi.C. de dona.niſi iuraretur. Ioan. An.in d.§.por-
ro.Fede.conſil.231.Ang.in d.l.ſancimus.Imol.plenè in c.cùm
contingat.in 10.membro,licet aliqui ſecus. ¶ Huic fallentię
non obſt.c.tuis.de teſti.quia ſecundum Ioan. And. in regula,
non eſt ſine culpa.licet iuramentum in teſte ſit de forma,non
tamẽ ſubſtantiali.Patet:quia remittitur,quòd eſſet impoſſibi
le,ſi eſſet ſubſtantialis: quia ſine forma nõ ſtat materia, c. cũ
Marthæ.de celebr.miſ.Quæ uerba ſigna ad totam materiam.
¶ Tertiò fallit in lege non appropriata. ſed inductiua cuiuſ-
dam facultatis publicę, puta eundi per uiam publicam, te-
ſtandi, teſtificandi,& ſimilia,quibus ſecundum do. Anto. hic
12 non renunciatur. ¶ Primum corollarium. Probationi † te-
ſtium renunciari non poteſt Gl. magiſtra. in §. quia uerò. in
authen.ut ſine prohi.matrim.debi. ſequitur Ioã.An.do. Ant.
★ do.Card.& do. Abb. hic& eſt opinio cõmunis, ★ ſecundum
Imol.hic ſequitur Flo.in l.j.ff.de teſti.Bald.& Angel.& Paul.
in l.pactum inter hæredem.de pac.Hoſti.de renun.§. quæ poſ
ſunt.uerſ.quid de pacto.Paul.in l. fi.ff.de præto.ſtipul. Barto.
& Anto.in authen. iubemus.C.de iudic. Conſului tamen, ut
procurentur teſtes officio iudicis recipi.A quo corollario,da
to quòd uerum eſſet,excipe duos caſus. ¶ Primus, niſi iure-
tur.Spec.de inſtru. edit.§. fi. uerſi. ſed quid ſi debitor. Et pro
ipſo allegat,ibi Ioan.And.c.ad noſtram.lo 2.de iureiur.ſequi
tur Dom.in c.2.de pac.in 6.& exclamat Imo.in c. 2. de pro-
bat.dicens,ita extendi d. c.ad noſtram. loquens ſolum de uſu
ris. ¶ Secundus caſus,ubi renunciatur in iudicio,c.de teſti.&
c. cùm ueniſſent. de teſti. ¶ Contra hoc corollarium inſtat
hic Imol.licet non firmiter poſt Spec.qui reprobat eum in di
cto uerſic.ſed quid ſi debitor.quia præiudicatur ſolùm renun
cianti,cui imputatur,ſi de ſolutione noluit inſtrumẽtum. Idẽ
firmiùs Imol. in l.cuſtodias. ff. de public. iudic. quia ius te-
ſtificandi non eſt principaliter publicæ utilitatis: quia ſi eſ-
ſet etiam in iudicio, non remitteretur. Idem Salic. in d.
authen. iubemus. quia teſtibus multa falſificantur. Idem Io.
de Ligna.in c.2.de probat.per l.cõtractus.C.de fide inſtr. Idẽ
do.Abb.ibi in fi. ¶ Retenta hac parte excipe duos caſus. Pri-
mus,ubi teſtes eſſent legaliſſimi.Spe.ubi ſuprà & dicit ibi Io.
And.eſſe æquum.Et idem do.Ant.in d.c.2.& Imo.hic. ¶ Ali-
us caſus: ubi pacto dierretur, nulla ſpecie probationis poſſe
ſolutionem probari. Salicetus in dicta authentica iube-
mus.Pẽdet ab alio articulo, † utrùm [a] pro
13 mitti poſſit de ſtando dicto creditoris.De
quo uide Bart.in l.fin.de preto. ſtipu.in l.
Theopompus. ubi bonus text. de dot.præ-
leg.do.Anto.in c.2.de fideiuſ. Bal.in c.cæ-
terum.de iura.calum. Panor.in c.finem.ad
fi.de dolo & contu.Lud.conſi.458. Angel.
de Aret.in §.actionum. Inſti.de act. Bald.
in c.tuis.de teſti. & in l.j.C. de ſenten.quæ
pro eo, quod intereſt. Si tamen certa pro-
batio requiritur à lege, pro forma illi non
renunciatur. Sic intellige text. & Bald.in
l.fin. C. ſi cert. pet. De uiribus autem ſta-
tuti in arctandis probationibus dixi poſt
omnes in d.c.2.de probationib. ¶ Quartò
fallit in l.fauente priuato.propter eius im
becillitatem, l.ſi intra.cum ibi not. C. de
reſti.in integ.omnes hic,& alij in locis ab
eis allegatis. ¶ Primum corollarium.Mu-
14 lier † Velleiano non renunciat. do.Anto.
& Abb.hic.Optimè Bald.in l.j. C.ad Vel-
leia.quia qua facultate ſe obligaret,&c. l.
doli.uerſi.diuerſum.& ibi Bart.ff.de noua.
quicquid dicat hic gloſ. & alibi excipiun-
tur certi caſus,de quibus hic per do.Anto.
poſt Bart.in l.generaliter. C.ad Velleian.
Sed caue in eo caſu,quo dicunt renunciari
poſſe in iudicio,quia l.fi.§.fi.ff. ad Velleia.
non probat,ut ibi per Aret.& idem dicunt
Modern.uidiſſe apoſtillatum Ananiam in
ſua repe.l.ius publicum.Ideo in d.§.fin.ua-
luit renũciatio ex aliqua alia cauſa. Quod
not.quia nouum. Vbi uero mulier iuraret.
tenet obligatio etiam ſine alia renuncia-
★ tione.Io.And.& omnes * hic,per c.quam-
uis. de pac.in 6. & c.cùm contingat. à for-
tiori. ¶ Nunquam tamen ualeret renun-
ciatio, niſi fuiſſet certificata de natura
huius beneficij. Gloſſ. in uer. interroge-
tur. in §. igitur. in authentic. de ſanct.
epiſcop.& gloſſ. in uerbo, non uſuram in
dicta lege fina.§.fin.ff. ad Vellcian.& om-
nes hic. ¶ Amplia,nedum in tali renunciatione,ſed in qua-
cunque: quia ſemper requiritur certificatio. Hoſtien. de fide-
iuſ.in Summa ſua in §.& quis.uer. idem eſt. dicens, ſic intel-
ligi omnia iura allegata in regula, quod quis poteſt renun-
ciare iuri pro ſe introducto.Sequitur Arch.& Domi.in c.pla-
cuit.38.diſtin.ubi bonus text.& Do.poſt Arch. in d.c. quam-
uis.Pulchrè Innocen.in c.uidua.ibi,eſt autem neceſſe de reg.
quod ſigna ad c.ad Apoſtolicam.de reg. ut in nouitio requi-
ratur certificatio. Non dico de qualitatibus communibus re-
ligionum:quia repugnaret c.dudum de conuer.coniug.ſed de
qualitatibus non communibus, ut per Innoc. in d.c.dudum.
ad fin. ¶ In dubio non præſumitur interueniſſe certificatio-
nem:Gloſ.in d.uer.non uſuram. in l.ſciendum.ff. de uerb.ob.
omnes hic. Niſi eſſet iuratum,domi.Anto.hic per c.ex reſcri-
pto.de iureiur.& ibidem domi.Anto. & Abb. omiſſa diuina-
tione glo.& illum text. extollit Roma.in d.l.ſciendum. For-
tiùs dicit Abb.in c.pe.ad.fi. de emptio.& uendit.quod etiamſi
conſtaret iurantem non fuiſſe certioratum,tamen denegare-
tur regreſſus ad auxilium ignotũ.Nam ſatis eſt,quod uoluit à
ſe abdicare omnem uiam rumpendi promiſſa. ¶ Conſidera:
quia ſi ita eſt, diceret quiſpiam, quod pari ratione, ubi non
iuraretur.Si tamen uerba oſtẽdunt de omni auxilio cogitatũ
fuiſſe in genere,deberet ſufficere, per l.quod iure militari.ff.
de mili.teſt.per quam dicit Ang.ibi,& in l.qui Romæ. §. duo
fratres.de uerb.ob.quod quis renunciare poteſt iuri, quod in
ſpecie ignorat,ſi de eo cogitauit in genere.Et de illo tex.ex-
clamat Ang.i l.ſicut certi.C.de mili.teſt.Matt. notab.57.Flo.
in.diſp.incip.mulier primò uidua. ¶ Reſponde tenendo Ab.
ex uerbis Imol.in §. duo fratres. quem aliàs retuli in c. 2. de
renun.quòd l. quòd iure. loquitur, ubi non requiritur ſpeci-
fica ſcientia:ſecus,ubi requiritur,ut in caſu l. de his.ff.de tranſa.
Et q̃ idem ſit in caſu noſtro,tenet propriè.Ang. in d.l. quòd
iure. dicens, fallit, ubi non requiritur certioratio. Ratio: fin-
git de iuramento,in quo tene,quod dixi. Pro quo bene facit,
quod

*a Verum] Adde ſuppone, quod quis in inſtrumẽto promiſit, quod uolebat ſtare iuramento aduerſarij de intereſſe expreſſe, uel etiã promiſit per ſtipulationem ſtare dicto ſimplici aduerſarij, an ualeat talis conuentio? Vide Bart. in l. iuſiurandum, q̃ ex conuentione in princ. ff. de iureiurando. Bal. in Authen. iubemus. C. de iudicijs. & in l. prima, in ſecunda colum. C. de ſent. quæ pro eo. Adde Bart. in conſ. l. ſuo incip. Quidam habens bona ſua communia. Adde in, quod magis communis opinio * eſt, quod talis conuentio ualeat: ſed ſi male declaretur aduerſarius poſſet peti reduci illam conuentionem ad arbitriũ boni uiri. Adde an iſta conuentio tranſeat ad ſingularem ſucceſſorem. Vide Guil. de Cu. in l. cùm debitore. C. de iudi.*

quod no. Imo. in d. c. cùm contingat. in ult. char. dicens, quòd
d. l. de his. renunciari poteſt cum iuramento. Ratio: quia iura
mentum facit actum ualere eo modo, quo poteſt, l. cùm pater.
§. filius matrem. de legat. 2. Non inferas ex his, quòd clauſula.
Omni meliori modo, & c. habeat uim certiorationis propter
notabile dictum Cal. de accuſ. conſ. 1. ubi dicit, quòd iſta clau
ſula intelligitur de modis expreſſis. Et ideo dicit Lud. conſ.
294. quòd non trahitur ad incognita. Si uerò notarius dice-
ret, perſonam fuiſſe certioratam, hoc præſumitur uerú. Imo.
in c. d. cùm contingat. in ult. col. Ang. in repe. d. l. ſciendum
Sentit. Abb. in d. c. pe. Ratio: quia licet de hoc notarius non
fuerit rogatus principaliter, tamen ſatis eſt, quòd hæc ſolen-
nitas potuerit tunc interuenire, iuxta gl. ord. in l. j. C. de fid.
inſtr. lib. 10. ¶ Non ob. l. omnib. C. de teſti. cum ſimi. per quã
uoluit Fede. conſ. 199. incip. Quæritur, an domina Margareta.
q clauſula, certiorata à me notario non probat, quaſi teſtifice
tur de facto proprio, contra d. l. oibus. Quia illud uerú, quãdo
ad proprium commodum. Et ſic fruſtra quæritur. Quod no.
Rom. in d. l. ſciendum. ubi ſequens Fed. addit, quòd ſi diceret
certiorata, & non diceret, à quo, præſumeretur à patribus, uel
teſtibus, propter doctrinam Bart. in l. ſi quis filiab. de teſt. tut.
quòd uerba ambigua inſtrumenti trahuntur ad ſenſum quo
ſuſtentatur, non quo deſtruitur. Nam tenendo contra Fed.
hoc eſſet clarum, ſi tamen probaretur, ipſum notarium, qui
dixit ſe certioraſſe, ignorare quòd eſſet tale beneficium, ir-
ritaretur inſtrumentum. Ita Raph. in l. fi. §. fi. ff. ad Velleia. re-
15 ferens Albericum ibi dicentem, ſe obtinuiſſe. ¶ Secũdum †
corollarium. Beneficio reſtitutionis in integrum non poteſt
minor renunciare: quia qua facilitate, &c. Io. An. & omnes
hic, & alij in locis ab eis allegatis, & Spec. de actore. in §. 10.
uer. ſed nunquid filiusfamilias. ſaluo, niſi iuraret: quia etiam
ſine renunciatione & certioratione contractus tenet. Io. An.
in c. 2. de pac. in 6. per illum text. ſimpliciter loquentem. Idẽ
Bar. Ang. & Pau. de Caſtro. in auth. ſacramenta. C. ſi aduer.
uend. per illum text. ibi iuramentum ſupplet ætatem. Idem
Rom. in d. l. ſciendum. per c. ex reſcripto. ubi iuramentum eſt
loco certiorationis. Idem Bald. in l. j. C. de reb. cred. & Pau.
in l. ſi duo patroni. §. idem Iulianus. ff. de iureiur. Sal. contrà
in d. auth. ſacramenta. & in l. 2. C. de reſcin. uend. poſt Dy. in
conſ. Quidam dominus Goffredus. quorum rationib. reſpon-
de ex dictis do. Abb. in d. c. pe. in ult. col. de empt. & uend.
qui tandem fatetur, quòd data enormi læſione abſolueretur
à iuramento petiturus reſtitutionem. Quod no. & uide Imol.
in d. c. cũ contingat. in 25 char. ubi no. do. Ant. ſe ita cõſuluiſ-
16 ſe. ¶ Tertium corollarium. Fauori † inducto miſerationis in
tuitu renunciari non poteſt. Gl. in uer. excedere. in l. unica.
C. quando imperat. inter pup. & uidu. quam ualde not. Bal. &
Sal. ibi, & non eſt alibi, ſecundum Flor. ibi. Ex qua inferas, q
perſonæ miſerabiles actu renunciare non poſſent priuilegio
fori eccleſiaſtici. Ratio dictæ gl. eſt, quia talis renunciatio tol
leret miſericordiã: & ſic contra bonos mores. Ergo nulla, ut
infrà. in 6. fallent. ¶ Quintò fallit dicta regula, ubi lex con-
tinet priuatam utilitatem & publicam inſeparabiliter. Ita
do. Ant. & Abb. hic per iura & authoritates eorum: ſecus, ubi
eſſent ſeparabiles, c. cùm ueniſſent. de inſt. c. quemadmodum.
ad fi. de iureiur. c. 1. & 2. de colluſ. deteg. c. cum tempore. de
arb. ibi, illis duntaxat. c. ſuborta. de re iudic. ibi, ita tamen.
17 ¶ Primum corollarium. Priuilegio † fori non renunciat cle-
ricus. Tex. hic: quia non poſſet non lædi decus cleri, uel cul-
tus diuinus. ¶ Non ob. l. pe. in uer. ſacerdotij. C. de pac. quià
reſponde, ut hic per do. Ant. Patet etiam hoc corollarium ex
j. fallentia: quia hoc priuilegium eſt iuris diuini, ut eſt no. gl.
in c. ſi imperator. in uer. & abſenti. 96. diſt. per quam dicũt do.
de Rota de conſue. 10. in antiquis, Regem non poſſe conſue-
tudine aliud inducere, iuncto c. fi. de conſue. Sequitur Gemi.
in §. leges. 4. diſt. Per illam gl. tenet Car. in repe. c. perpendi-
mus. in prin. de iudici. & Lud. in ſing. 408. inci. quid econtrà. &
in d. §. de uiro. in 7. fallẽ. & Old. conſ. 81. & do. Abb. in c. 2. de
maio. & obe. & in c. propoſuit. de cõceſ. præben. & in c. literas.
de reſti. ſpol. Quòd Papa non poſſet aliud diſponere, iuncto
c. quidam. 25. q. 1. intellige generaliter: ſecus, ſi certo caſu. Di
xi. ſuprà eod. Verùm. & pro illa gl. allegat. ca. quanquam. de
cenſi. in 6. ibi, humano & diuino. & c. certum. 10. diſt. & d. c. ſi
imperator. ibi, omnipotens Deus. & ipſum no. Imol. in cle. 1.
in 1. col. de offic. ord. Abb. in c. fi. infrà eod. & in c. at ſi clerici.
18 in prin. ſuprà tit. prox. Secundum corollarium. Renunciari †

non poteſt facultati præſcribendi. eſt enim fauoris publici, ne
dominia ſint in incerto & odio negligentiũ. Bald. in l. fi. C. de
temp. app. in auth. quas actiones. C. de ſa. ſan. ec. in l. paciſci. ff.
de pac. in l. itẽ illa. §. quod dici. ff. de conſti. pec. in l. 2. C. ut in
poſ. leg. in l. receptitia. C. de cõſt. pecu. in c. 3. §. præterea. de c.
Cõra. in repe. l. cunctos. C. de ſum. tri. & in rub. ſ. de conſti. Ro.
in rub. de arbi. & in l. 1. ff. de uſuca. Intellige primò in pacto
de nunquam præſcribendo: ſecus de non præſcribendo, niſi
certo tempore. Bald. in l. 2. in pen. col. C. de ædil. actio. Ang. in
conſ. 54. incip. Gulielmus. ad fin. & in authen. ut liber. de exte.
Facit l. in hoc iudicium. §. ſi conueniat. ff. communi d ui. de
qua in 1. corolla. ſequentis fallentiæ. ¶ Intellige ſecundo
in præſcriptione merè odioſa, quæ currit ſine titulo: ſecus in
fauorabili, uel mixta, ut eſt uſucapio & præſcriptio 10. uel 20.
anno. requirens titulum & bonam fidem, iuxta l. fin. cum glo.
in uerſi. ex una parte. cum glo. ſeq. & ibi Barto. C. de edic. di.
Adri. tol. quia tunc renunciari poteſt. Bart. in l. j. ff. de uſuca.
latius Ang. in l. nemo poteſt. de leg. 1. Abb. in rub. de præſcr.
quia fauor publicus uenit ſecundariò. Imol. contrà in d. l. ne-
mo. quia tali fauori ſecundariò non renunciatur, l. de dic. fi.
de pac. dot. iuncta l. j. ff. ſol. mat. ¶ Sed reſpondebis ex eo, q
ſtatim dicam in uerbo, modò aduerte. ¶ Intellige tertiò, ubi
non interuenit iuramentum. Nam ubi interueniret, ualeret
renunciatio, per c. cùm contingat. ubi fauori publico ſecun-
dariò renunciatur iurando, & per c. ſignificante. de pign. ubi
idẽ dicitur de iure inducto odio alterius. ¶ Intellige quar-
to, niſi præſcriptio ſit iam decurſa. Lud. conſi. 201. per l. ſi quis
19 poſtquam. ff. de fideiuſſ. ¶ Tertium corollarium. Statutis †
factis pro bono publico principaliter renunciari non poteſt.
Exemplum ex conſ. Paul. de Caſt. 457. quod Florentinus non
poteſt renunciare ſtatuto uolenti, quòd ciues non obligent
ſe pro forenſibus. Aliud exemplum ex conſil. Petr. de Anch.
mihi 221. incip. diſcutiendum eſt. in 1. colum. Aliud ex dicto
Bart. in l. uniuerſi. C. de lega. lib. 10. aliud ex dicto Innocen.
aureo in c. accedentibus. ibi imo plus dicimus. de priuil. quod
priuilegio honorabili eccleſię omnes de eccleſia renunciare
nequeunt. Sequitur Abb. in c. pro illorum. de præben. & in c.
cùm acceſſiſſent. de conſtit. & ibi dixi. ¶ Quartum corolla-
20 rium. Ferijs † inductis ob neceſſitatem hominum renunciari
poteſt, c. fi. cum gloſ. de fer. l. j. ff. eod. tit. quia utilitas publica
a ſecundaria ſeparabilis eſt: ſecus in ferijs [a]
repentinis, uel in honorem Dei. Spec. de
fer. §. nunc uideamus. Hoſtien. eod. tit. §.
fin. gloſ. in cle. ſæpe. in uer. ob neceſſitates.
de uer. ſignif. glo. fin. in l. omnes. C. de fer.
in l. ſi ut proponis la j. C. quomodo & quã
iudex. ¶ Intellige cor. quod utraque pars
cõſentiat. d. c. fi. in uer. partium niſi in caſu
ſingulari. Bart. in l. cuſtodias. ibi, uenio ad
ſecundam partem. ff. de publ. iud. ¶ Modò
aduerte: quia ubi utilitas publica uenit ſe-
cundariò, uidetur poſſe renũciari priuatæ,
licet ſint inſeparabiles. Ita nouiter Ioann.
de Ana. in repet. l. ius publicum. propter
iura allegata in regula, iuncta l. ſi quis nec
cauſam. ff. ſi cert. pet. Vbi attenditur, quod
principaliter fit. Et quia omnes ll. ſunt ad
utilitatem publicam, ut in proœmijs om-
nium uoluminum iuris, &c. erit autem. 4.
diſtin. ibi, communi ciuium utilitate. ergo
nulli legi renunciari poſſet tenendo. Bar.
in l. ius publicum. ¶ Item Velleianum eſt
introductum ex cauſa reipublicæ, l. 2. ff. ad
Velleian. ibi, fœminis omnibus ſubuentum
eſt, & tamen ſæpe renunciatur. ¶ Idem in
appellatione, l. 1. ff. de appel. ¶ Idem in
probatione teſtium, l. 1. de teſti. & tamen
renunciatur. ¶ Idem in ferijs, ut ſuprà.
Ad l. de dic. allegatam in ſecunda intel-
ligentia ſecundi corollarij. reſpõde, quòd

a *Ferijs*] Adde *tu, quod ſi perſona eſſet ſuſpecta de fuga, uel de alia cauſa, poſſet procedi contra eũ die feriato in honorem Dei: nam capi & incarcerari. Ita gl. in l. fi. C. de ferijs. quam* Bart. *ibi, & alij ſequuntur: &* Paul. *de Caſt. in l. eadẽ. ff. de fer.* Adde *etiã plus, quod ubi iuriſdictio iudicis eſſet exparata, poſſet iudex procedere, & ſententiare die feriato in honorem dei, ſecundum Specul. in tit. de ferijs. & ibi Ioan. Andr. in §. ſequitur, uerſi. pen. &* Barto. *in l. more. ff. de ferijs.*

publica utilitas dotium non fuit conſiderata ſecundariò cum
priuata, ſed æqualiter: & idem in ſimilibus, ut latiùs referunt
hic Moder. licet ab eo debiliter recedant. Dici poſſet, quòd
in caſibus iſtis ſeparari poterit fauor priuatus à publico in te-
ſtibus, in ferijs, in appellatiõibus, & ſimilibus. Vbi uerò eſſent
inſeparabiles, procederet opinio communis. Exemplum hic,
quamuis

quamuis intentio Bar. fortè non fuerit iſta, ſed ſic ſaluari poſ
ſet. Cognoſcetur autem, quis fauor principaliter ueniat, uel
ex proœmio, uel ex ſubiecta materia, ſecundum prædictos.
¶ Sextò fallit, ubi renunciatio eſſet contra bonos mores, uel
induceret ad delictum, ſecundum prædictos per c. ſi. de pac.
21 cum ſi. ¶ Primum corollarium. Libertati † prouocandæ
diuiſionis renunciari non poteſt. Cal. & alij hic per l. in hoc
iudicium. §. ſi conueniat. ff. communi diui. quia ſolet commu-
nio parere diſcordiam, l. cùm pater. §. dulciſſimis. de leg. 2.
Facit gl. in uerbo, per induſtriam. in c. cùm M. de conſtit. ¶ In
tellige, ubi renunciatur perpetuò: ſecus ſi ad tempus, d. §. ſi
conueniat. Iſta extende ad teſtamentum prohibens diuiſio-
nem: Bald. l. ſi qui ita. per illum text. ff. de con. inſti. & Paul.
in l. ſi non ſortem. §. ſi centum. de cond. inde. Et ubi teſtator
prohiberet ex cauſa, fortè ualeret, ſicut de alienatione dici-
tur in l. filiusfamilias. §. diui. de leg. j. cùm diuiſio ſit alienatio,
l. ſi pupillorum. in princ. ff. de reb. eo. quod non firmo: quia an
ſit alienatio, diſputant optimè Mod. in repet. rub. de re. eccl.
non alie. fol. 28. cum ſeq. ¶ Et tunc uidi practicari, quòd ad
euitandam pœnam teſtamenti inducantur uolẽtes diuidere,
ut pariter id petant: quia pœna confunditur, c. conſtitutus. de
pœ. ſaluo, niſi pœna deberetur tertio: quia tunc intraretur du
bium, de quo per omnes in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de uer.
ob. ¶ Limita hæc, niſi iuratur. Bald. in conſ. incip. Viſo pũcto.
egn Bal. niſi ceſſaret cauſa pacti, uidelicet ſperata honoris con
ſeruatio, & dubitaretur de diſpenſatione. Ita Old. conſ. 141.
incip. Factum tale eſt paterfamilias. quia iuramentum intel-
ligitur ſtantibus terminis. Gl. in c. quemadmodum. de iureiu.
Et uidi conſultum, quòd ualet diuiſio indiſtinctè, contra iura
mentum, licet incurratur periurium, propter gl. auream in c.
ſi. in uerbo, reuocatis. de procu. in 6. de qua infra in 9. fallen-
22 tia. Et hæc ſigna. ¶ Secundum corollarium. Non † ualet re-
nunciatio petitionis reductionis ad arbitrium boni uiri, etiam
iurata. Card. latè in diſputat. incip. duo litigantes compromi-
ſerunt. fol. mihi 102. ſubtilius Ang. in diſp. incip. Duo ad inui-
cem litigantes. in pen. & ult. col. do. Ant. conſ. 29. incip. Quæ-
ſtio hæc dubia hẽt uulgaria. Sal. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorũ.
ff. pro ſoc. do. Ant. & Imol. in c. Quintauallis. de iureiur.
23 ¶ Tertium corollariũ. Regreſſus † contra uenditorem de eui
ctione renunciari non poteſt. Sentit gl. in l. non dubitatur. C.
de euic. Io. An. diſſentit in Spe. in tit. de emp. & uendi. §. ult. in
prin. tandem intelligens hoc, ubi uenditor ſcienter occulta-
uit uitium rei: aliàs non, per l. quæritur. §. ſi uenditor. ff. de
24 ædil. actio. ¶ Quartum corollarium. Iuri † reuerentiali renũ
ciari non poteſt. Cy. in l. nec honore. C. de epiſ. & cle. loquens
de caſu l. ad egregias. ff. de iureiur. pro quo Roma. ſing. 171.
incip. Tu audiuiſti. Extollit c. 2. ad fin. de iud. in 6. quod non
bene facit: quia magis notatur timor euagationis contrariæ
perpetuæ clauſuræ, quàm reuerentia. Adde Ang. in d. l. alia. §.
eleganter. ff. ſol. mat. ubi no. tex. pro iſto corollario, ſubdens
eccleſiam exemptam adhuc debere reuerentiam epiſcopo.
Facit gl. in uerbo, cathedratico. in c. Paſtoralis. de dona. & in
c. cùm uenerabilis. de cenſi. Idem Ang. in l. ſed ſi hac. §. patro-
num. ff. de in ius uoc. & Bal. optimè in l. ſi. ad ſi. C. de bo. liber.
probant patronum non poſſe expreſsè renunciare facultati
de reducendo libertum in ſeruitutem in caſu ingratitudi-
nis. Intellige primò in reuerentia debita ratione perſonę: ſe-
cus, ſi ex contractu. Bald. in l. 1. in 5 1. q. ff. de re. diuiſ. dicens, do
minum poſſe remittere uaſallis ius expellendi ratione felo-
niæ irreuerentialis: ſecus ratione delicti. Intellige ſecundò,
niſi perſonę reuerentia conſentiret certo caſu. Ita probat l.
quamuis ueniunt ius. ff. de in ius uoc. iuncta l. unica. C. eo. tit.
Ad idem l. quod nomine cuiſ l. ſeq. ff. de condi. inde. Propter
quod dubito de dicto Cy. in caſu l. ad egregias, quando renũ-
25 ciaretur certo caſui. ¶ Quintum corollarium. Beneficio † re
uocandæ donationem propter ingratitudinem renunciari nõ
poteſt. Bald. in l. ſin. C. de pact. Ludo. conſi. 26. ad ſi. Bald. in l.
fin. C. de bo. libe. Salic. in l. pactum. C. de pac. Spec. in titul. de
dona. §. 1. uer. quid ſi dictum. intellige, niſi iuretur. Io. An. in d.
uer. per c. quemadmodum. de iureiur. ubi ualet iuramentum
de non accuſando. ¶ Contrarium Lud. in d. l. donationes. §.
1. ff. de dona. & in l. ſtipulatio hoc modo. ff. de uer. obli. quia
c. quemadmodum. loquitur de non accuſando delicto cõmiſ-
ſo, ſecus in committendo: quia eſſet contra bonos mores. Tene
Ioan. And. ut per do. Anto. & Imo. in c. ſi. de dona. quia imo d.
c. quemadmodum. loquitur etiam in delicto committendo.

¶ Non ob. quod detur materia delinquẽdi: quia imo non ob-
ſtante iuramento poterit accuſare, ut puniatur, ſed non ad
propriam utilitatem accuſantis, ut expreſſe dicitur ibi: & ita
quotidie practicatur. Et ad illud. quod ſit contra bonos mo-
res, reſpondebis ex ſi. huius fallentiæ. ¶ Sextum corollarium
electores magiſtratuum non poſſunt renunciare iuri ſyndi-
candi. Bald. & Angel. in l. ſi ſeruus uetitus. ff. de leg. 1. Angel.
in l. ſi mora. ff. ſol. ma. Sed dic, quòd intelligetur remiſſiua,
ſaltem leuis culpa, & leuiſſima, de quibus alius teneretur, l.
non ſimiliter. & l. magiſtratus. ff. de magiſt. conue. Dolus uerò
& lata culpa non remittitur, ſecundum prædictos & Imol. in
d. l. ſi mora. quia licet dolus remitti non poſſit, l. ſi unus. §. il-
lud. ff. de pac. tamen quælibet alia culpa remitti poteſt, l. ſi ut
certo. §. interdum. ff. cõmo. Vnde dicit Bald. in rub. C. de ped.
iudic. in 1. col. quòd habenti arbitrium uidetur remiſſa culpa
leuis, non lata, uel dolus, per l. in uenditione. §. 1. ff. de bo. au-
thor. iud. poſ. & ibi Bar. Vide Bart. in l. dominus Sticho. §. ſi. ff.
26 de pecu. leg. ¶ Septimum corollarium. Facultati † conue-
niendi tutorem ad reddendam rationẽ adminiſtrationis nõ
poteſt per teſtatorem renũciari, maximè reſpectu reliquorũ,
ſeu doli, uel latæ culpæ: Pet. de Ancha. ſolenniter in conſil.
118. incip. Caſus talis eſt: pater habens quinque filios. Salic.
latè in l. cùm non ſolùm. C. de bo. quæ lib. reſpondens illi l.
quod loquitur de adminiſtratione præterita, non de futura.
Pulchrè etiam Bart. in l. Aurelius. §. Sticho. ff. de lib. leg. Ang.
conſi. 174. incip. Gilius Nicolis. & conſi. ſeq. incip. Viſo dicto
ſtatuto. & Paul. conſi. 359. incip. Ad primum quæſitum. Ludo.
in d. l. ſi mora. pen. col. Ang. conſil. 184. incip. Bruncius nota-
rius. & latè Cepo. ſua cautela 279. Car. conſi. 51. Ad ſextũ. Pau.
conſ. 306. incip. Aduertendum, quòd ſi de mala reditione. Et ibi
vult, quòd quietatio cum iuramento facta, confectis hic inde ra-
tionibus, non obſtat volenti oſtendere latuiſſe dolum in ea-
rum confeſſione. Et hæc loca no. quia inſeruient. ¶ Octauũ
27 corollarium †. Diſpoſitioni l. de his. ff. de tranſact. renuncia-
ri non poteſt, videlicet renunciare teſtamento non inſpecto
& cognito. Bar. latè in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 2. & v. q.
ff. de verb. ob. Ludou. conſ. 403. Examinaui in c. 2. de renun.
28 ¶ Nonum corollarium. Exceptioni † ſimulationis renuncia-
ri non poteſt. Car. & Imol. in d. c. ad noſtram. de empt. & uẽd.
Lud. in l. ſi quis, cùm aliter. ff. de ver. ſig. niſi renunciatio fieret
ex interuallo: quia tunc ceſſat ratio illorũ, quæ dicit, quòd ſicut cõ
tractus eſt ſimulatus, ita renunciatio in eo poſita. Ita Bar. &
alij in l. nemo poteſt. de leg. j. Quid autem, ſi iuretur? Vide
optimè Abb. in c. cùm contingat. ibi, annecto nunc aliud du-
bium. de iurein. & idem per Imo. latè ibi. & uidentur conclu-
dere, quod ſi iuratum eſt omnia eſſe uera, nõ auditur allegãs
ſimulationem: quia allegaret turpitudinem, ut per eos: quos
limita, niſi probationes ſimulationis ſint receptæ & admiſſæ,
Bald. & Salic. in l. ſi. C. de non nu. pec. quia turpitudinem de-
tectam non eſt prohibitum allegare: Bart. in l. iuſiurandum. §.
procurator. per illum text. de iureiur. ¶ Decimum corolla-
29 rium. Exceptioni † non nu. pec. renunciari non poteſt: quia
qua facilitate confiſus in proxima numeratione fictè cõfeſſus
eſt, eadem renunciaret. Domi. Abb. in c. ſi cautio. in prin. pe.
col. de ſi. inſtru. & ibi dixi poſt Salic. ſolenniter ſupra omnes
in l. ſi ex cautione. in 1. q. C. de non nu. pec. & quia uidetur re-
mitti futurus dolus. Hoc uerum, ubi tempore contractus re-
nunciatur: ſecus, ſi ex interuallo. Item ſecus, ſi iuretur, ut
30 latè per iſtos. ¶ Vltimum corollarium. Confectio † inuen-
tarij remitti non poteſt. Pet. de Anchar. conſil. 365. incip. in
themate propoſito. Card. conſil. 51. Bart. in l. ſin. C. arbi. tu. &
in l. ſi. §. cum igitur. C. de iur. deli. intellige
a [a] primo, niſi remitteretur tutori. Caſus eſt
in l. ſin. C. de arbi. tut. Pet. de Anch. in cle.
2. de ſta. mon. Bart. in l. tutor, qui reperto-
rium. de admi. tut. nedum teſtamentario,
ſed etiam datiuo. Bal. in l. nemo poteſt. de
leg. j. intellige ſecundo de remiſſione in
præiudicium creditorũ hæreditatis: ſecus
in præiudiciũ legatariorum. Bald. in l. cùm
tale. §. j. ff. de cond. & demon. Paul. in d. l.
nemo. quia ſicut eſt in poteſtate teſtatoris
legare, ſic legata qualificarę. ¶ Circa quę
omnia not. duo. Primò: quod boni mores
conſiderantur tripliciter, & maximè uno
modo artificio iuris ciuilis, quod deducit

a *Intellige*] *Ad de ta, quod ſi hoc erit damnoſum pupillo, poterit iudex non ſequi uoluntatem patris, c. in confirmando. & in l. præſentem. ff. de confir. tut. ſed teſtator non poterit remittere confeſſionem inuentarij heredi. l. ſin. §. cùm igitur. ubi Bald. C. de iur.*

de iur. delibe. do. Alex. in conſilio 234. incip. Perſpectis his, adde prin. q. per Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de tut. §. generaliter. in prin.

ſolum ad inconueniens, putà alienatio do
tis, & ſimilia. De iſtis moribus non loqui-
tur regula, non eſt obligatorium. de alijs
bene: de quibus uide Bald. in l. pacta, quæ.
C. de pac. in l. pactum in 19. q. C. de colla.
in l. non dubiũ. in 17. op. C. de legi. in tub.
C. de cond. ob tur. cauſ. Ant. optimè conſ.
234. incip. punctus ſtatuti communis Flo-
rentiæ. Imo. in d. c. cum contingat. in 13.
char. Bart. in l. ſi quis pro eo. in primo membro, ff. de fideiuſ.
Bal. in l. furti. §. pactus. ff. de inſa. Et ibi dicit, quòd ſi promittõ
tibi non facere pacem cum inimico non ualet promiſſio: qa
contra bonos mores euangelicos. Sequitur Ana. in c. 1. de col
31 lu. ¶ Secundo no. quòd † illud tritum, dolus futurus non re-
mittitur, l. ſi unus. §. illud. de pac. intelligitur primò in dolo
uero & certo: ſecus in preſumpto & incerto, qui tacite remitti
poteſt Bald. in l. j. in fi. C. de uſur. bona gl. in l. ubi exigitur. in
uerbo proximam. ff. de eden. uolens, quòd licet minor non re
ſtituatur aduerſus dolum uerum, l. auxilium. ff. de min. tamẽ
reſtituitur aduerſus preſumptum. Idem pulchrè do. Ant. in c.
fraternitatis, ne. fallit quartò. de teſti. ibi dicens. quòd illi ca
pitulo renunciare poteſt pars, nec eſt remittere dolum, i. ſu-
bornationem: quia eſt dolus præſumptus, non certus: quę ſu-
ſio certe ſepe inſeruiet. ¶ Secundò intellige in dolo ex ani-
mo: ſecus re ipſa: quia iſtum remittere nõ dat occaſionem de-
licto. Bal. in l. cùm antea C. de arbit. ¶ Tertiò intellige, niſi
remittatur culpa leuis, uel leuiſſima, ut in 6. cor. proximè
32 præcedenti. Quę no. ¶ Septimò fallit, † ubi l. fauens priuato,
tangit etiam inſeparabiliter fauorem tertij. Do. Anto. & Ab.
hic, & probatur toto tit. C. de com. rerũ alie. & in regula, quod
omnes, &c. ſecus, ſi eſt ſeparabile commodum tertij. c. cùm ne
niſſent. de inſtit. Amplia hanc fallentiam, etiamſi iuretur: qa
propter damnum tertij iuramentum non eſt ſeruabile ſine
peccato, c. eam te. de iureiu. ſecundũ iſtos. Sed caue, quia hoc
uerum in præiudicio principaliter alium tangente: ſecus, ſi ſe
cundariò: & in conſequentiam gl. fi. quæ. eſt aurea, in c. 2. & ibi
Domi. de pac. in 6. pro hoc, quia in caſu c. cùm contingat ſecũ
dariò nocet filijs, quibus debebatur dos materna, & tamen
ualet iuramentum. Sic declarat Lud. loquens de prodigo in
l. is, cui. in pe. col. ff. de uer. ob. ¶ Primum corollarium, Con-
ductor nõ renunciat exceptionibus rei conductæ, l. ſemper. §.
conductores. ff. de iur. immu. ¶ Secundum corollarium. Reus
non poteſt renunciare dilationi, quam petierat inuito actore
uolente ea uti: quia facta eſt communis, propter l. petendæ. C.
de temp. in integ. reſt. dictum aureum Spe. de dila. §. uide. in
pe. col. uer. quid ſi reus petita. per l. ſi poſt. §. fi. ff. de contra tab.
Sequitur Bal. in l. poſtquam. in ult. col. C. de pac. in l. amiciſ-
ſimos. §. Lucius. ff. de excu. tut. & in d. l. petendæ in ult. col. &
ibi reſpondet ad l. ſi iudex circumuento. ff. de mino. ubi mi-
nor renunciat ſententiæ reſtitutionis inuita parte uicta: quia
loquitur in beneficio competente parti ex perſona aduerſarij
iure ſpecialis priuilegij, cui ſi ille renunciat, alius non poteſt
uti: ſecus, ubi competit de iure communi, prout in hac dila-
tione. Facit l. eius. §. militia. ff. de mili. teſt. ¶ Tertium corolla-
rium. Habens priuilegium aptum prodeſſe etiam tertio, non
poteſt eo inuito illi renunciare: Inn. in c. ex conqueſtione. de
reſti. ſpo. Fallit dupliciter: primò, ſi obtentum ſit motu ꝓprio:
ſecundò, ſi tertius nondũ eſt eo uſus, ut ibi per Abb. late. uer.
2. q. Bar. Ant. & Ful. in l. 3. in prin. ff. quod quiſque iur. Imo.
poſt gl. pen. in c. olim. el 1. de off. delega. Domi. in c. quoniam.
de immu. eccl. in 6. tum concor. ¶ Octauo fallit, quando ius
fauorabile reſpicit etiã odium alterius, ut in Macedoniano,
ut hic in glo. & per Doc. Quid autem, ſi iuretur? Vide Imo. in
c. cùm contingat. in 23. char. de iureiur. ubi uidetur tenere, ꝙ
ualet, per c. debitores. de iureiu. ¶ Primum corollarium. Ex-
ceptioni inhabilitãti teſtẽ renunciari non poteſt, quando eſt
odio teſtis, ut excommunicatio, bannum, & ſimilia: ſecus, ſi fa-
uorem partis tantùm, ut affinita, inimicitie, & ſimilia. Bal. in
l. ſi quis teſtibus. ad fi. C. de teſti. Io. An. in Spec. de teſte. §. ſæ-
pe. in r. addi. ¶ Nonò fallit, ubi renunciatio eſt cõtra naturã
cõtractus: l. cùm precario. ff. de preca. ¶ Primũ corollariũ. Fa-
cultati reuocãdi procuratorẽ renunciari nõ poteſt: quia cõtra
naturã mandati. Bar. ibi in d. l. cũ precario. & Ant. conſ. 225. in
cip. Punctus talis eſt: Martinus de Florẽtia, adducẽs multas ra
tiones. ¶ Amplia, etiamſi eſſet iuratũ: quia licet iuramentum
teneat, & reuocans ſit piurus, tñ reuocatio tenet. Gl. in uerbo.
reuocatus. in c. ſi. de procu. in 6. ꝑ c. ſi inter. de ſpon. & illã glo.
10 quitur prædicta. ¶ Quarta declaratio. Valeret † ſtatutum, q̃ delinquens in terris confœderatis cum populo ſtatuente poſſet in loco ſtatuti puniri. Deciſio Barto. generalis in d. l. cunctos, ibi, octauò circa ſtatuta. & ſpecialis in propoſito ibidem in ſequẽti col. per l. nõ dubito. ff. de capti. ubi idem replicat: addens, bannitum non eſſe tutum in terra confœderata. Tamen hoc ultimum nõ placet ſibi, nec uſus probat, ſecundũ eũ. ¶ Sed caue: quia nõ ſunt hæc indiſtinctè uera: quia ſecundum Bal. in l. executorem. ibi, ſed quid de ciuitatibus cõfœderatis. C. de exec. rei iud. quidquid ſæpe dicat Bar. confœderatio nõ poteſt plus, uel minus, q̃ dictent pacta fœderis. Propterea Bal. in auth. & omnino. ibi, quid de hominibus. C. ne fil. pro pa. dixit, quoddã eſſe fœdus ſociale, quod non influit unum extremum in alterũ & huius uigore non poſſet quis petere repreſalias in loco confœderato. Quoddã eſt fœdus ſtrictius, quo terra eſt ſub altera, quo ad præceptionẽ: & tunc bene iudicat̃ de talibus, ut de proprio ciue: ſic intelligit lex, non dubito. & bene. ¶ Vnde Domi. in c. ſi adiutoriũ. 10. diſt. propter glo. ſi. infert, q̃ ex confœderatione quis acquirit ciuilitatem alibi. Quod intelligit poſt do. Ant. ibi, quando ſtatutum hoc diſponeret, aliàs non. Et de iſto fœdere largè loquitur Bar. qui ſint rebel. in uerbo rebellando. dicens, q̃ poſt confœderationem non poteſt una terra contra aliam facere grauiores ll. quia ſocietas intelligitur ſecundum ſtatutum primum, §. fin. Inſti. de ſocie. Et hinc eſt q̃ caſtrum ſubmittens ſe ciuitati certis modis & pactis, non in totum, non dicitur eſſe ciuitatis, cui ſubmittitur. Pet. de Anc. conſi. mihi 437. inci. Iſta ſententia. Idem Bar. conſi. 57. incip. cõmune Spoleti. & Bal. conſi. 75. dicens, q̃ terræ recommendatæ etiam, quæ mittunt brauium, non dicuntur eſſe de diſtrictu, nec deſinunt eſſe liberæ, nec dicũtur trãſferre merum & mixtum imperium. Idem Bar. l. 1. de excuſ. mune. lib. 10. q̃ ſi ciuitas libera committit ſe protectioni, gubernationi & regimini alterius, non transfert merum, nec mixtũ imperium. Vnde Bart. in tract. de repreſal. q. 1. arti. 3. dicit, q̃ terræ, quæ ſubmittunt ſe protectioni ciuitatis certis pactis, nõ ſunt ſubditæ, ſed liberæ, fœderatæ fœdere inequaliter. Et conſuluit Maria. conſi. mihi 55. inci. Vt quæſitarum ſuperiùs formatorum. q̃ licet Aretini dederunt ſe in protectionem Florentinis, dando arces & fortalitia cum poteſtate alias ædificandi, appoſitis certis pactis, per hoc non dicuntur ſe ſubmiſiſſe: quæ omnia ſigna, & extenſiua ſunt in dictis locis. ¶ Demum ad hoc uide q. d. Car. in cle. 1. in prin. in 3. q. de reli. ubi diſputando cõcludit, dominum dantem conſulibus in ſuo caſtro oẽm ſuã iuriſdictionem, non poſſe ab eis puniri, ſi ipſe ibi delinquat: quia non põt ius ſui ſuperioris à ſe abdicare, c. uenientes. de iureiu. niſi fortè cõſules contra illũ ſuperiorẽ aliter pſcripſiſſent. Sequitur ibi Imo. ¶ Secunda concluſio. Si uictor intẽtat actionẽ iudicati pro executione ſententiæ, poteſt quilibet iudex, de cuius foro eſt uictus, ſententiam alterius exequi: ſecus, ſi intentatur officium iudicis nobile, niſi iudex, qui iudicauit, requirat alium literis. Ita Spec. de execu. ſententiæ. §. 2. uer. ſed pone iudex Peruſinus. Bar. & oẽs in l. à diuo Pio. §. ſententiam. ff. de re iud. do. Ant. do. Car. & Ab. hic. glo. & Bal. in c. cùm quædam. ff. de iuriſd. om. iud. glo. inci. no. ex cauſa. in l. 2. ff. ſi quis in ius uo. Inno. in c. præterea. in glo. maio. de dila. Iac. But. in l. argentarium. ff. de iud. Bald. in l. a. in 1. col. C. de exec. rei iudi. Ange. in l. 4. §. ſi ex conuentione. ff. de re iudic. do. Ant. in c. ſi. uer. ex his patet. de confeſ. & Pau. de Caſ. clarò conſil. 220. inci. Si dicta ſententia. & alij. ĩ. allegandi. Quæ uerba recipiunt 5. intelligentias. ¶ Prima intelligentia. Si iudex, coram quo imploratur officium nobile pro executione ſententiæ, habet iuriſdictionem in reum ſolùm reſpectu rerum ſuarum, prædicta procedunt: ſed ſi ratione domicilij, uel originis, non eſſe opus dictis literis. Ita Bald. in add. Spe. de ſen. uer. ſententia lata per unum iudicem. Alleg. d. l. argentarium. Sed caue: quia Iac. Bu. ita intelligit, quãdo agebat actione iudicati. Vel ſecundum Cy. in l. unica. in 10. q. C. de confeſ. iudex prouinciæ ſcripſerat: & ideo ſic intelligendo non uiolaretur regula. §. contrahentes. & §. ſin autem reus. de quibus in concluſione. ¶ Secunda intelligentia. Si executio eſt debita de iure cõi, prædicta procedunt: ſecus, ſi ſolùm ex forma ſtatuti loci, ubi eſt lata ſententia: quia etiam ad literas iudicantis alius nõ exequitur: habet enim imitari ſolũ ſtatuta ſua & ius cõe. Bald. in l. unica. in ſi. C. de confeſ. per l. miſſi opinatores. C. de exac. trib. lib. 10. Idẽ ſentit Paul. cõſi. ſ. allegato ad ſinẽ ibi, & ſic ſatis põt dici lata. & Bal. in l. 1. in 4. & 5. q. C. ne filius p patre. Et ideo dũ do. Bar. in d. §. ſntiam dicit, inſtrm guarentigiæ poſſe à quolibet iudice exequi, intelligitur, ſi in loco executionis eſt idem ſtatutũ: quia bene intelligitur de inſtrumentis alibi confectis, ſecundũ Bal. pulchrè in d. l. 1. ¶ Tertia intelligẽtia. Si iudex, qui iudicauit, nõ eſt ſeſt territorio, nõ eſt opus ſuis literis. Bal. in l. epali. C. de epali aud. per illum tex. ¶ Contrarium ſentit Io. An. in d. §. 2. uer. quid de ſententia doctoris. dicens, ad requiſitionem doctoris fieri executionẽ. Idẽ ſentit Bar. in d. §. ſñiam. intelligẽs l. epiſcopale. prout ſ. dixi de l. argentariũ m. Saluaretur illud dictum intelligendo l. epiſcopale. in iudice prorogato, prout intelli-

git ibi Iac.Bu.uolens, eum eſſe functum officio lata ſententia. Et tunc meritò non eſſet opus ſua requiſitione.ſicut de iudice, cuius iuriſdictio finit, tenent Doc. ubi ſuprà.¶ Quarta intelligentia,noua.In caſu huius decretalis & generaliter in criminalibus non eſt opus dictis literis, ſecundum dom.Ab. hic,cui non habeo conteſtem, per quatuor rationes: quarum una eſt dubia, uidelicet dum fundat ſe in dicto Bar.in §.ſententiã.q licet in ciuilibus poteſtas unius ciuitatis non poſſit exequi ſententiam capitanei ſine requiſitione,l.1.ff. de offi. conſu. tamen in criminalibus ſecus. Vnde ſi reus eſt contumax,& tandem adeo bannitus,q capi poſſit,& fieri executio, quicunque iudex eum capiet, exequitur in territorio: nam ſi hoc eſt in hoſte patriæ confœderatæ, fortius in noſtro. Et ſic ex dicto, quod loquitur explicitè de iudice eiuſdem loci, & implicitè de iudice loci confœderati, infert ſolus dom.Abb. idem in iudice alterius loci, etiam non confœderati. Et quãuis hoc dictum Bar.ſequatur Bal.in l.1.ff.de offic.conſu. & in l. tale pactum.§.qui prouocauit.ff.de pact. & Imo. in l.pe. in princ.ff.de. pub. iud., tamen contra ipſum ualde inſurgit ipſe Bald.in d.l.executorem,dicens, quod ipſum abhorret conſuetudo,nec placet ſapientibus,nec probatur iure, quòd ciuitas cõfœderata pſequatur hoſtes alterius, ut pprios.Et ad l.nõ dubito,dat tres reſponſiones,de quibus per eũ. Et idẽ in rub. C.de uſur. in fi. niſi pacta fœderis aliud dicant, ſm enim ibi, ¶Modò conſidera bene quia tenendo,q in iudice eiuſdem ciuitatis,& in iudice terræ confœderatæ non ſit differentia inter ciuilia & criminalia,ut uult Bal.uideretur à fortiori poſſe dubitari de iſta quarta intelligentia do.Abb.cui, dum generaliter loquitur de iudice loci etiam nõ confœderati, fortiùs obſtant dicta Bal.Reſpectu huius decretalis, & dicti Inn.in c. qualiter.de quo per Abb. forte ſuſtineretur opi. Abb.non,q ſit uerum, q in criminalibus procedat iſta intelligentia, ſed quia priuatus beneficio alibi remanet criminoſus notorius: nam eo ipſo,quod eſt de crimine condemnatus, conſtat q eſt beneficio priuatus.& multo magis, ubi condemnans eum priuauit,c.tantis.81.diſt.ad petitionem. de accuſ.c.cùm dilectus. §.his igitur. de purg. Cano.ubi propter factorum connexitatem hoc inducitur,ſecundum Spec.in d.uer. ſed pone: iudex. ubi ita reſpondet ad iſtum tex. Et pro hoc facit:quia,ut ſ dictum eſt,facta confiſcatione à iudice delicti, bonorum apprehendi t bona tanquam uacantia. Remanebit ergo iſta quarta intelligentia uera ubi agitur non reſpectu perſonæ,ſed in bonis alibi ſitis,à quibus eſt abdicatũ dominium, & perſona alibi condemnata. In quo cogita:quia Doc.non declarant. ¶Si iudex,coram quo petitur executio, uidet eam nullam, habet ſuperſedere & exceptionem nullitatis remittere.Pau.de Caſ. conſ.præallegato.Imo.in c.cùm in iure.de offi.dele.& in c.paſtoralis.§.quia uerò.eo.tit.niſi nullitas eſſet notoria:quia non eſt opus remiſſione,ſed põt executio denegari. Lud. pulchrè cõſ.51.incip.Attẽtis.ubi de deciſione Bal.in l.ab executione. uer.ſed nunquid.C. quorum ap. Quid autẽ,ſi iudex iudicans nõ uult ſcribere,uel alius requiſitus non uult exequi?De hoc
12 & alijs dic,ut p Doct.in §.ſententiã. ¶Vltimo † ſeruit iſta decretalis ad plurima:ſed ex multis no. ſaltem Fede.conſi.182. inci.in hoc puncto dubitabili.q ſtatutum epi puniens non reſidentem operatur, etiam ſi abſeoti conſumerentur extra dioceſim:non, quia pœna afficiat perſonã extrà, contra c.2.de cõſti.in 6.ſed reſpectu rei ſitæ in diœceſi.Sequitur Pet.de Anch. in repe.c.1.de cõſti.fol.19.ibi,reperiri eius cõtrariũ.& Maria. in c.ex tuæ.de cler.non reſi.ibi,ſed circa prædicta.¶Item uide Rotam de conſue.12.in antiquis,q ſicut eps poteſt exiſtentes in diœceſi,& ibi delinquentes punire,ut hic: ita illi, qui alibi ſtant & faciunt delictũ in aliena diœceſi, poſſunt ab epo offenſo puniri cum cõſenſu illius, in cuius diœceſi ſtant. Quod no.
13 ¶Itẽ ſcias,q † mortuo teſtatore,qui iuſſit bona alibi ſita dari pauperibus,diſtributio ſpectat ad epm domicilij. Bald.in l. nulli.C.de epiſ.& cler.Pet.de Anch.in regula, peccati uenia. in pen.q.ſed executio actualis ſpectat ad epm bonorũ,per iſtũ tex.per quẽ ita uidi iudicatum:de quo per Archi. & Domi.in c.non autẽ.7.q.1. ¶Ex iſtis adde Ion.in c.Paſtoralis,ultra medium,de priui.ubi dicit, q in alienatione predij in alia diœceſi ſiti authorizabit eps, cui eccleſia ſubeſt. Et ſequitur Archi.in c.in uenditionibus. circa medium.17.q.4.eſt glo.in §. hoc ius.10.q.2.uerſ.q ſi neceſſitas.in uer.duos. Bald. in auth. hoc ius porrectum.uerſ.quæro igitur,qs eſt.C.de ſac.ſan.eccl. Innoc.in cle.1.de re.eccl.ibi,ex prædictis habes & latius Card. in prin.q.37.reſpondens contrarijs. Itẽ not.q eccleſia in una diœceſi ſubiecta pleno iure eccleſiæ alterius diœceſis grauabitur in legationibus occurrentibus in loco,ubi eſt ſita,non in loco eccleſię eius dominæ.Pet.de Anch.poſt Arch.prò & contra,conſilio ſuo 248.inci.Ad prædicta dubia.¶Adde Lud.latiſſimè conſi.376.inci. Quæſtio eſt,ubi dicit, q beneficiũ exiſtens hic,ſpectans tamen ad collationẽ abbatis Cluniacenſis, dicitur in diœceſi,& ſua diœceſi;& per diœceſim etiam in gratijs expectatiuis.Vide eundem conſi.341.inci.In caſu propoſito.ubi dicit, q legatus confert beneficium ſitum in prouincia ſua ſpectãs ad collationem clericorum alterius prouinciæ. Et ſcias extraua.Io.22. ſedes Apoſtolica. folio impreſſarum centeſimo,q executor ad beneficia in certa diœceſi, ſi illa dimẽbratur,poteſt exequi in uacaturis in parte dimembrata alteri unita.Et no.q ubicunque diſpẽſatio fit reſpectu eccleſiæ,ſemper petitur a ſuperiore eccleſiæ.Dom.in c.cùm ex eo.de elec. in 6.propter gl.ibi. ¶Et ſcias,q Mod.hic examinant opi.Bar. in l.ſi dominium.ff.de fur. Vtrùm ratione ſolius contrectationis poſſit fur ſuſpendi,aliàs dicemus: & quædam dixi in c.nouit.de offic.deleg.

S V M M A R I V M.

1 *Vidua retinet dignitatem quæſitam radijs mariti.*
2 *Quondam, hæc dictio, & ſimiles, important præteritum alio non apparente.*
3 *Diſpoſitio talis, Titius filius Martini. non uitiatur, licet Martinus ſit mortuus, & non dicatur quondam, uel aliquod ſimile.*
4 *Computatio dictæ ſit à loco domicilij principalis.*

CAPITVLVM XV.

EX PARTE B. ¶Miſerabilis perſona poteſt laicum interdicto,unde ui.coram iudice eccleſiaſtico conuenire, etiamſi res ſubtracta dicatur
1 feudalis. H.D. ¶Retinet† uidua dignitatem quæſitam radijs mariti. Omnes hic.Mod.contrà per iſtum tex.in uerb.quondam. Per quem dicunt erraſſe Bar.in l.1.ff. de ope.no.nun. Solutio patebit ĩ. Reſpondent ad l.fœminæ.ff.de ſena. q intelligitur, ſeparata non per mortem,ſed diuortio. SOL. Vbi eſſet ex diuortio perderet dignitatem:quia fit ex delicto, l.conſenſu.C. de repud.Ideo tene cõem opi.per l.fi.ff.de ſena.ubi ſi expiraſſet dignitas,fuiſſet gratia inanis.¶Ad idem l.quoties. in uer.in uiduitate permanẽtes.C.de priui.ſchol.lib.12.& ibi Bar.& tex. in c.is,qui in fi.de ſepul.in 6.per quem ita no.Abb.in c.ſuper eo.de teſti.¶Limita primò,niſi impudicè uiuat,l. his ſolis. de reuoc.don.Dixi in proœmio ẽ.co.¶Secundò limita in concubina. Glo.magna in fi. in l.hęres abſens.ff.de iudi.tex.in l.de iure.§.fi.ad muni. ¶Limita tertiò,niſi ex hoc conſequeretur pœnã,ſm Mod.hic allegãt.Bar.in l.Titia.§.uſuras.ff.de leg.2.ubi dixit.uxores rebellium poſſe repatriare mortuis maritis, licet ſtatutum relegat uxores rebellium. Idem Ang. in l. cui eorum.§.fi.de poſtul. per illum tex.ubi finita cauſa odij finitur odium.¶Adde Bal.in l.fi.C.de iniurijs. & in l.fi.C.de iis, qui ad lib. perue.non poſſunt.& in l. uoluntas.in 1.col.C.de fideicom. & quod dicetur in fi. ſequentis concluſionis. Optimè facit dictum Spe. in tit. de feud.§. quoniam. uer.20.quòd uxor hominis mei cũ illo longo tempore mihi inſeruiens,nõ eſt fœmina mea,ſicut ipſe homo:quare licet participet honores mariti,nõ tamen ſuſtinet grauamina. Alle.c.ex parte. de conſue.&c. ex literis.de pig. per totum,C. ne uxor pro ma. ¶Limita quartò reſpectu ipſius mariti:quia quo ad eũ. nõ habet dignitatem,per id,quod no.hic Ab.in fi. dicens, maritum nõ teneri uxorẽ appellare dominam. Adde Bar.in l.ſi poſt.§. fi.ff.de cõtra tab. & in l.ſi iudex.in fi.ff.de mino.per illa iura, ubi qui habet beneficiũ ab alio,non poteſt eo uti inuito illo: & cum iſtis uide gloſſ.in uerb.uacare.in clemen.ne Romani. 3
de elec. tex.in c.cùm te.C. de ſup.per quam dicit ibi Bald. quòd commitatiua effecta ciuis nubendo ciui, ſi ſecundò nubat comitatiuo, deſinit eſſe ciuis:Et ita adde l.quod princip. & l.ſi Auguſtę.de leg.1.ubi.Auguſta corruſcat ex radiis mariti,non iure proprio: ideo dignitas non tranſit in eam quæ ſuccedit.Et intellige ſecundum Cardin.in c.quoniam ab. de offic.dele.quod corruſcat paſſiuè,non actiuè : quia non exer-
2 cet iura imperialia. ¶ Prima intelligentia.Dictio, † Quondã & ſimiles,importãt præteritum alio non apparente. Pulchrè Card.in c.fi.de teſti.cog.ubi dicit,quòd cùm quidam peteret,

tarot. tanquam exiſtens ſui iuris, & hoc non probaſſet, fuit notata poſitio partis aduerſæ, quæ dicebat, eum filium quondam talis, & ex tali confeſſione fuiſſe obtentum probatum eſſe, quòd eſſet ſui iuris & dicit dominum ſuum, ſ. Rich. de Sali. patruum dom. Bar. de Saliſeta referre. in l. cui eorum. §. affinitatis. ff. de poſtulando. Quod no. Similiter Iac. Bu. in l. cùm aliquis. C. de iur. delib. dicit, ꝙ ſi in inſtrumento confecto inter duos, dicitur Titius quondam Petri, probatur eũ mortuũ eſſe. Nec ob. ꝙ ſit uerbum enunciatiuum: quia probat inter partes, l. optimam. C. de contrahen. ſtipu. & ita do. Ant. do. Abb. & Imo. in c. cùm contrah. de pig. & Bal. in conſi. inci. in quæſtione, uertente inter ſcholares. Imo. in c. cùm olim. de off. delegi. do. Abb. in c. cùm ſimus. de relig. do. in c. de his. lo ij. 50. diſt. & in c. ſi quilibet. 54. diſt. bonus tex. in authen. ut iud. ſine quoquo ſuffrag. in princ. ibi, non olim, ſed ex quibuſdam temporibus. ¶Secunda intelligentia. Ad ſaluandum teſtimonium uel inſtrumentum, poſſunt dictæ dictiones uerificari etiam in tẽpore præſenti. Glo. trita in l. nec emptio. ff. de contrah. emp. & glo. in l. 1. §. 1. in uerbo, olim. de ope. no. nun. & ibi pulchrè Bart. quem approbant alij ibi, & hic, & Imo. in d. c. cùm olim. Cogita propter cõem uſum loquẽdi. ¶Tertia intelligentia. Diſpoſitio [a], in † qua di-
2 citur Titius filius Martini, non uitiatur, licet Marti. ſit mortuus, & non dicatur, quondam, uel ſimile. Do. Ant. hic, & in d. c. cùm contra. allegat Spec. corruptè, ſed eſt de inſtru. edit. §. poſtremò, uer. quid ſi ita cõtinetur. Idẽ Bart. & Pau. de Caſt. in l. eius, q. per illũ tex. ff. ſi cer. pet. Bonus tex. in l. inſulã. in fi. ff. de acq. re. do. ubi appellatur inſula, quæ olim fuit. Et ibi Bart. ꝙ poteſt appellari filius qui olim fuit. Facit l. ſi quis reb. §. idem Iulianus. lo j. ff. de lib. leg. ubi poſt diuortiũ appellatur uxor. Supplet gloſſella, Quondam ſimilis. in l. diuortio. in uerbo, uxoris. ff. de neg. geſt. & in l. uiro atq; uxore. ff. ſol. mat. & ibi Raph. Facit dictum Bar. in l. ſi cognatis. in fi. ff. de reb. dub. ubi dicit, legatũ familiæ Martini ualet, licet iã Martinus ſit mortuus: quia uidetur relictũ deſcendentibus ab eo, ex cõi uſu loquendi. Sequitur Pet. de Anch. & Imo. in c. indicantis. de teſta. Simile dicit Bar. in l. 2. in fi. de anr. & arg. leg. ꝙ prohibitus intrare palatium capitanei, incurrit pœnã intrando abſente capitaneo. ¶Iſta limitantur, niſi fieret mẽtio de filio in odio patris: quia intelligi debet de filio habente patrem uiuum, aliàs non. Vnde ſtatutũ relegans filios rebellium, intelligitur, ſ. uiuentium. Bal. in l. cùm acutiſſimi. C. de fideicõ. & in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. Et facit, quod de uxore dictũ eſt ſ. & in materia. Vide Sali. in l. generaliter. §. 1. C. de inſti. & ſubſti. ꝙ ſtatutum puniens capite corruptorẽ filij, intelligitur, ſ. habentis patrẽ: quia iſta ſunt correlatiua, in quibus dato uno, requiritur & reliquum in materia pœnali. ¶Glo. in uerbo, Andegauenſem. De ſola conuerſatione, quid operetur dictum eſt ſ. eo. c. quod clericis. Sed in quantum do. Abb. notanter uult, ꝙ ex habitu totius patrimonij, uel maioris partis habeat quis domicilium in loco. Hoc reprobatur per Maria. in c. fi. ſ. eo. propter. §. ſola. de quo in gl. 3. Item per iſtũ tex. ubi ponderatur conuerſatio ultra hoc, ꝙ haberet bona. Item propter l. 2. C. ubi ſena. intelligendo copulatiuè, prout ſtant quaſi omnes libri, ſm eum. Reſpondet ad c. poſtulaſti. ſ. eo. ꝙ imo ibi innititur, ꝙ ille cõſtituerat domicilium, licet pro-
4 pter beneficium teneretur alibi reſidere. ¶Cõputatio † dietæ ſit à loco domicilij principalis. Glo. in uerbo unam dietam. in c. ſtatutũ. de reſcrip. in 6. Dixi poſt Abb. in c. dilectus. lo ij. de reſcrip. ¶Fallit, niſi cum domicilio nõ principali concurreret aliud, uidelicet ꝙ ibi eſſet res litigioſa. Ita tex. ſingularis hic inductus clarè per Abb. quẽ ualde approbant oẽs Mod. & ſubdit Aret. contra Imo. hic, ꝙ non ſolùm iure nouo, c. ſtatutum. ſed etiam iure iſto ſit computatio à loco domicilij: primò per iſtum tex. non deſtruendo eum ſuppletione, maxime dum requirit manſionem: Secundò, quia etiam de iſto iure militabat eadem ratio, ſ. ne quis à proprijs negotijs deuiaretur. Non ob. c. dilectus. lo 2. de reſcri. quia ibi hoc reuocaretur in dubium, non tamen ibi hoc deciditur, ſed pronunciatur ſu-

*a Diſpoſitio] Ad a dit. & not. hoc modò cautelam ad ſuſtinendum inſtrumentũ, in quo dicitur Sempronius filius Titij, & tamen Titius erat mortuus. quia ſubauditur, quondam. & iſta * eſt cõmunis & op. quã tenent omnes hic. Adde, quòd etiã modò econtra: pone, in inſtrumento dictum eſt, Titius olim Sempronij: & in ueritate Sempronius pater uiuebat, an uitiatur inſtrumentũ? Dic, ut per Bart. in l. 1. §. 1. ff. de ope. nouũ. in j. col. & adde ibi do. Alex. de Imo.*

per aliũ articulũ nihil pertinente ad iſtum, ſecundum eum. ¶Glo. fi. Prima limitatio Vin. de qua per Bar. & Ab. non uidetur mihi limitare c. unicum. de lit. conteſt. in 6. quia licet ſpoliatus beneficio detento quia dixit falſo ſecum diſpenſatum, non debeat reſtitui, ut euitetur uitioſus ingreſſus: tamen per hoc non ſequitur, quòd exceptio iſta opponi poſſit ante lit. conte. quia ſecundum Cardi. in ſimili conſi. 92. incip. Nobiles uiri. non habet obijciens conqueri de rigore dicti c. 1. quia ex quo procedetur iudicialiter, poterit obijcere exceptionẽ peremptoriam tempore ſuo. Bene fateor, ꝙ dictum Vin. pulchrè limitat glo. hic hoc modo: ꝙ licet proceſſus reſcripti in poſſeſſorio non alteretur per exceptionẽ petitorij, ut eſt hic caſus: tamen ubicunque allegaretur talis peremptoria, per quam conſtaret de non iure agentis, gloſſ. non procederet: ſed aduerte, quia in beneficialibus iſtud conſtat, per rationes do. Ab. hic: ſed in alia materia non credo, per iſtum tex. & per c. fi. de ordi. cog. cum ſimilibus. ¶Reſpectu ſecundæ limitationis uide, quæ dixi in c. ſuper literis. de reſcript.

SVMMARIVM.

1 *Pleno iure. quis ſit effectus huius clauſulæ, uide nu. 2. & 3.*

4 *Remedium poſſeſſorium an competat pro cenſibus.*

CAPITVLVM XVI.

CONQVESTVS. ¶Laici occupantes iura eccleſiæ, ueluti ſacrilegi, per eccleſiaſticum compelluntur. H. D. ¶Glo. prima. Effectus † clauſulæ, pleno iure. ponit hic do. Abb. melius cæteris. ¶Et adde, quòd ideo tex. hic nihil dicit de iuriſdictione ſpirituali quia ſi iſta loca erant in diœceſi, non oportebat hoc dicere. Vide Innoc. in c. paſtoralis. ad fi. de priuile. ubi dicit, ꝙ facta ſubiectione de eccleſia pleno iure, non poteſt is, cui ſubijcitur, mutare ſtatum eccleſiæ percipiendo omnes fructus: ex quo exclamat do. Abb. in c. querelam. de elec. contra commendatarios eccleſiarum, in eis non manutenentes ſolitas expenſas. Et dicit do. Ab. in c. cùm inter. de re. iudi. propter. glo. primam ibi, ſimilem iſti, ꝙ ſi dicitur, ſubijcio eccleſiam pleno iure, intelligitur in ſpiritualibus & Papalibus, & dummodò ita ſubeſſent ſubijcienti. ¶Item do. Ant. conſi. 19. incip. Quia hic agitur. & ibi habes, ꝙ idem eſt, ſi diceretur, omnia ſingula, & alia quæcunq; quia ex hoc uerbo datur iuriſdictio plena. Allegat no. hic & in d. cle. 1. de fo. compe. Subdit paulo poſt hoc non procedere, ubi petitio eſſet ſimplex: quia non ampliaretur à conceſſione, ut ibi per eum. ¶No. ꝙ habens eccleſiam pleno iure ſubiectam, non habet iuriſdictionem quaſi epiſcopalem, niſi aliud dicatur. Ideo unire non poteſt. Car. conſil. 47. inci. Reuerende pater, & domine mi. contra glo. in uerbo proprij. in cle. 1. de re. ecc. no. alie. per c. abbates. de priuileg. in 6. quod non probat. Et contra eam inducit cle. ne in agro. §. ad hæc. de ſta. mo. licet à quibuſdam non intelligatur, ut & ibi ipſe replicat in 2. q. Dixit tamen Cal. de dona. conſi. 6. ꝙ cùm Papa dediſſet epiſcopo Feſulano eccleſiam, ſ. Mariæ, in campo ciuitatis. Florẽtiæ, cum iſta clauſula, In perpetuum liberam & exemptam. dicitur conceſſiſſe omne ius epiſcopale. ¶Generaliter autem uide
a de Bald. in l. 1. C. de reuo. dona. ubi dixit, quòd † ille dicitur poſſidere pleno iure, qui colligit fructus, & de eis diſponit pro libito uoluntatis. Et dixit Bal. in l. mater. C. ad Tertullia. quòd illud ſpectat pleno iure, in quo habetur proprietas & uſusfructus. Et ibi dicunt Ang. & Pau. de Caſ. ꝙ iſtud dicitur pertinere pleno iure, quod nulli reſtitutioni ſubiacet. Et dicit Bal. in l. fœminæ. §. illud. in fi. C. de ſecundis nup. illã eſſe plenã proprietatẽ, quæ habet in ſe poteſtatẽ uſusfructus, & poteſtatem alienandi: & ꝙ dominium abſolutè dictum eſt plena proprietas cum poteſtate alienandi: & ita dixit ſe dixiſſe Papæ. Dixit tñ Bald. in l. uoluntas. C. de fideicom. ꝙ poſſe alienare nõ eſt de diffinitione dñij. Vnde res, quã poſſum alienare, põt dici pleno iure mea, ſm eũ. Sed fortè primũ uerius.
3 Et no. ꝙ † uerbũ, Pleno iure. importat ſubſtitutionẽ directã. Bal. in authen. nec uſus. C. de ſac. ſan. eccl. Old. conſi. 248. inci. Præſuppoſita cõſuetudine ciuitatis Pariſienſis. per Bar. in l. centurio. uer. ſecundò, principaliter. de uul. & pu. & Ang. in l. Iulianus. ppè allegãda. ¶Item no. ꝙ in legato dando pleno iure nõ detrahitur Falcidia. Lud. ſolẽniter in authen. ſimiliter. ad fi. C. ad l. Fal. referẽs in re ardua ita iudicaſſe Pau. de Caſt. inter uarias opiniones. ¶Itẽ no. ꝙ ſpectans iure directi dominij

tantùm, dicitur ſpectare pleno iure, l. Iulianus. §. idem Iulia-
nus. 2. ff. de rei uen. & ibi glo. per quam dicit Ang. primò id,
quod dixi de ſubſtitutione directa: ſecūdò, q̃d ſaluat libellū
datū ex parte regis, dicentē caſtrū ad ipſum ſpectare, pleno iu
re, cum tñ intentaret ſolùm directum. & ſequitur do. Maria.
in repe. rub. de cauſa poſſ. & propri. Et eſt additio. ¶ Item de
uer. Pleniſſimum dominium. uide l. 1. C. de nudo iure Quiri
tum tollẽdo. & ibi dicit Bal. non uidiſſe ſimile uerbum. Et
uide tex. in l. ſeruos. de leg. 3. dum dicit, ſeruos ſuos accipi-
mus, qui pleno iure teſtantis ſunt, inter quos fructuarij non
continebantur. Et adde, q̃ ſi in libello dicitur, Pleno iure
ſpectare dicitur intentatum petitorium. Inno. in c. cum inter
uos. de re iud. & uide tex. in l. raptores. §. ſi autē. C. de epi. &
cle. ibi, eccleſia uerò plenā poſſeſſionem habeat. & tamen
uſus fructus erat alterius. Sed ſm Bald. ibi monialis non ha-
bebat uſumfructum, ſed cōmoditatem uſusfructus. Et ad hæc
uide do. Ant. & Imo. in c. in Lateranenſi. de præben. & omni-
no do. Anto. in c. cū & plantare. de priuile. & in c. quoniā co.
tit. ubi inuenies de eccleſijs pleno iure ſubiectis. Et in quan-
tum do. Ab. allegat gl. auream in cle. 1. in uerbo. omnimodam.
de fo. compe. pondera, ut per ipſum in ap. ſtallis, & in c. quod
ſedes. de off. or. uidelicet, & uerbum, Iuriſdictio, prolatum nō
ſimpliciter ſed cum ſimili uerbo, non importat iuriſdictionē
ut ſpeciem, ſed ut genus: & conſequenter, merum & mixtum
imperium. Et per ipſum dixit Roma. in l. duo. ff. de acqu. hæ-
re. & in l. ſi bona. §. qui dānt. ff. de dam. infec. q̃ uerbū, Omni-
modā, æquipollet iſti, Pleniſſimā. Facit ſecundū Pe. de Anch.
conſi. mihi 320. inci. Primū dubium non eſt nouum. dum pro-
bat ſic q̃ Imperator non legitimat in terris eccleſiæ: quia in
cle. 1. de iureiu. ad ſiurat in ipſis quamcunque iuriſdictionē
non exercere. Ergo nec uoluntariam. Et uide do. Anto. in c.
per uenerabilem. §. rationibus. qui fil. ſint legit. ubi ſequitur
d. glo. quam etiā Pet. allegat in d. conſil. Et iſta alleuiabunt
laborem. ¶ Gl. 2. Si in materia incorporali libellus diceretur
de poſſeſſione, non poſita dictione, Quaſi quæ per iſtum tex.
poni debet, ſaluaretur ſecundū do. Ant. & do. Abb. hic, etiamſi
diceret de uera poſſeſſione: quia exponetur uera, i. non pre
caria, uel ficta. Quod ultimū not. & ad primum uide do. Ab,
idem tenentē in c. 2. de reſti. in integr. ꝓpter glo. 1. ibi. & Do,
4 in c. 2. de teſti. in 6. propter gl. ibi, 3. An † ait pro præſtatio-
nibus annuis detur remedium poſſeſſorium? Dixit Ioan. de
Fan. q̃ ſic, in c. nullus 2. q. 2. propter glo. 1. ibi. ¶ Contrarium
tenuit Io. An. latè in c. peruenit. de cenſi. niſi talis præſtatio
daretur intuitu rei corporalis: & ſic intelligit c. querelam. de
elect. Sed opi. Io. de Fan. ſirmat Domi. in d. c. nullus. per c. ſi-
cut. de re iud. attento, q̃ ibi non dicitur præſtationē dari oc-
caſione rei, & tamen agitur poſſeſſorio. & illū tex. facit ſingu-
larem do. Ab. ibi in primo notabili, de quo per eundem in d.
c. querelam. in ult. col. ¶ Iſtis adde gloſ. 2. in l. item uidendū.
§. pen. ff. de peti. hære. & glo. 1. l. 3. ff. pro ſocio. & do. Abb. in c.
1. in ſi. de cauſa poſ. ubi ponderat bonā gl. in c. cùm eccleſia. eo.
ti. & adde Spec. in ti. de primo decre. §. reſtat. uer. quid ſi reus.
ubi dicit, q̃ ſi reus non habet, niſi iura incorporalia, putà no
mina debitorū, in illis cadit miſſio in quaſi poſſeſſionem aſſi-
gnando ea creditori. & uide do. Ab. in c. olim. 3. de reſti. ſpol.
ubi ſaluat dictum libellum. De percuſſione cum ſanguinis ef
fuſione dictum eſt in c. examinata. 1. de iudi.

S V M M A R I V M.

1 *Priuilegio renuntiari poteſt quādo per hoc reducimur ad ius cōmune.*
2 *Clerici dicuntur eſſe de prouincia.*
3 *Promittens reſpondere coram alieno iudice poteſt pœnitere ante li-
tem conteſtatam. declara ut ibi.*

CAPITVLVM XVII.

DILECTI. ¶ Priuilegium alicui conceſſum, ut
non teneatur, niſi in certo loco reſpondere, nō
extenditur ad locum, ubi ex aliqua cauſa de iu
re cōi conueniri poteſt. H. D. ¶ Iſte tex. non ꝓ
bat primū: no. Ab. quia priuilegiū non fuit con
1 ceſſum eccleſijs, ſed Anglicis. No. tamen, † q̃
ipſe dicit, renunciari poſſe priuilegio, quando per hoc reduci-
mur ad ius commune. Vide eundem in c. ueniens. ibi conclu-
dendo prædicta. de præſcr. ubi intelligit hoc, etiamſi ꝓiudiciū
eſſet non modicū. Generaliter de iſta materia dixi in c. cùm
2 acceſſiſſent. de conſti. ¶ Item † dicit hic Card. per iſtum tex.
q̃ clerici dicuntur eſſe de prouincijs. Adde c. ſi in adiutorium
10. diſt. ubi ex priuilegio conceſſo Romanis Pau. allegauit ſe
immunem. Vide Cald. de eccleſiaſtico interdicto in 2. mem-
bro q. 27. ubi ſignanter uult, q̃ nomine dicatur de populo
etiam in odioſis. Et iſta adde ad ea, quæ dixi in c. eccleſia. in
3. q. de conſt. tractando generaliter, utrùm clerici ſint de po-
pulo. ¶ Glo. tertia operabitur ſolùm hoc priuilegium, q̃ per
uiam delegationis illi trahi nequeunt: ſecus, ubi ex cauſa iu-
ris cōmunis, putà contractus rei ſitæ, uel domicilij, ut hic per
Abb. cuius uerba non poſſunt aliter exemplificari, quamuis
ponat pro generali, quod operatur priuilegium, ubi conueni-
tur iure ſpeciali. ¶ Et no. quod ipſe dicit de literis familia-
3 ritatis: & adde, quæ dixi in c. inſinuante. de off. deleg. Item † te
ne menti limitationem ad l. ſi conuenerit. ff. de iuriſdi. om. iu
di. ubi promittens reſpondere coram alieno iudice, poteſt pœ
nitere ante litem conte. loquitur enim, ubi iuriſdictio datur:
ſecus, ubi promittit non declinare iuriſdictionem declinabi-
lem, ut hic per do. Abb. Sed caue, dum dicit uirtute pacti, de
quo hic, nedum renunciari priuilegio, ſed iuri communi lo-
quentis de dictis; quia Car. hic expreſsè dicit contrarium, ſed
dictum Abb. procedere poſſet, ubi in contractu nominatus eſt
locus prouinciæ: quia licet diſtet ij. dietis, imputatur contra-
henti, qui hoc ſciebat; ſecus, ubi promiſit ſoluere in prouin-
cia, in qua non omnia loca diſtant à ſuo domicilio una die-
ta: quia tunc ſecundum Car. nō erit renunciatum dietis. ¶ Et
in quantum ſentiunt iſti, q̃ uerbum, Reſpondere, intelligitur
in iudicio, limita, niſi adderetur de pecunia: quia æquipollet
iſti, promitto ſoluere. & ſic uidebitur cōtraxiſſe. Pau. de Caſt.
in d. l. ſi conuenerit. & in l. 3. §. ſi quis ita. ff. de eo, quod cer. lo-
co. Sentit Bal. in l. eam, quam, C. de fideicō. Alios caſus, in qui
bus ꝓmittens non pōt pœnitere, dixi poſt Doc. in c. 1. ſup glo.
in uerbo. placere. de iud. Et ſcias, q̃ ad materiam tituli, de eo
quod cert. loco. plurima ultra alios ponit hic Maria.

S V M M A R I V M.

1 *Laicus an & quando poſſit prorogare iuriſdictionem ſui iudicis, uel
de uno iudice ad alium nu. 2. & 3.*
2 *Clericus an & quando poſſit prorogare iuriſdictionem non ſui iu-
dicis, num. 4.*
5 *Clericus ut poſſit prorogare iuriſdictionem non ſui iudicis, ſufficit ta-
citus conſenſus ſui epiſcopi.*
6 *Clericus litigans coram iudice laico an poteſt ſe ſubijcere ſtatuto lai-
corum, quo ad deciſionem cauſæ.*
7 *Proceſſus ſi ſit inualidus propter ferias, partes an poſſint ipſum ra-
tificare.*
8 *Partes an poſſint ratificare atteſtationes nullas, uel ſententiam nul-
lam, num. 9.*
10 *Argumentum à contrario ſenſu eſt fortiſſimum: & illud, quod colli-
gitur à contrario ſenſu, dicitur expreſſe comprehendi. Hæc
regula recipit quatuor ampliationes, ut nu. 10. 11. 12. & 13. &
multas fallentias, ut hic.*

CAPITVLVM XVIII.

SIGNIFICASTI. ¶ Licet laici prorogare poſ-
ſint iuriſdictionem non ſui iudicis, non tamen
clerici, niſi diœceſani ſui conſenſus accedat, &
iudex, cuius iuriſdictio proroganda eſt, ſit ec-
cleſiaſticus, H. D. ¶ Iſte tex. non probat limita
tionē. l. ſi conuenerit. ff. de iuriſd. om. iud. quia
non apparet. Abb. fuiſſe præſentem, neq; conſonat, quod dicit
do. Abb. idem eſſe in pacto extra iudicium, cuius uerba diri-
guntur in iudicio: quia ibi deficit authoritas iudiciaria, pro-
pter quam aliàs ualet pactū corā iudice, ut fuit dictum in c. 1.
de iudic. ¶ Item non eſt uerum, q̃ iuriſdictio habitu tantùm
prorogari non poſſit: quia Abb. in cle. 1. de priui. in princ. ibi,
ego noviſſimè: tenet contrarium per notata in l. 1. ff. de iudi.
reprobans glo. in illa cle. 1. Non ob. l. obſeruare. in ſi. quia ibi
poteſtas habitu erat ligata: & poſito, q̃ glo. eſſet uera in dicta
cle. 1. prout eam defendunt Mod. in c. P. & G. de offic. deleg.
¶ Limita, niſi ille ſacerdos audiret iſtum ex commiſſione ſe-
cundi ſacerdotis: quia tunc non recipit poteſtatem ab ipſo
laico, ſed à committente, ſecundum Paul. de Leaza. & Imo. in
d. clem. 1. dummodò ſit commiſſio certorum caſuum, uel om-
nium ad modicum tempus. Nam per uiam generalis delega-
tionis hoc fieri non poſſet, ſecundum Car. ibi q. 22. dicentem,
hoc eſſe utile, & cōmuniter ignotum. Ad quod uide eundem
in cle.

in cle.1.de offi.uic.q.1 4.ubi dicit, diſputando fuiſſe termina-
tum,quòd ad modicum tempus poſſit quis alium ſubſtituere
in regimine curæ. Rationes differentie, quare laicus proro-
gat, & non clericus, reputantur perſuaſiue,non demonſtrati-
uæ:& ideo do.Ant.in c.P.& G.ſuper gl.fi.de off.dele. aſſignat
aliam:quia clerici magis ſubijciuntur prælatis,& uariare non
poſſunt.Iſtam tollit ibi Imo.quia etiam laici ſubſunt ſuperio
ribus,c.2.& c.ſolitæ.de maio.& ob. ¶ Ad illud de uariatione
nõ reſpondet. Fortè diceretur,quòd uariatio eſſet prohibita,
ubi in eadem cauſa ſemel conſenſiſſet. ¶ Aliam rationem po
uit Domi.in c.Romana.in princ.de for.compe.in 6. quia iudi
ces ſeculares habẽt iuriſdictionem à populo,l.j. §.cùm enim.
C.de ue.iur.enu.Sed eccleſiaſtici à Deo.Gl. in c.2.de tranſla.
præl.Ergo, &c. Cogita:quia non quæritur, an populus poſſit
prorogare, uel quare:ſed quare ſinguli, & aliud populus,ali-
ud ſinguli.§.qui manumittitur. 12.q. 2. Non dicas, populus
non eſt aliud, quàm homines de populo:gl.in l.j.§.1.quod cu
iuſ.uniuer. nomine. quia intelligitur de hominibus collecti-
uè ſumptis,non ſeparatim. Bald.in l. etiam. C. de execu.rei
1 iud. ¶ Quod † autem de laicis dicitur, fallit primò in ſpiri-
tualibus ſacramentalibus, per d.c.omnes. de pœ. & remiſ. ut
hic per Abb. ſecus in ſpiritualibus non ſacramentalibus, ut
in iurepa.uel decimis, in quibus iſte tex.reſpectu epiſcopi nõ
procedit in laico,ſecundum Io. An. hic. Quod no.niſi adde-
ret clerico laicum argumento c. per tuas. de arbi. ſecundum
eum,& malè, ut ibi per Abb. ſubtiliter & per eundem in re-
pet.d.c. per tuas.& ſeruiunt,quæ dixi in c.2.de iudi.tenendo,
quòd cauſa ſpiritualis non poſſit committi clerico & laico.Et
2 rationes dilatantur in d. locis. ¶ Fallit † tertiò in laico ſubie
cto,non ratione nudæ iuriſdictionis,ſed alterius ſubiectionis,
uel tributi:quia irrequiſito ſuperiore non prorogat. Bart.in
l.j. §.& poſt operis.de op.no.nun.Allegat gl. in c. 1. §. præte-
rea.lo ulti.de prohi.feu.ali.per Fed.quæ hoc non dicit,ſecun-
dum Lud.in d.§.& poſt.ſed allegat pro hoc Hoſt.in ſumma hu
ius ti.§.1.uer.ſed nec uidetur.quam etiam ſequitur do. Anto.
in c.cæterum.in pe.col.de iudi.& idem ipſemet tenet in c.ex
tenore.& in c.ex tranſmiſſa. ſuprà eo. ¶ Aduerte,quòd iſtud
procedit in ſubdito ratione uaſalligij. Ita probant dicta iura.
Sed in alio ſubdito conutum, uel regum ſoluente ſolum tri-
butum non reperitur hoc iure cautum.Nec obſtat c.ex teno-
re. quia non procedebat primus iudex uigore prorogationis
partium,ſed delegationis apoſtolicæ.¶ De uaſallo autẽ bene
firmat Ang.in l.j.ff.de iudi.Bal. in l.j.§.1.ff.de off. præfe.urb.
in l.ſi quis in conſcribendo.in 1.col.C.de pact.& in l.decerni
mus. C. de ſac.ſanc. ecc. ¶ Fallit quartò,ubi in iudice laico
uerteretur præiudicium ſportularum,ſecundum Pau. in d. §.
& poſt operis.Allegat no.in l. 2. ſi quis in ius uoc. Facit me-
lius gl.in l.de iure.ff. ad municip. ¶ Sed caue,quia do. Abb.
hic ſentit contrarium,dum dicit,incommodum ſportularum
compenſari cum euitatione oneris, nec eſt expeditum quòd
ordinarius capiat ſportulas,per not. in c. cùm ab omni.de ui.
3 & ho.cler. ¶ Fallit † quintò in prorogatione,per quam rece-
ditur à iudice perpetuo,putà principe,uel populo libero: ſed
regula procedit in iudice temporali, ut poteſtate, uel capita
neo.Ita Paul.ubi ſuprà per d. c. per uenerabilem. §. inſuper.
Vnde dicit ſe conſuluiſſe, quòd Veronenſis non requiſito do
minio Veneto non potuit iuriſdictionem alterius dominij p
rogare:ſed,ut dixi in 3.fallentia,hoc non eſt iure cautum.Be
ne probatur in §. inſuper.quòd in reſeruatis principi, prout
erat ibi legitimatio ſubditus non poteſt alienæ iuriſdictioni
ſe ſubmittere:& ita illum §.allegant Io.And.& do. Ant.ibi,&
Imo.in d.c. P.& G. Et ita poterit commutari iſta quinta fal-
lentia. ¶ Reſpectu clericorum.Fallit primò iſte text. ubi ex-
emptus ſponte uellet abſolui ab ordinario: quia non requi-
ritur licentia Papæ repræſentantis diœceſanum. Fed.conſil.
14.& Io.de Lig.in cle.ne in agro. & Mod. hic debiliter reaſ-
ſumptis ſolùm motiuis Fede. ¶ Contrarium no. gloſſ. fi. in
cle. pe.de ſen. exc. & ibi do. Abb. dicens tamen hoc probari
ibi,& illam gloſ. diſputando ipſe tenuit in diſputatione inci-
piente.Duo clericali.& hic,& c.graue.in 1.col.de offi. ord. &
in c.cùm tempore.de arbi. Imo.in cle. ne in agro.de ſtat.mo.
& in cle.dudum.de ſepult. ¶ Salua iſtam fallentiam duobus
caſibus nouis. ¶ Primus, ubi exemptus ſubijceret ſe legato.
gloſſ. 3.in c.1.de off.leg.à nemine notata. ¶ Pro qua facit,qa
legatus repræſentat Papã,non ordinarius c.ſi abbatẽ.de elec.
4 in 6.Tamen cogita. ¶ Secundus † caſus, in quo ſaluari poſſit

opin.Fede.ualet occurrẽte caſu difficilis & periculoſi acceſſus
ad curiam,propter deciſionem domi. Card. longam in clem.
1.in 3.q.de off.ordi. in fin.q. ibi,finge enim. dum tenet ordi-
narium poſſe punire exemptum, quando propter impoſſibilẽ
acceſſum ad curiam dubitatur de impunitate delicti:quaſi ob
defectum ſuperioris liceat ſibijpſi ius dicere, iuxta dictum
Innoc.in c.olim infrà de reſtit.ſpol. cum concor. datis in c.1.
de iudi. Si ergo exemptum inuitum punire poteſt tali caſu,
fortiùs uolentem abſoluere: Niſi reſpondeas, quòd ille actus
non fit in exemptum, ut ſubditum, ſed tanquam dicat ſibi ius
in defectum ſuperioris. Hic autem fit abſolutio tanquam in
ſubditum:& iſte non eſt ſubditus.Cogita. ¶ Et io hoc,quãdo
exemptus renunciet exemptioni,præter not.in d.c.cum tem-
pore.limita, ut per domi. Abb.in c.cùm olim in pen. colum.
de præſcri.ubi per illum tex.cum glo. dicit, quod in materia
tangente capellas ſubiectas eccleſiæ exemptæ, poteſt præla-
tus diſponere non obſtante exemptione. ¶ Item limita, ut
per do.Ab.in c.cùm dilectus.in pe.col.de relig.do.dum dicit,
quod ſi prælatus exemptus ſimul cum conuentu præſtat obe-
dientiã ordinario,transfert in ipſum quaſi poſſeſſionẽ ſubie-
ctionis: & hoc quatenus nocet ipſi, non ſedi Apoſtolicæ, per
d.c.cum tempore. ¶ Demum ſcias, quòd ſententia lata con-
tra priuilegium exemptionis eſt ipſo iure nulla,nõ quia lata
contra priuilegium,ſed quia lata ab incompetenti:ut elegan
ter per do.Abb.in c.1.de re iud.Et hoc, ubi priuilegium non
fuit allegatum: ſed ubi fuiſſet allegatum, & ſentẽtia diceret,
Non obſtante priuilegio. tranſit in rem iudicatam reſpectu
exempti,per not.in d.c.cùm dilectus.ſecundum do.Ant.in d.
c.1. ¶ Et iſtis adde,quæ dixi in c.cùm acceſſiſſent.de conſtit.
ponendo generaliter,quando prælatus poſſit renunciare pri-
uilegio eccleſiæ. Et tene menti diſputationem, de qua hic
per ipſum pro intellectu d.c.cum tempore. ¶ Item dum exa-
minatur hic intellectus c. Nos,ſi incompetentem. 2.q.7.vide
quæ poſui in c.eccleſia. de conſtit. poſt omnes ibi. ¶ Et dum
tractatur, vtrùm Papa teneatur conſiteri, uel ligetur canone
fundato in l.diuina.adde,quæ dixi in c. j. de conſtit.in pen.&
ulti. declaratione quartæ fallent.ubi memini de Docto. hic.
5 ¶ In gloſ. magna. Sufficit † in hac decre. conſenſus epiſcopi
tacitus. Ita ſolus Abb.hic. Adde dicta in c.cum olim in 1.de
off.delega. ubi habes de hoc. ¶ Et de conſenſu partium, quẽ
etiam poteſt eſſe tacitus, & quamuis Mod. hoc impugnaut,
tamen placet opi. Abb.quia in iudicialibus tacens magis ha-
betur pro confitente,l.cùm oſtendimus.§.1.ff. de fideiuſ.tuto.
ſecundum intellectum Mod.in l. j.in princi.ff.de uerb. obl.&
uide,quæ dixi in c.cæterum. de iud.de tacito conſenſu domi-
ni in uaſallum prorogãtem eo irrequiſito. ¶ Item de accepti-
latione uide Imo.late concordantem cum Abb.in c. quod in
dubijs.in 1.col.allegato in gloſ.ſuprà de renunc. ¶ Item no.
★ communem ★ opin.contra gloſ.hic, quòd iſte epiſcopus non
poſſet ratificare hanc ſententiam. Idem Ioan. de Fan.in c.1.
9.q.2.& domin. Abb.in c. nonnulli.§.1.de reſcript. Et ſic no.
caſum, in quo materia ordinandi & iudicandi non parifican-
tur. Nam ordinatum ab alio proprius epiſcopus ratificat, 1.
q.2.c.Lugdunenſis.& ſic dabitur inſtantia d.c.nullus.de paro
6 chijs. ¶ Per † illam gloſ. in uerbo, tacitum pactum. ne ulto-
rius petat. dicunt Mod.Abb.conſuluiſſe conſil.incip.Attingã:
a [a] quod clericus litigans coram laico po-
teſt ſe ſubijcere ſtatutis laicorũ,etiam quo
ad deciſionem cauſæ,non ui ſtatuti, ſed ui
pacti. Et ſic ſaluat damnatam doctrinam
Bart.in l.cunctos populos.de qua ſatis dixi
in c.eccleſia.in 7.q.de conſtit.Et ipſum re-
probant Mod. quia iſte text.cum gloſ.non
loquitur in clerico litigante coram ſecu-
7 lari. ¶ Tene † menti l.2. C.communia u-
triuſ.iud. & declara, ut hic optimè per do.
Anton. & Abb.poſt Bart.in l.j. C.qui pro
ſua iuriſd. Et eorum dicti. adde Bart. in l.
mutari.ff. de procurator. ubi dicit, quod ſi
proceſſus eſt inualidus,puta propter ferias, poſſunt partes cõ
corditer ipſum ratificare. propter gloſ.ibi,dum dicit de nouo
narrari,non dicit fieri. Sed caue: quia ſecus in ſententia:nam
licet ante iudicium poſſit renunciari ferijs hominum,l.j.ff.de
ferijs.tamen poſt ſententiam non Bald.pulchrè in l.cũ antea
ad fin.C.de arb. etiamſi à tali ſententia fuerit appellatum, &
appellatio deſerta,poſſunt tamen illam ſententiam reducere
in pactum,

a *Attingam*] *adde quod iſtud conſilium Abb. eſt in 2. uol. conſil. 33. & incip. Quia quamque dubia. colu. 1. num. 4. uerſ. præterea uidetur. ubi ſe remittit ad late per ſe dicta in cap. qd clericus hoc tit.*

In pactum, per d.l.2. ſecundum eum. ¶ Adde etiam Bald. in l. obſeruare. uer. quero, nunquid. ff. de offi. proconſ. quòd ratihabitio non confirmat ea, quæ ſunt nulla: & ita in ſententia. Non obſt. d.l.2. quia non ualet, ut ſententia, ſed magis ex cõſenſu partium, ſecundum eum. ¶ Adde etiam Ang. Are. in l. ſi expreſſim. ibi in gl. præſcriptione. ff. de app. ubi dicit, quòd in caſu d.l.2. non tenuit diuiſio, tãquam emanata ex ſententia, ſed quia hoc potuit fieri pacto. Vnde non eſt dicendum, quòd partes poſſint approbare ſñiam, ut ſñiam, propter tex. cũ gl. in d. l. ſi expreſſim. De hoc dicit eſſe elegans dictum Bald. in l. ſi diuerſa. in j. col. uer. aduertatis. C. de tranſac. & uerũ dicit & ſequitur etiam do. Fran. de Are. in c. at ſi clerici. in prin. in 4. char. parua, de iudi. ¶ Adde etiam Bal. in d.l.2. ubi dicit, illum tex. eſſe ita ſingularem, ſicut alius de mũdo: & infert unũ mirabile, quòd ſi cauſa clerici delegatur iudici incompetenti cum conſenſu clerici tenebit ſententia non obſtante incõpetentia. Quod per prædicta & dicenda fortè nõ procedit: quia approbatio debet ſequi ſententiam. ¶ Adde etiam d. Abb. pulchre in c.1. in 10. col. de re iud. ubi conſiderat ſubtiliùs, quòd ſententia nulla ex defectu conſenſus partis poteſt ratificari, ut ſententia. Hinc eſt, quòd appellando quis uidetur conſentire geſtis per falſum procuratorem, l.3. §. falſus. ff. rem ra. hab. Nam ſententia, quo ad ipſum procuratorẽ, reſpectu domini non tenet, niſi tacitè conſentiat, ut eſt dictum. Aliquãdo ſententia eſt nulla ex alio defectu non deſcendente à conſenſu partium: & tũc opus eſt nouo contractu approbatiuo, per d. l. 2. Appellatio uerò non approbat ſententiam, imo expreſsè impugnat, ut ibi per eum. ¶ Cui adde Bal. in c.1. poſt principium, ibi, quæro an ſententia. de re iud. ubi dicit, ſententiã poſſe ratificari conſenſu nouo, per d.l.2. Per contradictionem uerò nunquam ratificatur, etiam appellando, uel ad bonum uirum recurrendo, niſi contradictio habeat implicitum conſenſum: d. §. falſus. Adde etiam Car. conſi. 71. inci. omnis mex charitatis. in ſecundo dub. uer. an contrarium. ubi dicit, quòd ſi partes conſentiant ſententiæ nullæ, nõ ualidatur: ſaluo, niſi per uiam noui pacti. Ita intelligit d.l.2. Vide eundem in cõſi. 74. incip. Do. Ab. ſancti Benedicti. uer. ad tertium. in fi. ubi dicit idem. ¶ Et adde, quòd talis approbatio interpretabitur, ut pactum, non ut ſententia: & ſic non trahetur ad incognita, iuxta l. tres fratres. ff. de pac. Ex quo uerbo capias modum loquendi. Et adde Cal. de re iud. conſi. 8. inci. An ſententia. in 1. col. ubi dicit, quòd ſententia nulla, approbata pacto, nullo reſpectu non regulatur ut ſententia, ſed ut pactum, quod eſt utile. ¶ Adde etiã Pe. de Anc. conſi. 67. inci. Querela expoſita col. 3. num. 6. uerſ. item ſententia. ubi dicit, quod partes non poſſunt ſententiam confirmare, niſi omiſſa eius authoritate deueniant ad actum aptum inferre conſenſum nouum. Sic intelligitur d. l. 2. ſecundum eum. Pro quo adde Imo in c. 3. uer. & attende. de proba. ubi dicit, quòd licet partes non poſſint ualidare ſententiam nullam, ut ibi in gl. hoc eſt uerum, ut ualeat tanquam ſententia: ſecus, ſi ut pactum, per d. l. 2. ¶ Ad-
8 de † etiam Bal. in c. cùm cauſam. in ult. col. de teſti. ubi relato Inn. qui dixit, atteſtationes nullas poſſe ratificari, ſententiam uerò non: ſubdit, limita hoc ultimum, niſi ratificatio tranſeat in contractum uallatum traditione, uel ſtipulatione. Allegat pro ſingulari d.l.2. ¶ Et dixit mirabiliter do. Car. in ſuis notis cauſarum, no. 198. inci. quòd confeſſio Bartholomæi. quòd ſi unus confitetur ſe iniuſtam litem fouiſſe, ualidatur ſententia nulla ui pacti, etiamſi alia pars præſens tacuit: quia in actu utili tali non erat opus loqui. Inn. in c. in geneſi. de elec. & de iſta no. puta loqui eundem Car. in c. cùm ex officij. in ult. col. de præſcri. ubi refert ſe obtinuiſſe, cùm eſſet lata ſententia per falſas allegationes etiam contra abſentem, & ſciente uictore: & ſic nulla, per l. ſi prætor. §. Marcellus. ff. de iudi. tamen ſi uictus approbauit ſententiam, nõ audietur agens de nullitate, per d.l.2. licet multi aliter dicerent, & male, ſecundum eum. ¶ Adde etiam Imo. in c. de cauſis in 5. col. de off. dele. ubi dicit, quòd ſi partes uolunt, ut iudex procedat omiſſo iuris ordine in ordinarijs, uel in ſummarijs, reſpectu eorũ, quę tanquam ſubſtãtialia ponuntur in cle. ſæpe. non poſſunt: ſecus, ſi uolunt, quòd ut arbiter procedat: & reprehendit do. Ant. ibi dicentẽ, quod ui pacti renunciari poteſt dictis ſolennitatib. Sed ſalua quando paciſcentur poſt proceſſum, ut per Imo. in l. filio præterito. de iniuſ. rupt. & irri. teſta. & Ana. in c. quia in omnibus. de uſu. & Bal. in d.l. cùm antea. & in d.c. cũ cauſam. de teſti. ¶ Hæc & ſimilia declara primò ex uerbis Bald. in l. error. C. de iur. & fac. ignó. & in l. j. poſt prin. C. de iuriſd. omni. iud. ubi firmat ſententiã latã expreſſo iuris errore nullo partium conſenſu poſſe confirmari. Non obſtat d.l.2. quia ius cõſtitutionis non poteſt pacto priuatorum mutari: & ideo non ſufficit, quod ſit lata de uoluntate partium. Cogitabitis: quia uerba Bald. uidentur mihi tendere ad conſenſum approbantem ſententiam ut ſentẽtiam, nos uerò ut pactum. Niſi dicas, pactum contra formam l. non ualere, ut dixi ſuprà eod. cap. ſi diligenti. in ſecunda fallentia. ¶ Secundò declara ex dictis domi. Abb. in c. examinata. in ult. notab. infrà de confir. utili. uel inutili. uidelicet, quod ubi uitium nullitatis ſententiæ non dependet à conſenſu partium, quia materia non eſt reducibilis in pactum, tunc non procedit d.l.2. ſed ſolùm, ubi materia cadit in pactum: & hoc per text. ſi. gul. in d.c. examinata quod dictum commendat domi. Mari. conſil. mihi 62. incipi. monaſterium ſanctæ Iulianæ. ¶ Tertiò declara ex dictis domi. Abb. conſil. 92. incip. Contra ſententiam. poſt prin. uol. 1. ubi dicit, quòd tale pactum debet fieri per modum cõtractus, per notata in l.1. C. de pac. Item non poteſt fieri in criminalibus ubi agitur de pœna ſanguinis: quia nemo eſt dominus, & c. l. liber homo. ad l. Aquil. Dixi in c. prudentiam: de offi. deleg. & pro hoc ultimo facit declaratio precedens. ¶ Vltimò declara, dum modò tale pactum ſit ueſtitum, ut per Bald. in c. cùm cauſam. & omnes prædictos. Quod intellige ſanè de iure ciuili: ſecus de iurẽ Canonico, quo ſufficit nudũ pactum. c.1. cum materia de pact. & ita in terminis ſignat do. Abb. in c. dilecti. uerſus fi. de arbit & ibi inuenies notanter, quod à laudo per pactum approbato recedi non poteſt ſoluta
9 pœna. ¶ Iſtis † iunge Bald. in l. reſcripta. C. de precib. Impe. offe. ubi dixit, ſolum Papam poſſe ratificare ſententiam nullam. Ad quod uide Innoc. & alios in c.1. de confir. uti. & iſtis adde Bald. in c. domino guerram. poſt prin. in titu. hic finitur lex. ubi ſimpliciter dicit, ſententiam latam ab excõmunicato non poſſe ratificari. Allegat Ioan. An. c. aduerſus. de immu. eccl. & uide Flo. in d.l.2. C. commu. utri. iud. ubi illam l. facit ſingularem: ſed tu ex dictis locis apoſtillabis apoſtillantes in d.l.2. ¶ De argumento à contrario ſenſu
a [a] inuenies ad ſaturitatem in 6. locis, uidelicet per domi. Anto. Imo. & Abb. in c. cùm Apoſtolica. de his, quæ fin. à præla. per Ioã. An. & domi. Anton. in c. publicato. de elec. per Bald. & Salic. in l. conuenticulam. C. de epi. & cler. per Dominic. in c. quicunque. 9. diſ. per Ludo. in l. ſi cùm dotem. in ulti. chart. principij, ſol. mat. per Salic. & Ludo. in l. j. ff. de off. eius, cui man. eſt iuriſd. quorum plenitudo poteſt breuiſſimè ſummari pro utilitate pauperum: unde ſit regula, quòd
* tale argumẽtum procedit & eſt fortiſſimũ, ut dicitur in d.l. & gloſ. in d. c.1. quodcunque. Imo dicit, Domi. in c.1. prima diſ. per glo. in uerbo, prohibetur, quòd illud, quod colligitur à contrario ſenſu, dicitur expreſ
10 ſe comprehendi. ¶ Amplia † primò etiam in uerbis contrahentium. l. inter ſocerum §. cùm inter. ff. de pac. dotal. quæ ad hoc eſt ſingularis, ſecundum Ab. in d.c. cum Apoſtolica. Et intellige, quando in caſu contrario eſt eadem, uel maior ratio. Bal. in l. apud antiquos.
11 C. de fur. ¶ Amplia † ſecundò etiam in reſcriptis. Glo. in l. ſi procuratorem. §. ſi ignorantes. in uer. intelligere. ff. mand. & eſt ſing. ſecundum Salic. in d.l. conuenticulam & Salic. & Ro.
& ſimilia limita primo, niſi lex, uel ſtatutum notaret principium actus, putà ſi diceret, ſi quis ſagittauerit: quia tunc notatur actus agentis. Vnde procedit opi. Ioan. And. in regula, in obſcuris. ſecundum Bart. in d. l. libellorum. quam pulchrè approbat. Sal. in l. Gracchus. C. de adul. & in l. in cauſis. in 6. quæ. C. de accuſat. Facit dictum Bald. in præludijs huius 2. lib. ubi dicit, quòd uulneratus hic, & mortuus alibi ex eodem uulnere, fingitur mortuus hic, [a] per l. hinc ſcripturæ. ff. ad l. Aquil. nec dicitur fictio dare iuriſdictionem ſtatutariam: quia in iſto caſu habet originem ueritatis. Non obſtat, quod lex non fingit ſuper facto: quia uerum eſt, ubi tale factum eſt ab omni ueritate remotum. Et hic adde Bart. in l. 3. ff. de incen. rui. naufra. ubi dicit, quòd ciuitas promittens ſtipendiarijs emendare equos morituros in bello, tenetur de equo uulnerato ibi, quamuis mortuo in ciuitate. ¶ Item limita, niſi ſtatutum imponat pœnam ipſo iure trahendo ſecum executionem: quia nihil operatur in delicto facto extra territorium, licet conſummato in territorio, ut eſt in terminis longa deciſio Pau. in d. diſpu. epiſcopus uolens, quòd ſtante ſententia epiſcopi, ut ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ quis non alloquatur certum excommunicatum: ſi alloquitur quis ſtans in loco exempto excommunicatum ſtantem in non exempto, non ligatur ſententia: quia agitur de obliganda perſona ex ſententia trahente ſecum executionem, & ideo ſicut in rebus extra territoriū ſitis non poſſet epiſcopus exequi, c. poſtulaſti. ſuprà eod. ita nec in perſona, ut latiùs per eum, quem ſemper uide. ¶ Item limita, dum modò delictum in utroque territorio ſit illicitū: ſed ubi in territorio, ubi eſt cœptum, eſt licitum, tunc totum delictum eſt impunibile. Doctrina Bart. ſolennis in l. quod ait lex. §. fi. ff. de adul. ubi prohibitus occidere filiā adulteram, uel adulterum in alia domo, quàm propria, uel generi, licitè occidit inſultatum in domo fugientem extrà eodē momento furoris. Vnde infert Bar. quòd ſi ex ſtatuto licet offendere turbantem poſſeſſionem meam, ſi eum repertum inſequor & extra locum offendo, non teneor ratione liciti principij: quia quicquid eſt licitum in termino, à quo continuato actu, eſt licitū in termino ad quem. Et pulchrè ſequitur Flor. in l. ſicuti. §. Ariſto. ff. ſi ſer. uen. & Sal. in d. l. Gracchus. dicēs, quòd ſi licet occidere animal in proprio fundo repertum, licebit repertum fugientem extrà occidere. Sed in hac limitatione aduerte diligenter, quia uera eſt, ubi unà cum commutatione loci mutatur territorium, nihil attendendo in præiudicium alterius: ſecus, ubi tranſitus ad alium locum læderet iuriſdictionem alterius: quia licitum initium non excuſat. Ita adaptat hic Aret. notabilem deciſio. Ioan. And. in Spec. de accuſ. §. ſequitur. in add. mag. in fi. ubi dicit poſt Old. quòd ſi ſtatutum prohibet bannitum capi extra territorium ſub pœna, & præmiat capientem intrà, & aliquis inſequendo bannitum in territorio, tandem cœpit eum extrà, nedum non præmiabitur, ſed punietur. Inducit principaliter l. quid ſit fugitiuus, §. idem Celſus ſcribit. ff. de ædil. edict. iuncta gloſſella in uerbo, adduci. ubi reductus ad locum alienum non minùs gaudet ſecuritate, quamuis ſe reduxerit fugiendo à loco non ſecuro. Ergo illa captura non excuſatur quoquo modo à fuga, & ſic nec à principio licitæ inſecutionis. Et eſt ratio urgens: quia quando principium actus, quod fuit licitum, dirigit in finem ſui illicitū, actus, qui fit, eſt punibilis, quando finis non trahit conſequentiā neceſſariam à principio, uel quando ſine graui periculo deſiſti nō poterat. Text. optimus in l. qui cùm maior. in princ. ff. de bon. lib. ubi non imputatur minori, qui abſque pœna potuit libertū accuſare, ſi accuſationē in minori ætate factam maior factus non deſeruit: quia caderet in Turpilianū, & abolitio non facile impetratur. Ita hic arguendo de loco ad tempus, iuxta l. unum. ff. ſi cer. pe. nam. per iſtam l. à contrario patet, quòd iſte inſequens potuit deſiſtere in ingreſſu alieni territorij. Hæc Aret. Conſidera duo. Primò, quòd Bald. in repe. l. cunctos populos. uer. nunquid ergo curia. ſentit punctualiter hāc adaptationem dicens, quòd familia fugiens poſt reum, & eum capiens in eccleſia, incidit in canonem non attento initio licito. Nam læditur aliena iuriſdictio: quòd non concurrit in caſu adulterij. ¶ Poſtea ſubdit Bald. quòd ſi familia inſequitur obligatum ex cauſa ciuili, & eum ſequutum in propria domo capit, tenet captura: quia aliena iuriſdictio non læditur. Sed caue in hoc de captura: quia oppoſitū tenet Bal. & Roma. in l. plerique. ff. de in ius uoc. per d. l. idem Celſus ſcribit. ubi, fuga non tollit beneficium ſecuritatis loci. Et hoc fortè uerius, non obſtante d. §. fin. quia licet concurrat non læſio alienæ iuriſdictionis, concurrit tamen hoc, quod eſt diuerſa ratio inter locum finis & principij: nam propria domus debet eſſe refugium tutiſſimum, d. l. plerique. ſed in caſu l. quod ait. non eſt diuerſa ratio. Vnde dixit Bald. in d. l. ſi quis non dicam. in 6. col. quod locus ad quem, non regulatur prout locus à quo, quando eſt diuerſa ratio. Et ita hic. Et ſic rectè intuendo habes duas reſtrictiones ad doctrinam Bart. in d. l. quod ait. Prima, niſi lædatur aliena iuriſdictio: ſecunda, niſi ſit diuerſa ratio. ¶ Addi poteſt tertia reſtrictio, uidelicet ut procedat ita demum, quando finis delicti alteratur ex mutatione loci, modis ſuprà declaratis: ſed ubi actus licitus reſpectu certi modi ſit cum tali exceſſu qualitatis damnatæ, quod alteratur aliter eius natura, non credas, quod ſit impunibilis ratione partis licitæ. Patet exemplum in eo, qui inſultatus ſe defendit. Nam defenſio licita eſt, l. ut uim. ff. de iuſt. & iur. & tamen ſi egreditur metas licitæ defenſionis, & tranſeat in offenſam, non palliatur illa offenſa: imo efficitur punibilis, c. ſignificaſti lo 1. de homi. clem. unica. eod. tit. cum ſimi. & ita exemplificari poteſt in caſibus infinitis, quibus punitur exceſſus, id eſt, tranſgreſſio licitæ metæ, ut in donatione ultra 500. aureos, & in ſimil. in quibus ratione indiuiduitatis inutile uitiat principium utile, ut per te cogitabis. ¶ Conſidera ſecundo: Nam ſi firmaret ſe aliquis in illa ratione Io. An. in d. tit. de accuſ. ſumpta à contrario, d. l. qui cum maior. uidelicet an principium licitum deducat ad finem ex conſequentia ineuitabili, an non? profectò exempla Bartol. in d. l. quod ait. & Salic. in d. l. Gracchus. de inſequente permiſſum offendere, non procederent. Poteſt enim inſequens in illis exemplis, & ſimilibus retrahere ſe à fine prohibito, ad quem non trahit eum ineuitabilis conſequentia principij. Poſſes dicere, quod in dictis exemplis eadem ratio excuſat inſequētem, quæ in caſu offenſi ab adulterio, uidelicet continuatio furoris iuſti, quem temperare difficillimum eſt, l. ſi adulteriū cum inceſtu. §. idē imperatores. ff. de adul. facit c. ſignificauit. de pœn. & remiſ. & imputatur fugienti, qui ex ſua fuga dedit cauſam fini alterato. Quæ conſideratio non ſit inſequente bannitum extra territorium: tum, quia iuſto furore propriæ iniuriæ nō inſtigatur: tum, quia offenditur aliena iuriſdictio. Poteris cum ocio meditari. ¶ Tertia concluſio: quando delictum non eſt repertum in alieno territorio, nec ex parte agentis in delictum, nec ex parte patiētis, ſed eſt ſolum facta præparatio, ut delictum alibi committatur, nulla cognitio ſpectat ad iudicem illius præparamenti, & indiſtinctè procedit opi. Bart. in d. l. libellorum. Eſt enim aliud factum, aliud præparatio ad factum, l. poſthumum. §. fin. & l. ſeq. ff. de inoff. teſt. ſecundum Aret. hic. Quam concluſionem admitterem, ubi l. uel ſtatutum utitur uerbis denotantibus effectū delicti: aliàs autem oporteret cogitare propter not. deciſi. Bald. in l. 2. C. de eunuch. ubi dicit, quod ſtante ſtatuto, ne quis inuadat occupando eccleſias cū perſonis armatis, ſi Titius aggregauit armatos in territorio, & occupauit eccleſiam extra, incidit in ſtatutum, ut ibi per eum. Sed fortè etiam in caſu Bal. procederet iſta concluſio propter uerbum, Occupando. poſitum in ſtatuto iuncta primo doctrina Bart. in d. l. libellorum. ſecundò iunctis uerbis eiuſdem Bald. in l. non ideo. uerſi. ſextò quæritur. C. de accuſ. ubi uult, quòd regulariter ſolus tractus & ſola ordinatio non punitur de iure, niſi ſit proceſſum ad aliquem actum: hic autem eſt proceſſum ad actum extra territorium. Cogita. ¶ Cætera remanent in locis ſuprà alleg. circa quæ illud extende; quod ubi inſultus factus in uno territorio eſſet de ſe punibilis, & maleficium eſſet commiſſum in alieno territorio, tunc inſultus non confunditur cum uulnere, ſed in primo loco ſortitur forum ratione inſultus, in ſecundo ratione uulneris. Doctrina Bald. in c. 1. §. iniuria. de pace iu. fir. Illud etiam not. quod ubi actus factus extra territorium generaret radicem & effectum delicti in territorio, non attenditur quod perſona delinquens ſit extra territorium: ut eſt longa & pulchra deci. Bald. in l. actor. in ult. col. C. de prob. dum dicit, quod ſtante ſtatuto, ut ſub certa pœna omnes ciues non confinati, nec rebelles reuertantur, certè non reuertens incurrit pœnam, cùm inobedientia cauſetur intra territorium,

[a] *Mortuus hic.] Adde Socin. in conſil. 55. incip. præſtantiſſime doctor. uerſ. tertio quia. in 1. par. ubi etiam dicit. quod ita in libello accuſatorio locus uulneris, non locus mortis apponi debeat.*

ritorium, ut ibi per eum. Quem puto. intellexiſſe reſpectu aſtringendi bona, iuxta cap. Romana. §. contrahentes. de foro competen. in ſexto. ſed reſpectu aſtringendi perſonam eſſet cauendum, per ea, quæ dicta ſunt ſupra de citatione ✠ extra territorium: * ad quæ recurre, maximè dum tractatum eſt de edicto. Non omitto ultimò not. pulchrè per Dominic. in cap. propter. lo primo. decimaoctaua diſtinctio. ubi per illum textum ſubtiliter inductum dicit, quòd ubi lege uel ſtatutum præcipit actum ſucceſſiuum fieri certo tempore, & non exprimit de finitione, prout fit in clemen. ſicut. de appell. ſufficit actum eſſe inchoatum intra tempus, licet finiatur poſt tempus: & infert ſignanter, ſtante ſtatuto, quòd niſi epiſcopus uiſitauerit in tali menſe certum hoſpitale, uiſitatio deuoluatur ad alium, ſufficit quòd illo menſe cœperit uiſitare, licet compleuerit poſt menſem. Quòd ſigna ad multa. Et iſtas concluſiones ita reductas not. quia exonerabunt labores ueſtros. Et dum proximè dubitaui de dicto Bald. in dicta Lector. dic, quòd indiſtinctè procedit, attento quòd loquitur in citatione iudicis domicilij, qui citare poteſt extra territorium, ut infrà. per Docto. in 3. ſpem fori.

7 ¶ Ad † illud quibus modis ſortiatur quis * ex contractu forum, * notat primò Moder. gloſſ. hic. ualde, quòd materia etiam ſtricta loquens de contractu militat in quaſi contractu. Ad idem gloſſ. in lege prima. §. per contrarium. ff. de contrario iudicio tu. & in capitulo primo. §. hæc autem ſacramenta. de pac. iuramen. firman. Facit gloſſ. quam extollunt in lege prima in gloſſ. mag. ff. de ac. & ob. quòd quodlibet pactum dicitur contractus largè: & gloſſ. in clementina auditor. in uerb. debitum. de reg. ſentiens idem eſſe in quaſi debito. Facit dictum Bartol. in authent. litigioſa. C. de litig. dum extendit illum textum ad quaſi dominium. Hoc modo non opus eſt dicere, quòd gloſſ. in authent. ſacramenta. C. ſi aduer. uend. dicens idem in quaſi contractu, procedat fauore animæ, prout ibi Bartol. & alij in capitulo cùm contingat. de iureiurando, quia imo idem[e] ubi non eſt ille fauor, per prædicta ſecundum iſtos dicentes, ex his inferri, a utrùm ſtatutum [a] de conſenſu propinquorum in contractu, militet in quaſi contractu: in quo eſt uarietas, ut per Bartol. in rubr. C. de pactis. Bartol. in l. more. ff. de acquirend. hæred. & in lege multum. §. primo eodem titulo. & Alber. in prima parte ſtatut. quæſtio. 105. & Angel. conſilio ultimo. Pondera gloſſ. in uerſiculo decet. in capitulo proceſſus. de immunitate eccleſiæ in ſexto. iuncta lege tertia. §. idem ſcribit. ff. de pact. ubi in iudicijs quaſi contrahitur: & tamen illa gloſſ. uult, quòd de quaſi contractu non inferatur ad contractum, quod procedit ſecundum iſtos ratione pœnæ orientis ex annullatione actus, leg. ſenatus. de contrahend. emptio. dixi in capitulo ſecundo de conſtitut. Sed de his aliàs uide Bald. & Moder. in lege ſiue apud acta. C. de tranſact. ¶ Item referunt Modern. not. dictum Baldum in rubrica. C. de reuoc. his, quæ in fraudem credit. ubi tandem decidit, quòd ſi contraxi cum aduena, poſſum eum recedentem petere arreſtari, quia non debui credere eum receſſurum ante quàm ſatisfaceret, uel daret fidem de ſoluendo in loco domicilij. Et ſequitur Roman. in l. fin. ff. ſolut. matrimon. dicens, ſufficere cautionem nudam, ſi aliam nequiuit inuenire, iuxta gloſſ. in l. ſecunda. §. ſed ſi dubitetur. ff. de iudic. ¶ Addit autem Aret. duo: primò ad illud, quod tantum operatur tacita deſtinatio loci ſolutionis, quantum expreſſa. Nam dicit ſe dare caſum de hoc in lege ſed & ſi ſuſceperit. §. 1. ff. de iudic. & bene facere l. fideicommiſſum. §. finali. ff. eodem titulo, ubi, qui cœpit ſoluere in certo loco, non poteſt poſtea recuſare ibi ſoluere. Et pondera, quòd etiamſi deſtinatio ſolutionis fiat ex interuallo, idem eſt per lege quāuis. 2. reſponſ. ff. de iudic. Sed tunc deſtinatio non tollit forum acquiſitum ex contractu, ſed accumulat forum foro, ut hic ſignanter dicit dominus Anton. Pro quo ipſe inducit l. certi condictio. §. pe. ff. ſi cert. pet. ubi quando ſimul & ſemel

* Adde, ad hoc an iudex domicilij poſſit citare extra territorium. quod aut ſunt plures præſides, diuerſarum prouinciarum ſub uno domino uel ſub uno regimine, & tunc unus poteſt ſubditum ſuum in alieno territorio facere citari uerbo tantum, ut l. omnes. §. apparitor. C. de epiſc. & cler. aut ſunt ſub diuerſis dominis, & tunc non poterit citari facere uerbo in alieno territorio, ſed iudex uolens citari facere dictum ſuū ſubditum, debet requirere iudicem illius territorij ut citet illum ad comparēdum coram ſe, ut in c. paſtoralis. de re iudic. facit. l. cum unus. §. populi. ff. de bon. auth. iud. poſſ. & iſta eſt doctrina Angel. in tract. maleſ. in uer. iudex commiſit. uerſ. quæro. An iudex. & adde Cyn. Sabaet. & Paul. de Caſt. in l. fin. ff. de iuriſd. omn. iud. Ioann. Calde. in repeti. capitul. de illis in nona quæſtio. de rapt. Bar. in extrauag. ad reprimendum. in uer. per edictum. Specul. in tit. de compet. iud. addit. §. 1. uerſ. ſed quoniā iudex. Paul. de Leaz. in clementi. paſtoralis. de re iudic. dom. Ant. in c. fin. circa prima colum. de foro compete. Angel. in l. ſi uacantia. poſt med. C. de bon. uacan. lib. decim. & eundem omnino in ſua diſput. incip. Bononienſis. ubi ponit regulam, nullam citationem fieri poſſe extra territorium, cum ſex fallentijs. Et adde Olde. in conſil. 87. Franc. de Aret. in conſil. 58. & conſil. 135. & ibi, an iudex delicti poſſit citare extra territorium, quod propius tangit. materiā de qua per Authorem hic. & quomodo citari debeat ſubditus exiſtens extra territorium, unde plenè dom. Bartol. Socin. in conſil. 167. colum. 6. uerſ. præterea. & ponit etiam do. Maria. Socin. in rubr. de dilat.

* Adde, ad hoc, forum quibus modis quis ſortiatur. & dicas, quod ratione delicti quis ſortitur forum ubi deliquit. Roman. in ſingul. 459. incip. Ratione delicti. dicit, hoc eſſe uerum in foro temporali, ſed dicit ipſe, an ſit idem in pœnitentiali, ut alter alterius parochus poſſit iniungere pœnitentiam, & dicit quod non. per gloſſ. ſingu. 16. q. 1. in prin. cap. pri. quam ponit additione ad cap. licet. ſup. hoc eod. tit. & ad l. pri. cum auth. C. ubi de cri. agi opor. & dictam glo. ſequitur Abb. in cap. pri. in ult. not. de raptor. Abb. & alij in c. cum contingat ſupra eod. Card. in clemen. ij. §. rurſus. in pri. opp. de re iudic. Et adde quod etiam quo ad iudicia quis ſortitur forum. unde ubi quis inuenitur poteſt conueniri, ut tenet glo. in l. aſſumptio. in §. filius. in princip. ad municip. quam ibi Bart. & Alber. ſequuntur. & Paul. de Caſt. in auth. ſi uerò contigerit. in fin. C. de iudic. & ad hoc habes, quod forum ſortitur, & ſtatutis ligari a pari procedunt. ut not. gloſſ. in capitulo quod clerici ſupra eod. licet Specul. uelit contrarium in tit. de cōpet. iud. addit. §. j. uerſic. 42. cum concor.

a Vtrùm ſtatutum] Adde in Barto. in l. ſi unus. §. pactus. in quarta columna in uerſic. ex hoc apparet. ff. de pact. ubi infert. in ſpecie, quòd ubicunque ex forma ſtatuti non poſſit mulier ſe obligare, niſi interueniente conſenſu duorum propinquorum, non poſſet etiam facere pactum de non petendo debitori, nō ſeruata forma ſtatuti. Adde, quòd idem tenet Bart. in l. Mema. ff. ſolut. matrimo. & cum eo communiter * tranſeunt Docto. tam in d. l. ſi unus. §. pactus. quam ibi in d. lege. Mema. Adde Fulgo. in conſi. 39. incip. Adod, de quo quis iſtud idē uult, & probat per authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. uend. quæ eſt ius correctorium, & utitur uerbo, Contractibus. & tamen extenditur ad liberationem, ut ibi not. per Docto. & eſt glo. reputata ſingularis in l. 3. §. 1. ff. de contra. in. Adde, quòd potes ad hoc reſpondere quòd ideo ibi eſt, quia tractatur de fauore animæ: ideo fit extenſio, ut per Anto. de Bot. in cap. finali. de conſuetud. Inno. & Gemin. in cap. quamuis. de pact. in 6. Adde & conſidera ultra alios, ſi poteſt reſpondere noua opin. contra Bartol. & omnes. Nam ſtatutum diſponit, quòd mulier non poteſt ſe obligare. Bartol. & Docto. intelligunt illud uerbum, obligare, etiam de ſola obligatione naturali: quod poteſt comprobari, quia ſtatutum loquitur indefinitè, & indefinita æquipollet uniuerſali. l. ſi pluribus. ubi late Barto. ff. de leg. 2. glo. in cap. ut circa. de elect. in ſexto. Tu caue, quòd ubicunque in iure fit mentio de obligatione ſimpliciter intelligitur de ciuili, & non de naturali: l. iuris gentium. in uerſic. ſed ſi in alium. ff. de pact. & in §. ſi ſeruus. Inſtit. de inuti. ſtipula. Ergo ſtatutum loquens de obligatione debet intelligi de obligatione ciuili cùm ſtatuta recipiant interpretationem à iure communi. l. 2. C. de noxal. gloſſ. in l. finali. §. in cunctis. C. de iur. delib. Cogita tamen, quia non pono pro conſtanti. Adde in tenendo ſenten-

fiunt duo contractus, cenſetur fieri unus gratia alterius, & unus tantum habet effectũ: ſecus ſi fiat ex interual-
18 lo. Et hæc not. ¶ Item † ad illud, quod gabella debet ſolui in loco con-
* tractus * non deſtinationis ut hic p domin. Anton. & domin. Abba. quia ibi fingitur contractum eſſe, & in ſtatuto ceſſat fictio, ut ſæpe dixi. Addit Aret. Bal. idem tenentem in lege prima. C. ubi conue. qui cert. lo. ſed Bald. contrarium tenet in lege multum. in ultima columna. C. ſi quis alt. uel ſibi. quia licet conſiderando contractum, prout eſt, facti, & in facto cõſiſtit, dicatur ficte contrahi in loco deſtinationis: tamen uere dicitur ibi contraxiſſe, prout contractus eſt iuris habens in ſe conſenſum ad omnem locum extendibilem ſecundum uoluntatem partium: argumen. lege nihil. ff. de cap. & hinc eſt, quod ibi ſortiuntur forum. Sed ipſum reprehendit Aretin. quia ſequeretur, quod in omni actu, qui parit obligationem, ſemper actus fictus haberetur pro uero, contra regulam de qua in lege tertia. §. hæc uerba. & ibi Bartol. ff. de negoc. geſt. Vnde placet ſibi communis quòd reſpectu gabellæ attenditur locus contractus, non deſtinationis. ¶ Adde, quòd licet Salic. in dicta lege multum ſequatur Bald. dicens, hoc modo obuiari fraudibus, tamen opin. communis habet pro ſe rationem uiuam: quia quod uideatur contrahi in loco deſtinationis, eſt propriè fictio, Ergo, &c. Et quòd ita ſit, uide optime Angel. de Aret. in §. præterea. Inſtitut. de actio. ubi de hoc dicit eſſe gloſſ. ſingul. in lege eum, qui. §. Iulianus. in gloſſ. ſecunda. ff. de conſtitut. pec. quam perpetuò not. ad ſtatuta. ſecundum eum. Tu uide Angel. in lege contraxiſſe. ff. de actio. & oblig. ubi quod iſta ſit fictio, arguit ſic: legatus promittens ſoluere Romæ, non poteſt ibi conueniri durante legatione, lege ſi quis in legatione. ff. de iudi. ſecus, ſi uerè contraheret ibi, lege ſecunda. §. omnes. eodem titul. Ergo promittens ſoluere in loco, uerè non
19 contrahit ibi. ¶ Item † in hac materia not. illud, quòd in loco contractus non ſortitur quis forum, quando
* ſolutio deſtinatur alibi: * Ita eſt text. & Bartol. & Angel. in lege quæro. ff. de inlu. Text. gloſſ. & Bartol. in lege prima. ff. de bon. authoꝛ. iud. poſ. Cyn. & Salic. in lege prima. C. ubi conue. qui cert. loc. Salic. in lege prima. ff. de eo, quod cert. lo. Bal. in dicto. §. Iulianus. damnata gloſſ. ibi. Et hoc reputat ſingul. Angel. Aretin. ubi ſupra. limitans ſapienter, niſi in contractu eſſet clauſula promittens ſoluere hic, & ubicunque locorum, &c. de qua multa bona extendit. Dixi ſatis in capitulo primo de iudi. poſt. domin. Anton. & domin. Abba. ibi. ¶ Et nota. quòd ubi in loco contractus haberet contrahens domicilium, non procederet, quod eſt dictum. Nam non obſtante deſtinatione etiam ibi conue-
* niri poteſt. * Ita Angel. in dicta lege hæres abſens. dicens, caſum eſſe expreſſum ibi in fin. & bene. Et adde, quòd in loco deſtinationis ſortitur quis forum, etiam quo ad expenſas & damna ex ſua mora ab alio incurſa. Text. eſt nota. in capitulo dilecti. ſupra eodem. & ibi domin. Abba. in notabilib.

¶ Et ad illud de uiatore reſpectu ſecundæ limitationis Doctorum addit pulchrè Marian. in capitulo dilecti. ſupra eodem. Not. per Angel. in dicta lege hæres, ſcilicet quòd coniecturæ poſſunt operari, quòd cum uiatore uideatur actum de precio ſtatim dando, propter quod ibi conueniri poteſt. Vnde dicit Marian. ſe dixiſſe idem in emente in nundinis ſtante conſuetudine, quòd ibidem ſoluatur: quia talis conſuetudo dat coniecturam ſimplici contractui. Poſtea ſubdit Marian. quòd ubi uiator duceret aduocatum extra domicilium aduocati, & in loco iudicij paciſceretur de mercede, ſaluaretur gl. in d. §. nec etiam. quaſi contractum ſit cum uiatore.

ſententiã Barto. & communem etiam limitat Angel. & do. Alexan. in d. l. ſi unus. §. pactus. ff. de pact. Vt procedat, quando ſtatutum loqueretur per uerba quibus utitur Bart. ſi per uerbum obligare: ſecus, ſi uteretur uerbo Contrahere. Puta, quia diſponeret, quòd mulier non poſſet contrahere ſine conſenſu duorum proximorum: tunc bene poſſet facere pactum de non petendo, quia cùm iſtud ſtatutum ſit ſtrictis iuris: & exorbitans à iure communi, debet ſtricte intelligi ſecundum diſtinctionem in uerbis ſtatuti. Facit Matt. in nota. 168. concordando Bart. in l. apud Iulianum. §. finali. ff. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eatur. & in l. mores. ff. de acquir. hæred. pro limitatione. Facit, quod uult Baldus in l. ſiue apud acta. in prima columna C. de tranſactio. ubi refert ſe conſuluiſſe, quòd ſtatutum diſponens, quòd non ualeat contractus mulieris, niſi inſinuetur, non extenditur ad ſimplicem liberationem, ſiue diſtractum: & ibi ſequuntur Modern. Adde tu, quòd quicquid ſit, in caſu noſtro teneo contra Angel. & domin. Alexand. quod, etiamſi ſtatutum utitur uerbo, Contrahere. mulier adhuc non poſſet facere pactum de non petendo abſque ſolemnitate ſtatuti: prout etiam tenet Angel. & Mart. Lau. in dicta l. ſi unus. §. pactus ff. de pact. Moueor primò, quia pactum dicitur etiam contractus, ut eſt gloſſ. ſing. in l. pri. in princip. ff. de act. & obligat. Et ſi eſt contractus impropriè, cùm non ſit ultrò citroque obligatorium, l. Labeo. §. contractus. ff. de uerborum ſignificatione. Ergo non habet locum in ſtatuto: quia dico, quòd ubicunque in ſtatuto non poteſt aſſignari, niſi una ratio. illa habetur pro expreſſa: gloſſ. eſt in l. quamuis. & ibi expreſſius Bald. & Paul. de Caſtr. C. de fideicommiſſ. quo caſu ex identitate illius rationis licitum eſt arguere ad caſum, qui ſublata & impropria ſignificatione continetur, ut eſt gloſſ. in authent. ut hi, qui obligat. in uerb. ad iuramentum, ubi Angel. not. & gloſſ. in clemen. prima in uerb. alligatur. de electio. Sed, limitis ſtatuti non poteſt aſſignari niſi una ratio ſcilicet propter fragilitatem ſexus, & imbecillitatem intellectus, ut not. Bald. in lege ſecunda. C. de adoptio. & in l. ſecunda C. de reſcin. uend. in nona quæſtio. Secundò moueor: nam ſtatutum loquens in contractu habet locum in diſtractu, concurrente identitate rationis: gloſſ. eſt reputata ſing. in lege tertia. §. contrarium. ff. de contra. in. tut. Tertiò moueor, quia ſtatutum in contractu habet locum in renunciatione concurrente identitate rationis, ſecundum Bald. in rubric. & in lege prima. C. de pact. & pulchre Bald. ubi limitat, in l. pactum. in uigeſima prima quæſtio. C. de collatio. ſecus, ubi eſt diuerſa ratio. Ita poteſt ſaluari Bald. in lege tres fratres. ff. de pact. Quartò facit, quod not. Barto. in authentic. contra. ſi filij. in ſecunda not. C. de repud. ubi dicit, quòd cum conſenſus requiritur in contrahendo, eundem requiritur in diſtrahendo. Vltimò facit determina gloſſ. in lege tale pactum. §. fin. ff. de pact. Quintò principaliter limita concluſionem communem, niſi talis liberatio ſeu quietatio fieret per mulierem ex neceſſitate: puta, quia maritus reddidiſſet uxori, quod debet: quo caſu mulier tenetur quietare per l. diſſolute. C. de condit. ob cau. & in alienatione nõ requiritur ſolemnitas ſtatuti. Ita per plura ſimilia tenet Roma. in conſilio 394. incip. Praſuppoſito.

** Contractus.] Adde Socinus. conſilio 302. incipien. uidebatur primo aſpectu. uerſic. prima concluſio. cum uerſicu. ſequen. in prima parte. & ſim. in tractat. de gabell. parte ſexta quæſtione prima.*

* *Alibi] Adde quia attenditur locus deſtinata ſolutionis. ut per Socinum conſilio trigeſimoquinto circa finem. in prima parte. Sed quid ſi ſolutio ſit promiſſa in loco domicilij, dic quod debet attribui loco in quo concurrit ratio potentior, ut per Socinus conſilio centeſimo ſeptuageſimo quinto. Viſo teſtamento. uerſiculo ſolum uidetur. cum uerſiculo ſequenti. in ſecunda parte ſed quando ſolutio debet fieri an locus originis ſit attendendus Vi. eundem Socinum in conſilio 247. incipien. circa primum uerſicul. tertio eadem concluſio. in eadem parte.*

* *Poteſt.] Vtputa ſi quis promiſerit in ciuitate Foriſempronij ſe ſoluturum Venetijs, poterit tamen conueniri Foriſempronij ſi ibi habeat domicilium. ad quod adde Alexand. poſt Bartol. in lege quæro. ff. de ſolutio.*

20 uiatore. Et ita refert ſe uidiſſe in practica. ¶ Adde † iſtis Angel. in l. 1. ff. ſi quis in ius uocan. ubi dicit, quòd ſi uiator promittit ſoluere, ubi contrahit, poteſt ibi conueniri. Et uide Bald. in l. fin. C. ubi in rem act. ubi decidit, quòd uiator tranſiens hac cum equo meo, poteſt cogi ſatiſdare de ſtando iuri in loco domicilij, aliàs ſequeſtrabitur equus, ut ibi per eum: & uide Bal. in l. ſi in poſſeſſione. C. ubi cau. ſta. ubi dixit, quòd ubi de alio foro non apparet, intelligitur quis habere forum, ubi reperitur, per illum tex. Et facit, quòd de uagabundo dictum eſt ſuprà, & dicetur infra. Et hæc not. quia latius poſſent extendi.
21 ¶ De † effectu fori contractus, aduerte ad illud utile dictum do. Anton. quòd iudex domicilij ad petitionem iudicis contractus citare poteſt ad finem, ut iudex contractus diſcutiat obligationem perſonalem condemnando eum directè in contractu: & eſt limitatio ad §. contrahentes. Diſplicet do. Ab. hic: quia ille §. prohibet iſtum inuitum trahi. ¶ Poſtea ſaluat, & fortè eſt additio, quòd ſicut in criminalibus hoc fieri poteſt, ut ſupra dixi, ita in ciuilibus. Sed Maria. in ca. dilecti, ſupra eodem. de iſta ſaluatione nihil dicens, ſuſtinet dictum do. Ant. ubicunque cauſa eſſet talis, in qua de iure communi, ſtatuto, uel conſuetudine procedi poteſt ad diffinitiuam contra abſentem lite non conteſtata. ¶ Sed §. contrahentes. procedit, ubi requiritur litis conteſtatio: & dicit hoc dictum eſſe nouiſſimum. ¶ Cogitabam non eſſe uerum, quod iudex contractus nequeat inuitum abſentem indirectè trahere. Si enim procedere poteſt in bonis ſitis in loco contractus, profectò iſtud eſt indirectè trahere partem, cur huiuſmodi miſſio in poſſeſſionem diſplicebit? Vnde uidetur §. contrahentes. uoluiſſe uetare uiolationem alieni territorij per citationem arctantem perſonam: ſed ubi requirit alienum iudicem, hoc ceſſat. Et
22 ideo cogitabis. ¶ Eſt † autem regulare, quod in contractibus non fit remiſſio: ut hic per Doct. & ſubtilius per Salic. in authen. ſi uero in ult. colum. C. de adul. quia ſicut inuitus non extrahitur quis de domo in ciuilibus, l. plerique. ff. de in ius uo. ita nec de ciuitate, uel prouincia. Idem dicit apertè probari in l. 1. ff. de eo, quod cert. lo. dum dicitur, illum titulum eſſe inuentum, quia reus non ueniret ad locum, in quo ſoluere promiſit: & tamen conſtat, quod ibi dicitur contraxiſſe. Ergo præſupponit, quod non procedat ibi auxilium remiſſionis. ¶ Fallit primo ſecundum eum poſt gloſſ. ubi quis conuenitur pro reddenda ratione adminiſtrationis, ut hic etiam per Abb. ¶ Secundo fallit in uagabundo, qui tanquam non habens domicilium, poteſt ubique conueniri, ſecundum Salic. de quo ſupra fuit dictum: ſed cogita, quia hoc non probat eum poſſe remitti. ¶ Tertio fallit, ubi contrahens renunciauit beneficio fori: quia remitti poteſt, ſicut in criminali. Gloſſ. unica. in l. 1. ff. ſi quis in ius uoca. non ie. quam ſequitur do. Cardina. do. Anton. & Abb. hic, & Abb. in c. 1. de iudic. & Petr. de Ancha. in d. §. contrahentes. & Bald. in l. cùm Archimedoram. ante, fin. C. ut in poſ. leg. dicentes hoc modo limitari §. contrahentes. quamuis per illum tex. ſimpliciter loquentem contrarium teneat Imol. hic, & Angel. in d. l. 1. & in d. l. hæres. Sed reſpondet Bald. in d. l. cum Archimedoram. quod iſtud eſt, ut renunciatio aliquid operetur. ¶ Conſidera duo. Primo, dum iſti ſentiunt, quod iſta fallentia limitet §. contrahentes. adeò quod iſte poſſit alibi citari: quia in iudice accidentali, prout eſt iſte ratione contractus, iſta renunciatio non uidetur ſufficere in citando: quia ibi uiolatur alienum territorium: ſed reſpectu remiſſionis poſſet procedere, quia requiritur alienus iudex: & etiam tunc. quoad citationem ab eo faciendam ad petitionem iudicis contractus procedere poſſet, quod eſt dictum. ¶ Secundò conſidera, dum do. Abb. hic reſtringit hanc fallentiam in clerico: quia ſecundum Maria. in c. dilecti. in ult. chart. ſupra eodem. ſicut contrahendo præiudicat ſibi tacitè in priuilegio fori, ut ibi, ita per clauſulam acceſſoriam adiectam contractui, quæ debet regulari, ut ipſe contractus. Dubito: quia c. dilecti. non loquitur in expreſſa renunciatione. Item acceſſorium huius clauſulæ eſt à contractu ſeparabile: ideo non uidetur ſubſtentabile à contractu. Patet ſimile in c. ex literis. de iurepa: & quod ibi per Io. And. & Ab. in rub. de iudi. quòd ſi dicitur, uendo bona & iuſpatronatus, non ualet reſpectu patronatus: & tamen illa adiectio eſt acceſſoria contractui. ¶ Quarto fallit, ubi contrahens promiſit ſe repreſentare: in loco contractus: quia tunc poterit peti remiſſio. Bald. latè in d. l. cùm Archimedoram. ſubdens, quòd ubi deſtinatur ſolutio in certo loco, nunquam fit remiſſio ad locum contractus, ſed deſtinationis. Et hæc probat, dicens eſſe utilia. ¶ Quintò fallit, ubi eſt iuratum. Angel. in §. ſi uero etiam quidam. in authen. de exhib. reis per illum text. de quo ipſe exclamat in d. l. hæres abſens. Caue: quia do. Cardina. in c. 1. in fi. de iureiur. expreſſè ſentit, quòd. §. contrahentes. procedit etiam, ubi eſt iuratum. Tamen dictum Angel. tranſire poteſt tum per d. §. ſi uero. tum propter gloſſellam tritam in l. ſi pecuniam. in princi. ff. de cond. ob cauſam. cum concord. quas ad ipſum dedi in c. ad noſtram. lo 2. de iureiuran. uolens in obligationibus facti poſſe iurantem præciſe cogi. ¶ Sexto fallit propter nimiam contumaciam per quam poteſt reus perſonaliter capi, & ad iudicem deduci: & hoc caſu etiam in ſimilibus fit remiſſio. Bald. in l. conſentaneum. in 8. notab. C. quomodo & quando iud. per illum text. quem dicit ſingularem, & unicum: & ſequitur Roma. in l. ſi uero. §. de uiro. in 47. fallentia. ſolu. matrim. ¶ Septimo fallit, ubi debitor turpiter latitat, occultando ſe à loco domicilij cauſa fraudationis. Bartol. in d. l. hæres. Angel. ibi contradicens, iure non probari. Cætera dic, ut per Imol. in clemen. Paſtoralis. in penul. chart. uer. an autem remiſſio. de re iudic. & per Ludou. & Paul. in d. l. 1. & Maria. in d. cap. dilecti. Et ſcias, quòd ſicut in criminalibus remiſſionem præcedere debet aliqualis cognitio: gloſſ. in clemen. Paſtoralis. ut ſuprà dictum eſt, ita in ciuilibus, quando fit remiſſio. Pet. de Anch. in c. dilecto. de ſenten. excommunicatio. in ſexto. Sentit Angel. in l. pri. C. ubi ſta. cauſa.
23 ¶ † Circa forum domicilij not. illud præcipuum, quòd iſte forus eſt generalis: & ordinarius concurrens cum quolibet foro in tantum quòd ſubditi ex alio foro, putà contractus, delicti, uel rei ſitæ non dicuntur propriè ſubditi, ſed ſolum iſti ſubditi ex domicilio.[a] Gloſſ. ordin. in clemen. prim. in uer. ſubditos. in fi. de ſo. competen. quam ſequitur domi. Abb. & domin. Marian. in cap. pri. ſupra eodem, & domi. Abb. in capitulo propoſuiſti, ſupra eodem. & ipſe, & omnes in dicta clement. pri. ¶ Bene facit gloſſ. in capitulo nuper. in uerb. abſoluto. prope princ. de ſentent. excommunicatio. & gloſſ. in capitulo primo. in uer. excommunicatur. de rapt. & gloſſ. optima in capitulo ſtatutum. in uerb. unam dietam. in fin. dicens, appellatione Diœceſis, intelligi de diœceſi domicilij, non autem originis, uel alia: & ſic dicit
24 ſe diſputaſſe, & curiam tenere. ¶ Facit † gloſſ. penult. in capitulo præſenti. de præbend. in ſexto. & utrobique dicit Domi. repreſalias conceſſas contra certos homines, intelligi de ſubditis domicilij tantùm. In quo ultimo uide latiùs Bart. de repreſalijs. in ſeptima parte, quæſt. 1. & omnino. Bald. in repe. l. cunctos. Et ibi etiam inuenies, utrùm appellatione Florentini, ueniat Florentinus origine tantùm: uel domicilio tantùm. Nam ſi materia eſt indifferens, uenit uterque: ſecus, ſi materia ſubiecta reſpicit originem tantùm: putà, ſtatutum puniens offendentem Florentinum: quia intelligitur, ſcilicet originarium, uel ſi materia conſiderat hominem extra ſe per accidens: putà impoſitio collectæ, uel repreſaliarum. Nam ſimile onus meros originarios non arctat. Et cum iſtis uide Pau. in l. ſecunda. C. de iuriſdict. omnium iudic. & domi. Anton. conſil. vigeſimo primo incip. Viſo puncto. ubi dicit, aduertendum in ſtatutis, in quib. cùm uerba capiantur propriè, ut ſcis, appellatione domicilij, uel ciuilitatis, intelligitur non de originaria, ſed domicilij habitationis. Vnde dicit Bald. in rubr. C. ſi à non compe. iud. quòd domicilium eſt potiſſima cauſa iuriſdictionis. Et quòd in loco originis non poteſt quis conueniri, niſi ibi reperiatur, alleg. dict. gloſſ. in uer. unam dietam. In dubio tamen præſumitur domicilium in loco originis.

a *Domicilio] Ad. de Alex. in l. aſſum. prin. §. filius. ad municip. & in l. pen. de iuriſdi. om. iud. ubi etiam uide gl.*

Bald. in l.fin.in prima columna. C. ſi à non compet. iud. Et quòd in materia ſtricta appellatione ſubditorum non ueniant. delinquentes in territorio, not. do. Abb.in dictu capitulo nuper.in ultima columna.& Bal.in l.omnes.§. ſi uero apparitor.C.de epiſcop.& cleri.allegando gloſſ. in dict.uer. ſubditos Pondera: quia importat, uerbi gratia,in caſu gloſ. in clemen. Paſtoralis. in uer.non ſubdito. & Bart.in l.nihil, C. de manu. uin. concor. Et ad hæc uide text. in l.quæ conditio.§. fin.ff. de condit. & dem. ubi uerbum teſtatoris lo-quentis de foro ſimpliciter. cum ipſe eſſet ſubiectus multiplici foro, intelligitur de foro domicilij. Vnde Bartol.ibi, ubi dicit, quòd legatum factum eccleſiæ nulla expreſſa, intelligitur de eccleſia domicilij: & eſt dictum Spe. de inſtr. edi.§. nunc uerò. in ultima char. uerſ. quid ſi teſtator. Notant Mod.poſt Abb. & Imol.in.cap.indicante. de teſta. quibus adde gloſſ. in uerbo, pauperes.in capitulo primo.de teſta. in ſexto, quòd inſtitutis ſimpliciter pauperibus intelligitur, ſcilicet domicilij. Et adde fortius, quod not. Archidiac. In capitulo, cùm archiepiſcopus. de offic ordin. in ſextu, quòd epiſcopus iudicans ſubditum ex delicto, uel contractu, non dicitur uti iuriſdictione ordinaria: quod Domin. ibi intelligit cautè reſpectu perſonarum, propter gloſſ. prædicta, non reſpectu iudicantis. Nam hoc habet à lege. Ergo ordinaria eſt, ut per Innocen.in capitulo,cùm ab eccleſiarum. & ibi dixi, de offic. ordin. Per hoc intelligi gloſſ. in uerbu, ſententiæ. in fin.in capitulo Romana.§. primo.de ſenten, excommunicatio. in ſextu, dum dicit, ratione delicti quem eſſe ſubditum: quia ſecundum Domin. ibi intelligitur largè. Sic etiam intelligitur gloſſ. ſecund.in princip.in capitul.à nobis. lo primo. de ſentent. excommunicatio. & in dicto capitulo primo, de rap. ¶ Et ſcias, quòd domin. Marian. hic reduxit omnia ſparſa per hunc titu. de iſto uerbo, domicilium. per 10. quæſt. ad quas recurres & inuenies in quarta principali quatuordecim modus acquirendi domicilium: putà, origine habitatione, beneficio, lectura, adoptione, & ſimilibus: & inuenies in 9. quæſt. modus perdendi domicilium. In quibus adde ſibi Bald. in rubric.C.ſi à non compe.iod.ubi optimè inſiſtit. Illud etiam not. quòd index domicilij citare poteſt ſubditum ubique exiſtentem: quia ſemper eſt ſubditus: & in hoc iſte index differt à iudice contractus, uel delicti, ut præ cæteris declarat domi. Car. corrigens, quòd hic dixerat in dict. clement. Paſtoralis.§.ut illud. in penultima columna de re iudic. Pœna autem ſtatuti domicilij ligat ſubditum etiam alibi delinquentem,[a] ut per omnes hic: quibus adde omnino Angel.duobus plenis locis,uidelicet in l. ſi uacantia. uer. incidenter quæro.C. de bon.uacan.libr.decim. & in diſputatione incip. Bunonienſis. in primo dubio, ubi relatis opinionibus & argumentis antiquorum firmat idem data una limitatione, niſi ſit pœna trahens ſecum executionem, ut excommunicatio, & ſimilis, per capitul.ſecund.in fin. de conſtit, in ſexto, reprobato. Bartol.in dict.l.cunctos. dum dixit, quòd ſtatutum poſſet etiam hoc caſu nominare delinquentem extrà:quia ſecundum Angel. dict. capitul. fundat ſe in potentia & quia ſtatutum exequeretur extra territorium, quod non poteſt[b] index manu ſua, l.fin.ff. de iuriſdict. omn. iudic. Ergu nec ſtatuto. Per quam rationem dicit ſe audacter tenere, quòd ſicut non poteſt ſtatuto, ita nec ſententia: & miratur ſe audiuiſſe, quòd Fed.aliter conſuluerit: quia inter hæc duo non eſt differentia, ſecundum eum, cum quo tranſit Marian. eum extendens in repet. capitulo qualiter, In ſecundo. quæſtion. quinta articu. vndecimo. de accuſ. ¶ In hoc ultimo ſequere domin. Phi. de Peru. in capitul.cùm ſit Romana.in fin.de app. ubi dat pro regula, quòd excommunicatio poteſt ferri per ſententiam particulariter contra ſubditum extra territorium, per text. ibi, & in capitul. ex tuæ. de cler. non reſi. quos Angel. non conſiderauit. ¶ Limita primò, ut procedat in ſententia particulari: ſecus, quando fertur ſententia generalis per mudum edicti, uel ſtatuti: ſicut patet in capitulo conſtitutum. In primo. de teſti.& in capitulo ad noſtram. lo ſecundu. de iureiurand. Tunc enim excommunicatio non ligat abſentem extra territorium. Ita procedit capitulo ſecundo. de conſtit. in ſexto. ſecundum unum intellectum. Ioan. Andr. ibi. ¶ Secundo limitat, ut ſubditus extra territorium poſſit excommunicari, quando excommunicatiu fertur pro cauſa iam damnata, & habente ortum intra territorium: ſecus, ſi pro cauſa orta & originata extra territorium;[c] quia pro illa abſens] excommunicari non poteſt. Ita text.no. in dicto capitulo ſecundo, quem ita declarat domin.Anton.in capitulo, à nobis. lo primo. de ſentent. excommunicatio. penultima charta, & ſequitur domin. Philipp. ubi ſupra. ¶ Conſidera & finge, quòd ſtatutum epiſcopi priuet ipſu iure beneficiatum, qui duobus menſibus ſtet abſens, & uacurrat clericum pro certo tempore cum licentia abeſſe, & poſt illud tempus duobus menſibus abſens ſit, utrum incidit in ſtatutum? Et profecto uerba huius limitationis probant, quòd non: dum requirunt delictum eſſe ortum in territorio. Iſtud enim ortum eſt extra. ut uides. Ergo non incidit in ſtatutum. Et tamen in contrarium eſt deciſio Fed. aurea conſil. 181. quod retuli in capitulo poſtulaſti ſupra eodem, allegandu duos conteſtes: quibus adde Domin. idem ſequentem in capitulo ſecundo, de conſtit. in ſexto. Ratio potiſſima: quia ubi quis tenetur ad aliquid faciendum in loco, & illud non facit, dato quòd ſit alibi, habetur delictum pro facto in loco, ubi aliquid facere tenebatur. Facit in fin. gloſſa magna, in clementina prima, ut lite pendente & declarat egregiè ſolus domin.Anton.ſecutus Bartol. in l. libellorum. dum dicit, quòd maleficium maſſarij non denunciantis delictum in palatio, debet in accuſatione dici commiſſum in palatio. Ita actus non reſidendi facit delictum eſſe commiſſum in territorio attento, quòd ſtatutum concernit rem ſubiectam: & ſcias, quòd ratione rei perſona abſens arctatur indirectè, dicto. §. contrahentes. Nec dicas, ſtatutum non operari in caſu ficto, attento hoc quod dixi de re in loco exiſtente, per quam uidetur in loco uerè delinqui. Patet ex mente Bald. in lege actor. in ultima columna alleg. ſupra. in quæſtione agitantis, de abſente coacto redire.

¶ Hoc modo adaptatur limitatio iſta ut, dum loquitur de delicto orto extra territorium, idem ſit, ſi eſſet ortum extrà, operaretur, autem intus: quod expreſſè & latè nota hic domin.Anton. quem ſemper uide, dicens, §. ſtatuto. non procedere hoc caſu. Aduerte tamen circa caſum Federic. quia ſi ſtatutum puniret abſentantem ſe inſolenter, id eſt, ſine licentia, & ſtantem extrà certu tempore, tunc in caſu, quem ſupra finxi, ſtatutum non militaret: quia non ſufficeret, quòd finito tempore licentiæ inciperet noua abſentia inſolens: quia ſtatutum nota. principium. Ita Cardinal. conſilio centeſimotrigeſimo ſecundo incipien. T. archipresbyter, motus propter gloſſa tertia. ubi contrarium credo in clementina prima. de conſanguinitate & affinitate. Retuli in capitulo examinata. de iudic. dum tetigi de qualitate, adiuncta uerb.&c.

¶ Tertiò limitat, ut regula procedat in ſubdito ratione domicilij: ſecus in ſubdito aliquo accidenti, quia tunc excommunicari non poteſt extra territorium, dicto. §. contrahentes. Iſtæ limitationes oſtendunt differentiam inter ſtatutum, & ſententiam: inter quę uide tres differentias in terminis, per Federic. conſilio decimoſexto. incipien. Capitulum eccleſiæ cathedralis. in tertia columna, uſque ad finem. ¶ Poteſt addi alia limitatio ad illud de ſtatuto uidelicet niſi eodem momento temporis, quo ſubditus incip it

a Delinquentem.] Adde, & uide Alexã. contra, in conſ. 4. in 1. part. Et an ſubditus rõne originis in quocunque loco deliquit puniatur pœna ſtatuti loci originis, & quid ſi commiſit delictum extra territorium, ut. not. per Soci. in conſ. 271. inci. in præſenti cõſultatione. uerſ. confirmatur magis. et uerſ. principaliter. in 2. par.

b Non poteſt] Ad de idem tenentem Soci. conſ. 157. incip. præſens conſultatio. in 6. col. cir. fin. ibi, nam ſtatuta. in 2. par.

c Territorium] Adde, nũquid ſubditus Epiſcopi ligatur pœna ſtatuti prohibentis ſub pœna excõmunicationis, ne quis tali tempore uadat de nocte, ſi extra dioceſim uadat de nocte. & ui. not. per Soci. in conſ. 271. inc. in præſenti conſultatione. uerſ. confirmatur hoc. in 2. parte.

cipit deſinere eſſe ſubditus, incidat in excommunicationem ſtatuti. Ita probat deciſio. Rot. de conſtitutio. primo. in antiquioribus, uolens: quòd ſtatutum certi ordinis excommunicans religioſum conſentientem electioni non renunciatis bonis, licet promotum in epiſcopum conſentientem abſque renunciatione bonorum: quia excommunicatio non operatur poſt conſenſum: quia tunc non eſt ſubditus, ſed ſimul cum conſenſu. prout in ſimili uult Innocent. in capitulo præterea requiſiſti. in uerſicu. idem, cum dico. de appellatio. attenta natura huius gladij ſpiritualis, qui præ alijs penetrat, ſecundum eum. ¶ Et de prædictis, quando ſubditus ligetur ſtatuto extra territorium, uide aliquid per Bald. in lege. neganda. C. qui accuſa. in l. ſi quis in hoc. C. de epiſcopis & clericis. & in Specul. in titul. de ſentent. Petr. de Ancharan. in capitulo poſtulaſti. ſupra eodem. in uerſicul. oppo. Bald. & Salicet. in lege mercatores. C. de commer. & in lege ſecunda. C. de enunciat.

¶ Vltimò in iſto ſubdito domicilij not. quòd ſi alibi contrahit, & cum iuramento, poteſt pro abſolutione inſtare coram iudice contractus. Dominic. Anton. hic, & ſupra eodem. capitulo poſtulaſti. in penultima columna poſt Lap. allega. decima. quia iudex contractus, eſt etiam iudex in eo diſſoluendo, ut per ipſum. Pro quo Ludouic. ſingul. 463. incipien. Florentinus contrahit. dicit, eſſe caſum, & bene, in lege in contractibus. §. in omni. C. de non numerata pecunia. ubi exceptio illa proponitur etiam coram iudice contractus. ¶ Adde in terminis Calderi. de offic. ordina. conſilio primo. & de iureiurand. conſilio ſexto. & domin. Cardina. licet obſcurè, in capitulo primo in fi. de iureiuran. Sed caue: quia ubi alia pars eſt præſens, res uidetur clara: ſed ſi eſt abſens, cogita retenta opin. uera, quam diſcuſſi poſt alios in capitulo primo. in quarta quæſtione. de iureiuran. quòd in abſolutione iuramenti debet pars citari, modò iudex contractus non citatur extra locum, dicto §. contrahentes. Ergo ſaluo, niſi eſſemus in caſu, in quo non requireretur citatio, quòd quando ſit, dixi ibi. Et unum ponit Rot. de iureiurand. deciſion. octaua. in antiquis, per quam rationem credo Lap. ubi ſupra non firmaſſe, licet But. ipſum ſummans de hoc non perpenderit. ¶ De foro ratione rei ſitæ, dic, ut per Docto. quos hic & alibi reduxit domin. Marian. in capitulo ſanc. ſupra eodem. Facit materia tota capitulo ex parte R. ſupra eodem. Vnum addit domin. Maria. circa ſatiſdationem conuenti pro re mobili, uidelicet quòd etiamſi non eſt ſuſpectus, ſed aliàs ſit ſoluendo, tamen tenetur ſatiſdare de re exhibenda: quia actori non eſſet plenè cautum propter difficultatem probatio-
25 nis, ut ibi per eum. ¶ Glo. † fin. ad illud, de iure reuocandi domum: adde primò quòd lex, Romana. alleg. in glo. non eſt correcta, ſecundum Modern. dicentes ita dixiſſe Ana. quia de iſta correctione non apparet. & addunt l. 2. §. nouiſſimè. ff. de orig. iur. nam populus Romanus transferens imperium in Cæſarem ſicut non præiudicauit prærogatiuis urbis. Ita in tranſlatione facta per imperatorem in Papam. Et iſtud eſt contra omnes hic dicentes, Romam eſſe patriam, non reſpectu urbis, ſed Papæ, & eo abſente non eſſe talem. Tene ipſos Docto. hic per cap. fundamenta, de elect. in 6. ubi apparet, urbem eſſe adeò ſubiectam Papæ, quòd ueteres prærogatiuæ ceſſauerunt. Nec ob. §. nouiſſimè. quia hic de intentione donātis urbem erat, quòd regeretur iure Canonico in poſterum, prout aliæ terræ eccleſiæ non iure Romano. ¶ Secundò addunt Moder. quòd ius reuocandi domum non competit legato, qui legationem affectauit, per l. & qui data. ff. ex quib. cau. ma. & quædam alia dicta, quæ innuunt, affectantem carere priuilegio: & illa cum pluribus poſui aliàs in cap. fin. de teſti. ¶ Cogita: quia hoc priuilegium datur legationi, non tam fauore legati, quàm fauore mittentis, tum propter maieſtatem officij: tum, ne diſturbetur, l. 2. allega. in gloſ. l. ſi legatus. ff. ad Trebel. Ergo huic fauori non uidetur poſſe tacite renunciari, ut dixi in cap. ſi diligenti. Et non erat ſic in caſu d. l. & qui data. ¶ Tertio addunt Modern. quòd falſa eſt opi. communis æquiparans in hac materia cauſam probabilem neceſſariæ, uel quaſi, propter iſtum text. & per d. l. 2. ubi exceptuando iuſtam & neceſſariam copulatiue remanet firma regula extra talem cauſam. Ergo exemplum patris uiſitantis filium in ſtudio, non procedit: Bene facit. exemplum uoti fauore animæ. ¶ Cogita dupliciter: primò, quòd exemplum uoti ineptè ponitur in hoc membro. Eſt enim cauſa neceſſaria, non in uouendo, ſed in adimplendo. ¶ Secundò cogita: quia text. met. in l. 2. & glo. hic ponunt cauſam probabilem: deinde glo. in d. l. 2. in exemplo patris alleg. l. necnon. ff. ex qui. cau. ma. ubi cauſa ſtudiorum dicitur probabilis: per quem text. dicit Barto. in repreſalijs in 7. parte, quæſt. 6. quòd pater uiſitans filium non poſſet pro repreſalijs capi: & idem dicit in d. l. 2. Tamen pro impugnatione prædicta faciunt duo. Primo, quia l. necnon. ni fallor, loquitur in abſente cauſa ſtudiorum propinquorum. Secundo, quia exiſtens Romæ pro cauſa reſtitutionis in integ. quam poterat obtinere à iudice inferiure, non habet hoc ius reuocandi domum, ut hic per Doct. & tamen negari non poteſt, quin ſit cauſa probabilis. ¶ Addit Maria. quòd hoc ius reuocandi domum, nedum competit repertis in curia Roma. ſed in quolibet alio loco.

a [a] Alleg. Hoſtienſ. qui multa dixit de ex- a cept. §. quid ſit effectus. ad ſin. per d. l. 2. §. legatis. ibi, Romæ uel alio loco. Ex hoc infert Maria. quòd citatus in loco contractus poteſt allegare ius reuoc. dom. & dicit hoc occurriſſe legendo, & eſſe quotidianum, & aptum afferre honorem.

Alio loco.] *Ad de Specul. in tit. de Reo ubi habes late quibus cōpetat hoc priuilegium reuocandi domi. & præſertim in verſ. item legati. cum ſeq. verſ.*

¶ Conſidera duo: primò, quòd d. l. 2. dicit, uel alio loco, ubi prouocationes exercentur: in quo uerbo uidetur uoluiſſe loqui de loco appellationis, tam Romæ, quam alibi interpoſitæ. ¶ Secundo conſidera, quòd retento hoc dicto Hoſt. procedet iſtud corollarium in legatis: quia ipſi habent hoc, quòd de contractibus ante legationem initis non conueniātur in legatione: & ideo iſtud corollarium importabit priuilegium legati Romæ & alibi, ubi olim contraxit. Sed in non legatis, qui tamen propter aliquam iuridicā cauſam habent ius reuo. domi. iudicio meo hoc non procedet: quia etiam Romæ de contractibus ante initis conueniri poſſent, d. l. 2. §. omnes. & domi. Abba. hic in duob. locis poſt Innocent. ¶ Competit hoc ius, etiamſi durante cauſa Romæ ſuperueniat iuſta cauſa reuoc. domum, domi. Anto. dom. Abb. & Imol. in cap. fin. de dila. Sed tunc non dicitur proprie reuocatio domum: ſed ius differendi in aliud tempus, ſecundum Abb. ibi. Iſta exceptio reuo. domi. debet
hi, uel metu ablatas: ſed dicam, ſpoliaſti me multis bonis mobilibus tanti ualoris, nec oppones de incertitudine. Inn. ſing. in c.2. de ord. cog. ſequitur Ang. in d. l. ſi in rem. Sed in hoc attendenda ratio eſt, quia ſpecificatio aliàs fit, ut reus deliberare poſſit: ſed in caſu iſto habet ſtare iuramento damnum paſſi ſuper quantitate damni, l. ſi quãdo. C. unde ui. c. ſi. ſuprà quod me. cau. Ergo non habet neceſſe informari de quantitate, ut præuideat uires ſuarum defenſionum. Modò obſtat talis ratio: nam ubi l. uel ſtatutum uult ſtari iuramẽto alicuius, tamen probari poteſt contrarium legitimis probationibus. Pet. de Anch. in regula ſemel malus, dicit circa. 6. col. quod etſi dicatur debere ſtari iuramẽto familiæ, an repertus de nocte haberet lumen: poterit tamen probari contrarium. Patet in c. cõtinebatur, de deſpon. impu. iuncto. c. propoſuiſti. de proba. & in c. ſi quis accepit. 33. q. 1. iuncto. c. quod interrogaſti. & ibi gl. 27. q. 2. & gl. in uer. affectata. c. eos. de temp. ord. in 6. cũ concor. quas olim dedi in d. c. propoſuiſti. Ad hoc datur ſolutio pulchra, ſi eſt uera, quòd d. l. illa procedunt, ubi iuramentum defertur actori propter difficultatem probandi, ſed etiã odio uiolenti, cõtra quem probata plenè uiolentia, uult l. ſtari iuramẽto inuaſi odio inuaſoris. Ita declarat do. Ant. in d. c. fin. & Imo. & Rom. in l. q. bona. §. q. damn. ff. de dam. infect. in ſin, quod dicit ſingul. Bart. in leg. admonendi. ff. de iureiur. quòd licet regulariter ſententia lata ex iuramento præſtito in ſupplementum reuocetur repertis denuò inſtrumentis, ut ibi: tamen lata uigorẽ iuramenti delati in caſu d. §. ſi. non retractatur: q̃a odio [a] uiolenti illi ſtari oportet: & clarius ſequitur do. Ant. in c. ſi. in ſi. ibi, hac uera. de iureiur. Eſt dictum ſolenne ad intellectum d. c. ſi. quod met. cau. Sed iſta ſolutio non eſt tuta: quia ſi inuaſor uult legitimè probare, quòd iurans ditabitur cum aliena iactura & ſuo falſo iuramento, non uidetur fuiſſe de mẽte l. uoluiſſe claudere uiam reſiſtenti huic iniquitati. Nam aduerſus delinquentem non eſt licitum ſe uindicare delicto, l. ſi quis à ſe fundũ. C. ad leg. Iul. de ui. & ideo cõtra Inno. tenet do. Ant. & Abb. in d. c. 2. & Imo. in d. c. fin. & Roma. in d. l. admonẽdi. ualde miratur Bar. Dicas tamen ſubtiliter, quòd deſtructa ratione Inn. in qua uolebat oportere ſtari huic iuramento, nõ deſtruitur dictum, ſ. quòd iſto caſu ualeat libellus: quia tempore iuramẽti poterit inuaſor certificari & probare contrarium, ſecundum do. Ab. in d. c. 2. in pe. char. uer. ad ſecundum de incertitudine.

a *Quia odio*] *Adde in, quod ex doctrina Bart. ibi, in d. l. admonẽdi. habes notare, qd iuramentũ in iſtis non retractatur, ſi ſecuta eſt ſententia diffinitiua prætextu nouorũ inſtrumentorũ: & ſic limita l. admonendi. §. ſi. ff. de iu. iuran. ubi do. Alexand. in ſi. & in d. l. admonendi.*

7 ¶ Habes † ergo in actione. quod ui metus've cauſa unum caſum excuſationis & certitudinis reſpectu demonſtrationum in alijs actionibus neceſſariarum. Adde alium, quem in eadem actione ponunt Bal. Ang. & Flo. in l. ſi cum exceptione [b]. §. in hac. ff. quod met. cau. ubi per illum tex. cum gl. dicunt. quòd ſufficit deducere in libello, & probare ui, uel metu illatum, licet nõ deſignetur perſona inferens, cum talia ſæpe fiunt de nocte, uel à multitudine, adeò quòd iuſtè põt quis ignorare, à quo facta ſunt: & ideo decidunt, quòd ſi gentes alicuius exercitus auferunt mihi equum, ſi poſtea ad manus alicuius eum reperiã, recuperabo probata uiolentia, licet non probato nomine inuaſoris, per illam glo. ex qua dicunt iudicatũ fuiſſe Florentiæ contra unum Poteſtatem, qui in tormentis indiſcretis interfecerat hominem incognitum. Et infert Flo. ibi generaliter, quòd ſi ignoratur nomen damnum paſſi, ualebit libellus, propter gl. in c. libellorum. de qua materia & declaratione præcedentis quæſtionis attende nouiſſimè ſecundum Ang. de Arc. in §. quadrupli. in 1. col. Inſt. de act. quòd non ſolùm tenet inquiſitio, ſi ignoratur nomen occiſi, ſed quòd, fortiùs etiam, ſi ignoratur nomen necis oris, dũ modò de corpore conſtet. dicit eſſe deciſionem gl. quã extollit in l. j. §. itẽ illud. ff. ad Sylla. Et inter iſta, ſ. nomẽ occiſi & nomẽ occiſoris, eſt magna differentia, ut not. gloſſ. in l. ſi ex dolo. ff. de dolo. Obſtat ualde huic dicto tex. & ibi Bal. cõtrarium tenens, in l. licet gratis. §. poſſumus. ibi, ut certi hominis factum arguamus. ff. nau. cau. ſta. Et ideo firmat ibi expreſſius Flo. nomẽ delinquẽtis deſignãdũ eſſe, quia ut ſaluet gl. in d. §. itẽ illud. Multa effundit Are. ubi ſ. & cõcluſiuè uult, eã ſaluare duobus modis. Primo ſi pſens eſt, q deliquit, & teſtibus pbatur ipſum eſſe illũ qui deliquit: nã licet ignoret nomen, qa fortè mutus uerus, uel ſimulatus, tenet inquiſitio, quia ſatis certus eſt. Secundo ſaluat, quando eſſet abſens, & haberet in corpore tale ſignum, quod errari nõ poteſt: quia ponetur in banno notato illo ſigno, & demum captus cogetur fateri ſe eſſe illum, de quo bannum loquitur, iuxta doctrinam Bartol. in l. diuus. ff. de cuſto. reo cum concor. & tunc data ignorantia nominis ſui punietur, ut latius per eum.

b *L. ſi cũ exceptione.*] *Et ibidem ut dicatur Bart. in §. hec autẽ actio. ubi ponit formã libelli in hac actione, q̃ met. cau. & dicit quod ſic formetur. Peto rẽ mihi metu ablatã reſtitui: & ſi non reſtituat infra tẽpus, quod datur iudicatis, peto cõdemnari ad quadruplũ. Licet petitio quadrupli fieri poſſit poſt in alio iudicio & libello. Dicit etiã ibi poſſe ferri duas ſententias, & ambas dici diffinitiuas, et ab utraq; poſſe appellari, & ibi ſubdit formam ſententiæ, uidelicet: condemno te ad reſtituendum dictã rem: & ſi non reſtituas, extunc cõdemno te ad quadruplum.*

¶ Et pro concluſione iſta 3. quod dicendo. Peto rem. intelligatur de tota, alleg. Mod. Bart. Bal. & Ang. Pet. de Ancha. in d. l. ſi in rem. Bar. in l. legatis uxori. de leg. 2. Imol. & Ludo. in §. qui nunciat. alleg. ab Ab. & Imo. in l. interdum. §. filiusfamilias. ff. de hære. inſtitu. & Ang. in l. Pomponius. §. ſed & his. ff. de rei uend. reprobata gl. ibi in uer. unicam eſſe. Et quamuis Mod. ſequantur illam, & iſtam, tamen quia non mouentur efficaciter, tene communem, per l. Titia cum teſt. §. 1. ff. de leg. 2. ubi probatur, quod appellatione rei intelligitur de tota: & ibi Bald. per illum text. reprobat gloſ. in d. l. Pomponius. Idem facit Aug. in l. ſi quis. cùm totum. per illum text. ff. de excep. rei iudic. & iſta opin. eſt communi., * ſecundum Roma. in d. §. qui nunciat. ¶ Et not. quod † petens partem, intelligitur petere dimidiam, l. nomen filiarum. §. portionis. ff. de uerb. ſign. gloſ. in l. etiam. ff. de uſufru. & in d. l. ſi in rem. & in c. 2. in uerſi. medietatem. de decl. in 6. ¶ Limita tripliciter. Primo, niſi addatur uerbum, aliqua. quia certificatur in qualibet: gloſ. ſing. in clem. 1. in uerſic. aut eorum de foro compet. ſequitur Ab. in c. Paſtoralis. de offic. deleg. & ibi dixi in fin. princ. ¶ Secundo limita ex gl. 3. in c. maiores. 16. q. 7. quæ dicit, quod ſi aliquid debet partiri, non intelligitur de dimidia: ſecus, ſi deberet pars dari. ¶ Tertiò limita, niſi petantur duæ partes: quia non intelligitur de duabus dimidijs, ſed de duabus partibus reſpectu tertiæ. Dom. poſt Pe. de Ancha. in c. indẽnitatibus. §. ſi uero. per illum tex. de elec. in 6. contra Bar. in loco ibi alleg. quem etiam reprobat Ang. in d. l. ſi in rem. & in d. l. etiam. & Moder. in c. j. de teſta. quãuis do. Maria. in c. extirpandæ. de præben. conetur ſaluare Bart. cum allega. §. ſi uerò. Et de iſtis uide omnino Bart. in l. codicillis. §. 1. ff. de uſufru. leg.

9 ¶ Quarta concluſio. Non † eſt opus exprimere confines rei petitæ, ſi ex alijs demonſtrationibus fundus eſt certus: ſed ſi nõ eſt certus, procedat gl. hic ſecundũ do. Ab. hic in 5. col. Ego puto. ut ſuprà dixi. Cõfirma & limita formaliter ex omnibus dictis in 1. concluſione quibus adde omnino Bal. in l. optimam. C. de contra. & commit. ſtip. Et hic adde, quod ſi ex facto conuenti ſunt mutati cõfines in fundo, quem uendico, ut meum, poſſum petere reum compelli, ut eos manifeſtet: quos nunc neſcio. Cyn. in l. cogi. C. de peti. hære. Sequitur Angel. in d. l. ſi in rem. dicens ſe ita practicaſſe, cùm quidam poſſidens fundum Titij contiguum ſuos extraxiſſet terminos, & de duobus faceret unum: & ſic Titio abolita erat memoria confinium facto aduerſarij: ubi autem hoc nõ eſſet, non poſſet actor ex domo rei probationes requirere, l. nimis graue. C. de teſti. c. 1. de probat. Et adde, quod ſi confines ſunt mutati fortè propter nouos uicinos poſſeſſores, debet libellus exprimere, quod fundus poſitus olim inter tales confines, eſt fundus hodie, qui eſt inter tales. Ita docet Bart. in l. demonſtratio. in fin. ff. de cond. & demon. alias de facili proceſſus totus periclitari poſſet, ſecundum eum idem, dicentem de rũo conuento, qui hodie aliter uocatur, quam quondam tempore inſtrumenti. Et adde, quod ſi erretur in confinibus, & tamen aliàs conſtet de corpore, procedet libellus: gl. in uer. uicinos. in l. forma alleg. in gl. quam approbat Bart. in l. 1. in prin. ff. de eden. & Imo. in l. ſi quis in fundi. de leg. j. Bene facit, quod ipſe not. poſt alios in c. ſignificante. de reſcript. cum remiſſionibus, quas ibi dedi. Et ideo dicit Bald. in propoſito in l. executorem. C. de execu. rei iudic. quod error confinium non habet uitiare ſententiam. Allegat omnino text. optimum in l. patronus. §. 2. ff. de leg. 3. ubi legato fundo Corneliano tanquam in Lombardia exiſtente, ſi exiſtat in Tuſcia, non uitiatur

tur legatum, ſi erat unicus eius nominis quem text. extollit Roma. in l. ſi in nomine. C. de teſta. ¶ Et in quantum domi. Abb. tangit dè expreſſione cauſæ in libello in 6. col. ibi, ſed quo ad principale. adde ipſum dicentè in ea. col. de petitione fructuum. Item in quantum in ea. col. tangit de petitione fructuum, adde quod dicetur in 6. concluſione ¶ Quinta concluſio. Volenti agere nunc ex cauſa non expreſſa in materia, in qua ſuccubuit, non obſtat exceptio rei iudicatæ, ſi de primo iudicio aliquam cauſam deduxit: ſecus, ſi nullam. Domi. Ab. poſt gloſ. & alios hic in 7. col. ibi conſequenter. gloſ. poſt Bar. in locis ab eo alleg. Et ſunt dicta communiter approbata.

¶ Circa quæ duo ſuccinctè tangit hic Aret. Primo, quod reſpõſiones Doct. ad l. ſcio. ff. de appella. ubi expreſſa una cauſa uideor omnes deduxiſſe in appellatione, nõ ſunt ſufficientes. Vnde addit iſtam, quod ſicut in cauſa appellationis lapſus inſtantiæ perimit cauſam, ut ſit finis litium, & tamen nõ in principali, l. properandum. C. de iudicio. ita forte potuit induci ſpecialiter, quod expreſſio unius cauſæ non reſtringit uirtutem appellationis: quoniam ſententia lata in appellatione obſtat etiam in cauſis non proſecutis ſed hic exceptio rei iudic. non obſtabit proſequenti ex alia cauſa: quia non eſt par ratio. Itẽ plus intereſt ueſtra per ipſam ſententiam litem abbreuiari & finiri: ideo ſtrictius in cauſa appellationis. ¶ Secundo aggreditur

10 dictum Innoc. & domi. Anto. hic, quod † in caſibus, in quibus procedit libellus incertus in iudicijs ſingularibus, tamen ſententia debet eſſe certa. §. curare. Inſtitut. de act. Et hinc ſequitur quod licet procedat iſte libellus de iure, uel de cõſue. dico rem ad me ſpectare iure dominij, uel quaſi [a] de hoc pleniſſimè per domi. Ant. tamen in proceſſu nõ ſolum probatio debet eſſe ſpecifica, & certa, ut in 1. declaratione 1. concluſionis, ſed etiam debet actor eligere poſt litẽ conteſt. quod ex iſtis iuribus proſequi uellet. Et dixit gl. ſingul. Inſtit. de act. §. aliæ. in glo. mag. & Bart. in l. eadẽ. §. actiones. ff. de except. rei iud. & do. Ab. hic contra quos opponit Are. quia rationes probant bene hoc, quod probatio debet eſſe certa, ſed nõ idem in poſitione, uel articulatiõe. Ratio uidetur poſſe fieri: poſitio alternatiua, ut libellus, iuxta Innocen. in c. ex parte. de re. Bald. in l. j. C. de fur. nam ſecundum Doct. iſta uerba, Iure dominij, uel quaſi. non continent contradictionem, ſed obſcuritatem: quia non deducitur dominium, uel quaſi copulatiue, ſed alternatiue. Et alternatiua interpretatur conditionaliter hoc modo: ſum dominus, uel quaſi dominus. Igitur poſitiones eſſent compaſſibiles per eandem rationem iuſtæ ignorantiæ, per quam toleratur iſta incertitudo in libello: & ſic non cogi deberet in lite conteſt. Eligere tamen tene Bart. & communem: quia poſitio eſt pars probationum: cle. ſæpe de uer. ſig. Ideo uidetur, quod ſi eſt aſſignatus terminus ad probandum, imputandum ſit actori, ſi in tempore ſibi aſſignato non inueſtigat ueritatem, & efficitur certus de iure ſuo, ſicut de eo, qui habet reſpondere poſitionibus, dicitur in l. iuſiurandum. §. 1. ff. de iureiur. Vnde parte petente cogitur eligere. Poſtea ſubdit, quod in palatijs practicatur oppoſitũ: quia fit poſitio alternatiua, & ratio ſtyli forte eſt: quia plerunque poſt capitula & poſitiones porrectas ſuperuenit actori maior facultas probandi, quam ipſe ſciret. Item, quando probatio non eſt fienda per teſtes, actor non poteſt eſſe certus, quid reus ſit dicturus. Poteſt enim unum dicere ſibi, & aliud poſtea. Vnde iſta opi. magis ſibi placet. Reliqua, quo ad iſtam q. proſequitur, ut per Domin. in c. Abb. §. præfatus. de re iudi. in 6. late per Bald. in l. j. C. ſi plu. una ſententia. per Bart. in l. non ſolum. §. ſed probari. de ope. no. nun. per Bald. in l. j. in ult. col. C. uti poſ. & in l. non poteſt. in princ. ff. de iudi. latius. Ang. de Are. in §. alia. Inſtit. de act. Non extẽdo tamen, quia dicta Abb. bene ſtant: tum, quia tempus non patitur, & uide omnino domi. Ab. in c. fi. in 1. col. per quod ar-

11 guit infrà de frig. & male. ¶ Sexta concluſio. In † actionibus uniuerſalib. ualet libellus generalis: puta, ſi dicitur, peto bona hæreditatis. Latè do. Abb. hic poſt glo. & omnes, uer. aduerte ad hanc materiam. Adde text. in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. ſed cum de hæreditate. ff. de iureiur. & in l. 4. & in l. ſi quo tempore. ff. de peti. her. ubi in tali libello intelliguntur etiam comprehendi ea, quæ poſt libellum productum cœpta ſunt à reo poſſideri: & ſic ea, q̃ non fuerũt ſpecifice petita in libello. ¶ Hoc ultimũ limita nouiſſime ex dictis do. Abb. hic, magis ĩ iudicij, cet, niſi petẽs hæreditatẽ reſtrinxiſſet ſe in libello ad certã rẽ hereditariã. quia nõ poterit alia deduci abſq; noua interpellatione, per rationes ſuas, quas dicit fuiſſe diſcuſſas ualde in quodam examine: & ideo docet libellantem in iſtis uniuerſalibus, uel generalibus iudicijs, ut faciat concluſionem uniuerſalem, uel generalem, nec reſtringat ſe ad certã ſpeciẽ. Quod no. quia alibi latiùs non reperio. Et de iſto libello in petitione hæreditatis, uide reliqua ex dictis Bar. in l. ueluti. ff. de pet. hære. & in l. 2. & in l. licet. ff. eo. tit. & in l. ex diuerſo. §. 1. circa prin. ff. de rei uendi. & in l. 2. C. de ſent. quæ ſine certa quantit. Spe. de iudi. in 4. parte, §. 1. in prin. Bal. & Ang. in l. edita. C. de eden. Bal. in l. 5. C. de peti hære. Et latè in practica Io. Pet. Papien. ubi de libello in hæreditate ex teſtamento. de hære. ab inteſta. Item de libello, peto te condemnari ad reſtituendam dotem non facta ſpecificatiõe alicuius rei, cùm dos ſit ius uniuerſale, uide Bart. & alios in l. fin. C. de ſenten. quæ ſine certa quant. & Pau. de Caſt. in rub. ff. ſol. mat. & Bald. in l. j eod. tit. ¶ Item in quantum do. Ant. & Abb. dicunt quòd in iudicio generali ſunt liquidandæ res in proceſſu, l. licet. C. de iudi. ſecus in iudicio uniuerſali. Adde, quòd etiã ſi in iudicio generali, puta actione tutelæ, non fuerint factæ probationes ſuper ſpecificatione adminiſtrationis rerum, ut fiunt generaliter duntaxat facta condemnatione ad reddendam rationem adminiſtrationis in genere, poterit actor in executione ſententiæ liquidare ſpecifice de adminiſtratione rerũ, ſicut fit in executione ſentẽtiæ latæ in iudicio uniuerſali. Ita dicunt Bal. & Ang. in l. j. ff. de eden. proſequi. & ſic non neceſſitas. Idem Bart. in l. 2. C. de ſenten. quæ ſine cert. quantit. Et de libello in actione tutelæ [b], uel neg. geſt. uide Bart. in l. 2. §. 1. de neg. geſt. Bal. in l. ſi mandatum. C. eo. ti. Bar. in d. l. j. do. Ant. hic, Spe. de iudi. §. generalia. & ibi etiam de libello in omnib. actionibus generalibus. Et dixit pulchrè Bar. in l. j. in 2. col. uerſ. ex prædictis no. C. ſi aduerſ. rem iudi. quòd non ſolùm procedit libellus in actione tutelæ, ſi peto cõdemnari ad reddendam rationem adminiſtrationis, cũ cõſignatione reliquorum, ſed etiam peto condemnari ad dandam certã quantitatẽ occaſione adminiſtrationis. ¶ Adde etiam, quòd ubi petitio eſt generalis & exceptio eſt generalis, ſi materia nõ eſt apta generaliter deduci, poteſt iudex ex officio cogere reum ad declarãdum exceptionem ſuam. Ita tex. & ibi Bal. & Salic. in l. age. C. de trã ſac. quod not. per do. Anto. hic, qui idem dicit de actore generaliter libellante, qui non poteſt uendere, quòd iudicis intereſt, ut poſſit etiam ſententiam ferre. Idem Bal. in l. j. in ult. col. C. ut quæ deſ. aduo. per d. l. age. Facit, quod no. do. Abb. in

12 c. 1. in 2. not. ſuprà eo. ¶ Et † quamuis in iudicijs ſingularibus non procedat libellus generalis, ut hic per gloſ. & præſupponitur iſta concluſione, tamen illud eſt uerum reſpectu rei, uel rerum, in quibus principaliter fit petitio: ſecus in acceſſorijs, in quibus poteſt eſſe generalis: uerbi gratia, peto rem cum fructibus: uel peto fundum cum pertinentijs, ut eſt gloſ. ordi. Innocen. in c. tãta. in 2. col. de exceſſi. præla. ubi in hoc ſunt multa, de quibus fit ſolennis mentio ab omnibus hanc materiam tractantibus, ut per Paul. de Caſtr. latè in l. ait prætor. §. ſi iudex. ff. de re iudica. per Abbatem pulchrè in c. in noſtra. de ſepult. per Bald. in præludi. huius ſecundi libri, domi. Anto. in c. cùm ad ſedem. de reſtitut. ſpol. Bartol. in l. rei appellatione. ff. de uerborum ſigni. domi. Anton. in c. dilecto. de offic. archid. & omnino in capitulo certificari. de ſepul. Angel. in leg. final. C. de anna. except. domin. Anton. in cap. 3. de ordi. cog. Paul. de Caſtr. in l. in ſumma. ff. de re iudica. cum ſimil.

¶ Primo limita, niſi ſint acceſſoria odioſa, putà uſuræ. Ita ſentit Innocent. in d. capitu. tanta, & ſequuntur Imo. & Paul. de Caſt. in l. in ſumma. ff. de re ind. ¶ Secundò limita, niſi acceſſoria eſſent talia, quòd poſſent cõmodè ſpecificari. Ita Bart. loquens de maſſaritijs domus, in l. 3. §. armamen. ff. de rei uen. per illum tex. in uerb. fungitur. Et de iſto libello, Peto rem cum fructibus. uide do. Ab. in c. inter dilectos. in 1. col. per illum tex. de fid. inſtr. ubi tenet, quod dixi: & adde, quòd ſufficit petere fructus perceptos: nec eſt neceſſe, petere percipiendos poſt lit. conteſt. quia illi ueniunt officio iudicis, ſecundum Hoſt. ibi per l. ædiles. §. ſciendum. ff. de ædil. edi. Intellige de

percipiendis

a *Vel quaſi*] *Ad quod uide do. Alexand. de Imo. in l. ſi mater. §. exceptiones. de except. rei iud. & in conſ. ſuo 77. in 3. parte.*

b *In actione tutelæ*] *De quo libello uide Bald. Angel. & Fulg. & dom. Alexan. de Imol. in l. j. ff. de eden. & Salic. in l. edita. & Spec. melius in tit. de pignoribus. §. 2. ubi etiam ponit libellum contra fideiuſſorẽ tutoris: & plenè in tit. de actio. ſeu petit. §. 2. circa princip.*

percipiendis poſt litis conteſt. non de his, qui non ſunt percepti, ſed percipi potuerũt ante lit. conteſt. quia illi peti debẽt, ſicut percepti. Ratio quia iudex non interponit ſuum officiũ, ni ſuper occurrentibus poſt lit. conteſt. d. §. item ſciendum. Innoc. in rub. de re iud. Bar. in l. ampliorem. in 1. col. C. de ap. ¶ Hodierna practica utitur iſta clauſula, peto rem cum fructibus perceptis & percipiendis ex omni cauſa. & illud uerbũ, Ex omni cauſa. importat totum, quicquid actor fuiſſet conſecuturus ex re, uel propter rem, ſi tempore lit. conteſt. res fuiſſet reſtituta. Angel. ſingulariter in l. ait prætor. §. per hanc ff. de rei uend. per l. præterea reſtituere. ff. de rei uendi. Idem Angel. in l. ſi de poſſeſſione. C. unde ui. dicens, quod de natura huius uerbi, Omni cauſa. eſt text. melior de mundo in l. cum fundus. in prin. ff. ſi cert. pet. & ibidem dicit Angel. & eſt bon. text. in l. ſed & partus. cum gloſ. ff. quod met. cau. ubi ſub dictis uerbis uenit partus partium, & fructus fructuum, qui nõ uenirent uerbis illis non adiectis. Et hoc non reperitur alibi

13 ſecundum Angel. ibi. ¶ Quid † autem in libello generali reſpectu fructuum, qui principaliter petuntur? Vide Angel. & Imol. in l. ſi filiusfamilias. §. 1. ff. de uerb. obl. ubi tenet, quod ualet per text. ibi, & in fin. l. terminato. C. de fru. & lit. expen. & per not. in c. auditis. per illum tex. de procur. & in c. 1. de ſequeſt. poſ. Idem Bart. in l. 1.[a] in prin. ff. de eden. & in l. ex diuerſo. §. 1. ff. de rei uend. & Bald. in d. l. edita. in repet. Pad. uerſ. modo uideamus. per quod intelligitur res, quæ petitur: & ibi multa inuenies, maximè quod ualet libellus, peto decimas. licet non declaret de quibus. Idem de libello, peto fundum inſtructum. Idem de libello, peto caſtrum cum pertinentijs. dummodo pertinentiæ non ſint notoriæ alias debet circa pertinentias declarari. Alleg. Innocen. & bene, in c. cũm ad ſedem de reſtit. ſpo. Idem in libello, peto aliquem mihi ſubiectum. licet non dicatur cauſa ſubiectionis. Et ibi latè de libello, Peto, quicquid habes Peruſij. ¶ Fortius dicit Inno. in c. cum ad ſedem. quod ubi ualet libellus incertus reſpectu fructuum, ibi & ſententia: & ſequuntur Doct. ibi, & Paul. de Caſt. pulchrè in l. in ſumma ff. de re iud. dicens, idem tenuiſſe Innoc. in c. 2. de ordi. cog. & in c. inter dilectos. ubi bonus tex. de dona. Contrarium tenet Bal. uidelicet, quod certa quantitas fructuum ſit exprimenda in ſententia, in l. cũm propria. per illũ text. in uer. taxatione. C. ſi quis alteri, uel ſibi. præterquã in uniuerſalibus, ut quãdo petitur caſtrum, feudum, uel iuriſdictio. Alleg. d. c. inter dilectos. & ibi Innoc. hanc partem tenet etiam Bald. in l. terminato. C. de fruct. & lit. expen. & Angel. in l. ſi. in ult. col. C. de ann. excep. Idem Bald. in l. j. C. ſi ſecundo nup. dicens, quod in fructibus perceptis debet exprimi quantitas, per d. l. in ſumma. Saluat Innoc. percipiendis poſt ſententiam ante reſtitutionem rei, per l. j. ſecundum ulti. lect. quæ eſt quinta. C. de ſenten. quæ ſine cer. quanti. ¶ Tene Innoc. indiſtinctè. quod ualeat ſententia generalis ſuper fructibus, per text. Inſtit. de off. iud. §. t. uer. & ſi rem. quem ad hoc notant Angel. & Imol. in l. ſi homo. ff. de re iudic. Idem Angel. in l. ſi marito. §. final. ff. ſol. matri. dans ſimile in expenſis acceſſoriè petitis, in quibus ualet ſententia incerta. Innoc. in c. fin. de dol. & contu. & d. l. terminato, & ibi Bar. latè Bald. in authen. generaliter. C. de epi. & hanc partem tenent Bald. Angel. Imol. in l. ſi filius. §. 1. ff. de uerb. oblig. & domi. Anton. Allegando Rot. in d. c. cũ ad ſedem. & in c. grauis. ad fi. eo. tit. ¶ Ad contraria dic, quod nõ negant, quin poſſit ferri ſententia non ſpecificata quantitate, uel intelligitur, quando in libello fuit quantitas ſpecificata. ¶ Demũ tene menti uerba do. Ab. hic ibi, uide Bart. quod petens hæreditatem, uel reſtitutionem talium rerum, quia hæres, uel quia dominus tacite uidetur petere pronunciari ſe hæredem, uel dñm. Adde glo. in uer. iuxta Ratam in c. conſtitutus. de relig. domi. quę eleganter probat, quod ubi quis petit rem ſibi reſtitui, & ad reſtitutionem illius rei obtinendam erat neceſſe primò reſcindi contractum, cuius occaſione Reus tenebat, ſatis uidetur actor petendo reſtitutionem rei petere primo contractus reſciſſionem, quæ erat præambula. Dicit ibi do. Anto. Not. ex hoc, quod ſi minor tanquã læſus in contractu uenditionis petit rem, quam uendidit, & tradidit, ſibi reſtitui, ſatis uidet petere per reſtitutionẽ in integ. reſcindi poſt contractum, quod eſt not. ut ibi per eum. Simile dicit Bar. in d. l. ex diuerſo. §. 1. in princ. eo ipſo, quod agens petit rem, uidetur petere priùs ſe declarari dominum, quia qui uult conſequens, uult antecedens, l. illud. ff. de aqui. hære. Hinc pulchrè Domi. Ant. in c. literas. de reſti. ſpo. aſſerens, ſe coniunctam in gradu prohibito, & petens diſſolui matrimonium, uidetur tacitè petere, quòd iudex declarat ſubeſſe impedimentum. Simile do. An. in c. examinata. in 9. col. uer. ſed eſt dubiũ. de iudic. ſi in concluſione libelli, peto Titium cogi ad dandũ mihi dicta 10. licet in eodem libello non petierim eum primò condemnari ad dandum 10. quàm cogi: tamẽ quia primò debet condemnari, l. j. C. de execu. rei iud. uideor petiſſe eum primò condemnari, poſtea cogi. Et ſequitur ibi Imol. ad idẽ, quod dicit Rapha. ſe obtinuiſſe in l. fin. C. qui admit. Et quod ſolet dici, ſufficere libellum præſumptiue concludere, l. omnes. §. Lucius. ff. de his, quæ in frau. cre. de quo ultimo fortè dices in c. proxi. Et ex iſtis ſex concluſionibus expedita eſt gl. uſque ad ulti. partem. ¶ Ad illam materiam emendationis libelli, quam do. Abb. appellat procelloſam, dic ut per ipſum, quam late reaſſumit do. Maria. hic: & quia uideri poteſt, dic ut per eos reaſſumptis tantummodo quibuſdam fragmentis ab eis omiſſis. ¶ Et primò reſpectu condemnationis ad principalem regulam, quòd ante lit. conteſtat. poteſt libellus emendari.[b] amplia nedum in ciuili. ut d. l. edita. ſed etiam in criminali. Bar. ibi, do. Ant. & do. Abb. hic, per. l. accuſaturus. ff. de adul. pulchrè Bald. in l. accuſationem. in fin. C. qui accuſ. Sed intellige ſanè, niſi emendatio ſaperet in aliqua parte deſiſtentiam accuſationis: quia tunc nõ emendaret ipſum. Nã puniretur pœna ſenatuſconſulti Turp. iuxta l. j. §. ſi qui autem. ff. ad Turpil. Ita Bald. in d. l. edita. in repeti. Paduana. uer. ex prædictis collige.

14 ¶ Reſpectu † autem mutandi libellum, uel deſiſtendi, differunt ualdè criminalia à ciuilibus. Bar. in d. l. edita. latiùs in l. quæſitum. ff. ad Turp. & in l. ſi maritus. §. ſi negaueris. ff. de adult. ¶ Fallit hæc regula in 7. caſibus, quos do. Maria. hic ſumit ex quæſtionibus Bald. in d. repe. Paduana. ¶ Fallit octauò, quando libellus continet aliquid, quod eſt contra actorem, in fauorem rei: quia tunc actor uidetur illud confiteri, l. cum precum. C. de lib. cauſa. Io. And. in c. ſi. de iureiur. in 6. Tetigi in c. examinata de indi. Et ideo, ſi uerba eſſent diſpoſitiua, nõ poſſet reuocari illa cõfeſſio, niſi probato errore, l. errore. cũ materia. C. de iur. & fac. igno. Si aũt eſſent uerba ſimpliciter narratiua, ſeu enunciatiua, tunc ante li. conteſt. bene poſſet emendari error libelli abſq; probatione. Text. eſt reputatus unicus in l. familiæ, cum glo. ff. fa. erciſcund. poſt lit. conteſt. ſecus, ſecundum Bart. in l. ex hac. in fi. ff. de donat. quam approbat dom. Ant. in c. fin. in uerſicu. ex hoc patet, quid de confeſſione. C. de confeſ. concordat Bal. in l. error. ibi, ſecundò caſu, quando eſt erratum. C. de iur. & fact. igno. & l. in his. C. de teſta. milit. & in l. j. C. ſi ex fal. cauſ. & in l. ſi magnum. in fin. C. qui accuſ. per eundem in l. prædicta. C. de præd. mino. & in l. unica. C. de confeſ. & in l. cum precum. C. de libe. cau. ¶ Fallit nonò, ubi ſtatutum diſponere, quod ſola productio libelli habeat uim litis conteſt. Ita Bal. in l. accuſationẽ. in fi. C. qui accuſ. ¶ Fallit 10. ubi ex productione libelli & citatiõe facta acquiſitũ eſſet ius fiſco, uel eius aduerſario. Text. opti. in c. ab eo. de elect. in 6. & ibi Ioan. And. Facit l. quamuis. & l. libertis, aduerſus. ff. de in ius uocan. Tutiùs peto teneri illum caſum pro ſpeciali, nec aliter extendo, prout notat hic do. Abb. ¶ Fallit undecimò utiliter, quando iudici non uideretur æquum emendationem fieri. Ita text. in l. edita. & no. omnes hic. ¶ Eſt quædam principalis regula, quòd poſt litem conteſt. non poteſt libellus emendari, ſecundum omnes, per d. l. edita. Rationem ponit Bal. in l. ſi magnum. in fi. quia conteſtatio habet uim quaſi contractus: nam in iudicio quaſi contrahitur, l. 3. §. idem ſcribit. ff. de pecul. gl. magna in l. 2. §. fi. ff. de præto. ſtip. Et a quaſi contractu non recedetur, l. ſicut. cum ſimilib. C. de act. & obli. ¶ Amplia primò, etiamſi utraque pars cõſentiret. Bal. in authen. hodie. in fi. C. de iura. cal. dicens, hoc eſſe notandum. Ratio: quia litis conteſtat. &

alij

[a] *In l. 1.*] *Et ibidem uide do. Alexand. de Imol. & in d. l. ex diuerſo. §. ubi autem. & in d. l. filium. & in d. l. edita. alleg. in tex.*

[b] *Emendari*] *Ad de Socin. in l. edita. C. de edendo. ubi ponit quã plurimas & not. Lumi. & in conſ. 41. incip. antequã ad quæſtionem. uerſ. uerũ præd. non obſtan. cir. fin. in 3. p. ubi dicit, quod libellus eſt demonſtratiuus futuræ litis, unde ante litem cõteſtatam eſt in fieri & eſſe & poteſt fieri emendatio, & poſt litẽ conteſtatã præiudicare nec poteſt emẽdari quia amplius non eſt in fieri, ſed in facto eſſe ad quam materiã uide etiam plene & not. Fran. Are. in d. l. edita. qui ad præd. ponit no. fal. quas uide per te.*

alij actus ſubſtantiales iudicij non poſſunt tolli conſenſu partium. Gl. in c. de cauſis. cum concor. de offi. dele. Et quando emendatio non fit in caſibus ſequentium fallentiarum, uidetur litigari ſuper eo, in quo non eſt lis conteſtata. ¶ Amplia ſecundò, etiamſi in libello eſſet clauſula ſaluo iure addendi, uel minuēdi, ſm Abb. hic, & dicetur infrà. ¶ Amplia tertiò, in omnib. fallen. præcedentis regulæ: quia ſi in illis ante litem conteſt. uetita eſt emendatio, fortiùs poſt. ¶ Fallit hæc regula in caſib. collectis ex dictis Bald. ubi ſuprà & do. Abb. hic per do. Maria. hic, ex quibus factis quatuor, proſequere cæte-

15 ros, ut optimè per eos. ¶ Ad † illā fallentiam, quæ uult, quòd regula nō procedit [a], ubi emēdatio addit, uel trahit qualitatem, ex qua nō mutatur actio, ſed ſolùm augetur, uel minuitur condemnatio ex uirtute actionis propoſitæ, p l. in delictis. §. ſi detracta. ff. de noxa. aduer-

16 te: quia hoc eſt uerum, ubi † qualitas non fuerat in libello expreſſa, ſed actu generaliter & in proſecutione deducta, uel ſcientia, uel ignorantia: nam tunc bene mutare poteſt, cùm alterum comprehendatur ſub actione generaliter propoſita: ſecus, ſi in libello qualitatem expreſſit: quia ab ea recedere non poſſet, per l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tribu. Ita Inn. in c. 1. ſuprà eo. & do. Abb. hic poſt do. Ant. in ulti. char. ibi, procedunt hæc. & Bal. in d. §. ſi detracta.

a Regula non procedit.] Adde tu, quòd iſtud tenuit Bart. in l. edita. C. de eden. in 3. col. in uer. ſi uerbo. ubi expreſſè dixit, qđ ſi nec actionis, nec facti contingeret mutatio, ſed augetur uel minuitur cōdemnatio ex uirtute actionis propoſitæ: tunc iſta mutatio eſt licita uſque ad ſententiam. Aduerte tamen, quod in quātum Bart. dicit in d. l. edita. qđ quando permutatio nō qualitatis non mutatur actio, licita ſit uariatio. Bart. errat: quia nō mutatur cōdemnatio. Contrà obſtat l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tributo. Ita Ioan. de Imo. ī l. 1. §. 1. ff. de publ. & dicit, quod non fuit ante ipſum factum. Inn. in c. 1. de libel. oblа. dicit, quòd licet mutari, & malè dicit. Adde tu, quod Ant. de Bur. in c. 2. de libel. obl. & Bal. in l. edita. in 6. col. dicunt puram ueritatem: & dicunt, aut mutatur qualitas, & nō mutatur condemnatio, & licita eſt mutatio. Ita text. in l. in delictis. §. ſi detracta. ff. de noxalib. quamuis Bar. dicat contrariū, & malè. Nā in d. l. in delictis, non mutatur condemnatio: quia dominus ſemper tenetur nox. nam in executione ſententiæ dominus, quāuis ſciat, pōt tradere ſeruum pro noxa: ſed in caſu d. l. quod in hæredem. mutatur qualitas, alteratur condemnatio: & in iſto caſu non poteſt mutari.

¶ Sed caue ſecundum Ana. in c. fi. de colluſio. quia iſte intellectus uidetur contra §. ſi detracta. in uer. ſi cum de ſcientia domini arguenda pœniteat. ſi enim non expreſſiſſet, non poſſe pœnitere. ideo ſequitur Imo. in l. 1. ff. de publi. ubi opponens de dicto §. ſi detracta. & de dicto §. eligere. dicit, quòd §. eligere. ſuppletur per §. ſi detracta. quòd tunc non poteſt ad aliam actionem redire, quādo ſuper electa iudicatum fuit, & iſtud contrarium non reperitur ab alijs formatum, ſecundum eū. Conſidera bene, quia in §. ſi detracta. non ſunt uerba de neceſſitate probantia, quòd in libello fuerit deducta ſcientia: ſed poſſunt illa uerba intelligi, quòd in proceſſu fuit deducta, poſtea detracta, & ita ſonant illa uerba de ſcientia domini arguenda, &c. non dicit rogata, q eſſet, ſi fuiſſet expreſſa. Cogita & adde iſtis Bar. in conſ. 7. incip. Accuſatio fuit inſtituta. ¶ Itē illā fallentiam, quòd per uiam declarationis poteſt fieri emendatio quandocunque ante ſcientiam. Confirma ex dicto Bar. in l. hæredes. ff. de teſta. quòd ſi reperitur teſtis, ut dictum obſcurum declaret, non requiritur nouum iuramētum. Similiter dicit Dom. in proœ. 6. lib. in prin. quòd lapſo tempore dato ad probandum, poteſt probatio facta declarari. Idē Dom. in c. ſi quis iudicium. 34. diſt. dixi poſt do. Ant. in c. licet. in 10. limita. de proba. Et pulchrè inquit Maria. in c. qualiter. lo 2. q. 11. art. 86. de accuſ. quòd ſolennitas c. fin. de confeſ. in docendo de errore non eſt neceſſaria in declaratione confeſſionis obſcuræ. & pro tanto dicit do. Car. in cle. conſtitutionem. §. 1. in fi. 1. q. de ele. q repulſio illius cle. de illo, qui non debite ſpecificat, ut amplius ſpecificare non poſſit, tollit declarationem ſpecificatorum. Vnde dicit Bal. in d. l. edita. q qui declarat, non emendat: & ſubdit, quòd prohibitus emendare, uel diminuere, poteſt declarare: & dicunt in terminis Ang. & Roma. in l. 1. §. ſi qs ſimpliciter. ff. de uer. obl. & Paul. in l. ſi tere. eo. tit. quòd declarans libellum, non dicitur emendare. Facit dictum Ioan. And. in c. nouit. de offi. lega. quòd ordinarius exiſtens extra diœceſim poteſt declarare quem ex communicatum. Vnde dicit Bal. in proœ. C. §. quibus. uer. quintò nota. quia licet ex generali commiſſione non poſſint ſtatuta rij antiqua ſtatuta emēdare, Bar. in l. ambitioſa. ff. de decre. ab or. fa. tñ poſſunt declarare. Ideo dicūt do. Ant. & Imo. in c. ſuper qſtionū. in prin. q ſtatutarij habētes poteſtatē declarādi nō poſſunt corrigere, uel emēdare. ¶ Hāc fallētiā limita primo, niſi declaratio eſſet talis, q nō congrueret uerbis libelli, ſecundum Bald. in d. l. edita. per c. cùm dilecti. de accuſ. ubi not. text. & conueniunt ad hæc multa, quæ dixi in d. c. ſuper quæſtionum. in prin. in duob. locis, probando multipliciter, quod interpretatio debet eſſe conſona. ¶ Limita dummodo iſta declaratio fiat ab ipſo libellante, non ab hærede, ut hic per domi. Ab. in articulo mutationis, c. per tuam. & authoritates, de quib. per eum. Nec obſt. quod iuramentum hæredis uideatur iuramentum iurantis: quia ſecundum Bald. in d. l. edita. Iſta, quæ ſunt animi, non tranſeunt in ſucceſſorēm. Alleg. l. Pomponius. §. fin. alleg. per Abb. quod dicit not. dignum. Adde Innocen. in c. fi. de ſuc. ab inteſt. ubi etiam firmat, quod poteſtas declarandi non tranſit ad hæredem: not. Bar. in l. gerit. ff. de acquir. hære. & in l. naturaliter. §. 1. ff. de acquiren. poſſ. & Bart. in terminis, in l. ſi quis intentione. ff. de iudi. Ex quo ſignanter intulit Ang. ibi, quod procur. ſine ſpeciali mandato non poteſt libellum non productum declarare. Idem Bald. & Angel. in l. inter ſtipulantem. §. 1. alleg. per Abb. in d. l. Pomponius. §. fin. Propterea dicit eleganter Bald. in l. ea, quæ. C. commi. uel epi. iudicem nō poſſe interpretari mentem libelli: quia eſſet interpretari mentem alienam. Et de hoc etiam doc. Anton. in c. ex literis, in fi. de ſponſa. ¶ Eſt una alia not. fallentia in materia, uidelicet niſi libellus eſſet ineptus: quia poteſt emendari poſt lit. conteſt. Ita Bald. in d. l. edita. uer. ſed hic dubitatur. per l. accuſatus. ff. de adult. niſi eſſet lapſum tēpus præfixum à lege, uel à iudice ad accuſandum: quia tunc libellus ineptus emendari non poteſt. Ratio huius fallentiæ eſt, quia l. edita. loquitur de libello, qui demonſtraret qualitatem futuræ litis, ſed ubi libellus eſt ineptus, ſeu peccat in forma, non demonſtrat qualitatem litis, l. 1. uerſ. & ideo. & q ibi not. ff. ſi menſ. fal. mo. di. Item l. edita. debet intelligi de editione libelli, ſcilicet ualidi in eſſentia: arg. non putauit. §. non quæuis. ff. de cōtra tabu. & ita etiam Sal. & Paul. de Caſt. in d. l. edita. Contrarium tenet ibi Bart. & domin. Anton. hic propter l. edita Bald. not. decidit in addi. Spec. ſuper rub. ne cleri. uel mona. Dic ſecundum aliquos, quod ſi quærimus, an poſſit fieri hoc caſu emendatio per litem conteſt. ita quod nulla alia litis conteſtatio requiratur. & Bart. bene loquitur, quia ſententia non poteſt ferri ſuper eo, ſuper quo non eſt lis conteſtata: ſecus, ſi quæritur, utrum poſſit lis nouiter conteſtari. Ita ſentit Bald. in d. l. edita uerſ. ex prædictis. Collige rationem primi membri: quia quando libellus eſt ineptus, quia peccat in ſubſtātialibus, ſi emendatur, dicitur nouus libellus: l. ius ciuile. & ibi Bart. ff. de iuſt. & iur. Ergo lit. conteſt. præcedens nō dicitur facta ſuper iſto nouo libello. ¶ Datur etiam alia noua limitatio, quando emendatio fieret incontinenti poſt litem conteſt. ut eſt glo. reputata ſing. in l. Pomponius. §. rati. in uer. conteſtatione. ff. de procurat. quam ſequitur ibi Iac. But. & not. Innoc. in c. paſtoralis. de except. & Imo. in l. 2. §. prius. ff. de uulg. & pupil. plenius in l. cōſenſu. §. eum, qui. ff. de appel. licet Bald. & Angel. in d. §. rati. uideantur illam gloſ. impugnare. ¶ Reliqua de emendatione dic, ut in primis, & pulchrè per Angel. Aret. in §. ſi minus in primis chart. Inſtit. de act. & ſupra omnes per Bald. in d. repe. Padua. l. edita. in pen. chart. ubi etiam inuenies, quid in exceptionibus, articulis, poſitionibus & interrogatorijs, an poſſint emendari. Dic etiam per Pet. de Anch. in clem. conſtitutionem de elec. ¶ Circa mutationem uero libelli uide ſemper Ioann. And. in addi. Spec. de libel. concept. §. nunc oſtendamus & dic aliqua

17 neceſſaria ſupplendo do. Ab. nam † dicitur mutatio, quando in totum receditur ab actione expreſſa alia eius loco ſubrogata, puta egi ad rem ex empto, uolo mutare, & ad eandem rem agere ex commodato omiſſa prima actione, uel petij librum commodatū, & quia teſtes mihi referunt, quod nō fuit liber, ſed neſtis uolo loco libri agere ad ueſtem ex ipſo contractu commodati, certè ante litem conteſt. poſſum hoc facere: poſtea uero nō: quia de qua re, &c. ff. de iudi. l. de qua re, litem qua per litis conteſt. quaſi contrahitur, &c. ut dictum

eſt

eſt in emendatione. ¶ Et dicit Ang. in §. omnem in authent. de litig. quod l. edita permittens mutationem ante lit. cōteſt. non eſt correcta per authen. qui ſemel. C. quomodo & quādo iud. prout multi dixerunt: quia illa authen. non impedit, quin actor poſſit producere nouum libellum intentando nouam actionem, ſolùm loquitur, quando actor non mutabit libellū renunciando primæ actioni, ſed tantūmodò differebat proſequi ipſum iudicium inchoatum; ſed ubi actor renunciat primæ actioni, uolens agere ex alia, hoc facere poteſt lite nondū ſuper prima conteſtata. ¶ Subdit hic do. Ab. quòd ubi nellet renunciari omni actioni & omni iuri ſibi competenti poſt lit. conteſt. per l. poſt quam liti. C. de pac. ſaluo, niſi reus nellet perſiſtere in iudicio ſpe maioris utilitatis. Pro quo ultimo uerbo uide glo. in terminis in l. ut ique. ff. de rei uendi. glo. prima ante med. ibi, reſpondeo, reus poſtulabit ferri: quam ſequitur Imol. in c. ueniēs. de renun. & Pau. de Caſt. in d. l. poſtquā liti. poſt Bal. ibi, uer. aduertatis. Idem Ang. in d. §. omnē. dans exēplum, ſi fortè res eſt in calculo ferendo, & ſentētia debet ferri contra actorem condemnandum reo in expenſis: nam tunc etiam non poſſet actor cedere inuito reo. Quæ ſigna ad intel

18 lectum c. per tuas. in fi. de ſym. ¶ Quòd † autem prohibita eſt mutatio lite conteſt. limitari poteſt ſecundum omnes tripliciter. Primò, ex dictis Bar. poſt. Dy. in l. 2. §. fi. in fi. ibi, ſecundo quæro. ff. de præto. ſtip. ubi dicit, quòd auth. qui ſemel. & l. edita. quæ dicunt, quòd in eadem cauſa non geminatur libellus, ſed debet inſiſti in primo poſt lit. cōtec. debent intelligi, dum continuatur cauſa contra unam. ¶ Sed contra eandem perſonam: ſed contra illam, quæ ſucceſſit primæ, non eſt prohibitum dirigere aliam petitionem [a] & renunciare primæ. Alleg. l. 3. in fi. ff. de duobus reis. Ideo ſi datur libellus etiam contra hæredem poſſidente inſolidum, datur tanquam contra poſſeſſorem, non tanquam contra hæredem, l. de eo. in fi. ff. ad exhib. & ſi cōuenio eum tanquam extraneum. Et iſtam limitationem ſequutus eſt ualde Pau. de Caſt. in conſi. 17. incip. Quidam Iacobus de quo etiam per Imol. in l. pœnalis. in prin. ff. ad. l. Fal. & Bal. in l. ſeruus. ff. de inſa. ¶ Secundò limita ex dictis Bart. in l. ſi prius. in 6. op. tertiæ partis, ff. de no. ope. nun. ubi dicit per illum tex. quòd ſi reus fuit contumax, non poteſt cogere actorem ad proſequendum, iuxta d. authen. qui ſemel. Et ſic deſiſtere poterit, ubi alias nō poſſet. ¶ Tertio limita in caſu c. paſtoralis. de cauſ. poſſeſſ. & proprie ubi ſecundū Doc. ex permiſſione iuris cōceditur ibi actori ſuſpendere petitionem primò productam in petitorio tranſeundo ad poſſeſſorium per nouā petitionem. Facit l. 3. ſecundum ſecundā lec. C. de Carb. edic. no. Spe. de peti. & poſ. §. 1. uerſ. poteſt etiam agi. Item limita, ut per Abb. niſi iudex uideat, quòd de neceſſitate ſequitur abſolutio: quia tunc admittit actorem renunciantem inſtantiæ, ut per Bar. in

19 d. authen. qui ſemel. ¶ Vnū † ultra omnes poſtremò pondera, quòd in iſto paſſu & precedēti præſupponunt manifeſtè Doc. quòd ille, qui addit, uel detrahit libello, non dicitur mutare. Patet: quia ponunt addentē, uel detrahentem in caſu emendationis, & mutantem de per ſe. Iſtud ſeruiret ad multa: eſt enim doctrina Arch. ſolēnis 5. diſt. in Summa, ubi declarans poſt beatum Tho. latè, quando lex dicatur mutari, dicit, quòd eſt quædam mutatio additiua: & iſta non prohibetur etiam reſpectu legis diuinæ, uel naturalis, quæ in hoc dicitur dimitabilis: alia eſt mutatio detractiua, uel ſubſtractiua: & iſto reſpectu l. diuina dicitur dimicabilis: & ſequitur ibi Domi. & ita ſentiunt, quòd detrahens magis dicitur mutare, quam addens. Eſt alia doctrina Bart. in l. fi. in fi. C. de proxi. ſacro ſcrip. lib. 12. ubi dicit illum text. eſſe optimum arg. quòd ſi ſtatutum prohib. ne propter caſum fortuitum poſſint priores mutari, intelligitur etiam prohibitum, ne numerus augeatur: q̃a ſi eſt prohibita, fortiùs additio, ſm eum, quē ualde ſequitur do. Maria. in q̃odā cōſilio incip. Do. Ang. Maurocenus. mihi 7. Facit l. iuriſgentium. §. adeo. ff. de pac. ubi, quando aliquid additur, uel detrahitur, dicitur actus

20 nouus, uel mutatus. ¶ Et † iſta trahi poſſunt ad quæſtionem, utrum epiſcopus, qui non poteſt mutare canones, c. quod ſup hoc. de maior. & ob. an poſſit addere, uel detrahere: in quo reſpectu additionis omnes tenent, quod ſic, propter glo. in uerſ. tolli. in clem. ne Romani. de elect. ut per Imo. in cap. ex tuæ de ele. non reſi. concor. ſed reſpectu detrahendi eſt maius dubium, in quo uide domi. Anto. & Domi. diſcordantes in c. 2. de maior. & obedien. & Domi. 18. diſtin. in ſumma, cum concor. quas alias dedi in quadam rep. c. fi. de conſue. quibus adde domi. Cardi. in clem. fin. §. quod ſi forte in not. de pœnis & in d. clem. ne Romani in prin. in 1. q. & pondera rationem, ſupra factam de dictis Doctorum hic, ex quib. dictis uidetur, quod attendi debeat ratio ſubiectæ materiæ; & ſecundum illam dicatur addens uel detrahens aliquando mutare, aliquā

21 non. ¶ Circa † materiam accumulationis habes regulam quod eſt permiſſa, præterquam in 6. caſibus, de quib. hic per Abb. in ult. chart. poſt Dyn. in regula, nullus. & Bar. in d. l. edita [b] & quamuis in hoc Bartol. extendat ſe altius, quam in præcedentibus, tamē utar ſolum remiſſionibus: tamen quia domi. Abb. non intrat, & max. quia domi. Maria. infra cap. proxi. ſanè extendit, quaſi per medium quinternum.

22 ¶ Sed † in quantum domi. Ab. concludit, quod ubi actiones ſunt diſſimiles, debent eſſe plures libelli, poſt Bart. ubi ſupra & in l. libellorum. §. ſed ſi alius. ff. de accuſ. & in l. per hanc. C. de tempo. app. Teneas contrarium, ſcilicet quod actiones etiam diſſimiles, puta exempto, & ex mutuo, poſſunt eodem libello accumulari, ut eſt glo. in c. diſpendia. in uer. perſonales. ibi, item in uni. de re. in 6. & in c. fi. in uer. perſonalib. ubi Imol. uult, de re iudic. & gloſſ. 2. in prin. iuncto. text. in c. querelam. de elec. & glo. 3. in c. 2. de capel. mo. idem Salic. latè in l. ſi quis homicidij. C. de accuſ. per text. ibi cum glo. in uer. putauit in fi. ubi de pluribus & diuerſis criminibus poteſt in eodem libello quis accuſari: & eſt gloſ. in uerſi. ab alio. in l. qui de crimine, C. de accuſ. item contra Bart. tenet Bald. in repe. Padua. l. edita uerſi. is quæritur. & ibi etiam Paul. de Caſt. per prædicta. Dicunt tamen, quod tot dicuntur eſſe libelli, quot ſunt cauſæ [c]: & ideo totidem ſoluerentur gabellæ: & hoc, quando actiones ſunt diſſimiles, aliàs ſecus: quia conſeretur unicus propter conformitatem, de quo etiam per Bald. in l. cum rationib. C. qui accuſ. & in l. 9. C. de fideicommiſ. & in l. ordinarij in fi. C. de rei uendi. & Angel. & Rom. in l. ſcire in prin. ff. de uerb. obl. & Sali. in d. l. ſi quis. Non obſtant iura alleg. per Bart. quia non negatur, quod in eadem ſcriptura poſſunt actiones diſſimiles deduci. ¶ Item not.

23 quod † ubi eſt prohibita accumulatio, ſi tamen fiat, & non opponatur, procedit iudicium. Ita Bartol. in d. l. edita in ult. chart. exceptuatis quibuſdam caſib. Et reus excipiens de inepta accumulatione debet excipere ante lit. conteſt. Ita docet Bald. in l. 2. in fin. C. de petit. hæred. de quo per eundem in l. ordinarij & in d. l. cum rationibus. ¶ Et adde, quod in eodē libello poſſunt accumulari duo iudicia, quorum unum habet ſe ut præparatorium ad aliud accumulādo ordine ſucceſſiuo glo. ordi. in l. 1. in glo. mag. ff. de act. empt. niſi pendente uno iudicio non eſſet certa ſpes de natiuitate alterius futura. Hoc ultimum latè proſequitur Ludo. Rom. conſi. 392. quia tunc dē agens experiri ſine actione contra l. ſi pupilli. §. uideamus. ff. de neg. geſt. & hoc conſilium tranſcribit etiam Ludo. in l. 2. §. item ſi in facto de uerb. oblig. dicens, propter ipſum fuiſſe iudicatum Florentiæ, non ualere hunc libellum, ago contra te debitorem principalem, & ſi bonis tuis excuſſis appareat per te mihi ſatisfieri non poſſe, ago contra uos poſſeſſores bonorum debitoris actione hypothecaria, quando exercitium huius hypothecariæ nō ante naſcetur, quā finitum ſit iudicium contra perſonam primi debitoris: authen. hoc ſi debitor. C. de p̃ig. Cui adde Bal. in c. literæ. in prin. de dila. q̃ procedit libellus.

a *Contra aliā perſonam, quæ ſuccedit primæ, non eſt prohibitum dirigere aliā petitionē*] No. in ex iſtis, q̄ poſt litem cōteſta. poteſt dari nouus libellus in eadē cauſa. Verùm ergo defuncto reo poſt litem conteſtatā poſſit actor de nouo incipere contra hæredem, & illo primo iudicio renunciare, uide p Bar. in loco hic alleg. per Felin. quod tene mente pro limitatione eorū, quæ notata ſunt in l. edita. C. de edēn. et aduo. per Imo. in l. pœnalis. ff. ad l. Falc. in princ. & facit ad ea, quæ habentur in l. ſi cū hominem ff. de fide iuſſ. uide Bal. in l. ſeruus. ff. de inſa.

b *In d. l. edita*] Et ibidē uide do. Frācīſ. de Are. in ult. colū. ibi, quod aut ſit. & domi. Bart. Socin. qui nititur defendere Bar. ibi, & not. quem omnino uide. Item uide domi. Iaſ. May. in 9. colum. & glo. & Bart. & Doct. in l. maiorem. ff. de pac. & domi. Alexand. de Imol. in l. ſi plures. eod. tit. & in l. ſi idem cū eodem de iuriſdi. om. iud. & in 3. ff. de arbitr.

c *Cauſæ*] Adde idem tenentem Socin. in conſi. 118. incip. Viſis narratis punctis. uer. ſecundo reſpondetur circa medium. in 1. parte Bar. 186. & Felin. in cap. 12 infr. de mutu. peti.

lus. Peto mihi ſatisfieri de penſione: alioquin peto, quòd emphiteota expellatur à fundo. Ita dicit tenere Inno. ibi, quem ualde extollit, nec repugnat illud dicto Lud. Ro. quia ratione moræ in non ſoluendo iam competebat actio ad expulſionem. Sed fortiùs obſtat quædam deciſio Bald. in l. quo tẽpore. in 1. col. C. de teſt. mili. ubi dicit, quòd ſi cumulatio eſt conditionaliter facta, ſemper procedit libellus. Vnde ſi peto me reſtitui ad tẽpus, & cùm reſtitutus fuero ex nunc prout ex tunc, peto me declarari dominum, & rem mihi reſtitui, ualet libellus. Nam licet abſolutoria in primo, pariat exceptionem in ſecundo iudicio, tamen quia iſta propriè nõ eſt accumulatio, ſed plurium actionũ ſubordinata propoſitio, ideo ualet: quia quando iudicia ſic ſe habent, quòd unum ex altero oritur, ibi procedit libellus purus in primo, & conditionalis in ſecundo. Alle. gl. & Doct. in l. nõ ab re. C. unde ui. & in l. cõductores. C. locati. & idem tractat Sali. in l. 2. C. de iudi. propter quod de conſilio Ro. diſputari poteſt. ¶ Et de materia uide clariſſimè Ang. Are. in §. ſi minus. in pen. char. Inſt. de act. ubi præ cæteris miratur. Salic. in d. l. edita. præſupponens pro magno fundamento, quòd accumulatio eſt de iure permiſſa, uel de genere permiſſorum. ideo, qui dicit eam non poſſe certo caſu fieri, habet probare. Deinde poſt Sal. impugnat tres regulas Bart. de quib. hic per Abb. tanquam ſuperfluas: & contra Bar. inſurgit etiã Ang. in l. cùm quærebatur. ff. iudic. ſolui. licet Paul. de Caſt. ibi eum defendat. De materia etiam per Bald. in l. fi. in prin. C. de excep. rei iud. ubi ponit, utrum prima actio poſſit accumulari cum actione iudicati. & uide Bal. in l. certi cõdictio. §. 1. ff. ſi cer. pe. quòd ualet iſte libellus, peto 10. quæ tibi mutuaui, & quæ per ſtipulationem promiſiſti. Et adde Bal. in l. 2. C. ſi aduer. fiſcũ. ubi dicit, ꝙ ſi minor uẽdidit fiſco, uel alteri, & fiſcus uendidit alteri, poteſt petendo reſciſſionem contra fiſcum intentare in eodem libello reſtitutionem rei aduerſus emptionẽ. Et adde Bal. in l. 2. C. de pet. hære. ubi ponit de accumulatione rei uendicationis & petitionis hæreditatis. Et adde tex. in l. fi. C. ad exhi. qui facit, utrùm actio ad exhiben. & rei uendicatio poſſunt accumulari. Et adde Bal. in l. 3. C. de rei uendi. quòd poteſt accumulari actio competens ad rem, & quæ competit ad pœnã. Bona gl. in c. Raynaldus. in uer. uenient. & ibi Scribẽtes, de teſta. Et utrùm poſſit accumulari iudicis officium & actio: uide Bald. in l. j. C. de iudi. Et adde, quòd accumulatio plurium actionum eſt permiſſa, ut dixi ſuprà ſecundum Bald. in l. bona. C. ſa. er. Sed accumulatio perſonarum regulatiter eſt prohibita, niſi ſint connexæ, per l. ſi quos ſeparatim. ff. de app. Ita Bal. in l. ad officium. C. communi diui. ¶ De libello ad ſortem & ad uſuras, uide ſuprà omnes Sali. in l. j. C.
24 de iudi. concludentem, quòd † uſuræ non poſſunt ſimul peti cum ſorte: quia in primo iudicio poſſet fieri abſolutoria, quæ pariat exceptionem in ſecundo. ideo prius finiri debet iudiciũ ſortis, per l. fundi. ff. de excep. quæ ad hoc non eſt alibi, ſecundum Bal. in repe. Pad. d. l. edita. ¶ Hoc de uſura limita primò, ut procedat quando reus in primo iudicio ſortis negaſſet obligationem contractam: ſecus, ſi confeſſus fuiſſet obligationem ſortis: ſed diceret, ſortem non ſolutam, uel factum ſibi pactum de non petendo ſortem: quod bene poteſt accumulari, tunc petitio uſurarum quia abſolutoria in iudicio ſortis confeſſatæ, non parit exceptionem in uſuris. Ita dixit ſolus Rayn. de Forli. in d. l. 1. C. de iudi. ¶ Secundò limita hoc de uſuris, niſi pars contra dictam cumulationem nõ oppoſuiſſet propter doctrinas Bar. in d. l. edita. in ult. char. ¶ Tertiò limita, niſi cumulatio fieret cõditionaliter, ut puta. peto à te uſuras, ſi apparuerit ſortẽ debitã. Ita Cy. & Rayn. in d. l. j. per d. l. conductores & per gl. in d. c. Raynaldus. facit dictum Bal. in d. l. quo tempore. adductum ſuprà contra cõſilium Lud. & quod not. Ang. de accumulatione cõditionali. in l. qui de inofficioſo. ff. de inof. teſt. Cætera dic, ut in locis primò alle. & ſuprà omnes per Bald. in rep. Peruſina, d. l. edita. & aliquid ſignanter per eum in l. fin. ff.
25 de his, qui ſunt ſui, uel alie. iur. ¶ In † caſu licitæ emendationis, mutationis, uel accumulationis reficiuntur reo expenſæ factæ ex eo, quia ante has uariationes deliberare non potuit. Bart. in d. l. edita. Addit domi. Abb. idem, ſi deliberare non potuiſſet, dum modò iteratò fatigatus fuerit in conſulendo peritos, ni'a hac uariatione. Adde Bart. formaliter idem tenentem in d. rep. Pad. l. edita. ad fi. & eſt conſonum, quo ad expenſas ſecundo loco factas, quia in illis grauãtur. Sed unum no. quòd iudex non admittet emendationẽ libelli, niſi primò actu reficiant expenſæ, quæ debẽtur. Ita Sali. in d. l. edita. poſt Bal. ibi in repe. Peruſina. arg. l. ſancimus. C. de iudi. ubi contumax non auditur, niſi prius refectis expenſis à contumacia cauſatis. ¶ Et pro hoc not. 6. dicta, & uide Bald. in l. generaliter. §. hæc de præſentib. C. de reb. cre. quod ſi quis uincit in uno articulo, debent ei ſolum refici expenſæ non expectata diffinitiua. Vide Spec. de libe. concept. §. nunc oſtendimus uerſ. ſed & ſi. & de expenſis. §. ſi autẽ. uer. 3n. Qui oppoſuit generalitati libelli, illo declarato, poteſt petere expenſas antea ob id factas. Vide Bart. in l. quia. C. de omni ag. deſer. lib. 11. quod erronea confeſſio non poteſt reuocari, niſi prius reſtitutis expenſis ab ea cauſatis, ſi iudici hoc uidebitur. Vide Rotam de ap. 67. in fin. in antiquis, incip. Nota quod ſi appellatũ. ubi inquit quod appellatus. Dicere poteſt delegato dato ſuper grauamine & toto negotio, quod procedatur prius in grauamine etiam inuito appellante: quia habita uictoria in illo puncto petet expenſas factas ob fruſtratoriã pretenſionẽ grauaminis. Vide Imo. in c. cũ ceſſante. de appel. ubi tenet, ꝙ reuocans grauamen debet ſoluere expenſas, quas fecit appellans propter iniuſtum grauamen. Vide aureum dictum Bald. in c. exceptionẽ de excep. in princ. dũ inquit. ꝙ q temere litigauit, & ante concluſionem in cauſa produxit inſtrumentum, purgans illam temeritatem, quod tardauit producere, non auditur, niſi refectis expenſis, in quib. reum temerariè fatigauit: & iſta proderunt litigatoribus, quib. ſæpe in medio litis
26 deficit pecunia. ¶ Clauſula, † Saluo iure
a addendi, uel minuendi nihil prodeſt [a] reſpectu concluſionum prædictarum gloſ. 1. in c. inter dilectos. de fid. inſtru. not. omnes ibi, & Bart. in d. l. edita & Ang. in d. §. omnẽ & Bart. in l. non ſolum. §. morte. ff. de oper. no. nunc. & Spec. in loco ab iſto allegato: & ita Doct. hic aſſignantes unam rationẽ, quam uide: aliam aſſignat Card. in d. c. iura. quia induceret incertitudinem: eſt enim proprium, ac ſi diceret, plus. & eſt contra illum text. aliam aſſignat Domi. ſe extendens in c. ab eo. de elec. in. 6. quia additio, uel diminutio faciunt cenſeri nouum libellum, ut hic per Doct. Ergo uideretur procedi ſup libello carente litis cõteſt. ¶ Amplia etiam, ſi conſentiret reus. Bart. in d. rep. Pad. in l. edita, pen. chart. per rationem proximè dictam iuxta gloſ. in c. de cauſis. quicquid dicat Domi. in d. c. ab eo. ¶ Amplia ſecundo etiam in exceptione ſapiẽte actionem, ut cum excipitur contra electum. Ita Domi. ubi ſupra probans late ſecus eſſe in exceptione mera nã unum effectum operatur clauſula, quia propoſita in libello non uidetur propoſita coniunctim, ſecundum Bald. in l. Neſennius. ff. de neg. geſt. & in d. repet. Pad. in. 3. col. & in Peruſina. in 33. col. uer. de ſexta. ꝙ multum importat ad not. ſuper glo. in uerb. aſtrinxi. in c. licet de proba.

a Nihil prodeſt] De hac clauſula uide quæ habentur per Felin. in c. ex parte ſupra de reſcript. in uer. coppula in 4. col. et quod ibi dixi in apoſtil.

S V M M A R I V M.

1 *Narrare ſufficit in libello, quæ ſit cauſa agendi, nec eſt neceſſe dicere replicationem, quæ contra exceptionem opponi poſſet.*

2 *Libellus ſi præſumptiuè concludit, ſufficit.*

3 *Libellus eſt reijciendus, qui de iure communi non concludit, licet poſſet accidentaliter concludere.*

4 *Exceptio notoria poteſt proponi ante litem conteſtatam.*

C A P I T V L V M III.

Dilecti filii. ¶ Si libellus datus in actione perſonali non exprimit cauſam petendi, non tenetur reus reſpondere. H. D. ¶ Tenementi aurea uerba Innocẽ. hic ponderando, ut per domi. Abb. cuius dictis ultra Moder. adde
1 domi. Matth. not. 11. ubi dicit, quod † ſufficit narrare, quæ ſit cauſa agendi: nec eſt opus dicere replicationem, quæ contra exceptionem rei ſeruiret. Alleg. Innoc. hic quem extollit inferens, quod locator petens penſionem à cõductore non habet aliud narrare, quam contractum locationis. Vnde non eſt opus dicere, quod tradidit conductori rem locatam. Addit gloſ. Inſtit. de actio. in prin. quæ ſentit, quod uenditor agens ad pretium, nõ tenetur in libello exprimere niſi contractum uenditionis: non autem tenetur dicere, tradidiſſe ſe emptorem. ¶ Adde etiam domi. Matth. not. 12. ꝙ in libello non eſt neceſſe allegare ſolennitates extrinſecas, quamuis ille non præſumãtur in inſtrumentis, lege quæcunq;. §. j. ff. de pub. in rem act. Alleg. & extollit Innocen. hic, dum

dum dicit, non oportere exprimere ſolennitatem conſenſus.

a ¶ Et pro omnibus facit regula iuris, uolens, q † ſufficiat libellum concludere præſumptiuè: in qua regula puto fundatum Inno. & pro ipſo alle. l. creditor. §. Lucius [a] ff. de his, quæ in frau. in uer. intelligendus eſt fraudandorũ creditorum conſilium habuiſſe, ubi narrato, quòd debitor omnia bona alienauit, oritur ſufficiens concluſio præſumptiuè, quòd in fraudem creditorum. ¶ Et iſta regula procedit etiam in criminalibus, ſecundum Lud. conſil. 105. incip. Viſo themate alleg. Angel. in l. 2. C. ui bon. rap. Bene facit gl. in uer. iuxta ratã, in c. conſtitutus. de relig. do. quam allegani ſupra proxi. ubi præſumptiuè concludit in reſciſſione, quæ debet eſſe præambula: & adduco gl. in c. q̃a præſulatus. in glo. 13. q. 4. ubi habetur, q ſufficit ſpoliato aſſerere in libello. ſe ſpoliatũ, aliud nõ concludendo: quia ſatis præſumitur concluſiſſe, quòd reſtituatur. & ipſam commendat Bal. in l. quiſquis. in ſi. C. quo. app. non recip. ſed certè Bal. ibi intelligit illam gl. ſolum in notoria ſpoliatione, in qua bene dicit ſufficere ſimplicem facti propoſitionem, & in c. 1. de mi li. uaſ. qui cõtu. eſt, Idem ipſe dicit in auth. habita. uer. ſed reuocatur in dubium. C. ne fil. pro pa. Et ipſam ſequitur Archi. in c. in primis. 2. q. 1. Ex qua infert Domin. ibi in prin. uer. tertiò oppono. quòd iſto caſu poteſt ferri ſententia non conformis libello. nam libellus ſolùm narrat ſpoliationem, & tamen ſententia mandat reſtitui. ſed ratio eſt ſecundum eum, quia conſtito de ſpoliatione, iudex prouidet ratione periculi imminentis detentatori rei alienæ. quod dicit bene notandum. potes dicere, quòd ratio clarior eſt, quia ſufficit præſumptiua cõcluſio. d. §. Lucius. Et pro illa glo. ſunt duo text. uidelicet c. conquerente. de reſti. ſpo. in uer. ſpoliaſti. attento, quòd non dicit, & infra, ergo non erant alia uerba, niſi ſimplex narratio ſpolij. ad idem. c. præcepti. 11. diſt. ubi quis conquerebatur de ſpoliatione facta iniuſte à iudice, & non continetur petitio, uel concluſio. Vnde ſecundum Dom. ibi eſt tex. per gl. in d. c. quia. ſed illam glo. declara, ut procedat, dummodo narrans ſpoliationẽ utatur uerbo prægnanti, quòd ſapiat concluſionem: puta conqueror, uel doleo, uel ſimil. Nã ſi ſimpliciter narraret ſe ſpoliatum, non reſultaret præſumptiua cõcluſio reſtitutionis. Ita Bal. multum ſingulariter in repe. Padu. in d. l. edita. Circa ſecundum, an procedat libellus ſine concluſione, & idem dicit, quòd in alia petitione, quam in data contra inuaſorem ſimilia uerba habent uim concluſionis: putà, conqueror de Titio, cui mutuaui 10. & non reſtituit: quia dato, quòd non petat eũ condemnari expreſsè: tamen petit præſumptiuè dicendo, conqueror. & iſta declaratio ad iſtam gl. cum iſto corollario non exeat mentem tuam. Et optimè faciunt uerba Bal. in ſimili in l. ſi. in prin. C. de reſt. in integ. dum ponderat circumſcriptionem. Adde etiam pro dicta regula id, quod no. Inno. in c. conſtitutus. de reſt. in integ. ubi dicit quod ſi minor agens, ſimpliciter narrat ſe læſum, non facta mentione de dolo uel facilitate, procedit libellus: quia eo ipſo, quòd aſſerit ſe minorem & læſum, ſatis præſumptiuè cõcluditur, q ſui facilitate eſt læſum: quicquid dixerit ibi do. Ant. ſequutus Bar. in l. ſi. C. de in integ. reſti. mi. contra quam etiam tenet ibi Bal. Sali. & Paul. de Caſt. ſequentes Spec. de reſt. in integ. §. qualiter. uer. ſed nunquid minor petens. de quo etiam per Bald. in l. uerùm. §. ſciendum. ff. de mino. ¶ Nihilo minùs dictum Inn. hic, & quod eſt dictum de concluſione præſumptiua, debet neceſſariò declarari, ſeu limitari. 5. modis. Primo. dum modò narretur in libello aliquid, q de ſui natura inducat obligationem, uel, ut generalius dicam, concluſionem, ut in exemplo Innocen. hic de mutuo: ſecus, ubi narraretur factum adeo uagum & dubium, quod non poſſet reſultare præſumptiua concluſio. Ita multis uerbis declarat Imo. in c. ſuper hoc. de renun. mouetur ex dictis Bart. in l. cum quid ſi. ff. ſi cert. pet. ubi dixit, quod ſi in libello meo narro, me dixiſſe Titio, tolle hanc pecuniam, & ipſe accepit; & ideo cum deneget reſtituere, peto eum condemnari & cogi, non ualet libellus: quia factum eſt uagum. potuit enim eſſe donatio, uel mutuum, uel depoſitum. & illa declaratio fuit de mente domi. Anton. ſupra c. proxim. & iſte eſt unus modus concordandi duo hic cum Bartol. in d. l. cùm quid qui etiam concordari poſſunt ex ſequenti limitatione.

a §. Lucius] Ibidem ad hoc, quòd ſufficiat libellum concludere præſumptiuè, uide do. Alex. de Imo. & adde eum in l. cùm quid. ſi certũ pet. & in l. j. ff. de edi. ubi dicit uerum, ubi præſumptio reſultat ex facto tertij. non, ſi ex facto libellantis, & in libello tale factum non allegaretur. quod Raph. Ful. in d. l. cum quid. affirmat uerum, ſi quis opponat exemplum: dico in libello, quod dedi tibi 10. peto te condemnari ad reſtituendum, non procedit libellus; niſi dicã, quòd ex datione præſumitur mutuum, uel depoſitũ, ſecundũ Doct. ubi ſuprà. Et ad materiam adde etiam, quæ habentur in l. certum. §. ſed ſi fundum. ff. de confeſſ.

¶ Limita ſecundo, dummodo illa concluſio præſumptiua reſultet ex facto alterius: ſed ſi reſultat ex facto libellantis, debet illam allegare, ſecundum domi. Abb. in c. afferte. de præſumpt. uer. ex prædictis, per l. ſi adulterium cum inceſtu. §. idem Pollioni ff. de adult. Idem domi. Anto. ſupra c. proxi. & Imol. in d. c. ſuper hoc oſtendens ita eſſe in caſu Bart. in d. l. cum quid quem ita declarat Bart. domi. Anto. in c. ſi cautio. uerſic. ex hoc decidit de fid. inſtr. intelligens, quod in caſu Innocen. hic orietur præſumptio ex facto alieno: ſed in caſu Bart. ex facto proprio. Idem Angel. in d. §. Lucius. ¶ Obſtat huic limitationi dictum quoddam Iac. But. in l. ſi quis neceſſariani. §. 1. ff. ſi cert. pet. Titius egit furti, dicens rem ſuam fuiſſe contrectatam per ipſum conuentum: non dicit contra uoluntatem meam ualet libellus: quia præſumptio iuris eſt, quod adſit contraria uoluntas, niſi aliud probetur, l. qui uas. §. uetare. ff. de furt. Ergo præſumitur ex facto libellantis, licet nihil alleget. Reſpondet ibi Raph. Fulgo. quod aliud eſt, quia expreſſa erat actio & cauſa nominata in libello: quia furti agebat, & ſic eſt expreſſa uoluntas contraria: ſed in caſu Bart. in l. cum quid non fuit expreſſa nominatim cauſa actionis in libello, ſed dictum numerauit: & tunc non ſufficit præſumptiuè concludere, ſecundum eum: & conueniunt uerba Inno. in d. cap. ſuper hoc. & eſt not. declaratio huius limitationis.

¶ Et ſi in caſu Bart. in l. cum quid. reus non opponeret, procederet libellus, & poſſet poſtea ex probationibus declarari per actorem. Ita Raph. ibi per l. fin. C. de anna. exceptione. Facit, quod dixi ſupra c. proxi. in 2. concluſione. ¶ Limita tertio d. §. Lucius non procedere in pœnitẽtialibus, in quibus quæritur ueritas. Ita dom. Anton. ſupra c. proxi. poſt Innocen. in cap. nouit. [b] de iudi. ubi in libello denunciationis Euangelicæ debet deduci peccatum non præſumptiuè.

b Nouit] Adde ad hoc Felin. ubi. conclu. Apoſtol.

¶ Limita quartò ſm Angel. in d. §. Lucius. dũmodo ſit præſumptio iuris ſecus, ſi eſſent aliæ, de quib. p gl. in c. 1. qui ſilĳ ſint legi. & hanc limitationẽ ſentit etiam Bal. loco ſtatim allegando. ¶ Limita quinto, dummodo libellus habeat debitam formam ſecundum Bal. in d. l. edita in repet. Padua. ibi, ſed non ſufficit. ubi dicit, q libellus nõ concludit, 3 quando poteſt uniformiter cõcludere. ¶ Dum † Abbas dicit, nota, reĳciendum libellum, qui de iure communi non concludit, licet accidentaliter concludere poſſet, ut in exemplo Innoc. hic. limita dummodo opponat. Ita Abb. in c. ex parte B. ibi. & ex hoc & ex text. de for. compe. ¶ Dum not. Abb. ex dictis Innocen. hic exceptionem peremptoriam non impedire litis ingreſſum, etiamſi offertur incontinenti probando ampliando, c. 1. de litis conteſt. in 6. adde do. Anto. in c. ſuper literis. col. 18. de re. & allegans dictũ Innoc. in c. 2. circa finem, de cauſa poſſeſ. & ꝓpriet. ubi dicit, q cõtra agentẽ poſſeſſorio recuperandæ non admittitur exceptio proprietatis etiam incontinenti probandæ. Idem glo. in c. ſuper cauſa. 2. q. 5. & tex. cum glo. in uerbo, incontinenti. in c. literas. de reſtit. ſpol. & Spec. de peti. & poſ. §. 6. uerſ. 24. & do. Anton. in c. literis. de reſtit. ſpolia. & c. item cum quis in ſi. eod. tit. & Ang. in l. certi. in ult. col. C. de interdi. & in l. fin. C. quorum bon. & in l. ſi de ni. ff. de iudic. & per Angel. in l. momentaneæ. circa princ. C. unde ui. & per gloſ. 2. q. 1. in ſumma. ¶ Eſt uerum, quod Archidiaconus in c. ut circa §. 1. de elec. in 6. & domi. Ant. in c. j. de ordi. cognit. tenent contrarium eius, quod uult Innocen. hic: & forte eorum opinio procederet, ubi exceptio talis eſſet, quod oſtenderet ipſo iure actionem non competere, per id quod dicã in ſequenti concluſione. & ita Bar. in terminis in l. cum quærebatur. ff. iudi. ſol. quod exceptio competens non conferens actori actionem ſi probatur incontinenti, impedit litis ingreſſum. Hinc Ang. in l. j. C. de quadri. præſcri. dicit, q exceptio præſcriptionis incontinenti probata impedit litis ingreſſum [c]. Idem Ang. de exceptione ceſſionis bonorum in l. ex contractu. C. de bon. author. iud. poſſiden. Faciunt uerba Innocen. in c. poſt electio-

c Litis ingreſſum] An exceptio præſcriptionis impediat litis ingreſſum.

ſum. unde plene per d. ... Socin. conſil. 38. incip. Pro deciſione. uerſ. 8. ad impediendum in 1. parte, chart. 76.

nem in ſi. ibi, & dicimus de conceſſ. preben.
4 ¶ Dum † Abb. colligit exceptionem notoriam proponi poſſe ante conteſtatam litem, adde Ioan. And. in Spec. de exceptio. §. dicto. uerſ. ſed non reus. & domi. Anton. in c. ſuper literis. & in cap. exceptionem. in 2. col. de exceptio. Bald. in extractis. Innocen. in uer. except. q. 10. & in l. eleganter. §. ſi quis poſt. ff. de condi. in debi. Domi. poſt Archi. in d. c. ut circa. §. alioquin. uerſi. quinta concluſio. & Pet. de Anch. poſt Ioan. And. in c. 1. de litis conteſta. in Sexto. & Bal. in l. poſtquam liti. uer. unica. concluſio. C. de pact. Item ſi eſſet probanda per inſtrumentū. Bald. in d. §. ſi quis. & domi. Anton. in dictis locis per c. licet in uer. euidentiſſimè de proba. Intellige de exceptione peremptoria, per quam concluditur ius agendi ipſo iure non competere. & ita Bart. & alij allegant in præcedenti q. ſecus, ubi hoc non concluditur, ſecundum Imol. hic: propter regulam dicti c. 1. reliqua ad iſtum tit. ultra loca in rubrica allegata, collige ex his, quæ dixi in c. examinata. de iudic. & ibi multa ponit domi. Anto. & memento eorum, quæ dixi in cap. nouit. de iud. quando intentio eſt apta, ſed exactio eſt inepta.

De mutuis petitionibus

TITVLVS IIII.

SVMMARIVM.

1 *Induciæ deliberatoriæ ſi petantur, ſunt de ſubſtantia: aliàs non.*
2 *Reconuentio an fieri poteſt poſt litem conteſtatam.*
3 *Reconuentionis cauſa mutat ſuam naturā regulariter, & in ea proceditur, prout in cauſa conuentionis.*
4 *Cauſa ſummaria an efficiatur plenaria propter reconuentionem.*

CAPITVLVM I.

1 EX LITTERIS. ¶ Iudex † etiam delegatus compellit actorem ad reſpondendum reo in cauſa reconuentionis, & utramque ordine ſucceſſiuo ſimul diſcuſſam una ſententia terminabit. ¶ Dum tangit de induciis, adde quod ſi petantur, ſunt de ſubſtantia iſtæ deliberatoriæ alias non glo. 3. in c. uxor 27. q. 4. approbant Imol. & Roman. in l. qui bona. §. qui alieno. ff. de dam. infect. Imol. in l. ſi quæramus, ff. de teſtam. Dom. in ſumma. 2. q. 1. Ioan. And. in c. 1. de lit. conteſt. in 6. Archi. in §. diſſinitiua. uer. item ſi ſententia 2. q. 6. & glo. in clem. ſæpe de uerb. ſignifi. ¶ Subdunt Moderni, reſpectu terroris practicè ſimultanei proceſſus, quod de ſententia lata pariter ſuper conuentione & recōuentione unica ſoluetur gabella, propter dictum Ang. in l. patris & filij. ff. de uulg. & pupil. quod ſi in eodem inſtrumento eſt teſtamentum patris & filij, cenſetur unicum teſtamentum, & unica ſoluetur gabella. Simile dicit Bart. in l. inficiando. §. infans. ff. de fur. ſi pater & filius eodem die nuptias celebrent, cenſetur unicum factum: ideo plures fœminæ non inuitabuntur, quàm ad unicas nuptias inuitari poſſint. Dubito per id, quod dixi ſuprà. c. proxi. poſt Salic. & Paul. in l. edita. C. de eden. quòd ſi in unico libello plures actiones cumulantur difformes, cenſentur plures libelli: & plures debentur gabellæ. Item l. j. ſcire debemus. ff. de uerb. obli. per quam dicit ibi Ang. quòd cenſentur eſſe tot libelli, uel ſententiæ, quot ſunt ſummæ [a] in eis ſpecificatæ. intellige, quando in qualibet datur diuerſa actio: ſecus, ſi pro omnibus una: quia tunc cenſetur unus libellus, Bal. in repeti. Pad. dicta l. edita. in 22. col. ſubdit Pau. de Caſt. in d. l. quòd ſi petij decem in libello. & poſtea addo alia decem ex diuerſa cauſa, debet ſolui ſecunda gabella, tanquam de nouo libello. & idem Bart. & Bald. in l. ius ciuile. ff. de iuſt. & iur. Simile dicit Bar. in l. libellorum. ff. de accuſ. quòd de pluribus accuſationibus factis in eodē libello debentur plures gabellæ. Idē Bald. in l. ordinarij. C. de rei uend. & in l. accuſationis. C. de accuſa. Non obſtaret dictum Ange. in l. patres. quia per l. omnia. habetur illud teſtamentum pro unica diſpoſitione. Nec

a *Summæ] Adde Felin. in c. 1. in §. ſignificantibus. de lib. oblat. iunct. Apoſt. ibi.*

obſtat dictum Bartol. in §. infans. quia eſt falſum, ut ibi per Angel. & quia ſtatuta attendunt uerum, non quod fingitur. ¶ Dum gloſſ. tangit, quod iſta ſententia, quæ non iudicaret ſuper reconuentione, non eſſet nulla, contrarium uult gloſ. in c. cuius in agendo. 3. quæſt. 8. pro qua Ioan. de Imol. in l. j. §. fin. ff. quæ ſentent. ſine appella. reſcin. Ponderat iſtum text. & c. cùm dilectus. de ordi. cogni. ubi l. præcipit unica ſententia iſta terminari. Ergo cōtrà factum eſt nullum, l. non dubium. C. de legi. Idem, ſi lata eſſet contra ordinem iuris. Ergo nulla l. prolatam. C. de ſent. & idem Modern. hic poſt multa. ¶ Tene glo. hic ſecundum do. Abb. & Inno. in c. 2. de ordine cog. & Imol. & eleganter Ang. de Aret. in d. l. 1. §. fin. ubi relatis alijs idē tenentibus reſpondent motiuis Ana. quòd iura ita fieri permittunt, ſed non neceſſitant. Et quòd ſententia non ſit nulla, dicit cauſam, l. per quam ualde inſurgit contra Ana. Idem Domin. in c. cuius in agendo. in fin. princ. 3. q. 8.
2 ¶ Communis eſt opinio quòd poſt † litem conteſta. ex interuallo non poteſt fieri reconuentio. Pro qua concludunt rationes domini Abb. & eſt caſus in clem. ſæpe. in uer. eſt in exordio facienda. quia uerbum eſt, neceſſitat. Card. in c. exceptionem. de excep. & gerundium neceſſitat [b]. Bald. in rub. C. de eden. ¶ Prima declaratio, ſi materia eſſet peritura, & exigeret celeritatem, poterat fieri rei uēdicatio, iuncto tenore. Maria. hic per not. in ſimili in c. fin. de foro compe. ubi in tali caſu non competit ius reuocandi domum. Faciunt, quæ dixi latè in c. fin. de iudi. ¶ Secunda declaratio. Volente actore ualet reconuentio in omni parte iudicij, non quòd ſit propriè reconuentio: quia deficit ibi parilitas proceſſus: ſed eſt conuentio ualida per prorogationem, quæ cadit coram delegato de re ad rem: ſecus, ſi inuito actore, c. cum olim. de offic. deleg. Ita Domi. in §. reus. & Maria. hic. ¶ Tertia declaratio. Si iudex ab actore aditur eſt enim aliàs iudex ſuus, eo inuito fiet quandocunque reconuentio. ſed magis propriè dicetur conuentio, quia caret utroque priuilegio ueræ recōuentionis, uidelicet ſimultanei proceſſus & prorogationis. ita Doct. ubi ſuprà proximè. cætera uidebis per te.
3 ¶ Cauſa reconuentionis † mutat regulariter naturam, & in ea proceditur, prout in cauſa conuentionis: ideo prima ſummaria facit ſecundam ſummariam, licet aliàs non eſſet: & contrà, ut hic per do. Abb. per cle. ſæpe. de uerb. ſign. inducendo, ut per eum. ¶ Declara primò, ut iſtud ſit uerum reſpectu procedendi, non reſpectu decidendi [c], quia illud cōmunicare naturam ſuam alteri nimis noceret actori reconuento, ut hic per do. Abb. ¶ Hanc declarationem intellige, ubi conuentio & recōuentio reſpiciunt diuerſas cauſas: ſecus, ſi cumulantur reſpectu eiuſdem rei: quia uniformiter decidentur. Lapus allegatione 3. ad fi. uolens, quòd ſi agis mecum dicendo, quòd dedi ad uſurā, & ego peto contractum pronunciari legitimum, utraque deciditur ut ſummaria ratio, quia in ea non eſt ſeparata reconuentio, ſed quaſi defenſio. Vnde ſicut poſſem excipere, & pronunciando pronunciaretur tacitè ſuper exceptione: ita poſſum petere pronunciari ſuper eo, quod excipiendo propono. Et pro hoc facit, quod not. do. And. Siculus in c. ab. in 4. notab. de uerb. ſigni. quòd ſuper libello confirmationis poteſt dari libellus informationis, & uterque eadē ſententia expediri. Facit optimè dictum Bal. in l. uir. ff. ſolu. matri. quòd quādo recōuentio uenit ad perimendam conuentionem, dicitur recōuentio habere uim exceptionis: & eſt neceſſe pronunciare ſimul ſuper utroque. ¶ Secūda declaratio: quòd dixi cauſa reconuentionis ſortitur naturā cauſæ principalis, eſt uerum, quàdo ex reconuentione prorogatur iuriſdictio iudicis: ſecus, ſi ſit coram iudice aliàs actoris, quia non prohibetur reconueniens renunciare beneficio ſimultanei proceſſus, non erit propriè recō

b *Neceſſitat] Ad. de Sal. ad hoc in l. 1. C. de his qui latr. & Lan. de ſaxo. in Rubr. inſtit. de act. & Specul. in tit. de libel. concep. §. iam nunc uidendum. in princ.*

c *Reſpectu procedendi, nō reſpectu decidendi] Adde pro declaratione iſtorum uerborū pone, quod ſint aliquæ cauſæ ſummariæ, quo ad probationes in quib. ſufficit quādoque iuramentum, quandoque unus teſtis: de quibus in Spec. in tit. de offi. ord. §. 1. & C. de his, quæ ad ec. confu. l. præſenti. l. theſaurus. ff. ad exhi. Bart. in l. j. de præto. ſtipul. & in extra. ad reprimendum. Cano nista in c. nuper. de teſti. Et ſic iſta cauſa priuilegiata non adæquantur uirtute reconuentionis: quoniam ſieret magnum præiudiciū. Adde do. Abb. qui idem ſentit in c. 1. de mu. peti.*

peti. in 7. col. in uerſic. nam quædã ſunt cauſæ.

uentio, ſecundum dn. Abb. hic. ¶ Subdunt
4 Moder. non credere quòd † cauſa ſumma-
ria efficiatur plenaria propter reconuen-
tionem: quia hoc modo reconuentio pro-
rogaret litem contra c. diſpendia. S O L. prouidet c. diſpen-
dia. ut actor in pluribus tribunalib. non uexetur: de elonga-
tione non dicit: & pro communi facit, quia impoſſibile eſt, q
in conuentione proceſſus ſint, domini eiuſdem naturæ nec
poteſt cauſa ſecunda regulare primam, propter regulam, qui
prior. cum ſimili. ¶ Si ante nomen rei receptum inter reos,
reus multiplicatur, accuſare poteſt: ſed ſi receptum eſt, non
poteſt, l. is, qui reus. ff. de publicis uel priuatis iudic. & dicitur
receptum, ubi pronunciatum eſt procedendum eſſe in accu-
ſatione non obſtantibus exceptionibus rei. Fallit in decem
caſibus de quibus remittit ſe Imol. hic ad ſeipſum in d. l. is,
qui. & reaſſumit hic Maria. in l. 2. in 3. colum. cum 23. colum.
ſeq. dic, ut per eum. Et conſidera, quod in illis decem caſibus
obſtat ratio: quia accuſatus dicitur inimicus, & ideo repel-
litur ab accuſando: c. repelluntur. & c. cum P. c. meminimus.
de accuſatio. Poſſet dici, quod de iure ciuili procedunt: quia
ſecundum leges repellitur ſolum à teſtificando, authent. ſi
dicatur. C. de teſti. de materia cap. ſtat argumentum.

S V M M A R I V M.

1 *Appellans ſicut poteſt non deducta deducere, ita etiam appellatus.*
2 *Conceſſio ubi eſt facta motu proprio, priuilegiatus non tenetur eam recipere contra ſe num. 3. & 4.*

C A P I T V L V M. II.

PRVDENTIAM. ¶ Modus conueniendi datu[s]
per reſcriptum in cauſa conuentionis, intelli-
gitur repetitus in cauſa reconuentionis. ¶ Per
iſtum text. ibi, cum actoris. uide Rotã. de dolo
& contuma. deciſio. 21. uel 2. in antiquioribus,
quod qui obtinet aduerſarium compelli per-
ſonaliter reſpondere, tenetur ad idem. Sequitur Domin. in c.
1. de dolo & contuma. in 6. Bonus text. in l. fin. C. de fruct. &
lit. expenſis. per quem dicit Bald. ibi, quod pactum uaſalli cũ
domino, quod non cadat fœderibus non ſeruatis, militat
econtra. Et quod priuilegium patris, quod non poſſit teſtari,
non relicta legitima filio emancipato, operabitur, quod filius
non tenetur eam relinquere patri in bonis ſuis. Et hinc Ang.
conſil. 130. dicit quod Fulginenſes non poterant conqueri de
iniuſticia repreſaliarum, quas contra eos fecerant Tudertini:
quia eos prouocauerunt pari iniuſticia. Similiter Bald. in l.
fin. C. ſi certum pet. dicit, quod Contra iudicem, qui mandauit
exequi inſtrumentum ſolenne, fiet ſimul executio. & Angel.
in l. 3. §. ſi quis igitur. ff. quod quiſ. iur. dicit, quod Qui pro alio
conſuluit, tenetur in tali caſu ſuo conſilio ſubiacere bona gl.
uerſ. reus, in c. 2. de confeſ. in 6. per quam dicit ibi Dom. quod
lex etiam pœnalis loquens de reo caſu ſæpius in reo occur-
rente, extenditur ad actorem. Bene facit lex, petendæ. de
tempo. in integ. reſt. pet. uolens, quod dilatio data uni parti,
ſemper prodeſt alteri. per quem tex. decidit Ioan. Andr. unã
quæſtio. in Spec. de emptio. & uendit. §. fin. in fin. primæ addi-
tionis. ¶ Aliam decidit gloſ. in uer. octo dierum. c. ſolet. de
ſent. exc. in 6. quod ſub termino dato reo ad probandum ſolu-
tionem, poteſt actor probare melius excommunicationem: &
per illam l. dicit Arch. poſt Lau. de Pinu. in c. ſi autem. 15. q.
7. quod dilatione data accuſato utitur accuſator, & econtra.
& per illam l. dicit Innocen. in c ſuper lo 2. in gloſ. quando lis
de appel. quod ſi actor petijt cauſam decidi intra menſem,
non poterit ad eius inſtantiam differri, ſed reo dabitur dila-
tio, qua gaudebit actor, ſecundum Mod. & Rof. & ſequitur ibi
domi. Anto. in 3. col. & dom. Abb. in 7. col. uerſi. cauendum eſt
mihi iudici. Et per illam l. dicunt Bar. & Bald. in d. l. petendæ
quod ſi minor reſtituitur ad producendos teſtes poſt publi-
cationem, proderit hoc aduerſario: de quo tamen per Bart. &
Mod. & Lud. & Imol. in l. j. §. in operis. ff. de no. ope. nunc. Cum
iſtis adde Bal. in c. cum a nobis. in ult. col. de except. ubi dicit,
quod, qui non uult ſignare ſtatutum alteri, ipſo pro ſe uti non
poteſt: &, qui non ſoluit collectam, non poteſt alteri id obij-
cere: & qui nubit intra annum luctus, non poteſt alteri id fa-
cienti opponere infamiam, uel in habilitatem ſuccedendi.
¶ Et qui uadit de nocte contra ſtatutum. non poteſt euntem
accuſare, uel contra eum teſtificari. ¶ Confirma ex ſequen-
tibus, & amplia, etiam ſi quis renunciare uellet fauori ſuo:
poſtea limita, niſi eſſet ius datum motu proprio: quæ amplia-
tio & limitatio inferius declarabitur. Itẽ limita, ut p gl. aureã
in cle. j. i uer. iuri. de teſti. & ibi do. Ab. i apo. uidelicet, q regu
la illius æqualitatis in iudicio procedit reſpectu actoris &
rei non reſpectu teſtium. Vnde licet criminoſus contra bonũ
non poſſit teſtificari, tamen bonus teſtificabitur contra eum,
per illum tex. ¶ Glo. prima. Per prædicta, & per glo. 1. hic di-
1 cunt omnes Doct. quòd † ſicut appellans poteſt non deductũ
deducere, c. cũ Ioannes. de fid. inſtr. ita appellatus. Adde tex.
in l. per hanc. C. de tempo. appel. in uer. tam appellatori, quã
parti aduerſæ. Fortiùs dicit Rot. 365. ſi à diffinitiua. in nouis,
* quam non reperi in rubricatis *, quòd ap-
pellatus inſtare poſſit, ut reformetur ſen-
tentia in aliquibus ſe iniuſtè nocentibus,
ex quo ſuſpenſa eſt. Sequitur do. Abb. in c.
ſignificauerunt. de excep. do. Anto. Ab. &
Imo. in d. c. cùm Ioannes. de fid. inſtru. Ad-
de glo. auream in §. ſi ratio uerum. in glo. 1. in authen. de
his, qui ingre. ad app. quæ dicit, quòd uictor poteſt in caſu ap
pellationis petere aliqua alia plura, dummodò acceſſoria prin
cipalis petitionis. ¶ Limita primò hæc, niſi appellans renun-
ciaſſet appellationi antè quàm incipiat proſequi. Domi. in §.
quandoque. 2. q. 6. Et quòd liceat tunc renunciare, alleg. c. ſi
quis libellos. 2. q. 6. ſecus, ſi cepiſſet proſequi, ſecundum eum:
ad quod facit, quod infrà dicitur de renunciante in caſu hu-
ius. ¶ Limita ſecundò, niſi eſſet ſententia continens duos ar-
ticulos: unum condemnatorium, & alium abſolutorium: & cõ
demnatus non appellat, niſi à condemnatorio, nunc appella-
tus non peteret reuocationem illius abſolutionis, cuius reſpe
ctu ſententia tranſiuit in rem iudicatam. Ita Domi. ubi ſuprà
& facit dictum Bal. in concluſionibus Spec. in tit. de appel. &
Imo. in c. Raynutius. in 10. col. & in c. ex parte. in 5. col. de re.
& do. Ab. in d. c. ſignificauerunt. ubi dicunt, ſi appellans dicit,
appello in parte & partibus contra me facientibus: quia in re
liquis ſententia tranſit in rem iudicatam. ¶ Gl. fin. Not. pro-
2 pter gl. fin. in fi. quòd † ubi conceſſio eſt facta motu proprio,
non tenetur priuilegiatus eam recipere contra ſe: & ipſum ſe
quitur Abb. in c. fin. de uita & honeſta. cleri. & in c. 1. in 6. not.
de reſt. in integ. & not. Bal. in l. cunctos. C. de ſumma Trinit. &
gloſſ. maior quaſi in medio. in authen. quas actiones. C. de ſa-
croſan. eccle. Et dicitur motu proprio, quando hoc exprimit,
c. ſi motu. in fin. de præb. in 6. ubi priuilegium daretur à leg.
quia ſi aliud non apparet, dicitur datum
a motu proprio [a] principis, ſecundum Bar. in
d. authen. quas actiones. & in l. j. in fi. C. de
bo. uac. lib. 10. in l. j. quaſi in medio. C. de
peti. bon. ſub. lib. 11. & ſentit in l. fin. §. ido-
neè. C. de iur. delib. & pro prædictis eſt tex.
aper. in l. 3. in prin. ff. quod quiſque iur. ibi
non ſit retorquentio iuris motu proprio cõ-
ceſſi: ſecus, ſi ad inſtantiam. ¶ Limita iſta
3 primò, dum † modò conceſſio reſpiciat deciſionem: ſecus, ſi
ordinatoria litis. Ita probatur in l. fi. & ibi hoc no. Bart. C. de
fruc. & lit. expen. ubi priuilegium datum à lege alicui, ut non
ſoluat ſportulas, prodeſt alteri parti. Ad idem l. die ſabbati. &
ibi Bar. C. de Iud. ubi priuilegium datum à l. Iudæis, ut non
poſſint conueniri die ſabati, dicitur etiam datum alijs, ut non
poſſint eos conuenire. Ad idem c. ſacramentum & in quibuſ-
dam. & ibi Bald. de conſuetudine recti feu. ubi dominus non
tenetur iurare de calumnia in cauſa contra uaſallũ, nec etiã
uaſallus in cauſa contra dominum: & idem Bar. in d. §. donec.
& iſtis locis priuilegium erat motu proprio: quia à lege. ¶ Li
4 mita ſecũdò, niſi † priuilegium datum motu proprio ſit in ma
teria, quæ per uiam correlatiui & neceſſariæ conſequentiæ al
teri paríficetur: quia tunc extenditur etiam ad alios, ut ele-
ganter per dn. Ab. hic impugnantem iſtam glo. in ſuis termi-
nis per rationes ſuas: pro quo addunt Moder. g o. in d. c. 2. in
uer. reus. conſiderando, quòd beneficium illius literæ eſt bene
ficium legis, & retorquetur ratione naturæ correlatiuæ: & ad
dunt gloſſ. in rub. ſol. ma. in uer. petatur & ratione, quia clau-
ſula, Motu proprio, non diſpenſat, cap. non poteſt: de præben.
in 6. Ergo non alterantur iura adæquantia conuentionem &
reconuentionem. Amplia ultra alios, etiamſi taliter priuile-
giatus uellet renunciare priuilegio, ut reus uteretur eo: quia
ſi iam produxit eum in iudicio renunciare non poteſt: ſecus
ſi non,

* *Rubricatis] Ad de quod eſt 59. Sub tit. de appel. in non.*

a *Motu proprio] De hoc clauſula uide etiam, quæ per Philip. habentur in c. cauſam, quæ infrà de teſti. ubi plenè no.*

ſi non produxiſſet. Ita Bald. in d.l.ſ.in prin.alleg. Inno.in c. ex quæſtione de reſtit. ſpol. Probatur in authen. qui ſemel. in uerſic. iudici inſiouatis. C. quomo.& quan.iudex.ubi ponderatur, quod iudici ſit data petitio, ut actor cogatur proſequi. facit cap.audita.de reſtit.ſpol. ubi reprobatum delegatorium operatur à die præſentationis: non ante: & in cap.ſuper eod. lo 2.de appel. latè Bald.in l.falſus.C.de furt. Et ideo ſi impetrans iudicem delegatum renunciaret impetrationi nondum præſentatæ, non poſſet poſtea ab eo reconueniri, ſecundum Ray. & Guli. de Cu. in d.l.3. in prin. quia iura loquentia de reconuentione, loquuntur reo iam conuento: authen.& conſequenter.in uerſi.conuentus.in §.reus quandoque. in uerſic. iudicio ſecus, ſi lis iam eſſet mota: quia deſiſtens ab ea non euitat reconuentionem, ſecundum Ioan. Andr. in Spec. de recon. §.fin. in fin. dicentem, plures antiquos ita tenuiſſe: & per domi. Anton.ſupra c.proxi.& ideo domin. Bald. in d.§.in quibuſdam dicit quod in caſu huius decretalis non poſſet actor renunciare huic clauſulæ appella. remota, inuito reo, cui poſt præſentationem quæſitum eſt ius: reſpondet ad l. ſi iudex circumuento. ff. de minor. quod ibi ſolus minor habet priuilegium, ſed aduerſarius uenit iure communi: ideo priuilegiatus eſt potior: hic autem ſunt ambo priuilegiati iure æquiparationis. Et ad hoc uide Spec. de dilat. §. uideodum uerſic. quid ſi reus petitor quod actor non poſſet renunciare dilationi petitæ. ne reus utatur, iuxta d. l. petendæ. & ſequitur ibi Bal.diſputando. & idem Bald. in l. amiciſſimos. §.Lucius.ff.de excuſ.tut.& in alijs locis. Et iſta ſigna, tanquā
* noua. Vltimo, in quantum communiter * dicitur, quod reconuentio poteſt fieri ſuper actione orta poſt reperta, adde Do.latè idem tenentem in c.diſpendia de re in 6. Nec obſtant Moder.quia reprobatum delegatorium nō trahitur ad actiones futuras: quia reſponſio patet ex dictis Doctor.hic.

De litis conteſtatione.

TITVLVS V.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura ubi requiritur in actu, actus non præſumitur, niſi ſcriptura appareat: Niſi in caſu, quando ſententia tranſiſſet in rem iudicatam, quia tunc præſumitur fuiſſe ſcripta.*
2 *Aliam limitationem ponit prædictæ regulæ.*
3 *Poſitiones factæ per actorem, & reſponſiones per reum, an inducant litis conteſtationem & num.4.*
5 *Litis conteſtatio an fiat per confeſſionem rei.*
6 *Litis conteſtatio an fiat per obiectum exceptionis.*
7 *Concluſio eſt neceſſaria in libello, aliàs non poteſt lis conteſtari. Hæc regula patitur decem fallentias, ut hic uideri poteſt per ordinem, ut num.8.9.10.11.12.13.14.15.16.*
17 *Omiſſio ordinis iudiciarij ſicut reddit proceſſum nullum, ita omiſſio ordinis in extraordinarijs.*
18 *Narratio pleaior concluſione reſtringitur per concluſionē, & econtra.*
19 *Libellus formatus hoc modo: peto reum cog. ualet, licet non dicat condemnari: nam ſubintelligitur.*
20 *Reſponſio talis, Nego narrata prout narrantur: an ualeat?*
21 *Litis conteſtatio an inducatur per uerbum Credo.*
22 *Litis conteſtatio an inducatur per uerba, Tu mentiris.*
23 *Reus an poſſit compelli, ut conteſtetur litem.*

CAPITVLVM VNICVM.

1 OLIM. ¶ Notabis breues additiones ad omnia tacta per Ab. Primo, in quantum Ab. dicit quod † ubi requiritur ſcriptura in actu, nō præſumitur actus, niſi ſcriptura appareat. Tex. optimus hic, & dictū Inn. de accu.ſuper his, ad fi. adde Ab.in c.qm de prob.& in c.bonæ lo 1.de elect. Lud. Ro.in l.ſciendū in fi.ff. de uerb.oblig. Si tā partes confitentur litem fuiſſe conteſtatam, ſtaretur earū confeſſioni, c.fin.de proba. per text.ibi quem. Pro ſingulari & mirabili notat ibi Ab.& ipſum etiam allegat hic. Tamē caue: quia ibi cōcurrebat ēt aſſertio iudicū, ut ibi per Arc. ¶ Quod
2 † autem dictum eſt de ſcriptura, limita, niſi ſentētia tranſiſſet in rem iudicatam: quia tunc præſumitur fuiſſe ſcripta. Dixi in c.tenor.in fi.de re iud.& ibi hoc uidetur uelle Abb.ult.col. ibi, uel tertiò.& ibi dixi in uerſi. tallit ſecundò. Quòd autem dicit Inno.in d. c.ſuper his.non præſumi quem non ordinatū, limita, niſi diu exercuiſſet ordinem. Secundum ipſum, facit dictum Hoſt.& aliorum, de præſump.illud.cum concor. quas ibi dixi, quod not.omnes in l.ſciendum.de uerb.ob.dicendo, præſumi ſolennitatem extrinſecā propter tem
a poris diuturnitatem [a], per l. ſi filius. C. de pet. hære. Item limita Inno. niſi clericus oſtenderet literas alicuius ordinis præſupponentis priores ordines, & eſſet ordinatus ab homine integrę famæ: quia præſumitur, quod ei conſtiterit de priorib. ordinibus: Inno.in c.1.de cle.peregri. & in c.ſuper his: ad fi. gl. ma. de accuſ. Sequitur Abb. in c. niſi. de præb.& in c. fraternitatis. de cler. non reſid. & in c.1.de iudic. & in c. fraternitatis. in fin.de teſt.& in c.Albericus.in lect.antiqua, eod.tit.& Rot.de proba.4. in antiquis, & Arc.in c.Lugdunenſis.9.q.2.facit c.ſignificante. de pigno. & qd ibi no. But.in prin. ſequitur etiam Lud. in l. in illa. ff. de uerb. oblig. ¶ Ad illud de poſitionib. uniuerſali-
3 bus, in quib. tenet Ab. quòd † inducunt conteſta.litis, quando actor oblato libello narrat in eis contenta in libello. addit Maria. tandem ſe putare. quòd ubicunque poſitio habet admixtam petitionem, reſponſio ei facta inducit conteſ.litis: & ponderat uerba Ang.in §.illud quoq; in authē.de triē.& ſemiſ. Pro hoc facit: quia ceſſant rationes iſtius tex.adductæ per gl. hic, & dicit Rota de teſti.18.in antiquis. quod p reſponſionē factā ad articulos cōcluſiuos fit litis conteſtatio: qa tales articuli ſunt loco libelli. ¶ Ad
4 illud, quod † uerba requiruntur, ut hic per Bu. Car.& Ab.poſt Rot.hoc ti.6.in nouis, addit Imo. quod propter authoritatē Rotę hoc ſeruaret, aliàs difficilè recederetur ab opi. cōtraria, quā tenet Bar. & Bald.in l.unica.C.eo. Addit Maria. quod aut poſt reſponſionem rei actor comparet, & proſequitur: & Rot.bene dicit: aut non uult cōparere, uel proſequi: & tunc tenet cōtra Rot. qa licet uoluntas pręſumatur durare, c.maiores.de baptiſmo.tamen ex actibus ſequentib. uidetur mutata. ¶ Dubito de hoc ſecundo: qa Rota.& Doc. loquitur in actore, qui dato libello petijt reū cōpelli reſpondere: & ex hoc arguunt a imū cōteſtādi: & ideo ſi tpe reſpōſionis rei nondū mutauit actor propoſitum apparenter, uidetur litis conte. adeò facta, quòd ex factis ſequentibus mutari non poteſt.

a *Diuturnitatem*] *Pro qua materia uide do. Iaſ. May. in l.3. C.qui admit. Et quæ ſunt præſumptiones, quæ ex diuturnitate tēporis inducatur, & in quib', uide copioſè & no. p do. Soci.cō ſ.l.15.inc. Viſo prędictis publicis iſtrumentis. uerſi. confirmatur prædicta cō. cluſio. in 1. parte. Et ibi p eum habet circa mediū dictis uer. an præſumptio ſolēnitatis intrinſecæ & extrinſecæ ipſe celebrati cōtractus interueniſſe uideatur ex diuturnitate tpis: & uide p eū 5 cōſi. 30. incip. Viſo quodā iſtrumento. uerſi. tertiò principaliter. Et prima rōnū nō obſtat. in d.parte. & in cōſ.153. incip. Pulchra & ſubtilis eſt præſens cōſultatio. uerſi. ad hic obiectionem. 2. parte. & in conſl.39. inci. In cauſa cōgnita. uerſi. prætérea, poſita circa medi. in 1. parte, chart.149.*

5 ¶ Ad illud, utrum † confitendo fiat litis cōteſt. in quo commu-
* nis * opin. eſt, quòd ſic, adde Bald. in l.ſi reus. de proc. Card. in cle. ſæpe.in 26. q. de uer.ſig.glo.in c. dudum.lo 2.de elect. reſpondet diuerſimodè ad d.l.ſi reus, ſed maximè, quod loquitur de cōfeſſione facta ante libellum. Sed Bal.in l.unica.C.eo. dicit, quod aliqn reus confitetur, ut declinet iudicium: & tunc non fit litis cōteſt. aliquando dubitatur. & tunc, ſi fit cōfeſſio in figura iudicij, oblato libello fit litis cōteſtatio, aut nō in figura iudicij, & nō fit. Imo. in l.ſi dominus.§.q confitetur. de lega.2. dicit, quod ſi cōſtat de mente, illa ſeruāda eſt: ſi non conſtat non fit litis conteſtatio. Alle.gl.in l.proinde.§.1.ad l.Aqu.& in §.ſuſceptis.in authē.de exhi.re.& in d.c.dudū. Sequor Imo. hic dicentē, quod conſtare pōt de mente, forte propter actionē de euictione, uel aliud intereſſe: aliàs nō uideī, quod cōfitens uideatur uelle litē cōteſtari, niſi fortè ultra cōfeſſionē in aliquo cōtradiceret, putà, fateor narrata, ſed nondū uenit dies obligationis. Et de materia aliquid p gl. de ap. cū cauſa.in uer.nō fuit.& de pe. ſi duo.lib.6.uer.dimitti.& p Inn.de do.& contu. pu. ¶ An aliq hæc cōfeſſio reqrat præſentiā partis tenendo, qd dictū eſt ā litis cōteſt. poſſe fieri abſente parte, uidetur, quod non obſtat regula l.certum.§.ſi quis abſente.ff.de confeſ.& ita ſentit Bal.in d. l.unica.C.de lit.conteſt. Pēdet à quæſtione, utrum §.ſi quis abſente. procedat in confeſſione iudiciali: in quo cōmuniter dicitur.

cit, ꝙ non. Bu.& Imol.in c.ſi cautio. in 4.fallentia, de fid.inſtr.
Bart. io d.§.ſi qois abſente. Bal. in l.unica.pe col. C.de confeſ.
per Bar.in l.nuda.ff.de dona.& Bal. in l.poſtquam liti.in fi. C.
de pac. Bart. io l.1.in fi.ff.de iure fiſc.& Salic.io l.unica. in 15.
oppo.C.de confeſ. ¶ Ad illud, quòd in reſpondente oon eſt o-
pus his oerbis, Animo conteſtandi litem.
a [a] ut per Rot.hoc tit.2.in noois, ſigna limi-
tationem Abb.hic, niſi talia uerba commu
niter eſſent conſueta apponi: quia tūc ſunt
ſubſtantialia. Facit glo. in authen. ut præpo
natur nomen imperatoris. per quam dicit
10 Abb.io proœ. Decretalium. io uerb. Grego
rius. quòd omiſſio ſolennitatis inductæ ex
ſola conſuetudine uitiat. Plura ad hoc col-
legi de conſti.cap.cùm M. in notabilibus.
¶ Ad illud de proteſtante, quòd noo re-
ſpōdet, ut litem conteſtetur, pendet ab his,
quę dixi in d.c.cùm M. In materia prote-
ſtationis dependentis ex uoluntate prote-
ſtantis, & in terminis uide Bald. in l.unica.
C.de Lati. lib. tollen. aliquid per gloſſ. de
appel. ſollicitudioem. Dic breuiter prote-
ſtationem iuuare. ¶ Fallit primò, ut per
Ab. ¶ Fallit ſecundò, niſi diceret, nego &
conteſtor litem animo non conteſtandi.
b [b] quia tunc non poteſt dici, quòd factum
ſit contrarium proteſtationi, tāquam mul
tiplicetur iotelligibile, ſecundum Maria.
hic. ¶ Ad primam quæſtionem Abb. Adde
pro ipſo ratiooem gl.in c.2. de litis conteſt.
6 in 6. Et limita primo, dum † oiodò exce-
ptio ſtet in meris finibus exceptionis: ſecus,
ſi ultrà procedit: putà, nego id fieri debere,
quia promiſiſti noo petere Domi. poſt Pau.
in d.c.2.per c.prout. de dolo & contu.& ca.
cùm cauſam. de appell.& ca.cùm uenerabi-
lis. de excep. ubi per exceptiooem præſcri-
ptionis inducitur litis conteſt.& ꝑ c.Ray.
de teſta. ubi idem fit per exceptionem per-
mutationis. ¶ Limita ſecundò, niſi actor replicaret exceptio-
nem illa negando, quia per hoc eſt facta litis cooteſtatio.
Imol.in ca. ueniens.in 4.col.de renuncia. per illum text.cum
gloſ.1.ubi ex replicatione exceptionis fuit lis cooteſtata: pa-
tet, quia fuerunt recepti teſtes, quod non fit lite non conteſta
ta: quia ſi excipiens non petit, ut regula, exceptionem. libr. 6.
diceretur facta conteſtatio ſioe petitione contra iſtum text.
Reſpoode ad c.ueniens.ut ibi, poſtea per Imol. quòd exceptio
fuit talis naturæ, quod potuit opponi ante litem conteſt. Ergo
& probari teſtibus. ¶ Ad ſecundam quæſtionem Abba. quod
7 † cooclusio eſt neceſſaria in libello, aliàs non poteſt lis con-
teſtari: adde Doct. in l.edita. C.de eden. maximè Bald. ibi in
repetit. Paduana, in quo nota decem fallentias ab alijs non re
8 ductas. ¶ Primò fallit, ubi † exuberat officium iudicis, ſicut
in ſpiritualibus: quia ſufficit narratio congrua: concluſionem
autem iudex ſupplet. Hoſt.hic, & omnes, & But. in c.examina
ta.2.col. ibi, puto tamen de iudic. dicens, eſſe caſuoi rectè in-
tuenti in c.ad diſſoluendum. de deſponſa. impu. facit ſexta fal
9 lentia ſequen. ¶ Fallit † ſecundò coram Papa, cuius præſentia
ſupplet concluſionem libelli ſimpliciter narrantis. Innoc.hic.
quem ſequuntur omnes atteſtantes de ſtylo curiæ. Sequitur
Lud.io l.ſi quis arbitratu.ff. de uerb.oblig. & Abb.in c.in oo-
ſtra. de ſepult. ſentit Bald.in l.fi.C. de legi. Declara omnioo,
ut per Abb.in c.in cauſis.1.nota. de re iudic. & ibi multa poſoi
de poteſtate Papæ ſuprà ceremonias iudiciorum: & ibi dictis
adde multa, quæ ponit Paris de Puteo in tractatu ſyndica-
tus, fol.49. uerſic.& ioquantum ſuprà tangitur. & dicit Bald.
in c.2. in. 2. col. infrà, de confeſſio. quòd coram Papa non eſt
neceſſe in accuſatione ponere locum, uel tempus. Addas ad l.
libellorum. ff. de accuſ. Et pro iſta fallen. facit: quia coram Pa
pa poteſt procedi ſine libello propoſito facto ſimpliciter. Hoſ.
& Ioan. Andr.in c.1. ſuprà, de libelli oblat. Card. poſt Stepha.
in clemen. ſæpe. in 15. quæſt. de uerb.ſignific. Innoc.io c.cùm
ueniſſent. ibi, quartus intellectus. de inſti. quia præſentia Papæ
ſupplet omnem ſolennitatem: l.omnium. C.de teſta. Vnde di-
cit Bald. poſt Bart. in repet. l. Mauius. ff. de minori. quòd prin-
ceps ex plenitudine poteſtatis poteſt ſupplere circa libellum

a *Conteſtandi litem*] *Adde in Rot. deciſ. 12. ſi pars. in nouis.*

b *Non conteſtandi*] *Vide not. & plene per Salic. in l.unica. C.de confeſſio uer. quæſito. & adde do. Alex. de Imo in l.iuriſgentium. §. 7. ſi ſeri. de pac. & Ang. in authen. de trien. & ſemiſ. §. illud in fi. & domi. Alex. in ſuo. conſil. 107. 4. parte, & Mar. Soc. in conſil. incip. tēpore litis motæ. & limita, ut per Bald. in d. l.unica. alle. in tex. niſi iudex mandet litem conteſtari. Bart. in d. l. unica. C.de confeſ. dicit, eam non impediri per proteſtationem, contra Bald. ibi, & per Paul. de Caſtr.*

ex cauſis ſibi notis: quia coram principe non attenditur ine-
ptitudo, quæ uitiat libellum non coram alio iudice: iudicat
enim princeps ſm ueritatem, non eundo per ambages, ſecun-
dum Bald.in c.1.de forma fide. Facit c. afferte. de præſumpt.
iuncto eo, quòd dicetur infrà, in oona fallentia: & habereot lo
cum iſta, nedū in Papa, ſed in omni domioo, qui io ſuis terris
fungitur uice principis, ſecuodum Maria.in cap.1. io decima
fallen.ī.de libelli oblat. per dicta Bald.& Imol. io l.infamem.
quia quando fertur ſententia per uerbum, Credo. ualet ſentẽ
tia, licet nõ dicat pro certo. Gl.in l.diẽ ꝓferre.§.ſi plures.ff.de
arbi. Pro qua facit tex.in l.ſi q̃s filio exheredato.§.irritũ.ff.de
iniuſto, rupt.irri.teſta.& ibi Bal.& Imol. Et iſtud uidetur uerius.

SVMMARIVM.

1 *Licet non poſſit prouideri parti per remedium miſſionis in poſſeſſio-
nem, per hoc non poteſt deueniri ad diffinitiuã ſententiã in prin.*
2 *Arguit ad partem contrariam.*
3 *Et conſequenter ponit tres declarationes, quando poſſit perueniri ad
ſententiam, ut num.4. & 5.*

CAPITVLVM. III.

TVAE. ¶ Communis * opinio Canoniſtarum
1 eſt, quod † licet non poſſit prouideri parti per
remedium miſſionis in poſſeſſionem, per hoc
non poteſt deueniri ad ſententiam diffinitiuã,
ſed utendum eſt alijs remedijs aggrauantibus,
ut in excommunicatione, mulcta & ſimilibus,
ut latè per But. Imol. & Abb.hic. Et inducit ad hoc Imol.au-
then. qui ſemel. C.quomodo & quando iud.quia ante illam
authen. actore abſente non poterat procedi ad diffinitiuam,
l.& poſt edictum. §.circunductio. ff.de iudi.l.properandum. §.
1.& 2.cum ibi notatis. C. de iudi. & tamen tunc non poterat
conſuli reo contra actorem permiſſionem in poſſeſſionem.
Vnde ſi non emanaſſet d. authen. corrigens in hoc antiqua
iura, non potuiſſet procedi ad diffinitiuam, licet non haberet
locum miſſio. Et hanc inductionem approbat Maria. in c.qui
infrà eod.in princ.36.colum. concordans cum Abb.hic, quem
tranſcribit ad literam. Et licet dicat, ꝙ imo ibi fecit hãc indu
ctionem, tñ noluit allegare eum hic, & aliud non addit. Hanc
opin.firmat Imol.in l.ſi finita.§.Iulianus.in 4.char.ff. de dam.
infec.per d.authen.qui ſemel.& per alia quatuor motiua.Idẽ
tenet Bal.in l.ſi quis ſuper. C.fini.regun.& But.in c.cauſam.in
ult.col. de do. & contu. Et Dom.in c.1.de eo, qui mit.in poſ.
lib.6. reſpondet per text. hic ad d.cap.1. quòd ibi peruenitur.
ad diffinitiuam lite non conte.ob periculum uacationis bene
ficij: ſed ubi non eſſet periculum uacationis, dato quòd non
eſſet prouiſum de remedio miſſionis in poſſeſſionem, non poſ-
ſet procedi ad diffinitiuam lite non conteſtata. Et hanc partẽ
tenet etiam Bal. in authen. ei, qui.9.col. C.de bo. auth. iudi.
poſ.& in l.2.in 6. col.ff.ſi ex noxa.cau.aga. ſaluans opin. con-
trariam in iudicijs extraordinarijs & ſummarijs, ut per eum.
2 ¶ Contrarium † partem, quòd imo poſſit indiſtinctè deueni-
ri ad diffinitiuam lite non conte. quando non poteſt proui-
deri de miſſione in poſſeſſionem, firmat Bar.in l.ſi finita.§. Iu-
lianus. ff.de dam.infec.& ibi etiam Lud. Ro. per l. qui ſe di-
cit.ff.de iudi. ubi in cauſa libertatis poteſt deueniri ad ſen-
tentiam. Et ibi Bart. replicat idem. Ad hoc etiam alle. Lud.c.
1.de eo, qui mit.in poſ.lib.6. Idem Bart.in l.pen.§. cùm autẽ.
C.ad Treb. per illum text.ſecundum intellectum glo. in uer.
contuma. Idem Bal.in l.j. ad fi. C.de teſti.per c.cùm olim. in-
frà de teſti. Idem gl.2.in c.ſi.de offic.iu.quam ſequitur Bar.in
l.ſi prius.pen.col.ibi, nonò quæro. ff.de ope.no.nunci. de quo
meminit But.in c.1.3.col. de eo, qui mit. in poſ. Ad idem tex.
in l.in cauſæ, la 1.§.cauſa cognita.ff.de mino.ubi text. indiſtin
ctè permittit, quòd in cauſa reſtit.in integ.procedi poteſt ad
eam concedendam. Et ſic etiam ſi cœperit eſſe cõtumax ante
lit.conteſtatam, poterit perueniri ad diffinitiuam, ut etiã ex-
preſsè tenuit Bar. in l. ab hoſtib.§.ſed quod ſimpliciter. ff. ex
qui.cau.ma. Hanc partem tenent etiam Iac.But.Bal.& Sali.in
d.authen.ſi omnes. poſt Bar.ibi & Bal.in l.ait prætor.§. dein-
de.ff.qui ex cau.ma.& Alex. adducens prædicta latiùs in d.§.
Iulianus.1.col.& reſpondet ad iſtum tex.& ibi per Lud. quòd
licet hic permittatur excommunicatio, tamen non negatur,
quin contra contumacem poſſit procedi ad diffinitiuã. Vnde
non debet ſumi arg. à contrario ſenſu, ut corrigantur alia iu-
ra præallegata, ut fuit dictum poſt gl.in c.ſignificaſti. de fo.cõ
pet. Reſpondet etiam ad d. authen.qui ſemel, quòd non erat
licitum olim ferre diffinitiuam contra abſentem: quia cauſa
non erat inſtructa, & non poterat procedi contra acto-
rem etiam ad cauſæ cognitionem per conſequens, nec ad
diffinitiuam. Et reſpondet ad alia iura. Et iſta pars uideretur
ſuſtentabilior: tamen circa ipſam nota tres declarationes.
3 ¶ Prima declaratio. licet † deueniri poſſit ad ſententiam, quã
do non poteſt eſſe aliter conſultũ actori ex natura eius, quod
deuenit in iudicio: tamen ſecus eſt, quando non poteſt eſſe cõ
ſultum, non ex natura rei, ſed ex aliquo accidenti: quia tunc
non poteſt ferri diffinitiua lite non conteſt. Bal. in d.§.dein-
de.per illum tex.& ſequitur Alex.ubi ſuprà quia ille non lati
tabat: & ſic non cadebat ibi miſſio propter hoc accidens. ¶ Se
4 cunda declaratio. Forte † in foro ciuili iſte tex. non uidetur
difficultare hanc materiam, neque euertere theoricam Legi-
ſtarum: ut dicunt Doc. hic: quia licet coram ſeculari poſſit op
poni exceptio excommunicationis l.placet.& ibi Bald. C.de
ſacroſan. eccl. cap.poſtulaſti.de homi.& ibi Ana. in notabili.
Bal.in c.intelleximus. de iud. Dom.in c.1.§.2.in.5.col. de ex-
cep.in 6. Bal.in l.quoties. C.de iudi. Cal.de ſo.compe. conſil.
1. cum concor. tamen à ſeculari non poteſt proferri excom-
municatio: quia non habet ordines, glo.& Abb.in c.dilecta.de
ma.& obe. & Sũmiſtæ in rub.de ſent.excom. ¶ Quòd autem
de iure Canonico in foro eccleſiaſtico ſit reprobata opinio
Legiſtarum, multum facit ratio Doct.hic fundantium ſe ſuper
regula negatiua iſtius tituli. Ad idem per locum à ſpeciali d.
c.1. in uer. hoc caſu. quod uerbum reſpicit propriè ſententiã.
Ad idem à ſpeciali, c.ſi.§.porrò.infrà eo. in uer. ſpeciales cau
ſæ.& non dicas, ut dixit Alex.ubi ſuprà quod text. ibi ſubdit,
uerbi gratia, ut denotet, quòd illud eſt exemplum ad omnes
cauſas, in quib. non cadit miſſio. & exempla non reſtringunt
regulam c.1.ne cle.uel mo. quia concedo, quòd eſt exemplũ,
ſed non eſt exemplum, de cauſis omnibus, in quib. non cadit
miſſio: imo eſt exemplum de cauſis habentib. ſpecialem ratio
nem in ſe, prout in cauſa matrimoniali eſt timor fornicatio-
nis, & in cauſa electionis eſt periculum uacationis. Si enim ra
tio iſtorum caſuum fuiſſet illa, quia non cadit ibi miſſio, non
oportebat

oporrebat condere, d. cap. unico. de eo, qui mit. in poſſ. lib. 6. ¶ Præterea reſponſio data ad iſtum tex. non uidetur tuta: uidelicet, quòd hoc non negatur, quin etiam poſſit procedi ad diffinitiuam: imo uidetur hoc negari. quia conſultus Papa, qd agendum, ubi non ea decet miſſio, reſpondet determinate, utendum cenſura. Ergo uidetur uetare, ne ulterius procedatur: quia quod de uno dicitur, de alio negatur, C. de procur. l. maritus cum ſi. ¶ Præterea ſi non argueretur hic à contrario ſenſu, profectò nihil noui afferret iſte text. Clamant enim omnia alia iura, contumacem eſſe excommunicandum, 11. q. 3. nemo. nullus quicunque rurſus. cum ſi. Ad hoc ergo, ut iſte text. aliquid operetur in ſecunda parte licite arguitur à contrario, etiamſi alia iura corrigerētur, l. nulla. §. niſi uncta authen. diaconiſſa. C. de epiſc. & cle. Ro. in authen. ex teſtamento. C. de col. Dixi de foro compe. ſignificaſti. ¶ Tertia declaratio.

5 Vbi † ius agendi non dirigitur contra certam perſonam, ſed tantū concluditur iudici non parti, tunc bene poteſt procedi ad ſententiam etiam in foro Canonico. quia cum poſſet procedi lite non conteſt. nō habet locum regula huius rubri. ut latius per But. Imol. & Abb. hic. ¶ Demum, in quantum eſt allegatum c. unicum de eo, qui mit. in poſ. in 6. à ſpeciali, ſcias, quod ille tex. procedit etiam in dignitate ſeculari. Vnde ſi electus in poteſtatem agit contra uniuerſitatem, quæ eum elegit, non fiet miſſio in poſſeſſionem, & procedetur ad diffinitiuam contra contumacem. Spec. de ſecundo decre. §. uidendum. uer. quid ſi electus. de quo exclamat Lud. in ſingul. 393. quando reus. & in l. ſi uero. §. de uiro. 40. fallen. uerſi. 19. ſolut. matrimo. Abb. poſt alios in c. contingit. 8. colum. de do. & contum. quem omnino uide, dum ſingulariter declarat d. c. unicum. ut habeat locum in beneficio obtinendo. Secus in obtento, reſtringendo hoc, ut ibi nouiſſimè per eum.

S V M M A R I V M.

1 *Inimicus meus dicitur, qui contrahit parentelam, uel confœderationem cum inimico meo.*

2 *Credere literis ſalui conductus quis non tenetur, quando agitur de periculo capitali.*

3 *Fides data per ſaluum conductum, an aliquo caſu poſſit frangi. Locus iudicij debet eſſe ſecurus. Poſt numerū tertiū, uer. 3. concluſio.*

4 *Inimicitiæ capitales impedientes tutam itinerationem, quamuis excuſent citatum, tamen ſecus, quando eſt guerra generalis, in qua duces belli conſueuerunt dare ſaluum conductum.*

5 *Citatus ſi non poteſt ſecurus uenire ad locum, ad quem citatus eſt, tenetur tamen mittere procuratorem.*

6 *Alias ſi locus non eſt tutus procuratori, non tenetur eum mittere.*

7 *Item licet procuratori ſit locus tutus. ſi tamen citatus timet inferri non cauſa, non tenetur mittere procuratorem.*

8 *Citatus etiamſi cauſa ſit ardua, tenetur mittere procuratorem.*

9 *Literis ſalui conductus quando ſit plene confidendum.*

10 *Familiares alicuius potentis ſi ſunt inimici citati, citatus nō tenetur comparere, etiamſi aliter non conſtet de odio ipſius potentis.*

11 *Citatus excuſatus propter intēperiē aeris, tanquam locus ſit ſecurus.*

12 *Citatus ad locum non tutum uocatus ſi mittat excuſatorem, qui alleget locum non tutum: & ſi non admittitur eius excuſatio, poterit appellare.*

13 *Iuramento dicentis, ſe non poſſe conſequi iuſtitiā in partibus ſtatur.*

14 *Locus licet ſit ſecurus citati, ſi tamen ibi non habet bonum ſtatum, putà Guelphus ſi citatur, ubi regnant Gybellini.*

15 *Exceptio loci non tuti licet ſit dilatoria, poteſt tamen opponi quandocunque poſt litem conteſtatam: quia habet grauamen ſucceſſiuum, non momentaneum.*

16 *Damnatus ultimo ſupplicio ſtatim efficitur ſeruus pœnæ.*

CAPITVLVM IIII.

ACCEDENS. II. ¶ Circa quinque cauſas ſuſpicionis, quas ex iſto text. colligit Ab. poſt alios, uide Phil. reaſſumentem eas plenè in c. poſtremo. de appella. ¶ Et pro prima ultra ipſum adde text. optimum in l. quoniam liberi. C. de inoffic. teſtam. ibi, uel cum inimicis eius ſuas

1 amicitias copulauit. per quem not. ibi Bal. quod † ille dicitur mihi inimicus, qui contrahit parentelam, uel confœderationem cum inimico meo: nam coniuncti & confœderati, præſumuntur eiuſdem intentionis. Quod dicit eſſe notandum. Et pro hoc, quod præſumatur inimicus, qui

a Inimici mei] a eſt amicus inimici mei a, uide Specu. de appel. §. 1. uerſi. ſi uero appellat. & in titul. de accuſatore. uerſi. item quod cum inimico. & uerſic. ſequen. Reliqua de cauſis ſuſpicionum uide per Phil. ubi ſuprà. Et de materia inimicitiæ, & qui dicatur

b capitalis b, uide Bar. in l. 3. §. ſi. ff. de adimē. leg. cum concor. de quibus per Alex. ibi in apoſtil. & in repertorijs, maximè Modernorum in uerb. inimicus. Dixi alias pluſa in c. cùm oporteat. 1. col. de accuſ. & multa poſſunt colligi per iſtum text. ex dictis Doctorū hic. ¶ Et nota bene limitationem ad c. 1. de reſtit. ſpol. in 6. quam deducit hic Abb. quòd illud, quod ibi dicitur de ſpoliatione omnium bonorum, uel maioris partis, habet locum quando excipitur de ſpoliatione facta à tertio, non ut inferatur, agentem eſſe inimicum, neque illum tertium, ſed ut cōcludatur inopia accuſati. Sed quando agitur ad repellendum, quem ut inimicum, ſufficit ſpoliatio minoris quantitatis, dum modò non uilis aut contemptibilis: & facit d. c. frequens. in uer. hoc caſu.

Adde do. Alex. de Imo. in l. 3. de teſti. & in conſil. ſuo. 99. 1. parte

b Capitalis] Vide dom. Alex. in l. 3. ff. de teſti. ubi plenè.

¶ Et dum ſuper gl. 3. ponit Abb. quando pro ſuſpicione allegatur, quòd iudex & pars ſunt cōterranei, & dicit, quòd ſi ſunt in partibus remotis, præſumuntur ſe ualde diligere: ſecus, ſi ſunt in patria. Tene hoc menti. Pro quo facit gl. in c. propheta

2 nit. 1. q. 1. ¶ Tene menti perpetuò iſtum text. quòd † non te

c netur c quis credere literis ſalui cōductus, quando agitur de periculo capitali. Et reputatur ab omnib. ſingularis, & eum notat ualde Imo. in l. nam quod. §. non omnis. ff. ad Treb. Et iſtum ſaluum cōductum poteſt dare iudex, ut per Bar. in l. 1s, qui reus. ff. de pu. indic. Et tunc cùm iudex non ſit inimicus, tenetur quis credere ſaluo conductui, ut latiùs ibi per Imol. Et iſtud intelligitur, dum modò iudex habeat iuriſdictionem in toto, ratione proprietatis, ut ſunt domini temporales: ſecus in habēte iuriſdictionem ordinariam, uel delegatā conceſſam à ſuperiori, ut ſunt rectores & officiales ciuitatum, qui non poſſunt concedere ſaluum conductum in præiudicium ſuperioris, per notata in c. uenientes. de iureiur. ut latiùs per Ang. in diſpu. incip. Bononienſis. in 6. dubio. Niſi iudex uidens, quòd bannitus de maleficio inculpatur de alio crimine, uelit ſibi dare ſaluum conductum reſpectu primi criminis, de quo eſt bannitus, ut ueniat ad ſe defendendum ſuper ſecundo ſecundum prædictos & alios, de quib. per Alex. in d. l. 1s, qui reus. in apoſtil. ad ſi. cui adde Sal. in l. cum indulgētia. 2. col. C. de ſen. paſ. Vbi latiùs omnib. ponit, quando iudex poſſit dare bannito ſaluum conductum, uel fidantiam, aut ſecuritatem, ut ueniat ad ſe excuſandum: & tandem uult indiſtinctè, quòd non poſſit dari, niſi à principe. De hoc etiam latiſſime ponit Albe. de Roſa. in 4. parte ſtatu. q. 39. ine. Quæro etiam aliam quæſtionem: bannitus de maleficio, &c. ubi ſemper uide. Tangitur etiam in quibuſdam alijs locis, de quib. per Mod. in lib. maleſi. in uerſi. fama publica præcedente. uer. quinto quæro, ſi committens. ¶ An † autem liceat aliquo caſu rum-

c Non tenetur] Adde & amplia iſtum tex. etiamſi ex delicto ſuo eſſet bannitus. Ita Do. de ſan. Gem. in c. ſtatutum in §. 1. de reſcrip. in 6. in 8. col. Idem tenuit Ang. in q. incip. Bononienſis à ſua ciuitate bannitus.

3 d pere fidem datam in ſaluo cōductu d, uide latè Imo. in d. l. 1s, qui reus. pe. & ult. col. ubi inter alia uult, quod quando eſſet iniuſtè confeſſus, & reus eſſet in loco, in quo aliàs de iure cēpi ponet, licitè ſibi frangitur ſaluus conductus, qui fuit impetratus ſolùm, ut delictum eſſet impunitum. ¶ Et infert ad iudices maleficiorum promittentes impunitatem reo, ſi confitebitur, quod nō tenentur ſeruare promiſſionē in foro contētioſo, per id quod habetur in l. ius publicum. ff. de pac. & facit ſecundum eum gl. trita in c. cupientes. in prin. in uer. malignantium. de elect. in 6. Tamen in foro conſcientiæ putat oppoſitum: quia non licet mentiri, 22. q. 2. c. 1. Sed ad hoc ultimum uide mirabile uerbum Archi. poſt Hugutio. in c. utilem. 25. q. 2. ubi dicunt, quòd Alex. Papa III. permiſit immunitatem cuidam epiſcopo ſymoniaco ei ſecretè confeſſo, ſi idem confiteretur coram. Cardinalibus: quod cùm feciſ-

d Fidem datam in ſaluo conductu] Glo. in authen. de mand. princ. in §. nec homicid. uidetur dicere, quod ſic: & idem uidetur ſentire Iac. de Ra. in l. praſenti. C. de his, qui ad eccle. confug. Pet. ibi tenet contrarium, quia aſſecuratio data, uel ſaluus conductus ſeruari debet, ſicut fides data legatis hoſtium, ff. de leg. l. ult. Cyn. ibi in d. l. præſenti. in ſi. uidetur tranſire

ſet, depoſuit, eiuſmodi excuſatur à dolo, ſecundum ipſos per illum tex. ubi utilis ſimulatio laudatur, & inferũt, quòd ſi quis ꝑmitteret Sarracenis ſeq eorũ ſectã, ut eã agnoſceret, & poſtea agnitam cõfundat, nõ peccat: & ſequitur. Dom. in c. nos in quem quam in fine, 2. q. 1. Sed de his alias, quoniã gloſ. in d. uer. malignantiũ indiget multiloquio: quod non cadit hic. ¶ Cæterum ut poſſimus melius guſtare hanc materiam ſecuritatis, qua debent gaudere litigantes, collige breuiter decem concluſiones, inſertis pluribꝰ hinc inde ſparſis cũ aliquib. punctis nouiter diſcuſſis. ¶ Prima cõcluſio generalis eſt. quod locus iudicij debet eſſe ſecurus, ut hic. & in clem. paſtoralis. uerſic. Piſana de re iudic. & in c. cum dilecta. de confir. utili, uel inuti. & c. uenerabilibus. §. ſecus de ſenten. excommu. lib. 6. & c. accepimus. de fide inſtrum. & c. cùm perſonæ de priuile. in 6. & in l. Fulcinius. §. quid ſit latitare. ff. ex qui. cau. in poſ. ead. gl. in c. hortamur. 3. q. 9. gloſ. pen. in l. in clem. appellanti. de appel. latè Ludo. Ro. in l. ſi uero. §. de uiro. ff. ſol. ma. in 11. fallen. Bu. in repet. c. ueſtra. de coha. clem. Non ſolum partibus, ſed etiam iudici, c. ſtatuimus. de offic. dele. in 6. Et ibi infert Pan. Papam approbaſſe coronationem factam de Henrico imperatore extra urbem propter timorẽ regis Roberti. Et iudex datus ad locum ſibi non tutum eliget alium locum proximiorem & tutum, ſecundum Ioan. Andr.
a ibi, & facit clem. 1.[a] de for. compet. quod placet domi. Maria. in c. qualiter lo 2. q. 10. arti. 10. de accuſat. Et ſi quis obligauit ſe in contractu, ut poſſit ex eo ubique conueniri, tamen non poterit conueniri inuitus in loco ſibi non tuto. Aug & Alex. in l. cùm res in princ. de leg. j. quicquid dicat ibi Imo. motus: quia obligans ſe potuit cogitare hoc euenire poſſe: ſed reſpondet Alexand. latè ex dictis But. in c. j. de iudi. quod in tali ſermone generali nunquam uidetur pars cogitare de loco, de quo ueriſimiliter nõ promiſiſſet in ſpecie. Et ſi quis promiſit ſoluere Titio decem in certo loco, & ad illum locum non ſit tutus acceſſus Titio, poteſt arctari debitor ad ſoluẽdum in loco tutiori, l. uſuras. C. de ſolu. quam facit ſing. Ludo. conſil. 352. 7. col. dum ponit quod locus concilij poteſt mutari, ſi non eſt ſecurus pro patribus de concilio: quã etiam nota ad ampliationem huius concluſionis. ¶ Secunda concluſio. Quamuis[c]
4 † inimicitiæ capitales impedientes tutam itinerationem excuſent citatũ ut hic: tamẽ ſecus ſi eſſet guerra generalis, in qua duces belli conſueuerunt dare & ſeruare ſaluum conductum: quia tunc non excuſatur allegans metum militum. Rot. de do. & contu. 12. in nouis ſequitur But. de do. & contum. cum dilecti. Et dicunt Bald. & Imol. in l. quibus dieb. in princ. ff. de condi. & demon. quod non excuſatur ille, qui locum non tutum poterat facere tutum, ſi uoluiſſet. Facit, quod dixi poſt Innoc. in c. cum non liceat. de præſcript. ¶ Sed aduerte dupliciter. Nam primo hoc eſt intelligendum, dummodo ſecundũ morem patriæ ille ſaluus conductus ueriſimiliter redderet iſtum tutum ad comparendum: ſecus, ſi timeret ſuæ cauſæ uim inferri, iuxta cap. ſtatutum. §. 1. de reſcript. in 6. & probatur ex eo, quod not. Ioan. Andr. in Spec. in 3. parte, de accuſat. §. fin. uerſic. quid ſi bannitus. & Angel. in diſputat. Bononienſi. in 4. dubio, dum dicunt, non ſufficere conſultum eſſe periculo perſonæ, niſi etiam conſulatur periculo cauſæ; in

qua timetur de iniuſtitia: fortè, quia abſens eſt exoſus homini potenti tyrannizanti in loco: & ſequitur Philip. in c. ex parte. lo 1. in fi. de appel. & Alexan. in d. l. nam quod quibus adde Ang. in d. l. 2. §. quod diximus. poſt medium. ff. ſi quis cau. ubi dicit, quòd timens inferri uim, nedum perſonæ, ſed cauſæ, non tenetur comparere etiam per procuratorem. Alleg. Imo. in c. bonæ. de elect. & in c. 2. de oper. no. nunc. Solus Mari. reprobat hoc dictum Ioan. And. & Ang. in rub. de dila. fo. 42. uerſ. ſed tu aduerte. quia ex quo citatus præſupponitur eſſe ſecurus reſpectu perſonæ, & ſolùm timet circa cauſam, uel circa rem, debet comparere, & ſibi prouidere per uiã recuſationis ipſius iudicis, ſi iuſtam cauſam habet recuſationis, niſi fortè intelligeretur dictum Ang. quòd ſubeſſet metus de re, quam forte teneretur ſecum ducere, uel portare, ne fortè ſibi auferretur in illo loco quia tunc eſſet iuſta cauſa nõ comparendi ad illum locum ſic non tutum. Et ita procedat opinio prædicta, aliàs non. ¶ Placet iſta impugnatio excepto uno caſu, uidelicet quãdo citatus nedum timeret uim inferri cauſæ, ſed etiam non auderet allegare iudicem eſſe ſuſpectum propter potentiam tyranni, & dubitaret ne talis allegatio tyrannidis tanquam offendens principem, poneret eum in nouo periculo: quia tunc excuſaretur nõ comparens, propter hoc quod ſcribit ſingulariter Bal. de mente Inno. in c. quod ſuper his. de maiori. & obed. & ibi dixi. De iuſtitia autem iſtorum timorum ſtabitur arbitrio iudicis. Ang. in d. diſpu. in 4. dubio. ¶ Secundò aduerte, dum dixi, quod imputatur non comparenti ad locum non tutum, ſi omiſit petere ſecuritatem conſuetam dari & ſeruari: quia iſtud debet intelligi, dũ modò dicta ſecuritas poſſit obtineri à iudice, qui poteſt cogere inimicos, ut
b promittant non offendere[b], iuxta theoricam Bar. in l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de off. præſi. Dixi in rub. de treu. & pa. Secus, ſi eſſet petenda ab alio: putà, à duce belli: & in mittendo ad eum eſſet periculum etiam in nuncio, quia tunc iſte excuſatur, ſecundum Fran. Are. conſi. 16. Preſuppoſito in facto. & ibi intelligit, quod eſt dictum poſt Rot. de ſaluo conductu, dum modò ſecuritas offeratur ab eo, qui facit citari, uel quando ueriſimile eſt fortè ex cõſuetudine cõcedẽdi tales ſecuritates, quod ſecuritas facilè obtineri poſſit: ſed ubi hoc non probatur, ſtandum eſt regulæ huius tex. quia quis non tenetur accedere ad locum non tutum, ſecundũ eum. Et ita propriè uidetur loqui Rot. dicens, quod oportet articulare & probare, quòd erat conſuetum dari & obſeruari à ducibus belli illum ſaluum conductum. Quod bene no. Et iſtis adde, quòd ſi locus non eſt tutus ratione delicti ipſius citati, tenetur citans comparere, ſi de illo delicto agitur in iudicio: aliàs delictum remaneret impunitum. Bald. in l. omnes. ult. col. C. de epiſ. & cle. Sequitur Nico. Milus in uerbo, citatio. §. 76. ¶ Tertia cõcluſio. Quã
c uis[c] citato † locus non ſit ſecurus, tamen
5 ſi poteſt mittere idoneum procuratorem,
d tenetur mittere[d]. Ang. in d. diſputa. & Plul. in d. c. ex parte. per l. Papinianus. exuli. ff. de minori. Si autem non inuenit procuratorem, uel non idoneum, excuſatur, l. idemque. & ibi. Bar. ff. pro ſol. Circa quæ nota primò, quod ſi cauſa eſt ardua, non tenetur mittere procuratorem. Imol. & Alex. latè in l. de ætate. ff. ad Treb. Et ita propriè loquitur cle. paſtoralis. uerſic. Piſana. de re iud. ſecũdum eos, quib. adde gl. opti. in cle. 1. in uer. fautorib. de foro compe. ¶ Secun
6 do, no. quòd † ubi locus non eſſet tutus pro

ſæ cum ipſis. Pet. Bart. in l. illicitas, §. ne potentiores. in fi. ff. de offic. præſi. dicit, quòd ſaluus conductus nõ debet ſeruari delinquentibus. Bald. in §. iteʒ ſacram. in ult. col. in uerſi. quero, utrum ſi iudex. de pact. iur. fir. dicit, quod iudex etiam iurans ſecuritatem bannito, non tenetur eam ſeruare. Adde tu pro dilucidatione iſtius difficultatis, & dic, quod ſi petens fidantiam ſeu ſaluũ conductum, eſt in loco, qui eſt de territorio, uel iuriſdictione illius, qui dat ſaluum conductum. & tunc iſto caſu talis iudex nõ poteſt dare ſaluũ conductum, neque datum ſeruare: & hoc modo intelligas gloſ. in d. §. nec homicidas. Aut ille locus, in quo eſt petens ſaluum conductum, non eſt de territorio, ſeu iuriſdictione illius iudicis, qui habet concedere ſaluum conductum: tunc dico, quod ſaluus conductus, ſeu fidantia dari poteſt, & data debet ſeruari, per ll. ſuprà allegatas; & adde Salic. in l. eum indulgẽtia. C. de ſen. paſ. in 1. & 2. col.

a *.Clem. 1.] Et ibidem uide ad hoc Cardina. 22. q. & Zenzel. ubi etiam refert Mat. ceniiſſe, nõ ſufficere offerre ſecuritatem parti. quod tutè comparere poſſit. Et ad hanc materiam adde gloſ. in cap. cum locum. de ſpon. & Spec. in ti. de offic. ordi. §. 3. & de off. om. iud. §. 6. uer. ſi ante litẽ.*

b *Non offendere] Adde hoc, quæ dixi in apoſt. in d. rubr. de treu. & pac. hoc in tex. alleg.*

c *Quamuis] Adde, quod Felin. ex hoc uult, quod impeditꝰ tenetur mittere procuratorẽ. Adde tu & amplia, quod iſtud habet locũ etiam in bannito: quia bannitus, ſi citatur in loco, in quo eſt exbannitus, quamuis ipſe impediatur uenire, tamen tenetur mittere procuratorẽ. Ita Bar. in l. 2. ff. ſi quis cau. in §. ſi quis. 3. uerſi. & tunc, aut alia, cauſa. & in l. ſi. ff. de in inte. reſt. in 2. col. in uerſ. uenio ad tertiam. Ang. in d. l. 2. in §. quod diximus. Bal. in tit. de pac. Cõ. in uerſ. ſententiæ. glo. & Archid. in c. ſi ægrotans. 5. q. 3. Et quod bannitus poteſt conueniri in loco, quo eſt exbannitus, glo. eſt ordi. in l. eius. la 2. §. fi. alias ſcripta, Celſiũ. ff. ad muni. Bar. in l. adult. in prin. ff. de adult. Cano. in c. ex parte. el 1. de app. l. unica tamẽ, niſi eſſet exbannitus propter odia. quia tunc non tenetur mittere procuratorem. Ita Ang. in d. §. qd diximꝰ. Imo. et do. Alexã. in l. recuſare. §. ſi. ff. ad Treb. & hoc, quando bene eſſet cõſultũ cauſæ.*

d *Mittere] Adde Ang. in l. 2. §. qd diximus ff. ſi quis cauti. ubi etiã uide domi.*

curatori, excuſatur citatus cum non mit-
tens. Bal. de pace Conſtan. in uer. ſenten-
tiæ quoque. Dicit tamẽ Bal. in l. omnes. §. ſi
uerò apparitor. ult. col. C. de epi. & cle. ꝙ
citatus, ut reſpondeat ſuper crimine, non
poſſet ſe excuſare, dicendo, Timeo pu-
niri. Ideo locus non eſt tutus. ¶ Tertio
7 no. ꝙ † etiamſi procuratori locus eſt tutus,
ſi tñ citatus timet inferri uim cauſæ, non
tenetur mittere procuratorẽ. Ang. & Ioan.
Imo. ibi ĩ. ſed hic eſt dubium, per id quod
eſt dictum ſuprà poſt Maria. in prima ad-
a uertentia. ¶ Quarto [a] not. quod † etiam
8 ſi cauſa eſt ardua, uidetur quod citatus te-
neatur mittere procuratorem per text. in
c. cum olim. de teſt. in uerſic. partibus, uel
procuratoribus. quæ uerba innuunt ſuffi-
cere locum eſſe tutum procuratoribus: uel
loquitur in cauſa ſtatus, & ſic ardua: & hoc
non conſiderauit Phil. in d. c. ex parte. nec
alij in d. l. de ætate. Poſſet dici, quod ex-
ponatur, procuratoribus: puta, ſi eos mit-
tere uoluerit: uel dic, ut tenet ibi Franciſ.
Aret. poſt Hoſt. quod licet in cauſis arduis
non teneatur quis mittere procuratorem,
c. querelam. cum ibi notatis. de procur. ta-
men fallit, ubi citatur ad locum non tutum
quia tenetur mittere procuratorem, ſi lo-
cus eſt tutus procuratori: & ita uidetur fir-
mare Maria. in dict. rubric. de dilat. fol. 43.
uer. quinto quæro per dict. l. Papinianus
exuli. ¶ Sed reuera iſte punctus eſt diffi-
cilior cæteris propter tex. in dict. capitu. ex
parte lo 1. de app. in uer. tu, uel tui. ubi ui-
detur aperte probari, quod ſi locus non eſt
tutus procuratori, ſed domino, nõ tenetur
dominus comparere: & econtra ſi eſt tutus
procuratori, ſed non domino, non tenetur,
comparere: quia dicendo, tu, uel tui, po-
teris appellare, ſufficit uerificare unam ex
alternatiuis de reſcript. c. inter cæteras. &
ſic uidetur, quod locus debeat eſſe tutus
utrique ſimul: & ſufficit, quod in uno ſit ti-
mor: & iſta conſtanter firmat ibi Phil. in 2.
notabili, column. 7. poſt Abb. & Imol. Nec
mireris, quod ſi non eſt tutus procuratori,
ſed domino, adhuc dominus non teneatur
comparere, quia in cauſa ciuili non tene-
tur comparere perſonaliter, c. 1. de iud. in
6. Ergo beneficium ſibi à lege conceſſum
de comparendo per procuratorem, non de
bet ei auferri: regula, indultum. lib. 6. Vn-
de ſi procuratorem mittere non poteſt, nõ
tenetur ipſe ire. Et idem uidetur glo. ſen-
tire in c. bonæ. lo 2 in uer. ſecurè. de elec. &
facit glo. in c. ſiue de coniug. 33. q. 2. Voluiſ
ſem, quòd iſti reſpondiſſent ad dict. c. cùm
olim. in uer. partibus, uel procuratoribus. &
ad d. l. Papinianus exuli. & ad l. ſed & ſi per
prætorem. §. 1. ff. ex quib. cauſ. mai. in uer.
potuit procuratorẽ relinquere. Quæ iura
uidentur uelle, quòd non excuſetur ille, q
poteſt procuratorem mittere. Ideo cogita-
bis uſque ad ſequentem lectionem. Poteſt
dici ad c. cùm olim. quòd ſufficiat locum eſ
ſe ſecurum procuratori, ſi dominus non cu
rat opponere, uel fortè illud procedit: quia
iã in dicta cauſa fuerit ibi conſtitutus pro
curator. Et ita reſpondet Maria. in d. rub.
de dila. Hoc modo non procedit, quod dicit
ibi Hoſtien. limitãdo ualde d. c. querelam.
ut non habeat locum in citato ad locum
non tutum. Et certè, ſi illud eſſet uerum, eſ-
ſent duo ſpecialia in illo c. cùm olim. Pri-
mum, quòd in cauſa ardua, qualis erat ibi
cauſa ſtatus, teneret quis mittere procura
torem. Secundò, quòd ſufficeret locum eſſe
tutum procuratori, contra d. c. ex parte. ad
l. Papinianus exuli. & alia iura, quæ dicunt,
imputandum eſſe impedito, ſi non reliquit,
aut non mittit procuratorem. Reſpondet
Imol. in d. c. querelam. 4. col. uerſi. 2. caſu. &
in l. quæſitum. ff. de re iudi. ꝙ loquuntur in
citato impedito impedimento facti, quando im
pedimentum eſt neceſſarium, ſed non pro-
babile, ut eſt in relegato: quia talis tenetur
mittere procuratorẽ, ut latiùs per eum: Et
iſta nota, tanquam nouiſſima. ¶ Quarta cõ
9 cluſio. Dum † dicitur in iſto tex. non eſſe fi-
dendum literis ſaluiconductus, intellige.
quando dantur ab hoſtibus: ſecus, ſi dantur à iu
dice: quia per illas tollitur plenè cã timoris.
Sal. in l. reos. uer. expeditis contrarijs. C. de
accuſ. dicens, ꝙ ſi quis habet mandatũ pro
abſente ad proponendum excuſationes, qa
timet inimicitias, poteſt iudex illi offerre
ſaluum conductum: & ſic poterit uenire. In
tellige, dum mõ in illo loco ſoleãt ſeruari
à ſubditis, & à iudice tales literæ. Imo. in l.
pen. §. ad crimen. 38. col. uer. in tertio caſu.
ff. de pub. iud. ubi ita limitat Sal. & ibi etiã
ſequitur dictam deciſionẽ Rotæ de ſaluo conductu ducis bel
li. Et eius dicta reaſſumit Maria. in c. ueniens. col. 78. ibi, ſed
10 pone. dicit ſtatutum. de accuſ. ¶ Quinta concluſio. Si † fami
liares alicuius potentis inimicantur citato, non tenetur com-
parere, etiam ſi aliter de odio potentis non conſtet. Old. latẽ
conſi. 43. 2. col. probans à fortiori de eo, ꝙ dicitur, citatum nõ
teneri comparere ad locum inhoneſtum, l. ſi cùm dies. §. pen.
ff. de arb. argu. de periculo famæ ad periculum uitæ: ſicut etiã
obligatum ad ſtandum in loco põt recedere timore periculi, l.
habitatores. §. 1. ff. locati. Subdit elegãter Old. ꝙ ſi locus iudi
cij eſſet ſecurus, tamen eſſet periculum in loco per quem cita
tus eſt iter facturus, non tenetur comparere. Quod no. Maria.
in d. c. ueniens. Sed ultra ipſum eſt tex. clarus hic uer. non, niſi
per diſtrictum eius. & dicit Maria. in rubr. de dila. fol. 43. ꝙ ſi
acceſſus ad locum eſſet multiplex, nõ ſufficeret, ſi probaret u-
num acceſſum non eſſe tutum. Sed neceſſarium eſt probare, ꝙ
nullus ex illis acceſſib. eſt tutus: ꝙ dicit bene notandũ in pra
ctica tã pro actore, quàm pro reo. Et ad hoc de itinere ſecuro
eſt gl. in cle. 1. in uer. ſecuritate. de fo. comp. & tex. in c. ueniẽs.
de accuſ. in uerb. uiarũ. & ibi Mari. in 5. no. & in c. de cætero.
11 de ſen. exc. ¶ Sexta concluſio. Intemperies † aeris excuſat ci
tatum, tanquã locus non ſit ſecurus. Bar. aliàs in l. recuſare. §.
ſi quis alio. ff. ad Treb. per c. ad ſupplicationẽ. de renun. Eſt gl.
in c. oĩs filius. 23. diſt. & tex. in c. quorundã. 74. diſt. & in l. 2. §.
pen. ibi, uel aliqua fortuita calamitas. ff. ſi quis cau. per quem
tex. Gregorius XII. Se excuſauit, quare nõ uenit ad conciliũ
Piſanum, timens grauitatem cæli Piſani, ſm Maria. in d. c. ue-
niens. & in d. rub. de dila. Facit gl. in cle. ne in agro. §. ad finẽ.
in uer. rõnabili. de ſta. mo. ubi intemperies aeris excuſat à reſi
dentia. Facit gl. 2. in c. ſi uerò. lo 1. de iureiu. ubi excuſat à per
iurio. Facit, ꝙ no. Bart. in l. ab hoſtibus. §. ſed ꝙ ſimpliciter. ff.
ex qui. cauſ. ma. ubi excuſat à curſu præſcriptionis. Notaui de
præſcrip. cùm non liceat. & Ab. eo. ti. ex tranſmiſſa. & ibi dixi.
Facit d. c. ad ſupplicationem, ubi excuſat renũciantem benefi
cio. Facit glo. 2. d. c. quorundam. ubi excuſat nolentem reuerti
ad primum beneficium, à quo fuit tranſlatus ignorãs maligni-
tatem aeris ſecundi beneficij. Dixit tamen Io. An. in d. c. cum
dilecti. & ibi Bu. ad fi. ꝙ ſi tempore peſtis redditur ius in loco,
excuſatur citatus. Sed Ab. ibi, puto, ꝙ ſi aeris. limitat hoc, niſi
aeris corruptio & complexio citati minarẽtur periculum mor
tis. De quo dubito: quia ſicut dixi in d. c. ex trãſmiſſa. ubi Ab.
etiam tangit de peſte prætextu fatorum: fateor, ꝙ quãdo me-
dici dicũt aerem corruptum, uel etiam peſtis contagioſa mul
tum iam inualuit, ſit ſemper excuſandus citandus: nec facilè
quis põt cognoſcere, an ſua complexio, uel conuerſatio ſit ei
tuta, niſi experiatur: experiri aũt tutius & facilius ſuadetur,
quàm fiat, quoniam periculoſum eſt. Tamen cogita: quia Ale.
in d. l. de ætate. ſequitur opi. Ab. ¶ Septima concluſio. Citatus
12 † ad locum non tutum meliùs facit & tutiùs, ſi mittat excu-
ſatorem ad allegandum de loco non tuto: & ſi nõ admittitur
eius exceptio, ſeu recuſatio, tũc à repulſione poteſt appellari:
& hoc

de. Alex. de Imol. in §. 2. in l. ſi. de reſtit. in integrum.

2 *Quartò] Adde tu pro clariori intelligẽtia, quod quamuis Felin. hic dicat multa in hac materia, tamen cõ-* ★ *munis* ★ *opini. eſt iſta, uidelicet quod in omnibus caſibus in quibus concluditur per Bart. & Doctor. quod abſens, ſiue reus, ſiue actor ſit, tenetur mittere procuratorem. Et quot ſint iſti caſus, unde per Bart. & alios in l. 2. ff. ſi quis caut. & in l. 1. ff. de diuer. et tempo. præſcript. Fallit in caſib. arduis, ca. querelam. ubi glo. & Docto. de procur. Ant. de But. in c. dilecti. de dol. & contum. & in ca. bona. el 1. de elect. & in c. ſi pro debilitate de offic. deleg. domi. Ab. in clem. 1. de for. cõp. Bald. in l. ab eo. in 2. col. C. quomodo & quando iu. & in l. 1. in 1. colum. ff. de procur. Paul. de Caſtr. in d. l. 2. ff. ſi quis cau. & alij omnes ibi. Imol. in l. quæſitum. ff. de re iud. & in l. recuſare. §. ſi. & ibi do. Alex. in 2. & 3. colum. ff. ad. Treb. domin. Franciſ. de Aret. in conſil. ſuo 106. quod incip. Præſupponitur. in 13. col. Et dicitur cauſa ardua, quando quæritur de ſtatu perſonæ. uel de ſtatu libertatis, uel ſubiectionis, uel de magnis reb. arbitrio iudicis, ſecundum Bal. in c. edoceri de reſcrip. & in c. ex ratione. in 2. col. de ap. Quòd etiã inter cauſas arduas eſt omnis cauſa famoſa. Ita Bald. ibi, de quo etiam per Ioan. And. in d. c. querelam. per Arch. in c. ſi ægrotans. 5. q. 3. Ant. de But. in c. ea quæ de offi. Arch. & Imo. in d. l. quæſitum. licèt omnes indifferenter ita teneant, quod in cauſa ardua impeditus non teneatur mittere procuratorẽ. Fateor, quòd text. in d. c. cùm olim. de teſti. hic allegatus per Felin. ſit fortis in contrarium, quia text. loquitur in cauſa ſtatus, et ſic in cauſa ardua, et tamen tenetur ibi mittere procuratorem. Vnde propter illũ text. ſemper dubitaui: cuĩ nunquam uidi bonum reſponſum, tene tamen cõmunem opinionem.*

& hoc, ubi recuſanti & omnibus eſſet locus ſuſpectus: quia in
eo moraretur inimici rei.Rot.de appellat.5.in antiquis, quaſi
ſentiat in illo uer.& omnibus,ꝙ ſi eſt ſuſpectus recuſanti,non
omnibus, putà non procuratori, quod tunc excuſatio non ſit
bona ꝙ eſt contra prædicta. Et de hoc, an iſte citatus potuit
ſtatim appellare ab aſſignatione loci non tuti,an uerò ſit ne-
ceſſe,ꝙ priùs proponat excep.coram iudice, ſi pôt,per ſe, uel
per aliuminde Inn.& Io.And.contrariantes in d.c. ex parte,
quos concordat Innoc.in d.l.ætate.& ibi Alex.Etſi notorium
eẽt,locum non eſſe tutum,prout erat in caſu d.cle. paſtoralis.
uer.Piſana.de re iud.non tenetur quis mittere ẽt excuſatorẽ,
ut per Ab.in d.c.ex parte.in fi.in cle.appellanti. de appell.ita
limitando gl. ibi,ut latiùs reaſſumpſi de re
ſcrip. cum ordinem. ¶ Octaua concluſio.
Statur[a] iuramento † dicentis ſe non ſpera
13 re conſequi iuſtitiam in partibus. Rota de
reſcrip.55. & de proba.20. in antiquis, de
reſcrip.7.in nouis: quia ea, quæ,conſiſtunt
in animo, uel mẽte alicuius aliter probari
non poſſunt.Dixit tñ Egi.Belle.cõcluſione
45.exceptio,&c.ꝙ contra reſcriptum fun-
datum ſuper perhorreſcentia, pôt opponi
non perhorreſcentia: quia ſi impetrator te
netur eam probare,c.ſtatutum.§.cùm uerò.
de reſcrip. in 6.ita licet aduerſario proba-
re contrariũ,per regulam,nõ debet actori.
lib.6.maximè,quia probatio iuramenti eſt
leuis & eſt extraordinaria:& licet excipiẽs
alleget negatiuam,& dicat contra id ꝙ de
pendet ex animo,tñ per indicia & facta ex
teriora pôt probare falſitatẽ allegatæ per-
horreſcentiæ:putà,ſi reus probat actorem eſſe per oĩa in parti
bus,ut in ciuitate propria potentiorem: tunc enim timor eſt
uanus & reijciendus,argu.l.non eſt ueriſimile.ff. ꝙ me.cauſ.

a *Statur*] *Addo, quòd iſta doctrina do.de Ro. ta eſt bona, quando ille, qui uult iurare, non eſt periurus,per text. in cap. paruuli. 22. q. ul. quia talis amiſit omnẽ facultatẽ probandi per iuramentum. Ita Roma.in l.admonendi.ff.de iureiu. Et no. quia iſtud ſeruiet tibi ad mul ta,quãdo iuratur.*

14 ¶ Nona concluſio. Quamuis † locus ſit ſecurus citato,tñ,ſi nõ
habet ibi bonum ſtatum,putà ſi citatur Guelphus, ubi regnãt
Gybellini,non tenetur comparere:gl.in c.ſtatutm.§.j.in uerſ.
non audiens.de reſcrip.in 6.Et ideo dicit Ang.in l.a.§. ꝙ di-
ximus.ff.ſi quis cau.ꝙ exititij terrarum non tenentur compa
rere in loco,unde ſunt expulſi,nec ambulare per loca eorum,
à quibus ſunt expulſi.Alleg.Iac.de Are.in l.Fulcinius.§. quid
ſit latitare.ff.ex qui.cau. in poſ.ea.& gloſſ.in d.c.ſtatutum. Et
quando bannitus poſſit citari,& de practica faciendi eum ſe-
curum,uide Io.An. in Spec.in 3.parte,in d.tit.de accuſ.quem
latiſſimè reaſſumit Nellus in tractatu de bannitis in prima
parte primi temporis,q.3.& aliquid per domi.Mari. in c.cùm
pro cã.in fi.de ſent.ex com.& in d.rubr.de dila.fol.24.uer.26.
quæro.Et adde,ꝙ ſi ciuitas citati eſt inimica loci,ad quem qs
citatur non tenetur comparere:Ab.in c.cùm R. de offi.deleg.
per illum tex.ſingularem. ¶ Decima & ultima concluſio dif-
15 ficilis:licet † exceptio loci non tuti ſit dilatoria.tñ pôt oppo
ni quandocunque ẽt poſt lit.conteſ.quia habet grauamen ſuc
ceſſiuum,& non momentaneum.Arch.3.q.8.in Summa: ꝙ di-
ctum pro eleganti extollit Alex.in d.l.de ætate.dicens,appro
bari à Bald.in l. peremptorias. C.ſen. reſcin. non poſ. & per
But.& alios in c.dilectus,lo 2.de reſcri.ubi alleg.Arch.3. q.9.
hortamur. Secundum eum tñ Arch. hoc non ponit in dicta
ſumma ſm Benedi.in d.c. hortamur. dicens, ꝙ ſi reus citatus
ad locum non idoneum, uel ſuſpectum, ſemel reſponderit,tñ
ſi iteratò citetur ibi,poterit excipere de loci incongruitate ẽt
poſt lit.conteſtatam.tñ in prima inſtantia,in qua cœperit re-
ſpondere,non poterit opponere.Et intelligit primam inſtan-
tiam temporis, ꝙ durat ab hora primæ comparationis uſque
ad datam licentiam partibus reuertendi domum: quia ſi non
poſſet opponere, ſemel grauatus iterum grauaretur. Allega.
Vincẽ.in dicta c.cùm dilectus. Et idem de except.loci.tenet
Arch.& Domi.in c.ſtatuimus.lo 2.de offi.dele.in 6.Specul.de
app.§.reſtat.uer.& no.ſecundum Vinc. Et poſtea ſubdit,ꝙ ab
interlocutoria,quæ continuè grauat, tandiu appellari poteſt
ẽt poſt decendium, quandiu durat grauamen: quia omni die
grauatur.Idem de exceptione loci ſuſpecti,tenet Spe.de cita.
§.1.in uerſi.quid ſi reus.& Butr.& Imol.in c. exceptionem.de
excep.& Lud.in l.recuſare.§.ſi quis alio.ff. ad Trebe. & Imol.
in clem.1.2.col. poſt Paul.ibi,de for. compe.& Paul. de Caſt.
conſi.25.3.col. But.Imol.& optimè Phil.in d.c.ex parte, lo j.
& ibi tex. clarus in uer.quoties.Et ideo dixit Ang.poſt Bald.
in l.1.in princ.ff.de ferijs.ꝙ citatus tempore feriarum, qui in
prima comparitione non oppoſuit, pôt in ſecunda opponere
de ferijs.Nec obſt.ꝙ lite non conteſt. non proponitur dilato-
ria:quia uerum eſt reſpectu effectus iam conſummati,non re
ſpectu conſummandi,per text.ibi in uer.alterutro.& ſequitur
ibi Alex.in §.1.2.col.& idem Imol.in c. fi.in fi.de ſerijs. Vnde
dicit Imol.in d.c.ex parte.hanc eſſe rationem,quare exceptio
loci non tuti toties pôt opponi,quoties quis citatur.Similiter
dicit do.Ant.in d.c.dilectus. non poſſe allegari meliorem ra-
tionem iſta: quare ſit, ꝙ excommunicatio in nim dilatoriæ
pôt opponi poſt litem conteſt. niſi, quia periculum quotidie
iteratur:& eius uerba in hoc extollit Ana. in c. quia fruſtra
ibi,pro hoc ẽt,de uſuris.merito.Imol. in cle. unica de excep.
reprehendit appellantes excommunicationem, exceptionem
anomalam:quia imo ſequitur naturam aliarum quotidie gra
uantium:& ideo Bal.c.de teſti.in fi.de teſti. dicit hanc eſſe ra
tiònem,quare contra bannitum toties poteſt excipi, quoties
facit citari, etiamſi non ſemper fuit exceptum. Et ideo dicit
Bal.in l.2.ante medium uer.2.quæritur.C.de epiſc.audi.& in
l.1.circa fi. C.ſen.reſcin.non poſ.& Moder. in lib.maleſi.ſol.
177.in princ.& Matth.de Matth.e.in tract.de carcere,& Bald.
in l.2.propter glo.2.ibi,C.de ſerui.& aqua.ꝙ licet à captura,
uel præcepto de capiendo nõ ſit appellatum intra decendiũ,
tamen ſi reus ſtat in carcere, adhuc poteſt appellare: quia in
hoc ſucceſſiuo grauamine quotidie grauatur. Similiter dicit
Bal.in l.eleganter.§. ſi quis poſt.2.col.uerſic.quæritur,quid ſi
poſt litem.ff.de condic.indeb. in apoſtil. ꝙ licet dilatoria ſu-
peruenienis poſt lit.conteſta. debeat incontinenti opp.c.inſi-
nuandæ. de offic. deleg. tamen fallit in exceptione habente
cãm continuam & ſucceſſiuam: ut ꝙ non audiatur bannitus.
Et ſunt aurea uerba Ia.But. ibi ſecundum eum. Similiter di-
cit Lap. alleg.88. Commune Florentiæ. quòd ſemel tractus
ultra dietam unam,qui in illo actu nõ oppoſuit,poteſt in alio
opponere.Alleg.Hoſt.in d.c. dilectus. Similiter dicit do.Ant.
in c.ex parte.reſtit.ſpol. ꝙ quando læſio quotidie originatur,
ut in cauſa matrimoniali, in qua quotidie fit offenſio animæ,
ſemper pôt peti reſti.in integ.etiam poſt quadriennium.Simi
liter dicit Bal.in l.ius eius.circa med. C.de proba. quòd licet
defenſio non fiat ex interuallo, tñ durante offenſione,conti-
nua pôt fieri defenſio.Et dicitur incontinẽti propter offenſio
nem hodie imminentem.Et pulchrè dicit Bald.in c. literis.3.
col.de reſt.ſpol. ꝙ hoſtes publici, qui latrocinando inuadunt
caſtra aliena, poſſunt expelli etiam ex interuallo,cùm ſint in
perſeuerantia delicti. Et ad hoc not.gloſ.fi.ibi.Ad quòd uide
tex.gl.& Bar.in l.3.§.cùm igitur.ff.de ui & ui ar. cum concor.
de quibus ibi in apoſtil.Alex.Quinimò do.Ant.conſil.12. Vi-
ſis punctis. propter dicta Doct. in d. c. dilectus. attentauit,ꝙ
prælatus,qui recipit penſionem rei malè alienatæ ab emphy-
teuta, poteſt hodie deſiſtere & priuare eum, quaſi etiã hodie
res ſit cõducta. Et dicit uideri quaſi caſum de loca.potuit. ubi
imponit pœna emphyteutæ,niſi cleri ſatisfactioni prouideat,
Ergo pœna non ſolùm ſurgit ex momento alienationis, ſed
ex contumacia non corrigendi errorem.De quo tamen in ſpẽ
uide Bal.& Imol.in l.Mæuius.§.duobus.ff.de lega.2. & Imol.
in d.c.potuit.cum concor.Et iſta not.quia ſunt de honore lu-
crando. ¶ Sed contra concluſionem & prædicta tenent Card.
& Pet. de Anch.in d.c.dilectus.quia imputatur non excipiẽti
tempore debito,c. paſtoralis.de excep. nec eſt nouum graua-
men, ſed potius conſequentia primi: & ſequitur ibi And. Sic.
reſpondẽdo ad l.j.ff.de ferijs.& fuit reſponſio Raph.ibi, quam
Alex.non ſequitur ibi in §.j.2. col. Adducit etiam,quia tutus
tali exceptione ſucceſſiua poſſet tardãdo eam,ualde fatigare
partem in expenſis.Ad iſtud dic,quòd condemnabitur in ip-
ſis,per text.in c.exceptionem.de excep.qui nõ ponit ſpeciale
in excommunicatione,ſecundum Imol.in c.inter monaſteriũ,
de re iud.Item reſpondet ad doctrinam Iacobi But.in l.adul
teram.C.de adult.quòd illud eſt in odium banniti. Dic iſtam
reſponſionem inferre,quòd per iudicẽ opponi poteſt,non per
partem.Reſpondet ad d.c.ex parte.in uer.quoties.ꝙ loquitur
in loco non ſecuro:quo caſu incumbit iudici prouidere de lo
co ſecuro:quæ reſponſio nihil ualet,ut uides, cùm non ſit da-
re reſponſionem ſpecialitatis in loco nõ ſecuro magis, quàm
in alijs grauaminibus quotidie germinantibus nouum graua
16 men. ¶ Vltra † iſtos adde Card.in clem.1.in fi.princ. de for.
compe.ubi idem tenet.Item facit,quia damnatus ultimo ſup-
plicio ſtatim eſt ſeruus pœnæ:l.qui ultimo.ff.de pœ.& tamen
ſolum

ſolum intra decem dies poteſt appellare. Bar. ibi. idem in dãnato de furto, l. non poteſt. ff. de furt. & tamen non appellat poſt decendium. Bar. in l. furti. ff. de infa. & propter hoc illud, quod dictum eſt ſ. de carcerato, olim diſplicuit Alex. in l. inficiando. §. infans. ff. de furt. In app. tamẽ ipſum ſequatur in d. l. j. ff. de ferijs. ¶ Saluanda eſt communis opi. duobus modis. Primo ex gl. aurea in cle. Cupien. in uer. partibus. de uerb. ſig. quòd in iudicialibus, qui conſentit tacitè in uno actu, nõ conſentit in alijs: & eam extollit Abb. in c. quoniam, ult. col. de proba. & in c. præſentium. de teſti. & in c. ii qui, contra. de for. compet. & Pau. conſil. 55. Vnde dicit Inno. in c. cùm deniſſent, quaſi in ſi. de teſti. & Bu. in c. cùm olim, de cenſi. q tacita renunciatio in una inſtantia non nocet in alia. Et ideo in propoſito conſentiens ſæpe actu reiterato, & quotidie nouiter grauanti non conſentit grauamini ex eadem uia hodie orienti, ex quo tantum præſumitur conſenſus, quantum tacet. Vnde hodierna reclamatio non concernit præterita grauamina: ſed hodiernum, cui nihil nocet præteritus conſenſus, qui non cogitauit fortè de futuris. ¶ Saluatur ſecundò dicta ſecunda opi. ex tribus declarationibus. ¶ Prima declaratio: dum modò appellans dicat ſe appellare ex grauamine hodierno: tunc enim eſt j. 10. dies: ſecus ſi diceret de præterito: quia ad illud lapſum eſt decendium. Ita docet Imol. poſt But. in d. cle. cauſam. Et eſt magna & utilis limitatio prædictorũ, ſecundum Phil. in d. c. ex parte. ¶ Secunda declaratio. Dummodò uerba diſpoſitionis concedentis exceptionem ſuadeant ſe in cauſa tractatus ſucceſſiui & reiterabilis: puta, talis non audiatur, uel non trahatur. Ita loquitur Vincen. & ſequaces in d. c. ex parte. Secus, ubi uis oppoſiti ſequitur immediatè ex cauſa momentanea: puta, allegatio iudicis: quia eo ſemel approbato extincta eſt exceptio ſuſpicionis, c. inter monaſterium. de re iu. c. inſinuante. de of. dele. Ita do. Ant. in d. c. dilectus. ibi, puto ponderandum. Quem refert & ſequitur Dom. ibi. ¶ Tertia declaratio. Vbi ius opponendi etiam de actu reiterabili fuit reuocatum in dubium, an competeret, uel non, & pronunciatum, quòd non, nec appellatum: & tunc ceſſant omnia prædicta. Ibi Bar. in repe. c. j. de reſcrip. in 6. quem extollit Dom. in d. c. dilectus. docens accuratè practicam præcludendi has exceptiones, ut ſemper facias pronunciari ſuper illo iure, quo cauſatur talis exceptio, quòd caſus ille non ſubſit. Adde Rotam de reſtit. ſpo. 4. in antiquis, quæ dicit, quod etiam poſt x. annos ſpoliatus appellare poteſt, niſi per diffinitiuam, aut interlocutoriam hoc acciderit. Et hæc duo adde ad d. Phil. in d. c. ex parte. 4. col. ubi. alle. Bald. in Spe. de appel. q ſi iudex pronunciat, uel loci tutum, uel quẽ iuſtè carceratum, non appellat poſt decendium. Idem. ſi pronunciauit bannitum audiendum. Bal. in c. de teſti. in ti. de teſti. Et iſta limitatio tollit motiuum ſ. factum de damnato ultimo ſupplicio. ¶ Fortiter ob ſtat huic doctrinæ c. concertationi. de appel. in 6. ubi ita tranſit in rem iud. Grauamen extraiudiciale, quo non fertur ſententia, ſicut iudiciale. Ergo, etiam iudiciale deberet tranſire in rem iudicatam, licet non pronuncietur. Item aſſignatio loci habet uim interlocutoriæ. Eſt enim uox iudicis faciens ad cauſam, Ergo interlocutoria, Gloſſ. in §. omnem. in authen. de litigioſis. Ergo ſatis eſt pronunciatum ſuper eo. Propter hoc Imol. in d. cle. cauſam. reprobat, quod dicitur de loco non tuto: reſpondens ad dictum c. ex parte. nec ad prædicta approbata ab ipſo ibi, & in d. c. dilectus. Nec de hoc memini ſit mentio ab alio, quem uiderim. ¶ Cogitabam dici poſſe, quod quando quis fuit ſimpliciter grauatus, non per expreſſam interlocutoriam declarantem eum non grauari: ſed ſimplici citatione, tantum nocet conſenſus, quantum durat illa comparitio. Arch. in d. c. hortamur. gloſſ. in d. cle. ſæpe. Ideo ab alijs appellabit. Sed ſi expreſſe fuit declaratum, exceptionem non competere, & ipſe acquieuit illud acquieſcere, non poteſt referri ſolum ad unum actum comparitionis: ſed ſicut interlocutoria. reſpicit omnes, ſic acquieſcentia, & citans ſimpliciter non intendit declarare locum tutum, uel non, ſecus, ubi ſuper hoc pronunciat. Præterea non eſt uerum, quòd aſſignatio loci non tuti habeat uim interlocutoriæ, ut per Paul. di. conſilio. 26. dicentem pulchrè, quod licet facere aliquem capi, ponere in carcerem, citare ad locum non tutum, & ſimilia, poſſunt dici interlocutoriæ. Gloſſ. in uerſicu. ſententiarum. in l. cum clericis. C. de epiſ. & cleri. tamen nullo modo habent inſtar diffinitiuæ, uel interlocutoriæ, quia non declarant aliquod dubium. Alle. Arch. in d. c. concertationi. Et ideo iſtud grauamen citationis, uel ſimile, cùm non ſit declaratio, non tranſit in rem iud. adeo quòd ſemper intra decendium quis non poſſit conqueri etiam poſt primum decendiũ appellando à grauamine recenti, ut ſupra, & hæc nota. Quia non reperi diſcuſſa, & tam de prædictis quotidie clamatur in iudicijs, & in ſcholis.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio firmat regulam in alijs caſibus non exceptis. Hanc regulam limitat multipliciter.*

2 *Epiſcopus ſi conceſſit uicario, ut poſſit ea quæ ipſe epiſcopus poteſt, excepta collatione beneficiorum, an per hoc poſſit illa, quæ alias non ueniunt in generali commiſſione. & nume. 3.*

4 *Exceptio ſicut non ampliat regulam, ita nec reſtringit eius ſignificatum. Receptio teſtium perituro rum quibus modis ſit priuilegiata. Poſt num. 4. uerſi. & ut intelligas.*

5 *Teſtes ualetudinarij qui dicantur.*

6 *Mulier prægnans dicitur, quaſi ualetudinaria.*

7 *Citatio poteſt omitti in receptione teſtium, quando actor non audet conuenire eum propter eius potentiam. Et adde ad huiuſmodi intellectum num. 8.*

9 *Abſens, uel præſens quis dicatur. uide num. 10.*

11 *Abſentia quæ dicatur digna reſtitutione, aut excuſatione.*

12 *Acceptans beneficium ſibi collatum uidetur per quaſi contractum ſe obligare ad adminiſtrationem eius.*

13 *Citare an ſolus Papa poteſt per citationes affixas in locis publicis curiæ, &c.*

14 *Citatio per edicta, in quibus caſibus ſit permiſſa, & in quibus non.*

15 *Carens malitia & dolo ad citationem impediendam, an arceatur edicto, de quo hic.*

16 *Practica cle. j. de iudic. tractatio per ſex notabilia dicta expenſa. & nu. 17. 18. & 19.*

20 *Citatio per edicta an debeat eſſe trina, uel una pro omnibus.*

21 *Cauſa beneficialis an exigat ordinem iuris. Et ibi, qualiter procedatur contra beneficiatum abſentem, ut ueniat reſidere. Poſt nu. 21. uerſi. Circa practicam.*

22 *Clericus priuatus propter reſidentiam, docto de impedimento, reſtituitur.*

Citatio una non poteſt fieri pro omnibus, quando agitur de pœna incurrenda. Poſt nu. 21. uerſi. aduerte tamen.

23 *Clericus nequaquam poteſt priuari beneficio etiam non requirente reſidentiam. Et quid, ſi neſciatur, ubi ſit talis beneficiatus.*

24 *Mors qualiter probatur.*

CAPITVLVM V.

QVONIAM FREQVENTER. ¶ In quantum do. Abb. in 1. nota. & ſuper gl. 1. poſt illas quatuor regulas not. iſtum tex. cum glo. ad naturam regulæ & exceptionis. Tene mẽti illud,

1 quòd † exceptio firmat regulam in alijs caſib.

2 non exceptis [a]: & eſt etiam tex. in l. non quod liquidè. §. fin. ff. de pen. lega. ubi ſi lego penu præter uinum, uenit omne penu: quia illa exceptio firmat regulam. Sed ſi dico, lego penu, & excipio uinum, quod habeo Romæ. per hanc exceptionem uideor legare ſolum penu, quod habeo Romæ, & ſic exceptio declarat regulam & illum tex. alleg. glo. 4. in c. cordi. de app. in 6. & eſt tex. ſingu. ſm Imo. in l. filio. ff. de iniu. rupt. teſta. Ad idẽ tex. in l. quæſitũ. §. deniq;. & ibi Bar. ff. de fun. inſtr. & in l. legata inutiliter. in prin. & ibi Bar. in ſi. ff. de leg. j. & in l. Lucius. §. plurib. ff. ad Treb. quẽ Ang. dicit eſſe meliorẽ de corpore iuris, in l. j. ff. de reg. iu. & no. Dy. in rub. de reg. iu. in 6. ad fi. ibi, itẽ q exceptio &c. Et idẽ dixit Dom. poſt Lap. in c. q ad agendũ. §. 1. ad fi. de procu. in 6. Quod ſi do procuratori mandatũ ad agendũ cum clauſula, q poſſit oĩa, q ego poſſem, excepto, q non poſſit iurare de calũnia, uel iuramentum deferre: iſta exceptio operatur, q poteſt expedire alia, caſus requirentes ſpecialem mandatum. Similiter dicit Bald. in l. 1. §. excipiuntur. in fi. ff. de ferijs. q ſi ſtatutum inducens, ferias excipit tres caſus, quibus poſſit reddi ius tpe feriarum, oẽs alij caſus & ſimiles ſunt excluſi. Et dicit Bal. in l. ita nobis pudor. C. de adul. q ſi dicat ſtatutũ, q cõtra inſtrm̃ nõ poſſit opponi, niſi talis & talis exceptio, nulla alia poterit opponi & ſimi-

a *Non exceptis] Adde idem tenentem do. Soc. conſil. 35. incipien. Dom. Fran. uer. 14. circa medium, in prima par. char. 49.*

lis:de quoper Sal.ibi,& Barto.in l.j.§. & parui.ff. quod ui aut clam.& per Bal.qui idem dicit in l.item uidendum.§. fi.ff. de pe.hæred.& Imo.in l.fi.ff.à quib.app.non lic. & ſolco tangere
2 in c.ex parte.lo 2.ff de offi.dele. ¶ Iſta † & his ſimilia limita attentè trib.modis.Primo,ut habeant locum in his,quæ aliàs comprehenduntur ſub regula, aliàs non. quia licet exceptio firmet regulam in caſib. non exceptis,non tñ eam dilatat [a] plus, quàm comprehẽdat natura regulæ.Bar.in l.generali.§. uxori.ff. de uſufr.le.per illum text.ubi ſi teſtator reliquit uſumfructum omnium, quæ ſunt in domo,excepto argento, iſta exceptio non facit, quod uideat reliquiſſe uenalia, quæ ſunt in domo. unde non uenit frumentum, quod eſt in domo cauſa uendendi:quia talia non uidentur eſſe in domo.Idem Bart.in l.quæſitum.§.denique.ff. de fun.inſtr.& in l.1.in fi.ff.de reg.iur. & Bald.pulchrè in l.his.ff.de leg.concludens, ꝙ ſi ſtatutum dicat, ꝙ de omni maleficio ſine ſanguine poſſit fieri concordia,excepta percuſſione quadreli cum ſanguine,certe concordantia poſtea facta de percuſſione ligni cum ſanguine non ualet:quia licet exceptio firmet regulam, non tamen ampliat. Vnde cùm regula nihil diſponat de percuſſione ſanguinolenta,iſte caſus remanet in diſpoſitione iuris communis: & ſic concordantia non ualeret,nec tolleret pœnam fiſcalem,ſecundum eum.Tamen tu conſidera,ꝙ percuſſio ligni cum ſanguine uidetur maleficium,ut probant uerba.Bar.in l.aut facta.ff.de pœ. & regula dicti ſtatuti prohibet concordiam in maleficio ſanguinolento.Ergo iſte caſus uidetur comprehenſus ſub regula ſtatuti, non autem omiſſus.Similiter dicit Bal.in l.ſi eum.§.qui iniuriarum,prope fi.ff.ſi quis cau.quòd ſi ſtatutum dicat,pupilli & mulieres non accuſent, non propterea uidetur ſublatum ius cõmune,adeo ꝙ alij inhabiles poſſint accuſare.Ita dicit Old. & refert Cyn.pro ualde notabili in d.§. uxori. quia exceptio non auget regulam,nec ampliat dictum ad illa, quæ non cõprehenderent in dicto ſimpliciter ,plato & illum §.uxori.alleg.et pro notabili.Bal.in l.actione.2.col.ibi,adde.C.de tranſa.Ad idem in c.in noſtra. iuncto prin.cum fi. de ſepul. quem tex.extollit ibi Ab.in c.nobis.Nam licet priuilegium,de quo ibi,ſup electione liberæ ſepulturæ ſolũ excipiat interdictos & excõicatos, nõ per hoc firmatur regula conceſſionis,ut poſſint ſepeliri impuberes,qa alio iure prohibentur illi eligere ſepulturam,ut ibi per gl.j.Et dicit Lud.conſ.271.Viſa tota,ꝙ exceptio quorũdam iurium regalium firmat regulam in alijs, ut ueniat in inueſtitura.Similiter dixit Old.conſi.133.Factũ tale eſt: dñs Vticẽſis quidam dñs fecit recognitionem epiſcopo in hæc uerba:recognoſco tibi Vticenſi epiſcopo,quicquid habeo in ciuitate Vticenſi exceptis domibus,quæ ſunt in loco uocato Viduaria·per hanc recognitionem non uidetur recognouiſſe ab epiſcopo iuriſdictionem, quam hẽbet ab omnib.habitantib.in illa ciuitate:quia illa exceptio arctat generalitatem.d.l.nam quòd liquidè. §.fi.& quia talis recognitio eſſet indiſcreta interpretando eo modo, & per eam non poſſet acquiri dñium epiſcopo memorato,arg. l. cùm de indebito.§.fi.ff.de proba.ut latius per eum:& ſimile eſt,quod conſuluit Pet.de Anc.conſil.mihi 174. Viſis diligẽter.ad fi. & Alex. conſil.mihi 28.Viſis,& accuratè, &c. pe.col. quod eſt etiam
3 nume.174. ¶ Pro † tanto dixit Petr.de Anch.in c. 2. de offi. uic.in 6.quòd ſi epiſcopus concedit uicario,ut poſſit ea,quæ ipſe epiſcopus poſſet,excepta collatione beneficiorum,propter hoc non poterit alia,quæ alias non ueniunt in generali commiſſione,ſiue mandato: quia exceptio uenit ad diminutionẽ regulæ: unde nõ debet operari augmentũ: & ſic includere in ea caſus non includibiles. Et hoc dictũ extollit Brixi. in uer. exceptio.dicẽs,facere ad multa:& idẽ ſentit Dom.licet nõ decidat in d.c.2.in fi.Pet.de Anc.firmiter in rub.de reg.iur.1 pe. col.dicens, ſe idem tenuiſſe poſt Lap. in d. c. 2. quia exceptio non ampliat regulam ad ea,quæ ſub regula non includuntur: & ſequitur Aret. conſ. 8. in fi. pulchrè inducens l. fi. ff. quod quiſq; iur.quamuis Dom.quem ipſe non allegat,firmet contrarium expreſſe in d.c.q ad agendum.§.j.in fi.adde etiã iſtis tex.in l.Paulus.aliàs incipit mora.ff.de uſur.quem ad hoc extollit ibi Flo.in duobus locis,quod uirtus ex natura exceptionis non facit includi in diſpoſitione id, quod aliàs ſecundum naturam diſpoſitionis non includebatur, quia de natura fideicommiſſi eſt, quod hæres non habet reſtituere fructus hæreditatis,qñ non fuit in mora,ut ibi gl.modò teſtator dixit,ꝙ reſtitueret hæreditatem ſine reditu. Vnde cùm ſtrictè appellatione redituum non ueniant fructus,ut per gl. ibi, & in c.generali.in uer.reditus.de elec.in 6.& per Doc. maximè Mod.in l.diuortio.§.ſi fundum.ff.ſo.ma.& per Doct. in c.j. de ſup.negl.præla.in 6. cum ſi.uidebatur, quòd illa exceptio firmaret,ſecus eſſe in fructibus, & tñ contrarium dr ibi: quia illa exceptio non facit, ꝙ ueniant fructus hæreditatis, quia repugnat natura regulæ. ¶ Limita ſecundo:niſi reperiantur excepti à regula alij caſus in alia parte iuris: ut hic per Abb. propter glo.in l.1.ff.de cond.inde: Ad idem, quod ipſe notat hic ſuper glo.in uerſ.ſubtrahatur.Alle.dicta glo.bo.text.in c. ad audientiam.de ele.non reſi.per quẽ dicit do.Abb.ibi præſtari limitationem mirabilem ad illud, ꝙ exceptio firmat regulam.quia non procedit, qñ materia eſt reſtringenda ſecundum ius,ut ſtatuta & priuilegia:quia tunc exceptio non ampliat regulam in caſibus,qui de iure communi non comprehenduntur. Ad idem c.cùm dilecta.de confir. uti. uel inuti.& ibi dom. Abb.in 5.no.dicens,ꝙ caſus exceptus extenditur ex identitate rationis:& illud,quod dicitur, ꝙ excep.firmat regulam, intelligitur niſi alius ſit caſus ab eadem regula alibi exceptus:quia quo ad illum conſimilem excep. non firmat regulam. Facit l.obeſt.cum gl.C. de præd.mi. ubi probatur hoc procedere,etiam ubi eſt dictio taxatiua.Facit, quod no. Car. & Ana.in c.lator.de hom.ꝙ ſi dicit ſtatutum, quòd homicida occidatur,niſi fecerit ad defenſionẽ ſuam, illa excep. non firmat adeo regulam,quin etiam excludatur homicidium factũ ſine dolo etiam non defendendo. Et cum hoc dicto concordant multi,de quibus per Alex.in l.& ſi ſeuerior.C. ex quib. cau.infa.irro.Et caue: quia circa hoc opus eſſet multiloquio: ſi enim agitur de inducenda fallentia ad regulam propter caſus expreſſe à iure poſitos,tunc res eſt clara: ſed qñ agitur de extendendo caſum exceptuatum ad caſum ſimilẽ,ibi eſt maior difficultas,in qua opus eſt uidere,qñ in materia correcta, uel ſtricta fiat extenſio [b], de quo uide regulam negatiuam cum pluribus fallen. per Imo.in cle.1. de elec.per Do. in c 1.de tẽp. or in 6.& profundiſſimè per Bu. in repe. c. fi. de conſue.& per Imo.in l.ſi uerò.§. de uiro.ff.ſo.ma.Dixi aliquid de conſti. c.tranſlato. in fi. Et hinc pẽdet ueritas quorundã dictorum,de quibus ꝭ.in regula, maximè. Bal.in d.l.nobis.& in d.§.excipiunt.Et conſidera:quia tenendo, qđ eſt dictum de mãdato uicarij fortè non procederet dictum Do.in d.c.qui ad agẽdum. ¶ Limita tertiò, niſi exceptio ſit inepta:quia nõ mutat uim regulæ ſcđm Paul.de Caſt.in l.in his.ff.de legi.ubi dicit, ſtatutũ diſponit,ꝙ dẽ omni inſtrumento continente ſummam centum librarum, ſoluatur gabella, & regiſtretur: aliàs non ualeat excepto inſtrumento procu.certè ualebit inſtrumẽtum legitimationis non ſoluta gabella: quia ſtatutum non poteſt uerificari, niſi in materia reducibili ad certam ſummam. Non obſt. quòd exceptio ſtatuti eſt de materia non reducibili ad ſummam: quia eſt exceptio inepta,non amplians regulam extra eius naturam. Propter hoc refert Bapt. de ſanc. Seuerino in repet. l.oẽs populi.ff. de iuſt.& iure.fol.32.ſe reſpondiſſe in facto:Dictat ſtatutum Senis,ꝙ hñtes pacem ab offenſo ſint ſecuri per x.annos: quibus elapſis ſoluãt omni anno duos ſolidos pro qualibet libra ſuæ condemnationis,exceptis furibus, homicidis,& aſſaſinis: modò quidam condemnatus ad pœnam capitis propter inciſam uineam habuit pacem: rñdet,quòd non gauderet beneficio dicti ſtatuti:quia eius regula loquitur in condemnatis in pecunia,uel in tali materia, quæ ſit reducibilis ad ſummam: illa autem condemnatio capitis non eſt talis: ergo,&c. Nec obſt. illa exceptio ſtatuti,cum ſit inepta.Quod bene no. ¶ Demom
4 † ſcias,ꝙ ſicut exceptio nõ ampliat regulam,ut ꝭ.in prima limitatione:ita nec reſtringit eius ſignificatum. Bal.in d.l.omnes populi.19.col.uerſ.Sed pone,ſtatuto. Vnde ſi dicat ſtatutum,quòd omnes artifices poſſint eſſe de prioribus, exceptis nobilibus ciuitatis, certè artifices comitatus poſſint eſſe de prioribus: quia locus exceptionis non arctat locum regulæ,in qua quicquid non excipitur, remanet ſub eius iudicio. Alleg.l.Titiæ textores.ff.de lega.j.Scias etiam, quòd pro regula

a *Dilatat] Adde idem tenentem do. Soc.conſi.47. inci. In prin.præſentis conſultationis. circa prin.2.col. in 1. par. char.89.*

b *Fiat extenſio] Pro qua materia uide etiam plenè do. Alex. de Imo. in conſi.50.pe.col. 2.parte. et plenius in conſi. 284. ult. char. 2.parte, et in conſi.52. Callimachus,&c.4. parte, & do.Vin.Palæo. in conſi.Viſa quadam cõſtitutione, &c. quod eſt poſt conſi.52. Alex.de Imol.4.par.*

gula ſemper pronunciandum eſt, niſi probetur contrarium.
Bal.in c.1.de alie.iud.mu.cau.fa. & ita dicit notari elegan-
ter in l.qui reſtituere.ff.de rei uen. Et tene menti differentiã
inter uerbum Generaliter,& Regulariter. Primum non reci-
pit fallentiam,ſm ſe,ut hic p An. Primo no.quæ omnia no.
tanquam alibi non reducta,& cum illis apoſtillabis,apoſtillã
Alex.famoſam in l.generali.§. uxora.ff.de uſufru.l. ¶ Circa
gl.in uerbo. Timetur.adde Rotam de teſti. 9. in antiquis,ubi di
cit p iſtam gl. q ſi teſtes abſituri ſunt recepti parte uocata &
ſeruato ordine iudiciario,põt ferri diffinitiua: ſecus, ſi eſſent
recepti lite non conteſ.& iudiciario ordine non ſeruato: qa
tunc eſt neceſſaria publicatio & litis cõteſtatio,p iſtam gl. &
ſubdit Ma.hic,q ſi qs ſequẽdo opi.Bar.hic uellet repetere iſtos
teſtes pſentes tempore litis inchoatæ, cautela eſſet, q teſtes
pdicti ſic deponerent: dico,ut aliàs dixi, qñ fui examinatus,
ut conſuluit Bar.in l.eos.ff.de falſis.de quo tñ dicendum eſſet
aliàs ſcd̃m eum & intelligit ipſe opi.Ab. pcedere non ſolùm
in teſtib.examinatis ſemel ob timorem mortis,uel abſentiæ,
ut ipſe loquit: ſed ẽt,qñ timore obliuionis. Sed quoniam ra-
tio Ab.uidet concludere, ideo non inſiſto circa dictam pra-
cticam Bar.de qua dixi poſt Ab.de teſtib.cùm in tua. ¶ Circa
gl.in uerb.non ualent. Tene menti perpetuo dn.Abb.hic, ad
cognoſcendum, quando omiſſio ſolennitatis uitiet actum, &
ipſum recitat & ſequitur Maria.hic in 16. col.nullo addito.

Tv verò attende, Quoniam utiliter extendam apoſtil-
lam Alex.in l.uniuerſa.C.de preci.Impe.offe. & aliam longè
maiorem,quàm indefeſſa calami ſedulitate ibidem ad ipſum
fabricaui. Et præ cæteris guſta illud,quod omiſſio ſolennita-
tis,quæ habet ſequi,non reddit actum nullum,etiamſi lex di
cat,non ualeat omiſſa ſolennitate: quia non intelligitur ipſo
iure, ſed ope exceptionis. Gl.& Bartol.in d.l.uniuerſa. quam
doctrinam extollit Bal. in l.non dubium.in pe.col.C de leg.
& pulchrè Petr.de Anch.conſil.mihi 116.narratis in facto.in
fi.& eleganter & ſubtiliter Ang.conſil. mihi 36.pro defenſio
ne quæſitorum.Abb.in c.2.3.col.de teſti. Ludo.Ro.ſolenniter
conſil.203.uerſi quoad ſecundum. & in l.mulier.in ult.char.
ſolu.ma.Ang.de Are.ſtatut.de excep.in prin.col.24.uer.3.q.
not.clare Bald. in l.ſi tutor.in fi.C.in qui.cau.in inte.reſtit.
non eſt nec.& Firmanus copioſe in uerbo, Forma.uerſic.for-
ma dicitur tradita.& Bald.in l.qui crimen.7. q. C. qui accuſ.
Ad idem uide.Bartol.pulchrè in l.2.C.de cano.fru.ur.Ro.lib.
11.& in l.cum lex.ad fi.ibi,ſed pone, quod lex dicit.ff.de fide-
iuſ.& in l. ſi ita quis ea.l. 1. col.de uerb.ob.ubi dicit,q actus
geſtus contra l.eſt nullus,quando lex dicit, non ualeat, d.le.
non dubium. ſed quando dicit non ualeat,ſi per te aliquid
factũ,uel omiſſum fuerit,tũc intelligitur ope exceptionis,per
d.l.uniuerſa. Et hoc ultimum limita, niſi diceretur expreſſe
in lege.quòd aliàs actus ſit nullus ipſo iure, ſecundum Bart.
in d.§.ea lege.& caue,quia licet Bartol.in d.l. ſi.ponat exem-
plum in primo dicto, quando lex dicit, non ualeat, tamen
idem eſt ſi ſimpliciter prohibet,d.l.non dubium. ¶ Per iſtam
doctrinam dixit pulchrè Card.in c.ſignificauerunt. ulti. col.
de teſti. ſtante ſtatuto, quòd maritus non poſſit conſtituere
dotem uxori, niſi de his,quæ euidenter receperit, unus con-
ſtituit dotem, poſtea recepit ex interuallo, ualet inſtrumen-
tum:quia uerbum, Receperit.eſt futuri ſubiũctiui,quod poteſt
extendi ad tempus futurum,ut per Innoc.ibi, & dixi late de
reſcrip.ad hæc. Et ideo ſufficit,quod iſta ſolennitas interueni
at ex pòſt,per d.l.uniuerſa.cum gl.per quam ipſe ſubdit,quod
licet in caſu c.quanquam.de uſur. in 6.annulletur teſtamen-
tum uſurarij non præſtita cautione,tñ ſufficit,q præſtetur po
ſtea,ut per Bar.in l.filio.ult.q.ff.de iniu.teſta.de quo uide la-
tiſſimè Ana.de uſu.c.qa in omnibus.& in locis ibi recitatis ſę
pe fit mentio de glo.in d.l.uniuerſa.quinimo, ſi uſurarius cõ-
dito teſtamento deceſſit non præſtita cautione, ſed dimiſſo
procuratore ad præſtandum poſt mortem,ſi præſtabitur,ua-
lebit teſtamẽtum,ſm Car.in d.c. ſignificauerunt.dicentẽ hoc
eſſe dictum nouum,& ita fuiſſe terminatũ publice in ciuitate
Ferrariæ. Et ſubſtinetur ex prædictis ſm eum,quod etiã ipſe
firmat latius in cle.j.23.q.de ſepul. Hoc ultimum intellige ſa
nè dum modò conſtituens pcuratorem duraturum poſt mor
tem deceſſerit cũ hærede:aliàs extingueretur illa clauſula,
quoniam nec eius hæreditas eſt, ſed bona uacantia,q defun-
ctum repræſentant,l.j §.an bona. ff. de iur.fiſci. & procurator
non poſſet nomine ueri dñi gerere, nec nomine repræſenta-
ti pro hæreditate quæ uice eius fungitur,l.j.C.de act.& oblig.

ſecundum unam lec. Ita declarat Ang.in diſpu. inci. Aſtenſis
miles. 1.col.dicens, ſe ita iudicaſſe de facto Florentiæ in fauo
rem dñi Patini de Strocis. Ad qđ uide Ludou.in l.fundi.ff.de
acqu.poſ.& Ang.& Imo.in l.illa inſtitutio.ff. de hære.inſti. &
And.Sic in rub.de teſta.in lectu.non in repet. ¶ Pro dicta do
ctrina uide ẽt,quod not.Alex. de Anula in repe. c.1. de reru.
permut.in 6.in 4.parte,ubi dicit,q permutatio facta cum au-
thoritate epi de beneficio patronali, non uocato patrono,nõ
eſt nulla,ſed irritanda ope exceptionis: quia conſenſus iſto-
rum uocandorum, quorum intereſt, poteſt interuenire antè
& pòſt: de quo dixi in c.cum Bertoldus.de re iud. 4. colũ.ibi.
Limita quintò. poſt Rot.de re.permuta.5. in nouis. Similiter
Bald.in rub.C.de reſcin.uen.poſt medium dicit,q illa dr ſo-
lennitas ſubſtantialis, quæ requiritur tempore contractus,ut
conſenſus propinquorum ex forma ſtatuti: ſed ſi requiritur
poſt contractum in ſuo eſſe fundatum, tunc contractus nõ eſt
nullus. Alleg.d.l.uniuerſa. Similiter dicit Bal.in c.cum adeo.
penul.col.de reſcrip. q defectus conditionis impedit literas,
ne producantur in eſſe. Nam idem operatur tacita conditio,
quod expreſſa,ut not.in l.item quia.ff.de pac. Et hoc uerũ,qñ
tacita conditio eſt ex parte ante rem productam in eſſe, ſed
ſi ex parte poſt,quia præceſſit origo,opus eſt exceptione. Al-
le.gl.in d.l.uniuerſa. Similiter dicit Bal. in l.hi,qui.ult.col.C.
de app.q lex,ſi dat formã actui facto,q forma nõ dat eſſe rei,
ſed hẽt conſeruare in eſſe iam producto, tunc ſi lex procedit
ulterà annullãdo, efficit nullũ ipſo iure [a],
aut non pcedit annullãdo,ſed addẽdo mo
dũ annullãdi,& tunc,ſi nõ petat caſſari,uel
annullari,bene ualet. Et iſta fuit theorica
Dy.ſcd̃m eũ. Pro d.doctrina facit gl.ſolen-
nis & ord.in cle.1.in uer.inhibentes. de iu

[a] *Ipſo iure] Ad quam materiam adde, quæ dixi ĩ.S can delecta.de reſ.*

re.pat.dicẽs, q ſi iuriſdictio eſt data ſimpliciter à princip.de-
inde addita certa qualitas ſeruanda in exercitio illius iuriſ-
dictionis,certè omiſſio illius qualitatis non reddet actũ nul-
lum,ex quo à principio iuriſdictio fuit pura. Veruntamẽ illa
gl.reſtringitur in ſex caſib.quos nouiſſimè reduxi in c.ex par
te.de conſti.nec alibi inuenies niſi poſtea alius eos alibi for-
tè tranſplantaſſet. Pro d.doctrina uide ẽt gl.in c.1. in uer.ter
tia.ibi,præter tps.75.diſt.quæ probat,q qualitas,quæ poteſt
interuenire poſt actum,non dr de ſubſtantia actus: & eam ſe
quitur Dom.in c.ut circa.§.1.in fi.de elec.in 6.ubi idem pro-
bant uerba Io.An.ex quibus infert,q illud, quod poteſt ſe-
qui actum,dr potius de ſolennitate,quàm de ſubſtantia. Illã
glo.alleg.ẽt Do.in c.cum conſuetudinis.in fi.ſ.de conſue.infe
rens,q ubi conſenſus poteſt interuenire poſt actum, non in-
telligitur, q ſit de ſubſtantiali ſolennitate. Ad idem alle.gl.
in d.l.uniuerſa.& in cle. cauſam. de elec.in uerbo,deuoluta.
& hoc clarius uult ibi Imo.in ulti.char.uer.opi.Zenze. ubi te
net poſt Zenze. q illa dñr de ſubſtantia, quæ contempora-
neẽ cum actu introducendo concurrere debent,non quæ poſt
actum ordinatum concurrunt. Alle.gl.in d.l.uniuerſa. Bene fa
cit gl.in c.uxoratus.de conuer.coniug.non uſitata ad hoc alle
gari, dicens, q licet iura in ea allegata dicant, q ſi maritus
uult profiteri religionem, uxor debet promittere continen-
tiam: tñ ſi profitetur omiſſa hac ſolennitate, tenet profeſſio:
quia illa iura non dñt, q aliter factum non ualet: quæ ratio
non eſſet ſufficiens propter l.non dubium. ſed cum illa ſolen
nitas ſequatur,poteſt eſſe uera illa gl. cum qua tranſeunt ibi
Doc.& pro ipſa uidetur tex.in c.ex parte.eo.tit.& ibi Abb.in
2.not. ¶ Prædicta limitantur notanter, niſi ſolennitas,quæ
debet præcedere,eſſet non ſubſtãtialis:putà,non multum im-
portans:& poſtea fiat actus habens eandem uim, quam deſi-
derabat illa ſolennitas: quia eius omiſſio non uitiat, ſm Bar.
pulchrè in l.obſeruare.poſt medium,C.de decu.lib.10. ubi di
cit,q licet in concilio debeat fieri per unum propoſitio, uel,
ut uocabulo eius utar,propoſita:tñ ſi de ea non apparet, & cõ
ſtat de uoluntate concilij, ualet actus. Alle.l.ſi quod.in fin.C.
de lega.lib.10.& l.de quibus.in fi.ff.de legi. & idem not. Bart.
in l.uniuerſis.C.de preci.impe.offi. dicens per illum text. q
ubi eſt facta reformatio in concilio, non refert ſcire, quis
propoſuerit, ſiue arengauerit. Non aperit Bartol. quid ſi
ſtatutum daret hoc pro ſolennitate, in quo Paul. de Caſt.in
d.l.uniuerſis. uult idem, inferens, quòd ſi ſtatutum dicit,
quòd concilium debeat congregari ad ſonum campanæ, &
propoſita fiat per priores antianorum, tamen ſi conſtat con-
cilium fuiſſe congregatum,& propoſitam factam,& reforma-

a *Valet actus*] *Adde, quæ dixi ſupra in cap. cum certum. de maior. & obed.*

tionem ſubſecutam, & nó appareat de modo cógregationis,uel ppoſitæ ualet actus. a [a] Quod dictum extollit Baptiſta in l.oés. in 6. chart.ff.de iuſti.& iur. inferens, ualuiſſe geſta Paduæ per uniuerſitatem ſcholarium ſuper facto noui rectoris, licet non interueniret iuſſus,ſeu mandatum ueteris rectoris, ut dictabat ſtatutum per prædicta. Pro quibus uide Cal. de iure patrona. conſil. t 1.ubi dicit quòd dato, quòd uniuerſitas fuerit inepte congregata,tñ ſi conueniunt duæ partes,ualet preſentatio facta per maiorem partem omnium præſentium. Adde ét Bar.in l.ut iuriſiurandi.in ſi.prin. ff.de ope.li.ubi ppter gl.ibi,quam facit ſing.dicit,ſe reſpondiſſe,q ſi pater donat filio,poſtea emancipat ipſum,ualet donatio:quia pp contiguitaté téporis res reducitur ad ordinem iuris:& hoc, quia propter præpoſterationem non ceſſat cauſa, ppter quam permittitur diſpoſitio: ſecus dicas, ubi præpoſteratio ordinis facit ceſſare,uel ſaltem non adeſſe perfecte cauſam, propter quam actus cum certo ordine permittitur:ut p Bal. in l. non aliter. j.commento,ad ſi. de adop.dum dicit,q ſi iudex debet interponere decretum in fine poſt cauſæ cognitionem, & interponit illud à principio,illa præpoſteratio uitiat:quia apparet,q illud fecit ſine cauſæ cognitione: & multum differt, utrùm cauſæ cognitio præcedat, uel ſequatur: nam ſi præcedit,facilius impedietur futurum decretum,q̃ qñ ſequitur, quia difficiliùs reuocantur iam facta. ¶ Si tñ ſtatutum diceret, q aliter actus non ualeat, niſi ſit præmiſſa ſolennitas,tunc pdicta non procedunt.Lud.conſ.402. dicens. non ualere emancipationem factam coram iudice Senenſi,non præmiſſa denúciatione præconia:quia in ſtatuto Senenſi dicitur,q ſi aliter fieret,nó ualeat. Et intellige ét prædicta,niſi illa ſolennitas daretur pro forma:quia etiamſi eſſet leuis,tunc eius omiſſio uitiat actum.Bal.& Mod. in l.1. ff. de lib. & poſthu. & dixi ſatis de reſcrip. cùm dilecta.uer. limita modò dictam regulam, Et ibi inuenies modos cognoſcendi, qñ aliquid ſit de forma. Et prædicta not. cum quib. poteris te & doctorem tuum honorare. ¶ Circa primam q.Abb.dicit hic clarius Car.q hic requiritur,q abſentia ſit talis,propter quam teſtis commode conueniri,uel haberi non poſſit, i. q ſi expectaretur, q rediret tempore litis conteſtandæ, & neceſſario ad probandum, non poſſet commode haberi: & ideo uidetur hoc relinquendum arbitrio iudicis: quod eſt ſatis æquum ſcdm Maria.hic. ¶ Et ut intelligas iſtam receptionem teſtium peritorum eſſe multipliciter priuilegiatam contra communes regulas, uide Ro. de teſti.5.in antiquis, quæ dicit, q iudex, à quo eſt appellatum,ab interlocutoria,quamuis nihil debeat attentare in eá pendente appellatione,c.non ſolùm:de app.in 6.tñ poteſt recipere iſtos teſtes,ne probatio pereat:tñ quia cum ſit dubitatio pendente appellatione,an iuriſdictio ſit iudicis à quo,uel iudicis ad quem, ideo ſtante hoc dubio recipit teſtes abſuturos:Et pars petens hanc examinationé,non uidet renunciare appellationi.Et ſequit Bu.& Maria. hic concurrentib. duab. qualitatib.Prima,dum modò iudex à quo, remanſerit aliàs ordinarius.Secunda, dum modo p iudicem ad quem,non poſſit fieri examinatio. Addit Maria.tertiam qualitatem,dũ modò teſtes ſint tales, q uériſimiliter timeat de eorum morte, aut abſentia adeo longa,q nó ſit uériſimilis ſpes poſſe haberi eorum copiam tpe litis conteſtandæ.Si enim eſſet ſpes,q cã ipſa pendens ptraheret adeo in longum,q erunt reuerſi antẽ q̃ fiat lit.conteſtatio, pdicta non pcedent. Et ita intelligit quandam deci.Rot.192.in antiqs,in qua ét habet,q teſtes abfuturi pſtant duplex iuramentum.Intelligit hic Maria.unum circa futuram abſentiam,aliud circa ueritatem dicendam.Et dicit Egi.Belle.concluſ.Rot.616.anci.Curia exiſtente Romæ. q teſtes recedendo ad Narniam iurantes ſe non recedere cã pductionis fiendæ pximè,nec ſe reuerſuros in breui, poſsũt recipi abſuturi,& ſic lit.non cõteſt.ne pereat ueritas.Propter hoc dixit ét ſingulariter Bar.in l.ſi qs nauicularis.C.de nauf. lib.x.q in loco,in quo patitur qs aliqué caſum, putà naufragij,aut mortis equorum,uel quid ſimile,poteſt facere examinari teſtes de illo loco,& facient fidem coram competenti.Et hanc dicit eſſe practicam mirabilem, p illum tex. & iſtũ,eſſe unum caſum,in quo ualebit examinatio parte nó citata,& ſequit Are.in c.2.de teſti.& Maria.hic,dicés q Pau.de Ca.forte ét ſequitur hoc in l.ſi creditor.C.de pigno.acti.Alle.ét Ia.de Bel. & Bart. poſt eum in authen.ut liceat matri & auiæ. §.fi. ubi dixit,q de prædictis poteſt fieri inſtrumentum in illo loco,ubi caſus emerſit coram trib.teſtibus,& faciet fidé ubique. ¶ Adde ét aliud ſpeciale, q licet pendeat cã in curia.& non dum ſit lis conteſtata,tñ teſtes, q ſunt in patria, poſſunt examinari per ordinarium in patria ad cautelam,ſi de eorũ morte,uel alio impedimento dubitatur,ſi tñ ſuperuixerent tempore litis conteſtandæ,euaneſcit illa receptio, ſed per auditorem datum in curia ſit remiſſio ad partes, ſm Rot. de teſti. 2. in nouis.Et ſequitur Lud.Ro.in l.ſi uero.§. de uiro.in 54. fal. uerſ.15.ff.ſol.matr. Adde ét Rot.de teſti.37. in antiquis, quæ dicit,q poſito,q teſtes dicãtur ualetudinarij,ante lité cõteſt. non ſit remiſſio ad partes,poſito q neceſſitatis cauſa petatur: quia ex quo decernitur remiſſio, expirat poteſtas auditoris. Tñ dicunt, q in hoc caſu melius eſſet, q expiraret poteſtas, quã q propter defectũ probationis cã perderetur. Alleg. iſtũ tex.cũ ſi.Dixit ét Rot.de teſt.6.in nouis, q iudex ad qué pt recipere teſtes abſuturos etiã lit.non conteſt. & ualebunt atteſtationes coram iudice à quo, ſi etiam pronuncietur malè appellatum.Si aũt pronuncietur bene appellatum,tũc eſt minus dubium,ſm eos:& ſequitur hic But.& Abb.Dixit ét Inno. But.& alij in c.fi.ne ſede uacante. q ille tex.non procedit in teſtibus ualetudinarijs,& alijs, de quibus hic. Et idem firmat hic Abb.in 5.q.Dixit ét Rota de teſti.in nouis, 20.q licet ſuper articulis reprobatis rõne formæ,quia malè ſpecificantur, uel quia dati poſt terminum non ſint recipiendi teſtes,tñ fallit,ubi ſunt abſuturi: quia teſtes abſuturi non recipiuntur ſolùm reſpectu illius inſtantiæ,ſed reſpectu totius litis: quia cã abſentiæ ad omnes inſtantias eſt uniformis. Et ideo ante coactionem totius litis recipiunt,ut hic, modo articuli malè ſpecificati in prima inſtantia poterunt melius ſpecificari in ſecunda, uel alia , & non dati in primo termino poterunt dari in termino ſecundæ & tertiæ inſtantiæ : ergo ne probationum copia pereat , poterunt & debebunt recipi in hoc caſu, ut latius per eos : ſecus dicentes , ſi articuli ſunt repulſi , uel repellendi ex defectu materiæ : quia probationes impertinentes non debet recipi,ca. cum contingat. de off.deleg.Et de iſta deciſione exclamat Lud.in d.l.de uiro. 54. fal. uerſ.60.dicens, ſe ita cõſuluiſſe apud Vinc. Ex quib.uides multas regulas limitari fauore receptionis teſtium:de qua hic. ¶ Ad tertiam qõnem Ab. tranſeundo cũ ſua concluſione,adde Io.An.in c.ſuper.uer. ſenio. de cle.ægro.in 6.ubi dicit, regulariter illũ b eſſe uerum ſenem [b], qui exceſſit annũ 70. Tñ ibi dicit Dom.in §. uerum.poſt Zeuz e, q in caſu illius c.conſiderãda eſt conditio perſonæ: quia non attenditur ibi ſenectus, niſi timore debilitatis, aut impotentiæ corporalis:arg.notatorum per Inno.hic. Et de c ætatibus hominis [c] habes gl.in proœ. Sexti : & ante ipſam poſuit plenè Arch. in d.c. 1.& aliquid Ioã.An.in c.literas. ſuper uer. compleſſet.de deſpon.impu.& laté Ana.in rubr.de delic. pu.ubi uide. Et dicit Ang.in auth.de qſtore.in ſi.per illũ tex.cum gl.probando caniciẽ in capillis & barba, eſt pbata ſenectus: quod dicit utile ad excuſationes munerum , Probatur ét ſenectus per aſpectum corporis. Barto.in l.a. ad fin.C.de mendi.li.tt .per illũ tex. ſicut ætas minoris pbari põt aſpectu,l.minor ex aſpectu.ff.de minori. Quod aũt in caſu nřo ſtetur arbitrio iudicis,firmat Flo. in l.Aquilia ſi delictum. ff. ad l.Aquil. Et ſubdit hoc eſſe cognoſcendum ſummatim : ad quod uide ét Specu.de teſte.§.2.uerſ.ſed quos.& §.h.3.in prin.& gl.mag.in l.non aliter.§.t.in uer.ſeniores.ff.de leg.3. & pulchrè Alb.in reper. in uer.ſenectus . & uide Flor.in l.inuiti.de teſti.ubi ét ponit de ætatibus hois,& dicit eſſe notandũ,q licet,quo ad munera,dicat ſenex,q eſt i anno 70. ut ibi in gl.tñ à bello excuſat,qui eſt in l.Alleg.gl.i l.2.C. de

b *Senem*] *Ad quod uide Specul. de teſti. §.2. uer. ſed quos. & C.de teſtium compulſione. in princ.*

c *Hominis*] *Adde, quòd ætates ſunt ſex, quibus generatio & ſtatus hominis finitur, 35.q.4.c.3 et Io. And. in proœ. lib.6. Alij ponunt ſeptem ætates hominis : ſimiliter ſeptem mundi: unde: infans, inde puer, adoleſcens, poſt iuuenis ac uir dicitur, inde ſenex, poſtea decrepitus fit. annos prima tenet. ſeptem, ſenes altera bis tot, tertia ter quater ſepté: ſed quadragínta quaterna : annos exaltat ad quinquaginta tenetus : ſed porrigitur ad ſeptuagínta ſeuelli, eſt tunc decrepitus incerto tempore durans. Item not. uerſus de ætatibus mundi. Primus Adam, inde uſque Noe, magnus pater Abrã. Et poſt hunc Moyſes, Dauid, nos uſque redemptor. Septimus ſine caret, locus in requiemq; beator.*

his,

his,qui non imple.ſtipen.lib.10 quam dicit eſſe notabilē con
tra uxorantes ſe in illa ætate. Et dicit Nico.de Neapo.in l.2.
in prin.ff.de excuſ.tu.ꝙ Doc.aliquantulum . uariant in deci-
dendo,quis dicatur ſenex . Sed quo ad caſum d.l. inutile.re-
quirit ætas 70.annorum,ut ibi in gl.ſecūdum eum. Et ſcias inci-
denter,ꝙ ſcripta,quæ approbant per Bar. ſuper ti. de excuſa.
tu.non ſunt Bar.ſecūdum Ant.de Roſellis in trac.legitimationū,
fo.paruo 39.dicentem,ꝙ eo exiſtente Bononiæ ita fuit obiē-
tum inter plures Doct. & hinc,ꝙ in quibuſdam impreſſionib.
attribuuntur Nic.de Neap.Demum plura priuilegia ſenectu-
5 tis,uide per Lud.in d.§.de uiro.54.fal. ¶ Circa † 3.q.Abb.qui
dicant hic ualetudinarij,add : quod not. Ab.in c.magnæ.1.col.
de uoto.ubi dicit,ꝙ ſtatutum loquens in cā infirmitatis,habet
locum in ſenectute,per illum tex.in uer.ætatis in te ſeneſceu
tis defectus atq; canicies,quæ uix labores & dolores ſuos to-
lerare poſſunt.Sed conſidera, ꝙ propriè loquendo ſenex non
uidet infirmus pp ſolam ſenectutē,per tex.ad hoc non guſta-
tum,in l.ſi Deus.ff.de ædil.edi.ubi carens dentib.non eſt infir
mus:alioquin nullus ſenex eſſet ſanus,q.d.ſenes carent denti-
bus,& tñ ſunt ſani. Quod aūt dicit hic Abb. poſt Terentium,
Senectus ipſa morbus eſt : & apud Maronem , *Subeunt morbi tri-
ſtiſq; ſenectus*, intelligi pōt large,non propriè.& idem dictum
6 Abb.de ſtatuto eſt dubitabile. ¶ Et not.ꝙ † mulier prægnās,
a dr quaſi ualetudinaria [a], l.in tit.ff.de teſti.
& ibi Floria.notabili. allegans ēt tex. in l.
2.§.ſed & ſi non pp.ff.ſi quis cau.per quem
dicit,ꝙ eſt ualetudinaria,uel ei ſimilis. Et
pondera : quia text.in d.l 2. probat,ꝙ non
dr ualetudinaria : quia dicit,non pp ualetudinem, ſed quia grauida erat.Bene pro-
bat,ꝙ æquiparatur ei. Et uix probat , idem
eſſe, dum poſt partū decumbit . Et per illū
tex.dicit Bar.in l.prægnantis.ff.de pœ.ꝙ il
la lex prohibens prægnantē torqueri. hēt
locum in decumbente poſt partum : quia licet ceſſat fauor
partus iam concepti, tñ propter debilitatē poſſet mori. Et dr
tale tps 40.dierum,ſecūdum gl.in d.l.prægnantis. Si tñ ageret ad
executionem ad mortē,non haberetur reſpectus,ꝙ decumbe
ret:quia ceſſat fauor partus iam concepti , ſecūdum Barto.ibi. Ex
quib.puto,mulierē prægnantem poſſe examinari , ut perſona
ualetudinaria . Non tñ idem concederē in decumbente poſt
partum, per id quod ſtatim dicetur . ¶ Dum dicitur hic per
Inn.& But.ꝙ dr ualetudinarius,nedum qui eſt conſtitutus in
graui infirmitate,ſed ēt ſi eſt debilis abſque febre acuta:adde
tex.in l.2.§.corporis debilitas.ff.de uac.mu. ubi debilitas cor-
poris excuſat à muneribus,quæ corpore implenda ſunt:ſecus,
ubi eſt opus ſolo ingenio.Facit c.ſi pro debilitate. ff. de offic.
deleg.Si tñ quis eſſet liberatus de recenti ab infirmitate, da-
to ꝙ eſſet adhuc debilis,non dicerem eum ualetudinarium in
hac materia,quia eſt in uia ad proſperitatē corporis:fateor,ꝙ
aliàs in multis caſibus æquiparatur ſtatus cōſuetus ſtatui qui
de recenti ſuperuenit,ca.1.48.diſt.cum concor. quas nouiter
dedi in c.eam te. ibi.2.col. Limita 2.de reſcrip.Sed illa proce
dunt, qñ in illo ſtatu recenti & nouo diſponi hēt de perſona
in actu tunc neceſſario:puta in conſideranda proſperitate re-
ſpectu laboris tunc imminentis,uel ſimili reſpectu:ſed hic a-
gitur de actu reſpiciente euentum futurum,non ſtatum pñtē,
quia dubitatur de morte futura pp ualetudinem pñtem : ſed
in eo,qui de recenti eſt liberatus,ſi conſideratur tps futurum,
ceſſat cauſa dubitandi de morte. Et qñ Inno.& But.hic loqui
tur de debili,intelligo de debilitate, quæ de ſe principaliter
aggrauat hominem ſine ſpe futuræ proſperitatis:non aūt de il
la,q eſt cauſata ab infirmitate pcedenti, & quæ paulatim de-
creſcit reuertentibus uiribus. ¶ Demum ſcias,ꝙ poſſibile eſt
aliquē appellari ſanum,& non habeat multas uires:iuxta il-
lud Hiero.contra Iouinianum li.2.c.38.in fi.dum dicit,Chri-
ſtiana ſanitas abſq; uirib.nimis neceſſaria eſt.¶ Circa 5.quæ-
ſtionem Ab.No.perpetuò dictum Hoſti.& aliorum hic, quòd
7 † in exceptione teſtium poteſt omitti citatio partis, qñ actor
non audet eam conuenire propter eius potentiam: & excuſa-
tur etiam à denunciatione poſtea fienda.Inſtruit tñ iudex,ut
in examine ſuſtineat accuratè uices abſentis. Bene facit,quod
not.Ioā.And.in c.non minus.de immu.eccl.dicēs, ꝙ qñ aliàs
requiritur citatio peremptoria:tñ ſi agitur de citando aduer
ſario,q eſt homo terribilis & potens, ſufficit unica citatio. Et
ſequitur Bal. in c.1.in prin.de mil.uaſal. qui cont. eſt.& Ma-

a *Quaſi ualetudinaria*] *Limita, niſi eſſet grauida paucorum dierū. Secundò limita,niſi eſſet mulier ruſtica. Ita Fulgo.in l. 2. §. ſed & ſi.ff. ſi quis cau.*

ria.in rub.de dila.fo.68.uer.4.principaliter.& Alex.in l. con
tumacia.pen.col.ff.de re iud.Facit,ꝙ no.Dom. in c. eos.pen.
col. de immu. eccleſ.,in 6. quem retuli in c.eccleſia. in 19. q.
uer.ſecūdum remedium.de conſti. ¶ Confirmatur iſta notabili-
bus dictis.Primo,ex dicto.Bal.in l. conſentaneum.ibi,quæro
unà cum Bu.C.quomodo & qñ iud. ubi dici,ꝙ ante quàm ca
piatur debitor ſuſpectus de fuga, non præmiſſa citatione,de-
bet ſuſpicio probari per indicia, & poterunt teſtes recipi de-
bitore non citato.Et hoc eſt ſpecialiſſimum,ne fuga inſtruat,
ſecūdum eum.Similiter dicit Salic.in l.abſentem. de accuſ.ꝙ in
cauſa criminali iudices Moderni in informatione prius à
teſtibus habita ſine aliqua citatione uerbali, mittunt ad capi
endum reum,ſi agitur de pœna corporali,ne uerbali citatio-
ne præcedente reus arriperet fugam conſcius de crimine.
¶ Similiter dicit Abb.in c.accepimus.1. col.de fi.inſtru.ꝙ p-
pter potentiam aduerſarij poſſunt examinari priuilegia,quæ
arguuntur de falſo eo non citato. Similiter dicit Hoſti.in c.
fi.de fi.inſtru. ꝙ in exemplatione inſtrumenti, de qua ibi pōt
omitti citatio aduerſarij ,ſi eſt nimis potens. ¶ Similiter di-
cit Petr.de Anch. conſ.mihi 272. Ex prædicta facti narratio
ne,ꝙ propter periculum in mora,uel propter potentiam uaſ-
ſalli poteſt procedi eo non citato,& feudum occupari. Et idē
dicit conſil.403.ſimiliter dicit Hoſtien.in c.1.de homic.in 6.
ꝙ in caſu illius capituli poſſunt recipi teſtes lite non conte-
ſtata, & parte abſente non citata. & ſequitur ibi Domi. in
§.fi.in antepen. col.& do. Abb.in c.cum non ab homine. uerſ.
in quantum dubitaretur. de iudic.Similiter dicit Inno. in c.
ex literis.quaſi in medio, de exce. præl.quod non eſt neceſſa
riò citandus ille,qui de contumacia, uel culpa notatus eſt: &
ſequitur Arch.in c.caueant.circa princ.4.q.9.& Bald.in l.ad
peremptorium. ff.de iudi.Ex quib. uerbis Inno. infert Bald.
in l.cunctos populos.ad fi.C.de ſum.tri. in lect.non in repe.ꝙ
quando aliquis eſt ſuſpectus de receſſu,uel fuga, non eſt ne-
ceſſe,quod edictum ad eius notitiam perueniat.Similiter di-
cit Butr.in c.quod ſicut.§.1.de elect.quod timor periculi indu
cit iuſtam cauſam non uocandi abſentes, per illum text.in
uerſ.ſi tamen ſine periculo poterunt conuocari.Et habeas ac
cumulationem iſtorum dictorum pro nouiſſima, quam pone
ad Bar.i l.ait prætor.§.ſi debitorem.ff.de his, quæ in frau.cre.
ubi bonus text.cum cōcor.de quib. ibi per Alexan.in apoſtil.
ad oſtendendum, quot ſunt ſpecialia propter quot periculū fu-
8 gæ. ¶ Sed † in propoſito attende duobus modis. Primo, ꝙ
ubi non eſſet timor mortis, uel diuturnæ abſentiæ teſtium .
ſola potentia, uel terribilitas aduerſarij non eſſet iuſta cau-
ſa recipiendi teſtes ipſo non citato, niſi ageretur de pericu-
lo animæ,& de modico,aut nullo præiudicio,ſecundum But.
& Abb.in c.præterea.lo 2.de ſpon. Et bene facit per locum à
ſpecia b,c.fi.de hære. in 6.Et ita limitatur & intelligitur di-
ctum Hoſtien.hic ſecundum Abb. in dicto c.præterea.in fi. &
ſequit ibi Præpoſitus & Arc. in c. 2.de teſti.¶ Attēde ſecūdo,
ꝙ uidetur ſpeciale.ubi agit de fauore aiæ,iuxta d.ca.præter-
ea.& ubi agitur de fide,iuxta d.c. fi. ꝙ tunc pp potētiam ad-
uerſarij recipiantur teſtes parte non citata. Et iō uideo,ꝙ di
ctum Hoſt.& aliorū hic non procedat : quia eſt contra regulā
c.2.de teſtib.cui non reperit derogatū,niſi in duobus caſibus
pdictis.Vnde in alijs uidetur ſeruādum ius cōe, ſecūdum Alex. de
Neuo.in d.c.pterea.Tñ pp authoritatem Hoſt.& aliorum hic
ſeruaretur dictū ipſorū in practica,ſecūdum eum.Sed poſſet dici,ꝙ
ſicut fauor fidei & periculum aiæ operantur, ꝙ mittatur cita
tio partis,ita dēt operari periculum,ꝙ ueritas non pereat:nā
intelligendo dictū Hoſt.ut dictū eſt , ꝙ habeat locū ſolum in
teſtib.abfuturis,uidetur,ꝙ potentia aduerſarij ſit iuſta cā in-
ducendi hanc ſecretam examinationē teſtium, ſine qua peri-
ret ueritas,quod eſſet peccatum,c.1 .de crimine fal.& dictum
fuit ſ.in 3.q.poſt Hoſti. dū loquitur de ſenibus, quos ſtimulū
peccati coget teſtificari : & licet metu aduerſarij recipiantur
teſtes in priuato,tñ debebit fieri publicatio tpe quo lis pote-
rit inchoari:quia reus poterit opponere contra perſonas & di
cta teſtium. Reſeruantur enim ſibi iſtæ exceptiones,ſecūdum Doc.
hic. Et de practica pbādi iuſtū metū aduerſarij, uel alterius
potētis,uide Scribētes in c.ſi iuſtus metus.de app.& i l.de pu-
9 pillo.§.ſi qs ipſi ptori.ff.de ope.no.nū.¶ Circa † 6.q.Ab.qs di-
catur præſens,uel abſens,tranſeo,cum ſua doctrina,quantum
ad propoſitum. Sed generaliter quis dicatur abſens,uide tex.
optimum cum gl.1.in l.abſente.ff.de uer.ſig.ubi tex. appellat
illum abſentem,qui non eſt in loco,in quo petitur:non enim

conſideramus abſentem trans mare:& ſi fortè extra continẽtiam urbis ſit,abeſt:cæterum uſq; ad continentiam non uidetur abeſſe,ſi non latitat:tamen non poteſt in omni caſu dari unica doctrina, cùm ſm diuerſam materiam. Vario modo quis dicitur præſens,[a] ut eſt gl.magiſtra.ibi,& in l.fi.C.de præſcri. lon. tem.& in l.præſens.ff.de procu.& in §.ſi quidem.in uer. præſentes.in authen. de fideiuſ.nam in ſtipulatiõe ille dicitur præſens, qui uocem alterius audire poteſt, aliàs non:ut etiam declarat gloſ.1.& ibi Doc. in §.Item uerborum. Inſti. de inuti. ſti.

a *Præſens*] *Vide domi. Alex. de Ime. in ſuo conſil. 179.2.par.*

¶ Item quo ad præſcriptionem,inter præſentes ille dicit̃ preſens,qui eſt in eadem prouincia,d.l.fi.C.de præſcrip.lon. tẽp.

10 ¶ Item † in iudicio ille dicitur præſens,qui intereſt actui:puta receptioni teſtium.Item in conſtituendo procuratorẽ præſens dicitur et,qui eſt in hortis.Glo.in d.l.præſens.& quantũ ad terminos,gl.in d.§.& ſi quidem.uide Bar.in l.duobus.§ j.8. q.ff.de duo.re.de his etiam per Bar.in l.pe.§. ad crimen.ff. de pub.iud.& gl.in l.ſi ideo.§.fi.ff.de cuic.& per Spec.in ti.de præſcrip.uer.q̃n aliquis. Quod autem ſm diuerſas occurrentias q̃s dicatur uario modo præſens,collige ex dictis Bar. in l.1.ff. de lib.agno.dum dicit p p gl.ibi,q̃ quis dicitur in ciuitate manere,q̃n ibi retinet familiam ſuam, licet non ſit præſens,& infert ad ſtatutum de habitantib.in ciuitate.Ad idem quod no. Bar.in l.ſcimus.C.de agri.& cenſ.lib.11.dicens,q̃ ſtante ſtatuto, quod abſentes à ciuitate non gaudẽt priuilegio ciuium, certe ſi quis eſt abſens,& in ciuitate habet patrem,uel fratres ſupportantes onera ad eum ſpectantia, gaudet priuilegio ciuium.Et uide Dom.in c.ſi delegatus.2.notab. per illum text. de off.deleg.in 6.q̃ ille dicitur abſens, qui mortuus eſt. & ſic, ubi fit mentio de abſentia,uenit etiam perpetuà & naturalis. Poſtea ibi Domi.in pe.col.ponit multas ſpecies abſentiæ poſt Ioã. An.ibi,& dixit Bal.in l.fi.§.neceſſitatem.de bo.quæ libe. Quod de iure ciuili iſta æquiparantur, aliquem abeſſe, uel adeſſe,& nolle conſentire,nam q monitus à prætore nõ uult conſentire,habet̃ p latitante,alleg.l. non tantũ.§.ſi nõ iuſta. ff.de fideicom. lib.& dicit Bal.in d.l.fin. §.ubi autem . per illum tex.quod tũc dicitur quis abeſſe, [b] q̃n longe abeſt:quod facit ad multas quæſtiones ſtatuti,ſecundum eum. Dixit et Bal.in auth.habita. ibi,ſed quid de ſcholari.C. ne fil.pro pa.q̃ recedens, qui rediturus eſt, habetur pro p̃nte . Vnde ſcholaris, qui finito libro recedit rediturus in hyeme, habetur pro p̃nte,ut ibi per eum . Et dicit text.in l. quæſitum. in prin. deleg.3. q̃ qui ſtudiorũ cauſa abeſt,abeſſe nõ uidetur : & infert ibi Bart. q̃ clericus abſens cauſa ſtudij abeſſe non uidetur . Et dicit text.in l. teſtõ.ff.de ali.& cib.leg.q̃ abſens propter negotia patroni habetur pro p̃nte . Etiam infert Bar. ibi idem in clerico abſente pro negotijs eccleſiæ,ut in c. ex parte.cùm dilectus.ad audientiam . de cle. non reſi.Et dicit Dom.poſt Io.An.in c.ubi periculum.§.j. ult. col.de elect.in 6.q̃ licet quis dicatur abſens multis modis,tamen p̃prie & ſtricte abſens dicitur,qui non eſt in ciuitate : & ita capitur abſens ibi . Quod dicit eſſe notandum ad ſtatuta. Et dicit Bal.in d.§.neceſſitatẽ.in fi.allegando Spec. q̃ quis p̃ſumitur abſens,niſi probet̃ p̃ns. De hoc uide per Bar. & Ang. in l.præſcriptione.C.quib.lon.temp.præſer.non obijci.Bal.in l.2.C.de bo.poſ.ſcd̃m tab.gl.Bal.& Ang.in l.j. & in l. optimã. C.de contrah.& commit.ſtip.& Paul. de Caſt. in l.illud.C.de ſacroſ.eccl.& Bar.in l.1s poteſt.ff.de acqu.hæ. Ad quæ loca remittit Firmanus in uerſ.p̃ntia.Adde Bar.in l relegati.in princip.ff.de pœ.ubi dicit,q̃ ille,qui dicit aliquem receſſiſſe de loco,putà ut inferat eum non ſeruaſſe confinia, probet : & hoc, q̃n quis dicit iſtud ad fundandam ſuam intentionẽ: & ſi quis diceret ſe non obſeruaſſe,uel non rupiſſe confinia, & hoc dicat ad confirmandam ſuam intentionem,ipſe probet,ſecundũ

b *Abeſſe*] *Vide Bar.in l.ab hoſtibus.§.ſed q̃ ſimpliciter. 2.colu.in princip. in uer. ex quo nota.ff.ex quibus cauſ. ma. ubi dicit,quod non ſolùm quis dicitur abeſſe à die qua recedit , ſed à die qua ſe præparat ad iter.*

11 eum. ¶ Demum, † quæ dicatur abſentia digna reſtitutione, aut excuſatione ad diuerſos effectus,uide glo.in c.biduũ.uerſ. in propria.in uerſ.audiatur.2.q.6.& gl.fi.Bar.& oẽs. in l.fin.ff. de reſti.in inte.Dixi aliquid in c.cum Bertoldus. de re iud.& ibi etiam latè poſui quomodo condemnatus in abſentia dr̃ in dubio magis condemnatus propter contumaciam , q̃ propter iuſtam cauſam p̃tis,iuxta l.ſi ideo.ff.de cuic. Cætera uide in Dictionario in uer. abſens.& in uer. præſens.

* Porrò * Dum Abb.ponit in no.q̃ matrimonium ſpirituale dr̃ per electionẽ initiatum,per confirmationem ratum,per cõ-

12 ſecrationem conſummatum. ¶ Adde † eundem in c.inter canonicos.de electione.ubi ponit eadem in notabilibus:& pulchrè ſcribit Card.conſi.141.inci.Punctus q̃onis. dicens,q̃ qui acceptauit beneficium ſibi collatum,uidetur per quaſi contractum ſe obligare ad adminiſtrationem illius,per ea. niſi cum pridem.uer.uerum.de renun. ibi, ſponſam tuam:eu deſigendo manum apud extraneum te fide media copulaſti , quam literam dicit Car. ſe conſuetum ſingulariter allegare,& hæc eſt ratio,quare beneficiatus non poteſt dimittere beneficiũ ſua uoluntate, c.admonet. & c.quod in dubijs.de renuo.& infert, q̃ talis contractus non debet per Papam ſine cauſa diſſolui, per ea , quæ not.in c.quæ in eccleſiarum.de conſtit.& reprobat ſing. glo. in c.per principalem.9.quæ.3.ut retuli in d. cap. quæ in eccleſiarum .

* *Porro .*] *Adde quod iſte eſt.§ .c. quoniam frequenter.qui in impreſſionibus Venetiis diſtinctè ponitur a.c.cum ſuis ſummarijs, ſed in impreſſione unde præſens impreſſor ſumpſit copiam , ſtat continuatum , ut hic, ut uideris.*

13 ¶ Sunt † tamen inter matrimonium carnale & ſpirituale 28.differentiæ, ſm Doc.e in c.tuæ. de ſpon.adeò q̃ dicit ibi in fin. q̃ qui uult arguere de m̃rimonio carnali ad ſpirituale,debet allegare ius,in quo probetur illa ſimilitudo : t̃n dicit uerius eſſe , q̃ procedit argumentum [c] de uno ad reliquum,niſi oſtendatur diſſimilitudo , per c. inter corporalia.de transla. præla. ¶ Circa gloſſ.in uerſi.ſiue impedit . dum tangit Abba. poſt Ioann. Andr. intellectum clementina prima. de iudic. & uidetur uelle, q̃ ſpirituale ſit in Papa,qui poteſt procedere per citationes affixas in locis publicis curiæ, quando nõ conſtat, quòd reus malitioſe impedit, uel ſe occultat, ſed ſi conſtat, poſſe etiam inferiores citare per talia edicta: nam prima facie utrunq; dictum uidetur falſum:primum enim nõ exprimitur in d.cle.1.imò potiùs contrarium,dum uult,quod conſtitutio Boniſa.non ſeruetur in curia, niſi contra impedientes, ne citentur, aut quorum loca non poſſunt tute adiri. Similiter circa ſecundum dictum eſt uerum,quod Bart.in extrauа.ad reprimendum.in uer.per edictum.in princ. expreſſe ſentit,quòd inferior à principe poſſit citare in duobus caſibus,de quibus in d.cle.Sed hoc dictum eſt contra illum tex. cum gloſ.in uerſi.ex ſcientia.& ita firmiter tenet ibi Imol. in 5.col.uerſic.ex prædictis.dicens,quòd de iure Cano.non poteſt inferior à Papa facere citationem ſimilem illi,de qua in dict.clemen. 1. in caſibus ibi poſitis. Vnde ultra citationem, de qua ibi, debet in illis caſibus facere intimationem citationis in loco uiciniori, ſecundum formam cle.cauſam. de elec. in uerſic.uerum.cum gloſſ.Sed de iure ciuili poteſt procedere opin.Bartol.licet æquum eſſet etiam in foro ciuili ſeruare dictam intimationem, per id quod not.gloſſ. in dicta cle. in uerſic.reſtringimus,ibi,nam graue. & facit optimè ſecundum eum cle.1 .de fo. compet. ubi eſt ſpeciale in caſo illo. Igitur, &c, Et licet Abba. dicat. quòd certo modo eſt differentia in hoc inter Papam & inferiores,tamen ex iſtis dictis Imol.non uidetur differentia, niſi de iure ciuili. Ex uno uidentur concordari Imol.& Abb.dum dicunt,quod debet fieri intimatio: ſed Abb.ponit hoc pro utili ad cautelam,Imo.autem p̃ neceſſario.Et cum illa glo. in uerſic.Papa.tranſit ibi Car.in tertia opp.Et idem ipſe ſentit in d. cle. 1. de fo.comp. in quinta opp.Et hoc modo erit iſta differentia inter Papam & inferiorem quoniam citando Papa in caſibus prædictis non intimat citationem in loco uiciniori,inferior bene intimat. ¶ Conſidera etiã,quòd d. cle.j.nihil noui uidetur inducere, dum dicit,quòd iudex datus à Papa non citat edicto, niſi Papa ex certa ſcientia hoc committat, nam per iſtum text.uidetur, q̃ quilibet iudex poſſet procedere contra tales citatione facta per edictum.Sed reſpondet Abb.in d.cle.j.quod ille text.loquitur de dilatione facta in curia Romana per edictum ab homine quantũcunque remoto aut in caſibus ibi expreſſis, Papa ex certa ſcientia mandante talis citatio habeat uim citationis perſonalis : alij autem iudices ſine licentia Papæ non poſſunt ita à remotis citare, ſed procedunt, prout not. hic & in

c *Procidit argumentum*] *Quòd ualeat argumentũ de matrimonio carnali ad ſpirituale,adde do. So. conſi.92.inci.Circa primum huius. circa medium 3. colum.in 1.parte , char.154.*

& in cle.cauſam.§.uerùm.de elec.in clemen. j. de foro comp. & ſic uidetur Abb.ibi aliter intelligere illum text.quàm hic. Prædictas uarietates non aduertit do.Maria.in rub.de dilati. fol.68. Sed quærendo quis citare poſſit per edicta,dici ſimpliciter,ſecundum Bart.in d.uerſic.per edictum, quòd ſolùm ordinarij & delegati à principe, alij non, per authen.qui ſemel.C. quomodo & quando iudex. & in corpore, unde ſumitur,& no.Ang.in l.ad peremptorium.ff.de iud. Tamen delegatus non poteſt citare per edictum in albo, cùm non habeat album,per id quòd not.in l.ſi quis id,quòd.ff.de iuriſd.om.iu diiunctis notatis in ſimili in l.illicitas.§. qui uniuerſas.ff. de

32 lam ſententiam, ſecundum do. Ant. hic. ¶ Vltimò † tangunt hic omnes, quo iure petatur editio: de quo dic, ut per eos, et per do. Card. poſt glo. in cle. j. §. cæterum. in 4. q. de uſu. et ibi Imol. per Bart. et alios in l. quædam. in princ. ff. de eden. per Iaco. Butr. et Sal. in l. j. C. eo. per Cy. in l. inſtru. C. ad exhi. per Spec. de inſtr. edit. §. uidendum. in fi. per gl. et Bal. in l. 2. C. de eden. Et dic ſecundum Imol. hic. q. peti poteſt actione ex eo contractu, uel quaſi, ſi quis præceſſit: aliàs offic. iud. per tit. de eden. et hoc inter uiuos. Si uerò ſit interpretatio ultimæ uoluntatis, petitur per interdictum de tab. exhi. ſi reus faciat controuerſiam, ſed ſi fateatur. petitur per interdictum, quemad. teſt. aper. et uide Bald. poſt glo. in l. j. ff. eo. tit. ubi dicit, q. in iſtis proceditur de plano, et non ſeruatur ordo iuris. Et dicit Bald. hic, q. iſta fiunt officio iudicis abſque libello. Et dicit Bal. in l. fi. in fi. C. de eden. q. proceditur ſummatim. Hoc limita, ut per Bar. in l. fi. in fi. ff. de tabu. exhib. niſi editio importaret magnum præiudicium, ut in exemplis ſuis. Et quomodo ſuccurratur, quando iudex non impertitur hoc officium, uide text. et Doct. in c. G. perpetuus. j. de fid. inſtr. Et iſta ſufficiant ſuper hac deci. in qua prolixus fui. Excuſat me materiæ magnitudo, ſed in ſequentibus ſatisfiet proteſtationi factæ in princ. rubr.

SVMMARIVM.

1 *Statutum non ualet, dictans, quòd probatio per acta cauſa non ſufficiat: niſi etiam producens ea, fidem faciat per iuramentum.*

2 *Actor an & quando poteſt petere ſibi deferri iuramentum.*

3 *Statutum non ualet, dictans, quòd ſi reus requiſitus ad ſubeunda tormenta non compareat, habeatur pro confeſſo, quando prius perfectè probaſſet de ſua innocentia.*

4 *Statutum, uel conſuetudo exigens probationem maiorem, ualet, &c.*

5 *Hanc concluſionem limitat quinque modis uſque ibi, nota diligenter duo.*

6 *Statutum, uel conſuetudo, ualet, faciens probationem ualidam, quæ de iure eſt inualida, ſi eſt euidens neceſſitas, uel utilitas.*

7 *Niſi ſtatutum diminuens probationem iuris Canonici eſſet factum ab epiſcopo:*

8 *Vel talis conſuetudo præberet facultatem delinquendi. Alias tres ponit limitationes ad iſtam concluſionem uſque ibi. & no.*

9 *Conſuetudo ualet, quòd teſtamentum poſſit fieri cum duobus teſtibus, etiamſi principis conſenſus non accedat: ſicut eſt Venetijs. Adde uma 10.*

11 *Conſuetudo ſi damnatur, an intelligatur de futura.*

12 *Conſuetudo, uel ſtatutum ualet, reſtringens facultatem probandi ad unum modum tantum putà. per inſtrumentum, uel per teſtes tantum. Et hæc concluſio intelligatur decem modis, ut infra per ordinem ponit.*

13 *Aſtrictus ad probandum per inſtrumentum, uolens probare per quinque teſtes, poteſt.*

14 *Inſtrumentum ſi ſit perditum, poterit probari per teſtes de contentis in eo.*

15 *Statutum laicorum non debet allegari in foro eccleſiaſtico.*

Probi-

16 *Prohibitus probare per teſtes, ſi probat debitum per inſtrumentum, poterit tamen probare damnum & intereſſe, uel damnum dependens à contentis in inſtrumento poterit per teſtes.*
17 *Aſtrictus probare per inſtrumentum, ſi utatur teſtibus parte ſciente, & non contradicente, ualet probatio.*
18 *Statutum exigens ſolùm inſtrumenta à certa quantitate ſuprà, intelligitur de quantitate principali, ſecus de uſuris.*
19 *Maior eſt poteſtas legis, quàm hominis.*
20 *Statutum & pactum an habeant eandem poteſtatem.*
21 *Pactum de ſtando ſimplici dicto creditoris, ualet.*

CAPITVLVM II.

SICVT CONSVETVDO Laudabilis. ¶ Non ualet conſuetudo exigens ſine cauſa rationabili, ultra probationem plenam, iuramentum, ſeu aliquid aliud. H. D. & non eſt text. in iure magis ponderoſè loquens, ſecundum Bal. hic. ¶ No. primò ibi, cùm aliæ. iuncti not. in c. ſedes. per gloſ. & Doct. ſ. de reſcrip. quòd iuramentum eſt legitima probatio, ſecundum Moder. hic dicentes, iſtum text. ante ipſos non fuiſſe notatum, per quem reprobant gloſ. in l. cùm de indebito. ff. de proba. ſed fuit inuentio Ro. in l. admonendi. ff. de iureiur. qui ad idem alleg. gl. in uer. proprium. in c. ſtatutum. §. cùm uerò. de reſcrip. in 6. Sed iſtud procedit largè ſumendo, propriè uerò ſecus, ſecundum gloſ. in uer. abſoluendus. in c. ſi quis. in tit. ſi de inueſti. inter do. & uaſall. lis ori. cum bis, quæ dixi ſ. in rubr. uerſus fi. & additionem. Alia patet reſponſio ex glo. in d. c. ſedes. in glo. mag. in fi. ¶ No. ſecundò, quòd conſuetudo inducens quem ad iurandum, qui plenè probauit, nõ ualet: & ultra rationes gloſ. dicunt Doct. poſt Ioan. An. quòd eſt contra rationem naturalem, quæ non admittit ſuperflua. Facit l. hæc ſtipulatio. §. diuus. ff. ut leg. no. caue. & repugnat iuri diuino. Primò, quia in ore duorum, uel trium, &c. c. in omni. ſ. tit. pxi. Secundò, quia non iuratur, niſi ex cauſa, c. & ſi Chriſtus. de iureiur. Et reperio ultra omnes, quòd Ludo. Ro. per iſtum text.
1 conſuluit Vincentiæ, non ualere ſtatutum, quòd † probatio per acta cauſæ non ſufficiat, niſi etiam producens ea fidem faciat iuramento: quia acta faciunt notorium, * c. cùm olim. de uerb. ſign. not. Innoc. in c. per tuas. in tit. proxi. & in c. ex inſinuatione. ſ. de ap. dũ modò ſint publicata, l. geſta. C. de re iudi. Item dum modò ſit concluſum in cauſa, * ut gloſ. no. in c. ſignificauerunt. in uer. liquere. de teſti. Ita refert ipſe in d. l. admonendi. in ult. col. Item per iſtũ text. in ratione ſui dicit Bal. hic, quòd quando acta non ſunt publicata, ſi actor dubitans non probaſſe, petit ſibi deferri iuramentum in ſupplementum, non derogat fidei teſtium: quia fuit actus erroneus: & ſi ex certa ſcientia feciſſet hoc, prudentiùs tñ facit, qui dicit, peto in quantum mihi expediat, uel peto in defectum probationis, ſi quis eſſet, ſe-
2 cundum eum. Item † per illum text. dicit. Bal. hic, quòd licet iuramẽtum calumniæ præſtari poſſit in quacunque parte litis: aliàs non minus habetur pro cõfeſſo, c. 2. de iur. cal. lib. 6. Tamen ſi recuſans iurare iam perfectè probauit, non tenetur iurare, & hoc alibi ita expreſsè non reperitur, ſecundum eum, quaſi claritas probationum excludat omne dubium calumniæ. Item per iſtũ tex.
3 dicit Bal. hic, quòd † ſtante ſtatuto, quòd ſi reus requiſitus ad ſubeunda tormenta non comparuerit, habeatur pro confeſſo, non procedit, quando prius perfectè de innocentia ſua probaſſet. Et quòd iuramẽtum ſuperfluum non ſit exigendum, uide Bal. in l. j. uer. extrà quæritur. C. de reb. credi. Sed aduerte: quia limitatur iſte text. ultra omnes, niſi contra excipientem eſſet præſumptio, quòd exceptio non eſſet ueriſimilis: quia tunc tenetur maiori onere probandi, quàm ſit plena probatio exceptionis, per text. in c. quia uériſimile. de præſump. quẽ ad hoc no. hic do. Ant. ibi, & in c. ſuper hoc. de renun. ¶ Vltimò per iſtũ tex. tractãt hic ſcribentes tria. Primùm, utrùm ualeat cõſuetudo exigens ſuperfluam probationem. Secundò, utrùm ualeat detrahens legitimæ probationi. Tertiò, quid ſi reſtringit facultatem probandi ad certum modum tantùm: putà per inſtrumentum duntaxat. Et ut habeas ſubſtantialiter dicta oium pluribus de meo inſertis, procedo breuiter per tres concluſiones
4 limitatas. ¶ Prima concluſio. Valet † ſtatutum uel conſuetudo exigens probationem maiorem, quamuis exigat ſubſiſtẽte rationabili cã, & non nutritiua peccati, prout erit hic. Ita not. Io. An. in Spe. de inſtru. edi. §. compendioſè. uer. ſed nunquid. quia ſicut conſuetudo põt inualidam probationem ualidare, c. cùm dilectus. de fid. inſtr. ita econuerſò ualidam inualidare, Et ſequitur do. Ant. do. Imol. do. Abb. & Mod. hic, quibus addé Bal. in c. ſi quis per 30. in pe. col. ſi de feu. fue. contro. inter do. & agn. ubi dicit, ualere ſtatutum, quòd inſtrumẽtum non regiſtratum in memorialibus præſumatur falſum: quia eſt factum ad ſupplendos malos mores, ut per eum ibi, & in diſpu. inci. Statuto cauetur, quòd fœnerator. & Cald. in diſpu. Bononienſi ſtatuto cauetur. ¶ Sed hanc concluſionem limita primò, dum
5 † modò ex tali conſuetudine quis non ditetur cum aliena iactura, ut in donatione: aliàs ſecus, putà in debito ex mutuo, uel ſimili cauſa, ſecundũ do. Ant. hic. Sed contrà tenent Imol. & do. Ab. quia hoc indiſtinctè poteſt operari ſtatutum, uel conſuetudo ex cã: ſic aliàs lex hoc facit ex cauſa, ut in c. præſul. 2. q. 4. & in l. fi. C. ſi cer. pet. & in ſimilibus ſolennitatibus requiſitis à iure ultra ius gentium, uel diuinum: quoniam licet illi non dicant, qui non poteſt ſtatuere contra talia, poteſt tamen ſtatuere præter, ut probatur ex gloſ. in uerbo, tolli. in clem. ne Romani. de elect. & quod no. do. Card. & Imol. in c. ex tuæ. de cler. non reſi. & gloſ. 3. in c. fi. de conſuetu. in 6. dat exemplum do. Abb. ſi fortè in loco uigeret praua hominum ſecta fraudibus inclinata, maximè cùm illud, In ore duorum. non ſit præceptũ morale, ita ut obliget ad mortale, ſed eſt iudiciale fundatum certa ratione, qua deficiente ueritas non reperitur. Facit optimè, quòd no. Arch. in c. ult. 16. diſt. & do. Ab. in c. quoniam cõtra. in 4. no. ſ. co. & pro iſto exemplo do. Ab. facit, quòd ſcribit Bald. in authen. ſacramenta C. ſi aduer. uen. & Imol. in c. cùm contingat. in 17. char. ſ. de iureiur. dum dicunt, quòd ſi malitia hominum loci eſt facilis ad decipiendos minores, ualet ſtatutum, quòd contractus minoris non firmetur iuramento, & per Bald. in ſimili in l. 2. in 9. q. C. de reſcin. uend. Scias tamen, quòd impeditus uti probatione de iure legitima, poterit denũciare in foro eccleſiaſtico aduerſarium ditari cum aliena iactura, ſecundum Imol. hic per no. in c. nouit. ſ. de iudi. Quod eſt bene menti tenendum, ſecundum ipſum: & confirma ex his, quæ dicam in tertia concluſione, uerſ. quartò intellige. ¶ Limita ſecundò hanc concluſionem, dum modò de ratihabitione conſue. appareat expreſsè: nam illa in dubio non præſumitur, quã eſt ultra ius commune: & fortiùs hic, ubi læditur naturale, uel diuinum, ſecundum do. Abb. per text. in c. 3. de eo, qui mit. in poſ. cauſa rei ſer. ibi, laudabilem eſſe conſtiterit. & per Doct. in c. fi. de conſue. & ibi Imol. ſecus; in conſuetudine præter ius, ut in c. alla. 1 adult. Et quamuis do. meus hic nitatur ualde diffuſè probare, quòd in dubio præſumatur rationabilis, ut uidere potes, tamen quia tandem ipſemet reſoluit motiua ſua, dicens hanc opi. eſſe communem, * ideo cum hoc tranſeo: de quo etiam per Feder. conſil. 17. quod incipit, quæſtio talis eſt: per Domin. in §. leges. 4. diſt. & in c. fruſtra. 8. diſt. & in c. 1. in ulti. col. de conſti. in 6. & do. Ant. in c. cùm cauſam. in fi. de re iudi. & do. Ant. & do. Abb. in d. c. 3. Et hanc limitationem ampliat hic do. meus, etiã ſi in ſtatuto exprimatur cauſa irrationabilis: quia illa non præſumetur, nec ſtatur dicto ſtatuentium, niſi de ipſo appareat, quando ſtatuitur contra ius gentium, uel diuinum, ut eleganter Bart. in l. diuus. ff. de adi. leg. ſecus, ſi ſtatuerent contra ius poſitiuum, ut per Bar. in l. ambitioſa. in ult. char. uer. primò quæro. ff. de decre. ab ord. fac. Et hoc bene no. ¶ Limita tertiò hanc concluſionem, niſi eſſemus in foro conſcientiæ, & cauſa, propter quam ex ſtatuto, uel ex conſuetudine requiritur ſuperflua ꝓbatio, ceſſaret, per id, quod not. Bal. in l. cùm quis. C. de iur. & fac. igno. dũ dicit, quòd lex fundata ſuper præſumptione non ligat in foro conſcientiæ, in quo attenditur ueritas, c. inquiſitioni. de ſent. exc. no. Ioã. An. & do. Ant. in c. is, qui fidem. de ſpon. Et iſtud probari poteſt ex not. per Pet. de Anch. in regula, poſſeſſor. in 4. opp. de reg. iur. in 6. maximè in eo, quod ponit in 5. char. uer. ex quibus concludo, quòd iſte Titius. Vbi tamen ceſſaret cã ſtatuti, eſſet magis dubiſu

Notorium] Add *de Soc. conſil. 195. incip. circa primũ conſultationis articulum. uerſ. ex quibus patet ſolutio. cor. med. in 2. par. in cõſil. 169. incip. circa primũ. uerſ. ſecundo poteſt ſe iuuari. in ea. par.*

In cauſa] *Adde Phil. in d. c. ex inſinuatione. de app. Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune. de acq. poſ. niſi ex confeſſione quæ facit notoriũ, etiam ante concluſum in cauſa, non autem aliæ probationes. pro quo uide Rot. deciſ. 327. alias. 6. de except. in nou. incip. ſi contra. poſt num. 2. et deciſ. 7. alias. 1. de appel. in nou. inci. ſi appelletur. & eſt text. in cap. fin. de cohab. cler. et mul. & ſentit Anto. de Butr. in c. cum dilectus. de cau. poſ. & propr.*

& fortè ſecus,per ea quæ no.Cal.in tit.de conſti.conſil.20. & diſpu.ſua Bononienſi, Statuto.in fi.& Pet.de Anch.conſil.21. q incipit,Videtur prima facie. ¶ Limita uerò, ut non procedat tale ſtatutum,uel conſuetudo, quo ad clericos,uel eccleſias. Ita expreſsè no.Cal.in d.diſpu.in pe.col.& conſuluit Pet. de Anch.conſil.252.incip.ſ. dictum ſtatutum. & ita dicit do. Ant.ſe reſpondiſſe in facto,in c.relatum.el.j.in j.col.de teſta. & ibi do.Ab.alleg.c.eccleſia ſanctæ Mariæ.de conſti. & c.pen. ſ.de conſue.cum ſimi. Et circa hanc concluſionem not. diligenter duo. ¶ Primò, q conſuetudo, uel ſtatutum diſponens aliter, quàm ius diuinum, quod loquitur diſiunctè, & reſtringit ſe ad unam partem,ualet. ita ſing.no.Imol.hic, dum dicit, q ſtatutum requirens tres teſtes,non eſt contra ius diuinum: quia dicit,in ore duorum,uel trium. ¶ Secundò no.q conſuetudo poteſt addere aliquam ſpeciem probationis iudicialem ad aliam ſpeciem, per quam nõ inducebatur plena probatio. Ita eſt text.no.in c.j.de iur.cal.in 6. quem ad hoc not.Domi. ibi,ſecus dicens,ſi uellet addere plenæ probationi aliam ſpeciem probationis.per illum tex. quem ita dicit ſe intelligere. Et ad 4.limitationem, de qua ſ.adde Bal.in autehn.caſſa.uer. Quinto quæro.C.de ſac.ſan.eccl. ¶ Secunda concluſio.Valet
6 † conſuetudo,uel ſtatutum faciens ualidam probationẽ, quæ de iure eſt inualida,ſi concurrerit euidens neceſſitas,uel utilitas,ſecundum Io.An.latè in addi.Spe. loco & uerſi.allegato in præcedenti concluſione,& ſequuntur do. Anto.do. Abb.& Scribentes hic per tex.in c.cùm dilectus.in 2.reſponſo,de fide inſtru.& in c.quicunque.12.q.j. Idem tenet Bart.in l.ſi ſeruus communis ipſe.ff.de ſtip.ſeruo.& Bald.in rub. C.de fid.inſtru. in pe.col.& do.Abb.in c.bonæ.el 2.in ult.col.de poſt.præla.in repe.c.cùm eſſes.in j.col.uer.quintò no. j.de teſti.& in c.ad noſtram.& in c.cùm cauſam.in 2.col.j.eod.& Domi.in c.quàuis. de procu.in 6.& do. Anto.in proœmio huius lib.& do. Abb.in c.j.de appel.& do.Anto.& do.Ab.in c.cùm dilectus. & Bald.in l.j.in 2.char.C.de ſum.trin.& Cald.in tit. de conſue.conſil.2. decedentes propter hoc multa pulchra,& dicit Bald.in l.quoties.ante fin. C.de iudi. q ſtatutum poſſet diſponere, q ſtetur extraiudiciali informationi teſtium:& procedit iſta concluſio etiam in cauſis laicorum, quæ agerentur in foro eccleſiæ, ſecundum Ioã.And.Pet.de Anch.& Domi.in c.ſeculares.de for. compe.in 6.& do.Ant.in d.c.cùm dilectus.& Bal.in extrauag. de pa.Conſtan.in fi.princ.& idem puto in concluſione præce-
7 denti. ¶ Sed aduerte:quia † iſta cõcluſio limitatur ultra doc. Primò, niſi ſtatutum diminuens probationem iuris Canonici eſſet conditum ab epiſcopo,ut latiſſimè per Feder.conſil.17. incip.Quæſtio talis eſt,nunquid conſtitutio epiſcopi. ubi conſuluit non ualere ſtatutum epiſcopi , q uſurarius poſſit conuinci per teſtes ſingulares, uel cõfeſſionem extraiudicialem. Et aduerte: quia fortè illud non procedit in conſuetudine, per ea quæ latè no.do.Abb.in c.fi.uer.ſed pulchrum eſt uidere. ſ. de conſue. ubi dicit, ualere conſuetudinem inter perſonas eccleſiaſticas contra ius Canonum & non ſtatutum,ut ibi: quia conſuetudo habet tacitum conſenſum principis,& difficilius remouetur , ut per eum ibi, & in c. cùm M. de conſti.&
8 tetigi in c.Iacobus.de ſymo. ¶ Limita † ſecundò,niſi tale ſtatutum,uel conſuetudo præſtaret facilitatem delinquendi. Ita ſing.uoluit Bal.in l.unica.circa princ.C.de confeſ.dicens,non ualere ſtatutum,q detur fides libris mercatorum,quando ſcripturæ de ſui natura non ſunt uerisſimiles ad bonam exiſtimationem mercatorum:uel quòd in magna quantitate eis credatur in fauorem ſuum:& ſequitur latè do.Abb.quem uide in c.bonæ.el 2. in ulti.col.de poſtu.præla. quicquid ſecũdum eum dicat Bald.in l.cunctos. C.de ſum.trini. Bene facit,q not.do. Benedic. contra Pet.de Peru.in c.ad noſtram. j.eod.ubi dicit, non ualere conſuetudinem , q teſtis non teneatur reddere cauſam ſui dicti: & adduco Bald.in l.ſi non ſpeciali.in fi.C.de teſt.ubi dicit,non ualere ſtatutum, quòd teſtes probent, licet reddant malam cauſam,niſi exponeretur,non concludentem de neceſſitate uerisſimile tamẽ.ut ibi per eum,ad idem,facit. q no. Ang.& Imol.in l.3.ff.de teſta dicentes, non ualere conſuetudinem , uel ſtatutum , quòd teſtes præſentes teſtamento non teneantur uidere teſtatorem. ¶ Limita tertiò,niſi ſtatutum,uel conſuetudo taliter diſponens loqueretur in cauſa criminali , & poſſet ſequi mors: putà , q propter fugam reſultat plena probatio,ſecundum Mod. hic allegantes in ſimili Fed. in d.conſil.& Bal.in l.ſolam.in fi.C.de teſti.q dictum licet ſit pulchrum , tamen non bene probat. Ideo non uidetur quòd ex cauſa poſſit conſuetudo inducere pœnam mortis ultra ius cõe,per text.not.in l.ſæcularij.§. ſunt quidam.ff. de extraor. crimi.Per quem dicit Bald.in tit.de pace Conſtan.in 8. char. q conſuetudo habet poteſtatem in ſanguine hominis,& refert Ant.in c.ſicut.j.de Iudæ.& allegatur Bald.in c.j.§. fundum.de pace iur.fir.Et ideo dicunt do.Anto.& Imol. in c.de cauſis.de offi.deleg.q pœna ex conſuetudine debita dicitur ordinaria. Ibi alleg.gloſ.in l.quid ergo.§. pœna grauior.ff. de infa. Not. Bald.in l.& ſi ſeuerior.C.de infami. Dixi aliàs in c.inquiſitionis.in prin. j.de accuſ.& adduco gl. ualde ſolennem in c.cùm homo. 23. q.5. quæ dicit,ualere conſuetudinem,q ubi agitur de pœna mortis , interueniri poſſet fideiuſſor, licet aliàs non poſſit,ut in ea.gl.cum ſuis concor.& ad hoc ★ ipſam no.Ro.ſing.131. ★ Si tamen conſuetudo induceret pœnã mortis ex cauſa adeo leui, q contingat innocẽtem condemnari, tunc non ualeret tanquàm repugnans iuri naturali,per not.in c.fi.de conſue. & Bald. in l.omnes populi.de iuſti. & iur. ¶ Limita quartò , ut habeat locum talis conſuetudo ſolùm inter perſonas,inter quas obſeruata fuit in ſubditis illorum iuriſdictioni,quorũ authoritate introducta fuit . ſecundum Io. An.in Spec.de inſtr.edi.§.nunc dicendum. in addi.magna,uer.6.eſt temporis obſeruatio. & Bald. in c. cùm dilectus & eleganter Pet.de Anc.in repe.c.j.in 27.chart.uer. ſequitur alia q. ſ.de conſti. operaretur tamẽ inter ſubditos ipſos in alieno territorio,ſecundum Bal.in l.nec exemplo.ad fin.C.de proba. ¶ Limita quintò,niſi cõſuetudo eẽt introducta cõtra legem, quæ haberet clauſulam derogatoriam ad cõſuetudinem, ſm Io.An. in Spe.in d.§.compẽdioſè.& do. Ab. hic,qui alleg.Bar. in l.de quibus.ff.de legi. & in d.l.oẽs populi.Quod declara,ut ſtatim dicetur. Et no.q quædam ex limitationib. iſtis adaptantur ad concluſionem præcedentem,& econuerſo.
9 ¶ Vltimò propter iſtam concluſionem infertur,quòd † ualet conſuetudo, q teſtamentum fieri poſſit cum duobus teſtibus, etiamſi principis conſenſus non accedat,prout Venetijs,ſecundum Bar.eleganter per tres rationes in l.cunctos.uerſi.tertiò quæro.C.de ſum.trin. Idem Bal.in l.ſi non ★ ſpeciali. ★ uerſi.ſed ego dico. C.de teſta.& in l.fi.in j.col. C.de fideicom. & in authen. defuncto.in fi.C.ad Tertul.& Bart.& Ang. in l.teſtamenti factio.ff.de teſta.& Bald.in l.ſed in ea. in x. commento, ff.de legi. & in l.non poſſunt.eo.tit.& Paul.de Caſt. in authen.quod ſine.C.de teſta.& Pet.de Anch. in repe.d.c.j.in 26. char.& domi.Ab.& do. meus hic, qui dicit , hanc eſſe communem, ★ ★ & tenendam eam. Limita ſm do. Abb. hic , dum mõ clarè appareat conſuetudinẽ fuiſſe inductam ex cã noua & rationabili, putà ſi non extat memoria falſitatis commiſſæ, & propter diuerſas hominũ curas difficile poſſent tot ſolennitates adhiberi , ut hic per eum, cuius uerba ſunt oĩa Io. And. ubi ſ.licet ipſe non dicat:imo fortiùs dixit do.Ant.in c.cùm eſſes. de teſta. q in pũcto iuris ẽt citra cõem conſuetudinem ualet teſtamentum inter laicos in quacunq; materia confectum coram duobus idoneis teſtibus,per illum tex.de quo ẽt ipſe ponit in c.nouit.ſ.de iudi.& in c.dilecti.in j.col.eo. tit. & in c.cùm ad ſedem.ſ.de reſti. ſpol. in c.indicante.in j. col. j.de teſta.& profundiſſimè Ro.dicẽs ſe diſputãdo hoc obtinuiſſe, in rep.authen.ſimiliter.in 17.char.C.ad l. Fal. licet dicat ſe in conſulendo nunq̃ hoc tenuiſſe:& dicit Imol.hoc ſe in hac urbe cõſuluiſſe,contra illud dictũ Bar.in quo nunc
10 non intro. ¶ Sed aduerte: quia † contra Bar.in l.cunctos populos.tenet Ioan. And. in addi.Spec.in d.§. compendioſè. & Oldr.

★ 131] *Adde quod eſt ſing. 129.incip. In ſcis quod in cauſa criminali: ubi hoc firmat per glo.d.c.cum homo. alle.in tex. in uer. ſupplicium. & uide Felin.in c. legebatur.col.2.de mun. & obed. & in cap. contingit.col.2. uerſi.per gl.ibi.de ſen. ex.cõ. & in addit. ad Abb.in expoſit. decr. col. ult.plenè per Saly.poſt Cyn. in l.ad commentariẽ ſem. C. de cuſt. reor.& ad d.gl.uide Rom.in conſil.15. incip. plura ſunt nu.2.*

★ *Speciali] Adde ibi Saly.qui Alex. qui dicunt quod communis ★ opinio eſt quod ſic, prout hic dicit etiã Author. per tex. in d. l.ſi non ſpeciali,& p l.1. C.quemad. teſtam. aper. ſed Bald. in d.l.ſi non ſpeciali quẽ Caſtr. ſequitur dicit contrarium, quod nec per ſtatutum, nec per conſuetudinem põt fieri , quod in teſtamentis ſufficiat minor numerus quinq; teſtiũ. ut l.fin. C.de teſtib.minus aut nullo mõ concedimus. idẽ uidetur uoluiſſe Oldr.cõſil.248. incip.pra ſuppoſi. conſuetudine.uerſ. ad primã quæſtionem.ad cuius materiã uide ẽt Socin. conſ.73.incip.Viſa aſſerta.uerſ.circa prim. in 11par.&*

Raph.

Repl. in d. l. ſi non ſpeciali. & an & quando teſtamentum cum quinque teſtibus ualeat. ui. Socin. conſil. 229. incip. primo aſpectu. uerſi. nec huic cõcluſioni. cũ uerſ. ſeq. in 2. par. & Singulariter nota: quod licet teſtamẽtũ regulariter requirat ſeptem teſtes, ſi tamen fiat corã presbytero et duobus teſtibus idoneis ualet, & ſi nõ fiat ad pias cauſas, & per ipſos teſtes probatur, ſaltẽ in terris eccleſiæ, & * *iſta eſt communis opinio in c. tũ eſſet. de teſtam. ſecundũ Capr. qui ponit limitationes & ampliationes. in conſ. 75. incip. etſi uſu. col. 1. nu. 4.*

coſ. 248. inci. Propoſita conſuetudine. in ſe
cundo dubio, & do. Ant. Imo. & Mod. hic, &
Imol. in d. l. teſtamenti factio. & do. Ant. in
repe. c. fin. ĩ. de conſue. quem in hoc reputo
ſibijpſi contrarium, per prædicta. Mouent
ſolùm per tex. in l. fi. C. de teſta. ubi uidetur
reprobari cõſuetudo diminuens numerum
teſtium in teſtamentis: & ideo ſuccedit no
tabile dictũ Bald. in repe. l. de quibus. ff. de
legi. ubi dicit, q qñ lex derogat conſuetu-
dini expreſsè, non põt ſine conſenſu princi
pis noua conſuetudo induci. Et idem tenet
Domi. i e. dist. in ſumma circa fi. allegando
Io. An. in d. §. cõpendioſè. Sed nihilominùs
prima opi. reputatur uerior: & ad d. l. fi. re-
ſpondet Pet. de Anch. in d. c. j. & Bar. in d. l.
cunctos. q licet derogetur conſuetudini, nõ
intelligit de futura, ſed de præterita: qa re
ſponſio eſt ualde no. ad alia ꝓpoſita, & eſt
gl. no. in cle. ſtatutum. in uer. cõnſuetudinẽ.
de elect. No. ẽt Bald. in d. l. fi. C. de teſta. &
Pe. de Anch. in c. cùm ab omni. de ui. & ho.
cle. & Imo. & Pau. de Caſt. in l. ſi mihi & ti-
bi. §. in legatis. ff. de leg. j. & Pe. de Anc. cõſ.
11 146. inci. cõſuetudo. Sed † non teneas iſtam
reſponſionẽ: qa nõ eſt uerum ita abſolutè,
q damnata cõſuetudine non intelligat̃ de
futura ſm opi. cõem, * & ex gl. pe. in cle. ſi
una. de reb. eccl. non alle. & ibi not. Pau. Io.
de Lig. & do. Car. in fi. & Bal. in l. 2. in 2. op
po. C. quæ ſit long. cõſue. & do. Ant. in c. cer
tificari, de ſepul. & Imo. poſt do. Ant. in c. fi. de cõſue. & ibi do.
Ant. i 12. char. & Imo. in l. 3. ff. de teſt. & do. Can. cõtra gl. ibi &
d. cle. ſtatutũ. in 2. opp. & in cle. dudũ. §. nos etenim. in 8. q. de
ſepul. & Pau. de Caſt. in l. ſi ſtipulatus fuerim. §. cũ ſtipulamur
ff. de uer. obl. & Io. And. in Spe. ti. de dnor. §. nunc aũt. in addi
tione, reaſſumpſit, &c. & Ang. in §. ex non ſcripto. Inſti. de iur.
na. gen. & ciui. qa ſi damnatur conſuetudo, per hoc apparet, q
non eſt rationabilis, & per conſequens, non põt nouiter cõtra
ius cõe introduci, per c. fi. de conſue. ¶ Eſt uerũ, q ſi poſt legem
derogantem conſuetudini inducitur alia conſuetudo præſcri
pta ex cã noua, uel ueteri, ſed non cogitata per legiſlatorẽ, ua
lebit, qa ceſſat dicta rõ, cum imo ſit rationabilis. & ita no. do.
Ab. in c. fi. de cõſue: quaſi in fi. & hic, per qđ clare decidit̃ qõ
noſtra, nã conſuetudo inducta poſt d. l. fi. pſupponitur ex cã no
ua introducta. Igitur ualet. Et iõ hoc remaneo omiſſis multis
quæ extra ꝓpoſitum extendit: ſc do. meus in hoc, utrũ dam-
nata conſuetudine intelligatur ẽt de futura? De quo ultra al-
legata per eũ remitto ad Dom. elegantiſſimè in c. 2. in ult. col.
de cõſt. in 6. & Pe. de Anc. in cle. j. in 2. no. de exceſ. præla. & Al
ber. in j. parte ſtatutorũ, q. 73. & Bal. in c. j. in prin. de capi. Cõ
ra. & in c. j. in prin. per quos fiat inueſt. & in l. dudum. C. de cõ
trah. emp. & l. fi. C. de teſta. & in l. de quibus. ff. de legi. & dom.
Ab. in c. cæterum. in fi. de iur. calũ. & Pau. de Caſt. in l. depreca
tio. ff. de l. Rho. de iact. & Ana. in c. 2. in prin. ne præla. uic. ſuas
& Inn. in c. ex parte. de conſue. & Pe. de Peru. in trac. de unio-
ne, in 6. dub. & in trac. can. parochia. in 5. dub. 5. char. illius
dubii. uer. 2. quæritur principaliter. Et cõis opi. eſt cum gl. in
d. cle. ſi una. Sed in iſtis locis inuenies quaſdam ſubtiles limi-
12 tationes. ¶ Tertia † concluſio. Valet ſtatutum, uel cõſuetudo
reſtringens facultatẽ probandi ad unum modum tantũ putà p
inſtrumentum tm̃, uel per teſtes tantum. Ita uoluit Spe. in tit.
de ꝓba. §. uidendũ. uer. ſed pone, q in inſtrumento. Sicut enim
lex põt alterare & minuere probationes, ut in Spe. de inſtr. e-
di. §. reſtat. uer. ſed ſi alij & per gl. in c. i. de cenſi. in 6. & in c. i.
in uer. authentico. C. de ſent. exc. eod. li. ita conſuetudo ſecun
dũ ipſum, cum quo tranſeunt do. Ant. do. Abb. & do. meus hic,
& iſtam concluſionem præſupponunt pro uera doc. ĩ. alleg. &
eã ſentit do. Ant. poſt Hoſt. in c. ſignificauit. in ult. co. in ti. pro
xi. & do. Ab. in c. propoſuiſti. in prin. ĩ. e. cũ concor. quas ibi di-
cam, licet Imo. & Mod. hic aliter dicant: ſed eorum rationes
procedunt ut dicam ĩ. in 2. intelligentia huius concluſionis, &
eam amplia, ut dicam in 7. intelligentia, uer. & no. Sed hanc
concluſionem intellige primo, niſi reſtrictus ad certam ſpeciẽ
probationis uellet probare per confeſſionem aduerſarii, ſecũ-
dum Mod. hic alleg. Pe. de Anch. conſi. 326. ubi dicunt, eum oõ

ſoluiſſe, q ſtante ſtatuto, ſolutio debiti, de quo conſtant per iſ
ſtrumentum publicum, non poteſt probari per confeſſionem
creditoris: quod eſt ſing. & perpetuo notãdum, ſecundum eos.
Sed tu conſidera: quia in illo conſilio, quod
* eſt mihi 345. & eſt Sal. * expreſſe dicitur
totum contrarium, uidelicet q qui non po
teſt probare per teſtes ſolutionẽ debiti, nõ
probauit per teſtes deponentes de confeſ-
ſione creditoris. Vnde dicerem q qñ per te
ſtes uellet probare confeſſionem partis, nõ
poſſet propter eandem rationem, propter q̃
ipſum principale nõ permittitur probari p
rationes Sal. ſed ſi per poſitionẽ uellet uti
confeſſione aduerſarii, nõ dubito, q poſſet
qa, ut dixi in rub. prohibitus probare põt fa
cere poſitiones, cũ confeſſio non ſit proba-
tio propriè. & per hoc facit, quod no. Bar. in
auth. ſed iam neceſſe. C. de do. ante nup. &
Bal. in l. filiũ. C. fa. erciſ. & Doc. in c. ii, qui ſi
dẽ. de ſpon. cum concor. ubi admittit̃ proba
tio cõtra præſumptionẽ iuris, & de iure per
13 cõfeſſionem. Ergo fortiùs hic. ¶ Secũdò † in
tellige, niſi aſtrictus ad ꝓbandũ per inſtru-
mentũ, uellet probare per quinq; teſtes. Ita
ſing. no. do. Ab. hic per l. teſtiũ. C. de teſti. in
ducendo, ut per eũ, qui de hoc feſtũ facit, &
idem repetit in c. cũ Ioannes. de recollectis
Parmenſibus. ĩ. de fi. inſtr. allegando Dy. in
14 l. optimam. C. de contrah. ſtipu. ¶ † Tertiò intellige, niſi in-
ſtrumentũ eẽt perditum: quia probata amiſſione poterit pro-
bari per teſtes, quid in eo continebatur, per d. l. teſtium. in fin.
quod etiam ſentit do. Abb. hic, licet non inſiſtat. ſed expreſſè
tenet Bar. in d. lege, teſtiũ. dum modò probentur tria, ſcilicet
actum fuiſſe celebratum, ſcripturam in de confectam, & eãm
perditam. ¶ Quartò intellige ſecundum do. Ant. hic, niſi ha-
bens probare uellet producere teſtes legaliſſimos. qa poterit
de æquitate Canonica, ne cõtingeret alium ditari cum alte-
rius iactura: & eſt de mente Spe. ubi ſ. & facit, q not. Ant. in d.
l. cùm eſſes. cum concor. quas dixi ſ. in uer. imo fortiùs. Videt̃
tamen in hoc debere recurri ad eccleſiaſticum, putà per uiam
denonciationis, ut ſentit do. Ant. hic. & meliùs in c. cùm Ioan
nes. uer. ad primum. de fi. inſtr. ubi dicit. ſe putare, q ſi præclu
ſio facultatis probandi nutrit peccatum, poteſt quis uti uia de
nunciationis euangelicæ: & certè de peccato nõ obſtabit, niſi
ex qualitate teſtiũ: ex quo apparet, q in iudicio ſeculari hoc
forte non procederet: maxime qñ reſcuetur mirabile dictum
Ang. in l. j. §. pueritiam. ff. de poſtu. ubi dicit, q ſi ex forma ſta
tuti contra inſtrumentum, allegans ſe habere probationes pa
ratas per teſtes, non poteſt petere ſe remitti ad curiam epiſco
pi rõne denegantis iuſtitiam: quia non denegat iudex laicus
iuſtitiam: ex quo ſtatutum ita diſponit ꝓpter gl. ibi in uerbo,
prætor ratus. Quod dictum per oĩa non approbo. ¶ Quintò
15 † intellige, dum modò tale ſtatutum allegetur ſolùm inter
laicos, nam coram iudice eccleſiaſtico non ſeruabitur, ſecun-
dum Domi. hic. alleg. Petr. de Anch. in reg. ea, quæ in ulti. col.
de reg. iur. in 6. ubi dicit, eum alleg. Feder. Sed non uidi de
recenti Petr. de Anc. quia dicit, q in foro eccleſiæ non poſſet
allegari tale ſtatutum inter laicos, ibi litigãtes: nec iſtud fortè
procedit per uo. per Io. And. in c. ſeculare. de for. compe. in 6.
Secundo: quia non allegatur ibi Fed. ſed Io. Cald. & bene in
diſpu. incipiente, Statuto ciuitatis. in fi. ubi firmat, q ſtatutum
per q debitum, à centum libris ſ. non põt probari per teſtes,
non ligat clericũ ẽt in iudicio ſeculari: & ſequitur Pe. de Anc.
in repe. c. j. in 28. char. uer. accedat. de conſti. & Imol. in repet.
c. cùm contigat. in 38. char. de iureiu. & eſt pulchrum ad ma-
teriam c. q clericus. de ſo. compet. ¶ Sextò intellige, niſi age-
retur de ꝓbando iuramento, q interueniſſet in contractu: qa
licet ipſe cõtractus ex ſtatuto exigeret ſcripturam, tñ p duos
teſtes probabitur iuramẽtũ, ſaltem corã iudice eccleſiaſtico, ſi
corã eo ageret ad obſeruantiã illius cõtractus, iuxta c. cùm cõ
tingat. de ſo. compe. in 6. Ita ſingulariſſimè
noc. Imol. in d. c. cùm contingat. in 6. char.
Quod non exeat mentẽ tuam. ¶ Septimò
16 † intellige, niſi taliter ꝓhibitus ꝓbaret de
a bitum per inſtrumẽtum, [a] ſed damnũ & in
tereſſe dependens à cõtẽtis in inſtrumẽto

** Sal.] Adde quod uterque numerus corrupte allegatur. nam eſt conſi. 350. & incip. in quæſtione prædicta. & quia tam anch. quam relati ab ipſo, referũt intricate Anch. ideo hic ſubijcio eius dicta ad uerbũ. ipſe igitur diſputata quæſtione, ut ſi concludit, dicẽs, quãdo debitũ prohibetur per teſtes probari, prohibitur per confeſſionem probãdũ per teſtes probari. & hoc not. ut ſolius intelligas authon. hoc.*

a Prohibitus probaret debitum per inſtrumẽtum.] Addi in, quid ſi uellet probare per teſtes,

per teſtes:quia poſſet ſm Bar.in l.certi condictio.§. quoniam.ff.ſi cer.pet.propter glo. ſing.ibi,& ſequuntur ſimpliciter Mod.Hic. adde,q idem tenet Bal.allegando Iac.Bu. in d.§. quoniam. in authen. ſed nouo iure. C.ſi cer.pe.& Sal.in authen.caſſa.C.de ſac. ſan.eccl.& Io.An.licet nó decidat,in addi. Spec.in tit.de fru.& intereſſe.in ſi. Paul.de Caſtr.in d.§ quoniam.& Pet.de Anch.poſt multa ad hoc pulchra in repe. regulæ, acceſſorium.in 15.char.de regu.iur.in 6.uer. quartò quæro. & ita dicit diſputaſſe dictū Iac.& ſe,& etiam retuliſſe in repet.d.c.j. in 14. q. quia licet ipſum intereſſe excedens ſummam, in qua ſtatutum exigit ſcripturā, non probetur principaliter ex inſtrumēto, tñ quia obligatio damni nó eſt debita, niſi ex inſtrumento, & quantitas damni ſola probatur per teſtes:certè iſta mixta probatio reſultans partim ex inſtrumento, partim ex teſtibus admittitur. Quod eſt ualde ſing.ad multa. Et adduco text. ſing. ſm intellectum do.Ant.& Imol. in c.ſeries.j. tit.proxi.ubi licet publicatis atteſtationib. nequeant product teſtes,tñ poſſunt produci mixti cum inſtrumētis:de quo exclamat Roma.in l.2.in prin. de uerb.obl.& io rub. ff.de arb. cum ſi. Et adduco optimè, q not. do.Anto.& do.Abb.in c.auditis.de reſt. in integ.ubi dicunt per illum tex.q ubi actus debet neceſſariò probari per ſcripturam, tñ qualitas adhærens actui poteſt probari per teſtes.Ex quo infert do.Ab.ſolenniter, q licet gratia Papæ nequeat probari per teſtes,ſed exigat ſcripturam,ut per Bal. in l.humanum.C.de legi. plenè Rota deciſio. 438. * in nouiſſimis,cum concor.tñ qualitas adiuuans literas poteſt probari per teſtes: & potuiſſet alleg.gl.meliorem de iure ad hoc in c. duobus. in uerbo,ſi non appareat.ubi,per teſtes.de reſcri.in 6. & in c.ſi à ſede.in uerbo,apparet.de præb.eo. li. Bene facit,quod not.Bal.in l.j.ff.de leg.2.ubi dicit, q ſicut per ſtatutum inſtrumenta guarentigiata merentur executionem,ita intereſſe,quod petitur uigore inſtrumenti,merebitur eandem executionem. Vnde dicit Bal.in l.j. C.communia de leg.q ſi ex forma ſtatuti inſtru.meretur ſummariam cognitionem, ita proceſſus ſuper hypotheca, quæ interuenit pro ſecuritate debiti,ſi agitur contra debitorem:ſecus,ſi contra ſingularem ſucceſſorem. Similiter dicunt Bart.Bal.& Imol.in l.j.in princ.ff.de his, quæ in teſta. dele. q ita habent executionem paratam ea,quæ præſumptiuè reſultant ex inſtrumento, ſicut expreſſa formaliter in eius tenore.Et no.Bald.in l.unica.§. & ut pleniùs.C.de rei uxo.actio. & in l.ad probationem.la j. C. de prob.& in d.l.ubi adhuc. C.de iu. do. & in l.j. C.de ſideic. Sed poſſet quiſquam dicere,ſm hoc pariſicando iſta, ſicut contenta in inſtrumento,debent per inſtrumētum probari: Ergo ita illud, quod ex eo elicitur, prout eſt intereſſe: q eſt contra prædicta. ¶ Sed reſpondeo,q illud, quod elicitur ex ipſo inſtrumento,eſt obligatio ad intereſſe:& illam non probant teſtes, ſed inſtrumentum: quantitas uerò damni bene probatur ſolis teſtibus, quorum dicta ſuſtentantur ex concurſu obligationis in inſtrumento contentæ,& fauore inſtrumenti extenditur ad ipſius quantitatis probationem per modum fomenti: ſed arg.procederet,ſi diceremus,q quantitas intereſſe probaretur ex inſtrumento:ſed iſta adducuntur,ut appareat,q petitio intereſſe non eſt ex toto ſuper extrinſecis inſtrumenti. ¶ Sed ad unum aduerte:quia per iſta reſultat una ampliatio ad hanc concluſionem, q quoties contra inſtrumentum non admittitur probatio per teſtes ex aliqua diſpoſitione, certè non admittetur contra ea, quæ præſumptiuè reſultant ex inſtru.& ita ſentiunt do.Anto.& do.Abb. in c. cùm olim.j. de cenſi.& Pet.de Anch.conſil.386.incip.Viſa diligenter. Sed q

teſtes,quo teſtes admoueantur per inſtrumētum, an ualeat talis probatio? Vide per do. Ale. in d.l. certi condictio.§.quoniam.ff. ſi cer. pet. in j.col. Adde, quod ſi ſtante ſtatuto tali prohibitiuo pars contra talem prohibitionem protraxit teſtes, & aduerſarius non contradixit, an ualeat probatio illorum? Vide per do.Alex. in d.§. quoniam.in j. col. Adde ad iſta, quòd ex deciſione Bart. in d. l.certi condictio.§. quoniam.concluditur, quòd ſtatutum loquens de caſu ſimplici, nō trahitur, nec extenditur ad caſum mixtum: q expreſſe uoluit Bar. in l.omnes populi.ff.de iuſti.& iure. & do. Alex. in d. §. quoniam. in j. col.

* 438] *Adde quod allegatio eſt corrupta. nam eſt deciſio.332. alias. 27. de reſcri. in nou. quæ incip. licet Romana. quā Aegi.Bell. ad literā refert.in ſuis recollectis. deciſio. 746. incip. licet obſeruet Romana curia. & uide utrobique quando occurrit caſus.*

iſtud non tranſit,ſatis clarè patet per id,q no.do.Ant.& Imo. in c.tranſlato,j.de conſtit.& do.Anto.in c.ſicut.prope ſi.de re iud.& in proœmio huius lib.& Bal. poſt gl.i uerbo,approbet. in l.iuriſgentium.§.q ſere.ff.de pac.in l.generaliter.C.de non nu.pecu.& Bart.in l.j.C.de appo.pub.lib.10. Vbi uolunt ēt in terminis noſtris, q priuilegia inſtrumentorum intelligantur ſolùm de contentis in tenore inſtrumenti,& nó de his, quæ præſumptiuè reſultāt: Ideo dic,ut aliàs dixi i d.c.cùm olim.diſtinguēdo,an illud,q reſultat ex inſtrumēto,deducitur per modū arguendi,qui nullo mō poſſit cauillari, & neceſſariò cōcludat & procedat j.opi.per d.c.cùm olim. Aut illud,q uirtualiter elicitur, non eſt neceſſariò concludens,& procedat ſecūdò adducta. ¶ Octauò

17 † intellige,niſi aſtrictus ad probādum per inſtrumentum,uteretur teſtib. parte ſciēte & non cōtradicente, neq; iudex reſeruaret exceptiones, uel admitteret ſi & inquantū. Ita ſingul.not. Bald.in l.certi condictio.§. qm.præalleg.qa pars tacēdo uidetur approbaſſe hoc genus probationis:arg.l.ſi quis teſtibus.C.de teſti.& ſequitur do.meus hic reſpondendo certis obiectis de mēte Bal. eo non allegato in d.l.ſi quis.in ſi. Et addit,q ſi iudex abſente parte admitteret iſtas probationes, & earum prætextu ſententiaret, ſnia eēt ipſo iure nulla, tanq̄ lata ex probatione reprobata. Allegat Bal. in l.libertorū. C.de teſti. qui hoc dicit per c.2. j.de purg. uulg.& dicet poſt Inn.j.eo.in c.qm. ¶ Nonò

18 † intellige ſtatutum exigens ſolùm inſtrumenta in certa quātitate ſ. ut intelligatur de quantitate principali: ſecus de uſuris. Si

a cūm eēt minor quantitas, [a] q̄ ſtatutum exigat,& ꝓpter uſuras aſcenderet quantitatē ſtatuti,non ſiet coacervatio de duab' ſummis in unā iſto caſu,ſm Bar.in d.l.certi cōdictio.per l.cos.C. de uſur.quia ubi tractat de odio, ꝓut hic,ubi uiolatur ius cōe, non ſit cumulatio,l.ſancimus.§.pe.C.de do.latè Bar.& oēs in illa idem cum eo. ff.de iuriſdi. om.iudic.ſecus,ſi eſſet materia fauorabilis, per l.ſi plures. in ſi.ff.de pact.& l.ſin. C.qui bon. ce. poſſ. Et quod dixi de uſuris, dicas idem ſi debitum creuiſſet per negationē, per l. item ueniunt.§. cùm prædiximus. ff. de petit.hære.cum his,quæ not.Bar.in d.l. ſi idem. ¶ Decimò intellige, niſi probatio teſtium redderetur inefficax per ſtatutū, uel ex conſuetudine,ſed ex pacto: quia nó ualet,ut eſt gl.reputata ſingul.in authē. ut

b ſine prohi.ma.&c.§.j.in glo.magna circa ſi. q̄ ſequitur Imol.c.ſi diligenti.de for.cōp.& ibi do.Ant.& do.Ab.circa 5. col.& Imol.& Moder.hic,& ultra eos do.Flor.in l.j.circa prin.ff.de teſti.et Bal.Ang.& Paul.de Caſt. in l.pactū inter hæredes.ff.de pact.& Hoſt. in Summa de renun.§.quæ poſſunt.uer.q d de pacto.& Paul. de Caſtr.in l.ſi. de præto. ſtip.& Bar.& Angel.in authen. iubemus.de

* iudi.Et eſt cōis opi.ſm Imol.in d.c.ſi diligenti. quia utilitas teſtificādi eſt publica & cōis,nec debet anguſtari,ſed ampliari. in authen.de teſti.in princ. & l.qm.C.de hær. Et tenendo hanc opi.dicas,eā,ut dixi, non procedere in ſtatuto,ſm Ang.in d.authen. ut ſine ꝓhibi.Et hoc mō nō deſtruetur iſta

19 tertia concluſio:qa † maior eſt poteſtas legis, q̄ hominis ſm eum. Vnde lex diſponit anguſtādo ꝓbationē, ut p gl. in c.j.de cēſi.

20 in 6. ¶ Sed † iſtud nō affirmo:qa pēdet ab alio dubio,utrùm ſit eadem potentia pacti

b & ſtatuti:[b] de quo per gl.in rub.C.de decr. dec.li. 10. & in l.ſi diui prædiorū.C.de agri.& cenſi.li.11.& in l.2.C.quæ ſit lon. conſue.p

a Si enim eſſet minor quantitas] Adde tu, quid econuerſo pone, quòd per ſtatutū index non poſſit cognoſcere, niſi ſit cauſa tāta ſummæ? Dic, quòd tunc ſit coacervatio: quia ſit incluſio iuriſdictionis,& nō extinſio, ut per Bart.in l. ſi idem. ff. de iur.omn. iud. in princ.Et ſic ſolue cōtrariam l. ſi plures.in ſi. ff. de pac. Adde ad iſta: pone, ſtatutum eſt, quòd libris mercatorum cum eorum iuramento credatur uſque ad ſummam tantam pone,aliquis apparet debitor in libris aliorum mercatorum, & ſunt multæ ſummæ,quòd nulla de per ſe excedat ſummam taxatam per ſtatutum, an debet fieri coacervatio; ad hoc ne poſſit mercator iurare? Martinus Laud. in d. l.ſi idem. tenet, quod ſit cumulatio: & eum ibi ſequuntur Moder. & ſic non ſtatur iuramento quod not.

b Pacti & ſtatuti] Adde tu, & dic, quòd quandoque aliquod prohibitū eſt fieri per pactū, quia contra bonos mores: & tunc non poteſt fieri etiam per ſtatutum. Ita loquitur gl.in rub. de decret. decur. li.10. Aut eſt prohibitum fieri aliquid per pactum alia ratione, putà publica utilitatis, uel alterius uera ſubtilitatis: & tūc tale argumentum non procedit, uidelicet non poteſt fieri per pactum. Ergo nec per ſtatutum. Ita Bar.in l. omnes populi. ff. de

Bart. in l. iura non in ſingulos. ff. de legi. & in l. non poſſibile. ff. de pac. & in l. nec ex prætorio. ff. de reg. iur. & in l. cunctos. in pe. char. C. de ſum. tri. & do. Car. in cle. Paſtor. in princ. 3. q. de re iud. cũ concor. maximè, quia communiter dicitur, q affirmatiuè, procedit argumentum: quicquid poteſt ſtatutum, poteſt ét pactum: ſed non negatiuè, ut dixi ſ. in c. prox. in notabilib. poſt Imol. in l. alia. §. eleganter. ff. ſol. mat. ¶ Secundò limitatur dictum gl. niſi renonciatio teſtiũ fieret in iudicio, ſm Bartol. & Angel. in d. authen. iubemus. per c. de teſtibus. j. de teſt. & c. cùm ueniſſent. j. tit. proxi. ¶ Sed intelligitur, qñ facultati probandi per teſtes renunciatur extra iudicium, qñ facultas nõ competebat tempore renunciationis. ¶ Tertiò limitatur d. gl. niſi talis renunciatio eẽt per pactum iuratum, ſm Specul. in titul. de proba. in §. fi. uer. ſed qd ſi debitor. & Imol. hic ex quo non eſt contra ueritatem, uel utilitatem publicam principaliter, ſed ſecũdariò, ſicut de iuramento mulieris dicitur in c. cùm contingat. de iureiur. iuncta l. j. ff. ſol. mat. Conſulit tñ Spe. q pars procuret, ut teſtes recipiantur officio iudicis: pro quo alle. Io. An. in c. ad noſtrã. el j. j. de iureiur. & ſequitur Imol. hic, dicens hoc ualde eſſe notandum pro extenſione d. c. ad noſtram. cùm loquatur in iuramento præſtito ſuper uſuris: & ſequitur Domi. poſt Lap. in c. quãuis. de p c. in 6. Sed aduerte: quia conſiderato, q Spe. & Doct. in locis ſ. alleg. præſuponunt ualere ſtatutum, & inter ſtatutum & pactum non apparet bona differentia, in propoſito dici poſſet, q etiam per pactum renunciari poſſet probationi teſtium: & idẽ poſtea dicunt Mod. hic, ſm quos nõ obſtat, q dicitur de publica utilitate: quia nõ probatur iure, licet dicatur, q uſus teſtium eſt frequens & neceſſarius, l. j. ff. de teſtib. non ſequitur, q principaliter ſit cauſa publicæ utilitatis, ſicut ét l. j. ff. de app. dicit appellationis uſum eſſe frequẽtem & neceſſarium, & tñ pacto tollitur, l. fi. ad fin. C. de tempo. appe. plenè Rot. in nouis, concluſione 275. & Hoſtiẽ. & oẽs in c. fi. j. de cri. falſi. ¶ Item ſi eſſet contra publicam utilitatem, non renunciaretur ét in iudicio: q eſt falſum, ut prædixi, ſm ipſos: de quib. eſt mirandum, q non allegãt clarè Imol. in l. cuſtodias. ff. de publ. iudi. ubi ad literam poſuit iſta, reprobando gl. in d. authẽ. ſubdont. poſtea Mod. ſe nouiſſimè cõſiderare text. in l. fi. C. ſi cer. pet. ubi facultas probandi per teſtes eſt inducta propter publicã utilitatem: & ita reſident in ſuſpenſo, & non dicunt, q Bal. prius notauit illã l. fi. ibi. Sed reſpondetur, q ubi lex dat pro forma, q probatio tantum mõ poſſit fieri per ſcripturam tot teſtib. roboratam, tunc loquitur d. l. fi. & quod ibi Bal. ſ. q nõ ualeat conuentio illi contraria: quod non eſt in caſo noſtro. Et hanc partem contra gl. in d. authen. tenet Sali. in authen. iubemus. & uno caſu ſaluat d. gloſ. ſ. quando renunciaretur omni ſpeciei probationis: quia hoc inuitaret ad delinquendum: ſed hoc etiam non tenetur per no. per Dy. &
21 Bar. in l. fi. ff. de præto. ſtip. ubi † cõcludunt
ualere pactum de ſtando ſimplici dicto cre-
b ditoris, [b] ſed alio caſu procedere poſſet dicta gl. qñ fieret ſimplex renũciatio extraiudicialis facultati probandi per teſtes: quia ſi tunc non competebat illa facultas, iuri de futuro renunciari non poteſt, l. ſi ita ſit ſcriptum. §. ſi ſub conditione. ff. de lega. 2. & c. 2. de renuncia. ſed per pactum ſic, l. j. & ibi no. C. de pact. Unde ſis cautus: & adhuc eo caſu poſſes uti remedijs, de quibus in præmiſſis intelligendis. Et iſta not. quia ſæpe de facto contingunt, ſecundum Imol. hic.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus & canonicus an quis ſimul eſſe poſſit in una eccleſia.*
2 *Canonicus non propriè poſſidet præbendam, ſed poſſeſſio eius eſt penes eccleſiam.*
3 *Iudicium finium regundorum, non ſolùm competit, quando non duo contendunt ſe poſſidere, ſed ẽt, quando unus poſſidet, & alter nõ.*
4 *Abſolutio eſt tollerabilior condemnatione.*
5 *Reus non abſoluitur, quando probationes actoris excedunt probationes rei.*
6 *Canonicus quando poſſit agere pro ſua præbẽda.*
7 *Prelatus an agat nomine proprio pro eccleſia.*
8 *Canonicus quamuis, quo ad poteſtatem agendi in iudicio, cenſeatur habere legitimam adminiſtrationem, tamen differt ab alijs prælatis, quo ad facultatem locandi & contrahendi.*
9 *Canonicus regularis non poteſt agere pro eccleſia ſine mandato, licet ſecus in canonico ſeculari.*
10. *Vices plurium non põt quis ſubſtinere in iuriſdictione contentioſa.*
11 *Onus probandi in certis caſibus dubitatur, an ſpectet ad actorem, uel reum. Vide hic pulchro ordine digeſtum.*
12 *Creditor ſi allegat priorem hypothecam, & emptor allegat priorem emptionem, quis probabit?*
13 *Conditio ex canone redintegranda ſi intentatur, & dicatur inuſtitiam omiſſam, reus uero dicat, iuſtè omiſſam, quis debet probare?*
14 *Defectus ætatis per quem debet probari?*

CAPITVLVM. III.

EX LITERIS. ¶ In communi iudicio probãt actor & reus: & ſi pariter probant, reus abſoluitur, niſi fauorabilẽ cauſam foueat actor. H. D. ¶ No. primò, iuncta ſupraſcriptione, ſecundum
1 do. Anto. & Imol. q † in eadem eccleſia poteſt quis eſſe epiſcopus & canonicus. Quod intellige, quando ex ſtatuto, uel conſuetudine canonicatus annectitur dignitati epiſcopali. Et ita etiã intellige c. cum noſtris. & c. poſtulatione. de conceſ. præb. & c. à collatione. de ap. in 6. ſm ipſos: quib. adde tex. & Doct. in c. cùm in eccleſia. de præb. in 6. & Imol. idem dicentem in c. irrefragabili. ante medium gl. maioris, ſ. de off. or. ubi idẽ dicit, ſi Papa ex gratia reſeruaret canonicatum: nam aliàs oia bñficia uacãt per adeptionem epiſcopatus, c. cùm in cunctis, in fi. prin. de elect. Et ſubdit glo. ſing. 3. in d. c. ſi à collatione. quòd qñ epiſcopus eſt inter canonicos, ut canonicus, ſedebit tanq̃ canonicus. Per quam dicit ibi Domi. ſe uidiſſe plerũque dici, quòd uicarius epiſcopi, qui eſt canonicus, in actibus capitularibus nõ præcedit alios. Ex quo dicunt Mod. hoc poſſe inferri, q epiſcopus exiſtens in ſtudio non precedit rectorẽ. Et quãuis nõ dicant, fuit dictum do. Ab. per d. gloſ. in c. auditis. ſ. de elect. Idem dicit de quocunque exiſtente in collegio: quia dignitas non pertinens ad collegium non cauſat mutationem loci. De quo ẽt per Roma. in l. ſi uerò. §. de uiro. ff. ſol. ma. Secus dicas in actib. indifferẽtibus: nam in actibus non ſcholaſticis bene præcedit eps rectorem, ſm Domi. in d. c. à collatiõe. Et iſta adde ad ea, quæ j. dicent. ¶ In tex. ibi, poſſidetis. expone, ſ. large, ſm do. Ant. & Imol. q
2 † canonicus propriè non poſſidet præbendam, ſed poſſeſſio eſt penes eccleſiam, ut in §. fi. 1. 2. q. j. uel eſt penes ipſum ius præbẽdæ, in quantum eſt ius ſpirituale, & bñficium ſeparatum: conſiſtit enim præbenda, ſecundum do. Ab. hic, partim in temporalitate, in quantum aſſignantur aliqua temporalia, ut not. gloſ. fin. ultra eum in c. ii. cui. de ſenten. excommu. in 6. partim in iure ſpirituali, cui præbenda eſt annexa, ut eſt bonus text. in c. dilecto. j. de præbend. & idem per ſubtilia uerba dicit Bald. hic in fi. Ex quibus infert hic do. meus, quòd ubi uerbum, Poſſeſſio, profertur à lege, comprehenditur ille, qui poſſidet, non ciuiliter, ſed naturaliter tantùm: de quo uide Bald. in l. j. C. commun. de uſucap. & Bartol. in l. naturaliter. §. nihil. ff. de acqui. poſ. & Ang. in l. ſciẽdum. §. poſſeſſor. el j. ff. qui ſatiſ. cog. & Roma. in l. 3. §. ex pluribus. ff. de acquir. poſ. & Imol. in eadem l. §. ex contrario. & hic, ubi allegat gloſſ. in l. 2. §. j. ff. de orig. iur. de colono dicente poſſeſſionem ſuam: cui adde gloſſ. in uerbo, ſtipulatur in l. ſtipulatio iſta. §. hoc quoque. & ibi Roma.

de iuſti. & iur. in uerſic. quandoque lex non reſiſtit. Et ſic per iſta habes, quod dicere itage ueraliter, Quod poteſt fieri per ſtatutum, poteſt fieri etiam per pactũ, eſt malè dictum. Ita Mod. in l. non impoſſibile. ff. de pact. Adde tamẽ, quòd à pacto ad ſtatuto ſemper bonum eſt arguere: quia arguitur à minori ad minus affirmatiuè. Se poteſt per pactum, quod eſt minus: ergo & per ſtatutũ, quod eſt maius. Ita arguit text. in j. fi. in fi. ubi Bart. & Bal. C. de fideiuſ. in tantũ, quòd illud, quod poteſt fieri per pactum, poteſt fieri per ſtatutum ſimplex. Ita Bart. in d. l. fin. & Bal. in l. cũctos populos. C. de ſum. tri. & fid. catho.

b *Dyn. & Bar. in l. fin. ff. de præto. ſtip. ubi cõcludunt, ualere pactum de ſtãdo ſimplici dicto creditoris] Adde tu, & dic q Bar. nõ dicit hoc in d. l. fi. ff. de præto. ſtip. ſed bene dicit: puto, quòd ſi pmitto ſtare ſimplici tuo dicto, ſeu uerbo, uel tuo iuramẽto, quod iſtud me non obliget, quin ego poſſim reuocare ante quàm tu declares: ſed poſtquã quis declarauit, dicit ibi Bart. quod ualet eius declaratio, ſed reducitur ad arbitriũ boni uiri: & ſic corruptè allegat hic Bart. Feli. Adde tamen, quòd Lud. Ro. ſ. l. j. ff. ne quis eum, qui. & in l. qui bona. §. quadam. ff. de damn. infect. & ante eũ Guli. de Cun. in l. tim debitoris. in fin. C. de iod. in diſcurſu uidetur tenere, quòd ualet iſtud pactum: ſed dicit, quòd non trãſit ad hæredes. Ad*

de, quòd Princeps non poteſt facere, quòd ſtetur dicto partis cõtra aduerſarium. Tex. eſt in c. iudicas. 3. q. 9.

Roma.& alius,de uerb.obl.Et dicit do.Ant.in c.cùm ad ſedẽ. in 1.col.de reſtitut.ſpol.q ſi teſtator dicat, lego poſſeſſionem, quã in habeo in tali loco,non intelligitur de ſimplici poſſeſſione facti, ſed de plena cũ proprietate,per l.interdũ. ff.de uerb. ſignif.& ſentit Bar.in l.cum antiquitas.C.de uſufr. Et eſt not.

legi. & in c. ab excommunicato ſupra de reſcrip. Ang. & Paul. de Caſt. in leg. in tribus. ff. de iudi. quia non poteſt reus agere, ne ſecum agatur: ſed poteſt excipere, ne ſecum agatur, l. purè. §. fin. ff. de doli excep. ſecundum Bald. in l. edita. uerſi. undecimo quæritur. C. de eden. ¶ Sed reſponde, q̃ hic petitiones erant ſuper diuerſis rebus, licet ſuper una hæreditate, ſecundū Imol. hic: pro quo do. meus prædictis non adductis allegat caſum in proprijs terminis, in l. ſi inter me & te. ff. de excep. rei iud. Et ita limitantur prædicta, ſecundum eum. Adde omnino Bald. in d. l. edita. ubi reſpondendo ad d. l. ſi inter. quæ præciſe concor. cum iſto tex. tradit doctrinam, quod ubi reus per petitionem contrariam intendit aliquid conſequi, quod ſub defenſione non claudebatur, admittitur petitio contraria. Et de hoc per eundem in l. cùm Papinianus in 2. col. C. de ſenten. & probatur in c. Abbatem in princ. ff. de uer. ſig. ubi do. Anto. colligit in 4. not. quod ſuper libello confirmationis poteſt dari libellus informationis. Vnde ſolenniter conſuluit Lapus allegat 3. quod ſi datur petitio, ex qua petitur inſtrumentum uſurarium pronunciari, admittitur directa contraria petitio, per quam petitur pronunciari inſtrumentum purum, & non uſurarium. Aſſignat rationem facientem ad multa: quia tales petitiones in cognitione cauſæ ſunt poſſibiles, nec ſunt incompaſſibiles in proceſſu: quia coram eodem tractari poſſunt. Non obſtat, quod una ſit præiudicialis ad aliam: quia idem in omni exceptione peremptoria, & tamen diſcutitur ſimul cum principali, cap. j. ſuprà de ord. cog. Aliàs non procederet reconuentio ſuper eadem re: quod eſt falſum. Et allegat Ioan. And. in c. cùm eccleſia. ſuper uerbo, faciendi ſupra de cauſa poſ. & propriè. Sequitur domi. Abb. in cap. j. ſupra de mu. pet. dicens, quod non eſt ſeparata reuocatio, ſed eſt illi annexa, quaſi defenſio: in quo proſequere, quæ ipſe latè ponit in cap. ex conqueſtione. ſuprà de reſtit. ſpo. Et quia domi. meus opponit contra ſolutionem Imol. quod imo libelli eſſent ſuper eodem, dum monachi petierunt imponi ſilentium ſuper rebus à ſe petitis: reſponde, ut ſuprà dixi ſuper uerbo, moleſtatione. Adde Bal. in d. l. edita. ubi dicit, quod quando reus petit imponi ſilentium actori, iſta petitio non eſt actio, ſed defenſio: & ideo ſit abſque lit. conteſt. ſecundaria ¶ In text. ibi, iura
8 mento firmaui. Not. quòd † donatio facta à minore 25. annis, ualet, ⁎ etiam ſi donet omnia bona ſua. Ex quo infert domi. meus duo. Primò, quod diſpoſitio authen. ſacramenta. C. ſi aduer. uend. habet locum etiam in contractu largo modo ſumpto, prout eſt donatio, l. Labeo. §. j. ff. de uerbo. ſig. ¶ Secundo infert, quod propter enormem læſionem non poſſet ueniri contra tale iuramentum: quod dicit eſſe notabile ad not. in cap. quamuis. de pac. in 6. & per Imol. in c. cum contingat. in 32. char. infra de iureiur. quia ſecundum hoc renunciatio facta per filiam nubentem bonis paternis non poterit prætextu enormitatis reuocari. Et quamuis Ioan. An. hic dicat, iuramentum iſtud fuiſſe ſuperfluum propter authen. ingreſſi item quamuis uideatur fauore animæ talis donatio ualida, tamen quia text. in uerbo, cum. uidetur ponere ius commune & ordinarium, procedit iſtud notabile ſine ſcrupulo, ſecundum eū, qui de hoc multum exclamat. Adde primo Bal. in d. authent. ſacramenta. in pen. colum. ubi latè tenet iſtud de donatione per plures rationes. Sed iſtud de læſione enormi non probatur *hic:* quia licet donatio teneat, non tamen procedit ſimpliciter in donatione, quæ enormiter damnificaret. Et poſito quod iſte text. loqueretur, prout d. authen. tamen ſit longa dubitatio, utrùm filia in caſu prædicto, uel aliàs minor patiens damnum, maximè ultra dimidiam, poſſit a iuramento abſolui. In quo uide Cald. in tit. de iureiur. conſi. 8. incip. Duæ puellæ & Pet. de Ancha. conſi. 424. incip. Poſtquam iſta domina. & Paul. de Caſt. conſi. 316. In Chriſti nomine: ſequenti. & in diſputatione ſua, incip. cùm C. laicus & in d. c. quamuis & do. Ant. in c. cum contingat. in 4. membro. & Bald. in l. ſi. ad ſi. ff. qui ſatiſd. cog. & in l. j. ad fin. C. ſi aduerſus uen. & in rub. C.

Valet] Adde ad hāc materiam plene Socin. conſil. 62. incip. in præſenti conſultatione uerſi. ſecunda concluſio. in 1. p. & cōſil. 279. incip. viſa donatio e uerſ. circa primam non inſiſtendo. in 2. par.

de rer. perm. & Angel. in l. ſi quis pro eo. ff. de fidei. & Petr. de Ancha. conſil. 326. Viſa facti narratione. & pulchrè conſi. 79. incip. Viſis actis & actitatis & in cap. 1. in 11. quæſt. ſupra de conſtit. Paul. de Caſt. cōſ. 227. inci. Corā dño uicario. & omnino Bal. in rub. C. de rer. pmu. ad fi. ¶ Et quāuis inter iſtos ſint ⁎ opin. tñ cōiter ⁎ tenetur, q̃ concedi poſſit abſolutio à iuramento. ⁎ quia enormis læſio facit præſumi dolum, ſecundum Bart. in l. ſi. in fi. ff. de præt. ſtip. & Pe. de Anch. cōſi. 204. inci. Iudex. in ulti. col. & Cal. in diſpu. inci. duo litigantes. & Bal. in l. 3. C. de do. promiſ. & in l. j. in 8. col. C. de his quæ pœ. nom. & in rub. C. de pœna iu. qui ma. iud. cum concor. Et ideo ratione doli iuramentum redditur inefficax, d. c. quamuis. & c. ſi uerò. el 1. j. de iureiu. Imo. etiam maior 25. an. in læſione enormi poteſt abſolui à iuramento, ut per Bald. in l. pe. C. de arbi. & Ange. in diſputatione, quæ incipit, Duo ad inuicem litigantes. & do. Abb. in c. Quintauallis. in 25. col. infrà de iureiur. & ibi dicam. Sed omnia iſta intelligas, quando taliter iurans probat ignorantiam damni tēpore iuramenti a fuiſſe: ſecus, ſi ſciuiſſet: q̃a ſcienti & uolenti dolus non infertur, l. cùm donationis. C. de tranſac. Et ita Bar. & omnes in ſimili in l. 2. C. de re ſcin. uen. Et iſta teneas menti: quia multū dilatari poſſunt. ¶ In tex. no. ſecundum do. Ab. quòd †
9 poteſt quis licitè ſuam oblationem iuramento firmare, nec p̄ hoc præſumitur, quòd recipientes ipſum ſeduxerint auiditate bonorum ſuorum: quoniam ſi hoc appareret, quòd religioſi quem allicerent, nullum commodum conſequerētur, & bona remanerent uenientibus ab inteſtato, per tex. in c. conſtituit. 20. q. 3. de quo facit feſtum do. Abb. hic. & in c. præterea. el 1. j. de off. deleg. & in c. cùm dilectus. in ult. col. ſuprà quod metus cauſa. Spe. in ti. de ſtatu mona. uer. ult. & Bal. in authen. ſi qua mulier. in ult. col. C. de ſacro ſan. eccle. & Lapus ſolenniter cōſulens allegatione 47. incip. Quidam iuuenis. & Domi. in c. non ſolùm. in prin. in 4. col. de reg. iu. in 6. & Roma. dicens ſe ita reſpondiſſe auditoribus Rotæ in d. l. j. §. ſi ſtipulanti. in 12. col. ff. de uer. obli. & dom. Abb. in c. in noſtra. infrà de ſepul. & ibi glo. in uerbo, dolo. ¶ Sed in hoc no. duo. Primò quòd ſi aliqui religioſi eſſent in culpa, ſecus eſſet: quia non noceret conuentui, cui ex diſpoſitione authen. ingreſſi debentur bona. Ita credo ſenſiſſe do. Abb. in c. dudum. infrà de conuer. coniug. per regulam, delictum. de reg. iur. in 6. Quod fortè non procederet, quando hoc eſſe culpa prioris, uel maiorum clauſtri: quia quod fit à talibus, tribuitur uniuerſitati, iuxta glo. ſing. in ru. C. quæ ſit long. conſue. quam confirmaui in c. dilectus. el 2. infrà de ſimonia ¶ Secundò ſcias, quòd
10 † propter huiuſmodi fraudes non uitiatur ingreſſus: unde profeſſio facta per dolum, tenetur: ut dicit tex. in d. c. conſtituit. & gl. in c. ex parte. in uerbo, cauſa. & in c. dudum. in uer. ſpes. j. de cōuer. coniug. & do. Ab. in c. cùm dilecti. in 2. col. j. de emp. & uen. & in c. cum dilectus. quod me cauſa. & ibi gloſſ. in uerbo, fatuitatem. Idem. domi. Abb. in c. ex parte. in 3. col. ſuprà. de reſti. ſpo. & glo. in regula, ſcienti. de reg. iur. in 6. & Ioan. An. in c. ſcripturæ. infrà de uot. & do. Abb. in c. cùm uirum. j. de regu. & glo. in c. illud. 20. q. 3. & in c. ſicut. 27. q. 1. Et Spec. in tit. de reſti. in inte. uer. ſed nunquid dicens, non poſſe peti hoc caſu in integrum reſtitutionem ratione deceptionis: quia ceſſat in ſpiritualibus deceptio, ex quo contrahit cum diuiori ſponſo. Allegat c. ſicut. 28. q. j. Vnde dicit beatus Tho. ſecūda ſecundæ, q. 186. arti. 9. quòd licitum eſt religioſis inducere blandis uerbis ad religionem, dum modo non inſerantur mendacia doloſa. Sed tu dicas, quòd ubi interueniret dolus, qui deciperet quemlibet prudentem, profeſſio non teneret. Ita ſentit Inno. in c. cùm dilectus. quod metus cau: quod eſt ualde æquum: quod iura prædicta non uniuerſaliter uidentur ſentire de dolo, qui ex toto tolleret conſenſum, ut etiam dicit dom. Ab. ibi: pro quo allego, quod not. dom. Ant. in c. ſicut ex literis. infrà. de iureiur. ubi dicit, quòd profeſſio facta in tanto calore iracundiæ, quòd amittitur ratio recti intellectus non obligat: nec mirum: quia alias ſequeretur, quòd profeſſio facta etiam per metum grauem, ualeret, quaſi inducat ad bonum finem

⁎ A iuramento] Adde Alex. conſi. 125. incip. Viſis et conſideratis. per tu cum. uol. 1. & cōſi. 121. inci. Viſo thematæ. in. 2. p. & an, quando cum & ex quibus ſit concedenda. & q̃d ſi ſtatutū reprobauet contractum, et an & quando inferior a Papa poſſit cognoſcere uot, p Socin. coſi. 125. inc. circa primam. q. in prin. cū uerſ. Seq. uſque ad uer. circa ſecundum dubitationem. in. 1. par.

finem: quod tamen eſt falſum per c. j. ſuprà quod me. cauſa quia uoluntarium militem uult Chriſtus, & non coactum. c. præſens. 3. quæſt. 3. & uide gloſſ. in c. j. in uerbo, ſempiternam 22. q. 2. Dicas, quod de fraude in prædictis conſtabit ex coniecturis, ut per Lapum. in d. alleg. 47. putà, ſi ineptum ad religionem ſeducant, arguitur affectio rerum, non perſonæ. Et ita perpetuo not. ¶ In text. ibi, quare conſtet. Not. ſing. ſecun-
11 um domi. Abb. & Imol. quod † fundanti intentionem ſuam ſuper ualiditate actus, non eſt neceſſarium probare habilitatem perſonæ ad illum actum: ſed ſatis eſt probare actum, ut habilitas præſumatur, niſi contrarium probetur. Et de hoc ultra alios exclamat hic Imol. inſerens, quod producens teſtamentum factum ab aliquo minore 25. annis, non habet neceſſe probare, quod ille qui fecit teſtamentum, tunc temporis eſſet maior 14. annis, iuxta l. qua ætate. ff. de teſtam. & allegant not. per Innocen. in c. innotuit infrà de eo, qui fur. ordi. ſuſce. & per Bart. in l. ſciendum. ff. de uerb. ob. quaſi uelint, quod iſta ſolennitas intrinſeca præſumatur. Vnde transfertur onus probandi contrarium in aduerſarium. Et ſic allegans inhabilitatem, debet eam probare. Et idem not. Bald. in l. cùm te minorem. per illum text. C. de proba. & ſentit Bar. in l. de ætate. ff. de mino. Et eſt caſus in l. ab ea parte. ff. de prob. Et dicit Bald. in authen. omnes peregrini in pen. col. C. communia de ſucceſ. & in l. nulli. in 3. colum. C. de epiſco. & cleri. quod ad teſtandum & contrahendum quilibet præſumitur habilis. Et propterea dubito de eo, quod ſcribit Pau. de Caſt. in l. ſi tertius. §. j. ff. de aqua plu. arcen. ubi dicit, quod ſtante ſtatuto, quod minor non poſſit ſe obligare ſine conſenſu propinquorum, ſi quis uult probare minorem ætatem, debet capitulare & probare, quod habeat propinquum & habilem ad conſentiendum: nam ſi habilitas præſumitur, non tenetur eã probare, ut hic. Nec probatur dictum ſuum ex dicto Bartol. ibi, qui in caſu ſuo bene & ſingu. loquitur, ſcilicet, quod ſtatutum faciens mentionem de proximo, intelligitur, ſi ſit habilis: ſed non dicit, quod non præſumatur habilis. ¶ In text. ibi,
12 non elidit. Not. & perpetuo tene menti, quod † ad hoc, ut probatio actoris reddatur dubia, oportet, quod ſit dubia ex ſe & ex facto ſuo: ſed non ſufficit offuſcare eam probando aliquid ex aduerſo, ex quo probatio actoris poſſit reddi æquiuoca: quoniam iſta probatio in genere, quod eſſet minor annis, reddit dubiam aliqualiter intentionem monachorum: quia intellecta de annis 14. eam confunderet, ſed ſatis eſt, quod eam penitus non elidit, quia monaſterium fundat ſe in oblatione, qua probata præſumitur habilitas. Et ideo collige theoricam ſolennem, quod fundans ſuam intentionem in tempore limitato, prout fundabant iſti laici, tenetur probare tempus præciſe, * non autem æquiuoce. Et ita magiſtraliter not. Bart. in leg. non ſolùm. §. ſed ut probari. ff. de oper. no. nun. per pulchra exempla, & latè refert domi. Ab. in c. auditis in 9. col. infra de præſcript. & in cap. dudum el 2. in pen. colum. ſuprà de elect. & hæc eſt gloſſ. not. in c. uenerabilis in gloſſ. pen. de ſent. excommu. in 6. cum qua cõcor. Ioan. And. in regula, cum ſint. de regul. iur. in 6. Et iſtam doctrinam comproba ex notatis in iſtis locis, ubi per eam ad multa infertur, & uide Rotam in nouiſ. concluſione 383. & domin. Anto. & Imol. in c. cùm Apoſtolica infrà de his, quæ fi. à præla. & Pet. de Anchar. & Domi. in c. ſi tibi abſenti. de præben. in 6. & do. Abb. in cap. conſtitutus in j. colum ſuprà de reſcript. & in cap. pen. infrà de condi. app. & Imol. in cap. j. in 1. char. infrà ut eccleſiaſtica beneficia, & Salic. in l. cum inter ſimplicem. C. de dona. ante nupt. & Angel. in l. j. §. biduum in j. char. ff. quando appel. ſit & Domi. in c. 2. §. ſane de deci. in 6. & Bald. & Salic. in l. matrem. C. de probat. & domi. Anto. & Imol. in c. poſt electionem infrà de conceſ. præben. & Ro. copioſe in l. in illa. in 12. colum. ff. de uerb. obliga. & dom. Anto. in c. quid per nouale. in 4. colum infrà de uerb. ſignifi. & Ro. poſt Bald. & Imol. in l. poſt dotem. ff. ſolut. mat. Et ibi allegant gloſſ. magiſtram in clem. ſi. in uerbo, creatum de reſcript. per quam dicunt probari, quod fundans exceptionem ſuam in exceptione, quæ eſt contra regulas iuris communis, uel contra aliam, debet illam exceptionem probare. Vide etiam Paul. de Lea. in commento cap. tertio loco ſuprà cod. in 2. colum. ubi dicit, quod

* *Præciſe.] Adde idem tenere Socin. conſil. 203. incip. eleganter, & uerſi. dice uerſi. præterea ad hoc in 2. parte. & in conſ. 42. incip. in cauſa reſtitutionis in integrũ uerſi. Tunc ſucce- dit in 1. par.*

dicens ſe appellaſſe debet ꝓbare, quòd intra 10. dies appellauit.
13 ¶ Sed aduerte: quia † prædicta procedunt in caſibus ciuilibus: ſed in criminalibus propter æquiuocam exceptionem præſumitur delictum, & nõ delictum: eo ipſo enim quòd intentio actoris redditur dubia, ſatis eſt ad abſolutionem rei, ſecundũ Bart. ſingu. in §. ſed ut probari. de quo facit ſeſtum dom. Abb. in d. c. dudum. & hic, & in d. c. auditis. Vnde ſi accuſatus, quòd occidit Seium de menſe Maij, probat de eodem menſe ipſum fuiſſe bannitum, & non aliud: certè quia poſſibile eſt, quòd poſt bannum occiderit: & ſic accuſatio redditur dubia, etiam ſi hoc aliter non appareat, abſoluetur reus propter concurſum præſumptionis iuris, ſecundum quam nemo præſumitur delinquere, l. meritò. ff. pro ſoc. Et iſta eſt ueritas, * ut aliàs examinaui in c. ſignificaſti. el 2. infrà de hom. ubi uide. ¶ Sed ultra ibi dicta no. duo utilia. Primò, quòd illa doctrina do. Ab. & Bar. ubi ſ. & omnia iura dicentia, quòd quando factũ poteſt ſe habere ad delictum, & non delictum, præſumitur in meliorem partem, procedunt, quando pariter & indifferenter res poteſt ſic ſe habere: ſecus, quando factum de ſui natura in alium eſt ſecundum cõem conſonantiam, licet poſſit aliquo colore excuſari: quia ſi non excuſatur, non procedit dictum Bart. Caſus eſt multum ſingu. & ibi habes exemplum in c. cum dilecti. infrà de accuſ. per quem ita prædicta limitat ibi Pet. de Anc. & aliàs ibi ſcripſi poſt Ana. in 7. notabili, ubi uide. ¶ Secundò no. quòd † iſta dicta non procedunt, quando interpretando in deteriorem partem magis conſulitur animæ teſtatoris. Ita infero ſing. ex eleganti conſi. Pet. de Anch. 175. incip. Prima facie. ubi per plura cõſuluit, quòd ſi teſtator moriens confeſſus fuit ſe fuiſſe uſurarium, & non dixit, quanto tempore: certè ſi de præterito tempore allegaretur contractum ſuum fuiſſe uſurarium, de facili crederetur propter eius confeſſionem: quia talis interpretatio eſt utilior animæ; nec agitur de pœna corporali. Vnde ceſſat lex, meritò. ff. pro ſoc. ut ibi per eum. quod ſingulariſſimè not. & facit glo. plena. in c. iuuenis. infrà de ſponſ. cum ſi. Et intellige ſubtiliter iſtud dictum dom. Pe. ut procedat, quando iſta interpretatio aliter facta, poſſet eſſe probabiliter impeditiua ſalutis defuncti. ſed ſi induceret unum effectum odioſum non pertinentem neceſſariò ad ſalutem, etiam in ſimili confeſſione uerba caperentur ſtrictè. Et ita intelligo, quòd ſcribit hic Bal. ualde ſolenniter. dum dicit, quòd ſi teſtator dixit ſe teneri ad reſtitutionem uſurarum à multis publicè extortarũ, per hoc non probatur, quòd ſit manifeſtus uſurarius: quia non dixit à ſe extortarum: Vnde poteſt eſſe ratio, quod teneatur ex cauſa hæreditaria, quæ non infamat. Et ideo dubia probatio, nõ eſt probatio. Et dicit eſſe caſum hic: per quem etiam ſubdit, quòd ſi ille dixiſſet, ſe à multis extorſiſſe uſuras: & non dicit, quas, uel à quibus, nec dicit, publicè, non debet hoc ſubaudiri, præſertim ſi uitiarent teſtamentum iuxta c. quanquam. de uſuris. in 6. quia nemo præſumitur eligere uiam ad ſua iudicia expugnanda, arg. l. 3. C. de teſta. mili. Quod tene menti ſecundum eum, & re uera eſt dictum elegans, & ſolitarium, nec repugnat conſil. Pe. de Anch. quia ſatis eſt quòd fiat reſtitutio in ſalutẽ animæ, ſed non ſit huiuſmodi extenſiò, ut euitetur pœna d. c. quãquam. quia ſine iſta ſatis fit, & adduco optime, quod ſcribit Io. An. in d. c. quanquàm. ubi dicit, per illum tex. in uerbo, receperint. quod ſi probatur per teſtes quem dediſſe ad uſuram, propter hoc non ſumus in caſu d. c. quanquam. quia non ſufficit dediſſe, niſi acceperit, de quo facit ſeſtum Pe. de Anc. conſi. 276. inci. De titulis. & Domi. in d. c. quanquã. ¶ In text.
14 ibi, uerbum dubium non nocebat. Not. quod † probatio in genere facta, non prodeſt, quando quælibet ſpecies generis non conſequitur illum effectum, quia ex illis duobus contentis ſub uerbis, minor annis 14. & 25. non ſufficeret unus intellectus, ſcilicet de 25. per cap. primum de reg. in 6. & ideo utraque ſpecies non concludit, ſecus, ſi dixiſſet, minor annis 14. uel 12. quia utraq; concluſiſſet. Et per iſtum text. deciſæ ſunt in diuerſis locis multæ & notabiles q̃ones, quas omitto, quia aliàs multum accumulatè & laborioſe in hoc ſcripſi in c. ſuper

* *Veritas] Adde & forma ſic cõcl. Licet in ciuilibus ad parandã Reo abſolutionem requiratur neceſſario actionis Actoris reddi dubias ex ſeipſis, ut in hoc. c. & in l. non hoc. C. un. legit. tamen in criminalibus ſufficit probationes Accuſatoris ex probationibus Rei dubias redd. uel debilitari. per alleg. ab Anth. hic. cui adde Alex. in conſil. 15. incip. Viſo proceſſu in 2. fund. uol. primo.*

c. ſuper his infrà de accuſa. poſt dominum Anton. & Ioan. de Ana. ibi. Sed ultra ibi dicta adde Bartol. in l. de minore. §. tormenta in pen. colum. uerſic. quæro, quid ſi teſtis dicit. ff. de quæſtionibus ubi dicit, quod ſi teſtis productus ad probandum famam, dicit ſe audiuiſſe à populo, & non dicit, à quo populo, non probat quem eſſe infamatum hic: quia probatio non concludit: & allegat iſtum text. Et adde Domi. in c. conſilia. 17. diſtin. ubi dicit, quod ſi teſtes dicunt teſtatorem tempore teſtamenti fuiſſe inſanum, non probant concludenter: quia iſta eſt inſania quædam non regulata iure poſitiuo, ut in illo text. ibi, ſacerdotes inſaniſſimi. & eſt inſania carentia recti intellectus: & ideo non concludit: & allegat iſtum text. Et adde domi. Cardi. in c. perpendimus in ult. colum. infrà de ſenten. excom. ubi dicit, quod ſi uolens probare quem excommunicatum, producit teſtes, deponentes de abſolutione, non probat: quia poteſt eſſe, quod petijt abſolutionem ad abundantem cautelam: & allegat iſtum text. quem, ut dixi, confirmaui, ubi ſuprà. Et ex iſtis not. ſecundum domi. Abb. quod probatio generalis non declaratur ſecundum ſubiectam materiam, ſeu intentionem probantis per quod habes rationem, quare in caſu cap. pia de except. in 6. oportet exprimere ſpeciem excommunicationis, cum tamen de iure intelligatur de maiori, cap. ſi quem infrà de ſenten. excommu. quia probatio non interpretatur ſecundum ſubiectam naturam, uel materiam: ſed ſi eſt æquiuoca, reijcitur: ut hic per gloſ. in l. j. C. de uſuris & idem not. domi. Anto. & domi. Abb. in c. fraternitatis infrà de teſti. ¶ Sed aduerte ultra omnes Scribentes, quia
15 † iſtud, ad quod principaliter allegatur ſemper iſta decretalis, debet pulchrè & ordinatè limitari: Primo, niſi agatur de probatione, quæ non poteſt eſſe, niſi præſumptiua: puta. de filiatione: quia ſufficit probatio per præſumptiones, per l. filium. ff. de ijs, qui ſunt ſui, uel alie. iu. & gloſſ. pen. in ca. tranſmiſſæ infrà qui fil. ſint legi. & dixi. ſuprà in rubr. in 2. conclu. Ita dicit Bald. in l. non hoc. C. unde cognati. in ult. col. & in l.
16 multis, C. de lib. cau. ¶ Secundo limita, niſi † agatur de probandis indicijs: quia ſufficit probatio ueriſimilis. Eſt enim indicium coniectura ex probationibus & non neceſſarijs cauſis orta. Ita dicit Bald. in d. l. non hoc. Erunt autem coniecturæ idoneæ quando frequenter & facilè concludunt, aliàs non, ſecundum ipſum. ¶ Tertio limita, niſi probatio concludat ex præſumptione approbata à lege: puta, ſi teſtis dicit. Scio conditionem talis, quia ſum coniunctus ſuus. Coniunctus enim præſumitur ſcire qualitatem coniuncti. l. octaui. ff. unde cognati. l. de tutela. C. de in inte. reſti. min. Ita declarat Bar. in l. j. ff. ſi cert. pet. & in l. de ætate in 2. q. ff. de mino. & Bald. in l. j. C. de ſer. fugi. & in l. conuenticulam. C. de epiſc. & cleri. Et idem de teſte, qui dicit, Scio, quia ſum uicinus. per Bart. in d. l. j. Imo. in c. poſtquam ſuprà de ele. Idem Bal. in d. l. nõ hoc. Et faciunt duæ ſequentes limitationes, quæ largè in idem re-
17 cidunt. ¶ Quarto limita, niſi † probatio concludat à communiter accidentibus. quando enim aliquid utplurimum ita eſt, licet aliquando poſſet aliter eſſe, ſatis concludit probatio, ſecundum gloſſ. ualde ſingul. in l. natales. C. de probat. per quam dicit ibi Bald. tene menti hunc locum à communiter accidentibus in materia probationis: & exemplificat in probanda meretrice, & homicidio, & ſimilibus, de quibus ibi. Facit lex, nam ad ea. ff. de legi. & gloſſ. plena in c. literas infrà de deſpon. impu. Et ideo ſi probas communiter ſolitum ita eſſe, transfertur probatio in aduerſarium. Et iſtud bene not. quia declarat multa, de quibus dixi in d. cap. ſuper his.
18 ¶ Quinto limita, niſi † probatio dubia eſſet uerificabilis & concluſiua in quolibet intellectu. quo ad intentum probantis, quia ſibi prodeſt, & pro eo ſentiendum eſt. Ita dicit Domin. in rap. j. in ult. colum. de pac. in 6. ita dicens limitandum eſſe iſtum text. ex dicto Ioan. Andr. ibi. & idem domi. Anton. in cap. plerunque in fin. ſuprà de reſcript. Et non eſt mirum, quia procedit exceptio alternatiua, quando quælibet concludit, ut dixi in cap. tertio loco ſuprà eo. ¶ Limita
19 ſexto, niſi † cõmunis uſus loquendi acciperet uerba in certa ſignificatione: quia probatio facta talibus uerbis èt de ſui natura æquiuocis, adaptatur ad intentionem probantis, propter communem uſum loquendi. Ita not. dom.

★ *Notabili. 101.*] ✠ Mat. de Mattheſila. notabili 101. ★ & ex hoc declarat dictum Bart. in l. j. ff. de duobus reis. dum dixit, probari adulteriũ uiolentum, ſi teſtes dicunt, Titium cognouiſſe Bertam per uim, quamuis uis potuerit eſſe paſſiua: quia non procedit, ubi communis uſus loquendi aliter ſe haberet. Quod eſt notandum ualde ad totam hãc materiam. ¶ In text. ibi, monaſterium ſibi hæredem. No. tex. ſing. qui non habetur alibi, ſecundum Imol. hic, quòd monaſterium habetur loco hæredis. Imo plus uidetur probari hic, ſi bene aduertatur, ſecundum Bal. & Imol. hic, quod habetur loco liberorum: & ſic uerbum, hæres, ponitur pro liberis: nam aliàs non uidetur uerificata conditio teſtamẽti, quæ requirebat defectum liberorũ. Et pro hoc facit l. ex facto. §. ultimo, ff. ad Treb. de qua hic in glo. & ſubdit Imo. iſtud eſſe uerum, quamuis Barto. in authen. ſi qua mulier, C. de ſac. ſan. eccl. dicat, nõ probari aliquo iure, quòd monaſteriũ habeatur loco filiorum. Quod qualiter intelligatur, dicã plene ſuper gloſſ. fin. ¶ In text. ibi, de man
20 dato noſtro. Not. ſecundum Imo. quòd † ille, cui committitur audientia cauſæ, nõ poteſt eam diffinire ſine expreſſa licentia cõmittẽtis. De quo in cle. auditor. de reſcrip. & probatur in l. à diuo Pio. in princ. per illum text. ff. de re ind. ſecundum ipſum. Sed de hoc paſſu, qui non attinet ad propoſitũ, remitto ad dom. Ab. in c. ſignificaſti. ſuprà. de offi. deleg. Ioã. An. optime in addi. Spec. in tit. de delegato. §. ſequitur. uer. & not. & Domi. in c. 1. per illũ tex. de ſup. neg. præla. in 6. & dom. Abb. quem omnino uide in c. cùm ſuper. per illum text. ſuprà. de cauſa poſ. & proprie. & Imo. in c. ueniens. in ult. notabili, ſuprà. de renun. & in c. cauſam, quæ. ſuprà. de reſcr. & in c. ſi pro debilitate. ſuprà. de offi. deleg. & in d. cle. auditor. & glo. 2. in c. cùm quidam. de excep. in 6. & Imo. in c. paſtoralis. §. quia uerò. ſuprà. de reſcript. & Inno. in c. ad hæc. ſuprà de offi. archi. & Bal. in tit. de pace Conſtantię. in uerbo, ad cognitionem. & in l. 3. §. cognoſcit. per illum tex. ſuprà. de offi. præfe. urg. & omnes in c. prudentiam. in prin. de offi. deleg. & communiter tenetur, quòd imo ueniat deciſio, per l. j. C. ſi contra ius, uel util. publ. & ibi no. Rapha. & per l. de qua re. ff. de iudi. Et iſtud non negat iſte text. ſi bene intelligatur. Venio ad gloſſ. ¶ Glo. 1. ibi, etiamſi
21 naturales. Not. gl. quòd † ſubſtitutus [a] per
a hæc uerba, Si talis deceſſerit ſine liberis, talem ſubſtituo, excluditur, ſi ex hærede inſtituto exiſtant naturales tantum. Idem gloſſ. in uerbo, ligitimæ. in c. Raynaldus. infrà. de teſta. & Ioan. And. in Specu. de teſta. §. 1. uer. quid ſi duobus. ¶ Fallit primò, niſi ſubſtituta eſſet eccleſia in defectum filiorum: quia naturalis filius non excludit eã, ſecundũ Bal. hic: & non legi alibi. Mouetur propter dignitatem eccleſiæ, etiamſi eſſet legitimatus ab imperatore, ſecũdum eum. ¶ Fallit ſecundo, niſi teſtator, uel rogatus eſſet in dignitate, ut §. ſi quis rogatus allegato in gloſſ. niſi fortè in aliqua parte teſtamenti feciſſet mentionem de naturalibus tantum: argum. l. ſi quis filiabus. ff. de leg. j. ſecundum Bartolum & Angel. in d. §. ſi quis rogatus. ¶ Fallit tertio, quando teſtator non eſſet in dignitate, tamen ſoboles naturalis tantùm eſſet denigratiua famę ipſius: puta, ſi perſona inſtituta eſſet fœmina, ſecundum Angel. & Imol. in d. §. ſi quis. & dominus Abba. hic. & Barto. in l. hæredibus §. j. ff. ad Treb. Facit l. palàm. §. quæ in adulterio. ff. de rit. nup. ubi maior honeſtas requiritur in maſculo. Facit, quod not. Specu. in tit. de loca. §. nunc aliqua. uerſic. 47. Sed iſtam fallentiam reſtringe ſolum ad fœminam: ſecus, ſi eſſet extranea:

Adde quod eſt not. 102. & incipit. Nota quod ſi capi

tulum. & adde q̃d Auth. allegat l nec mei locum Math, in c. ſubditis. col. pen. de praſcr. & ibi uidetur inhærere modificationi datæ per Math. in d. not. ad alleg. dictum Bart. & idẽ Auth. ĩ proœ. decretal. in glo. 1. col. 3. poſt prin. refert ſimpliciter iſtud dictũ Math. & dicit quod Matheſi. ſubtiliter mordet Bart. & ad hoc etiam uide quæ dicit idem au tibi. in c. ſuper his col. ult. poſt med. accuſat. & Adde eundem Matheſil. not. 94. incip. Nota mirabilem regulam. & utrobique notabiliter uide quomõ accipi debeant uerba ſecundũ cõmunẽ uſum loquendi, quæ nota ad cognitionem multorum caſuum criminaliũ, & ut ſcias formare, uel impugnare libellũ.

a *Subſtitutus*] *Adde in, quòd Bart. in l. generaliter. §. cùm autem. C. de inſtit. & ſubſti. in uer. not. quid filij. dicat, quòd filij naturales non legitimi ſubſtitutionẽ nõ excludunt: & ſi ſentis contra iſtam glo. Adde quid dicendum in hoc paſſu difficili? Vide plene per doc. & maxime per Imo. in l. ex. facto. §. ſi quis rogatus ff. ad Treb. & magis communiter tenetur opi. Azo. relata per glo. in d. l. generaliter. Sed huic quæſtioni accedit alia dubia quæſtio. Pone, quòd aliquis ſit inſtitutus per hæc uerba, ſi deceſſerit ſine filijs legitimis & natu-*

naturalibus, talit ſit ſubſtitutus, ſon tan-it eu decedere ſuum filio legitimato, an excludatur ſubſtitutus? Ioan. Cal. in conſilijs ſuis in 111. qui fil. ſint legit. in 1 conſi. j. tenuit, quod non, & idem tenuit Bald. in l. Lucius la 2. & ibi aliquid per Imol. ff. de hære. inſtitu. & idem Bal. dus in l. ſi ita quis. §. ſi, cuius. & ibi Imol. & Paul. de Caſt. ff. de lega. 2. Idem Bald. in l. ſi quis poſthu. in princ. ff. de lib. & poſth. & ſequitur, Salic. in d. l. generaliter in §. cum autem in 2. col. in uerſi. ego puto contrarium. & Ioan. de Imol. in d. leg. ex facto. in princ. Petr. de Ancha. in cõſil. ſuo 406. inci. in Chriſti nomine circa primum dubiũ. Paul. de Caſt. in l. cum acutiſſimi. C. de fideicom. Adde, quod contrariũ tenuit Iac. de Are. quem ſequitur Ioa. And. in addi. Specul. in tit. de ſuc. ab inteſtat. §. ſi 1. in fin. Albericus de Roſa. in d. l. generaliter. §. cum autem. Bar. in conſ. incip. Viſo inſtrumento locationis. Bald. in l. gallus. §. eius. ff. de liber. & poſt. Angel. in diſputatione, nobilis quidam. Anton. de Butr. in cap. per uenerabilem qui fil. ſint leg. Petr. de Anch. in repe. c. canonum ſtatuta. de conſtit. circa med. & in conſil. ſuo 215. incip. In Chriſti nomine, uidetur prima facie & in conſ. 229. Pau. de Caſt. in conſil. ſuo. 218. incip. In Chriſti nomine, ſuper puncto. & in conſil. 223. incip. In Chriſti nomine. Vidẽdu eſt. & dicit Imol. in l. ex facto. ff. de uulga. & pupi. quòd

quia magis attenditur in hoc conditio teſtatoris, quam grauati, ſecundum Imol. in d. §. ſi quis. ¶ Fallit quarto, niſi illa conditio, ſi deceſſerit ſine filijs non eſſet à teſtatore expreſſa in ſubſtitutione, ſed ſubintelligitur, ut in caſu l. cùm acutiſſimi. C. de fideicom. quia tunc naturales non excludit ſubſtitutum, per l. generaliter. §. cùm autem. C. de inſtitu. & ſubſtitut. ¶ Fallit quinto, niſi uerba ſubſtitutionis dicerent, ſi deceſſerit ſine hærede, ſecundum Ioannem And. ſingu. in Specul. de teſtamen. §. j. uerſic. eſt & alia quæſtio. quia appellatione hæredis, non comprehenditur, niſi hæres uniuerſalis, l. quædam. §. his etiam. ff. de eden. Sed filius naturalis ſuccedit in certa quota bonorum, authen. licet. & authen. item ſi quis. C. de naturalibus liberis. Et hoc multum not. domi. meus hic. alia non dicens: quia teſtator uidetur ſenſiſſe de filio legitimo, qui de iure communi eſt hæres: non de illo, qui eſt hæres in caſu ſpeciali & contra regulas: argum. l. ſtatulas. §. frumenta. ff. de contrahen. empt. ¶ Fallit ſexto & ultimo, niſi nomen filij ponatur à lege in conditione: quia non comprehenditur filius naturalis, ſecundum Bald. in l. filium in 2. lect. ff. de his, qui ſunt ſui uel alieni iur. per l. 2. §. filios. ff. de excu. tut. ſecundum domi. meum hic. Et in quantum domin. Abb. in conceptis in ſeruitute non facit differentiam in figura matrimonij, uel non, ut hic per eum, adde, quod ipſe errat: quia genitus extra figuram matrimonij in ſeruitute eſt ſpurius, l. ex libera. C. de ſuis & leg. Ergo non facit deficere conditionem, per authen. ex complexu. C. de inceſt. nup. ubi nullo iure ſuccedit. Et oportet quod ad defectum conditionis ille, qui naſcitur inſtituto, ſit capax ex teſtamento, uel ab inteſtato, ſecundum gloſſ. in l. filiusfamilias. §. cum quis. ff. de leg. j. & no. domi. Abb. met hic dicens, quod filius ſpurius non excludit ſubſtitutum. Quod ultimum reſtringe dupliciter: primo, niſi inſtituta eſſet perſona fœmina: quia ſpurius ſuccedit matri, niſi ſit illuſtris, l. ſi qua illuſtris. C. ad Orficianum & habetur per Imo. in cap. niſi cum pridem. ſuper gloſſ. in uer. manzeres ſupra de renun. Secundo reſtringe, niſi ſtatutum diceret, quod naturales & ſpurij ſuccederent, ut legitimi. quia tunc indiſtinctè naturales, uel ſpurij excluderent ſubſtitutum, ſecundum Bart. in d. l. hæredibus. §. j. per id, quod not. ibi in gloſſ. & ſequitur domi. Abb. hic. Sed utrum dictum ſtatutum ualeat, uide Bart. & alios in l. in teſtamento. ff. de teſti. & Feder. quod non: conſil. 268. ſecundum ipſum. ¶ In ea gloſſ. in eiuſdem uerbis no. 22 quod † etiam in fauorabilib. appellatione ★ filiorum ueniunt naturales tantum ★: & iſtud procedit in ultimis uoluntatibus. Quid autem in alijs materijs, eſt quæſtio longa, in qua multa ſine ſine dici poſſent, ſed quia nimium plenè de hoc ſcribitur per Imol. in §. ſi quis rogatus præallegato, ideo in eo pelago me non inuoluam. Sed dictis domi. Ab. hic, qui putauit ſe in hoc excelluiſſe, addo quædam decidendo, non diſpu. Primò, in quantum tradit regulam, quòd in omni materia, qua quæritur, an appellatione filiorum ueniant ★ naturales, * ſi eadem eſt ratio in naturali, quæ in legitimo, includitur naturalis: & allegat Cy. in l. quiſquis. C. ad l. Iul. maie. per hoc infertur, quòd ſtatutum uolens patrẽ teneri ex delicto filij pro legitima ſua, includit filium naturalem, ſecundum Rolatè in l. filio. la 2. in 17. q. ff. ſol. ma. & Ioã. And. in Spec. ſuper rub. qui fil. ſint legi. Idẽ ★ in ſententia iudicis, ſecundum gl. in uerbo, uolumus. in c. ſtatutum. de hære. in 6. & ibi omnes Doct. & Sal. in d. l. quiſquis. Idẽ in ſtatuto arctante filium ad compromittendum cum patre, ſecundũ Pet. de Anch. conſil. 183. incip. Apud me dubitabile eſt. & Ro. in l. parentes. ff. de in ius uoc. propter reuerentiam debitam patri: ſecus de alijs parentibus de parentela, ſecundum Paul. de Caſt. conſi. 66. incip. In Chriſti nomine: ſuper eo, quod quæritur. & Imol. in d. §. ſi quis. & Bald. in l. ad quod, in pe. col. C. de epiſc. & cler. Idem in ſtatuto, quòd filius nõ ſoluat gabellam de relicto ſibi à patre: qa uenit naturalis, ſecundum Bal. in d. l. parentes & Pet de Anch. in c. 1. ſuprà de conſti. & a Do. in d. c. ſtatutum. Idem in actione ᵃ iniuriarum facta patri. quia ita competit naturali, ſicut legitimo, ſecũdum Bart. in l. cùm ſimus. C. de agri. & cenſi. lib. 10. Et ideo poteſt accuſare de morte patris, ſecundum Bal. in d. c. de cætero. in ſi. infrà ti. proxi. & do. Abb. in c. nonnulli. ſuprà de reſcrip. Bar. in l. j. ff. de accuſ. & Bal. in l. j. C. qui ac cuſ. Limita, ut per eum in l. neganda. co. tit. Idem in impetrãdo, reſcripto, & agendo tanquam coniuncta perſona: quia admittuntur, ſecundum Hoſt. Bal. & Imo. in d. c. nonnulli. & ibi per omnes alios. Idem in incurrenda pœna l. Pompeiæ de parrici. ſecundum Bal. in c. naturales. ſi de feu. fuc. contro. & in d. c. nonnulli. & in l. ius ciuile. ff. de iuſti. & iur. & d. l. parentes. Idẽ in teſtamento inter filios naturales: quia fieri poteſt corã duobus teſtibus, ſicut inter legitimos, ſecundum Spec. in tit. de inſtru. edit. §. compendi. uerſi. quid ſi pater naturalis. & Sal. in l. fin. C. famil. erciſ. quod eſt aliqualiter dubium. Sed in matre omnino clarum, ut per Bal. in l. humanitatis. C. de naturalib. lib. & in l. ſi qua. C. ad Orfi. & Bal. & Imo. in l. qui teſtamento. §. mulier. ff. de teſta. & Bald. in l. filium. ff. de his, qui ſunt ſui, uel alie. iur. Et adde, quòd doctrina do. Abb. ita generalis non procedit in ſtatutis, quæ ſunt contra ius commune: quia tunc uerba accipiuntur propriè, ut per Bar. in l. j. & in l. Labeo. §. contractum. ff. de uerb. ſign. cum ſimilibus. Et filius naturalis non dr̃ uerus & propri⁹ filius, l. ſi. ff. de iure deli. & d. l. filiũ diffinimus, & patebit j. Ergo, &c. ★ Et adde, q̃ ſi pater præſtitit cautionem pro ſe & filijs de aliquo non offendendo, non tenetur ex offenſa facta per filium naturalem, ſecundum Cy. in l. cùm pater. §. nolo. ff. de leg. 2. Secundò, in quantum do. Abb. ★ dicit, quòd ubi ex cõiecturis apparet, quòd intentio diſponentis includat. ſolùm legitimos fauore familiæ, uel agnationis nõ cõprehenduntur naturales: p hoc infertur, q̃ priuilegium conceſſum regi & eius filijs, q̃ poſſint coram ſe facere celebrari tempore interdicti, non includit naturales tantùm, a ſecundum Iac. de Aret. & Cy. in d. §. ſi quis rogatus & facit optimè gloſſ. in clem. 1. in uerbo, liberis de bapt. Eſt uerum, quod generaliter uerba naturæ includunt naturalem, ut filius, & ſimilia uerba, l. tutelas & ibi Bart. ff. de capi. dimi. ſecus in uerbis iuris ciuilis: puta, agnatione, & ſimilib. d. l.

iſta eſt communis opi. & eſſe iſtam communem teſtatur Alex. conſ. 2. Viſis codicillis. col. 4. uol. 1. ★ *Adde tamẽ quod Doct. in præallegatis locis limitant prædicta, niſi teſtator dixerit, ſine filijs legitimè natu: quia tunc non comprehenderentur legitimati: quia non dicatur legitimè natus. uel niſi dixiſſet de legitimo matrimonio procreatis, quia tũc legitimatus non excluderet ſubſtitutum eſt cõmunis opinio ſecũdum Alex. conſil. 172. Viſis. col. fin. uerſ. circa 2. uol. 7. Et hoc tenet Ang. & Ant. de Bu. in locis præal. Et addunt etiam, quòd iſta cõmunis opi. non habet locum, ubi pater eſſet nobilis. quia legitimatus non excludit ſubſtitutum. nam hoc caſu loquendo de filijs legitimis non cenſetur intelligere de legitimatis, quia tales potius ſunt dedecori nobili, & ſæpe quam ignobilis, ſecũdũ Alex. in d. conſil. 172. cir. fin. cui adde Doct. in d. l. generaliter. Barbat. in d. l. cu acutiſſimi. pro limit. adde Anch. conſil. 428. incip. circa primũ quæſ. in Alex. conſ. 67. conſ. de rau. & conſil. 94. uol. 2.*

★ *Tantum*] *Adde plene per Alexan. in l. 2. ff. de in ius uocand. in uerſic. not. ex §. præter.*

★ *Naturales*] *Adde not. conſ. Ang. 366. incip. Quidã Ioannes de camerino. ubi per totũ dicit multa bona in hac materia.*

a *In actione*] *Adde: pone, quòd ſtatutum dicat, q̃d pœna remittatur, ſi offendens habuit pacem à filijs offenſi: utrùm filius ſpurius poſſit facere pacem?*

parem? Concluditur per Doc. quod naturalis poſſit, ſpurius non. Ratio eſt: quia in uindicãdo mortem defuncti ſpectat ad hæredes, l.1. & 2. C.de his, qui ut in dig. Sed tales ſpurij non poſſunt eſſe hæredes: quia filij non ſunt nominandi, ut in authen.ex complexu.C.de inceſ.nu. Bart.in l.j. ff.de accuſ.in j.col. in uerſic. ego dico. Vide Cyn. & Bal. in l.quiſquis.C.ad l.Iul.ma. infrà.q. prædicta.

tutelas & l. ſpurius & l. hac parte. ff. unde cog. Et iſtud attenditur ad cognoſcendam qualitatẽ ſubiectæ materiæ. Et dicit Paul. de Caſtr. in d. §. ſi quis rogatus quod ubi prouiſio legis reſpicit actum naturalem, uenit filius naturalis. Item in puniendo filio propter delictum patris, per not. in d. c. ſtatutum & ſubdit quod ſi nepos naturalis petat à patruo, ut compromittat uigore ſtatuti, patruus non tenetur: & ita dicit ſe conſuluiſſe: ſed bene coget patruus nepotem, ſecundum eum. Idem infero, quod priuilegia data parentib. propter numerũ filiorum, nõ intelliguntur de naturalibus. Et ita not. Bald. in l.2.uer. legitimos per illum text. ff.de excuſ.tu. Idem in priuilegio ſtatuti, quod pater habens tres filios, non teneatur ire ad exercitum, ſecundum ipſum. Et dicit Ang.in l.generaliter.§.cùm autem.C.de inſtit.& ſubſtit.quod in priuilegijs & reſcriptis fauorabilib.iſti non cõprehenduntur: & propter illam communẽ doctrinam, quod non debet eſſe melioris conditionis ntauralis, quam legitimus, ut per gl.in d. c.ſtatutum reprehenditur Bald. in l.ius ciuile. ff. de iuſti. & iur.ubi dixit, filium naturalem non puniri de delicto patris, quando ſtatutum punit alios filios. Item reprehenditur Bald. in d.l. filium diffinimus, dum dixit, filium naturalem hæretici eſſe capacem dignitatis, licet ſecus in legitimis, c.2.de hære.in 6. quia iſtud eſt contra rationem naturalem. Et quando lex fundatur in ratione naturali, includit filium naturalem, d.l. parentes & l. adoptiuum. ff.de in ius uo. Et ad iſtas doctrinas multa reduci poſſunt: & maximè, quod filius, uel frater illegitimus non poſſint teſtificari pro patre, uel pro fratre: ut latè per Ioan.And.in Spec.de teſte.§.j.uer.item quod eſt parens & Bald.in d.l.parentes & Flor. in d.l. teſtis idoneus. ff. de teſti. Et dicit Bart. in l.item, qui in poteſtate.ff.de his, qui ſunt ſui, uel alie.iur. quod ſi ſtatutum dicit, ſi quis ceperit aliquem de petra mala, uel eorum filios habeat tantùm, capiẽs illegitimũ nihil habebit: non quia ſit melioris conditionis, ſed quia ſtatutum uerisimiliter de talibus non curat. ¶ Tertio, inquantum domi. Abb. dicit, quod ubi agitur de commodo filiorum, ueniunt naturales ex quadam benignitate, per l.generaliter. §.cum autem præallegatam niſi eſſet natus ex coitu inceſtuoſo, ut bon. text. ſecundum eum in c.unico. 35. q.9. Aduertei quia profecto ex notatis in locis prædictis non uidetur, quod ubi agitur de commodo filiorum, ueniant iſti. Imo contrariũ etiam probatur in l. ſenatoris & ibi gloſ. & in l.liberos & ibi etiam glo.ff.de ſenat.& not.expreſſe glo.in d.clem. j.& Bald. in d.l.filium & in d.§.cùm autem & Imo.in d.§.ſi quis & dom. Bened.de Plum.in diſpu.incip. Statuto Piſano. in ult.colum. & text. in d. §. cùm autem allegatus per domi. Abb. uidetur probare contrarium in uerbo, extenditur: quia non fuiſſet neceſſaria illa extenſio, ſi eius opin. eſſet uera. Et ſimiliter, dum dicit, quod ubi agitur, de odio, maximè pœnali, non comprehenditur naturalis, non uidetur bene dictum, per not.in d.c. ſtatutum. ¶ Quarto, in quantum domi. Abb. dicit ponderanda
23 † uerba naturæ, putà, filius pater, &c. & uerba ciuilia, putà de tali genere, de tali caſata, de tali domo, uel familia: utrum ſub ſimilibus terminis includantur naturales? Adde in hoc Bald.in l.fin.C.de nat.lib. ubi dicit per illum text. quod non dicuntur de genere. Limita, niſi eſſet legitimatus, per text.& ibi Bal.in l.communi. C.de nat.lib. Et quia de iſtis uerbis eſt contrarietas magna inter Docto. remitto ad Bart. in l.pronũciatio.§.familiæ.ff.de uerbo.ſigni.& plenè Bald. Ange.& Sali. & Ful.in l.fin.C.de uerb.ſignifi.& Bald.in d.c.nonnullis & pulchrè in c.per tuas infrà eo.& Ang.conſ.30.inci.Domina Franciſca. Bald.in l.lege.in lectura antiqua, ff.de rit.nup. & domi. Ant.in c.per uenerabilem infrà qui fil ſint leg. Et tenerem cũ Bal.in d.c. per tuas. quòd in materia exorbitanti fauor datus domui, uel familiæ, non extenditur ad tales: odium uerò ſic. Et dicit Bar.in l.j.C.de dig.lib.12.quòd nobilitas non tranſit ad illegitimos. Quid autem ſi eſſent legitimati? Remitto ad Bal.in d.c.per tuas.& in l.eam, quam.C. de fidei.& Ang. cõſi. 74.quod incipit. Per reformationem. & Ro. in l. ſi is qui pro emptore.ff.de uſuca.& Paul.de Caſt.in l.ſed ſi hac.§.1. in fi.ff. de in ius uoc.& in l.ſi.poſt Bal.ibi, C.de his, qui ue.æta.impet. & conſil.266.& omnes in d.c. per uenerabilem. ¶ Quinto, in
24 quantum do.Abb.concludit, quòd † emphyteuſis conceſſa ab eccleſia pro ſe & filijs non extẽditur ad naturales, allegando Spec.in tit.de loca.§. nunc aliqua.uer.67.& Bart.in d.§.ſi quis rogatus.adde Bal.& Imol.idem tenentes in l.Lucius.§.fi.ff.de leg.2. & Bart.in l. parentes. ff.de in ius uoc.& in conſil.incip. Nerarius Conradini. & Ang. in diſput. nobilis quidã genere. in primo dubio, & Bal.in Spec.in tit.de loca.§. emphyteuſim. & in l.generaliter.§.cùm autem.præallegata. Et iſti ampliant hoc etiam, ſi eſſent filij legitimati, arg. c. naturalis. ſi de feu. fue.contro.inter do.& agna. Et ita etiam tenet Imo.in l. quod dicitur.ff.de uerb.obl.niſi ſecũdum eum, eſſet legitimatus perſequens matrimonium, per no. in c. tanta. infrà qui filij ſint legi. Et ibi aliàs hoc retuli, per c.innotuit.de elec. Et cum do. Abb hic concordat Bal.in authen.ſi quas ruinas.C.de ſacroſan.eccl. & Ang in d.l. generaliter.§.cùm aũt. licet Bal.hic ex toto aliter ſentiat. ¶ Sextò & ultimò, in quantũ do.Ab.dicit,
25 emphyteuſim † cõceſſam à priuato, trãſire ad naturales, adde Ang.cõtrà tenentẽ in d.§.cùm autẽ, quia naturalis non eſt proprie filius, d.l.filiũ. & talia uerba ambigua interpretantur cõtra recipientẽ, l.ueteribus.ff.de pac.ut ibi per eũ. Idẽ ſentiunt. Bald. & Salic.& Paul.de Caſt.in l.fi.C. de his, qui ue.æta.impet.Sed põt dici in hoc diſtinguendũ, prout in ſubſtitutione diſtinguit tex.in d.§.ſi quis rogatus.ff.ad Treb.ad attendendã cõiecturatã mentem concedentis: quia ualet arg.de ultimis uoluntatibus ad contractus, l.ſeruũ filij.§. cum, qui.ff.de legat. 1. Nec obſt. quòd non uideatur quærere filio non exiſtenti in poteſtate ſine ceſſione ut dicebat Card.& ſubtiliùs Imol. in d. §. ſi quis rogatus.quia uidetur pater recipere emphyteuſim ordine ſucceſſiuo, ſcilicet pro ſe, donec uiuit, & poſtea pro filio: & ſic reſpectu filij uidetur cõferre ſtipulationem in tempus, quo iam erat res effecta ſua, quo ad utile dominium. Ergo perinde eſt, ac ſi ſtipulatio eſſet facta tempore, quo res eſſet effecta ſua, c. de uxore.infrà de ſepul.l.quod ſponſæ. C.de dona.ante nup.l. in tempus.ff.de hære.inſti. ¶ In ea glo. ibi, nomine hæredis
26 ſoli filij. Tangunt hic plenè do.Ant.& Abb. qui † comprehẽ
* dantur appellatione hæredum. * Quod proſequere, ut per eos poſt Bar.in l.gallus. §.etiam.ff.de liber. & poſthu. ¶ Sed in quantum dicunt, quòd in feudis & alijs de ſui natura non tranſitorijs ad extraneos appellatione hæredum non ueniunt extranei, ſed deſcẽdentes, adde Bal.idem tenentem in c.1. ubi bonus tex. ſi de feu. fue. contro. inter do.& agna.& Bal.in c. 1. §.ſi clientulus.de prohi.feu.alie.& in l.fi.in e.opin.C. de hæredib.inſti.& l.liberti.in 12.col. C.de oper.liberti.& in l.j.in 38. q.ff.de re. diuiſ. & Spec.in tit de locato.§.nunc aliqua.uer. 103. Fallit iſta concluſio, niſi dictum eſſet, ad quoſcunque hæredes: quia ueniunt etiã extranei, ſecundum Bal.in d.l.j. ff.de rerũ diui.& c.1.de prohibi.feu.alie.per Fede. & probatur ex doctrina Bar.in l.j.§.in omnibus.ff de ope. no. nuncia. & illud ſequitur Roma.in l.id tempus.§. in re legata. ff. de uſucap.Et ibi dicit propter hoc, quòd licet appellatione ſucceſſoris intelligatur de ſucceſſore uniuerſali, l.quædam.§.2.ff.de edẽ. tamẽ ſi inueſtitura dicit, ſucceſſoribus quibuſcunque. ueniet etiam ſingularis. Idem Imo.in l.quod dicitur.Item de materia uide Bar. in l.j.ff. de conſti.princi. ubi dicit, quòd ſi dicitur, Pro te & hærede tuo. intelligitur ſolùm de primo. Et dicit Bal.hic, quod decedens relicto filio filiæ non decedit ſine hærede, etiamſi filia ſit mortua. Et dicit eſſe text. ſing. & unicum in l.j.C.de condi.inſer. Adde etiam do.Card.ſuo eleganti conſi.65.quod incipit, Nobilis domina. ubi conſuluit, quòd, in conceſſione feudi appellatione hæredis non intelligitur de fœmina hærede. Alleg. Bald. in c.1. quib. mo. feudum conſtitui poteſt. ut latiùs per eum: cum quo concordat Cald. in tit. de uerb. ſigni. conſil. 15. Adde etiam. quòd ſi inueſtitura diceret, Pro ſe & hæredibus, & pro hæredibus ſuis. intelligitur de quolibet deſcẽdente poſt primum hæredem.

Ita eſt

* *Hæredum] Ad de Oldr. conſ. 21. incip. Thema tale eſt, un 1. Ang. conſil. 136 incip. in quæſtione uertitur. m. 1. Pet. de Anch. conſil. 393. incip. Viſa un. 3. Socin. conſil. 256. incip. Viſis inueſtituris. uerſ. Aliquando & quarto. uerſ. ex quibus in propoſ 10. in 2. par. ubi habes quod uerbum, hæredibus, de proprietate ſermonis includit quemlibet hæredem. Et quot modis nomen hæredis ponatur in iure, ut. 1um. Soc. in conſil. 259. incip. materia præſentis cõſultationis uerſ. hanc concluſionem in d. par.*

Ita eſt gloſ.ſing.in c.ſi.§.de pecu. ele. ſecundum quam aliàs iudicatum fuit hic in ardua quæſtione. Quid autem ſi moritur inueſtitus pro ſe & hæredibus relicto ſolo patre? Habui prædic in facto, & dubium facit: quia Doct. in locis præalle. loquuntur de hæredibus deſcendentibus: ſed in contrarium facit, quia pater non uidetur hæres extraneus filij, iuxta l. nam & ſi parentibus. ff. de inoff. teſt. Cogitabis: quia adhuc ſub iudice lis eſt, & pendet.

46 lit † ſecundo, niſi ſimus in caſu, in quo ſeruitium, ad qđ uaſallus tenetur, poſſit præſtari per monaſterium: puta, ſi eſt annua præſtatio, ut plerunq; fit in ſignum recognitionis, quia cum illud ſit annuum in quocunq; & qualicunq; ſtatu mutato ꝓſtari poteſt, ſm Ioã. And. Pet. de Anch. & do. Anto. & do. Ab. hic, licet Imo. contra. Adde Bal. idem tenentẽ in authen. niſi rogati. & Bal. in l. quiſquis. in prin. C. de epiſc. & cler. & in d. c. quæ in eccleſiarum. & in d. c. inter dilectos. Idem Sal. in d. authen. ingreſſi. dicens, cõiter * ita teneri, ꝙ ſi debetur ꝓ feudo ſeruitium perſonale, qđ poſſit ab ingrediente monaſterium honeſtè præſtari per ſe, uel per alium, tranſit in monaſterium, & poterit ꝑ ſubſtitutum ꝓſtari pp iſtud impedimentum. Hanc partem tenet Io. An. in Spec. de ſta. mon. §. j. uerſi. 45. & gl. in c. j. §. ex hoc. in gl. j. de feudo fœminæ, dicens, ꝙ ſi uaſallus ingrediens monaſterium eſt paratus ſeruire per ſubſtitutum, non reuertitur feudum ad dominum, arg. d. l. quiſquis. & illã gl. ſequitur Iac. de Bel. in c. qui clericus. in tit. ſi de feu. fue. contro. licet de hoc dubitauerit ibi gl. Ad idem uide oĩno Cal. in tit. de feu. conſi. 2. quod incipien. An clericus. ubi conſuluit, quòd clericus primæ tonſuræ ſuccedit in feudo paterno, ſi natura feudi habeat, ꝙ ſeruitium uaſalli non ſit ꝓhibitũ clerico. Idẽ dicit de epiſcopo ꝑ c. ſi eps. 18. q. 2. Ad idẽ, licet ipſe non dicat, c. ſi quis laicus. 22. q. 5. qđ aliquib. eſt palea, & c. ſolitæ. de ma. & obe. & c. Romana. §. debet. de appel. in 6. ubi epiſcopi & alij clerici poſſunt tenere feuda à dñis temporalib. Dici aliàs in c. ueniens. in prin. ẽ. de accuſ. Ergo non eſt repugnans clericatui. Secus, ubi ad arma requireretur propria perſona: quo caſu procedunt iura ꝓalleg. ſm Cal. ¶ Et ut intelligas perfectè illam fallentiam, no. primò, ꝙ non ſufficit ſemper, ꝙ uaſallus dicat ſe uelle ſeruire per ſubſtitutum: ſed conſiderandum eſt, utrum in tali ſeruitio uideatur electa induſtria perſonæ: quia ſi ſic eſt, feudum reuertitur ad dominũ, ſi clericus, uel monachus illud honeſtè præſtare non poteſt, per l. inter artifices. ff. de ſol. & in l. j. §. ne autẽ. C. de cad. tol. & c. is, cui de offic. deleg. in 6. cum ſimil. Ita in propoſito ſignãter not. Bal. in d. l. quiſquis. & Cal. in d. conſil. & Bal. in d. ca. quæ in eccleſiarum. Et hoc modo ꝓcedit d. c. j. de mili. uaſal. qui bellica arma depo. Et cognoſcetur electam eſſe induſtriã perſonæ ex tenore inueſtituræ, & qualitatis inueſti. Et adde, ꝙ ubicunq; in conceſſione fit mentio hæredis, nunquam uidetur electa induſtria perſonæ. Ita eleganter uoluit Cyn. in d. l. quiſquis. De quo facit teſtum Bal. ibi dicens, ꝙ induſtriália non tranſeunt ad hæredem. ¶ Secundò no. ꝙ eo caſu, quo uaſallus poteſt ſeruire per ſubſtitutum, non tranſmittit in eccleſiam feudum, niſi quandiu ipſe uiuit: & eo mortuo naturaliter reuertetur ad dominum. Ita expreſſe declarat Bal. in d. c. quæ in eccleſiarum. in d. authẽ. niſi rogati. in ult. col. quia eccleſia eſt cultrix & auctrix iuſtitiæ, & non patitur aliquid contra iuſtitiam eſſe, uel fieri, c. j. de ali. feu. ſecundum eum, & aliquid dicam in uerb. fallit quarto. ¶ Fallit † tertio prædicta
47 concluſio, niſi eſſet fœmina inueſtita de feudo, quæ ingreditur monaſterium: quia retinebit feudum, donec uixerit. Et probatur hoc modo: quia licet fœmina reputetur inhabilis ad feudum c. j. §. hæc autem. qui feu. dare poſ. c. j. de gra. ſen. cum ſimil. quia non dicit dominum feudi poſſe iuuare, ut per glo. in d. §. hæc autem. facit l. quiſquis. uer. ſed ad filiam. C. ad leg. Iul. ma. nihilominus, ſi expreſſe actum eſt, ꝙ in feudo ſuccedat, ad feudum fœmina admittit, c. 1. eps, uel ab. c. ſignificante. ẽ. de reſcr. plenè do. Abb. & Imol. in ca. dilecta. ẽ. de arbitr. cum ſi. Et eo ipſo, ꝙ feudum eſt factum tranſitorium ad fœminam, uidetur fœmina habilitata ad ſeruitium per ſubſtitutũ. Ita notanter decidit Specu. in tit. de feud. §. ipſi. uer. 11. & ibi Io. And. addens, ꝙ ipſa poſſet præſtare iuramentum fidelitatis per alium. & ſic apparet non eſſe electam induſtriam perſonæ: meritò indiſtinctè poterit ſeruire per ſubſtitutũ, & per conſequens indiſtinctè tranſmittet feudum ad monaſteriũ.
48 Quod bene no. ¶ Fallit † quartò & ultimò, niſi eſſet feudum paternum tranſitorium ad oẽm hæredem: quia tranſibit perpetuò in monaſteriũ, ſcđm Bal. mirabiliter in d. c. quæ in eccleſiarum. & d. c. inter dilectos. Et ita ſentiunt cõiter * Doc. hic, ſecundũ do. meum in hoc ſolo latius inſiſtentem. Sed tñ miratur de ipſis: quia licet Spec. in tit. de locato. §. nũc aliqua. uerſ. 153. dicat, emphyteuſim receptam pro ſe & filijs tranſire ad monaſterium: tñ Docto. hic reprobant ipſum dicentes, ꝙ iſtud, ꝙ eccleſia ſit loco filij, non eſt extendendum. Item contra eos arguit fortiter: quia filius naturalis legitimatus non ſuccedit in feudo, * c. 1. §. naturales. ſi de feud. fuer. contro. inter do. & agna. Et tñ filius taliter legitimatus excludit ſubſtitutum, * ut per Bal. & alios in l. gallus. §. & q. ff. de lib. & poſthu. Ita ergo in eccleſia, ut quamuis habeatur loco filij ad excluſionem ſubſtituti, ut hic, nõ tñ ad ſucceſſionem feudi. Poſtea ſubdit, ꝙ tenendo opi. Cyn. in d. auth. ſi qua mulier. & Bal. in d. l. liberti. C. de ope libe. ꝙ feudum habens præſtationem realem nõ dicatur proprie feudum: procedere poſſet opin. Doct. & eam admittit, qñ una cum præſtatione ſeruitij non requireretur iuramentũ fidelitatis: ſecus, ſi requireretur, ut hic per ipſum. Sed cõſidera: quia reuera ꝙ monacho mortuo monaſterium nullo modo ſuccedit feudo, fortiſſimè facit illa ratio: quia non habetur loco filij, uel hæredis, niſi in caſibus a iure expreſſis, ut ſ. tenui. Et hoc puto uerius, qñ inueſtitura loquitur de filio, uel hærede: quia uidetur dñs contemplatus eſſe uerum filium, uel uerum hæredem. Et ita uidetur ſentire Spec. in tit. de locato. §. nunc aliqua. uerſi. 154. Et idem crederem, ſi eſſet feudum ſimpliciter alicui conceſſum, etiamſi ſeruitium eſſet præſtabile per monaſteriũ, per id, quod dixi paulo ſ. uer. ſecundo not. niſi eſſet feudum francum: quia tunc non conſideratur ius domini, ut dixi in 1. fallen. Quid autem de feudo, qđ defertur monacho, poſtquam eſt mortuus, putà per mortem patris? Dic idem, quod in caſu præcedenti, ſm glo. & Bal. in d. c. 1. de feud. fœmi. in quo conſidera, qđ ipſe latius diſputat in d. l. quiſquis. ut hic accuratè ꝑ do. meum, quem referre non curo. Et ita intelligas iſtum notabilem & quotidianum paſſum non ordinatum alibi adeo clare.
49 ¶ Sextò † quæro, quid de emphyteuſi, nunquid tranſeat in monaſterium? Ioan. And. dicit hic, de hoc non eſſe faciendam quæſtionem: quia eſt caſus in authen. de alie. & emphy. §. j. ubi dicitur, ꝙ tranſit in eccleſiã, niſi dominus reuocet: ſed ſi dñs uult, poteſt reuocare intra biennium. Et idem dicit Specu. & ibi Ioan. And. in d. §. nunc aliqua. uer. 120. & ſequitur do. Abb. hic. Sed aduerte: quia tex. quẽ allegant, loquitur in

*Non ſuccedit in feudo] Adde iſtud eſſe uerum in legitimato per reſcriptum principis. & eſt communis * opinio ſecundum Socin. conſil. 131. col. 3. uerſ. poſtremo. p. 1. ſecus in legitimato per ſubſequens matrimonium, nam ſuccedit. ratio, quia legitimatio per reſcriptum eſt odioſa, ſed legitimatio per ſubſequens matrimonium eſt fauorabilis. eſt communis * opinio ſecundum Socin. ubi ſupra col. 5. uerſ. præterea. Aduerte tamen, quod licet legitimatus per reſcriptum non ſuccedat ad feuda, tamen quando datur poteſtas legitimandi ad ipſa, poteſt ad feuda legitimare. quia poteſtas legitimandi eſt beneficium, & ſic latè interpretanda. eſt cum Bar. opin. communis * ſecundũ Soci. ubi ſ. col. 5.*

*Excludit ſubſtitutum] Adde quod iſta eſt cõis * opi. ſecundum Alexã. conſ. 3. Viſis codicillis. col. 4. uolu. 1. fallit dupliciter. j. quando teſtator feciſſet mentionem de ex legitimo matrimonio procreatis, quia tunc legitimatus non excluderet ſubſtitutũ. eſt cõis * opi. ſecundũ Alex. conſ. 172. uiſ. duobus. col. ſi. uerſ. circa ſecundũ, uol. 7. Secundo fallit, quando teſtator eſſet nobilis genere, quia loquendo de filijs legitimis, non cenſetur intelligere de legitimatis, quia tales potius ſunt dedecori nobili proſapiæ, quam ignobili. Alex. in d. conſ. 172. in fi. Doct. in l. generaliter. C. de inſtit. & ſubſti. Bald. in l. quoniam acutiſſimi. C. de fideic. Limita tamen ut per Anc. conſ. 428. circa primũ dubium. Alex. conſ. 67. inci. conſiderato, & conſ. 94. in 2. par.*

emphyteuſi conceſſa ab eccleſia. Sed dubium eſt & graue, qd in emphyteuſi conceſſa priuato? Et q̃ iſta etiam tranſeat ad monaſterium, in quo inueſtitus ingreditur, expreſſe & late conſuluit Petr. de Anch. conſil. 42. incip. Ser. Ant. ubi omnino uide. Idem expreſſe uoluit gl. in l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de uerb. obl. Sed contrariam partẽ tenent hic expreſſe do. Ant. & Imol. & tacite Pet. de Anch. & do. Ab. & do. meus hic: quibus addo Bal. idem tenentem in d. authen. niſi rogati. uerſic. quæro, nunquid in contractu. & in d. authen. ingreſſi. in 7. q. quia monaſterium nõ eſt uerus filius, nec uerus hæres, nec uerus nepos: & uerba in contractibus ſtrictè intelliguntur, adeo q̃ in hac materia maſculinum non concipit fœmininũ: ut ſing. per Imol. in c. potuit. ad fi. j. de loca. poſt Arch. in c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. item, quia, ut prædictum eſt, fictio, de qua hic, non eſt extendenda: maximè, quia eccleſia uidetur loqui de perſona prohibita, ſ. quia durior cenſetur perſona eccleſiaſtica, quo ad laicum, l. 2. C. de iure emphy. l. 2. ff. qui ſatiſd. cog. gloſ. in d. c. potuit. Et non dicas, q̃ iſtud limitetur, niſi eſſet prohibita alienatio in eccleſiam, prout dixit gloſſ. in d. §. ea lege. & Pet. de Anch. in d. conſil. de quo tacite meminit do. Ant. quia dicit ipſe, & audacius Imol. q̃ iſtud non eſt uerum: quia iſta alienatio ſurgit à facto hominis uoluntariè: ſecus eſt, qñ ſine facto hominis ſurgeret alienatio: quia ita loquitur l. cum pater. §. cum inter. ff. de leg. 2. quã facit hic ſing. Imo eſt uerum, q̃ quandiu monachus inueſtitus naturaliter uiuet, non priuabitur emphyteuſi, ſecũdum ipſos: & ſic non intimidabitur ab ingreſſu: & eo mortuo reuertetur ad dominum. Et hanc concluſionem limitat hic do. Ant. dum modo poſtquam emphyteuſis eſt in manu eccleſiæ, dominus declaret intra biennium, utrum uelit, q̃ ibi remaneat, uel nõ: quia ſi hoc nõ declarat, remanebit, per d. §. pen. Sed cogitabis tu de uno: utrum dominus teneatur hoc declarare intra biennium à die, quo emphyteuta profitetur, an uero à die, quo naturaliter moritur? Et uidetur, q̃ poſt profeſſionem, per text. in d. §. j. in uerbo, mox cum peruenerit. In contrarium facit, quia non uidetur neq; dicitur peruenire, quod non erat durabile, ut in iuribus allegatis per gl. in c. nam & ego. j. de uerb. ſign. quia ſciebat dominus ſe habere tempus uſq; ad mortem ingredientis, à quo prius auferre non poteſt: ideo nõ eſt in mora. Et iſtum paſſum bene no. quia ſuper ipſo habeo nunc cum

50 alio iudicare. ¶ Septimo † quæro. Vidimus ſuprà, & plenius hic per Doct. de ingrediente monaſterium: capax bonorum in communi: ſed multum dubitatur, quid de Mendicãtibus. Et in hoc multa ſcribunt hic omnes Doct. Sed pone duas cõcluſiones communes, ſecundum Imol. & do. Abb. clarius cæteris. Prima concluſio. Bona ingredientis religionem Minorũ ſunt uenientium ab inteſtato: quia ipſi non poſſunt capere bona, per cle. exiui. de uerb. ſig. & alleg. Bartol. in ſuo lib. Minoricarum, & Fede. conſil. 26. ut hic per eos: quibus adde multo elegantius Bal. in authen. ingreſſi. uerſic. extra glo. quæritur. C. de ſac. ſan. eccl. Et quia cæteros excelluit in materia, ſatis eſt ad ipſum ſolum remittere. Et dicit idem Bal. in l. cum, quam C. de fideicom. q̃ frater Minor eſt incapax emolumẽti, & tituli: & ſi inſtituitur perinde eſt, ac ſi homo mortuus inſtitutus fuiſſet. Et ibi ponit de multiplici capacitate. Et dicit Bald. in l. cum acutiſſimi. C. de fideicom. q̃ fratres minores non ✱ excludunt ſubſtitutum. ✱ Et ſic in eis non procedit iſte text. Et adde quod ſi frater Minor, qui eſt incapax, efficitur epiſcopus uel alias capax, per hoc non recuperat bona ab ipſis, qui ſucceſſerunt patri ipſius, ſecundum Bar. in tractatu Minoricarum. in q. 51. in antepe. q. Et ibi etiam ponit, qd ſi talis exeat, & intret monaſteriũ capax. Et adde Bald. & Imo. in l. ex facto. §. fi. ff. de uulg. & pupil. Vbi uſ dicere, q̃ ſi inſtitutus tẽpe inſtitutionis reperitur capax, & ante euentum conditionis appoſitæ in inſtitutione efficitur frater Minor, & tempore cõditionis reperitur promotus ad maiora & capax, poterit ſuccedere ex teſtamẽto. Ex iſtis infertur ad id, quod dicit Bald. hic. q̃ ubi monaſterium non uult bona, nunquam excluditur ſubſtitutus. Et ad iſtam concluſionem adde omnino Federi. conſi.

✱ *Subſtitutum.*] *Adde quod in regno Franciæ de generali conſuetudine ipſius regni, monachi & religioſi cuiuſcumq; ordinis fuerint, non ſuccedunt ab inteſtato ſuis parentibus. ut refert Mãſuer. in ſua praxi. tit. de ſucceſ. & ult. nolunt. fol. 83. col. 3. uerſ. item per conſuetudinem regni eſtiue. & ideo diſputatio de bonis ingredientis in d. regno eſt ſuperflua. etiam quoad*

12. quod incipit, Fratres Prædicatores. in 1. col. ubi dicit, q̃ fratres Minores poſſunt ab ingrediente recipere, & ingrediens poteſt eis aliquid dare, ſicut & cæteris pauperibus. Allegat d. cle. exiui. §. cæterum. ¶ Se-

51 cunda concluſio. Alij † Mendicantes, qui non ſunt ſtricti tanta mendicitate, poſſunt capere, nõ ut bona immobilia, uel perpetuò ſibi retinenda, ſed ut uendant & ſeruant, & in alios ſuos uſus conuertãt, ſecundum Doct. hic allegantes glo. in c. 1. in uerbo, domum. de reli. do. in 6. Et re uera illa eſt gl. ordi. & ſolennis, ſecũdum quam in facto cõſuluit do. Car. conſi. 68. inci. Statuto ciuitatis. & Ang. cõſi. 222. quod incipit, In Dei nomine & ſuæ matris: ex themate prædicto conſidera duo. & approbant ipſam Bal. in d. auth. ingreſſi. & Domi. quem omnino uide in l. Antiſtius. §. fi. ff. de acquir. hær. & Ro. ſing. 398. ✱ quod incipit, Prohibetur: ✱ & Bal. in l. cũ

52 quõ. C. de leg. & Imo. in l. apud Iulianum. §. fi. per illum tex. ff. de leg. 1. ¶ Sed † ut intelligas perfectè d. glo. de qua eris millies interrogatus, accumula breuiter quædam dicta ſparsè multum notanda. Et primò uide Pet. de Anch. conſi. 51. quod incipit, Io. And. in cle. dudum. ubi in iſto dubio, utrũ Prædicatores debeant uendere poſſeſſiones eis delatas, & pretium retinere, relatis quorundam opinionibus, dicit aduertendum, q̃ licet fratres Prædicatores in multis caſibus æquiparentur fratribus Minoribus, in cle. dudum. de ſepul. tamen in hoc differunt: quia Prædicatores ſunt incapaces immobilium ex ſuis conſtitutionibus, non ex regula originali. Nam ſunt originaliter Canonici regulares de regula beati Auguſtini, & ſic poſſunt habere proprium in communi. Et per Io. And. in c. ſane. j. de regu. qui dicit, q̃ ab iſtis conſtitutis etiam à Papa confirmatis poteſt de facili recedi: quia ueniunt ex accidenti: licet ſecus in his, quæ ſunt ab origine. Et ideo conſuetudo prædicta habet, q̃ Prædicatores tenẽãt bona eis obuenientia, & per talem conſuetudinem detrahitur de eorum conſtitutionibus. Nam ſicut expreſſo conſenſu firmantur, ita per conſuetudinem infirmantur, l. de quib. ff. de legi. Et ideo concludit, q̃ reſpectu acquiſitionis & retentionis bonorũ, uel uenditionis, quo ad eos, ſtãdum eſt eorum conſuetudini: quia per eam res de facili reuertitur ad naturam ſuam. Ideo ei cauetur, c. ab exordio. 35. diſt. Et ita reſidet. Tene mentis qa eſt miranda deciſio. ¶ Secundò uide do. Car. conſil. 104. quod inci. Super facto teſtamenti quondam peregrini. ubi circa quoddam teſtamẽtum, in quo fratres Prædicatores erant hæredes, dixit, a eos capaces, ſaltem ad hoc, ut uendant, ᵃ & conuertant in ſuos uſus: & alleg. gloſ. in d. uerbo, domum. & Bart. in d. l. apud Iulianum. & ſubdit, q̃ illud, q̃ ſignanter dicit Bar. ibi de fratrib. Minoribus, ut poſſint etiã capere, ut uendant, non pcedit: qa ſunt incapaces uniuerſitatis ſucceſſionis, etiã quo ad hoc, ut debeat eis æſtimatio, per d. cle. exiui. §. cupientes. q̃ non procedit in alijs Mendicantibus, ſecũdum eũ: & ſubdit aſſertũ fuiſſe de quodã priuilegio Nicolai Papæ, per quod Prædicatores ſunt effecti capaces. ¶ Tertiò ſcias, q̃ in tali uenditione non requiritur ſolẽnitas c. ſine exceptione. 12. q. 2. ſecundũ Bal. in d. auth. ſi qua mulier. poſt Gul. de Cu. in auth. hoc ius porrectum. eo. tit. Bene facit, quod not. Lap. allegatione 96. ubi dicit, q̃ eccleſia coacta alienare feudum, puta per fideicommiſſum, alienabit ſine ſolennitate.

intrantes religionẽ minorum & aliorum mẽdicantiũ. Bar. Bal. & Doct. in l. cum pater. §. hæreditatem. de lega. 2. Alex. conſil. 13. incip. circa primum dubium. uol. 3. Capra conſi. 83. in prin. ut ſupra in additio. ſuper uer. Loco filij.

✱ *Prohibetur*] *Adde quod eſt ſingu. 294. ſed aduerte quod loquitur in forenſe, non in fratribus mendicantibus. ut. tamen eum in ſingu. 439. inci. heri conſului. ubi tamen non ponit hoc quod dicit auth. hic. imo formal. q. & dicit cõmunem ✱ opin. eſſe, quòd bona ingredientis ordinem mendicãtium ſunt uenientium ab inteſtato. & idem ipſe reſpondit in conſi. 296. inc. circa declarationem. in termin. autem pro auth. ut. Coſta in ſing. in uer. mendicantes. incip. Licet fratres prædicatores, ubi dicit idem quod author hic.*

a *Ad hoc ut uendant*] *Tu uide de hoc Bar. in l. 1. nu. 2. uerſ. item ſi fratribus Minoribus. & ibi in apoſtil. Col. poſt Landr. in uer. fratribus. ff. de legat. 1. Not. idem Cel. in apoſtil. ad ſpecul. Bart. conſi. 5. inci. Vaſa. Idem Cel. in additio. ad Bal. in auth. ſi qua mulier. nume. 5. in uerbo. fratrib. Prædicatoribus. C. de ſacr. ſan. eccle. poſt Inc. Rebuf. in l. profeſſionum. 6. in uer. quòd religioſus mẽdicans. C. de miſe. patri. lib. 10. Et in lib. ſtyli Parla. par. 4. aliter. 151.*

te. ¶ Quartò uide Arch. in c.uiduis.27. q.j.ubi dicit, quod, quicquid dicatur, hodie monaſteria capacia bonorum uolunt habere bona ingredientium, non ut retineant, ſed ut uendant:ſed, dicit, quod debent aduertere, quo iure id faciant: quia generaliter pretium ſuccedit loco rei, l.quia pretio.ff. de uſur.l.procuratoris.§. non autem. ff.de tributo. Et ita reſidet. ¶ Quintò uide Bald.in cap. cùm cauſa infrà de re iudic. ubi dicit, quod in tali uenditione non requiritur ſolennitas: poſtea refert Archidia. ubi ſuprà & reprehendit ipſum, dicens, quod perſonæ conditio & momentaneum dominium non infringit regulam Mendicantium. argu.l.fin.in fin.C.de bon. quæ lib. Et quia Apoſtoli ita faciebant, non tamen du iſta pecunia facere capitale ſuper banchis campſorum: quia eſſet computanda inter immobilia: ſtatim ergo deponant, poſtea deſeribant, ſecundum ipſum. Et addit, quod poſſeſſio rerum mobilium, quæ uſu conſumuntur, eſt uilis & abiecta, l.rem, quæ nobis.ff. de acquir. poſſeſ. Item pecunia deſeruit cuilibet humanæ neceſſitati, alia res non: l.ſi ita fideiuſſorem accipere. ff. de fideiuſ. Et hoc dicit eſſe ueriſſimum: quia pecunia labilis eſt, & quod apud ipſum ſtare non poteſt. ¶Sexto uide Cald.in tit.de teſta.cõſ.pen.quod incip. An bona ingreſſi ordinem Predicatorum, &c. ubi latè conſuluit, monaſterium Prædicatorum eſſe capax bonorum ingredientis: & inter alias alleg.text. in clem. dudum.§. huiuſmodi de ſepul.ubi debent dare quartam de omnibus relictis. Ergo ſi poſſunt recipere legatum, fortius bona profitentis, cum plures ſint teſtatores, quam ingredientes. Non obſt. cap.1.de relig. domin. in 6. ubi Mendicantibus uidetur prohibita poſſeſſionum retencio: quia reſponder, quod in fundacione monaſterij non mendicantium aſſignari debet eis pro ſuſtentacione, cap.1. cum ibi allegatis, infrà de inſtit. Et hoc non contigit in Mendicantibus. Et ideo non dicitur ſublata mendicitas, ſi expoſt recipiunt aliquas poſſeſſiones, quæ non ſufficiunt ad uictum, nec auferunt mendicantem, uel mendicitatem, ut ibi per eum. ¶ Septimò uide elegans conſi. Pet. de Anchar. conſil.109.quod incipit, Contra fratres, uel ordines Mendicantium, &c. ubi conſuluit, quòd ſi omnibus eccleſijs habentibus bona immobilia eſt impoſitum à Papa certum ſubſidium: religioſi Mendicantes, uel conuentuales ordinis Minorum, qui haberent propria immobilia, aut reditus annuos, tenentur contribuere: quia ſi dicunt, licitè ſe tenere, conclu. ſint: ſi autem dicunt religionem incapacem, & Papam intellexiſſe de capacibus, non audiuntur quaſi allegantes turpitudinem ſuam. Et poſt multa generalia dicit, de hoc eſſe caſum expreſſum, & bene in cap. recolentes infrà de ſtat. mona. ubi poſſidentes bona, eccleſias uel capellas contra ſui ordinis inſtituta amittunt priuilegium ſuum & ordinis ſui,& tenentur ſubire ordinem ſuum, & ſimilem cum alijs in legibus diſciplinam. ¶ Octauò uide domin. Anton. conſil. 38. quod incip. Vt ſuprà ſolenniter ubi ſubſcripſit ſe præfato conſil. domin. Pet. quem appellat dominium & patrem ſuum. Et propter hoc, quod diſpoſitio aliqua propter inſolitum curſum materiæ non proportionetur iuri & communi intentioni ſcribentis, per hoc non ſoquitur, quod ſi diſpoſitio & uerba ſunt apta comprehendere illum caſum, non comprehendant. Vnde dicit, quod eſto quod Papa non cogitauerit de Mendicantib.in d.caſu,tanquam de iure non ualétib. habere bona,nihilominus ex quo uerba adaptantur, includuntur. Alleg.gloſſ.j.in clem.1.de deci. Ego allego glo.in cap. præſenti.in uerſic. proprium de cenſibus quæ dicit, quod licet religioſus non poſſet in particulari habere proprium, tamen priuilegium datum clericis in bonis proprijs extenditur ad id, quod habet religioſus ad ſuum uſum: quia uerba ad illud adaptantur, licet ſuperior de hoc non cogitauerit: & poſt multa dicit domi.Anton.ſe non uidere, quomodo Mendicantes poſſunt retinere propria: ſed dicit, quod non uult eos iudicare, & quod ſapientes neſciunt eos defendere, & quod libenter audiret, quomodo ſe ſaluant: ſed dicit ſe imaginari, aliquam bonam cauſam ſubeſſe,per quam id iuſtè arguit, ne præſumamus, quod quotidie celebrando, iudicium ſibi manducent. Quod non eſt cogitandum. ¶ Nonò uide domi.Card.in clem.exiui.§.proinde in pen. & ult.col.de uer. ſignifi. ubi relictis diſputationibus Bald. & Bart. qui fuerunt contrarij in d.authen.ingreſſi.concludit primo, quantum ad Minores, quod ſunt omnium incapaces cuiuſcunque hæreditatis, & quòd ad eos non transferuntur bona ingredientium, nec etiam iure legati poſſunt accipere tantam quantitatem, quod uideatur fieri fraus, ut in eadem clem.§. porro.& §. cùm autem ut ibi per eum. Sed in fratribus Prædicatoribus dicit iſta nõ procedere: quia,ſecundum eũ,dicuntur habere priuilegium Apoſtolicum, * quod ſint capaces ſucceſſionum. Et dicit ſe opinari, quod oportebit, ut tandem idem concedatur fratribus Minoribus,qui iam de facto in multis locis æquiparant ſe Prædicatoribus, & habent poſſeſſiones & latos reditus, licet faciãt eorum inſtrumenta nomine monaſteriorum monialium eis ſubditorum. Et dicit, quod arctiſſima paupertas regulæ Minorum intellecta, prout uult d.cle.non bene ſeruatur propter infrigeſcentem charitatem facientium eleemoſynas. Vnde ad euitanda peiora faueri poteſt illi opinioni, quæ uult quod capient pretium ſucceſſionum: nam ut ex coniecturis poteſt percipi, tandem fient poſſeſſionati, & utinam in alijs ſaltem bene ſeruent regulam, ſecundum ipſum. Et ſubdit, quòd ſtante iuri communi non poſſunt immobilia capere etiam ut uendant. Et ita reſidet do. Card. Sed ſalua reuerẽtia paternitatis ſuæ nimiũ ſpudicè locutus eſt modò, habito reſpectu ad fratres Minores ſeruãtes ſanctiſſimam obſeruãtiam. Iſtis hoc modo rememoratis mihi uidetur elicienda una cõcluſio, quòd attendenda ſint priuilegia Apoſtolica, & ſecundum tenorem ipſorum debeat de talib.reſponderi: quòd autem conſuetudo in hoc operetur, non conſonat: quia ex quo eorum conſtitutiones ſunt per Papam confirmatæ,non uidentur propter particulares conſuetudines poſſe tolli,niſi eſſet conſuetudo totius ordinis,per ea quæ habentur p Doct.in c.cùm acceſſiſſent,ſuprà de conſti. & in c. dilecto. infrà de præben. licet do. Pet.de Anch.d.conſ.51.aliter teneat:& nõ nego, quòd eius authoritas plurimum ualeret:ſed mouent me notata etiam per Fede.in d.conſi.12.inc.Fratres Prædicatores. cum præſcriptionib. ſequentibus. Et iſtud dico, quantum ad hoc, ut bona poſſint retineri.Si autem uelint ea uendere,tranſeo cum gl.in d.c.1.in uerbo,domum. loquẽdo de alijs, quam de minorib. Sed de ipſis dicit do.Abb.hic, adhuc idem eſſe limitãdo, niſi modus, per quem relinquitur, ſit contrarius eorum regulæ.Et remittit ſe ad no. in d.cle.exiui.Dicas tu,quòd ubi æſtimatio rei uendendæ aſcenderet magnam quantitatem,non ſunt capaces, ſecundum Bar.in d.lib. Minoricarum,& Pet.de Anch. in d.cle. exiui. Et de iſta capacitate minorum uide etiam Ang.& Imo.& Ro. in l.Stichũ. §.ſtipulatio.ff.de uerb.obl.Pet.de Anch. & Imo. in c.2. infrà de teſta.Ang. in authen. de eccleſiaſticis titulis. §. ſi quis autem. in fi. Bald. perfectiſſimè ultra omnes in d.authen. ingreſſi. & aliquid per eundem pulchrè in c.decernimus.ſuprà de iudi. Et ibi ponit, quando relinquitur laico, qui eſt cuſtos altaris fratrum Minorum. Et prædictis adde Lapum allegatione 4.quæ incip.An diſpoſitio. ubi dixit,quòd ſi aliqui Mendicantes habent ex gratia Papæ, ut poſſint retinere bona immobilia in communi, uel poſſeſſiones, uel aliàs retinent de facto, per hoc non perdunt nomen Mendicantium, nec ſunt liberati ab alijs legibus, in quibus de Mendicantibus ſit mentio. Adde etiam prædictis Domi.in d.c.1.§.confirmatores.in pen.col.de relig.domi.in.6. ubi poſt Ioan. And. allegat Spec.in tit.de ſtatu mona.§.1. dicentem, quod bona ingredientium Mendicantes tranſeunt in eos. Fallit in Minoribus,ſecundum ipſum.Adde etiam do. Abb. In c. recolentes.in fin.infrà de ſta.mona.ubi dicit, quòd ſi Mendicantes uolentes uendere bona, quorum ſunt incapaces, non inueniunt

* *Priuilegium apoſtolicum.*] Adde *Alber. de Roſ. in Aut. ingreſſi.C.de ſacroſ.eccleſ.col.3. nu.5. in fi.ubi dicit ſe audiuiſſe à fratribus prædicatoribus, quod habent reſcriptũ apoſtolicum, referens Archid.dixiſſe,uidiſſe formam illius reſcripti Clem.4. ubi erat talis cõcl. nos itaque ueſtris ſupplicationib' benignius annuẽtes, authoritate apoſtolica declaramus, quòd uos in temporalibus bonis in quibus ſuccederetis in ſeculo exiſtentes, licitè poſſitis ſuccedere, & bonorum ipſorum poſſeſſionem apprehẽdere, ac libere uendere bona ipſa,& prætium eorum in utilitatem ueſtrã conuertere. & ad hoc facit Alex. conſil. 88. incip. Eximie domine.col.2.uerſ. nam prædicatores. uol. 2. Sed in fratribus.S.Franciſci cõuentualibus, idẽ Alber.ubi ſuprà dicit ſe uidiſſe & legiſſe eorum priuilegiũ, mare magnũ uocatum, a Papa Sixto eis cõceſſum, quod cõuentus eorum habeantur loco filij ad excludẽdum ſubſtitutum. ut ibi per eum.quẽ uide pro fratribus ſeruorum,Carmelitarum,& alijs de quibus per Auth. infrà.*

inueniunt emptorem, debent dare pro eleemonſynis. ¶ Sed dubitari poſſet, utrùm fratres ſeruorum ſint Mendicantes, & reſpondeas, quòd non, ſecundum Cald. eleganter in tit. de regularibus conſil. 42. quia non ſunt prohibiti ex regula, uel ex conſtitutionibus habere proprium in communi, ſed profitentur regulam beati Auguſtini, quæ habet proprium in communi, c. nolo. & c. non dicatis 12. q. j. Non obſtat, quod aliqui conuentus uadant mendicando oſtiatim: quod eſt ſignum cognoſcendi Mendicantes, ſecundum theoricam Archidiaconi in c. quorundam de elect. in 6. quia reſpondet ipſe, quod text. in cap. j. de religio. domi. in 6. notanter ponderauit illos dici Mendicantes, quibus ex inſtitutionibus, uel regula, prohibetur habere proprium in communi. Vnde ponderauit, non ſolùm quòd quærant ſibi uictum per ſolum quæſtum: ſed etiam, quòd ſit prohibitum habere proprium. Et Archi. intellexit, quòd homo dicatur mendicans, non religioſus: & ſubdit Cald. patrem ſuum ita cōſuluiſſe, & ita declaraſſe Papam, de
53 ipſo ordine ſeruorum, ut ibi per eum. ¶ Quid † autem de fratribus Carmelitanis? Lapus multùm inſiſtit allegatione 45. incip. An fratres de Carmelio. Et finaliter dicit, quod nō audet firmare pedes: quia etiamſi regula non facit eos Mendicantes, tamen ex quo diu ita habiti & reputati ſunt, uidentur mutaſſe nomen, iuxta cap. cùm de beneficio. de præben. in 6. niſi fecerit contra ſtatum Mendicantium, putà retinendo bona & poſſeſſiones: ſed dicit Domin. in d. c. j. de relig. domi. in 6. ſe credere, quòd ſint Mendicantes, per illum text. & Ita tenet Ioan. And. in c. quorundam de elect. eod. lib. ſecundum eum: & mouetur per text. in illo c. j. & in d. cap. quorundam in inducendo plenius, ut ibi per eum. ¶ Et ex prædictis inferri poteſt ad Eremitanos: quia ſi Prædicatores & alij ſeruorum cenſentur capaces, quaſi deriuentur à regula beati Auguſtini
54 idem erit etiam de ipſis. ¶ Quid † autem de bonis ingredientis aliquam religionem particularem alicuius ordinis habentem patrem Abbatem, ut ſunt iſti montis Olineti, qui transferunt monachos de loco ad locum? Conclude, ſecundum domi. Anto. & do. Abb. hic, quod bona acquirunt toti ordini. Alleg. Spec. de ſta. mona. uerſic. 19. & gloſ. quam dicunt ſingularem in cap. de uiduis el j. in gloſ. 2. 27. q. j. quæ dicit, bona eſſe in poteſtate & in diſpoſitione illius, qui eſt ſuperior in ordine. ¶ Et ex iſtis omnibus habes plenè, an & quando bona ingredientis monaſterium capax, uel non capax, od ipſum applicentur: quæ omnia intellige, quando ingrediens non facit teſtamentum: ſi autem feciſſet teſtamentum, uidetur, quod illud debet conſeruari, per id quod habetur in §. illud in authen. de monachis. Et ex quo monaſterium non eſt capax, hoc non eſt inconueniens: quia ex tunc uidetur ualidum, quia mors ciuilis uidetur habere eundem effectum, quē naturalis, ſi autem ingreditur religionem omnino capacem non facto teſtamento, ſeruatur d. authen. ſi qua mulier. quam etiam habes 19. q. ult. ſi qua mulier. Si autem fecit teſtamentum, conclude ſecundum Imol. licet opiniones fuerint uariæ, quòd ſi aliquid reliquit monaſterio iure inſtitutionis, non rumpitur teſtamentum: ſi autem nihil relinquit monaſterio, tunc, ſecundum aliquos, rumpitur teſtamentum, ſicut etiam conſueuit rumpi natiuitate poſthumi præteriti nati poſt teſtamentum, ut in §. 2. Inſtitut. de exhære. lib. Sed tene contrarium, ſecundum Imo. quia non reperitur, quod ad hoc monaſterium habeatur loco filij: & quia text. in d. §. illud permittit teſtari, quomodo uult, ante ingreſſum: & licet uideatur capite minui, quia tranſit in poteſtatem monaſterij, quia licet diminutio non contingat per actum uitioſum, non tamen uitiatur teſtamentum. Allegat quod habetur in ſimili, l. Cornelia. ff. de teſtam. Et hoc latiùs proſequere, ut hic per domi. Anto. Imo. & domi. Abb. qui etiam tangunt, utrùm etiam poſſit libere teſtari, prout miles. De quib. remitto ad ipſos cauſa
55 breuitatis. ¶ Octauò † quæro, utrùm ſucceſſuri aliquo modo poſt mortem alicuius, uideantur ad ſucceſſionem uocati ipſo iure facta profeſſione? an uerò debeant expectare mortem naturalē? Et in hoc clariùs cæteris conſidera duos caſus. Primus eſt, quando ingreditur monaſteriū capax. Secundus, quū ingreditur non capax. Ad primū dicas, quod oportet expectare mortē naturalem: quia ciuilis non habet eundem effectū, quē naturalis. Poteſt. n. monaſterium ex perſona ingreſſi tenere bona, & poſſet prius mori ille expectans, quā monachus. Igitur data differentia, nō arguitur à naturali ad ciuilē, l. Stat⁹. §. Cornelio. ff. de iure fiſci. & ibi Bar. & l. cū pater. §. hæreditatem el 1. & ibi Bart. in propoſito, ff. de leg. 2. & ſentit Bart. in l. interdicis in fin. ff. de condi. & demon. & ita not. domi. Ant. domi. Abb. hic poſt Bart. in d. authen. ſi qua mulier. Fallit in legitima debita filijs: quia illa poteſt peti incontinenti, poſtquam pater eſt profeſſus, per tex. in cap. cùm ſimus infrà de regula. de quo facit feſtum Bald. in d. authen. ſi qua mulier. prope fin. uerſic. quintò not. & in l. ſi qua pœna. ff. qui ſunt ſui uel alie. iur. & Roma. in l. ſi cū dotē in prin. ff. ſolu. matri. Pet. de Anch. & domi. Card. in d. cap. cùm ſimus & domi. Abb. hic.
56 ¶ Sed contrarium, quod † imo etiam quo ad legitimam debeat filius remanēs in ſeculo expectare mortem naturalem, tenēt Bar. Salic. & Paul. de Caſt. in d. authen. ſi qua mulier. & Ioan. de Ana. poſt Pet. de Anch. in c. 2. infrà de delict. puē. & do. Abb. in d. c. cùm ſimus. quia iſtud eſt regulare, quòd legitima non debetur patre uiuente, l. lex Cornelia. ad fin. ff. de uulga. & pupi. l. j. §. ſi impuberi. ff. de colla. bo. no. Bart. & Bal. in l. 3. C. de iur. & fac. igno. & Spe. de execu. ſen. §. ſequit. uer. quid ſi filius. & Bart. in l. poſt emancipationem. §. illud. ff. de lib. leg. & plenè Imo. in c. Raynutius. infrà de teſta. & in c. cùm contingat. infrà de iureiur. & text. cum glo. fin. in c. 1. 18. q. 1. niſi eſſe filius Iudæi effectus Chriſtianus: & ſingu. per Ana. in c. Iudæi. el 2. infrà de Iudæ. Ad tex. in c. cùm ſimus. dic, quòd non probat illud ad quod allegatur, ut ibi per do. Abb. & per Salic. in d. authen. ſi qua. quia uerbum, Succeſſione. quod eſt ibi poſitum, denotat patrem fuiſſe tunc mortuum. quia non dicitur filius petere debitum ex ſucceſſione, niſi quando pater eſt mortuus: ut no. glo. fin. in d. c. 1. in 18. q. 1. Et hoc etiam per plura demonſtrat Ioan. de Ana. in d. c. 2. ubi uide. Et iſtud ſequor: quia, ut patet ex integra. d. c. cum ſimus. quam aliàs uidi, pater ille mortuus erat. Dicit tamen Paul. de Caſt. in d. authen. ſi qua mulier. quòd monaſterium tenebitur alimentare filios monachi eo uiuente, quia bona tranſiuerunt cum illo onere, l. ſi quis à liberis. §. reſcriptum. ff. de lib. agno. Et poſſet filius petere, ut aſſignentur ſibi certa bona, de quibus poſſit ſe alere: & ſi contingat ipſum ſuperuiuere patri, remaneant penes ipſum pro ſua legitima. & quatenus tranſeunt ipſam legitimam, reſtituat monaſterio: ſi uerò præmoriatur patri, reſtituantur omnia monaſterio: quia tunc apparet, quòd legitima non fuit ſibi aſſignata: & ſic erit aſſignatio facti, non iuris, nec tranſibit in filium dominium, ſecundum ipſum. Et iſtam practicam bene not. Et circa prædicta not. quòd filius ingrediens religionem, non poteſt petere legitimam in bonis patris patre uiuente. Ita concludunt Pet. de Anch. & Ioā. de Ana. in d. c. 2. pro quibus do uobis textum unicum & peregrinum in iure, coniuncta glo. in d. c. 1. 18. q. 1. ubi monachus factus epiſcopus, debet uendicare hæreditatem patris, & erit epiſcopatus: * ſi enim legitima fuiſſet debita uiuente patre, tranſmiſiſſet illam in monaſteriū, à quo fuit translatus, qui enim omnia dat, etiam dat ſpem futuræ actionis, l. 2. C. de dona. Præterea dicit illa gl. quòd ius ſuccedēdi nō cōpetit niſi poſt mortem, &, quòd ſpes monaſterij euaneſcit, ex quo monachus deſiuit eſſe filius monaſterij. Et per illam glo. in iſtis uerbis conſuluit Bald. in quodam ſuo cōſilio, quod incipit, Pater dotauit filiam. quòd monachus non poteſt cedere monaſterio ius adeūdi hæreditatē, adeo quòd eo mortuo monaſterium poſſit adire. Allegat l. ſi mulier. §. ex aſſe. ff. de iur. do. Et de hoc uide etiam do. Card. in cle. fin. in 16. q. de electio. & ibi dicit poſt Paulum, quòd ſi religioſo ſit aliquod relictum ſub conditione, & ante conditionis euentum efficitur epiſcopus. illud acquiritur epiſcopatui, & facit mentionem de quodam eleganti cōſi. Fede. in 26. quod incip. Caſus talis eſt, quidam eſt ingreſſus. Et iſta ſunt, quo ad primum caſum huius quæſtionis, quando eſt ingreſſus monaſterium capax. ¶ Ad ſecundum multi tenent, quòd expectantes mortem naturalem, uideantur ſtatim uocati, ex quo mors ciuilis habet eundem effectum, quem naturalis. Et ita no. Bar. in d. §. hæreditatem. el 1. & in 4. parte Minoricarum, & Pau. de Leaz. in diſputatione quæ incipit, Subſtitutus. & Ang. in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Treb. & do. Ant. & do. Abb. hic. Sed contrariū puto uerius, ſcilicet quod imo ēt poſt ingreſſum ordinis Minorū debeat expectari mors naturalis, quia iſta ciuilis nō habet eundem effectum, quem naturalis, propter conditionem meliorem: quæ eſt in expectatione mortis naturalis, quia tardiùs poterit conueniri reus pro fideicommiſſo. Ergo non debent. ue

* *Epiſcopat⁹*] *Ad. de Sotin. in conſil. 222. ſin. præſens conſultatio. Verſ. aut illicite. circa prin. in 2. par.*

bemus iudicare de morte ciuili, prout de naturali*, l.ea.§.inſulam.ff.de uerb. oblig.& ibi Dyn.& alij & ita pungit Imo.in d.§.hæredatem el j & Salic.in l.j.C.de hære.inſtit.quamuis Imo.in d.§.ex facto.& in §.ſeq. ſimpliciter tranſeat cum Ang. ibi.Et clariùs confirmo iſtam opin.demonſtrando,quòd mors ciuilis non ſit eiuſdem effectus: quia ſi confiſcarentur bona illius, qui expectabat mortem naturalem, & dubitetur,an ueniant bona iſtius ingreſſi, certè tenendo opinio. primam,illa etiam erunt confiſcata:ſed tenendo opinio. ſecundam, non eſſent confiſcata:quia confiſcatis bonis non ueniunt bona debita ſub conditione,* non exiſtente adhuc conditione: ut eſt gloſſ.aurea,quæ incipit, Sed quid prodeſt in l. nam ad ea.ff.de condit.& demon.quam ualde not. Bald.in l.j. in pen.col.C.de hære.inſti.& Ro.ſing.170. quod incipit gloſſ.ord.in l.nam ad ea. Per quod apparet mortem ciuilem non eſſe aptam operari tantum, quantum naturalis. Et ideo conſuluit ſignanter Pet. de Anch. conſil.417.incip. In his dubijs, quod cùm quædam domus eſſet debita Sempronio poſt mortem filiarum, & filiæ eſſent profeſſæ in monaſterio, tamen oportet,ut ille expectet mortem naturalem: quia licet monaſterium nec uendere poſſit, nec habitare poteſt tamen locare. Ex quibus remanet expeditus ſecundus caſus huius ſubtilis articuli,de quo etiam uide Bar. Bal. Imo.& Pau.de Caſt.in l.j ff.de teſt. ¶ Nonò quæro:Si monachus † inſtitutus hæres, dato ſibi quòd ſi ipſe non uult, alius ſuccedat ſubſtituto uulgari, non uult adire hæreditatem, utrû monaſterium ſine monacho adire poterit, ut excludat ſubſtitutum,ad ſimilitudiné patris, qui filio inſtituto recuſante adire poteſt,l.j.§.ſin aût.C. de bo.quæ lib. Et in hoc reſpondet Bar.q ſic,in l.j.de uul.& pup. & ſequuntur cõmuniter * Scribentes hic,quia monachus nõ habet uelle,nec nolle, c.ſi religioſus de elect.in 6.Idem Bal.in l.j. C.qui admitti.& in d.l. Deo nobis & in l.cùm proponas. C. de hære.inſtitu.Contrarium tenet Bald.in l.ex repudiatione,C.de fideicom.& in l.ſi. in princ.C.de bo. quæ lib.& Ang.& Imol, in l.ſi paterfamilias.ff.de lib.& poſth.Imo. plenè in repe.c.Raynutius in 27.char.uer. iuxta prædicta põt dubitari.j. de teſta. qa quo ad actum acquiſitionis monachus potius equiparatur ſeruo,quã filio.No.glo.in l.cohæredes.§.ſin.in uer.pito.ff.de acqui. poſ.Inno.in c.olim. j.de priuile.et Bart.in l.j.in prin.et in §.ſi fructuari*.ff.de ſtip.ſer. cû cõcor.Et probatur:quia monachus omnia quærit monaſterio, ſicut ſeruus dño,filius non, l.cùm oportet. C.de bo.quæ lib. Sed ſi ita eſt,q ſine uolûtate ſerui inſtituti dñs adire nõ poteſt, d.l.cû proponas. Ergo, etc. Nõ ob.q monachus non habeat uelle uel nolle,quia rñdet Imo.in d.c.Raynuti*, q eſt uerû,quo ad hoc,ut ſi non interuenit cõſenſus abbatis,nihil operetur ſuû uelle, uel nolle. Et idem in ſeruo,quia nolle,uel uelle nõ poteſt hæreditatẽ ſine uoluntate dñi nam licet uelle repudiare, non poteſt l.is,qui hære. §.filius et l.qui in aliquã.in prin.iuncta l.is põt. ff.de acqui. hær. Et in monacho patet, quòd ſolus abbas ſine cõſenſu monachi electi ad prælaturam non poteſt electioni conſentire. Probatur in d. l. ſi religioſus. Et ſic uoluntas abbatis non eſt uoluntas monachi. ¶ Decimo, quæro, utrum ſolus abbas ſine monacho inſtitutum poſſit hæreditatem repudiare? Et communis opi.eſt quòd ſic,* per l.j.§. per ſeruum.ff.de acquir.poſ.ut per Bal.in l.j.in 10.q.& in l.bonorum.in 5.q. C.qui admit. & in d.l. ex repudiatione.& Bar.in l.tutor. in fi.ff.de bo.poſſ.Et hoc dicit Pau. de Caſ. in l.legato ſeruo.ff.de leg.1. & Lapus allegat.26.in fi.& Bal.in l.ſi pupillorum. C.de repu.hære. Ex quo inferunt hic Doc.utrû mortuo monacho hæreditate ſibi delata nondum adita monaſteriû poſſit adire? Et concludunt,quòd ſic,ut hic per do. Abb.& Bal.diffuſè in d.l.j.C.qui admit.& Bar.in l. inde Neratius.in prin.ff.ad l.Aquil. & Bal. in l. filio.ff.de cond.& demonſt. ¶ Poſtremò ſuper hac decretal.quantò magis reuoluo & reuello,tanto plura & pulchriora inuenio: ſed ne ſequẽtibus decretalibus iniuria fiat,in reliquis ad hoc me remitto, præterquam in uno,quod recitatione dignum reſtat:quoniam dicit hic Imo.quòd ubi aliquis timet, ne alius ſuam poſſeſſionem inuadat,poteſt implorare officium iudicis, p quod petat ſe defendi in ſua poſſeſſione:& ad conſequendum iudicis interdictum ſufficit facere fidem de poſſeſſione ſine libello & ſine ordine iudiciario,ſecundû ipſum, de quo exclamat Bal.in l. fi. C.de edi.diui Adri.tol.ubi omnino uideas,quia ex dictis Inn.colligit 5.uel 6.ſingularia, quando liceat propria authoritate poſſeſſionem apprehendere, quæ breuitatis cauſa omitto, ¶ Sed ad iſtud,quod retuli de officio iudicis,adde Bal.idem tenentem in l.ſi ſeruus. per illum tex.C.quod cum eod.& in l.ſi ſuper poſſ.C.de tranſac.& in l.j. C.de prohi. ſeq.& in l.fin.in prin per illum tex.ff.quod met.cauſa.no. Bart.in l. æquiſſimum.§. ſed ſi inter duos. ff.de uſufru. Cæterùm ad illud de capiente poſſeſſionem propria authoritate,uide dom.Anto.hic, cui adde bonas remiſſiones, & uide Rotam deciſ. 16. incip.Item ſi cõtra agentem,in nouiſſimis, Arch.18.q.3.in Summa,Inn.in c.in noſtris. infrà de conceſſ.præben.dom.Abb. ſolenniter poſt Inn.in c.1.de immu.eccl.Imo.in clem.ad noſtram. ſuper glo. in uerb. frangatur.de hæret. Pet.de Anch. in c.2. in 1.* col. de iureiur.in 6.Bald.in rub.C.qui admit.& in c.cæterùm.ſuprà.de iudic. & in di ſpu.incip. accuſatus.in penul.col.& in l.ea l.C.de condi.ob cauſam.glo.ſing.in authẽ. ut de cætero commuta. fiant.§. de cætero. circa prin.dom.Anto. in c.2. circa fi. ſuprà de conſue. Ange.in l. rerum amotarum.ff. rerum amo.Ro. in l. qui abſenti. §. ſi quis poſſe. in fi.ff.de acqui.poſſe.Ange.in l.lege Iulia. C. qui bo. ced.poſ.Arch.16.q. 2. in Summa, tex.no.& ibi Doc.in c.paſtoralis. infrà de priui.& in c. eum,qui. de præben. in 6.& Domi.in c.ſi tibi abſenti.de præben. in 6.& Pau.de Caſt.in. l.ſi poſt diuortium. ff. ſol. matr. & Lap. alle.119. In ulti.col.& Petr.de Anch.conſi.305.incip.Tres domini magnifici.in ulti.col. Et iſta loca no. qa ſunt in iure ſolitaria: reliqua dic, ut per Scribentes, quos in ſubſtantialibus dictis ſufficienter oneramus.

Sub conditione] *Adde Ro.in conſ. 247. incip. primo dubitatur n. 2. & licet Bal. in l.j.col. 2. uerſic.ſed quæro an in publicatione. C. de oper. lib. uideatur ſentire contrarium quod ſcilicet in publicatione bonorũ ueniant bona cõditionalia, per text. in l.ante ſocerum.§.fin.ff.de pact. tamen iſta* * *eſt communis* * *opinio.quam tenet idem Bald.in l. et 57 an ſi.uer.& nota, quod ſi omnia bona. C. ad leg. ful. Aug. de maleſ. in uer. & eius bona publicamus. uerſi. & nota quod ſacta dicta publicatione pro quo facit* * *illa communis doctrina,quod in publicatione bonorũ non ueniunt bona futura de qua per Bald.in loco citato ab Authen. Abb. in c. ad liberandũ in fin. de iudeo. Alexan.conſi. 15. Viſo proceſſu in fi. conſ.75. viſo.no. 12.lib.1.Ro.tamẽ in d.ſing.170. diſtinguit aut iura ſunt conditionalia conditione caſuali, aut conditione mixta uel poteſtatiua ut primo caſu nõ ueniant ſecũdo ſic ut ibi. An autẽ in publicatione bonorum ueniant res in quibus quis habet ius ad rem uide eum d.Rom. ſing. 430.incip.nũquid confiſcatis bonis.*

* *Quod ſic*] *Adde Feder. conſ. 9. incip. caſus talis eſt,Res aliqua immobilis. & hanc opin.tenent im.&* *Gem.in c.4.de reb.*

eccleſ.non alien in 6. Car. & Abb. in c. tua nuper.de ijs q̃ fiunt a præl. ſine conſ.c. licet ibi Ab.dicat. ...hic eſt caſus ualde dubius, tamen ubique tam tenuit ut alibi ĩ c. 3.in pen.col.de dolo & cõt.in hoc.c. & in conſ. 32. ad illaram deciſionẽ. Butr.hic col.28.et in c.quoniã.per illum tex.de decim. & Bald.in auth.ſi qua mulier. col. ult.C.de ſacroſ.eccleſ. & in l.ex repudiatione. C. de fideicom.Rom.cõſ. 193. Viſis quæ narrantur in facto. Alber.de roſ. in l.legatũ.de leg. 1.Contrariam opinionẽ negatiuã tenuit Bal. hic contrarius in l.contra iuris.§.1.ff.de pac. in leg.magis puto. §.fundum.de reb. eor.per illũ. t. quẽ fortè dicũt Caſtr. Aret. & Alex.in d.l. legatũ. & hãc tenent Rom. & Aret.in l.is q hæres.§.fin.ff.de acq. hær.Anch. & im. in c.ut ſup de reb. eccl.non alien. & im.in d.c.tua nup. * *& hanc magis* * *communẽ dicit & tenet Alex.in d.l. legatũ.col.2.uerſ. ſed quid in Abbate.ubi allegat omnes oẽ per d. §.fundum. Sed aduertẽdum,quod ut dicit Aret.in d.l.is qui hæres.§. fin.opinio Feder. ſeruaretur in practica, quia eſt communis apud canoniſ. addo tu, quod eſt in dubitabilis etiam apud legiſtas,nam opinio cõtrariam multis in prælato, ut per eos uidere poteſt. ſed in Abb.omnes conueniunt cũ prima. quam Alex dicit magis communem in d.uerſ. ſed quid in abbate.in prin.& alibi in l.1 .ff.de uulg.col.7.uerſ.utrum autem ſolus Abbas. ubi reprehendit Bart.contrarium tenentem in l. is qui hæres.§.neque filius.ff.de acquir.hær.contra quem dicit omnes tenere ibi.& alibi Alex.in l.1.§.per ſeruum qui col.fin. uerſ. in illo tamen articulo de acq.hær.dicit opinionem Canoniſt.eſſe cõmunem .& ſemper ipſe tenuit affirmatiuam,cum canon.in c.ſi religioſus.de elect.in 6. & 18.q.2.c.non dicatis.*

SVMMARIVM.

1 *Actor & reus in interdicto retinendæ poſſeſſionis ſi probant, obtinet is, qui antiquiorem poſſeſſionem probat.*
2 *Territorium quid importet.*
3 *Cõpetens iure ſpeciali, non de iure cõi, ſatis dicitur competere de iure.*
4 *Exceptio poteſt falſitatis opponi etiam poſt ſententiam.*
5 *Iudex non poteſt repellere partem propter ſuſpicionem calumniæ. Iudex ſi committat receptionem teſtium, an uideatur commiſiſſe eorum examinationem. Poſt num. 5. verſ. nota quintò.*
6 *Dictiones, Extunc & Exnunc, quid importent ſeu ſignificent.*
7 *Infamia facti non repellit totaliter teſtem, niſi iudex arbitretur eum totaliter repellendum.*
8 *Cauſæ quot ſint, quæ faciant obtinere in interdicto retinendæ poſſeſſionis. Extrema ſufficiunt, ſi probata ſint, ad obtinendum in poſſeſſorio. Poſt nu. 8. ver. idem tene menti gloſ.*
9 *Prioritas, ſiue antiquitas poſſeſſionis quid operetur.*
10 *Probatio quæ fit per priuilegium dicitur euidentiſſima.*
11 *Spoliatio dicitur multiplex.*
12 *Dominus an poſſit agere pro ſubditis. Colligentes pedagia debent tenere itinera tuta. Poſt nu. 12. ver. & non omitto.*
13 *Probatio facta ſine termino aſſignato, utrùm ualeat, & nu. 14.*
15 *Probationes factæ poſt lapſum terminum, an ualeant. Pone ad hãc regulam quinq; limitationes & 16. nu. cum 17.*
18 *Probatio facta poſt terminum peremptoriũ, an ualeat. Probare quis non poteſt per teſtes, poteſt probare per confeſſionem aduerſarij. Poſt numerum 18. ver. limita octauò. Probatio an poſſit declarari poſt terminum datum ad probandum. Poſt numer. 18. ver. limita decimò.*
19 *Teſtis ſi iurat in termino, licet deponat poſt terminum, ualet eius teſtimonium.*
20 *Hæc tamen regula fallit in quinq; caſibus: quos uide num. hoc 20. et 21. 22. & 23. Iudex non præſumitur negligens, niſi pars proteſtetur. Poſt nu. 23. ver. item non ſufficeret dicere.*
24 *Falſitas teſtium quomodo & quando poſſit opponi: & dicit, quòd ſi nunquam fuit mota, poteſt moueri in cauſa appellationis.*
25 *Quæ regula fallit quatuor modis. ut hoc nu. 25. & 26. cum 27.*
28 *Falſitatem ſufficit probare directè, uel indirectò: niſi probetur, iudicē dicta falſorum teſtium fuiſſe ſecutum.*
29 *Teſtis licet probetur corruptus, ſi tamen aliter de falſitate non appareat, ſententia non retractatur. Certi tamen ſunt caſus, in quibus ſufficit probare ſolam corruptionem. Primus eſt num. 30. & alij duo conſequenter.*
31 *Sententia lata prætextu falſorum teſtium uel inſtrumentorum, ualet mero iure.*
32 *Sententia lata ex falſis probationibus factis contra abſentem dolo producentis, non ualet.*
33 *Sentētia lata cõtra minorē pręxtu falſorū teſtiū, eſt ipſo iure nulla.*
34 *Decretum interpoſitum ex falſa probatione, eſt ipſo iure nullum.*
35 *Sententia lata prætextu falſorum teſtium, uel ex falſis probationibus, licet teneat mero iure, ſunt tamen quatuor remedia, quorum primum datur ad eam irritandam: reliqua ad eam euitandam. Primum remedium eſt per uiam reſtitutionis in integrum, & exſpirat lapſo quadriennio.*
36 *Secundum remedium eſt actionis in factum, quod competit ad ſpacium 30. annorum, & tollitur totidem annorum ſpacio.*
37 *Tertium remedium eſt accuſationis criminalis, durans uſque ad 20. annos. & nu. 38.*
39 *Quartum remedium eſt per uiam exceptionis, competens perpetuò aduerſus fundantem ſe in ſententia taliter lata.*
40 *Probare quando quis teneatur omnia narrata, quando ſe aſtrinxit omnia probare & num. 41. & 42.*
41 *Qualitas ſubſtantialis an aſtringat probantem.*
43 *Aſtringens ſe ad plura probanda, quorum quodlibet per ſe ſufficit, iudex non poteſt propter unum plenè probatum pronunciare ſecundum petita.*
44 *Iudicium ſortis quando habeat locum.*

CAPITVLVM IX.

LICET CAVSAM. ¶ Si † actor & reus in in-
1 terdicto retinẽdæ poſſeſſionis probant, obtinet is, qui antiquiorem poſſeſſionem probat, maxime ſi titulum iuſtificatum, uel meliores probationes reſpectu poſſeſſionis adduxit. H. D. Diuide, ut per Doct. & naturam iſtius interdicti & aliorum habes. Inſtit. de interdi. §. retinendæ & per totũ. Et habet hoc c. materiam ſubtilem & famoſam: ſed ſequendo dom. Abb. referam ſolùm utiliora & indigentia declaratione quia multis prolixior uideor. ¶ Not. primò tria, quæ poſſunt competere eccleſiæ ratione temporalitatis, ſcilicet iuriſdictio, honor & diſtrictus. Primum expone ſecundum Bald. hic, de qualicūque iure, ex quo in genere ponitur. Facit gl. in l. j. ff. de iuri. om. iudic. & in clem. j. in uerbo, omnimodam de for. compet. Et ſic importat cognitionem & executionem criminalem: quæ qualiter exerceatur ab eccleſia, uide in c. fi. ne cle. uel mona. in 6. Secundum de honore non reperitur alibi, ſecundum Bald. hic, quod pro honore competat iudicium poſſeſſorium: ſed dicit, quòd non intelligitur de honore qui debetur uirtuti: quia non conſiſtit in iure, ſed in moribus. ſed de honorãtijs habentibus in ſe aliquam utilitatem. uel exhibitionem operarum, uel ſignum obedientiæ, per l. ſi non ſortem §. libertus. ff. de condi. indeb. & l. honori. ff. de obſequijs. & l. ciuitatibus. ff. de leg. j. exemplificat in propoſito, quod ſubditi uadant obuiàm prælato honorificè & proceſſionaliter cum palmis oliuarum uel ſimilibus reuerentijs.
a Tertium eſt [a] diſtrictus, quod non exponas pro executione pœnarum, ut hic per Ioan. And. & alios, ſecundum Bald. hic eſt uocabulum præciſum importans originarios & incolas, qui diſtringuntur ſeu arctantur. Allegat gloſſ. in § furtum. Inſti. de act. & in l. j. C. ubi de cri. agi opor. Et diſtrictus eſt etiam in mari, ſed territorium in terra, ut uerbum ſonat: ut eſt glo. notab. in c. ubi piculum: in uerb. cum ſua curia. de elec. in 6. quæ dicit, quòd mare attribuitur terræ uiciniori: & allegat ipſam Bald. hic, & Pet. de Anch. in c. 2. de conſt. in 6. & Bald. in c. licet. ſuprà de fer. & l. fin. C. de teſta. & in rubr. ff. de rerum diui. & in c. accedens. el 2. ut lite non conteſt. & in c. in literis infrà eod. & in l. 2. C. quemad. teſ. ape. & in l. j. C. ubi. de cri. agi opor. & in l. pe. C. de inſti. & ſubſt. Et ideo dicit Bar. in l. inſulæ. ff. de iudi. ſe allegaſſe contrà pyratas reducentes ſe ad quandam inſulam prope Piſas: & pro ipſo dicit ibi Ange. eſſe text. ſing. in l. j. C. de claſſi. lib. 11. nn. Bart. in l. unicā. C. de uena. ferarum. eod. lib. & Ioan. de Ana. in c. unico. de cle. uena. Et dicit Dom. in d. capitu. ubi periculum, quòd bannitus de territorio alicuius ciuitatis cēſetur bannitus à mari, quod per illam ciuitatem diſtringitur. Poſtea ſubdit Bal. hic, quòd ambitus territorij comprehendit quædam loca, quæ nõ ſunt de diſtrictu, ut monaſteria & eccleſias: & dicit, quòd eſt diœceſis clericorum diſtrictus utrorumque. Allegat c. Rodulphus. ſuprà de reſcrip. & in his dicit ſtandum conſuetudini uulgi. Vide Io. And. in c. fi. de offi. dele. in 6. ubi dicit, quòd appellatione diſtrictualium non ueniunt cle-
* rici. & ſequitur Ro. in ſing. 453. * idem do. Ant. in c. dilecti. de fo. compe. & Domi. in c. ſi à ſede. de præb. in 6. & Pet. de Anc. in regula, ea, q. in 20. q. de regu. iur. in 6. Et adde Bald. in c. 1. §. ſi. quibus mo. feu. amit. ubi dicit, quòd omne territorium & omnis diſtrictus poteſt appellari prouincia. Vnde authen. qua in prouincia. C. ubi de cri. agi opor. poteſt exponi, in quo diſtrictu & territorio. Allegat Hoſt. in c. non eſt infrà de ſponſ. & l. prouinciales. ff. de uer. ſig. & ibi dicit, quòd nomine caſtri continentur corporalia & incorporalia, res, iura & iuriſdictiones. Allegat Bar. in l. ſi quando. C. de bo. uac. lib. 11. De
2 hac materia, & † quid importet territorium, uide Bart. in l. pupillus. §. territorium. per illum text. ff. de uer. ſig. do. Ab. poſt Ioan. And. & alios in c. cum contingat. in 19. col. ſuprà de fo. compe. per Bald. in rub. quæ ſint regalia. & in l. 2. ff. de offi. præſi. & in l. j. C. de ſen. ex breuic. recit. & Bart. in l. 1. in ult. col. ff. de iuriſd. omnium iud. & in l. cunctos. C. de ſum. trini. Et quid ſit comitatus, & quid ciuitas, uide omnino do. Card. poſt Paul. & Pe. de Ançan cle. ne Romani. §. ſanè. in 6. q. de el. &. Et ibi concludit: quòd utrùm ille, qui eſt de diſtrictu, dicatur de comitatu, attenditur communis uſus loquendi in ſtatutis & in materia. Vide gloſſ. 1. in c. prouinciæ. 98. diſ. & Ange. in l. fi. ff.

a *Tertium eſt*] *Adde tu, & dic clariùs, quòd ubi aliquis populus, uel princeps habet poteſtatem terrendi, ut ſunt domini Veneti, qui habēt poteſtatem terrendi Patauinos, Taruiſinos, et alios ſubditos, tunc ille loc[a], qui poteſt terreri, appellatur de ſorte et de diſtrictu. Ita Bart. in l. cunctos populos. C. de ſumma trinitate & fide Catholica.*

* *453*] *Adde q̃ eſt ſingul. 446. ubi habeo caſum in facto. & dic quod imo Rom. ubi tenet contrarium. quod imo ueniant clerici appellatione diſtrictualium. & alleg. Ioan. And. & rationem. ut ibi per eum.*

l.fi.ff.de iuriſd.omnium iudic. Quid autem ſit ciuitas,caſtrū,
& uilla,uide plenè Bart. in extrauaganti, qui ſint rebelles. in
uerb. Lombardiæ & Ioan. And.plene in c.ſi ciuitas de ſenten.
excommu. in 6. cum concor. quas omitto. Et uide Angel. &
Imo.in rub.ff.ſolu.matri.& omninò Pet.de Ancha.in cap.ſta-
tutum.§.j.in 4.colum.de reſcript.in 6. ¶ Not. ſecundo ibi,de
iure.iuncto fin.text.in uerbo, maximè quòd illud,quod com-
petit de iure ſpeciali,non de iure communi, ſatis dicitur com
petere de iure.Ad idem uide text. & ibi domi. Abb.in c.cùm
contingat infrà de deci. Et ex hoc infert
hic do. Abb.ad quæſtionem de iudice [a],
uel arbitro,qui habet pronunciare de iu-
re, quia poterit etiam iudicare ſecundum
ſtatuta,& remittit ſe ad dicta in rub.ſuprà
de conſue.allegando bonum tex.cum glo.
in c.j.in uerbo,de iure ſuprà ut li.pen. Ad
de text.cum gloſſ.in uerbo, iuris in l.præ-
ſcriptione.C.ſi contra ius,uel uti.pub.quā
ad idem not.ibi Paul.de Caſt.facit elegās
dictum Bald.in l.conſtitutionis de bo.quæ
lib. & in l.unica. C.de confeſ. Et de hoc,
quod tangit domi.Abb.uide Ro.dicentem
ſe pluries idem conſuluiſſe,in l.poſt dotē.
ff.ſolu. matrimo. & per eundem in rubric.
ff.de arbit.& iſtum text.allegat.domi.Ab.
in c.Cumana. ſuper gloſ. in uerbo, de iure
ſuprà de electio. Vide ſemper Bald. in l.
præſcriptione. C.ſi contra ius,uel utili.pu-
blic.& quæ dixi in c.j. in j.notabili , infrà
de ſponſalibus. ¶ Ex eiſdem uerbis not.
quòd ille, qui narrat in libello,ſe eſſe do-
minum , ſi concludit in poſſeſſorio dunta-
xat,uidetur incidenter deduxiſſe admini-
culatiuè dominium.Ex quo no.quòd nar-
ratio reſtringitur per concluſionem. Ad
idem allegat domi. meus text. & ibi Bart.
in l.Aurelius.§.Sticho.ff.de lib.leg.& Inn.
in c.ſuper literis ſuprà de reſcrip.& domi.
Anto. plenè in c. examinata ſuprà de iu-
dic. Adde Bald.in l. fin. C. de competen.
ubi dicit,attendendum eſſe effectum libel
li,et quòd ſuſtinetur groſſo modo loquen
do,& uide Bald.in l.edita in 11.et 17. col.
C.de eden.et in l.2.in fin.C.de peti.hære.
et in l.domum in j.colum.C.de rei uen.et
in l.ubi adhuc.C.de iur.do.in quibus locis
repetit iſtud de concluſione, et eſt text. et
ibi pulchrè Bald.in l.non debet in fin.ff.de
dolo. Et non tantùm in actione,ſed etiam
in exceptione , ſecundum Bald. in l. cum
ultra.C.de non nume.pec. Et iſta declara,
ut per Bald. in l. conſentaneum in princ.
C.quomodo et quando iud.et uide Cal.in
tit.de accuſ.cōſi.3.et 5.et Ang.conſi.200.
et Bald.in l.qui ſtipendia. C.de procur.cū
3 concor. ¶ Not. tertio.† ibi, utraque pars
inducere potuit , q; licet iudex exceptio-
nes, quæ opponuntur contra teſtes , poſſit
ſeruare poſt teſtes receptos et publicatos,
c.præſentium infrà ti.proxi.ſi tamen uult,
poteſt admittere partem excipientem ad
probandum incontinenti dictas exceptio-
nes , dummodo non retardetur examina-
tio teſtium in cauſa principali : quia hoc
eſſet contra tex.in authen.ſi dicatur.C.de
teſt. uult text.cum gloſ.j. in c.cum cauſam
infrà tit.21.et dicetur ibi,ut in c.ex parte
eo.tit.Et ex hoc notant ualde domi. Abb.
et do.meus hic, quod ſuper pluribus arti-
culis compaſſibilibus poteſt aſſignari unus
et idem terminus,concor.text.in l.genera
liter.§.pen. C.de reb.credi. et eſt gloſſ.in
clem.ſæpe.in uerb.dationē.de uerb.ſig.de
quo dic,ut per omnes in c. præterea ſuprà
de dilat. cum concor. allegatis ibi , et per
Ro.in l.qui ante Calendas. ff.de uer.obli.

Et not. quod lapſus talis termini ipſo iure
excludit uolentem producere teſtes,et nō
ualebit productio ēt parte non opponēte
pp uerbū,Nullatenus,de quo in tex.iūcta
glo.in authē.ſi qua mulier. C. ad Velleia.
& de hoc pleniùs j. ſuper gloſſ. 1. ¶ Item
4 pondera , quòd † exceptio falſitatis poteſt
opponi etiam poſt ſententiam:de quo etiā
in gl. Et ex hoc collige, quòd quicquid li-
cet opponere poſt ſententiam , multo for-
tiùs ante: licet teſtes ſunt publicati. Quod
facit ad no. in c. iurauit. ſuprà eo. ¶ Et ex
prædictis colligit hic do.Abb.iuncto c.cau
ſam.infra tit.proxi. quòd omnis dilatio da
ta ad probandum cenſetur peremptoria ,
etiamſi non dicatur. Et eſt tex. in l. fi. ff.de
dila.& in c.2. ſuprà de dila. ubi bona gloſ.
ſecundum eum . Secus dicas in dilatione
exceptoria,ut habetur in c.conſuluit.ſuprà
de off.deleg.& in l.ad peremptorium.ff.de
iud. & adde gl.in cle.1.in uerb. perēptoria.
de excep.& ibi do.Car.16.q.& tex.& Bart.
in l. Titia.§.uſuras.ff. de leg.2.& Spe.in tit.
de dila.§.1 .uer.& not.& do.Ab.in c. paſto-
ralis.in 3.not.infrà de excep. & Bart. in l.
mancipiorum.ff. de optio.leg.& in l. ſi fini-
ta.§.Iulianus.ff.de dam.infec.Adde glo. 2.
in c.1. de do.& cont.in 6. quæ ſentit, quòd
ſi in iure uel alia diſpoſitione ſit mentio de
termino , non eſt neceſſe, quòd ſtatuatur
peremptorium. Et quando iudex debeat
citare peremptoriè , uide Bart. & Imol. in
l.ſi finita.§.Iulianus.ff.de dam.infec.& quæ
aliàs dixi poſt Ana. in c.ad petitionē.infrà
de accuſ. Et dicit Bald. hic, quòd terminus
aſſignatus in medio cauſæ,ſemper cenſetur
peremptorius. Et dicit Bald.in l. ſi quādo.
C.de teſti.quòd in fine termini dati ad pro
bandum,poſſunt teſtes produci ſine citatio
ne , ex quo illa dilatio eſt cum perempto-
rio. Et adde , quòd notarius non tenetur
ſcribere in actis peremptori, quando eſt di
latio ad probandum,ſecundum Bar.in d.§.
Iulianus. Et dicit Bal.d.l.fi.ff. de dila.quòd
dicitur perēptoria, quia perimit probatio-
nem, non ius: & ideo dicit,quòd in noua in
ſtantia poterit fieri probatio omiſſa in pri
ma,per l.per hanc.C.de temp.ap.Idē dicit,
ſi pars fuiſſe impedita:quia non cenſebitur
peremptoria dicta dilatio.arg.l. Cæſar. ff.
de publ. Idem dic,ſi poſt paucos dies mora
purgaretur,ſecundum glo.in d.cle.ſæpe.in
uerb. non obſtante. & Bart. in d.l. fi. Idem
dixi , ſi fuiſſet data dilatio abſenti,quia nō
cenſeretur peremptoria:glo.no. in l. fi. Idē
dic , ſi fuiſſet data ſine cauſæ cognitione,
per l. à procedentē. C. de dila. de quo ta-
men uide Bald. in l. petendæ. in 1. not. C.
de temp. in integ. re. pe. &c. ¶ Not. quar
5 to ibi, per excogitatam malitiam , quòd †
ſi pars excipiens non eſt in manifeſta ca-
lumnia , ſed contra ipſum eſt quædam ſu-
ſpicio , non poteſt iudex ipſam repellere.
Quod intellige, ut hic per do. Abb. & do.
meum poſt alios.Sed in quantum do.meus
dicit quòd iſtud præiudicium non erat re-
parabile,quia ſuccumbens in poſſeſſorio ef
ficiebatur actor in petitorio: iſtud non in-
telligo, quia imo etiam poſt ſententiam po-
tuiſſet opponi exceptio falſitatis , & retra-
ctari ſententia ea probata, l.quærela.C.de
falſis.cum aliјs hic allegatis in gloſſa 2.me
ritò dixit Inno.in c. poſt electionem. quaſi
in fin. infrà de conceſſ. præb. quòd ubi non
proceditur cum ſolenni ordine , ſi iudex
uehemēter ſuſpicatus exceptionem perē-

a *Ad quæſtionem de iudice*] *Adde tu, quòd Felin. hic tangens q. quotidianam, utilem tamē, nimium ſuccinctè & breuiter loquitur, quare pro clariori intelligentia ad utilitatem legētium annectam aliqua in illa. Pone, fuit compromiſſum in quoſdam arbitros, hoc addito ut pronuncient ſecundum iura: nunquid poterunt procedere ſecundū conſuetudinem, uel ſtatuta loci? Primò dicendum eſt, quòd non: quia appellatione iuris intelligitur de digniori: & ſic de iure communi: ut eſt tex. Inſti.de iur. nat. gent. & ciuili, §. quoties. Item uerba in dubio debēt intelligi in proprio ſignificato, l.j. §.in perpetuum.ff. ſi ager uecti. uel emphy.pet. Secundo ad idem facit, quod ſignanter dixit Bal. in l. quæcunque, in 4.col. C.de ſer.fug. ubi quærit , ſtante ſtatuto in ciuitate, q. exiſtentib. maſculis filij fœminæ non ſuccedant patri ab inteſtato , ſed dotentur: pone pater habet filios maſculos & filias fœminas,in teſtamento dixit, inſtituo filias in eo, quod eas tangit de iure , an intelligatur de iure Statuario , an de iure communi? Determinat,quòd debet intelligi de iure communi, tāquam de digniori. Item quia ſtatutū loquitur ab inteſtato , ergo non habet locum iſto caſu, quo pater teſtatus eſt. & ſic filiæ ſuccedunt æqualiter cū fratrib. Tertiò facit,quod dicit Ioā. An. poſt Gul. de Suza.in adde Spe. in tit. de arbi. §. excipitur.uer.item quod eſt, quòd ſi fecit compromiſſum in aliquem, ut pronunciet ſecundum iura,intelligitur ſecundum iura communia. Vnde arbiter non poterit pronunciare ſecundū ſtatuta iuri cōmuni cōtraria. Idem tenet Ange. in q. per eum diſputata, quæ incipit. Duo adinuicem litigantes.et domin' Cardinal. in capitu.final.de conſue. Albericus. de Roſa. in prima parte ſtatutorum, q. 134. incip.ſi compromiſſum factū eſt Tamen iſtis non obſtantib. tene contrarium:quòd imo appellatione iuris, intelligitur potius ſtatutarij, cum illud deroget iuri communi. Pro iſta opin. facit tex.notab.in c.1. in fi.cū gl. ubi etiā do.Ab. ut lit. penden. ubi dicit, quòd ſi princeps in reſcripto ſe refert ad ius ſimpliciter,intelligitur de iure ſpeciali & ſtatutario. Ad idē facit , quod dixit in proœ. Cle.in uerb. iuriſdi. per quem not. ibi do. Ab. q. appellatione iuris, nō ſolum uenit ius commune,ſed etiā municipale: & pro hoc infert,quando cauſa mandatur decidi ſecundum ius, intelligitur nō ſolū de iure cōmuni ,ſed municipali & conſuetudinario. Ad idem facit,quod no. Bal.in rub.de reg.iu.in 6. quòd compromittens in aliquem,ut iudicet de iure, uidetur cogitaſſe de omni ſpecie iuris. Ad idem facit , quod in terminis latè decidit Bal.in l.illa inſtitutio. in ult.col.ff. de here. inſtit.ubi quærit: pone,*

pone, quòd factum eſt compromiſſum in aliquem, prout tota die fit de iure & de facto in procedendo, ſed in pronunciando de iure communi tantum. an iſte arbiter debeat pronunciare de iure communi, an ſecundum ſtatuta illius loci? Concludit per ſtatuta ex quo ſtatuta ſunt confirmata à iure communi in illo loco, & derogāt ipſi iuri, & ibi uide plenius per eum. Sequitur Anton. de But. in c. Quintauallis de iureiur. ad fin. Late do. Abb. in rub. de conſue. et ī d. c. t. ut in. pen. & in cap. cum ueniſſent in j. colū. de eo, qui mit. in poſ. & in c. Cumana. in antepe. colū. & in c. cum nobis de elect. Paul. de Caſt. in l. in plurib. & in l. praeſcriptione. C. ſi contra ius, uel util. publi. Roma. in l. poſt dotem in 18. colu. ff. ſoluto matrimo. & in conſil. 25. incip. Clariſſime uidetur quamuis aliter diſtinguat idem Roma. in repe. rub. ff. de arb. Ita etiam tenet dom. Alexā. in d. l. poſt dotem, remiſſiue. Ad idem facit quod dicit Bald. in l. maximū uitium. C. de lib. praete. in uer. ulterius quaeritur cuius deciſio contradicit huic, quae tenuit in d. l. quocunque. Et illud in ſpecie reprobat Pet. de Anch. in commento c. canonum ſtatuta. de conſtitut.

ptoriam opponi cauſa morandæ litis, non malè faciet, ſi ex hoc exceptione non admiſſa ſententiam ferat, etiamſi à repulſione appelletur, nec ceſſabitur ſententia propter hoc, quod non admiſit, niſi demū probetur ueritas exceptionis. Ad quam probandam, dicit eum admittendum, etiamſi procedatur ſine ordine. Hoc limitat Inno. niſi uellet excipiens incontinenti probare. Et iſta ſunt uerba ſua, de quibus faciunt feſtum omnes Scribentes ibi, & domin. Abb. in c. paſtoralis. §. quia uerò ſuprà de offic. deleg. & in c. ex parte el 2. eo. tit. & expreſſe conſuluit Pet. de Anch. conſi. 153. incip. Ex narratis in facto. in pen. col. ubi uide, & Innoc. ſequuntur etiam domi. Ant. & Imo. in c. cum contingat ſuprà de offi. deleg. do. Abb. in cap. nullus in fin. infrà de præſum. & in cap. ſuſcitata ubi de hoc dicit eſſe caſum. & bene, ſuprà de reſti. in integ. Et ideo dicit do. Abb. poſt glo. pen. in c. ſuper eod. ſuprà de offic. deleg. quòd ſi iudex præſumit malitiam cōtra tertium uolentem impedire executionem ſententiæ, non debet eum audire, nec de appellatione curare. Et extendunt hoc domi. Card. & Imol. ibi etiam ad iudicia ſummaria. Et adde omnino Ioan. An. in Spec. tit. de deleg. §. reſtat. uerſic. quid ſi in ſtatuto. & incipit, additio. Oldr. in ſua diſputatione, ubi extendit prędicta etiam ad præiudicium non reparabile: putà in executione cauſæ capitalis. Cuius contrarium ſenſit Bald. in l. j. in pen. colum. C. qui accuſa. & fortè meliùs, niſi magnitudo calumniæ & periculum impunitatis delicti aliud ſuaderent. Et ideo conſilium eſt, ut offeratur incontinenti probatio: quia in iſto caſu Ioan. And. non ſe firmat, prout in alio, & ſcias, quòd ipſe ad prædicta not. ibi. d. c. ſuſcitata & illis adde tex. optimū in l. ſatis aperte. C. de falſis & Inn. in c. fin. in fin. ſuprà de libel. oblat. & Bald. in l. j. uer. poſſet tamen. C. quomodo & quādo iudex. Et ibi dicit, quod iudex ex officio poteſt ſupplere pro reo, quando eſt euidens calumnia. Allegat Innoc. & bene, in c. j. ſuprà de offi. uica. & uult ibi Inn. ſufficere, quòd iſtud appareat aliter, quam ex forma petitionis. Item uide gloſſ. fin. in l. qui cùm maior. §. ſi patris. ff. de opc. lib. quæ dicit, quòd iudex ex officio poteſt lacerare actionem calumnioſam: de qua exclamat Imo. in l. pen. §. ad crimen. uer. ſexto fallit. ff. de public. iudic. Et adde Petr. de Ancha. quem ſequitur Ana. in c. ſuper eo. infrà de crim. falſi. ubi dicit, quòd ſi iudex uidet ex certis indicijs, quòd contra inſtrumentum regiſtratum opponitur exceptio falſi cauſa differendæ ſolutionis, poteſt mittere ſententiam executioni pendente accuſatione, per d. l. ſatis apertè & allegat Inn. ubi ſuprà. Et in hac materia uide Imo. in c. ſuper hoc. de renun. & Bal. in l. in cōtractibus in prin. C. de non numer. pecu. Et non mireris, ſi in hoc non fuit conſiderata malitia, quia non præſumebatur à iudice: ſed à nonnullis, ut hic in text. Et ſit cautus iudex non admittens exceptionem, ut faciat cauſam repulſionis deſcribi in actis: aliàs turbaretur in ſyndicatu. Ita docet Bart. in ſimili loquens de iudice, qui non credit teſti etiam bene deponenti, in l. Lucius. ff. de in'a. & Bald. in l. cùm magiſtratus. C. quando prouo. non eſt ne. ex Inno. et domi. Abb. in ſimili in c. ſicut infrà de re iudi. et Inno. in c. ſignificauerunt in tit. proxi. et habetur infrà eo. qn.

¶ Not. quintò ibi, recipere et examinare curarent quia aliud eſt receptio teſtium, aliud examinatio: et ideo cùm iudex committit receptionem teſtium, non uidetur committere examinationem: maximè, quia plus eſt et maioris effectus, ar. eorum quę tradit Bar. in l. 2. ff. de iuriſd. om. iudic. Vnde refert hic do. meus, quòd cùm alias quæſtio hic eſſet de facto, & ipſe uellet iſtud ſubſtinere, alius aduocatus probauit ſtylum & conſuetudinem eſſe, quod commiſſa receptione teſtium uideatur commiſſa examinatio: ſed de iure fortè eſt ſecus, ſecundum eum per illum tex. quod dicit ſe non affirmare. Dicas etiam tu, quòd ille, cui eſt commiſſum ut recipiat teſtes ſuper principali, non poteſt recipere teſtes ſuper reprobatione, quia non eſt ſibi cōmiſſum: ſed proteſtationem ſuper reprobatione teſtium recipere poteſt, quia ſine illa nō poteſt fieri bene receptio teſtiū. Ita ad literā dicit Inno. hic in princ. & ſequuntur alij. ¶ Not.
6 ſexto ibi, indultæ ex tunc quòd ꝑ dictio, Ex
* tunc, * ſuſpendit actum & interlocutoriam iudicis uſque ad extremum tempus iudicis, ſecundum do. meum. Adde glo. in uerbo, extunc. in cle. 1. de iure patro. & in tex. in c. paſtoralis. infrà de appel. & ibi dom. Abb. Quid autem, ſi dicat, Exnūc prout ex tunc? Vide quæ habentur in c. præterea ꝗ. de appel. & Ange. & Imo. in l. huiuſmodi ff. de uerb. obl. & tex. & glo. in cle. 1. in uerb. ex tunc de conceſ. ꝓæben. & Bald. rectè loquentem in c. 1. de nuli. uaſal. qui contumax eſt. ubi dicit, quòd dictio, Ex nunc. ſignificat actum uerbi prolati: & illud uerbum, Prout ex tunc. effectum actus eſſe collatū in tempus futurum. Vnde ſi dicitur, ſi hoc non feceris. excommunico te exnunc, prout exnunc: eſt, ac ſi diceret, declaro quòd ſi non ſatisfeceris in termino, ſis excōminicatus tunc, ſecundum Bal. ibi. ſed quando dicitur econtrà, extunc, prout exnunc, uidetur collatus effectus in tempus præſens, ſecundū Bald. in authen. contrà rogatus. in prin. C. ad Treb. Ex iſtis uerbis nota, quòd quādo articuli ſunt ſimul incompaſſibiles, iudex non poteſt aſſignare terminum ſimul ſuper utroque, ſed bene uno & eodem actu poteſt aſſignare terminos ſucceſſiuos ſuper utroque ſecundum do. meum: & remittit ad Bart. in l. 2. ff. de re iud. Sed re uera, ut retuli ſ. in 3. no. ꝓductiones & ꝓbationes teſtiū uidentur poſſe rlandi unico termino, per iſtum text. in prin. & tales etiam erant actus probandi in iſtis duobus menſibus. Vnde dici poteſt & utiliùs, quòd ideo Papa dedit ſecundum menſem poſt primum, & de ambobus non fecit unum terminum: quia forte procurator archiepiſcopi noluiſſet inſtare in reprobatione, & ex longo termino iſti reportaſſent commodum. Et ideo habes ſolennem practicam aſſignandi terminos, quando non eſt omnino neceſſarium, quòd uterque terminus debeat operari, & nocere poſſet aliter parti accumulatio termini facta eius fauore. Et dicas, quòd licet iſtud ſit prudenter factum, non tamen prohiberetur ſecus facere, maximè, quādo de reprobatione multum crederetur, per iſtū tex. in prin. ¶ No. ſeptimò ibi, ſingulares, quòd teſtes ſingulares non probant actum generalem, putà iuriſd. quòd dicit hic Bald. eſſe not. dignum, & meliùs non reperiri alibi. Sed intellige, ut dicit hic dom. meus, & bene, quòd iſti. deponebant de actibus inferentibus diuerſam ſpeciem iuriſdictionis, putà quod unus deponebat de actu meri imperij, alter de actu ſimplicis iuriſdictionis, alter de honore & reuerentia in extraiudicialibus. Et ideo ex hoc non probatur generalis iuriſdictio, nec mirum, quia ſecundum doctrinam Inn. & do. An. in c. dilectus infrà de cap. mo. & do. Abb. in c. 1. infrà de reli. do. & Bald. in l. 2. C. de ſeru. & aqua. & Bart. in l. 3. §. ſi quis hoc interdicto. ff. de iti. actuque priua. cum concor. per acquiſitionem quaſi poſſeſſionis iuriſdictionis in una ſpecie non probatur acquiſitio quaſi poſſeſſionis in altera, & ideo non eſt mirum, ſi iſti non ꝓbāt iuriſdictionē. Sed no. quòd ſi ſuper una ſpecie iuriſdictionis depoſuiſſent etiam ſingulariter de pluribus act. etiā ſeparatis denotantibus tantum exercitiū iuriſdictionis, aliud fuiſſet per ea, quæ no. Inno. poſt alios in c. cùm oporteat. infrà de accuſ. & Inno. in c. aliter. el 2. de accuſ. Bald. in c. fin. ſuprà de conſue. & probatur ex not. in ſimili per glo. in c. nihilominùs. 3. q. 9. & Ioan. And. in c. 1. de arbi. in 6. & Bald. in c. 1. de notis feud. Generaliter autem, quando teſtes ſingulares poſſint ſaluari, & quando non, uide omnino Pau. de Leaza. in diſputatione, quæ incipit, quæſtio contra inſtrumentum. & Ange. & Imol. in l. ex teſtamento. §. item quæro. ff. de uulg. & pup. & late Bald. in l. teſtium. cum ſeq. C. de teſti. & glo. & Doc. in c. bonæ memoriæ. ſuprà de elec. & Inno. in c. licet ex quadam. infrà tit. proxi. & do. Anto. ibi, & in c. ueniens. eod. tit. & ibi fortè dicetur, quia

** Ex tunc.] Adde pro hac dictione, Rom. in l. lecta. ſi cer. pet. & Bart. in l. ſi is qui ꝓ emptore. in 4. opp. de uſucap. & Bald. in Auth. contra rogatus in prin. ad trebel.*

a *Infamia] Adde textu. dic. quòd in 7 cauſa criminali 2 nullo modo poteſt eſſe teſtis: quia in ea probationes debent eſſe luce meridiana clariores. Ita eleganter Bar. in l. Caſſius. ff. de ſenato. in uerſic. ſi uerò quæris.*

quia eſt materia longiſſima et pulchra. ¶ Not. 8. † ibi, malæ famæ, &c. quod infamia [a] facti non repellit totaliter teſtem, niſi iudex arbitretur eum totaliter repellendum: & ſic erit in arbitrio iudicis. Et in hoc faciunt ſingularem iſtum text. do. Ab. & Bald. hic, qui dicunt, quòd non reperitur alibi melior text. per quod dictum dicunt eſſe ſopitam quæſtionem, de qua in l. Caſſius. ff. de ſenat. & in l. j. C. de ſumm. trinit. Sunt aliqui caſus, in quibus omnino admittitur: puta contra alium infamem, ſecundũ gl. in l. 3. §. lege Iulia. ff. de teſti. de quo per Bart. ibi, & Bald. qui aliter ſentit in l. cùm mulier. ff. ſolu. mat. Idem dic in crimine læſæ maieſtatis, ſecundũ glo. in §. lege. & eſt text. ibi. Bar. in l. in quæſtionibus. ff. ad legem Iul. maieſtat. Sunt etiam caſus, in quib. nullo modo admittitur: puta, in teſtibus ſynodalibus: quia oportet, quòd quando ferunt teſtimonia, non ſint infames infamia facti: non tamen referet, ſi tempore aſſumptionis ad officium tales non fuiſſent. Ita dicit Bald. in c. j. §. inter pares in fin. de lege Conradi. Idem dicas, quando lex requireret teſtes integræ opinionis, ſecundum Bald. in cap. j. per illum text. quot teſtes ſint neceſſarij. Idem ſi requiritur teſtis integer. Ita ſentit glo. in l. 3. §. duæ cauſæ in uerbo, eandem fidem. ff. de Carb. edict. & ibi Bart. & Ioan. de Ana. in c. j. infrà de accuſ. Idem dicas, quo ad ſemiplenam probationem: quia talis teſtis non eſt adeo idoneus, quòd poſſit ex hoc deferri iuramentum in ſupplemẽtum probationis, ſecundum Bald. ualde not. in c. j. §. ſacramentum de conſuet. recti feu. Idem ubi requiruntur teſtes omni exceptione maiores, prout in caſu c. j. infrà de conſang. & affinit. Ita dicit Bald. in l. optimam. C. de contrahen. & commit. ſtipu. Idem in caſu l. Caſſius. ff. de ſenat. intelligendo, ut per Bal. in l. j. in lectura, in 5. opp. C. de ſum. trinit. Quæ omnia bene not. ¶ Not. nonò ibi, & ſi de corruptione tex. ualde no. quòd licet eo ipſo, quòd probatur teſtem fuiſſe corruptum, licet aliter falſum non dixerit, annihiletur dictum ſuum, ſecundum text. ſing. iuncta glo. in l. j. * & ibi Bar. ff. de falſis tamen ex quo de hoc debuit probari in termino, & per ſententiam fuit prohibitum, ſi de hoc poſtea conſtat, tamen teſtes probant ex tacito conſenſu partium: ut ſentit hic glo. facit text. & glo. in l. ſi quis teſtibus. C. de teſt. et ibi uide Bald. pro intellectu huius exceptionis. Et ſi diceretur ſubtiliter, quòd imo ex hoc eſt probata falſitas: quia conſtito de corruptione dicitur conuictus de periurio: quia iurauit ſe non corruptum, cap. quoties infrà tit. proxi. ergo tanquam falſus in uno c. reprobatur in alijs, per not. in l. ſi ex falſis. C. de tranſac. et per Inno. et alios in c. fraternitatis infrà de hære. et ibi dixi. Reſponde illud procedere, ubi eſt falſitas in pertinentibus ad negotium deductum in iudicio: quod non eſt hic, ſecundum do. meum. Pro quo uide Ioan. And. idem tenentem in tit. de inſtr. edi. §. reſtat. uer. quid ſi is, qui eſt notarius et Ang. conſi. 192. et dixi in d. c. fraternitatis. Quando autem ſola corruptio operetur plenè contra dictum teſtis, dicetur infrà ſuper glo. Et hic adde, quod teſti, qui accipit pecuniam, ne teſtimonium dicat, creditur, ſi eſt productus ab eo, contra quem fuerat corruptus. Ita dicit Bald. reputans hoc notabile, in c. j. ſi de inueſti. inter domi. et uaſal. lis ori. et conſidera: quia clarè non fuit hic probata corruptio. Patet ibi, uideatur aliquid ut ſentit do. Ab. in

** In l. j.] Adde Alex. ibi et Pet. de ferr. in l. uenales. C. quan. prouoc. nõ eſt neceſ. et Bart. in l. Diuus de re iudic.*

8 diſcurſu. ¶ Not. † decimò in uerbo, Ex præmiſſis quatuor cauſas, quarum quaelibet facit obtinere in interdicto, uti poſſidetis: et fortiùs, ſi concurrant hæ ſimul, prout hic. Prima eſt pluralitas teſtium. Facit c. in noſtra infrà tit. proxi. Secunda eſt qualitas depoſitionis teſtium: quia dicunt aptiora et ueriſimiliora negotio. Et ponderat hic Bald. ea dicta dici ueriſimiliora, quæ conſonant priuilegijs. Quod dicit ſing. notandum. Sed intellige tu, niſi dicta aliorum conſonarent iuri cõmuni: quia dicerent illi ueriſimiliora: ſecundum Inno. eleganter in c. auditis in gloſſ. hinc colligunt infrà de præſcrip. et reuera Inno. allegat iſtum text. Vnde ſentit aliter, quam Bald. hic, et minus bene, quo ad iſtum tex. ſed intelligendo, ut dixi, utrumque dictum procedit: et illam theoricam Inn. ſequitur Roma. in rubr. de arbitr. et Petr. de Anch. in cap. j. de reſcrip. in 6. conſil. 278. et domi. Abb. in cap. cùm oporteat. in fi. infrà de accuſa. et hic in cap. quia ueriſimile infrà de præſumpt. et Specul. in titulo de teſte. §. poſtquam uerſic. quid ſi plures. domi. Anton. in cap. quod per nouale infrà de uerbo. ſignifi. et Roma. in l. j. §. ſi. de uerbo. obliga. et pulchrè ſcribit Bald. in l. quicunq;. C. de ſeruis fugitiuis quod id, quod eſt ualde lõgo à ueriſimili, eſt quædam falſitatis imago. Facit c. ſuper hoc de renun. & quod no. glo. ſi. in c. 1. de reſcrip. in 6. Et dicit Imo. in d. c. auditis, quòd ſi teſtes aliqui dicunt, me poſſidere boues, ut meos & pro meis: alij teſtes dicunt, quòd ego teneo illos ut conductos, & quòd fuerunt præſentes conductioni, quòd iſti præferuntur. Simile dicit Inno. in c. 1. infra de frigi. quòd teſtes deponentes de potentia ad copulam, præferuntur teſtibus dicentibus de impotentia. ¶ Tertia cauſa uictoriæ in hoc interdicto eſt prioritas poſſeſſionis, per iſtum text. ualde ſingu. & antequàm iſtud confirmetur, pondera bene tex. dum dicit, à 40. annis, & citra. quia illa copula Et, denotat tempus continuum: & ſic ubi ponitur inter principium & finem, habet includere medium, ſecundum Hoſt. quod reputat Bal. hic notatu dignum. Vnde dicit hic Imo. no. practicam probandi continuam poſſeſſionem, ut articules, quod à 40. annis, & citra. quia ſine illa copula uerificaretur poſſeſſio, etiamſi per unum diem tantùm in illo tempore poſſediſſet, l. 1 §. quod autem. ff. de aqua quoti. & æſti. ſecundum ipſum. Vel dicas, à tot annis citrà per ipſum tempus. quia illud Per, denotat continuationem, l. ſi urbana. §. peruotare. ff. de uerb. ſig. Et iſtud de dictione Et citrà, ponit etiam Bald. in l. iudicia. in fin. C. de rei uen. & in l. tranſigere. in prin. C. de tranſ. & Bald. in l. ſi poſt acceptum. ff. de rei uen. & Bal. in l. falſus. C. de fur. & Imo. in cle. 1. ſuper gl. in uer. antea. de ſeq. poſ. & fructu. Et per iſtũ tex. dicit dom. Ant. in cap. 1. ſuprà de reſti. ſpo. quòd uerbum Et citra, denotat continuationem. Idem Rota in nouis concluſ. 250. incip. Item ſi rector. & uide Baldum in l. ob carmen. in penul. col. ff. de teſti. in apoſtillis, ubi dicit, quòd dictio A. & dictio Citra, non denotant continuationem temporis, niſi inſeratur copula: ut quia dicatur à 10. annis, & citra. Allegat. Inno. in c. inter dilectos. infrà de fi. inſtru. Secus dicit de dictione Per. Sis etiam cautus, ſecundum Imol. & latiùs dom. Ant. hic poſt Bar. in l. Celſus. * ad fi. ff. de uſucap. ut taliter deducas capitulum de tempore præſcriptionis, quòd concludas præſcriptionẽ completam ante litem motam: alias, ſi includeretur tempus litis motæ: probaretur interruptio præſcriptionis, iuxta gl. in c. illud. cum ibi allegatis, infrà de præſcrip. ¶ Et fortiùs procedit hoc, etiamſi teſtis poſtea diceret de 40. annis & plus. quia illa dictio, Et plus, non poſſet operari etiã illud modicũ, quod eſt à principio litis uſq; ad diem teſtificatus, ſecundum do. Ant. hic contra Io. An. quia illa indeterminata dictio nihil probat in teſte, ut ipſe dicit ſe dixiſſe in c. litere. ſuprà de dila. & alle. Bart. in d. l. Celſus. de quo etiam per Bal. in l. ſi quis in ſuo. C. de inoffi. teſt. Et ideo dicit Bald. ſing. in l. 2. in pe. col. C. de reſcin. uen. quod ſi teſtis rem, quæ uendita fuit pro quatuor, dicat. q; ualebat octo & plus, non dicitur probare uenditionem factã fuiſſe minus dimidia, adeo ut ſit locus remedio illius legis. Et idem Imo. in c. pe. in ult. char. infrà de emp. & uen. & Bald. idẽ dicens de dictione. Et altrà, in c. cùm cauſam. el. 2. infrà ti. proxi. dicens hoc eſſe expreſſum ibi meliùs, quam alibi in proprijs terminis. Idem de teſte, qui dicit, Prope 10. annos, uel circa, Vide do. Ant. in c. continebatur. in 1. col. de deſpon. impub. & do. Abb. in c. ſi. eo tit. Ang. conſi. 122. incip. Viſis petitione & reſponſione. & do. Ant. in c. dudum el. 1. de elect. & Ang. in aut. hen. quomodo oportet epiſcopos. §. igitur. Et dicitur, q; non probat præciſum tempus. Idem de teſte, qui dicit, Poſſedit: iam ſunt 10. anni. Vide Bar. & omnino Rom. in d. l. Celſus. & Bal. in l. ſi ſuper longi. ad fi. C. de præſcrip. longi. tempo. Et dicit Bald. in hoc, in 1. conſtitutione feudorum, circa princ. quòd quando dicit, Titius poſſedit: iam ſunt 10. anni: per uerbum præſentis temporis probat tempus continuum & perfectum: ſecus, ſi per uerbum futuri temporis, putà, ideo erunt 10. anni. Et not. quòd ubi teſtis deponit de poſſeſſione certi temporis ſimpliciter, intelligitur in dubio de poſſeſſione continua, ſecundum Bart. in d. l. Celſus. & Bald. in d. l. iudicia. ¶ Idem tene menti glo. no. cap. nolumus. in uerbo, inconcuſſam. 16. q. 4.

** In l. Celſus] Adde ibi Alex. i pen. col. in fi. uerſ. ſed circa huiuſmodi. et Bal. in l. ſi. uerſ. oppono. C. de edic. diui Adri. tol. & in margar. uerſ. Teſtis. & uer. clauſula. uerſ. pen. & Lanfr. in c. quoniam contra uer. Teſtes. infra eo.*

quæ

quæ dicit, quòd ad probandam poſſeſſionem continuam, ſufficit probare extrema. Et ſequitur domi. Anto. in capit. accedentibus in penult. colum. infrà de priuil. & in c. cùm ad ſedē. ſuprà de reſtit. ſpolia. & in proœ. Decre. & ibi Imol. & domin. Abb. in cap. cùm ab eccleſia. ſuprà de cauſa poſſeſſio. & prop. cum concord. Et ratio eſt, quia per extrema infertur præſumptio medij, ut not. gloſſ. 3. in cap. quia ſunt. 28. diſtin. & gloſſ. 5. in cap. in die reſurrectionis de conſec. diſtin. 5. gloſſ. 2. in cap. accedens infrà de conuer. coniug. & ibi domi. Anton. de But. in fin. Item de teſte, qui dicit, quòd Titius poſſedit poſt Caiū dicas, quòd non uidetur concludere, quòd immediatè poſt illum poſſederit, ſecundum Domi. in c. j. circa princ. de conſtit. in 6. Allegat gloſſ. in uerb. ſed tertiæ in cap. cùm Vintonienſis ſuprà de elect. Et idem, ſi dicat, quòd Titius poſſedit ante Caium, quia non infertur, quòd immediate ante, ſecundum Do. in cap. ſi quis eorum in fin. 32. diſ. de quo per eundem in cap. ab exordio. in 3. not. 36. diſ. & in c. fin. poſt princ. 24. diſtin. & in cap. qui ſemel in 2. not. 1. diſti. & in capitu. j. circa princ. 26. diſtin. & in cap. ſi poſt ordinationem in j. not. 1. diſ. & in cap. j. §. licet in 3. not. de procur. in 6. & in cap. ad decimas de reſtit.
9 ſpolia. eodem libro. ¶ Et † ad iſtam tertiam cauſam, ſcilicet de antiquiori poſſeſſione, quæ ſola ſufficiebat ad uictoriam, ſecundum omnes hic, Bart. in l. ſi duo. uti poſſi. adde Bald. in leg. arboribus. §. ſi agrum. ff. de uſufr. ubi dicit, quòd ſi duo teſtes probant, quòd ego araui fundum, et alij duo probant, quòd tu aſportaſti fructus, ego debeo obtinere, tanquam antiquior poſſeſſor. Sed quoad iſtud exemplum, Bald. dicit hic contrarium, quia in perceptione fructuum conſiſtit efficacia et utilitas poſſeſſionis. Vnde uidetur iſte melius probaſſe, et licet qui ſeminauit præuenerit in honore, tamen iuſtum eſt actum à fine denominari, et ſæpe contingit, quòd unus ſeminat, alter metit, ſecundum eum, qui tamen dicit ſe putare, quòd furtiua aſportatio fructuum ſignificet poſſeſſionem clandeſtinam, quia ſuſpicabatur ſe poſſe repelli, l. clàm poſſidere. ff. de acquir. poſ. niſi fieret hoc ex iuſta cauſa, putà cauſa uitandi tumultus, uel maioris mali, ut not. in l. j. §. hoc interdicto. ff. uti poſ. Adde etiam Bald. in l. pretio. §. ſi duobus. ff. de Publiciana ubi dicit, quòd ſi duo probant titulum ab eodem, præfertur ille qui primò fuit in poſſeſſione. Sed ſi à diuerſis, præfertur ille, qui non reperitur poſſidere. Et dicit eſſe caſum ibi. Adde etiam Bald. in leg. ordinarij. C. de rei uen. ubi dicit, quòd ſi in interdicto, uti poſſidetis utraq; pars probat de poſſeſſione, ſi unus probat per plures teſtes, ſed non per plures et digniores uel ſi nō per digniores, et alius probat de antiquiori poſſeſſione, iſte debet uincere, quia potior eſt in poſſeſſione. Et allegat iſtum text. ſubdens, quòd in dubio ſecunda poſſeſſio præſumitur clandeſtina et iniuſta, cùm non potuerit poſſeſſionem quærere, niſi clàm, uel niſi deiecerit eum, qui primò poſſidebat, l. ſi finita. §. ubi autem. ff. de dam. infect. Et ſubdit, quid iuuat probare dominium, referam in l. 4. cum ſequenti. Adde etiam Bald. in l. ſi ſuper longi. in ult. colum. C. de præſcript. long. temp. ubi dicit, quòd ſi non apparet de iuſtitia, uel iniuſtitia meæ poſſeſſionis, ſi tertius prius poſſidebat, mea poſſeſſio præſumitur iniuſta et clandeſtina, et non uſucapio, et allegat iſtum tex. Adde etiam Bald. in l. non ignorabit poſt medium. C. ad exhiben. ubi dicit, quòd eo ipſo, quòd apparet me priùs poſſediſſe, tua ſecunda poſſeſſio cenſetur clandeſtina, niſi probetur, quòd de ipſa ſciuerim: et allegat iſtum tex. Adde etiam Pet. de Anch. conſil. 259. incip. ad declarationem ubi conſuluit plenè per iſtum text. antiquiorem poſſeſſorem præferri in hoc interdicto. Adde etiam Petr. de Ancha. conſi. 305. incip. Tres magnifici ubi facit feſtum de iſto text. in auxilium antiquioris poſſeſſoris. Et ibi etiam ſubdit, quòd fauorabilior eſt poſſeſſio, habens concurſum iuris communis, quàm habens concurſum iuris ſpecialis, putà priuilegij. Adde etiam Bald. in l. ſi de proprietate ad fin. C. ſi à non compe. iudic. ubi dicit, quòd eo ipſo, quòd quis probauit ſe habuiſſe antiquiorem poſſeſſionem, et nunc non habet eam, ſed eius aduerſarius tenet, dicitur probaſſe de ſpoliatione. Allegat not. per Dyn. in regula, ſine poſſeſſione de reg. iur. in 6. Et illis dictis collige not. quòd ſemper ſecunda poſſeſſio in dubio, præſumitur iniuſta, niſi aliquid appareat. Quod eſt ſing. ſecundum domin. Abb. ſecundum quem prædicta procedunt non in corporalibus ſolùm, prout uoluit hic Ioann. And. ſed etiam in incorporalibus, per iſtum text. Ex quo dicto colligit hic domin. meus, quòd ſecūdus poſſeſſor in iuribus incorporalibus etiam concurrat eſt primo, & non ſpoliet primum: quia dicitur poſſeſſor iniuſtus, ſicut ille, qui clandeſtine occupat naturalem poſſeſſionem uacantem. ¶ Limita tamen prædicta, niſi probaretur, quòd primus poſſeſſor ſciuiſſet dē ſecundo poſſeſſore & tolleraſſet: quia ſecunda poſſeſſio non dicitur clandeſtina, ſed prima dicitur interrupta: d. l. clàm poſſidere. uerſ. nequaquā. ſecundum Bald. in d. l. non ignorabat. Et hoc eſt, quod uoluit Bart. in l. ſi de eo. §. 1. ff. de acqui. poſ. dicens, quòd quando poſſeſſionem meam naturalem uacantem ſcio ab alio occupatā, & negligo per modicum tempus eam recuperare, perdo etiā ciuilem. Allegat l. quod nemo. §. ſi. eod. tit. Quod declara, ut per Ang. & Imo. ibi, & Bal. in l. 2. C. de ſerui. & in l. 1. in ult. col. C. de ſer. fugi. uidelicet dum modò modicum tempus intelligatur, intra quod dominus potuit ſe præparare, & dum modò dominus ſciat poſſeſſionem eſſe occupatam ab alio, à quo uériſimiliter ſuſpicetur ſe poſſe de iure repelli. Aduerte etiam circa hanc prioritatem poſſeſſionis, quia ſi agens, uti poſſidetis, probat de dominio, & reus probat de ſua antiquiori poſſeſſione, obtinebit reus, dum tamen ipſe alleget, quòd dominus poſſidet clàm reſpectu poſſeſſionis ipſius conuenti: aliàs dicēdo ſimpliciter, quòd poſſidet clàm, intelligeretur reſpectu proprietatis: arg. l. ſi aliquam. & quod ibi Bart. ff. de acqui. poſ. & ideò obtineret. Ita tradit Bar. in d. l. ſi de eo. §. ſi. & ſequuntur ibi alij. Etiam eſt notabile de intellectu illius materiæ, ad quod etiam uide Bald. in diſpu. accuſatus in 2. col. ¶ Quarta cauſa uictoriæ in hoc interdicto, eſt probatio tituli, ut in iſto text. ex quo no. do. Abb. quòd licet in tali interdicto non ſit opus probare dominium, §. retinendæ. inſti. de interdi. tamen eſt multum utile: quia data paritate probationum præfertur probans de titulo. Et ita tenet Bart. per iſtum text. in d. l. ſi duo. in prin. & in l. ſi de eo. §. ſi. ff. de acqui. poſ. Adde Bald. in d. l. ordinarij. ubi dicit, quòd in hoc interdicto nihil releuat probatio dominij, niſi quando uterque probaret de poſſeſſione, & ibi allegat Iaco. Butrig. in l. incerti. C. de interdi. dicentem, quòd ubi contenditur de poſſeſſione, admittitur articulus proprietatis, ſi pateſt prodeſſe articulanti. Adde etiā Bald. in l. momentaneæ. ad fi. C. qui legi. perſonam. ubi diſputans, an teſtis productus in poſſeſſorio, ſit interrogandus in proprietate? diſtinguit, an proprietas foueat poſſeſſoriū, necne, putà, ubi pares ſunt probationes in poſſeſſorio retinendæ, quia ibi probatio proprietatis facit præualere probantem in poſſeſſorio, quia poſſeſſio magis iuſtificata potior eſt, & alleg. iſtum text. Et idem in effectu uoluit Bald. allegando iſtum text. in l. poſt ſententiam. uer. uenio ad ſecūdum. C. de ſenten. Adde & Bald. in l. qui accuſare. in fi. C. de eden. ubi dicit, quòd ille dicitur meliùs probare, cuius intentio magis conſonat rationi, ut, ſi unus probat poſſeſſionem cum titulo, alter ſine titulo, nam potior eſt poſſeſſio titulata, quia magis iuſtificatur per uiam rationis. Allegat iſtum text. quem dicit menti tenendum. Adde etiam Bald. in diſpu. accuſatus de ui turbatiua. in ult. char. ubi dicit, quòd probata pariter. poſſeſſione, ſi docetur de titulo antiquiori, præſumitur etiā poſſeſſio antiquior, & ibi uide alias cauſas facientes obtinere in hoc interdicto. Et no. quòd ſicut proprietas adminiculatur poſſeſſioni, ita econtrariò, ut dixi in c. 5. in pen. no. ſuprà eod. Et quando probationes ſunt per omnia pares, uide. quod dicam ſuper glo. fin.
10 ¶ No. † undecimò euidentiſſime ſecundum do. Ant. & do. Ab. quòd probatio, quæ fit per priuilegia, dicitur euidentiſſima, quod dicunt eſſe utile ad ſtatuta exigentia quandoque probationem euidentiſſimam. Et idem dicunt de probatione per inſtrumenta. Ad idem text. & ibi do. Ant. in c. ū inter nos. j. de re iud. & in c. auditis. ſuprà de reſt. in integ. & c. cùm contingat. ſupra de reſcript. c. cùm olim. infrà de conſ. & in c. cùm dilecti. infrà de dona. Et ubique dicit do. Ant. eſt ualde notandum ad intellectum legis, ſi conſtante. in prin. in uerbo, euidentiſſimè. ff. ſol. ma. cum ſi. & eſt utile ad materiam c. ad decimas. de reſti. ſpo. in 6. quia dicetur conſtare notorie de dominio ſpoliantis, ſi producit liquidum inſtrumentum dominij. Et dixit pulchè do. Ant. in c. ſuper literis, ſuprà de reſcrip. quòd ſicut ante litem conteſt. poteſt opponi notoria exceptio peremptoria, ut in Spec. de except. §. dicto. uerſ. Marti. de Fano &. per Ioan. Andr. & alios in c. 1. de lit. conteſt. in 6. cum ſimilib. ita etiam exceptio peremptoria probāda per inſtrumentum poterit opponi ante litem conteſtatam. Et idem no. do. Ant. in fin. in pe. col. ſuprà de libel. obla. & in c. exce. in ante pe. col. infrà de exce.
11 ¶ Not. † duodecimò, ubi petierat a ui turba-

turbatiua formam libellandi in hoc interdicto, uti poſſidetis.
& debuiſſet etiam peti intereſſe ex turbatione reſultans: ut
in l. duos. §. fi. ff. uti poſſi. Et de hoc libello uide hic do. Abb.
& plenè Bartol. in l. 1. ff. uti poſſi. & dic, ut per eos. Sed de iſta
turbatione no. ſecundum Bal. hic poſt Inno. quod eo ipſo quod reus
negat aduerſarium poſſidere, dicitur eum turbare: quia per
negationem efficitur dubium, an poſſideat, etiam ſi ipſe non
dicat ſe poſſidere, etiam ſi bona fide reus neget. Allegat c. ad
ſedem ē. de reſti. ſpo. & l. 3. C. quibus ad libe. proclamare non
licet. Facit ergo reum ſola negatio, ſm eum: pro quo uide o-
mnino eundem Bal. in l. mancipia. in fi. uerſ. extraneo. C. de
ſer. fugi. ubi dicit, quod ſi per ſtatutum turbans aliquē in poſſeſ-
ſione debet reſtituere poſſeſſionem, & ſoluere centum, certe
turbans & nō expellens tenebitur ad centum, per rationes
ſuas: & adduco elegans conſilium Pet. de Anch. 243. incipiēs,
Ad prædicta. ubi latè conſuluit, quod etiam ceſſante omni uio-
lentia poteſt quis prætendere ſe turbari & ſpoliari poſſeſſio-
ne: putà per ſequeſtrum. Quinimo dicit Inn. in c. querelam.
ſuper uerbo, ſubtractans. ē. de elec. quod eo ipſo, quod quis denegat
penſionem, uidetur ſpoliare illum, cui eſt debita. Et ſequitur
Bal. in l. ſi quis conductionis. C. locati. & per eundem in l. 2. in
4. cha. C. de ſeruis. & aqua. & Bal. & Ang. in l. male agitū. C. de
pſcri. 30. anno. Et idem eſt de colono, qui de fructibus incipit
alij rńdere, tanquam domino & poſſeſſori: quia per hoc turbat
domini poſſeſſionem, ſm Bald. in l. cum nemo. poſt prin. C.
de acqui. poſ. Et idem dic de colono, qui non uult reſtituere
poſſeſſionem, ut per Ang. in d. l. malè agitū. & Bal. in l. ſi quis in
tantam. C. unde ui. Et dicas, quod malè aſportans fructus poſſeſ-
ſionis meę, dr̄ me turbare, nō ſpoliare, ſm Bar. in l. poſt ſiniam.
C. de ſenten. Et no. quod non ſufficit probare per teſtes turbatio
nem, niſi probetur modus turbationis, ſm Bald. not. in diſpu.
Accuſatus. in antep. col. Dicas tñ, quod ſi in libello ſpecificatē mo
dus turbationis, iudicium non eſt nullum, ſecundum Bal. hic
plenè: quia certa eſt diffinitio turbationis. Vnde eſt uerbo,
uel facto in dubium reuocare, uel inquietare poſſeſſionem
aduerſarij, ſecundum ipſum. Quod not. & limita ſm Inn. hic,
& etiam Bal. niſi aduerſarius peteret ſpecificari turbationē
ante lit. conteſt. quia ſi hoc petit, non procedet libellus ante
declarationem, ut hic latiùs per Bal. Et ſis cautus: quia infor
mando libellum in talibus interdictis, ſi deducitur dolus &
uiolētia ciuiliter, oportet exprimere locum & tempus, iuxta
l. libellorum. ff. de accuſ. ut eleganter per Lud. Ro. conſi. 191.
quod incipit, Spectabilis dńe mi. Et iſtud
a bene no. ★ ¶ No. † ultimo ibi, habitato-
res prædictorum locorum, quod dńs pro ho-
minibus ſuis, quamuis liberis, poteſt agere,
præſuppoſito quod iſta ſententia conformaue
rit ſe libello, iuxta c. licet Heli. ĵ. de ſi. quia
in moleſtatione hominum dicitur dńs mo
leſtari, ſecundum Io. And. hic. Quod intel
lige ſanè ſm do. Abba. ubi moleſtia illata
ſubditis, concernit iuriſdictionem domini,
quia ſecundariò agitur de eius intereſſe:
ſed ſecus eſt ubi merè concernit ipſos ſub-
ditos. Allegat Inn. in c. dilecti. ĵ. de appel.
& gl. fi. in c. authoritate. de priuil. in 6. Ad-
de omnino Rotam latè idem tenentem cō
cluſ. 371. inci. Idem, quod præpoſitus. in no-
uiſſimis: & allegat etiam Arch. & Io. An. in
c. ad Apoſtolicam. de re iudic. in 6. & Spe.
in tit. de appol. §. 1. & §. qui poſſint. in fi. Ad-
de etiam omnino do. Car. poſt Laudinum
in cle. 1. in prin. in 2. q. de reli. & uene. ſan.
cle. 1. in prin. in 4. oppoſ. de exceſ. præla. &
Pet. de Anch. in c. authoritate. & Inno. in c.
presbyteri. ĵ. de pœn. & tex. & glo. in c. cum
illorum. & c. parochianos. ĵ. de ſent. excom.
& glo. in c. nō dicatis. 12. q. 1. ¶ Et non o-
mitto, quod ſignanter uoluit. Bald. in c. 1. §.
conuenticula. de pace iura. firman. ubi di-
cit, quod domini colligentes pedagia debēt te
nere itinera tuta. Vnde, ſm eū, ſi fiunt ali-
quæ robariæ in eorū diſtrictu, in quo exi-
gunt pedagia, tenentur reſtituere, uel ma-
lefactorem exhibere. Et ita alias conſului.
Circa quod uide omnino Bald. in cap. 1. in
prin. uerſi. extrà quæro, nunquid iſti comi-
tes, qui feu. dare poſſunt. & do. Abb. in c. 1.
ē. de reſti. ſpol. & Bald. in l. qui accuſare. C.
de eden. & in l. fin. C. de pœn. iud. & in l. fi.
C. de captiuis. & Bar. in l. ne quid. ff. de in-
cendio, rui. & naufra. & Rom. conſ. 8. incip.
Viſis neceſſarijs. & Bal. in c. 1. de pace tenē
da. ¶ Et iſtis adde, quæ dixi in c. 1. ē. eod.
in 1. nota. uerſi. 2. declara. quibus adde Bal.
13 hic dicentem, quòd † homines mei ſine
conſenſu meo non poſſunt ſe facere cēſua-
les alterius. Alleg. Hoſti. hic, & dicit hoc
menti tenēdum: ſed dic, ut per Bar. & alios
in l. ſiquis à filio. §. patri. ff. de leg. 1. & Bal.
in c. 1. de iud. cum concor. ¶ Gloſ. 1. ibi, ex
officio. no. ſing. ſm do. Ab. poſt Bal. & dom.
Ant. quod iudex ex officio poteſt aſſignare terminū non peten
ti: quod intelligunt, concurrente cauſa rationabili: putà, ne-
gligentia partis, ut plenè declarat Bar. in l. 1. C. de dila. per l.
properandū. §. 1. C. de iud. idē Bart. in l. 4. §. hoc aūt iudiciū. ff.
de dā. inſec. & Bar. & Bal. in l. j. C. ut quæ deſunt aduo. & Pa.
de Caſ. in l. j. §. ait pror. ff. de iure delib. & Cy. Bar. & Sal. latè
in l. nouerint. per illum tex. C. ut intra certum tempus cauſæ
criminales. & Ang. plene in l. 2. in j. col. C. de temp. appel. & in
l. debitoribus. circa prin. ff. de re iud. do. Flor. in d. l. j. Et dicit
Bal. in c. præterea. in pe. col. ē. de dila. quod dilatio non datur in
uito, niſi in eius odium. Allegat d. l. nouerint. & l. diffamari.
C. de ingenu. & mano. Et per hāc gl. dicit Bal. hic, quod ſi apparet
de termini aſſignatione, licet non appareat, ad cuius inſtan-
tiam, ualet: qđ dicit eſſe no. dignum. Et an iudex poſſit motu
proprio aſſignare ſecundā & tertiā dilationē parte non petē
te, uide Bal. q non decidit, in l. fi. in lectura antiqua, ff. de fer.
Etſi pars recuſat dilationem oblatam à iudice, non poteſt am
plius eam petere ex illa cauſa, ex qua offerebat, ſed ex noua
ſic ſm Bal. poſt Cy. in d. l. nouerint. in fi. Et pro prædictis facit
elegans dictum Bar. in l. Seius. ff. ad l. Fal. ubi dicit, quòd iu-
dex uidens inſtantiam perire, poteſt ex officio ad ſententiam
pcedere. Quæ omnia intellige iudici neceſſaria, ſi uoluerit,
nā ad ea non tenet, l. non quicquid. ff. de iudi. gl. in uerb. po-
teſt. in cle. auditos. de reſcrip. ut plene not. do. Ab. hic, & in c.
auditis. in fi. ē. de procur. & in c. cum ſi. 1. ē. de fo. cōpe. & in c. fi.
in ult. col. ē. de reſcri. Et ibi eſt bona gl. in uerb. damnis. poſt
prin. per quam dicit do. Abb. ibi, & in c. cum uenerabilis. ad
fi. ē. de iudic. & hic. Ange. conſ. 183. quod iudex ſub pœna iuſſus
expedire cauſam certo tempore, euitat pœnam, ſi pars non in-
ſtetit. Et idem dicas de ſyndicatu, ſcđm do. Abb. hic, & Cald.
9 ¶ Limita tertiò, niſi † materia eſſet tranſmiſſibilis ſolũ ad deſcendentes, prout ſunt feuda: quia facta mentione de nepotibus non uenit filius fratris, ſi à principio extent ueri nepotes, ſecundũ Paul. de Caſt. in d. l. ſi dotali. Et iſta facit ad quæſtioné, quæ fuit in facto du inueſtiturã, in qua dicebatur, Titius recepit pro ſe & nomine & uice fratris ſui ſuiſq; filijs & nepotibus utrorumque, an debeant pariter uocari, nedum filij Titij, ſed etiam filij fratris: & licet quibuſdam uideretur, quòd ſic, per id quod dixi ſuprà proximè uer. ſecundo limita, tamé interrogatus cõtrarium reſpondi, licet tactum non inuenerim: quia cùm illa uerba propter duplicem ſenſum, quem poſſunt habere, uideantur ambigua, interpretãtur in fauorem eccleſiæ, ut citius finiatur numerus inueſtitorum: quia, ut ſentit Bald. in d. §. ſimiliter non uidentur nepotes ex fratre uocati ſucceſſiue poſt ueros nepotes, licet aliud dicat dominus meus hic nihil allegans. Item facit, quia in talibus inueſtituris uerba capiuntur ualde ſtrictè ut patet ex not. p Bart. in l. libellorum. ff. de uerbo. ſignifi. & domi. Anto. in c. in quibuſdam infrà de pœnis & Pet. de Anch. in clem. j. de bapt. dum dicit, quòd licet in contractibus appellatione filiorum aliquando ueniant nepotes, * & idem in alijs materijs, * non tamen in talibus inueſtituris. Facit elegans dictum Archi. in c. ſi quis ſuadente 14. q. 3. ubi dicit, quod in tali inueſtitura maſculinum non concipit fœmininum: & ſequitur Imol. in c. oportuit uerſus fin. infrà de locato. cum concor. ¶ Item, quia Suis, refertur à l. perſonam loquentis: probatur in l. ſi quis Titio. cum glo. ff. de uſufruct. accreſ. ¶ Verùm autem appellatione nepotis ueniant pronepotes, uide Archi. in c. epiſcopus, qui filios 1. q. 2. & Bart. in l. cui eorũ. §. affinitatis. ff. de poſt. & in d. l. libellorum in penul. col. & Bart. & Imol. in l. gallus. §. inſtituens. ff. de libe. & poſth. & Bald. in l. j. in fin. C. de ſuc. edi. & Angel. in l. fœminæ ff. de reg. iur. & in authen. matri. C. quando mu. tu. officio. & in d. l. cui eorum. ¶ Gloſ. j. in fin.
10 Cùm † quæritur, quibus modis probetur filiatio? quæ eſt ꝑpria materia huius decretalis: dic, quòd ſi filius eſt natus ex uxore in domo ſcientibus uicinis, & marito præſente tempore conceptionis, caſus eſt clarus: ut dixi in primo notabili. Et idem in certis caſibus, de quibus hic per domini Abb. & per domi. Card. in clem. ſi ſumus in 2. reſponſo, in 2. oppoſitione. de ſenten. excõmu. Sed extra iſtos caſus de pluribus dubitari poſſet, quos expedias per concluſiones.

** Nepotes] Adde Alexan. in l. ſed ſi hac §. liberos. ff. de in ius uocan. & in conſ l. 4. p. 4. & in 5 conſil. 84. p. ea. & conſ l. 1. & 9. p. 1. & conſ. 128. p. ea. Socin. conſ. 14. uer. circa quod quæſitum cum uer. ſeq. p. 1. & conſ l. 30. uerſic. quod non ſit idem. p. ea.*

** Materijs] Adde quod in ultimis uoluntatibus appellatione filiorum ueniunt nepotes eſt 10*

** communis & opinio. ſecundũ Alex. conſil. 9. uiſis colu. pen. uerſ. uerum tamen col. 1. & Iaſ. in l. Gallus §. inſtituens col. 4. uerſic. & per illum text. de lib. & poſth.*

11 ¶ Prima concluſio. Nominatio † facta de filio enunciatiuè, id eſt, ob aliam cauſam, quàm ad finem probandi filiationem, non probat filiationem, ut in iuribus hic allegatis in glo. & notant domi. Anto. & do. Abb. in c. tranſmiſſæ infrà qui
12 filij ſint legit. & Bald. in l. neq; C. de teſta. ¶ Fallit, niſi † talia uerba enunciatiue dicerentur filio præſente, ſecundum Imol. in l. ex hac. ff. de donatio. quam allegat & ſequitur dominus meus hic per text. in l. quidam. ff. de probatio. per quem iuncta petitione cum reſponſione uidetur principaliter hoc decidi. Ad idem l. non epiſtolis ibi, quaſi ad ſororem. C. de probat. quæ uerba fuerunt enunciata propter aliud, & tñ probant præſomptiue ſoro hoc etiam, quia ſi nominatio, uel confeſſio filiationis facta in epiſtola miſſa tertio probat ſemiplenè filiationem, l. fin. in princ. & ibi gloſ. ff. de proba. Ergo ut præſentia filij aliquid operetur, reſultabit ex ipſa plena probatio. ¶ Præterea ſi tacita confeſſio reſultans ex contumacia mariti, qui non miſit cuſtodes uxori dicenti ſe eſſe prægnantem, probat plenè filiationem l. 2. & ibi Bald. ff. de lib. agno. fortiùs confeſſio expreſſa, licet emiſſa propter aliud, quæ eſt potentia tacita, l. 2. §. diuus. cum gloſ. ff. de iure fiſci. not. Bart. in l. eius, qui delatorem. eod. tit. & Bald. in l. ſi tutor. C. de interdi. matri. & hanc fallentiam ampliant prædicti, etiamſi per epiſtolam filiæ directam de hoc ageretur, per regulam l. conſenſu ff. de act. & obli. & l. j. C. de contrahe. empt. ſic et contra iſtam fallentiam ſit communis opin. Doct. quæ procedere poteſt in caſibus ſequentibus. ¶ Hanc fallentiam reſtringe tribus modis. Primo, niſi ille, q negaret dicta uerba enunciatiua fuiſſe emiſſa animo oſtendendæ filiationis, haberet pro ſua negatione fortiorem præſumptionem: quia illi ſtabitur. Ita probat tex. quem ualde not. ibi do. Anton. & do. Abb. in c. per tuas. infrà qui filij ſint legit. ubi ſi non fuiſſent dicta teſtium ſup deſponſatione, ſola nominatio patris etiam in actu, maximè proportionabili filio, etiam iurata & in uita & in morte repetita, nõ probat filiationem: quia non ſuper filiatione erat communis opi. & tractatus. Bene facit text. cum glo. in l. ad probationem. C. de lib. cauſa. ubi propter quaſi poſſeſſionem ſeruitutis tẽpore litis motæ exiſtentem per nominationem libertas non probatur. ¶ Secundò reſtringitur iſta fallentia, ut procedat, quando filiatio allegatur ad ualiditatem actus, in quo de aliquo tanquam de filio ſit mentio incidenter: ſecus, ſi filiatio deduceretur principaliter patri, ſi filius agens contra patrem peteret pronunciari ſe filium, uel peteret hæreditaté ab inteſtato ut filius: & ſic cauſa petitioni eſſet filiatio: tunc enim probare ſolam nominationem in alio actu enunciatiuè emiſſam non probat filiationem. Ita probatur ex theorica Hoſtien. ualde ſolenni in ca. illud. infrà de præſumpt. ubi dixit, quòd licet uerba enunciatiua emiſſa propter aliud probent enunciatum, quando agitur de ualetudine actus, propter qué fuerunt enunciata: ſecus tamen, quando agitur principaliter de ipſo iure enunciato. Et ſic intelligit l. optimam. C. de contrahen. ſtip. de qua doctrina facit feſtum do. Abb. ibi, & do. Anton. in c. cum dilectus. uer. aduerte tamen. infrà de ſucceſ. ab inteſt. & not. Bald. in l. ad probationem. uer. quæro, inſtrumentum. C. locati. cum ſi. & bene facit d. c. illud. Et licet contrarium teneat hic do. meus per d. l. quidam. ff. de prob. tamen à prædictis non recederé, quia in caſu l. quidã non erat nominatio facta à patre, ſed à fratribus patris, & in eorum præiudicium: quod non præſumitur fecisse ignoranter, cùm coniunctus maxioré in talibus præſumatur ſcire facta coniuncti. Et ideo probat & arguit quaſi poſſeſſionem filiationis, propter quod eis incumbit onus probandi contra præſumptionem ex dictis ſuis inductam. Ex qua reſponſione infero ſingulariter, quòd uerba enunciatiua prolata ab his, qui non præſumũtur ignorare iura ſanguinis, probant contra eos filiationem principaliter reductam, quamuis ad aliud fuerint enunciata. Quod ſingul. not. ¶ Tertio: reſtringe, niſi nominans quem præſentem, ut filium, nominaret blandiendo cum uerbis communibus etiam non ſolis putà, bene uenias filius meus, etiamſi adderet, quem uolo eſſe hæredem meum, ſecundum do. Abb. & do. meum hic. quia iſta ſolent dici etiam ei, qui non eſt filius, & ideo de neceſſitate non probant. Facit l. neque tales. C. de proba. Et ita intelligitur Bart. in l. j. §. Iulianus. ff. de lib. agno. & in l. quidam. ff. de prob. quam dici do. meus & bene, non eſſe impugnãdam, ex d. cle. ſi ſumus. prout facit hic do. Ab. quia cùm illa cle. loquatur nedum de nominatione, ſed etiam de tractatu, ſequeretur, quòd tractando ut filium, non probaretur filiatio, contra omnes Doc. Ideo reſpondet ipſe ad illam cle. quòd illud eſt propter præiudicium prælaturæ, ad quam reſpondere non guſto, quia uidetur ſentire, quòd nominatio noceat ſoli patri, non alijs, quod eſt inconueniens. Et ideo reſpõde, ut per do. Cardin. d. cle. in 20. oppoſ. qui in propoſito dicit poſt Laudenſem, non eſſe arguendum ex illo text. ad probationem filiationis, quæ eſt fauorabilis: ſicut etiam de libertatu dicitur, quam ſola nominatio probat, §. fin. Inſtit. de adopt. ſed text. ille eſt factus propter intruſiones uen fouendas, ut ibi per eum poſt Pet. de Anch. qui uidetur ſequi Bart. in d. §. Iulianus. maximè, quando dicitur, Quem uolo hæredem, &c. in quo uide, quod dicetur infrà in 5. concluſione. ¶ Secunda
13 cõcluſio. Solus † tractatus de aliquo tanquã de filio, probat filiationem, etiamſi non nominetur. Ita uoluit Iac. But. in d. l. quidam

l.quidam.ff.de proba.& gloſſ.pen.dom.Anto. & do. Abb.in d.
c.tranſmiſſæ.& Bart.in l.2.ff.de libe.agnoſ. & in l.j.§.ad quæ
ſtionem per illum text.ff.de quæſtionib.& domi. Abb. & do.
meus hic, qui allegant Bald. in l.eam, quam. C.de fideicom.
ubi de hoc nihil dicit. Adde Angel. idem tenentem latè in l.
uxorem.ff.de manu.teſt. & eleganter Paul.de Caſt.in l.fin.ff.
de proba.licet aliud ſenſerit Bald.in l.non ignorat in 2.char.
C.qui accuſ. ¶ Amplia primò iſtam concluſionem: etiamſi
14 † parentes expoſt negarent filiationem: quia præfertur tra-
ctatus huic negationi, ſecundum gloſ. pen.in d.c.tranſmiſſæ
quam ualde not.do.Abb.ibi, & hic, dicens facere iſtum text.
& intellige,ſiue unus tantùm negaret,ut dicit do.Ant.ibi,ſed
etiam,ſi uterq; quia ſicut ad præiudicium filij non poſſet re-
uocari confeſſio ſemel facta,ut hic in gloſſ. multo minùs tra-
ctatus,qui fortior eſt ſimplici nominatione. Et ita not. Bald.
in d.l.non ignorat &pro iſtis facit,quod not.Lap. allegatione
94.incip.mulier in confeſſione. Sed illud reſtrinxit hic domi.
meus, niſi filius conſentiret huic ſecundo tractatui contrario
primo: quia ſibi nocebit:tum, quia ſtatur confitenti contra ſe,
ut hic:tum,quia ultima quaſi poſſeſſio nō turbata præiudicat
præcedenti,quo ad cognitionem ſtatus:ut eſt caſus ualde no-
tabilis in l.ſi iure. C. ne de ſtatu defun. quem etiam not. ibi
Bald ad beneficium hodie ſimplex & olim curatum, ſicut ſe-
cunda fama derogat primæ contrariæ, l.2.§.j. ff.quis ordo in
bon.poſ.ſerue. & plenè Bart.in l.de minore. §. tormenta.ff.de
quæſt.& iſta faciunt ad quæſtionem, quam Bald. hic non de-
cidit: quia pendebat de patre,qui reuocans teſtamentum, in
quo inſtituerat quem ut filium,nunc inſtituit eum in modica
re,non ut filium:& ſecundum Iac. arguit non eſſe prius locum
querelæ inofficioſi teſtamenti, quam tractatus fuerit pro non
filio,cùm etiam filius poſſit contentari quolibet modico, iure
inſtitutionis,l.ſi quis prior.& ibi glo.& Bart.ff.ad Treb.ut hic
per eum. ¶ Amplia ſecundò iſtam concluſionem,etiamſi ali-
quis priùs fuit tractatus,ut non filius,poſtea ut filius: quia pri-
mus tractatus fuit quædam aſſertio, quæ reuocatur per aſſer-
tionem poſtea factam contra ſe, etiamſi primo tractatui filius
conſenſiſſet:quia conſenſit ductus probabili aſſertione paren
tum,arg.l.j.§.ult.& quod ibi not.ff. quando actio de pecu.an-
na.eſt ſecundum do.meum hic:quod bene not. ¶ Tertia con-
15 cluſio. Sola † fama ſine probatione tractatus, uel aſſertione
parentum,non probat filiationem etiam præſumptiuè, ſecun-
dum domi.meum hic: pro quo uide domi. Abb. idem tenen-
tem in d.c. tranſmiſſæ ubi reputat duram opi.domi. Anto.hic
contrarium tenentis:quia ſecundum do.Abb.fama eſt proba-
tio imperfecta, ut per ipſum in c.ueniens el j. infrà tit. proxi.
cum concordantijs, & non admittitur etiam in difficile pro-
babilibus,c.præterea infrà tit.proxi. Et pro hoc facit:quia uer
ba enunciatiua emiſſa in priuilegijs Papæ æquipollent famę,
ſecundum Ioan. And.in regula, non licet.in Mercu.& Do.in
c.ſi Papa de priui.in 6.Sed illa nō probarent,d.cle.ſi ſummus.
16 Ergo, &c. ¶ Quarta concluſio. Per † confeſſionem factam
principaliter,et per ſe, ſuper filiatione probatur filiatio, quā-
uis poſtea fiat confeſſio contraria etiam iurata,ſecundum do.
Abb.et do. meum hic per rationem iſtius text.qui non fundat
ſe in tractatu præcedenti, ſed ſimpliciter in confeſſione ibi,
cùm minus et quia durum eſſet, quòd in poteſtate parentum
eſſet auferre ius quæſitum filio, et contra text. in l.fin. ff. de
probat. Ad hoc etiam l.2.§.j.ff.de libe.agn.ubi ſi maritus con-
feſſus eſt aliquem eſſe filium ſuum, præſumitur pro filio, licet
maritus poſtea neget in iudicio, etiam attento quòd in iudi-
cio iuratur de calumnia, probatur ibi, quod dixi de confeſ-
ſione ſecunda iurata. ¶ Amplia primo iſtam concluſionem,
etiamſi prima cōfeſſio emanaſſet incidenter et propter aliud,
ſecundum domi. meum hic,per rationem iſtius literæ, et per
regulam l.ſi cum falſa.C. de iur.et fac.ign. et dicit uideri ca-
ſum in terminis in d.l.non epiſtolis. Ad iſtum text.in uerbo,
conſtanter, reſpondet, quòd ponit illud uerbum ad proban-
dum,quòd confeſſio eſſet fortior. Ad c.illud de præſumpt.re-
ſpondet dupliciter:ſed ſecundo modo reſpondet,quod eſt ſpe
ciale in probatione matrimonij propter periculum animæ,et
allegat glo.notabilē in l.j.§.ſi ea.ff.de uen.inſpi.quā,licet ipſe
nō dicat, Bald.dicit hic,eſſe ualde notabilem:q; licet per tra-
ctatum probetur filiatio, non tamen per tractatum probatur
matrimonium:et idem Bal.in d.l.filium in 2.lectura,ff.de his,
qui ſunt ſui,uel alie.iur. Dicas tamen, q; ubi ageretur de filia
tione,principaliter illa cōfeſſio nō probaret, ut dixi in prima

concluſione, uerſ. ſecundò reſtringitur. ¶ Amplia ſecundò,
etiamſi ante confeſſionem præceſſit negatio filiationis: quia
adhuc ſtabitur confeſſioni: quia negatio præcedens reſpicit
fauorem negantis & præiudicium filij,confeſſio uerò ſequens
reſpicit præiudicium ipſius cōfitentis. Eſt autem regula,quòd
in præiudicium tertij regulariter aſſertio alterius non ualet,
l.qui ſeruum.ff. de interro.act.& l.inter chartulas.C.de con-
ue.fiſci debito.lib.10.Confeſſio autem confitenti contra ſe prę
iudicat,ut hic,& in c.ſi cautio.infrà de fide inſtr. ¶ Vltima cō
17 cluſio.Actus † ſoli filio proportionabiles probant tractatum
filiationis,ſecundum Bartol.in l.2. ff.de libe.agnoſ.& do.Ant.
hic,& in c.Michael.de fil.presby.& in d.c. tranſmiſſæ. & Pet.
de Anch. in d.cle. ſi ſummus.dant tria exempla. Primum eſt,
quando pater exhæredat, uel emancipat filium, talia enim
ſolis filijs conueniunt. Secundum eſt exemplum, quando in-
ſtituit filium hæredem,quod etiam tenet Bald.hic,& do.Ant.
in c. per tuas. qui filij ſint legi. Sed non placet domino meo
hic,& bene, cùm ſit actus conueniens etiam non filio. Ideo ſi-
gnum æquiuocum non probat. Facit, licet non dicat, c. illud.
de præſumpt. Saluat tamen iſtud exemplum duobus caſibus.
Primo, ſi fortè inſtitueretur in legitima dūtaxat,uel in parte
hæreditatis pro ſua legitima. Secundo, quando inſtitueret
tanquam filium,quia tunc uidetur appellando eum filium,tra
ctare ut filium,quia ſi non eſſet filius,inſtitutio eſſet nulla,l.ſi
pater.allegata in gl. Nec tollit uirtutem tractatus,quòd actus
inſtitutionis ſit æquiuocus, per id, quod not. Bald. in l. non
epiſtolis. in ult. q. C.de prob.dicens, quòd ſi in certa eccleſia
perceptio diſtributionum quotidianarum conuenit capella-
no, ſicut canonico,ſi tamen aliquis percipit eas,ut canonicus,
conſtituitur in quaſi poſſeſſione canonicatus, & dicit eſſe ſub
tile dictum Innoc. in c. ex parte.de reſtit. ſpo. pro quo facit
text. l.pro hærede.§.ſeruos.in text.& gloſſ.ff.de acqui.hæred.
ſecundum do.meum:de quo miror,quia non uideo reſponſum
ad text.in terminis probantem contrarium, in l.neque. C. de
teſta.ubi poſtquam dictum fuit, quòd profeſſio filiationis ue-
ritati non præiudicat, ſubdit text. & quæ,ut filijs teſtamento
relinquuntur,non deberi,certi iuris eſt,niſi dicas quod ibi ex
aduerſo probabatur de falſa opinione patris, prout in caſu l. ſi
pater. allegatæ in glo. Tertium eſt exemplum de eo, qui di-
xit,bene uenerit filius meus,&c.de quo dixi in prima conclu-
ſione. Exemplificat etiam Bald.hic,putà ſi mittitur ad ſcholas,
ſi ſunt ueſtimenta differentia à ueſtibus famulorum,uel ſi ſcri
bitur in natalibus filiorū. ¶ Expeditis iſtis doctrinis,not.quæ
dam in materia. Primò,q; ſi teſtis dicit,ſcio pro certo, q; talis
eſt filius talis,ſaluatur dictum ſuum, intelligendo, pro certo,
eo modo quo ſciri poteſt,ſecundum Bald.ſing. in d. l. filium.
Facit dictum Bart.in l.j. C. de peric.nomi.lib.11. dum ſaluat
teſtem dicentem,ſcio,quia tetigi cum manibus: licet materia
non ſit tangibilis. Et facit notabilis do. Bald.in d.l. nudis.C.
de proba.ubi dicit,quòd faciens articulum de ſubſtantia filia-
tionis:quia dicit ſe filium,& teſtes probant accidentia,putà fa
mam et tractatum,probat.nec eſt depoſitio extra iuramentū,
quia illa inſunt iuramento, quæ perueniunt ad ipſum dire-
ctè, uel indirectè. ¶ Secundò not. quod ſicut eſt dare quaſi
poſſeſſionem filiationis, ita eſt dare quaſi poſſeſſionem fra-
ternitatis,ſecundum glo.in l.non epiſtolis.quam Ange. facit
ſing.in l.j. C.quorum bo.dicens,ſe ita ſæpenumero cōſuluiſſe.
¶ Tertiò nota,quòd uerba enunciatiua poſita in inſtrumento
donationis non probant conſanguinitatem, ſecundum Fulg.
in l.non nudis. C.de proba. ¶ Quartò not.quòd ille, qui non
eſt natus ex uxore,nec ex concubina, ſed ex aliqua, ad quam
ſecretè pater accedebat,nec audebat eam nominare,ſi probat
patrem ipſum educaſſe ut filium, uel feciſſe legitimari, eſt pro
bata filiatio,ſecundum Pet.de Anch. latè conſ.221. quod in-
cipit, Videtur prima facie.in pen. col.ad quod uide Bald.in l.
uulgo.ff.de ſtatu homi. ¶ Quintò not.quòd omnibus caſibus,
quibus dictum eſt probari filiationem, ſemper audietur uo
lens probare contrarium,ſecundum Bald. in d.l. neque.quia
ueritati ſemper debet eſſe locus in his, quæ non poſſunt in-
duci, niſi ab ipſa naturali ueritate. Allegat text. optimum in
l.fin. in fin.ff.de proba. ¶ Sextò not. quòd ubi agitur de con-
ſanguinitate,non propter conſanguinitatem, ſed propter a-
liud conſequendum, ſufficit probare quaſi poſſeſſionem cōſan
guinitatis,ſecundum Ang. in l.non ignorat. C.qui accuſ. non
poſ. Quod dicit eſſe menti tenendum. ¶ Septimò no.quòd
natus ex maſculo et fœmina ſimul cohabitantibus præſumi-
tur

tur legitimus, licet talis cohabitatio non præſumatur alias matrimonialis, niſi probetur. Ita not. domi. Abb. reputans hoc ſing. in c. lator. propter glo. ibi infrà q. filij ſint legi. ¶ Octauò not. quòd ſæpe appellamus fratres, quos diligimus, ſed re uera non ſunt fratres, l. nemo. §. qui frater. ff. de hæred. inſtit. Dicit tñ ſing. gloſ. fin. ibi, quòd in dubio tractans aliquem ut fratrẽ, præſumitur eũ credere ut fratrẽ, niſi aliud appareat. ¶ Nonò not. quòd probatus filiũ eſſe in poteſtate patris, eo ipſo quòd probatur patrem contraxiſſe matrimonium, & legitimas nuptias, ſecundũ glo. in l. Titia. ff. ſol. mat. ¶ Vltimò not. propter glo. hic tangũt Bal. & do. Abb. utrùm credatur teſti, qui dicit unum extra iudicium, & aliud in iudicio. Sed quia præcedens & ſequens decre. ſatis impediunt proceſſum, ideo cõmodiùs reſeruo ad c. cũ in tua. j. tit. proxi. ubi do. Ant. ponit per illũ tex.

SVMMARIVM.

1 *Acta iudiciorum debent reduci in ſcriptis in omnibus cauſis etiam ſummarijs, ſeu extraordinarijs, & debent ſcribi per alium, quam per iudicem.*

2 *Poteſtas ſi datur iudici, uel arbitro, ut procedat ſine ſcriptis, partes an uideantur noluiſſe, ut ipſius relationi credatur ſimplici dicto nu. 3.*

4 *Notarius, qui ſcribet acta debet eligi a iudice, non a parte.*

5 *Notarius non poteſt hoc officium recuſare, poſtquam ſemel eſt tabellio creatus.*

6 *Interrogatus non uidetur confiteri de his, de quibus interrogat.*

7 *Sententia an ſit de actis, uel de proceſſu.*

8 *Captura an ſit de proceſſu.*

9 *Inſtrumenta an dicantur de actis.*

10 *Originalia ſemper retinentur ad maiorem fidem & ueritatis conſeruationem: & ſic ſemper creditur ſcripturæ originali & matrici.*

11 *Conſtitutio continens aliquid non propter ſe principaliter, ſed cauſa alicuius mali euitandi, non illaqueat tranſgreſſores ad pœnam, ſi finis, ad quem conſtitutio tendit, principaliter non uiolatur.*

12 *Acta iudicij faciunt fidem ſine ſubſcriptione teſtium.*

13 *Dolus & metus non præſumuntur adeſſe in iudicijs.*

14 *Citatio tertia requiritur, uel una peremptoria, ad miſſionem in poſſeſſionem ex primo decreto, & non requiritur alia citatio in actu miſſionis.*

15 *Citatio prima etſi non facit, ut poſſit procedi ad pœnam contumaciæ, poteſt tamen procedi ad condemnationem expenſarum, quas fecit pars præſens.*

16 *Contumax hic. aliquis uerè ſit, ſi tamen iudex hoc ignorans condemnat eum ut contumacem, actus non ualet. Hæc eſt doctrina Bar. laudata per omnes Doctores.*

17 *Quæ tamen doctrina limitatur duobus modis, ut hic.*

18 *Productio inſtrumentorum ſi admittitur de facto poſt concluſionẽ in cauſa, an proſit, ſeu releuet producentem & nu. 19. & nu. 20. Præſumi an debeat pro proceſſu, quòd fuerit rite ordinat⁹, quãdo ſententia impugnatur ex ineptitudine proceſſus. Vide poſt numo. 20. uer. glo. fin. habet.*

21 *Præſumi non debet pro proceſſu facto in cauſa principali pendente appellatione, ſed oportet ſtari pro ſententia, quòd probet rectitudinem proceſſus & iuſtitiam ſententiæ.*

22 *Præſumi debet pro ſententia pendente tempore ad appellandum.*

23 *Sententia poſtquam tranſiuit in rem iudicatam, ſi nihil tangit de rectitudine proceſſus, ſed de iuſtitia ſententiæ, præſumptio eſt pro ipſa ſententia.*

24 *Fallit primò hæc concluſio, niſi in ſententia ſit expreſſus error contra ius ſcriptum.*

25 *Secundò fallit, niſi appareat notoriè de iniuſtitia ſententiæ.*

26 *Sententia lata contra notorium, an ſit ipſo iure nulla, an uerò ſit irritanda.*

27 *Sẽtentia eſt nulla, quando iudex retulit ſe ad acta, & inſpectis actis apparet de errore iudicis.*

28 *Et not. hic ſex caſus pro concordia diuerſarum opinionum.*

29 *Sententia non præſumitur iuſta, quando coram competenti iudice, parte aduerſa non opponente, probaretur iniquitas ſententiæ. Iunge numer. 30.*

Probatio admittitur contra præſumptionem iuris, & de iure, quæ eſt pro ſententia per confeſſionem aduerſarij. Poſt numerum 30. uerſic. fallit quintò.

31 *Sententia poſtquam tranſiuit in rem iudicatam, præſumitur pro rectitudine proceſſus. Limitatur uno modo, ut nu. 33.*

32 *Sententia an præſumatur leſiua in iudicio.*

34 *Verba enunciatiua in ſententia an probent? & concludit, quòd non. Quæ concluſio fallit quatuor modis, ut nu. 35. & 36. & conſequenter uſque ibi, & not. tertiò.*

37 *Præſumitur pro iuſtitia & rectitudine laudi arbitri, uel arbitratoris, ſicut pro ſententia iudicis.*

Decretum authenticum interpoſitum per uiam uoluntariæ iuriſdictionis, ſicut in uenditionibus rerum eccleſiaſticarum, uel minoris, præſumitur ex iuſta cauſa interpoſitum. Poſt num. 37. uer. ſeptima concluſio.

38 *Relatio nuncij, uel productio iurium, an ſufficiat, quòd fiat notario cauſæ, uel ſit neceſſe, quòd fiat iudici. & num. 39. 40. 41. 42.*

41 *Notarius actorum an poſſit eſſe rogatus de commiſſione ſibi facta, & an credatur ei in hoc.*

42 *Notarij cauſæ an teneantur iurare fideliter exercere officium ſuum.*

43 *Notarij cauſæ an poſſint ſubſtituere ad ſcribendũ in cauſa, & poſtea ipſi ſubſcribant.*

Subſcribens alieni ſcripturæ, quam tamen ipſe non ſcripſit, ſibi præiudicat. Poſt num. 43. uer. habes ergo doctrinam.

44 *Hæc regula limitatur ſeptem modis: ut num. hoc & ſequentibus uſque ad 49.*

49 *Iudex ſi uidet teſtem uacillare, an hoc debeat facere ſcribi in actis.*

50 *Inſtrumentum ſi ſit productum in actis, an illa productio propter contenta in inſtrumento, adeo quod non ſit opus ulterius producere originale.*

51 *Hanc concluſionem limita, prout num. hoc & 52.*

53 *Iudex ſi ſibi opponatur, quòd non ſit iudex, poſt litem conteſtatam, an teneatur docere de ſua delegatione.*

54 *Iudex ſi eſt notarius, an poſſit ſcribere coram ſe acta.*

55 *Acta iudicij, quæ non ſunt ſcripta, an poſſint probari per teſtes.*

CAPITVLVM XI.

QVONIAM CONTRA. Famoſa eſt decre. iſta ſecundũ Doc. & dilatabilis: ſed reſeruãdo multa ad alia loca, ubi æquè bene cadunt, & tãtum ſolùm referendo, quibus aliquid eſt addẽdum, non erit opus multiloquio. Et hoc dicit: Iudex debet adhibere notarium, uel duos uiros idoneos, qui ſcribant acta iudicij: alias, ſi quid difficultatis emerſerit, punietur per ſuperiorem: nec præſumetur pro eius proceſſu, niſi quatenus legitimis conſtiterit documentis. Diuide. ut per Doct. & notabilia leuia, quibus nihil adderem, uel habentia materiam repetitam in glo. uide per te in lecturis.

¶ No. primò & tene menti ibi, extraordinario. ſecundum do. 1 Ant. & Imol. quòd † etiam in iudicijs extraordinarijs, & ſic in ſummarijs, ubi non proceditur in figura iudicij, acta debent reduci in ſcriptis. & non poſſunt ſcribi per iudicem, ſed per alium. ¶ Limita iſtud ſecundum do. Ab. in c. 2. ſuprà eod. & hoc, niſi ſit cauſa modica, quia non requiritur ſcripturam, ſed ſtatur ſimplici informationi iudicis. Allegat text. & Bart. in authen. niſi breuiores. C. de ſent. ex bre. rec. & text. in authen. ut iudices ſine quoquo ſuffragio. §. neceſſitatem. ſicut etiam uel in aliis modicis creditur ſimplici relationi nuncij. Allegat l. ea quidem. C. de accuſ. & not. in c. cum parati. infrà de appel. & ſic fortius creditur aſſertioni iudicis. & text. optimum ad idem in c. ſi quis cum clerico. 11. q. 1. Ex hoc ſignanter dicit do. Abb. in d. c. 2. quòd in huiuſmodi cauſis poteſt iudex fungi etiam officio notarij, quod multum notat pro poteſtatibus caſtrorum, de quo etiam infrà in quæſtionibus poſt glo. Et dicuntur cauſæ arduæ uel non arduæ, prout ſuperior arbitratur inſpecta qualitate perſonarum & cauſæ, ſecundum glo. in uerbo, illuſtrium. in c. fin. de re iud. in 6. & Bart. in d. authen. niſi. & do. Abb. in c. 1. in pe. col. ſuprà de libel. obl. Et huc pro illis faciunt no. per Bart. in l. diuus. ff. de cuſt. reo. & per Doc. in cap. præterea. infrà de teſt. cog. ubi etiam in criminalibus creditur officiali atteſtanti de maleficijs leuibus. Facit l. leuia. ff. de accuſat. Reliquos caſus, in quibus procedi poteſt, maxime ſine libello in ſcriptis. uide per omnes in c. 1. ſuprà de 2 libell. obl. Subdit etiam ſignanter do. Abb. hic, ſi † datur poteſtas iudici, uel arbitro, ut procedat ſine ſcriptis, uidentur partes noluiſſe, ut ipſius informationi & relationi credatur, ſi ſimplici dicto affirmet, ſibi conſtare rem deberi. & allegat Bart. in d. authen. niſi breuiores. ubi hoc ſingulariter uoluit, & ipſum etiam ſequitur do. Ant. in c. cùm ad ſedem. in pe. col. ſ. de reſti. ſpol. & Imo. poſt. do. Ant. in c. in præſentia ſuprà de renun. & do. An. hic, & Ang. in repetitione l. ſciendũ. ff. de uer. obli. & do. Abb. in c. 2. ſuprà eod. & Pet. de Anch. in c. fin. in pen. col. de re iudi. in 6. & do. Ant. in c. ſicut. infrà de re iudi. & Imol. in c. cùm à nobis. in tit. proxi. & in c. 2. ſuprà de iudic.

Sed

3 Sed † dicas, quòd iſtud dictum Bart. communiter nõ tenetur, & contra ipſum conſuluit late do. Ant. conſi. 29. incip. quæſtio hæc dubia uulgaris, &c. & adducit inter multa, quia per hoc daretur arbitro libera facultas alteram partem lædendi, aſſerendo ſe habuiſſe & uidiſſe probationes, quas non uidiſſet: & quia partes uериſimiliter hoc non ſenſerunt: ſed poſſunt eorum uerba importare, quòd acta & probationes coram eo ſiende probentur per teſtes: quod alias eſſe non poſſet, ut infrà in quæſtionibus. Vnde ſatis eſt, quòd uerba aliquid operentur: & ideo non trahuntur ad grauiorem effectum, iuxta c. cùm dilectus. ſ. de conſue. & c. dudum. ſ. de deci. Et idem per has rationes tenet Rom. de iſto conſilio mentione non facta, in l. ſciendũ. ff. de uerb. obl. & do. meus hic & idẽ do. Ant. in c. Quintauallis. ſ. de iureiur. & ibi Imol. in 17. char. & Angel. in d. authen. niſi. Vno caſu ſaluatur opin. Bart. ut de actis ordinatorijs cauſæ ſtetur dicto arbitratoris, uel arbitri. ſecus in deciſorijs, ſecundum do. Anton. in d. c. Quintauallis & do. Abb. & domi. meum hic. Facit quod habetur per gloſſ. in c. qualiter 2. in uerbo, rationem infrà de accuſ. & per gloſſ. in l. fin. C. de iure deli. & per Bald. in l. id, quod pauperibus in fin. C. de epiſc. & cler. domi. Anton. in c. Ioannes infrà de teſta. cum concor. ubi habẽs reddere rationẽ in ſcriptis, excuſatur, ſi de omnibus minutis non facit ſcripturam. Sed non uidetur & iſto caſu ſaluari poſſe opi. Bart. quia militant rationes, de quibus ſuprà ſecundum Roma. in d. l. ſciendum pro quo adduco: quia ſi acta præparatoria eſſent modici præiudicij, non ſcriberentur in actis, per d. authen. niſi & tamen ſcribuntur, ut hic in text. ad quem iſti non aduertunt. Bene fateor, quòd ubi modicum eſſet præiudicium, nedum in iſtis, ſed etiam in deciſorijs, procederet opi. Bartol. per id, quòd dixi ſuprà. Item aduerte, in quantum dictum eſt ualere pactum, ut procedatur abſq; ſcriptura: quia debet limitari neceſſariò ex notatis per gloſſ. & Doct. in c. fin. in uerbo, illuſtrium de re iud. in 6. et per do. Ant. Imol. et do. Abb. in c. de cauſis poſt glo. ibi, ſ. de offic. dele. per Domi. poſt gloſſ. ubi ſ. in c. ſtatutis ad fin. 2. q. 1. per Bart. in l. j. circa medium, ff. de ſer. et Rotam in antiquis, concluſione 173. et in nouis concluſione 21. et in nouiſſ. concluſio. 249. per do. Anton. poſt Imol. in c. ſignificauit in 6. col. infrà titul. proxi. et in c. 1. de lib. obl. cum cõcor. de quibus habes, quòd de conſenſu partium fieri non poteſt, ut acta ſubſtantialia non ſcribantur, * ſiue procedatur ſummariè, ſiue plenariè, quando eſt iudex habens iuriſdictionem à ſuperiore: ſed bene poſſunt coram arbitratore et etiam coram arbitro ita paciſci, quia talibus ex partium

* *Scribantur*] *Adde nunquid ſcriptura in cauſa leui de conſenſu partiũ remittatur. & uide ſpe. in tit. de lib. conc. §. nunc uidendum. uer. 3. ubi tenet quod ſic. ſed quid in cauſa magna uide ibi per eundem in uerſ. nunc ſi partes.*

5 conſenſu datur notio, et recipiunt poteſtatem, quæ per partes limitari poteſt, ſecundum Bart. in l. prolatam in ult. q. C. de ſent. Et hanc differentiam not. Imol. in d. c. de cauſis et expreſſe Bart. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum uer. quid ſi eſt dictum, quòd poſſit. ff. pro ſocio. Et per hanc rationem differentiæ tollitur æquiparatio, quæ de arbitro ad iudicem fieri ſolet, per l. j. ff. de arbit. Et per hæc patet do. Abb. erraſſe, dum dicit, hic eandem poteſtatem poſſe dari iudici, niſi eius opinionem intelligas in ſcriptura, quæ non eſſet de ſubſtantia ordinis iudiciarij. Quæ autẽ illa ſint, uide in locis præallegatis: et adde Bal. in l. prolatam in pen. col. C. de ſentẽ. ubi dicit, quòd ſcriptura in dictis teſtium eſt ſolennitas ſubſtantialis. ¶ Ex prædictis reprehenditur do. Ant. hic, dum dixit, quòd ubi proceditur ſuper notorio, ſtatur de actis aſſertioni iudicis, etiamſi dicat, ſe fuiſſe informatum factum eſſe notorium, per notata in c. bonæ el. j. ſuprà de elect. nam certè hoc modo ſemper poſſet dicere factũ fore notorium, ut ſic ualeret proceſſus omiſſa forma huius capituli: ſed quando re uera eſt notorium ad hoc, ut teneant geſta omiſſo iſto ordine tanquam ſuper notorio, oportet ut de ipſo notorio ante omnia conſtet. Si enim conceditur priuilegium in forma procedendi ratione certæ qualitatis, oportet priùs plenè de illa qualitate conſtet, ſecundũ do. meũ p l. ſi qñ et ibi Bar. C. unde ui. et per id, ꝙ not. Bar. in l. diu⁹. ff. de teſtamili. et ꝙ habeẽ in c. cũ oporteat. ſ. de accuſ. De iudice inquirente, q dicit ſe priùs informatũ de fama: qa ſibi nõ credit ad idem adduci poteſt, ꝙ not. Inno. in c. cùm ſit. ſ. de fo. compe. et Ang. conſil. 8. et conſil. 28. et in l. ex quacunque. ff. ſi quis in ius uocatus et in l. j. circa prine. C. ſi à non compe. iudi. cũ concor. ubi qualitas tribuemus iuriſdictionem debet ante omnia conſtare. Et in propoſito uide glo. magnam poſt medium in c. 1. de offic. deleg. in 6. & ibi Dominic. in 6. col. ¶ Not. ſecundò ibi, iudex adhibeat. quòd † electio. notarij, qui ſcribit

4 acta, pertinet ad iudicem, nõ ad partem. Ad idem c. ſtatutum. §. notarium. de reſcrip. in 6. Et per iſtum text. dicit Bald. hic, quòd nullus notarius poteſt deſcribere acta iudicis, niſi de eius mandato. Item dicit, quòd de actis iudicij non eſt neceſſe, quòd ſit rogatus à partibus, ſed à iudice: quod eſt eo ipſo, quòd à iudice generaliter deputatur. Et idem dicit Bald. in l. quædam. circa prin. de eden. in apoſtillis, dicens, quòd facta tali deputatione habet officiũ neceſſarium non indigens partium rogitu. Et nota ultra Doct. quòd notarium ſemel electũ non poteſt iudex ſine cauſa mutare uſque in finem cauſæ, ſecundum Bald. in l. 2. ad fin. uer. ſed nunquid. C. quomodo & quando iud. pro quo uide glo. in uerbo, inuentarium. in §. ſi uerò abſunt. in authen. de hære. & Falc. Et idem dicit Bald. in d. l. 2. de nuncio. Et idem de notario & nuncio tenet Paul. de Caſt. in l. teſtamenta. C. de teſt. per text. quem dicit conſuetũ allegari à Bald. in l. in fraudem. §. quoties. in uerbo, manu cõmentarienſis. ff. de iure fiſci. Idem Bald. de notario actorum, in authen. ſed iudex. C. de epiſ. & cle. & in l. j. per illum text. C. de ſportul. & ibi allegat d. §. quoties. Et addit, quòd ſi alius ſcribit non facient fidem: de quo etiam per Bar. et Ang. in l. cùm ſententiam. C. de ſent. ¶ Sed iſtud limita, niſi primò aſſumptus nouiter impediretur: quia poteſt alius ſubrogari: ſecundum Bald. & Iac. But. in d. l. j. de ſpor. Idem, ſi primus ſe abſentauit de mandato iudicis: quia poterit alius ſcripturam abſentis in formam redigere, ſecundum Bald. in l. ſi. uerſ. quæro, ſi notarius. C. de re iud. arg. l. ſi longiùs. ff. de iudicijs. Idem Bald. in l. nihil. §. quædam. ff. de edendo. & in l. geſta. C. de re iudic. & in l. ſi longius. per illum text. ubi idem dicit, ſi periculum eſt in mora propter alterius abſentiam. Et quis ordo tũc ſeruetur in ſubſcriptionibus, docet Inno. in c. cum in iure. quaſi in fin. ſ. de offi. dele. Et ſcias, quòd non debet notarius eſſe partibus ſuſpectus, ut eſt glo. in §. & quod ſæpe. in uerbo, artificis. in authen. de tri. & ſemiſ. quã facit ſing. Bald. hic. Imo. debet eligi de cõmuni partiũ conſenſu & expenſis utrinſq; ſecundus Bal. in l. j. C. de relatio, Allegãt gl. in dicto uerbo, artificis. quod no. quia multũ reſtringit iſtum tex. & forte uerius eſt, ꝙ iudex habet eligere: quia ius recuſandi eſt ſaluũ parti. Et dum diximus loco notarij impediti nõ poſſe alium ſubrogari, & nõ aliter, uide Bal. hic idẽ tenentem: & addit, ꝙ in commiſſione, quæ fit ſecundo notario, debet fieri mentio de impedimento

5 primi. ¶ Itẽ adde, ꝙ † nõ poteſt notarius ſine cauſa iſtud officium recuſare, poſtq̃ ſemel creatus eſt tabellio, ſecundũ Hoſtie. in Sũma, de fide inſtr. §. ex quib. uer. & l. 3. ubi dixit, ꝙ ſi tabellio requiſitus nõ cõfecerit inſtrumentũ, eſt piurus, quia iurauit facere officiũ, cùm requireretur, & debet priuari officio, quod reputat notandũ do. Car. in cle. 1. uer. dudũ. in 13. no. de iureiur. Et idem in terminis noſtris pulchre not. Bal. in rub. C. de fide inſtr. uer. ſed dubitatur. Idẽ dicẽs de iſtis duobus uiris, ꝙ quãtum ad iſtũ caſum, poterũt cõpelli propter imperiũ magiſtratus. Quod bene not. Poſſet tamẽ iſtud limitari. niſi multitudo agendorũ circa officium excuſaret notariũ recuſantẽ, propter notabile dictũ Bar. in l. j. §. 1. ff. nau. caup. ſtabu. cũ ſimilibus, de quibus per Ro. in l. ſi uerò. §. de uiro. in 45. fallen. ff. ſolu. ma. Quæ omnia bene not. ultra alios hic. ¶ Not. tertiò ibi, aut duos, &c. ꝙ authoritas notarij ſola excedit dictũ duorum teſtiũ, quia ſi poteſt haberi notarius, nõ capiũtur iſti duo, ſed aſſumũtur in ſubſidiũ, & ſic nõ æquipollent notario, intelligendo, ꝙ ſtetur eius ſcripturæ ſine teſtiũ ſubſcriptione. De quo in gl. 3. quod tene ſemp menti, ſecundũ do. meũ. Adde, quod not. glo. magna in prin. in authen. de hære. & Fal. §. ſi uerò abſunt. quæ dicit, ꝙ teſtes tabelliones præferunẽ totidẽ teſtib. nõ tabellionibus, de qua gl. exclamat Bal. in authe. ſed cùm teſtaor. in pe. col. C. ad leg. Fal. & Roma. in rub. ff. de arbi. Et iſtud bene cõſonat loquẽdo cæteris paribus. Sed ꝙ generaliter plus credatẽ uni notario, quã duobus bonis uiris, nullo modo admitterem, niſi in caſu huius decre. in qua agiẽ de proprio officio notarij. Et cùm iſti duo gerant uicem officij quodã iure extraordinario, æquipollet duorũ authoritas uirtute officij, licet non ſint notarij, ut ſ. in queſtionibus. Vnde meritò colligit hic do. Ab. ꝙ in pertinentib. ad officiũ alicuius plus dẽt ſibi credi, q̃ alteri q̃tumcunq; idoneo, facit c. ad audientiam. de præſcr. & ſubdit Bal. hic, quòd iſtud, quod dicitur in text. de duobus præſcriptoribus,

ſcriptoribus,non reperitur alibi: imo regulariter non ualeret ſcriptura & priuata à duobus ſubſcripta,in l.ſcripturas in uerbo,triũ uirorũ. C.qui poti.in pig.ha.Sed tñ uide tex. ſimilẽ in
6 c.ut officiũ.§.uerũ.de hære.in 6. ¶ Not.quartò ex eo,ꝙ † confeſſio et interrogatio ponuntur ut diuerſa, ꝙ interrogans nõ uidetur cõfiteri,ſm do.Ant. Imo.et do.meũ:quib.addẽ,ꝙ iſte tex.hoc neceſſario nõ infert,ſed intelligit de cõfeſſione facta per rñdentem. Et cũ hoc ẽt ſtat,ꝙ interrogãs confiteaĩ.Oportebat enim adhuc,ꝙ interrogationẽ ſequereĩ alteri' cõfeſſio, ꝙ non cõprehendebatur in ſolo uerbo interrogationis. Et ꝙ imo interrogãs uideatur cõfiteri, tenet glo.2.in c.ſi.31.q.1.et Archi.in c.ꝙ ait.22.q.2.et glo.in uerbo,cõfeſſus.in c.cùm uenerabilis.ĩ.de excep.et do.Ant.in c.ſi.ĩ.de confeſ.Sed tñ contrariũ eſt ueri',ut plenè ꝑ do. Abb.in d.c.ſi.per doctrinã Bar. in l.2.§.ꝙ obſeruari. C.de iur. cal.et in l.j. ad ſi.ff.de interro. act. ubi dicit. interrogationẽ [a] differre à poſitione,qa interrogans nihil ponit,ſed faciens poſitionẽ cõfitetur, uel negat, ut ꝓbatur in c. ſi.de iureiur.in 6.ubi Io.An.idẽ ſentit. ¶ Et iſtud limita dupliciter, primò, niſi interrogatio ſequereĩ interrogationẽ alterius, puta,ſi interrogatus,an uelit adire hæreditatẽ? rñdeat, cur non? qa uidetur fateri.ꝙ ſic,per l.j.§.ſi quis ita.ff.de uerb.obl.ſm Imol.hic. ¶ Secundò no.uel limita, niſi interrogatio præſupponeret interrogationẽ ꝓ uera,puta, ſi ponit dictio,non'ne,per c.nõ ne,ĩ.de præſumpt. et ibi not.do.Abb.in lect.antiqua. ¶ Not.
7 † quintò ſm oẽs, attẽto ꝙ hic nõ dicitur de ſnia,ꝙ ſentẽtia nõ dicitur eſſe de actis, ſeu de proceſſu iudicij. Facit c.prudentiam in prin.de offic.deleg.et c.ſi.ĩ. de fer.et l.4.C. ut lit.pe.et l.à ꝓconſulib. C.de app.et cle. appellãti eo.tit. quæ iura ad hoc ponderat Io.An.in addi.Spec.in tit.de ſniæ ꝓlatione in prin.Sed tñ concludit cõtrarium,ꝙ imo ſnia ſit de actis, * per tex.in §.illud in authen.ut fratrũ filij et in l.geſta. cũ ſuis glo. C.de re iudi.et in l.2. C.de eden. et in c.j. de re iud.in 6.et ſequitur hic do.Ab.quia ſi interlocutoria dicitur de actis, ut hic,fortius diffinitiua. Et ſubdit,non eſſe opus reſpondere ad iſtum text. prout reſpondet Ioan. An. ubi ſuprà quia imo probat idem in uerſic.et cætera. iunctis uerbis ſequentibus, conſiderando, quòd poſt concluſionem in cauſa non ſperantur alia acta, niſi ſententia et appellatio capitul. cùm dilectus infrà de fid.inſtru.quod no.ſecundum ipſum, cui addit hic domi. meus idem tenens,et ſunt uerba Imo.hic,licet non dicat quod clauſula, etc. non concernit ſolùm ſequentia concluſionem, ſed etiam præcedentia: aliàs dicit domi. meus, non includeretur productio libelli, quæ eſt de proceſſu, quo ad iudicem, ut infrà dicam.

¶ Vnde iſtud,et cætera.comprehendit omnia acta iudicij præcedentia, ut iuramentum de calumnia,et iur.teſtis,et ſequentia ut citatio ad audiendam ſententiã, appell. et ſimilia, ut hic per eum. Iſtis adde Cald. idem tenentem in c.cùm dilectus ſuprà de cauſa poſ.et ꝓpri.et Do. in d.c.j.de re iud. in 6.Bal.idẽ dicẽtẽ de decreto,in l.2. C.ut lit.penden. et Do.in c.pia.de excep.in 6.et Bal.in l.j.C.ſi aduerſus rẽ iudi. et Cal.in c. 2.de ordi.cogn. et tex.gloſ.j. et Bart.in l.in fraudẽ.§.neq;.ff.de iure fiſci.et tex.meliorẽ de iure in c.cũ I.et A.ĩ.de re iud.ꝑ quẽ dicit Bal.ꝙ irritato ꝓceſſu eſt irritata ſnia.Et ad iura in contrariũ adducta rñde ex eo,ꝙ no.do.Ant.in c.ab excõicato.ĩ.de reſcript. ubi dicit, ꝙ ſtrictè non eſt de proceſſu ipſa ſententia.Vel dic,quòd ponuntur,ut diuerſa,quia aliquando, qui poteſt procedere, non poteſt iudicare, ut notat Do. in c.

a *Interrogationem*] *Adde aliã differentiã,uidelicet quia interrogationes fiũt ante litẽ conteſtatã, & aliquando à iudice,& aliquado à parte: poſitiones uero propriè fiunt poſt litẽ conteſtatã, & poſt iuramẽtum à parte. Adde tamen,quòd etiam poſſunt fieri antè: ſecundũ gl. no.in c.1.de cõfeſ. in 6. in glo.magn. Et dicit Bart. in hoc propoſito in l. Offidius. ff. de leg.3.& uer. alterius. quòd poſitiones, quæ fiũt ante litis conteſtationẽ, fuerũt introductæ de iure ꝓborũ,ſed quæ fiũt poſt conteſtationẽ litis,fuerũt inuẽtæ de iure C. Adde, an poſt publicatas atteſtationes poſſunt fieri poſitiones? Bald. in l.2.§.quod obſeruari. C. de iura. cal. in 8. colũ. in uer. ſeptimo quæritur. tenet, quod non: tamen dicit ibi. quòd iudex hoc põt facere ex officio ſuo: & idẽ tenet In. in c.cùm Ioãnes. de fide inſtr.in fine.*

* *De actis*] *Adde Bar.in l.in fraudem.§.neque.ff.de iure fiſ. Bald.in l. 2.C.ut lit.pend.& pro ipſis eſt caſus in l. acta & in l. actorum ff. de re iud. & uide Lanſ. in repetit.huius. c. in prin.uer. Nota hic uideri caſum.*

x.de offi.uic.in 6.& per do. Abb.in c.cùm ſuper.de cauſa poſ.& propri.& ita intellige text. in c.ne aliquid. in ſi.de priui.in 6. Et iſta not.ad ſtatuta annullantia proceſſum, in quo non ſunt ſcripta omnia acta. ¶ Limita, dum modo uerbum.Proceſſus. proferatur in materia, quæ adaptetur diffinitiuæ: ſecus, ſi non adaptatur, ut probat gloſſ. in uerb. proceſſus. in d.cle. appellanti. cui ſic reſpondet Domi. concordans cum præce-
8 denti poſt Ioa. An. in c.ut ſuper. de appell.in 6. ¶ Ex † quibus, & ex text.habes,quæ ueniant appellatione actorũ. Quid autẽ de captura,an ſit de proceſſu,uide text. quòd ſic. in clem. 1.circa prin.de hære.& Pet. de Anc.in cle.1.de exceſ.præla.& ibi do. Car.prope ſi.princip.uerſic.ſextò quæro.Et utrùm oblatio libelli ſit de proceſſu, * uide Bart. in rub. C. de in ius uoc.ubi dicit, quod oblatio, quæ ſit iudici ante citationem, non eſt de proceſſu: ex quo citatio eſt initium iudicij,ut ibi in gloſſ.Et quia libellus poteſt offerri die feriata,l.miles.§. ſexaginta. ff. de adul.& in glo.c.placita.15.q.4. cum cõcor. Secus dicit Bart. in oblatione libelli, quæ ſit parti: quia illa eſt de proceſſu. Et ita intelligitur iſte text. in uerbo, petitiones. cum gloſſ. ad quem do.meus non aduertit, ut dixi ſuprà in alio propoſito, & idem cum Bart.uidetur uelle Bal.in l.j.C.quando libellus principi datus.& in l.j.ff.de in ius uo.& ibi dicit,ꝙ non dicitur in cauſa appellationis procedere offerens libellum parte nõ citata: & ita tenetur, licet aliter ipſe ſcripſerit in d. rub. C. de in ius uo.Imo dixit ibi notanter Angel.quòd iudex non dicitur præoccupaſſe iuriſdictionem per ſolam formationem libelli inquiſitionis, ſed per citationem. Allegat l.ſi quis poſtea. ff. de iudi. & dicit fuiſſe arduam quæſtionem de facto, ut no.Bal.in l.unica.C.de confeſſ.& Angel.in l j.& in l. libertus aduerſus.
9 ff.de in ius uoc.& in repe. l. j. C.de iudi. ¶ Quid † autem de inſtrumentis, an dicantur de actis? dic, quòd non, ſed bene eorum productio, ſecundum Inn.in c. cùm in iure. in ſi. ſuprà de offic.deleg.& pulchrè dixit Bald.in l. etiam. in ſi. C.de appell. quòd non exceptio, ſed exceptionis propoſitio, nec inſtrumentum,ſed inſtrumenti productio dicuntur de actis. Allegat Inno.hic.Sic intellige Bald.in l.2.C.de eden.uerſic.iuxta hoc quæritur. Quid autem de conſilio ſapientis, an ſit de actis,uide Iac. de Arc.quod ſic in tractatu de conſilio ſapientis, circa ſi. Quid autem de publicatione proceſſus, uide Inn. in c.cùm I.& A. infrà de re iudi.& ibi latè dicetur. Quid autem de ſubdelegatione,an ſit de actis.uide Archi. & Io.An.ꝙ non,in c.ſi à ſubdelegato de offi.deleg.in 6. Quod ualde no. ibi Domi.inferens,quòd per ſubdelegationem ſolam non perpetuetur iuriſdictio.Demùm uide Bald.in l.interrogatum. C. de lib. cauſa.ubi dicit per illum text. nomine actorum contineri, quicquid factum eſt in iudicis præſentia, etiamſi non in figura iudicij.Facit gloſſ.1.in l. acta.ff.de re iud. & de hoc per Pau.de Caſt.in l.actorum.ff.eod.titul. ¶ No.ſextò, ibi, penes ſcriptores. quia originalia debent remanere apud ſcribẽtem. Et per hoc facit ſecundum Ioan.An.iuramentum tabellionis, qui in ſui creatione iurat inter cætera,quòd originalia penes ſe cuſtodiet, ut no.Hoſt. in c.ſicut. infrà ne cle. uel mo. Dicit tamen Ioan.And. & ſequitur domi.Abb. quòd de facto uidemus,quòd notarij epiſcoporum, uel communitatũ finito officio dimittunt librum actorum in officio,pro qua cõſuetudine dicunt facere c.ad audientiã.ſuprà de reſcrip.& ſic in alijs notarijs actorũ uidentur reſidere, quòd apud ipſum debeant remanere,& ſint ſua.Et ita teneas,licet ipſe Ioan.And.aliud ſentiat referendo Nico.de Mat.in addi. Specu.in rub. de fid. inſtru.cum quo tranſit Pau.de Caſtr.in l.2.C.de eden. dicens,ꝙ quãdo notarij actorũ dimittunt officiũ,habent etiã relinquere acta. Sed uerius eſt,quod dicunt Doc.hic,niſi in notarijs ꝑſonarũ prædictarũ:in quibus etiam dicit Io. An.melius eſſe, ſi faciunt duo originalia, ut unum pro ſe retineant. Fatetur tamen Io. An.in d.addi.ꝙ librum inſtrumentorum retinet ſemper notarius apud ſe,per l.prætor.in prin.in uerbo,meum. ff. de eden.de quo per Bal. in rub. C. de fide inſtru.in j. colum. Et adde, quòd ſi iudex non confiſus de uno, accepiſſet duos notarios, acta ſtabunt penes digniorem: & cæteris paribus, penes ſeniorem,ſecundum Bald. hic per id,quod not. Inno.in c.j.ſuprà de ma.& obe.& facit l.ſi.ff.de ſid. inſtr. cum alijs allegatis per Roma.in l.ſi uero.§.de uiro.in 3.fallen. ff.ſol.mat.
10 ¶ Not.† ſeptimò ibi,poſſit ueritas declarari,quod originalia retinentur

* *De ꝓceſſu*] *Adde Bald. in addit. ad Specu.de cõcep. libel.& in Ang.in authen. de iud.& in uni. §. appellationibus. in ſi.*

retinentur ad maiorem fidem, & ueritatis conſeruationem. Et hinc eſt quòd ſemper ſtatur originali, & matrici ſcripturæ, ut etiam no. glo. in c. ut ueterum. in glo. magna ad fi. 9. diſt. & in c. ieiunium. in uerbo, deſuetæ. 26. diſt. & pulchrè Pet. de Anch. conſil. 234. incip. Prius de uiribus. & do. Ab. in c. cùm ex literis. in pen. oo. per illum text. & iſtum ſ. de reſti. in integ. & Bart. in l. Sempronius Proculo. ff. de leg. 2. dicens ſemper ſtandum eſſe protocollo ✱ notarij: & idem Bal. in l. ea, quæ. poſt princ. C. commi. uel epiſtolas. & glo. & Ange. in §. fi. in uerbo, protocollum. in authen. de tabell. & Ioã. And. in data 6. libri, prope fi. dicens, ſunt eſſe, quòd notarius iurat tenere copiã protocolli, ut per ipſum in c. ſicut. j. ne cle. uel mo. Et dicit protocollum, liber in quo notarius reducit ea, de quibus rogatur: uel etiam liber paruus, qui appellatur Baſtardellus, in quo primò notat formam contractus, ſecundum Bald. in l. noſtram. C. de teſta. Et ibi dicit, utrunque iſtorum dici originale: & quòd eis diſcrepantibus ſtatur illi primo, etiam ſi eſſet cancellatus: quia iſtud fuit propter reportationem factam in libro. Et quando producuntur duo originalia in eodem facto & eodem tempore facta, uide Bald. & Imol. in l. comprehendebatur. ff. de lega. 2. dicentes, quòd ſi diſcordant, nemini ſtabitur. Et ſi plus continet ✱ inſtrumentum, quàm protocollum, ✱ an detur fides inſtrumento, uide do. Ant. in c. dudum. j. de conuer. coniug. Et de notario, ✱ qui perdidit protocolla, ✱ uide Bald. in l. ✱ fin. C. de eden. Et ualet inſtrumentum, ✱ licet nullum reperiatur protocollum, ſecundum Bal. in rubr. C. de fid. inſtru. & Bart. in l. admonendi. ff. de iureiur. & Bal. in l. contractus. C. de fid. inſtru. ¶ Vltimò no. ad fi.

28 d.l.j. ¶ Pro † concordia opinionum in hoc dubio paſſu conſiderandi ſunt 6. caſus. Primus caſus eſt, quando in ſententia non ſit mentio de actis, tamen ex eorum inſpectione uidetur iudex erraſſe:& tunc ſententia non eſt nulla, nec retractanda poſt tranſitum in rem iudicatam, ſecundum gloſſ. & Bartol.in d.l.j.C.de erro.calc. Bart.Bal.Imol.& Rom. in d.l.ex diuerſo. & Angel.in l.imperator.ff.quæ.ſen. ſine appell.reſcin. & Imol. hic,& in d. c. in præſentia. quia requiritur error expreſſus, ad hoc ut uitiet,l.ſi expreſſim. ff. de appell.l. j.§. item contra. ff. quæ ſen.ſine appel.reſcin.cum ſi.Et quia iudex potuit moueri ex aliquibus,quæ non ſunt expreſſa in actis,c. cùm ad ſedem. j̄.de reſti.ſpol.& c. cauſam.j̄.de re iudic. Et bene facit, quod no.Imol.hic contra domi.Anto. dicens, quòd ſi reperitur ſententia lata contra inſtrumentum productum in actis, non eſt nulla: quia poſſibile eſt, quòd iudex illi fidem non adhibuit: & iſtud potiùs præſumitur propter authoritatem iudiciariam & tranſitum in rem iudicatam,quòd iudex ſententiando contra inſtrumentum uidetur illud reprobare. Nunquid autem probari poſſit iuſtitia ſententiæ ex tenore teſtium, contra quorum dicta iudex iudicauit? Imol. dicit, quòd non. quia forte uacillando depoſuerunt. Sed contrarium ipſe tenet in d.c.in præſentia. quia debuit iudex facere ſcribi uacillationē, ut j̄. dicam in quæſtionibus poſt Innoc.hic. Ideo pro eis in dubio præſumitur. Quæ conſideratio poteſt procedere in cauſa appellationis: ſed, ut dixi, poſt tranſitum in rem iudicatam ſuper illis fortè non audiretur. ¶ Iſtum caſum limita,niſi error iuris,uel calculi eſſet expreſſus in libello:quia ſemper uidetur eſſe expreſſus in ſententia, etiamſi ad libellum ſe non referat:quia omnino ad illum refertur ipſo iure de neceſſitate,c.licet.j̄.de ſymo.l.ſi.C.de fideicom.lib.Ita no. Bart. & Bal. in l.j. C.de erro. cal.& eleganter Bald.in l.2.C.de re iudic.& ſequitur hic do. meus: pro quo adduco elegans dictum Petr. de Anch.in cle.cùm à repulſione.in j.col.de app. ubi refert ſe plerunque audiuiſſe Bald. dicentem uiua uoce, quòd de ineptitudine libelli ſemper opponi poteſt etiā ✻ poſt ſententiam, ⁎ ad eam annullandam, per text. ualde ſing. in c.cùm dilecti. j̄. de emp.& uen.& idem dicit Petr. de Anch.& ſequitur Imol. quibus adde Bald. in l.2.in 14. q. C.de reſcin. uen. & in alijs locis, de quibus dicetur in c.examinata.ſ̄. de iudic. Et iſtud intellige, quando error expreſſus in libello nullo modo poteſt ſaluari: ſed ſi poſſet ſaluari, uideretur intētata illa actio, ſecundum quam error non eſſet notorius: & per Bald.in l.cùm certa ratione. C.quando prouo.non eſt ne. ¶ Secundus caſus eſt, quando iudex in ſententia dicit probatum eſſe per probationes iure reprobatas:ut qa dixit per duellum ſibi conſtare,per text.in c.2.j̄.de purg.uulg.per quem probatur, talem ſententiam eſſe nullam: quod eſt notandum, ſecundum Bald.in l. libertorum. C.de teſti. ¶ Tertius caſus eſt,quando iudex non refert ſe ad acta per modū cauſæ, ſed ſimpliciter enunciat acta:putà,ut oſtendas ſe cognouiſſe de cauſa, dicendo: Viſis teſtibus, inſtru. &c. & tunc quia iudex non fuaputſe in actis, non uidetur ſententia

✻ *Poſt ſententiā*] ⁎ *Adde Bald. in l. licet. col.antip. C. de procur. & in Auth. ſi quis litigans. C. de epiſco. & cler. cum alijs de quibus per Iaſ. inſti. de act. §. omnium. colu. 9. etiam quod à parte non eſſet oppoſitū. Bar.in l.edita. colum.3. in fin.& Bald. ibi in repet. pad.col.15. Alex. col.5.et Iaſ.col.6. C.de eden.Ant.de But.in c.dilecti.de iudic. dummodo ineptitudo,expreſſè reſultet ex libello,ſecus autem ſi tacite uel per ſub*

nulla per relationem ad acta, ſecundū Bal. in d.l.2. in princ. C. de rei uen.& ſequitur do. meus hic: de quo miror, quia ut diximus in c.licet.ſuper gloſſ.in uerbo,opponi. in 2.concluſione,ſ̄.eod.Per prædicta uerba cognoſcitur, quando iudex fundauerit ſe in actis:ideo inter iſtum caſum & ſequētes non facio differentiam. ¶ Quartus caſus eſt, quando error expreſſus uitiat ſecūdum legis diſpoſitiones,ſed tamen ſecundum arbitrium competens iudici ex cauſa poteſt eſſe non error: & tūc adeo præſumitur pro iudice, quòd ex cauſa præſumit̄ exceſſiſſe terminos legis,ut l.relegatorum.& ibi Bar. ff.de pœ. ubi bonus text. in l. moris. §. iſte ferre.eo.tit.ex quo habes ampliatum dictū Innocent.in c. ad petitionem. de quo ſ̄. ¶ Quintus caſus eſt, quando in ſententia dicitur, quia per A. & B. teſtes probatum non eſt, Titium mutuaſſe Seio.ideo Seium abſoluo, & tamen illi teſtes depoſuerunt mutuū eſſe factum, & tunc ſententia ualet: & ſi non appellatur,efficitur irreuocabilis: quia potuit eſſe,quòd iudex fidem teſtibus non adhibuit ex aliqua trepidatione illorum,uel alia de cauſa:quia eorum fides ſtat in pectore iudicis,l.3.§.j.ff.de teſti.Ita not. do.Anch.hic,& Imol. in d.l.ſi is, ad quem. & facit d.l.j.§. item.cum concor. uer.quòd ſit de iure ſuo probante.Sed certè quamuis iſta differentia inter iſtum caſum & ſequentem communiter admittatur, tamē mihi non uidetur differre:primò,qa in caſu c. cùm Bertoldus. quod doctores alle.in caſu ſequenti,fuerunt uerba ſententiæ negatiui effectus: quia dicebatur illū in probatione defeciſſe: quod ſonat,ideſt non probaſſe: & tamen ex quo apparebat eū probaſſe,ſententia irritatur:& ſic non præſumitur, iudicem ex cauſa ſibi cognita fidem non adhibuiſſe. ¶ Secundò moueor per illam notabilem conſiderationē Imol.in d. c.in præſentia. quam retuli in primo caſu,dum dicit,quòd debebat uacillatio ſcribi,niſi fortè iſte caſus procedat poſt tranſitum in rem iudicatam:quaſi tunc maior præſumptio ſit pro iudice. ¶ Sextus caſus eſt,quando in ſententia dicitur quia per tales teſtes probatum eſt, Titium mutuaſſe Seio: ideo Seium condemno: & teſtes interrogati de mutuo dixerant ſe nihil ſcire. Et iſte eſt caſus dubius, in quo animus iudicantis ſolùm ab actis interpretatur: & in effectu credo ſententiam non eſſe nullam, ſed bene irritandam,per text.in d.c.cùm Bertoldus. in uerbo, irritandam. quem ad hoc no. domi. meus hic: cui adde, quod Innoc.ibi no.ſuper uerbo,conceſſimus quem omnes tenentes primam opin.allegant pro ſe. non dicit talem ſententiam eſſe nullam,ſed irritandam: & adduco notabilem theoricam Inn. in c.P.& G.ante finem ibi,nec obſt.ſ̄.de offic.deleg.ubi dixit, quòd quando error non eſt expreſſus in ſententia, ſed elicitur uirtualiter ex uerbis ſententiæ,prout eſt propriè hic,non reddit ſententiam nullam, ſed irritandam: quod pro multùm ſingulari ſequuntur ibi domi.Anto. & Innoc.in c.tranſlato.ſ̄. de conſti.& domi.Anton.in c.cùm contingat.in j. colum. ſ̄.de reſcri.& in c.cùm ab excommunicato.eod.titul.& in c.j. de re iudic.& Domi.in c. humanum genus.in ult. colum.j. diſt.& in c.in tantum.21. diſt.no.domi. Anto.in proœmio Decretal. & domi. Abba.in c.pen. j̄.de capel.mo.Ex quibus elicio concluſionem, quòd ſententia, cuius error deprehenditur ex actis, non eſt nulla,nec irritanda poſt tranſitum in rem iudicatam, niſi in tribus caſibus: ſcilicet quando eſt ✻ lata ſuper inepto libello, ⁎ uel quando ſuper probatione reprobata, uel quando expreſsè ſe retulit ad acta, adeo quòd appareat iudicem aliunde non fuiſſe motum: & primo & ultimo caſu eſt irritanda, in ſecundo eſt irrita. Procedit ergo concluſio principalis, quando ſimpliciter allegatur iniuſtitia, & petitur acta produci: quia in dubio obſtat exceptio rei iudicatæ. ¶ Fal-

29 lit † quartò prædicta concluſio, niſi coram iudice competenti, parte aduerſa non opponente,probaretur iniquitas ſententiæ,

auditos intellectus, ac ſubtilis iuris rationes deprehenderetur, Bal. in l.certa ratione. uerſic. præterea. C.quan. prouoc.& l. 2. circ. fin. C.de re iudic. Marian. in c.j.in. art. 32. de libel. oblat.et nota quod ſententia ex defectu ineptitudinis libelli nulla nō poteſt per iudicem appellationis reformari ſed omnino declaranda eſt nulla. & actor in expenſis condemnandus. Alex. conſil.lib.7. proſpectus. colū. 1. uerſic. eſt uerum. uol.2. Abb.& poſt eum Auth.in c. in literis.colum. pen. uerſ. tertia declaratio.ſ̄.de off. dele.

⁎ *Inepto libello*] *Adde quando libellus dicatur ineptus, & quomodo ineptitudo cognoſcatur. Mars. in c. 2. art. 23. de lib. oblat.et plenè not. Rota deciſ.35.ſi qs in cā prophana. in ult. addit. in nou. quam uo. communiter*

ſecun-

ſecundum domi. Anto. Imol. & domi. Abb. hic: quia admittendo talem probationem, à qua per exceptionem rei iudi. poterat uictor ſe tueri, ſi poſtea de iniuſtitia docetur, poteſt ſententia retractari. Allegat Innoc. & bene, in c. cùm dilecta. in glo. maiori, ſ. de reſcrip. & in d. c. cùm Bertoldus. ſuper uerbo, conceſſimus. Imputatur enim non opponenti. Et de qua re iudex cognoſcit, de ea iudicare debet, l. de qua re. ff. de iudi. ut hic pleniùs per eos: quibus adde Imol. plenè idem tenentem in d. c. cùm dilecta. in ult. colū. & in d. c. in præſentia. & plenè do. Maria. in c. qualiter. el j. ī. de accuſ. & domi. Abba. in c. j. ī. de confir. uti. uel inuti. Non obſt. quòd non ualet ſententia contra ſententiam, quæ tranſiuit in rem iu. ut no. in cap. inter monaſterium. ī. de re iudic. quia illud eſt uerum, niſi appareat de notoria iniuſtitia ipſius ſententiæ, arg. d. c. ſolicitudinem. de appellationibus. ſecus, quando non conſtaret de iniuſtitia, ſecundum domi. Anto. & Imol. hic. Secundum quos etiam non obſt. quòd ſententia inducit notorium, c. ſi. de coha. cle. & mul. & ſic non deberet poſſe ferri ſententia contra notorium: quia uerum eſt, quòd ſententia inducit notorium, ſcilicet præſumptionis: ſed tale notorium debet ſuccumbere notorio ueræ probationis, ut in ſimili per gloſſ. ſi. in c. tranſmiſſæ. ī. qui filij ſint leg. & facit l. ſi qui adulterij. C. de adul. Non obſt. quòd partes non poſſint uenire contra ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, ut per gloſſ. in l. ſi diuerſa. C. de tranſact. quia uerum eſt tranſigendo, cùm tranſactio debeat fieri ſuper re dubia, l. j. ff. de tranſact. ſed bene poſſunt aliàs per pactum renunciare ſententiæ, l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. el j. & ibi Bal. ff. de pac. per Bald. in l. eleganter. in princ. ff. de condi. indc. & in l. poſt rem. ff. de tranſact. & in d. l. ſi diuerſa. Dicetur latiùs de prædictis in d. cap. inter monaſterium. Et pro hac fallentia facit optime ultra omnes: quia ualet probatio admiſſa contra præſumptionem iuris & de iure, ſi non fuit oppoſitum: ut ſentit Bald. in l. inter ſtipulantem. §. j. in j. colum. ff. de uerb. obli. quod ſummè no. ibi Imol. & idem not. Roma. in l. ſi duo. ff. de acqui. hæred. & domi. Anton. in c. quia plerique. in ult. char. ī. de immu. eccl. & in d. cap. cùm dilecta, colligens hoc ex dicto
30 Innoc. ibi, de quo ſ. ¶ No. tamen duo. Primò, quòd † ſi pars, in cuius fauorem ſententia tranſiuit in rem iudicatam, proteſtaretur & contradiceret ducendo de tranſitu in rem iudicatam, etſi eſſet aliter, non appellaret, iudice procedente ad ulteriora, proceſſus non teneret, ut in ſimili uoluit Bal. in l. certi condictio. §. quoniam. in fin. ff. ſi cer. pet. ubi dixit, quòd ſi contra inſtrumentum regiſtratum non debet admitti probatio per teſtes ex forma ſtatuti, ſi parte præſente & non contradicente admittitur, ualeret: ſecus, ſi proteſtaretur: quod eſt ualde notandum ſecundum domi. meum hic: pro quo facit, quod not. Bart. in l. a. in fi. ff. de app. reci. ¶ No. ſecundò, quòd ſi coram iudice appellationis eo caſu, quo appellatio eſt deſerta, doceretur de tali iniquitate, non ualeret proceſſus, tanquam factus coram iudice incompetenti, per cle. ſi appellationem. de appel. ſaluo, niſi fuiſſet dubitatum, an appellatio eſſet deſerta, uel non: & pronunciatum, illam non deſertam: quia tunc, ſi non fuiſſet ab illa appellatum, teneret proceſſus factus coram iudice appellationis, ſecundum domi. Anto. & do. Abba. hic. & Imol. in d. c. in præſentia. de quo dic, ut plenè per eos. ¶ Fallit quintò, niſi per confeſſionem partis, pro qua ſententia tranſiuit in rē iudic. appareret de iniuſtitia ſuæ: quia propter hoc tollitur omnis præſumptio, quæ eſt pro ſententia, & poteſt retractari, ſecundum domi. Anto. Imol. & domi. Abb. hic. Allegant Innocent. & bene, in c. quia plerique. paulo poſt princ. ī. de immu. ecc. bene facit gloſſ. reputata ſing. in auth. de æqualitate dotium. §. aliud. & in l. in contractibus. in uerbo, nullo modo. in princ. C. de non nu. pec. & quod not. Bartol. & Bald. in auth. ſed iam neceſſe. C. de do. ante nup. ubi habetur, quòd contra præſumptionem iuris & de iure admittitur probatio per confeſſionem eius, pro quo eſt præſumptio: & illud dictum Innocent. in c. quia plerique. multùm no. domi. Anton. in c. is, qui fidem. ī. de ſponſ. & in c. quanto. ſ. de præſum. & in d. c. cum dilecta. & Imo in d. clem. ſi appellationem. & Bald. & Imol. in l. ſi quis inſtituatur hæres. ff. de hære. inſti. & Bald. in auth. ad hæc. C. de uſur. & Imol. in l. nemo poteſt. ff. de leg. j. & domi. Abb. in cap. nouit. de iud. & in cap. j. infrà, de conceſſ. præben. & in d. c. is, qui fidem. & in cap. cùm inter. infrà, de re iudic. & Imol. in d. cap. in præſentia. & in d. cap. cùm dilecta. in ult. colum. & Bald. & Ro. in l. ſi conſtante. §. quoties. ff. ſolut. matr. & Ro. in l. ſtipulatio iſta. §. j. ff. de uerb. obligat. & Petr. de Ancha. in regula, poſſeſſor. de reg. iur. in 6. Bene facit ſing. dictum Bald. in l. filium, quem habentem. uerſi. & quia de inuentario feci mentionem. C. fa. erciſ. ubi dicit, quòd ſi legatarij confitentur, quòd tempore mortis teſtatoris hæreditas non erat ſoluendo, non tenebitur tunc eis hæres ultra uires hæreditatis, licet inuentarium non confecerit: quia ceſſat tunc præſumptio, quæ erat contra ipſum non conficientem inuentarium. Idem Paul. de Caſtr. in l. in ratione. §. quod uulgo. ff. ad leg. Fal. & do. Flor. in l. cùm putarem. in ult. colū. ff. fa. erci. Quòd bene no. ¶ Amplia iſtam fallentiam, nedum in confeſſione uera, ſed etiam ficta ſecundum do. meum hic, per id quod not. Bartol. in l. abſentem. in fin. ff. de pœn. ubi dicit, quòd contra præſumptionem iuris & de iure admittitur probatio per confeſſionem fictam. Pro quo facit text. & ibi Bald. in l. fin. C. de interdic. ma. & quòd not. Bald. in l. non ignorat. C. qui accuſ. & Bartol. in conſil. incip. A domino Cyno de Bononia. ¶ Vnum etiam in propoſito no. quòd licet pars, quæ habuit ſententiam pro ſe, ad ſui præiudicium poſſit fateri ſententiam eſſe iniquam, tamen ad fauorem ſuum non poteſt allegare iniquitatem ſententiæ pro ſe latæ, ut eſt text. no. in l. ſi ſeruus plurium. §. j. ff. de leg. j. & non eſt alibi, ſecundum Bartol. ibi. Ad idem gloſ. in l. ſtipulatio iſta. §. j. in uerbo, ſucceſſores. ibi, ſed ubi rem alienam. ff. de uerb. obligat. & no. Ro. ibi, & Bartol. in l. ea lege. §. ſi quis forte. & Ro. in l. admonendi. de iureiur. & Bald. in l. poſt mortem. ff. de adop. Item adde in materia domi. Abba. in c. cùm interea. ſ. de elect. ubi dixit, quod non eſt præſumendum pro ſententia etiam principis, ſi procedit parte non citata, & eius defenſione non admiſſa. Ita dixit ſing. notare gloſſ. & Bald. in l. fin. C. de legi. ¶ Item no. quòd limitari poteſt tertiò iſta concluſio, etiam in ſententijs, quæ non tranſeunt in rem iudic. ¶ Item limita, niſi opponeretur, quòd fuiſſet omiſſa cauſæ cognitio: quod elicitur ex breuitate temporis, ſecundum Bartol. in l. prolatam. C. de ſen. cum concord. de quibus dicetur in ſequenti concluſione, uerſi. eſt uerum, quòd ſi appareat. Et per hæc eſt expedita tertia concluſio, in qua habitum fuit, quando præſumatur pro iuſtitia ſententiæ. Sequitur uidere, quando præſumatur pro proceſſu: hoc eſt, poſito quòd ſententia ſit iuſta, utrùm præſumatur proceſſum fuiſſe ritè formatum: quòd expediam concluſiue. ¶ Quarta concluſio. Poſtquàm
31 † ſententia tranſiuit in rem iudicatam, præſumitur pro rectitudine proceſſus, ſiue lata ſit de recenti, ſiue non: ſiue in præſentem, ſiue in abſentem: contumacem uerum, uel fictum. Ita concludunt ultimate domi. Abba. & Imol. hic, & Imol.
✱ dicens, hanc eſſe communem ✱ in cap. cùm in iure. ſuprà, de offic. deleg. & Imol. poſt domi. Anton. in d. cap. in præſentia. & Rom. diffusè in l. ſciendum. ff. de uerb. obligat. idem Specul. in titul. de inſtru. edi. §. reſtat. uer. in ſumma. & in tit. de ſenten. §. ut autem. uer. & no. ubi uide: idem Imol. in l. ex hac ſcriptura. ff. de donat. & in l. 4. §. condemnatum. & in l. ſi cùm nulla. ff. de re indic. & Angel. & Imol. in l. de unoquoque. & in l. acta. eodem titul. & Bald. in l. rem non nouam. C. de iudi. & domi. Anto. in cap. cùm ad ſedem. in ult. char. de reſtitu. ſpol. Et dicit Bald. in cap. cauſam. infrà, de re iudic. quòd ſi acta poſſunt interpretari pro & contra ſententiam, debent interpretari pro ſententia. Et omiſſis opinionibus gloſſ. & aliorum, quos prædicti referunt, tenetur ſimpliciter iſta concluſio per text. in c. bonæ. el j. uer. & pro his. ſ. de elect. dum fundat ſe non in notorio, ſed in authoritate iudiciaria, præſumendo citationē, ut no. etiam ibi do. Abba. Ad idem text. in c. cùm inter. ī. de re iudic. dum dicit, quòd ritè uerbum concernit proceſſum, iuxta glo. in l. a. ff. de inoffi. teſt. & facit uerbum, Per oia. quia oia includit, c. ſi Romanorum. 19. diſt. & pulchrè Bald. in l. oia. C. de epiſ. & cle. & Ang. in l. a. §. furioſus. ff. de iure codi. et conſil. 6. incip. Lata eſt ſnia. Et non ob. iſte text. quia loquitur in cauſa appellationis, ſecundum illos: et rationem differentiæ dixi. Et ita intellige gloſ. pen. in c. cum ſpeciali. ī. de appel. Et non facit differentiam inter contumacem uerum et fictum, prout facit hic do. Anto. et Rota concluſione 289. quia, ſecundum Imol. hic, licet fuerit contumax, tamen ſciendo de ipſa et non appellando habetur pro præſente, l. ab eod. C. quomodo et quando iud. et tranſit in rem iudic. authen. hodie. C. de app. Et per prædicta ſuperfluò quæritur, an
32 † ſententia præſumatur lecta. ✱ de quo
✱ latè per Flo. in l. ab ea parte. ff. de proba. et Angel. in l. fin. C. de ſen. ex breui. eoci. et Felin. ij. pars.

✱ *Lecta] Adde an præſumatur ſententia pro ſola qualis eſt lecta.*

lecta Bald. in l.ſi. C. de re iudi. col. 3. uerſ. quæro qualiter.

Bald. & Angel. in l. quæcunque. §. fin. ff. de public. & Bald. in l. fideicommiſſ. §. 1. ff. de leg. tertio. cum ſimil. Et non expedit uidere, quod dicatur eſſe longum tempus? de quo in propoſito dubitauit Bald. in capitu. fina. de mili. uaſal. qui cont. eſt. Eſt enim hoc arbitrarium, per id quod no. Innocent. in cap. ſecundo. ſupra de reſtitutio. in integ. & gloſ. in l. furtum. §. fundi. ff. de uſucapio. & Bald. & etiam Imol. in l. ſi de eo. §. primo. ff. de acquiren. poſſeſ. & domi. Anton. in cap. cum inter, in fin. de re iudi. & in ca. ueniens. el primo. in penul. col. io tit. proxi. & ſuperfluum remanet dictum Bald. in cap. primo. in fin. quot teſt. ſint neceſ. ad prob. inueſt. dum dixit, quòd ſi ille, contra quem producitur ſententia, negat doloſè ſententiam fuiſſe latam, in odium negantis omnia præſumuntur ſolenniter acta, per illum textum. Idem de eo, quod not. Bald. hic dicens, quòd ſi acta ſunt combuſta, pro ipſis præſumitur: & exclamat de gloſ. hic, & uidetur tenere, quòd aliàs non præſumatur pro actis, niſi probentur, per illum text. præter quàm in ſententia ualde antiqua: ſed iſta omitto retenta prædicta concluſione, cui non obſt. iſte text. ut dixi. Et de materia uide etiam Bald. in l. fina. in ultim. colum. C. de re iud. & Imo. in capitu. 1. ad fin. infra de confirma. uti. uel inutil. & Bartol. in l. admonendi. uer. quæro, quid ſi reperiuntur. ff. de iureiuran. & Bald. in l. 1. C. quando liceat ter. prouocare. ¶ Limita uno
33 modo iſtam concluſionem: niſi † pars, quæ dicit ſolennitates proceſſus non fuiſſe ſeruatas, producat ipſa acta, in quibus appareat non eſſe deſcriptas ipſas ſolennitates neceſſarias, ſecundum dom. Anto. & domi. Abba. hic: quia probando nullitatem tollitur per conſequens tranſitus in rem iudicatam, per cap. in noſtra. ſupra de procurat. ubi exceptio defectus mandati ✳ ſemper opponitur contra ſententiam: & alleg. do. Anto. Barto. in l. hi, qui ad ciuilia. C. de appell. & in l. 1. ff. ut cauſæ poſt puber. adſit tutor. Idem expreſſe uoluit Ioan. And. in Specu. titu. de ſententijs. §. ut autem. uer. & not. docens practicam, qualiter negans ſe fuiſſe citatum, poteſt probare per inſpectionem actorum adhibitis uiris literatis, ut ibi per eum: & bene facit cap. unicum. ſupra de litis conteſta. & l. ſi. C. de reb. cre. & credit dom. Abb. iſtum fundandum ſua inſpectione actorum eſſe admittendum, donec iure agendi de nullitate ſit præſcriptum, ut diximus in c. licet. ſupra eod. Hoc eſt, quòd Imol. in d. cap. in præſentia. dicit hanc præſumptionem rectitudinis non eſſe iuris, & de iure: quia per oſtenſionem actorum eliditur, ſi in eis contrarium appareat, per d. cap. unicum. ¶ Sed hanc limitationem declara dupliciter. Primò, niſi diceretur non interueniſſe ſolennitates, quæ non eſſent de ſubſtantialibus: quia etiamſi hoc eſſet uerum, non tolleretur ſententia, ſecundum dom. Anto. in ca. cum ad ſedem. uerſ. ſi. ſupra de reſtit. ſpol. & ſentit etiam hic. Quid autem ſi in actis deficiant aliquæ ſolennitates neceſſariæ, tamen ſunt epilogatæ in ſententia eo modo, quo dicam in prima fallentia ſequentis concluſionis, an præſumatur tūc pro proceſſu? Non reperio tactum: ſed crederem, quòd ex ſententia non præſumeretur, quando apparerent alia acta originalia ſine illa ſolennitate: quia non eſt ſeruata forma huius decre. In quo poteris cogitare. ¶ Secundò declara, niſi diceretur omiſſum aliquid, quod concerneret etiam iuſtitiam ſententiæ: putà, cauſæ cognitio quia licet ex actis de ipſa non appareret, ut quia non eſſet datus terminus ad probandum, tamen præſumeretur, ſecundum Bart. in l. prolatam. C. de ſenten. & do. Ant. hic. Eſt uerum, quòd ſi appareret clarè iudicem nullo modo potuiſſe cognoſcere de cauſa, putà, quia de mane habuit proceſſum, & in ſero iudicauit: uel idem de ſimili breuitate temporis, quæ neceſſario argueret impoſſibilem cognitionem: poteſt talis ſententia retractari, ut ſingulariter uoluit Bart. in d. l. prolatam. & ſequitur Imo. in d. c. in præſentia. & do. Ant. hic, & do. Abb. in capitum ex literis. ubi bonus tex. ſupra de reſti. in integ. & Ro. in rub. ff. de arbitr. & dom. Card. in clem. diſpendioſam. de iudic. & ibi Imol. et Petr. de Anchar. de ſolennitate. conſi. 250. incip. In cauſa et quæſtione. et dom. Anto. & Imo. latè poſt gloſ. ſi. in

✳ *Defectus mandati] Adde l. licet. C. de procurat. c. licet. de appel. in 6. l. licet. ff. de iudici. & opponetur uſq; ad mille annos. ut dixit Bald. in l. 2. C. ſi ex fal. inſtru. quē ſequitur Alex. conſil. 191. perſpecto. col. 2. uol. 6. & conſ. 1. col. 5. in ſi. lib. 4. et conſil. 25. conſiderans. col. 1. lib. 7.*

c. eccleſia. ſupra de conſtit. & Oldr. conſil. 251. & Inno. in c. ad audientiā. ī. de app. & do. Ant. & do. Ab. in c. 2. ī. de re iu. & Pet. de Anchar. in cap. fin. in fin. de re iudi. in 6. & in regula, ea quę in prima oppoſitione, de re. in eodem lib. & Cald. in titul. de re iudi. conſilio ult. & Petr. de Anchar. conſilio 31. incip. Viſa quadam petitione. & conſilio 124. incip. Viſis conſilijs & domin. Anto. in cap. in noſtra. infrà de coha. cle. & in cap. poſt elec. infrà de conceſ. præben. & Imol. in cle. paſtoralis. de re iudic. & Bartol. in l. 2. in princip. ff. de iudi. & in l. quod iuſſit. ad fi. ff. de re iudica. & in l. 2. C. de eden. & in l. properandum. §. ſi quidem. C. de iudi. & in extrauag. ad reprimendum. in uerſic. ſummariæ. in princip. & in fin. & Spec. in titul. de offic. ind. §. poſtremo, uer. ſecundò uidendum. & Innoc. in c. tua. ad fin. gloſ. magnæ, de cohab. cle. & Bald. in l. fin. in 7. q. C. de edic. di. Adrian. tollend. & in l. captatorias. C. de teſtamen. mil. & Angel. in l. bonorum. C. qui admitti. & in l. iudices. C. de iudi. & Bald. in l. Labeo. uerſic. extrà quæro. C. quomodo & quando iudi. & in d. l. 2. C. de eden. & in l. nec cauſas. C. de appel. & in l. petendæ. C. de temp. in integ. reſtit. pet. & in l. mancipia. C. de ſer. fugi. & in l. ex ſtipulatione. C. de ſenten. & Angel. in authen. quomodo oporteat epiſcopos. §. oportet. niſi talis ſententia eſſet lata parte præſente & non reclamante, ſecundum Lapum allegatione 28. incipien. Delegata cauſa. & Bal. in d. l. prolatam. In quo paſſu non inſiſto pro nunc: quia ſtat difficultas, an talis ſententia lata non uiſis actis ſit nulla, uel annullanda: de quo in locis prædictis, cum quibus fieri poſſet longa repetitio: ex quibus puto limitari poſſe tertiam concluſionem præcedentem, ut ibi in fin. tetigi.
34 ¶ Quinta concluſio. Quamuis † in ſententia dicatur, Viſo libello, Viſa lit. conteſt. & ſic de alijs actis, propter hoc non magis præſumitur pro proceſſu, ſi aliàs præſumeretur naturaliter, ſi de actis appareat. Ita uoluit Innocen. hic, amplians ſing. etiamſi notarius conficiens inſtrumentum, in ipſa ſententia apponeret dicta uerba: quia nō intelligitur loqui, niſi de his, quæ eodē loco & die fuerunt acta: & ſic reliqua narrata non probantur, cùm ſint de præterito, etiamſi diceret actum tali die & loco & ſe interfuiſſe, non exprimendo tempora cuiuſlibet actus: quia quo ad illa, uidetur tantum ſermo teſtimonialis, non habens fundamentum officij tabellionatus, ſm ipſum: de quo faciunt ſeſtū Bal. do. Ant. Imo. et do. Ab. hic, qui dicit, quòd quotidie allegantur iſta dicta Inn. pro inſtrumentis multa recitantibus, ut non faciant plenam fidem, niſi reſpectu eorū, quæ tempore confecti inſtrumenti potuerunt interuenire: et addidit notata per Bar. in auth. ſi quis in aliquo. C. de edend. et per gloſ. in uerbo, fides. in c. abbate. ī. de uerb. ſig. Adde do. Car. conſi. 74. inci. Titius: nunc ſunt, &c. in ult. char. ubi latè ſequitur Inn. hic, & uide eundem conſi. 34. incip. Cùm inter religioſos: ubi propter illud dictum Inn. conſuluit, quòd licet in inſtrumento dicatur, Vocatis uocandis. illa uerba non faciunt fidem: quia inſtrumentum ſolùm probat ſuper his ſuper quibus conficitur, ut hic per Innocent. & uide omnino Ioan. Andr. in Spec. de ſen. §. ut autem. uer. & not. ubi refert Guidonem de Suza diſputando tenuiſſe, quòd ſi in ſententia dicitur, citato reo peremptoriè, &c. non probatur citatio peremptoria. Ita dicit tenendum de iuris ſubtilitate: quia ſunt uerba actus præteriti: ſecus, ſi in ſententia dicitur, In Titium præſentem iudice ſedente lecta. quia per illa uerba ita probatur illa interueniſſe, ſicut ipſa ſententia: & ſequitur Ro. in d. l. ſciendum. poſt Angel. ibi, & cum alijs concor. latè Spec. in titul. de inſtru. edi. §. reſtat. uerſic. in ſumma. & in titul. de proba. §. fin. uer. ſed pone. & do. Card. poſt gloſ. in uerbo, fundantur. in cle. 1. de proba. Et pulchrè dixit Innocen. in c. fin. in fi. infra de fi. inſtru. quòd non ſtatur tabellioni, qui in ſuo inſtro atteſtatur ſe uidiſſe aliquid contineri in alio inſtro. fa. cit, quod no. Bal. in l. geſta. ad fi. C. de re iud. et Spec. in tit. de procu. §. illud. uer. illud. et in d. tit. de proba. §. ſi. ubi dicit, quòd ſi iudex dicat, Condemno Titium tutorem Seij pupilli, ſi aliud non apparet, ille per hoc non præſumitur tutor: quod multum not. hic Inno. dicens ſe pridie habuiſſe in facto et ponderat do ctrinam Ion. hic, ut ſing. per Bal. hic, dum dicit, notarium rogatum de mutuo, et enunciantem falſo numerationem priùs factum, non puniri: quia de eo non conficiebat inſtrumentū: et idem repetit in l. ex his. C. de teſta. mili. ubi omnino uide. Sed de iſtis uerbis enunciatiuis non me extēdo, ſed remitto ad Bar. et Imo. in l. ex hac ſcriptura. ff. de dona. et do. Ant. ī c. cū dilectus. ī. de ſucceſ. ab inteſta. cum cōcor. de quibus aliàs.

¶ Fallit

35 ¶ Fallit † primò iſta concluſio, quo ad propoſitum, niſi dicta uerba ſcriberentur per notarium in inſtrumento ſententiæ non ſimpliciter recitando, ſed exprimendo per ſe cuilibet actui enunciatiuè, ubi, quando, & à quibus, & quot in ſui præſentia acta fuerunt: & poſtea ſe ſubſcribens, exprimat omnibus interfuiſſe: tunc enim ipſa enunciata non ſolùm præſumerentur acta, ſed etiam probantur per tale inſtrumentum, etiam in cauſa appellationis. Ita expreſſe not. Hoſti. hic, & ſequitur domi. Anton. & Imo. & domi. Abb. qui dicit, iſtud dictum eſſe tutius, quàm id, quod not. Inocen. in c. cùm in iure ſuprà de offic. deleg. & idem not. Spec. in d. §. ut autem uer. & not. & Bald. in l. iureiur. in fin. j. col. C. de teſti. & ſentit Lapus alleg. 77. incip. tabellio. in pen. col. dum ita limitat dictum Innocen. in d. c. ſi de fide inſtr. Et hoc bene not. in practica.

36 ¶ Fallit ſecundò †, niſi ſententia continens talia uerba etiam recitatoria, eſſet lata præſentibus partibus & tacentibus: quia tunc per ipſam probatur illa præceſſiſſe. Ita notant do. Abb. & Imo. hic, allegando Bart. in l. j. per illum text. C. de rela. Et non eſt opus ſeruare practicam Hoſtien. ſecundum domi. Abb. in caſu iſto. Adde Bart. idem tenentem in l. acta, in prin. ff. de re iud. & in l. fi. ff. quando app. ſit & in authen. ſi quis in aliquo. C. de eden. & Bald. & Salic. in l. emancipationem. C. de fide inſtr. & Bald. pulchrè in d. l. ex his. in 2. col. & Ro. in l. qui aliena. ff. de acqui. hære. & domi. Anton. conſil. 37. incip. Quæſito præ. ſcripto & in c. j. in ult. colum. infrà de fide inſtru. & Lapum allegatione 64. incip. approbat. & do. Anto. & Imo. in c. conquerente ſuprà de offic. ordi. & do. Card. in d. conſil. 84. & Angel. in l. hi, qui ad ciuilia. C. de app. & in d. l. fin. ff. quando ap. ſit. & ibi dixit, quod petens executionem ſententiæ non habet neceſſe producere proceſſum, ſed ſolum inſtrumentum ſententiæ, in quo proceſſus enunciatur, dummodo præſente parte confectum fuerit. Et idem repetit Angel. in d. l. j. C. de rela. ¶ Sed conſidera. quia profectò iſta fallentia non uidetur aliquid noui afferre, poſito enim, quòd pars tacuerit, tamen ſciebat ſe poſſe appellare, & ius ſuum contradicendi eſſe ſaluum: & ideo taciturnitas non nocet, l. ſicut. §. non uidetur. ff. qui. mo. pig. uel hyp. ſol. Ita mordet Raph. Cu. in d. l. fin. quando ap. ſit. & expreſſius Ro. in d. l. ſciendum reſpondendo ad d. l. j. C. de rela. & ad d. l. fin. ut per eos, quorum opin. ſequor. Et ſi diceretur, prout dicit hic domi. Abb. referendo Bart. in d. l. j. quod intelligitur, dummodo taceatur poſt 10. dies: reſponde, quòd tunc propter tranſitum in rem iud. pro proceſſu præſumitur, ut dixi in præcedenti concluſione. Igitur de hac concluſione tunc non erit opus. Et quod nihil operetur, uidetur tenere Angel. in l. ſi præſes circa princ. C. quomodo & quando iud. & Bart. in conſil. incip. Apparet ſententia lata. Quod intellige, quando ſunt uerba recitatoria. ¶ Fallit tertiò, niſi illa uerba, Viſis, &c. etiam recitatoriè ponerentur in ſententia legati. Cardi. quia plenè probant illa præceſſiſſe. Ita ſingulariter uoluit Innocent. in cap. cùm dilecti. ſuper uerbo, reſponſionem infrà de accuſ. & ſequitur domi. Anton. & domi. meus hic, & Ro. in l. ſciendum de uerb. obl. allegans bonum text. in c. cùm parati. & in cap. conſtitutus uer. intellect. infrà de appel. & idem not. Bald. in l. ſi qua per calumniam uer. deinde quæro, legatus. C. de epiſc. & cle. ſed iſtud intellige de conſuetudine curiæ Rom. quia ſecus de rigore iuris, per c. cùm nobis in uerbo, quantæcunque infrà tit. proxi. ſecundum Spe. in tit. de teſte. §. j. uer. quid ſi aduocatus de quo per do. Anto. in c. quod ſuper his infrà de fi. inſtr. Et ibi dicetur de materia c. nobiliſſimus 92. diſt. ¶ Fallit quartò, in ſolennitatibus enunciatis in decreto iudicis: quia illæ præſumuntur interueniſſe, ſecundum Angel. in l. imperatores. ff. de priui. cre. per id, quod not. gloſ. & Dy. ibi cum concor. quas referam in 7. concluſ. ſequenti, & hoc ſpecificè colligit ibi Ang. ad limitationem notatorum per Innocent. hic, & idem Bald. in d. l. ex his. Quod ſingulariter not. & declara, ut in d. concluſione. Item de materia huius concluſionis uide aliquid per Bald. in c. j. quo tempore miles, per Imo. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. per Pau. de Caſt. conſ. 3. per do. Ant. in c. licet in ult. col. ſuprà eo. per Bald. in d. authen. ſi quis in aliquo. & in l. j. in pen. col. C. ne liceat ter. prouocare. & Ang. & Ro. in l. hæres inſtitutus. ff. de acqui. hære. ¶ Et not. ſecundò. Primò, quòd ſi breuitas temporis demonſtrat iudicē non potuiſſe rimari ea, quæ dicit ſe uidiſſe, illa uerba nihil operantur, ſecundum Ang. in d. l. prolatam. ¶ Secundò no. quòd dicta uerba quęcunque prolata non probant, niſi per notarium ſint regiſtrata, per iſtū tex. in prin. ſecundum Io. An. latè in d. §. ut autem. ¶ Et not. tertiò, quòd ſi in fine ſententiæ ponatur per notarium hæc uerba, lata fuit dicta ſententia utraque parte petente. nō probatur propterea conſenſus, ſed ſola iudicis requiſitio, ſecundum Bald. in c. cauſam. in fi. propter glo. ibi, infra de re iu-

37 di. ¶ Sexta concluſio. Pro † iuſtitia & rectitudine laudi arbitri, uel arbitratoris ita præſumitur ſicut pro ſententia iudicis. Ita originaliter uoluit Dy. conſ. 14. inci. Tholomeus. quē ſequitur Io. An. in Spe. ti. de arbit. §. ſequitur. in uer. item, quid ſi compromiſſum. in additione incip. Dynus in regula. & Bald. do. Anto. & Imo. & do. Abb. hic, & do. Anto. conſi. 28. incip. Hæc quæſtio dubia habet uulgaria. & in c. Quintaualliſ. infrà de iureiur. & conſi. 37. incip. In quæſito prædicto. & Ro. in l. ſciendum. allegant l. ab ea parte. ff. de probatio. Et dixit in propoſito Ang. in d. l. ſciendum, quòd ſi arbiter præſentibus & conſentientibus partibus ferret ſententiam, aſſerens ſe iudicare ex promiſſo in eum facto, ex tali ſententia inducitur præſumptio poteſtatis ſuæ, attento quòd partes tunc potuiſſent illam dare, licet ille, qui narrat ſe iudicem delegatum, uel ordinarium, per hoc non præſumatur iudex, ut plenius per Imol. poſt alios in c. cùm in iure. ſuprà de offi. deleg. quia non eſt in poteſtate partium, expreſſe, neque tacitè facere iudicem eum, qui non eſt iudex, in l. priuatorum. ff. de iuriſdic. om. iud. quod no. quamuis Rom. in d. l. ſciendum. mordeat Ang. in eo, quòd ſentit arbitrium poſſe ferri cauſa non cognita: nam male ſentit: quia præſuppoſita præſentia partium, tale uitium non nocet, ſecundum Bald. in terminis in d. l. prolatam. uer. fin. ¶ Sed aduerte bene ad duo, Primò, quia non uidetur, quòd pro arbitratore unquam præſumatur. Ita probabiliter attentari poteſt, ſecundum do. Anto. conſi. 29. in antepe. col. ubi eleganter loquitur, quia arbitramentum magis adaptatur naturæ contractuum, quàm iudiciorū. Vnde dicitur tranſactio, ut per glo. in auth. ut differenter iudices. circa prin. Et in contractibus non præſumitur pro requiſito extrinſeco: l. quecunque. §. fi. ff. de Publicia. Ergo nec iſto caſu præſumeretur pro laudo, id eſt, quòd fuerit iuſte latū precedentibus probationibus, pro eo qui obtinuit: & iſtud eſſet ſuſtentabile, niſi arbitrator eſſet perſona ualde prouida & honeſta, per tex. in c. niſi eſſent. j. de præb. qui tex. ſic ponit, uel poteſt intelligi. Sed tamē quia illū text. intelligunt ſimpliciter in omni arbitratore, do. Card. & Imo. ibi, dicentes, non eſſe ſimilē in iure, & quia pro quolibet præſumitur, quòd ſit honeſta perſona, c. ſi. de præſump. credo dictū do. Ant. nō eſſe tutū. Et ita expreſſe firmat Sal. in l. ſocietatē. §. arbitrorū. in 22. q. ff. pro ſocio. de quo etiā uide latiſſimè Ang. conſi. 197. inci. In Dei nomine, pro deciſione quæſitorū præmitto, quòd quando ſententia. & uide, quod ſtatim dicetur. ¶ Secundò aduerte, quia iſta concluſio fallit, niſi poneretur reclamatio, uel reductio ad arbitriū boni uiri, quia tunc tollitur præſumptio laudi, ſecundum do. An. & do. Ab. per ea, quę dicta ſunt de ſententia iudicis in prima cōclu. Idē do. An. in d. c. in præſentia. in pe. col. & d. conſi. 9. & ibi adducit. quod diximus ſ. de ſen. excom. quæ licet nō ſuſpēdat per appellationē, tñ appellatio tollit eius præſumptionem. Idē do. Ant. & Imo. in d. c. Quintaualliſ. ¶ Sed contrarium tenet Imo. in d. c. in præſentia. dicens, quòd qui dicit laudum eſſe iniquum, habet onus probandi, in l. ei, qui. cum ſi. ff. de proba. Et iſtud, quòd probatio incumbat petenti reductionē, tenet Bal. in Spe. in tit. de probat. dicens, ita fuiſſe iudicatum, imo ita expreſſè uoluit Dyn. in d. conſi. & Io. And. in d. addit. Idem Bal. in l. nec quicquam. §. ubi decretum. ff. de offi. procons. & leg. allegando Dy. in d. conſi. quem etiam ſequitur Bald. in l. ſi de meis. in fi. ff. de arbi. ¶ Eſt uerum, quòd iſta uidentur poſſe ſimul ſtare, uidelicet quòd pro arbitramento non præſumatur, & tamen onus probandi incumbit dicenti, eum eſſe iniquum, ut latè deducit Imol. in d. cap. Quintaualliſ. uerſic. quis autem habeat probare. Sed quia ſit probabilius, puto indiſtinctè, quòd præſumatur pro arbitramento, & onus probandi incumbat impugnanti, contra Doc. hic, per ea, quæ in terminis eleganter ſcribit Cald. in tit. de arbi. conſ. 5. incip. Cui incumbit. quod latè domi. Card. in conſi. 244. incip. factum tale eſt, uidetur Barthol. in ſecundo dubio proſequitur. Vbi inter alia negat iſtā æquiparationem appellationis iudicialis & petitionis reductionis, cùm non ſint ſimilia: quia acta coram arbitratore non probantur in ſcriptis, ideo laudum nō iuſtificans excuſatur, quia non poteſt habere locū iſte tex. quia arbi-

arbitramentum fertur à bono uiro, & non appellatur intra 10. dies, nec ab illo, ad cuius arbitrium reducitur, appellatur: nec reperitur iure cautum, q petitio reductionis ſuſpendat uires arbitramenti, prout reperitur in appellatione, & ideo ſtat præſumptio: quia etiamſi probatio incumberet uictori, ſufficeret ei oſtendere laudum, pro quo ſumitur: quia non apparent acta, ut ibi latiſſime per eos, cum quibus tranſeo. Et optimè facit, q dicetur in fi. ſequentis concluſionis. Et conſidera: quia profectò illa communis ✱ opi. quam impugnaui in prima concluſione, uidelicet q pendente appel. non præſumatur pro iuſtitia, habet pro ſe caſum expreſſum in authen. de his, qui ingred. ad app. §. illud ergo determinare. ibi, niſi eas rectè latas oſtenderint. & Doct. in locis proximè allegandis: & gloſſ. hic fundat ſe in ipſo: ideo neceſſarium eſt reſpondere ad c. in præſentia. & ad d.c. in noſtra. prout utrobique dicit domi. Anton. alle. text. in d. §. illud exponatur rectè, id eſt ritè, prout in ſimili facit gloſ. in l. 2. de inoffi. teſt. ¶ Septima concluſio. Decretum iudicis interpoſitum per uiam uoluntariæ iuriſdictionis: puta in uenditione rei eccleſiaſticæ, uel minoris, præſumitur ex iuſta & uera cauſa interpoſitum, & quod omnes ſolennitates requiſitæ in contractu interuenerint, ✱ ſecundum domi. Anto. hic per text. in l. ab ea parte. ff. de probat. ubi emancipatio præſumitur rectè facta: & ille textus de facili non reperitur alibi, ſecundum domi. Anto. idem tenentem in c. quod ſicut. in 15. colum. ſ. de elect. & in c. ſicut. j. de re iudic. & ibi etiam allegat tex. in l. manumiſſio. ff. de manu. uin. Idem dicit Specul. in tit. de emptio. & uen. §. nunc dicendum reſtat. uer. & breuiter ſcias. & Bal. in Specul. de appel. & in l. quicunque. C. de bo. quæ lib. & in l. fi. C. de præ. mino. & in l. non aliter. ff. de adop. & ibi alleg. l. 2. uer. quod non arbitramur. C. de off. omn. iudic. & c. accipimus. uer. non credimus. ſ. de æta. & quali. idem Bal. in l. ſi præſes. C. quomodo & quando iu. & Imol. in l. ſi quis cùm aliter. in fi. ff. de uerb. oblig. & Angel. in l. ſciendum in ult. colum. eod. titul. & Bald. in l. quæcunque. §. fi. ff. de Pub. & in l. cùm ij. §. ſi prætor. ff. de tranſact. & in l. j. C. de manu. uind.

✱ Interuenerint] Adde Soc. in. conſi. 158. incip. Viſis. uerſ. confirmatur etiam quia. in 2. par. & idem dicit ibi fortius eſſe in decreto quod interponitur in modum contentioſæ iuriſdictionis. quia cum maiori ſolennitate interponitur.

¶ Limita, ſeu declara iſtam concluſionem, dum modò ipſæ ſolennitates ſint enunciatæ in inſtrumento decreti: quia aliàs per ſolum decretum non præſumitur de decreto, ſecundum Bald. eleganter in l. ex his. C. de teſta. mili. & in rep. l. 2. §. j. in ult. quæſt. ff. ſi ex noxa. cau. aga. & in l. j. ff. de reb. eo. & alleg. gloſſ. ſolennem, quam dicit ita intelligendam, & bene, in l. j. prope fi. glo. maioris, C. de fid. inſtru. libr. 10. Et ita in propoſito per illam gloſ. dicit Io. Fab. in §. fi. Inſtit. de fideiuſſo. & Lapus dicens eam eſſe bonam & optimam, allegatione 77. incip. tabellio. in pe. colom. & Ang. eam dicens eſſe notabiliſſimam in l. pupillus. ff. qui. mo. pi. uel. hyp. ſol. & idem Bald. in cap. j. §. inſtrumentum. de notis feudorum. dicens, q ſi in inſtrumento decreti non ſit mentio de ſolennitate extrinſeca, illa non præſumitur: & idem Fed. conſil. 142. incip. Do. Io. dicens, quòd pro decreto non præſumitur, quando ex eius tenore non apparet de cauſæ cognitione: & de illa glo. meminit domi. Abb. in c. quod autem. de iure pa. & in c. Albericus. in titul. proxi. & Bald. in l. fin. C. de præ. min. & Angel. in l. qui in aliena. ff. de acqui. hæred. & Bald. in l. iureiur. C. de teſti. & in cap. poſt ceſſionem. ſ. eod. & Angel. in l. ſicut. §. non uidetur. ff. quibus mo. pig. uel hypo. ſol. Bald. & Angel. in d. l. j. C. de iure haſtæ fiſc. & domi. Anto. & domi. Card. in c. ea noſcitur. j. de his, quæ fiunt à præla. dicentes, quòd ſi in decreto alienationis rei eccleſiaſticæ dicitur capitulum conſenſiſſe, probatur conſenſus, niſi aliud oſtendatur: & illud d. cap. ueriſſimum. per prædicta, non diſputando, quando uerba enunciatiua probent, uel non: quia illa ceſſant, ubi eſt interpoſitum decretum. ¶ Et uide omnino Angel. in l. imperatores. ff. de priui. credi. ubi ſuper glo. fi. quæ idem ſentit, quod gloſ. in d. l. j dicetur Dy. tenuiſſe, ut dictum eſt, ſolennitates decreti præſumi, dum modò in ipſo ſint enunciatæ: & ſubdit per hoc limitari doctrinam Innoc. de qua ſ. in 5. concluſione, quòd enunciata in inſtrumento, quæ tempore confecti inſtrumenti interuenire non potuerũt, non præſumuntur: quia fallit in decreto iudicis: quam fallentiam expreſsè ponderat etiam Bald. in d. l. ex his. & in d. §. ſi inſtru. ¶ Et intellige, ſanè quia non ſufficeret, q tabellio ſcripſiſſet ſimpliciter ſolennitates interueniſſe, ſed oportet ſolennitates nominatim exprimere, ſecundum Io. Fab. in d. §. fin. & bene facit, quòd dixi in prima fallentia 5. concluſionis: quia, ſecundum ipſum, uideretur tabellio ſcripſiſſe ut iudex, non ut teſtis, qui clarè debet loqui: & ita etiam eſt de mente gloſ. in d. l. j. & aliorum, de quibus ſ. Eſt uerum, quòd ſi quis uellet probare ſolennitates enunciatas in inſtrumento decreti non interueniſſe, uel non eſſe ueras, audiretur. Caſus eſt in c. j. de reb. eccl. non alie. in 6. & ſentit ibi gloſ. in uerbo, tenues. & expreſſiùs Petr. de Anch. licet aliud ſomniauerit ibi Domin. Et dicit Bald. in c. j. an princ. qui feu. dare poſ. quòd ſi contractus ſit factus cum debitis ſolennitatibus, ſcilicet interueniente conſenſu prælati & capituli, & decreto ſuperioris, præſumatur ille actus in utilitatem eccleſiæ. ¶ Quòd autem pro ſolo decreto non enunciante ſolẽnitates non præſumatur, tenet Bal. in l. iuriſgentium. §. quod ferre. ff. de pact. & Angel. in l. j. C. de iure haſtæ fiſca. libr. 10. & in l. quæcunque. §. fin. ff. de Publici. & Rom. in d. l. ſciendum. quem ſequitur hic domi. meus per text. in l. minorum. C. de præd. min. Et licet iſti ſimpliciter loquantur, tamen eorum opinio limitari debet per prædictas ex quibus non remanet eluſoria diſpoſitio d. l. quæcunque. §. fi. prout dicebat Ro. quia ſi non fuerit enunciatum in decreto tutorem adhibitum fuiſſe, hoc non præſumetur: & hoc operabitur d. §. fi. nec reſtringit ratio Angel. in d. l. j. dicentis, ſe non potuiſſe obtinere in facto ſecundum opinionem Spec. de quo in princ. huius concluſionis, quaſi ita non præſumatur, ſicut nec pro proceſſu, per iſtum text. quia ille text. loquitur, quando eſt appellatum: ſed aliàs præſumitur, quòd rectè & ritè actum fuerit per iudicem, d. c. ſicut. quæ præſumptio procedit etiam in actibus uoluntariæ iuriſdictionis, d. l. ab ea parte.

¶ Quinimò eſt unus caſus, in quo præſumitur pro decreto, etiam quando in eo non ſunt enunciatæ ſolennitates, ſcilicet quando eſt inſtrumentum decreti antiquum. ita conſuluit Pet. de Anch. loquens de alienatione rei eccleſiæ, conſil. 130. incip. Ex conſilijs excelentium Doctorum. per l. ſi filius. cum ſi. C. de peti. hær. & idem no. domi. Anton. & Imol. in d. c. ea noſcitur. facit, quod no. Innoc. in c. illud. j. de præſum. cum concord. quas aliàs dedi in c. licet Heli. ad fi. j. de ſymo. ¶ Vltimò in materia huius gl. no. quòd pendente cauſa nullitatis præſumitur pro ſententia: quia ſola appellatio eſt illa, quæ tollit præſumptionem ſententiæ, ſecũdum Spe. no. in tit. de proba. §. j. uer. quintò ſequitur uidere. quem ſequitur do. Anto. & Imol. hic, & in d. c. in præſentia. & do. Ant. in c. per uenerabilem. in pe. char. in uerbo, oppono primò. j. qui fi. ſint leg. & eſt de mente Bald. in authen. quæ ſupplicatio. ad fi. C. de preci. impe. offe. Et idem dicunt iſti de cauſa reſtitutionis in integ. quod bene no. quia per hoc apparet non eſſe mirum, ſi pendente reductione ad arbitrium boni uiri, præſumatur pro laudo, ut ſ. tenui: quia quod dicitur de appellatione, non extenditur. ¶ Expe-

38 dita materia gl. quæro primò, utrùm † ſufficiat, quòd productio iuriũ, de quib. in text. uel relatio nuncij, fiat notorio ſoli? an uerò oporteat, quòd fiat iudici? Et uidetur ſufficere, quòd notario, ſecundum do. Abb. hic ſuper gl. in uerbo, dilationes: de relatione nuncij. alle. Bar. in l. ſi finita. §. Iulianus. ✱ ff. de dam. infe. De inſtrumẽtis allegat l. eos. §. ſuper his. C. de app. Adde pro illa parte tex. quem ad hoc no. ibi Bar. in l. præcipimus. §. in his. C. de appell. Idem Bal. ibi, ſecus dicens in receptione teſtium. Idem Sali. ibi loquens de relatione nuncij. Idem Bart. Bald. & Salic. in d. §. ſuper his. Bartol. Salic. & Paul. de Caſtr. in d. authen. quæ ſupplicatio. per illum text. in uerbo, cauſas introducentibus. Idem Bartol. in l. 2. ad fi. . de iu. fiſ. libr. 10. & Petr. de Anch. in c. cordi. de appel. in 6. in 5. col. Non obſt. quòd probatio eſt facienda iudici, l. quinquaginta. ff. de proba. q non negant iſti, quin debeat fieri fides iudici, ſed notarius habet poſtea præſentare acta iudici. Contrariam

✱ Iulianus] Ad de Alexand. ibi, qui dicit opinionẽ Bartol. in practica ſeruari.

39 partem, quòd † non ſufficiat acta fieri coram ſolo notario, tenent Hoſt. do. Ant. & Imo. hic, & ẽt do. Ab. in pe. char. in hoc ſibi contrarius: quia officium notarij eſt, ſcribere, ut hic: non aũt, recipere inſtrumenta coram eo producenda: & ideo fines mandati ſunt obſeruandi, l. diligenter. ff. man. Adde Bal. idem tenentem in l. 2. in prin. C. de eden. alie. Gul. de Cu. in l. edita. eo. ti. ubi dicit, quòd notarius non põt recipere aliquã productionem, niſi iudex ſit præſens. Alleg. bonos text. uidelicet l. adoptio. C. de adop. & l. inſtar. C. de iure fiſ. & in l. fraudem. §. quoties.

quoties.uel j. ff.de int. ſiſ. Idem Bald. in l. ſi quis ſe. C.de accuſ. per illum text.in uerbo ſtationarijs. quem Bald.& etiam Bart.exponunt pro tabellionibus,uel officialibus.Idem Bald. in l.ſi ca.in 2.notabi. C.qui accuſ. per l. Sempronia libellos. cum gloſ.in uerbo, Lucius.ff.de fur.nam aliud eſt, ſcripturam peruenire ad notarium,& aliud,peruenire ad iudicem. Idem Ang.& Ro. in d.§.Iulianus.quia in talibus productionibus requiritur cauſæ cognitio. Alle.l.properandum.§. ſin autē reus. C.de iudi. ibi, terribiles in medio proponantur ſcripturæ. Et reſpondet ad §. ſuper his.allegatum per domi. Abb. quòd ibi dicitur,quòd inſtrumenta, quæ produceſitur, debent relinqui, uel accopiari in ſcrinio notarij: ſed non dicitur, quòd poſſint ſoli notario produci:& alle.ibi Ro.& bene,& Bal. idem tenentem in d.authen.quæ ſupplicatio.& alleg. glo.in l.cùm ſimus. in uerbo,confeſſionibus.iunctis ibi notatis per Bar.C.de agri. & cenſi.lib.11. Idem etiam tenent Bald.& Angel.Sali. & Ful. in l.hac conſultiſſima.§. ſi quis autem. C.de teſta. Idem Ang. in d. l.præcipimus.& in d.l.cos. Idem Bald. in l.j. C.qui accuſ. dicens,quòd notarius non poteſt aliquid de iudicialibus ſcribere ſine mandato iudicis, per l.ſin. C.de exhiben.reis. Idem ſentit Bartol.in l.uideamus.§. deferre.in ſi.ff.de in lit. iuran. quem ſequitur domi.Anto.in c.tuis.in j.col.ē.titul.proxi.ubi dicunt, quòd notarius non poteſt deferre iuramentum in litē, niſi iudice præſente & mādāte.Facit,qđ no.Bal.in l.inſtar.C. de iure fiſ. li. 10. & do.Ant.in c.ſi.ē.de ſid.inſtr. ¶ Et pro iſta
40 † parte,quæ uerior eſt,adducitur etiam: quia in productione inſtrumentorum requiritur cauſæ cognitio, cùm produci debeant parte præſente,uel citata, l.iudices. C.de ſid.inſtru.l.ſi quando. C.de teſti. Et idem de alijs actis non requirentibus cauſæ cognitionem,per d.l.ſi quis ſe.ubi ſecundum intellectū Doct. libellus non poteſt produci coram notario, & tamen in eius productione cauſæ cognitio non requiritur, nec partis citatio:unde etiam die feriata expeditur,l.miles.§.ſexaginta. & ibi Bartol.ff.de adul.quo die pars non poteſt citari,l.j. ff.de ferijs.No.Bart.in propoſito in d.l.miles.§. quinquennij. Facit etiam glo.in l.iubemus.C.de liberali cauſa.quæ dicit,confeſſionem non dici factam in iudicio,niſi fiat iudice ſedente pro tribunali. No. omnes in c.ſin.ē.de confeſ. ¶ Et tenendo hanc partem limita eam primò, niſi productio eſſet facta parte aduerſa præſente & conſentiente. Ita ſimpliciter dixit Imo. * in d.§.Iulianus.quia ceſſat ratio cognitionis cauſæ. ex quo infert ſub dubio,fortè q ſufficeret producere acta primæ cauſæ coram notario iudicis appelationis, ex quo primò illa prius ſunt actitata inter partes.Ita dicit poſſe intelligi d.§.ſuper his. Et iſta duo bene no. maximè hoc ultimum propter authoritatem Imo.¶ Secūdò limita,niſi notarius eēt deputatus in ſpecie ad recipiendas ſcripturas,quæ producūtur, uel iudex commiſiſſet notatio,quòd reciperet inſtrumenta,ſecundum Fulg. in d.l.hac conſultiſſima.Alle.no.uer gl.in l.ſi quis ex ſignatoribus.ad ſin.C.quemadmo.teſt.ape. & ita intelligit d.§.ſuper his.& idem Hoſti. do.Anton.& alij hic dicentes,ita ſe habere generalem conſuetudinem,quòd iudex cōmittat notario receptionem actorum. Et hic incidenter adde,q ſi notarius ignoranter falſum ſcribat,motus ex relatione alterius, putà nuncij, non tenetur de falſo. Ita dicit Bart.in l.ſi mulier.§. ſi ſeruus. in ſi.ff. re.amo.ita dicens ſe conſuluiſſe in ciuitate
41 Tuderti. ¶ Secundò † quæro iuxta prædicta, utrùm ipſemet notarius actorum poſſit eſſe rogatus de tali commiſſione ſibi facta,& credatur ei in hoc? Bar.tenuit,quòd ſic,in l.ex ſententia.ff.de teſta.tut.& Angē. in l.ſciendum.ff.de uerb. oblig. quia uidemus , quòd poteſt etiam notarius ſcribere ſe eſſe rogatum à partibus. Et hanc partem in notario electo ad acta,tenet Salic.in authen.apud eloquentiſſimum. C.de ſi. inſtr. ſecus dicens in alio notario, cui iudex committeret receptionem alicuius actus:quia de commiſſione non erit ipſemet rogatus,ſed alius. ¶ Contrarium,& meliùs,tenent Hoſtienſ.&

✱ Imo.] Adde quod idem Imo. ibi dixit. ita poſſe ſaluari dictu Bar. alias fortè non ſufficeret productionem notario fieri, facit quod not. Specul. de inſtr. edit.§.reſtat.circa princ. Et adde quod ſimiliter fortè ſufficeret producere acta primæ cauſæ coram notario iudicis appellationis,ex quo aliàs ſunt inter partes actitata, & quod nō facerent fidem, niſi uocata fuiſſet pars in exhibitione actorum. tex. l. 1. & 2. C. de reda. & ſic poteſt intelligi text. in §. ſuper his. l.eos.C. de app. facit quod not.Bar. in l.mulierum. de cond. & dem.& Alexā. in l.2.C.de eden.

domi.Anto.domi. Abba.& Imol.hic,qui dicit in practica hoc menti tenendum,quia quandoque erratur:& ideo dicunt prædicti,conſilium eſſe, ut alius ſit rogatus: quia ſibi nō creditur, l.unica.C.de man.prin.& l.omnibus.C.de teſti. Adde Io.And. qui ſequitur Hoſtien.hic, in regula,cùm quid una uia.de reg. iur. in 6. in Mercu. ipſum etiam ſequitur Bald. in l. iureiur. C.de teſti.& in l.iudices.ubi uide, C.de ſid.inſtru.idem domi. Abb.in c.fraternitatis.ē.de cle.non reſi. & Angel.conſil. 194. & Angel.& Imol.in l.2.§. ſi dubitetur. ff.quemadmo.teſt.ape. & Bald.in l.ad egregias. ff.de iureiur. & multum hoc not. do. Abb.hic,quòd articulus examinationis teſtium poſſit notario committi:& quia hoc eget examine, uide, quæ poſt ipſum dicentur in c. cùm cauſam.el j.eod.titul. ¶ Et tetenta hac opi. pro uera,limita, niſi alius notarius non reperiretur, ſecūdum Bald.in d.l.ad egregias.arg.l.j §.ſin.de uerb.oblig. pro quo faciunt illa pulchra dicta Angel. in repet. l. ſi uacantia. C.de bo. uacan.libr. 10. dum multipliciter probat, quòd ſi deficit unus officialis ad actum neceſſarius,putà tempore peſtis, poteſt per alium expediri,quamuis aliàs eſſet inhabilis, per illā l.& ibi ſemper recurras ad Bald.in l.j. C.de ſpon. quem tetulit ē.in ſecundo notabili: bene facit, quod ſcribit Ioan. de Imol. in c.P. & G. in §.cIar.uer.iuxta prædicta tangit hic do. Anto. ē. de offic.deleg. ubi dixit, quòd quamuis notarius unius tribunalis non poſſit conficere acta alterius etiam ex partium prorogatione, ut not. Gul.de Cu. & Bald. in l.repetita. C.de epiſc.& cler.& domi.Anto.in c.P.& G. & glo.in l.quicunque. C.de exec.uel exac.libr. 12. & plenè Bald. in l.teſtamentum. C.de teſta.in l.j.ff.de indi. & in l.j.ff.de offi. procon.in l.quos prohibet. ff.de poſtu.in l.j.ff.de off.præfect.ur. Et quamuis ex duobus notarijs deputatis ad acta unus ſine alio conficere nō poſſit , tamen fallit ſecundum ipſum Imol. niſi alius notarius eſſet impeditus : quia utroque illorum caſuum alius poterit illi ſubrogari.Quæ omnia not.Non obſt.prædictæ concluſioni ratio Bartol.in d.l.ex ſententia.quòd notarij poſſunt atteſtari ſe fuiſſe rogatos:quia reſpondet Bal.in d. l.iudices. quòd rogantur de commiſſione officij iam commiſſi : nam ex quo eſt tabellio, ſcribere debet:ſed non rogatur de origine commiſſionis officij.Vnde authoritatem nemo poteſt ſibi aſcribere:ſed ex quo conſtat de authoritate,poteſt eam exequi.Cùm ergo tabellio non habeat ex natura offic j tabellionatus authoritatem receptionis teſtium aſcribendo ſibi hanc authoritatem propriè pertinentem ad iudicem,non ad ſe,non creditur ſcripturæ,d.l.omnibus.Eo modo dicit Bald.quòd ſi tabellio propria manu ſcriberet procuratorem paſſiuè, id eſt,quòd conſtitutus eſt procurator,non ualet inſtrumentum:quia non poteſt ſibi aſcribere authoritatem uel officium. Et uide eundem Bald.in l. ſin.§. j. uer. item requiritur ſubſcriptio. C.de iure deli.ubi dicit,quòd hæres,qui neſcit ſcribere, poteſt notario committere, ut pro ipſo ſe ſubſcribat inuentario: & credetur tabellioni,qui atteſtatur in ſcriptura,ita fuiſſe ſibi commiſſum : quia iſtud committere non eſt aliud , quàm rogare: quia per hoc non confertur tabellioni authoritas alicuius officij,& ſic non teſtificatur in cauſa ſua:arg.§. nos autem.in au-
42 then.de tabel. & alleg. Ioan. Andr. hic. ¶ Tertiò † quæro, utrùm iſti duo uiri teneantur iurare officium ſuum legaliter exercere? Hoſtienſ. hic tenet , quòd non : dicens poſt Abba. antiquum,hoc non reperiri cautum in iure, & ſequuntur Io. Andr.& domi. Anto.hic:pro quibus facit gloſ.in l.j.ff.de uen. inſpi.& quod diximus in cap.propoſuiſti.in 3. concluſ. ē eod. Contrarium tenet Bald.hic:nam ſi iurat tabellio in ſui creatione , & argentarius in ſua matriculatione , & miles in ſua promotione, & aliàs, tanquam priuati habentur,ut not.gloſſ. ſing.ſecundum eum in l.eos. C.de off.mag.mili.& gloſſ.quam dicit ſolennem in l.quædam. §. nummularios. ff.de eden. Ergo & iſti duo uiri , qui ſuccedunt loco tabellionis. Et iſtud iuramentum ſufficit præſtare ipſi iudici etiam in abſentia partium. Ex quo apparet ſecundum eum , q non iurant tanquam teſtes : quia tunc deberet pars citari. Et iſtam partem tenet etiam domi.Abba.hic de Bal. mentione non facta,cùm iſti ſint quaſi teſtes:ar. l.Domitius Labeo. ff.de teſta. & optimè facit, ſecundum eum, c.præterea.in titul. 2. Et iſtam partem ſequor. Sed caue: quia non puto tales falſum committentes poſſe puniri tanquam teſtes falſarios,per id quod no. Bald. in d. cap.propoſuiſti.circa medium , dum dicit, quòd ubi non defertur iuramentum formale , quod præſtatur teſtibus , non dicuntur propriè teſtes. Vnde non includuntur in ſtatuto

punien-

puniente falſos teſtes. Et ita eſt hic: quia, ut prædixi poſt
Bald. iſtorum iuramentum defertur in abſentia partis, & ſic
caret forma iuramenti teſtis. Fateor tamen, quòd poterunt
extraordinariè punire, ut in ſimili dixit Bal. in d. l. data ope-
ra. C. qui accuſ. quem retuli in d. c. propoſuiſti. Subdit elegan-
ter Bal. hic, quòd iſti duo uiri per hoc non efficiuntur tabellio
nes cauſæ: & ideo ſi diceret ſtatutum, quòd tabellioni falſum
committenti amputetur manus, iſti non comprehenderentur
in uerbis ſtatuti, ſecundum eum: quia nemo poteſt uerum ta-
bellionem creare, niſi ſolus princeps, uel
ab eo poteſtatē habens, ✱ ſecundum Inno.
in c. cùm P. j. de fid. inſtru. poſtea exclamat
Bald. de iſto text. dum probat ſcripturam
iſtorum duorum facere fidem, ubicunque
producatur in toto mundo. ¶ Quartò
43 † quæro, utrùm unus de iſtis duobus pote-
rit ſubſtituere tertium ad ſcribendum, &
poſtea ſe ſubſcribere? Hoſti. Io. An. & domi.
Ant. tenent, quòd non: tum, quia inſtrumen
tum, de quo unus eſt rogatus, alius nõ con-
ficit, ut not. in c. pe. & ult. j. de fid. inſtr. tum,
quia induſtria perſonæ in ſcribẽdo electa,
alteri non committitur, per regulam quæ
habetur in c. fi. §. is autem. ſ. de offic. deleg.
Contrarium tenet hic Innoc. dicens, ſatis
eſſe, ſi additur ſubſcriptio: & ſequitur domi.
Ab. dicens, hoc eſſe notabile, & menti com
mendandũ ad multa: & facit c. cùm ab uno.
de re iudic. in 6. & in c. ſignificaſti. & c. pa-
ſtoralis. ſ. de offic. deleg. Ad idem multum not. text. in c. inter
dilectos. j. de fid. inſtr. ubi poteſt quis per alium inſtrumẽtum
ſcribere, dum modò ipſe ſubſcribat, & ſatis habetur fides & in-
tegritas boni uiri ex ſubſcriptione. Vnde collige, ſecundum
eum, q; ſtatuto requirente plures notarios ad unum actum,
ſufficiet q; unus ſcribat, & alij ſubſcribant: q; dicit menti re-
nendum: & pondera tu, quia Innoc. loquitur etiam, quando
ambo iſti duo uellent ſe exonerare à ſcri-
a bendo: quia ſufficiet poſtea ſubſcriptio: [a]
quod adhuc magis probat notabile do. Ab.
¶ Habes ergo doctrinam auream Innoc. q;
omnis uirtus attributa ſcripturæ alicuius,
ita operatur, ſi ipſe ſe ſubſcribat alio ſcribē
te, ac ſi ipſe oīa ſcripſiſſet: quod apud nos
non legi in loco magis authentico. Idē no.
Bald. in authen. contrà qui propriam. uer.
item quæro. C. de non nu. pe. per l. cùm anti
quitas. §. fi. C. de teſta. Idem gl. Bar. & Sal. in
l. emptor. §. Lucius. per illum tex. ff. de pact.
& Bal. in rub. C. de fid. inſtru. uerſi. ſed dubi
tatur, nunquid tabellio. & Ange. in authen.
de tabel. in princ. & in l. pluribus. in princ.
ff. de uerb. oblig. & gloſſ. j. in c. quanto. j. de
his, quæ fi. à præla. bonus text. in cap. ſi quis
presbyterorum. j. de reb. eccl. non alic. &
in c. non liceat Papæ. 12. q. 2. Vnde dicit Angel. in l. ita ſtipula-
tus. §. Chryſogonus. ff. de uerb. obli. quòd uirtus data à ſtatuto
ſcripturæ manu propria confectæ extenditur ad ſcripturam
manu propria ſubſcriptam. Et iſta procedunt regulariter.
44 ¶ Limita † primò, dum modò ſit actus, qui non poterat me
prohibente fieri: quia ſubſcribendo uideor conſentire. Secus,
ſi eſſet actus, qui omnino poterat fieri me prohibente, ſecun-
dum glo. & Bart. in l. Caius. ff. de pig. act. & do. Anto. do. Abb. &
Imol. in c. ex literis. ſ. de tranſact. & domi. Ant. & Imol. in d. c.
quanto. & Ro. poſt Bar. in l. quæ dotis. ff. ſol. matr. Et hoc habet
locum, etiamſi poſſet contradicere, ſed non ſine rubore, ſecun
dum Bar. in d. l. quæ dotis. circa fi. & Dom. in c. pen. uer. quæro,
pone. l. diſt. & gl. in c. pleriſque. in uerb. tacent. 2. q. 7. quæ alle.
text. optimum in l. pen. in uerbo, magna uerecundia & in præ
ſentia pudor. ff. de fur. Facit, quod not. Innoc. Bal. & do. Anto.
in c. quod ſuper his. ſ. de ma. & obe. & Bar. in l. j. §. quæ oneran
dæ. ff. quarum re. act. non datur. & Innoc. in c. cauſam matri.
45 cum concor. ſ. de offic. deleg. ¶ Limita † ſecundò, niſi quis
ſubſcriberet ſe nomine alieno: quia non nocet ſibi, ſecundum
Imol. poſt Cald. in d. c. ſi quis presbyter. & Roma. in d. l. quæ
dotis. per l. fin. ff. de inſtit. & l. Titius. ff. de reſcin. uen. niſi eſſet
actus pertinens etiam ad ſubſcribentem: quia præiudicaret
ſibi non contradicendo, ſi poſſet, ſecundum ipſos. ¶ Limita
46 † tertiò, niſi quis ſubſcribat ſe ratione officij, ſecundũ prædi-
ctos in d. c. ſi quis presbyterorum. Allegant c. inter dilectos.
uer. porro. j. de fid. inſtr. Si uerò non officialis ſe ſubſcriberet
uoluntariè authoritatem præſtando, ſibi præiudicat: ſecũdum
47 eos, per l. j. §. ſed & ſi. ff. quod iuſſu. ¶ Limita † quartò, niſi
quis ſubſcribat ſe tanquam teſtis ad factum ſibi non attinens,
per l. Caius. ff. de pig. act. Secus, ſi ad ipſum pertinebat, & ſcien
ter ſe ſubſcripſit, cùm poſſit contradicere, ſecũdum prædictos
48 per d. c. ex literis. ¶ Limita † quintò, niſi ſubſcribens non
legiſſet, nec legi audiuiſſet illa, quibus ſe ſubſcribebat, ſecun-
dum Ang. in l. ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. de uer. obli. Vnde
dicit, quòd princeps ſubſcribens ſe ſchedulis uacuis, uel ſigil-
lum apponens, non intelligitur ea, quæ poſtea ſcribuntur, con-
firmaſſe, niſi de ipſis fuerit præmonitus. Et dicit eſſe caſum in
l. fi. C. plus ualere, quod agitur. & alle. Innoc. & bene, in c. 2. j.
de fid. inſtr. cuius dictum referunt ibi latè Scribentes. Et pon-
derat Bald. ibi, ad ciuitates mittentes chartam albam alicui
domino. & ſequitur etiam Bal. in d. l. fin. & in authen. ſi quis in
aliquo. C. de eden. ¶ Limita ſextò, dum modò ſit ſpecialis
ſubſcriptio faciens mentionem de his, quæ ſuperiùs in eadem
charta ſcripta erant in præiudicium ſcribentis, ſecũdum Bar.
in l. diuus. §. idem ſenatus. ff. de falſis. quem ſimpliciter refert
Paul. de Caſtr. conſil. 348. incip. In Chriſti nomine: de cauſa
præſenti. Sed contrarium, & meliùs, tenet Bal. in dicta authē.
ſi quis in aliquo. quem ſequitur Petr. de Anch. conſilio. 227.
incip. Priùs de iuribus. in pen. colum. & Angel. & Imol. in d. §.
Chryſogonus, quia hoc non uidetur iure cautum: imò dicitur,
quòd ſufficit generalis reſponſio ad omnia interrogata, §. præ-
terea. Inſtit. de inuti. ſtipu. & quia idem operatur genus, quo
ad genus, quod ſpecies, quo ad ſpeciē, l. ſi duo. in fi. ff. de admi.
tut. l. omnes. C. de præſcri. 30. ann. Non obſ. text. in d. §. item
ſenatus. quia reſpondent prædicti, quòd loquitur, quando
præcedens ſcriptura erat prohibita à iure, ut quando quis ſibi
aſcribit libertatem. Vnde ad purgandum uitium requiritur
ſubſcriptio ſpecificata. Ex quo infert ſignanter Bartol. in d.
authen. ſi quis in aliquo, quòd ſi ſunt in inſtrumento aliquæ
cancellationes in parte ſubſtantiali, in qua parte ſit prohibi-
tio de iure, oportet quòd notarius faciat ſpecialem mentio-
nem, aliàs non ualet. Item ſi uera eſſet opi. Bart. ſigillum nun-
quam ſufficeret, contra notata per omnes in c. 2. j. de fid. inſtr.
& per Bartol. & alios in d. l. quæ dotis. uno caſu procedit opi.
Bart. ſecundum Paul. de Caſtr. in d. conſilio, quando probare-
tur, quòd ſubſcribendo ignorauit contenta in ſcriptura. Sed
dicit, q; onus probandi incumbit ſcribenti: ex quo apparet eũ
fuiſſe præſentem, & potuiſſe legere, uel legi facere. Et præſu-
mitur contra ipſum, ſi fortè in fine dicat, Viſis, &c. uel ſi re-
tinuiſſet apud ſe, & ex interuallo ſubſcripſiſſet, & ſic allegando
ignorantiam cogitur eam probare: quia eſt fundamentum ſuæ
intentionis, l. ei, qui. & in l. in exceptionibus ff. de proba. quia
tales præſumptiones tollunt præſumptionem ignorantiæ, ut
traditur in regula, præſumitur. de reg. iur. in 6. ¶ Septimò
declara prædicta, ut habeant locum in ſubſcribente: ſed ubi
quis mandaret, quòd alius ſcriberet, fortè in ſtatutis non ha-
beretur pro ſcribente: maximè, ubi ſtatutum exorbitans lo-
queretur de ſcriptura manu propria confecta, propter text. in
l. diuus. §. ſcribere. ff. de falſis. in uerbo, uideri, quod denotat
fictionem, l. j. §. deieciſſe. ff. de ui & ui. ar. & iſtud facit contra
Domi. in c. ſi pro te. in princ. de reſcript. in 6. ubi dixit, quòd
ſtatutum repellens quem opponentem propriæ ſcripturæ ha-
bet locum etiā in opponente ſcripturæ factæ de mandato ſuo,
nihilominus iſtud pendet ab alio dubio maiori, uidelicet, an
regula, qui per alium. de reg. iur. in 6. habeat locũ in ſtatutis?
de quo uide do. Abba. in c. mulieres. j. de ſent. excommu. cum
49 concor. quas aliàs ibi dedi. ¶ Quintò quæro, utrùm † iudex
uidens teſtem uacillare, ſeu trepidare, ita quòd fides integra
non ſit ei adhibenda, debeat hoc facere ſcribi in actis? Et in
hoc dic, quòd ſic, ſecundum Innocent. hic per c. cùm cauſam.
el j. infrà, titul. proxi. & c. conſtitutus. infrà. de fideiuſ. ubi bo-
nus text. in fi. & ſequuntur Hoſtienſ. Bald. & domi. Anton. &
Imol. hic, qui multum hoc notat: & idem Imol. in d. c. in præ-
ſentia. ut retuli ſ. uer. fallit tertiò. Mouetur Innocent. quia
iudex app. de facili poſſet irritare ſententiam primi inſpecto
ſimplici tenore depoſitionis teſtium, & ideo de hoc intereſſe
partis tenetur primus iudex in conſcientia, qui prædicta non
ſeruauit, ſecundum ipſum: pro quo ultimo uide do. Anto. in
c. tua

✱ *Habens] Adde Alex. in l. 5. §. fin. de uerb. obligat. & O. dr. conſil. 75. ubi pleni. fa. ut not. dictum Soc. conſ. 33. incip. proſequendo ordinem. uerſic. 2. concluſio. cir. prin. in 1. par. ubi dicit, quod tabellionatus officium non confertur à natura, ſed ab hominibus habentibus dignitatem, & non ab omnibus, ſed à paucis.*

a *Sufficiet ſubſcriptio] Adde, quid è contra? pone, aliquis ſcripſit ſchedulam manu ſua, & non ſubſcripſit, an illa faciat fidem contra eum? Vide Bart. in l. cùm tabernam. §. idem. ff. de pigno. & ibi Ang. Sal. Ant. de But. in c. 2. de fid. inſtrum. Bald. in proœm. ff. orum, in ultima col.*

c. tua nos. ꝗ. de homi. & ibi dixi. ¶ Eſt uerum, quòd do. Abba. hic, ſi bene percipio, uidetur de hoc dubitare: quia præſumendum eſt pro iudice: ſecundò, quòd aliqua iuſta cauſa moueat primum non ſecutum teſtes, per cap. cauſam. ꝗ. de re iudic. Sed reſponde ex notabili doctrina Bald. in c. licet. uer. ſed an probat. ꝗ. eo. dum dicit, quòd ſi cognoſci non poteſt intentionem uictoris non potuiſſe probari, niſi per teſtes, præſumitur iudex illos ſecutus: & ideo reddit pulchra hæc doctrina Inno, quòd in dubio præſumit pro teſtibus: arg. l. meritò. ff. pro ſoc. & non præſumit ſecundus iudex uacillationem: quia ſciebat ipſam exprimendam in actis, per text. meliorem de iure in d. c. conſtitutus. ubi, quando iudex examinat teſtes per alium re uidendos, debet facere, quòd ille ſecundus poſſit cognoſcere, quanta ſit fides teſtibus adhibenda: quod percipitur potiſſimè ex aſpectu: & ideo cùm ſecundus non ſit inſpecturus teſtes in facie, tranſcribi debent ſigna uultus, an pallentes, ridentes, uel lachrymantes depoſuerint. ſecundum Bal. hic. Adde Bal. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſtioni. ubi ſequitur Inno. hic, & ſubdit, quòd ratione uacillationis ✱ poteſt iudex ponere reum ad torturam: ✱ ſed ſit cautus iudex, ut faciat ſcribi in actis uacillationem, ne in ſyndicatu dicatur ueniſſe ad torturam ſine indicijs: prout no. hic ſecundum ipſum. & do. Imol. hic: ſequuntur Bar. & Bal. in l. 4. ff. eo. tit. & do. Anto. & Imol. in d. c. conſtitutus. & Bartol. dicens, ꝙ aliàs tenebitur in ſyndicatu, in l. Lucius. in fin. ff. de infa. & Bald. in l. presbyteri. la j. in princ. C. de epiſc. & cler. & in l. nullum. poſt princ. C. de teſti. & domi. Ant. in c. cùm cauſam. el j. uer. uidendum eſt. & ſeq. in tit. proxi. & Spec. pleniſſimè in tit. de teſte. §. nunc tractandum. in uer. cōſiderare etiam debet. & ſequenti. Et quamuis daretur caſus, in quo ſententia non haberet reuideri à ſecundo iudice: puta, niſi procederetur appellatione remota in caſibus, de quibus in Spec. tit. de app. §. in quibus. adhuc tamen puto neceſſariam cautelam Innoc. quia eſt & alia ratio, uidelicet timor ſyndicatus: & ubi non eſſet ſyndicatus, eſt honor iudicis, quem debet iudex magnificare, ut in c. nolo. 12. q. 2. cum his, quæ allegat Cald. in repet. c. noſtra. ꝗ. de cohab. cleri. Nunquid autem uacillatio debeat ſcribi præſente teſte? Concludunt hic Innoc. & alij, quòd ſic: quando iudex facit ad finem puniendi teſtem: quod poteſt, per cap. ſuper his. ꝗ. de pœn. & l. nullum. C. de te. Nec obſ. c. cùm dilectus. in ſi. ꝗ. de or. cog. quia fallit hoc caſu, ubi teſtis non conuincitur ab alijs, ſed ex proprio defectu. Quod reputat notandum do. Ab. Et idem domi. Ant. in d. c. cùm dilectus. §. fi. Secus, ſi nollet teſtem punire, ut hic per Doct. & pleniùs per Spec. in d. §. nunc tractandum. Et quòd requiratur præſentia teſtis, dum notatur uacillatio in caſu, de quo ſuprà, firmat Bald. in d. l. nullum. poſt princip. Et quamuis notarius de uacillatione non perpendat, debet tamen obedire iudici dicenti, quòd uacillationem ſcribat, ſecundum Innoc. Hoſtien. & alios: & ſcribit, iudicem ita iuſſiſſe: ſed efficacior eſſet ſcriptura, ſi ipſe adderet, & idem mihi uidebatur, ſecundum eos: quibus adde Bald. in d. l. nullum. ubi dicit, notarium non uidentem uacillationem, non teneri ſcribere, quòd ita ſit. ſed ſolùm, quòd iudex ita dixit. Allegat Innoc. & Ioan. Andr. hic. Et adde, quòd ſi notarius ſcribat uacillationem ſine mādato iudicis, ✱ non probat, ✱ ſecundum Bal. in l. qui falſa, uel uaria. ff. de teſti. in apoſti. l. alleg. Innoc. hic. Et adde, quòd iudex debet facere ſcribi nomen uacillantis, ſecundum Bal. in l. 3. in princ. eod. tit. ¶ Sextò † quæro, utrùm producto inſtrumento apud acta, illa productio probet contenta in inſtrumento, adeò quòd non ſit opus ulteriùs producere originale? Et in ✱ hoc Innoc. Hoſtienſ. & communiter ✱ omnes hic poſt multa tenent, quòd ſic. Adde Bar. idem tenentem in l. chirographis. in princ. ff. de admi. tut. per text. in l. fin. C. de fid. inſtru. & ibi etiam Bar. & Bal. idem tenent: & idem Bald. in l. 2. in fin. ff. de fid. inſtr. & Rot. in antiquis, concluſione 113. incip. item not. ꝙ in actibus. & idem not. Bald. in l. noſtram. C. de teſta. alleg. l. cos. §. ſuper his. in uerbo, exempla. C. de appel. & idem Bald. in l. fi. C. de edict. diui Adri. tollend. & in l. 2. C. de fide inſtru. & Bald. & Angel. in authen. ſi quis in aliquo. C. de eden. Spe. in tit. de reſcrip. præſent. §. j. uer. ſed obijcitur. & in ti. de inſtr. edi. §. nunc dicamus. uerſic. pop. & Bartol. in d. l. cos. §. ſuper his.

✱ *Torturam*] *Adde in terminis Alex. conſilio. 63. incip. breuiter ommiſſis. uol. 3.*

✱ *Non probat*] *Adde Angel. ſing. in Authē. ut ſponſal. larg. §. hoc inſuper. col. penul. uerſic. et modo ſi tabellio* 57, 50 *ita præſtiteatur.*

dum modò exemplatio fuerit facta authoritate iudicis, ſecundum eum, & cum prædictis concord. Bald. in l. geſta. in fi. C. de re iudic. per illum text. Et amplia, etiam ſi poſt regiſtrum appareat originale eſſe abolitum, uel caſſum, ſecundum Bald. eleganter in l. j. ff. ſi tab. teſta. nul. extab. per d. l. fin. & ſequitur Bal. in l. ſi unus. in fin. C. de teſta. Imò plus dicit Pau. de Caſtr. in l. publicatis. ubi bonus text. C. de teſta. quòd etiam ſi originale non fuiſſet regiſtratum in actis, ſed data copia parti, ſi poſtea perdatur originale, cogetur aduerſa pars exhibere illam copiam, quæ regiſtrabitur, & habebit fidem abſque alio originali. Alleg. Bartol. in d. authen. ſi quis in aliquo. ¶ Hanc
51 concluſionem limita dupliciter. Primò, dum † modò regiſtratio ſit facta de toto tenore inſtrumenti, uel de principio & fine, cum clauſulis ſubſtantialibus: ſecus eſſet, ſi ſimpliciter in actis diceretur, productum fuit tale inſtrumentum emptionis, quod incipit & finit ſic: quia inuentum. tunc tenor non eſt de actis, ſed productio, ſecundum Innoc. quem ſic intelligo in cap. cùm in iure. in fin. ꝗ. de offic. deleg. & domi. Abba. & alios hic, & Bartol. in d. l. chirographis. Et ita procedunt, quæ dixi ſuper gloſſ. in uerbo, uiros. ¶ Secundò limita, dum
52 † modò regiſtratio in actis fuerit facta præſente aduerſario, uel citato, ſecundum domi. Abba. hic: pro quo uide omnino Ioan. And. in d. uer. ſed obijcitur. ſicut diximus, quòd in exemplatione, quæ fit authoritate iudicis, requiritur citatio partis, ut per Bartol. in d. authen. ſi quis in aliquo. & Docto. in c. fin. ꝗ. de fide inſtru. Imò uolunt hic Hoſtienſ. & alij, quòd neceſſe ſit, quòd pars citata nihil oppoſuerit contra inſtrumentum. Et idem Imol. in c. cùm in iure. ꝗ. de offic. deleg. Facit d. l. fin. C. de fid. inſtru. Et quæ dicta ſunt de inſtrumentis, extenduntur hic oēs ad mandatum procuratoris & delegationem iudicis, ut hic latiùs per do. Anto. ¶ Septimò quæro ſecundum omnes
53 hic, utrùm † poſt lit. conteſt. teneatur iudex docere de ſua delegatione, ſi ſibi opponatur, uel procurator, de ſuo mādato: quia ante lit. conteſta. clarum eſt, ꝙ teneatur, l. j. C. de man. prin. l. ita demum. C. de procur. & in hoc Bart. in l. licet. C. de procur. dicit, ꝙ hæc negatiua, tu non habes mandatum non debet probari per negantem, ſed per procuratorem affirmantem ſe habere mandatum, iuxta l. actor. C. de proba. & idem Innoc. do. Anto. & do. Abba. hic latè. Contrarium, & meliùs, tenet gloſ. in d. l. licet. & gloſ. & Angel. in l. Pomponius. §. rati. ff. de procura. & glo. & Innoc. in c. j. in uerbo, abſentia. de elec. in 6. & Bald. & Salic. & Paul. de Caſtr. in d. l. licet. & Ioā. Andr. & Imol. hic, & do. Anto. in c. cùm M. ꝗ. de conſtitut. & Imol. in d. c. cùm in iure. quia admittendo procuratorem uſque ad lit. conteſt. uidetur poſitus in quaſi poſſeſſione officij procuratoris & iſta talis quaſi poſſeſſio debet transferre onus probandi in admittentem eum, l. ſiue poſſidetis. C. de proba. & poterit probare mandatum eſſe falſum, uel à domino reuocatum. Bene facit, quod no. Innoc. in c. innotuit. ꝗ. de eo, qui fur. ordi. ſuſce. ubi dicit, ꝙ ſi comparui coram iudice tanquā coram delegato, & poſt lit. conteſt. oppono, ꝙ ipſe non eſt delegatus: ꝙ propter litem conteſta. tranſlatum eſt in me onus probandi: arg. d. §. rati. & ſequitur Bald. in l. geſta. in ult. colum. C. de re iudic.
54 ¶ Octauò quæro, utrùm † iudex, qui eſt notarius, poſſit ſcribere acta coram ſe facta? Et regulariter dicas, ꝙ non: quia nemo fungitur duplici officio, ut dixi poſt glo. in c. 3. ꝗ. eod. & ita not. Innoc. & alij in c. cùm à nobis. ꝗ. tit. prox. Fallit in caſibus, de quibus pulchrè per Bar. & Bald. in l. iubemus. §. ſanè. C. de ſac. ſan. eccleſ. uidelicet, in actibus uoluntariæ iuriſdictionis: ✱ Vnde iudex inſinuationum, ſi eſt notarius, poteſt ex partiū conſenſu conficere inſtrumentum inſinuationis. Idem in cauſis modicis per authen. niſi breuiores. C. de ſent. ex breui. reci. Idē, ſi facit aliquas literas teſtimoniales ratione officij ſui, non in forma iudicij. Idem in poteſtate caſtrorum & uillarum non habentium magnas cauſas, quæ ſunt notanda, ſecundum eum. Item fallit, niſi conſuetudo, uel ſtatutum loci uellet, quòd ſtaretur tali ſcripturæ, ſecundum Bartol. eleganter in l. 2. ff. de ſtipu. ſer. & ibi per Imol. & per eundem in cap. ex literis. prope fin. ꝗ. de tranſact. per Bar. in l. lecta. ff. ſi cer. pe. Et de materia per Bar. in l. ex ſententia. ff. de teſta. tu. & Bartol. in l. comperimus. C. de prox. ſa. ſcri. lib. 10. & do. Ant. in c. j. ꝗ. de re iud. & Bald. in l. ſi conſul. ff. de adopt. & do. Abb. in c. 3. in 3. col. ꝗ. eo. & Bal. in d. authen. niſi. & Imol.

✱ *Iuriſdictionis*] *Adde quod notarius dicitur iudex chartularius, et ideo exercet tales actus. ut per Spec. in titul. de ſari. §. ſequitur uerſ. quid ſi in ſaryt.*

& Imol. in c. cùm à nobis. ĩ. titul. j. & Bald. in l. cur etiam. ff. de teſti. & l. cùm ſententiam. C. de ſent. & ibi dicit Bald. quòd iudex poteſt ſcribere ſententiam ſuam. Et dicit Pe. de Anch. in c. ſi. de re iud. in 6. quòd his caſibus, quib. poteſt ferri ſententia ſine ſcriptis, eiſdem ſtaretur ſimplici relationi iudicis de actitatis in cauſa. Allegant Bar. qui hoc no. dicit in l. non tantùm.
55 ff. de app. ¶ Nonò quæro, utrùm † acta iudicij, quæ non ſunt ſcripta, poſſint probari per teſtes? Inno. & Hoſt. do. Ant. & do. Ab. dicunt, quòd ſicundo per confeſſionem partis probari poteſt. per c. ſi. ĩ. eo. & quia tex. dicit, documentis: quorum appellatione ueniunt etiam teſtes, l. j. ff. de fid. inſtru. ſecundum co. Dicit tamen do. Ab. quòd ſi emerſerit difficultas, quia acta nõ ſunt ſcripta, tenebitur iudex, per illum tex. Adde pro hac parte optimum text. in l. quoties. & ibi gl. ff. de proba. & text. in l. quoniam. C. de hære. & ibi do. Flo. poſt gl. in uerbo, iudicialibus. & tex. in c. Albericus. & c. cùm tu. ĩ. tit. prox. & in c. ſicut. ĩ. de re iud. ubi ſentẽtia probatur per teſtes. ¶ Sed quicquid ſit, dic meliùs ſecundum Bart. in l. ne in arbitris. C. de arbi. quòd non ſufficit probare acta per teſtes: ſed oportet, ꝙ probentur acta fuiſſe ſcripta: quia ſi de hoc deponãt fortè, cùm eſt amiſſa ſcriptura, probant, iuxta l. teſtium. C. de teſti. Secus eſt, ſi de ſcriptura nihil dicerent. Et ita dicit Bart. debere intelligi iſta per illum tex. & illum idem Bal. ibi intelligens dictum Bart. de actis requirentib. ſcripturam: ſecus de alijs: & allegat iſtum tex. Vide etiam Bal. in l. prolatam. C. de ſent. ubi dicit per illũ tex. ꝙ ſi iudex non facit ſcribi dicta teſtium, non credetur, nec ſibi, nec notario, qualiter depoſuerunt. Item uide pleniſſimè Bald. in l. ſi. in 2. col. uer. quæro, nunquid acta. C. de re iud. ubi dicit, mandatum procuratoris & ſimilia facta in iudicio poſſe probari teſtibus, dum modò non ſint talia, quæ requirant ſcripturam: ut eſt libellus, ſententia & ſimilia, quæ non probantur teſtibus, niſi teſtes deponerent ſe uidiſſe ea in ſcriptis. & ponit, qualiter debeant interrogari, ut ibi latè per eum. Adde ẽt Bart. in tract. de teſte, in 5 col. uer. teſtis dixit aliqua uera. ubi dicit, ꝙ ſi perit ſcriptura, in qua erant dicta teſtium, ſi extant alij teſtes, dicentes ſe audiuiſſe, teſtes fuiſſe examinatos ſolenniter, & dicant quid dixerint, probabunt. Adde etiam Ang. in authen. in medio litis ſacras iuſ. non fieri. ubi dicit, ꝙ ſi iudex non potuit habere copiam notarij, poterunt uia acta probari per teſtes. Adde etiam Bal. in l. litigatoribus. C. de app. ubi ẽt dixit, ꝙ acta requirentia ſcripturam non probantur teſtibus. Et ita intellige Bar. in l. ſi. ad ſi. C. de edi. diui. & Ang. in l. præcipimus. §. ſi autẽ. C. de app. Et iſta non procedunt in actis factis coram arbitratore, uel coram arbitro, cui eſſet data poteſtas procedendi in ſcriptis & ſine ſcriptis, ſecundum Bar. in d. authe. niſi. & dixi ſ. in primo notabili: ex quo adhuc apparet, ꝙ ſi opi. Doct. hic eſſet uera ſimpliciter, nihil eſſet ſpeciale in arbitratore cõtra ipſos, ut ret. all. ubi ſ. ¶ Ad iura allegata pro opin. eorum reſponde, ꝙ ibi non probatur ſnia per teſtes, ſed probatur, ꝙ fuit lata in ſcriptis. Ad c. Albericus. reſponde, ut ibi per do. Abb. ꝙ ſentẽtia bene fuerat lecta in ſcriptis, ſed nõ regiſtrata in publica forma, prout deſiderabat ille ad cautelam. Et aduerte: quia Bald. & prædicti uolunt, ꝙ ea, quæ hic enumerantur, poſſint probari per teſtes, exceptis his, in quib. per alia iura requiritur ſcriptura: de quibus latè per gl. in c. j. de cenſi. in 6. Bald. in d. l. geſta. Et ita intelligo Bal. hic in 11. col. ¶ Vltimò, dum tetigi ſ. de actis factis coram ſolo notario, adde etiam Bal. in tit. de pace Conſtan. in uerbo, cauſis. in ſi. & Pet. de Anch. poſt Ioan. And. in c. præſentium. §. teſtes. de teſti. in 6. Item dum tetigi, quòd ualet probatio admiſſa contra ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, ſi non opponatur, adde ad idem Lud. Ro. plenè conſil. 251. incip. In caſu propoſitæ conſultationis. in pe. col. Et iſta ſufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo diſponens, quòd teſtis non teneatur reddere cauſam dicti ſui, an ualeat.*

2 *Conſuetudo laicorum ſi ſit rationabilis, an debeat ſeruari in foro eccleſiaſtico.*

3 *Clerici an poſſint ſeruare, ſeu uti conſuetudine laicorum, ſi ſit rationabilis.*

4 *Lex irrationabilis, quæ nutrit peccatum, non meretur dici lex, ſed potius peſtis.*

5 *Probatio legitima ſi appareat facta ſuper affirmatiua, an æqualiter admittatur probatio negatiua per probationẽ imperfectam.*

6 *Obligatio an aliqua competat pro obligatione naturali ad antidora.*

CAPITVLVM XII.

AD NOSTRAM. ¶ Si probari poteſt reum deliquiſſe non ualet cõſuetudo, uel ſtatutum, quo inducitur ut admittatur probatio innocentiæ, per iuramentũ purgationis. H. D. Et euacuata fuit materia huius c. ſ. eod. c. j. ubi uide. ¶ Et per iſtum text. dicit Bal. in l. ſin. in ult. col. C. de prob. quòd ſi conſtat de crimine per teſtes à iure approbatos dicitur probatio pleniſſima, nec recipitur negatiua probationis in contrarium. Et per iſtum text. dicebat do. Pet. de peruſ.
1 quòd † non ualet conſuetudo diſponens, quòd teſtis non teneatur reddere cauſam dicti ſui. Sed dicit do. Bened. hic, iſtud non probari per illum text. ſed bene probari, quòd non ualet conſuetudo præferens ſubſidiariam probationem plenæ probationi. Sed tamẽ dicas dictum do. Petri eſſe uerum: quia pro ipſo eſt deciſio Bal. in l. ſi nõ ſpeciali. in ſi. C. de teſta. & retuli in d. c. 2. in ſecunda concluſione. Et per iſtum text. dicit Bald. hic, eſſe expreſſum, quòd licet reus perſeueret ſemper negando, tamen ſi eſt probatũ crimen per teſtes, debet condemnari, dum tamen ſit plenè probatum. Si enim hoc non eſſet, oporteret quòd confiteretur ſaltem per tormenta perſeuerando, & oporteret, quòd indicia præcederent torturam, nec ſufficeret, quòd ſequerentur, ſecundum eum: quia deſtructo principio ordinis, totus ordo deſtrueretur. Alleg. l. cùm te. §. ſi. ff. de pact. Quæ omnia uerba bene not. Et ad primum de negatione, ſi diceretur, quòd imo negatio facit rem dubiam, l. 3. C. quibus ad lib. procla. non licet. & gl. mag. poſt medium in c. j. de offic. deleg. in 6. reſponde, quòd fallit, niſi negans haberet præſumptionem contra ſe, ſecundum Inno. in c. ex parte. el j. de uerb. ſig. quem ſequuntur Arch. & Domi. in c. quando. 2. q. j. no. do. Abb. in c. ſuper eo. per illum text. ĩ. de teſt. cog. & do. Anto. in c. uenerabili. ĩ. de cenſi. & Inn. & do. Abb. in c. tua. ĩ. de cohab. cleri. & muli. Pro quibus ſcias alleg. iſtum text. ubi eſt caſus formalis. ¶ Item in quantum dicit Bald. confeſſionem, quam non præceſſerunt indicia, non nocere. etiam ſi ſequantur: adde text. in l. ſin. ff. de quæſtioni. & quæ ad plenum dixi in cap. qualiter. el 2. §. licet. uer. decimò limita. ĩ. de accuſ. & ibi dictis adde Petr. de Anch. in clem. j. de homi. & conſil. 20. incip. uiſa inquiſitione. & Angel. in tract. de quæſtioni. & Roma. conſil. 148. & Angel. in l. qui in aliena. §. Celſus. ff. de acq. hær. Et per iſtum tex. dicit Bal. hic, quòd non ualet ſtatutum, quòd homicidium non poſſit probari, niſi per 10. teſtes. Item quòd non ualet ſtatutum, quòd homicidia non puniantur, niſi in 10. ſolidis: quia parua pœna non timetur, imò acuit animum delinquendi: quia illa ſunt contra iſtum text. ubi conſuetudo, quæ tollit legitimas probationes in criminalibus, dicitur omni iuri contraria. Et de iſto ſtatuto imponẽte pœnam paruam pro homicidio, uide latè Ioan. de Ana. in rubr. ĩ. de homi. & quæ. ibi aliàs addidi. ¶ Dicit tamen hic
a Bald. ualere ſtatutum,[a] quòd homicida poſſit occidi ab hæredibus interfecti: quia meruit, ut l. qui ſeruum. ff. de uerb. obl. de quo pro nunc remitto ad notata per do. Anto. & Imol. in c. quæ in eccleſiarum. ſ. de conſt. per Bartol. in l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iur. per Bald. in l. ſin. C. ſi contra ius, uel uti. pub. per Ioan. Andr. in Specul. ſuper rubr. de conſtit. per Bal. in l. ut uim. ff. de iuſtit. & iur. & in l. 2. C. quãdo li. ſe ſine iud. uind. & l. decuriones. C. de inſa. per Alber. in 4. parte ſtatutorum, quæſt. 17. per do. Anto. in c. ſi uerò. el 3. ĩ. de ſent. excommu. per Bald. in c. ſi. circa princ. ĩ. de reſcr. per Domi. in §. is ita. circa med. 6. diſt. per Bald. in l. ſi quis. hæredem. C. de inſti. & ſubſtit. ſub cond. factis. per domi. Anton. in ca. ſin. in ſin. ĩ. de iureiur. & per Bald. in l. 2. in 10. char. uerſic. ſuper. ff. de iureiur. in repetitione. Et non intelligas, quòd dubitetur, utrùm tale ſtatutum excuſet à peccato, uel non: quia clarum eſt, quòd non, propter gloſſ. auream in c. inter hoc. 33. q. 2. Sed ſit difficultas, utrum ualeat, quo ad euitandam pœnã capitalẽ? Et iuxta hoc addit Bal. hic, quòd iſta poteſtas gladij conceſſa priuato ad uindictam, non poteſt alteri ſubdelegari. Et al

a Valere ſtatutum] Adde tu, quod iſta ſtatuta uidentur illicita: & ratio eſt, quia illud, quod debet fieri per uiam iuſticiæ, non debet exerceri cum odio & malo animo: quia præbent materiã peccandi, & ſcandali: et ad hoc facit tex. in l. nõ in ſingulas. ff. de re. iud. et ideo Io. And. in Spe. in ti. de cõſti. dicit ſtatutũ, quod dat hãc facultatẽ cum rancore facere uindictam, non ualere ſecus, ſi dat hanc facultatẽ, ut miniſter legis, ad hoc ut faciat uindictã: quia iſto caſu ſtatutum poteſt illos here-

hæredes, ſeu conſanguineos, miniſtros iuſtitiæ face re: 23.q.5.c.ſi eſt crudelis. Et iſtud idē tenet do. Abb. in c.ſin.de conſue. in uer.no.primum dictum. Iſtam cō cluſionem intellige ueram de iure ciui li & in foro ſecu lari: de iure autē Canonico tale ſta tutum non ualet: Hoſtien. & omnes in d.c.ſi. de cōſue. & Bal.in l.1.C.ſi à non compe. iud. Adde & pone, quòd ſtante tali ſtatuto,quòd bannitus poſſit impunè occidi, pulchrū eſt uidere,an filius poſſit impunè occidere patrem bannitum,uel econtrà pater filium bannitum? Ang. in l. ſi adulterium cum inceſtu.§. liberto. ff. de adulter. tenuit,quòd non: & idem tenuit in authen. de inceſt.ſ. nupt.in prin.Bart. in dicta l. ſi adulterium.§.liberto. tenuit contrarium, ubi dicit,quod iſta quaſt.fuit de facto Tuderti. & quòd per quoddam colle gium fuit ita conſultum. Et idem te nuit Pet. de Anch. & Ioan. de Ana. in rubric. de his, qui ſi.occi.Bart. in l.minimè.ff. de rel. Salic. in l.1.C.de his, qui patr. uel filium occid. Quid dicendū in hac dif ficultate? Reſpondeo, quòd non eſt fauendum filiis, ut occidant patrem bannitum, nec ecō trà. Sed poſtquam parricidium eſt cōſummatum, ſeu. ſequutum,tenerem opini. Bart. Adde ad iſta · pone, quòd non ſit ſtatutum, an bannitus poſſit de iure communi impunè occidi? Bartol. in l. ut uim.ff.de iuſtit. & iur.in 1.colum. in uerſic. unnquid de iure concludit, quòd non: niſi ſit

legat glo.in l.cùm fundum.in uerſi.poſtea.
ff.de ui & ui arma. quam dicit ſingularem,
& non eſſe alibi. Adde Bal. idem tenentem
in l.accuſationis. C.quod met. cauſa. & in
c.j.§. ſi quis uerò. de pa.iura. fir.& in l. ad
officium. in fin. C.commu. diui. & Paul. de
Caſtr.in l.ſi cùm dotem.§.tranſgrediamur.
propter gloſ.2.ibi,ff.ſolut.matri. & Bald.in
d.l.ut uim. & in repetitione l.j. C. unde ui.
Et eſt de mente Bartol.in l.non ſolùm.§. ſi
mandato.in 2. q.ff.de iniur.Si tamen iuridi
cta eſſet conceſſa non per priuil.ſtatuti, ſed
à iure communi,bene poſſet per alium ex-
plicari,ſecundum Bald.in d.§. ſi quis uerò.
per regulam,poteſt. de reg.iur.in 6. Et per
iſtum text.colligit hic arg.Bartol.quòd iu-
dex poteſt recuſari tanquam indiſcretus,
ſicut tanquam ſuſpectus: licet ſuſpicio ſit ex
una parte, indiſcretio ex utraque parte.
Ideo licet poſſit utramque partem interci
pere, non tamen tenetur quis ſe commit-
tere iudici indiſcreto. Et non reperitur me
lior text. in iure. Et ideo nota ſecundum
eum: quia hic fuit recurſum ad Papam
propter temeritatem, uel indiſcretionem
iudicis. ¶ Not.primò ſecundum do.Anto.
ibi, legi regni. à contrario ſenſu, quòd
2 † conſuetudo laicorum uidetur eſſe ſer-
uanda in foro eccleſiæ, dum modò aliàs ſit
rationabilis: ſed certè hoc eſt cōtra caſum,
in c. eccleſia. ꝫ. de conſtitu. Ideo dicit hic
Imol.quòd iſta conſuetudo erat promiſcua
inter clericos & laicos. Vnde nimirum, ſi
comprehendit clericos, per c. cùm ueniſſet.
ꝫ. de eo, qui mit.in poſ. ſecundum ipſum:
pro quo uide tex.in c. conſtitut.ꝫ.de reſtit.
in integ.quem dicit ibi do.Abb. eſſe melio
rem de iure: & eſt text.in c.cùm cauſa. ī.de
re iudic. quem notant ibi do. Card. & do.
Abb.& do.Bartol.in l.j. C.de ſum.tri.& eſt
text. & ibi do.Anton.& do.Abb. in c.dile-
cti. ꝫ.de for.compet.not.Innoc. in c.eccle-
ſia. ꝫ.de conſtitu.& do.Anton.in c.grauem.
in 2. q. ī. de ſentent.excommu.& Cald. in
diſput. incip. ſtatuto ciuitatis. & Domi. in
c.j.de iureiurand.lib.6.& Imol.in c.ſi. ī.de
uit.& hone.cle. ¶ Ex eodem text.not.do.
3 Abba.quòd † clerici poſſint uti conſuet.
laicorum rationabili, ſi eſt priuilegiata: &
dicit menti tenendum. Sed de ipſo miratur
do. meus hic, quia niſi clericus accuſaſſet
clericum in partibus, de quibus in text. ta-
lis conſuetudo per hanc legem præiudicaſ-
ſet clerico accuſanti. Vnde non poteſt dici
priuilegiatiua: ſed pro certo do. Abba. non
habuit præcisè reſpectum ad conſuetudi-
nem, de qua hic: ſed ſimpliciter conſide-
rauit, quòd Papa reprobat conſuetudinem
laicorum: non, quia non ligaret clericos,
cùm eſſet introducta à clero, uel populo:
ſed quia erat irrationabilis. Per quod da-
tur intelligi, quòd data rationabilitate
conſuetudinis clerici ligarentur, poſito ꝙ
re uera iſta non eſſet priuilegiatiua. ¶ Ex
eodem text.conſiderando, quòd iſta con-
ſuetudo concernebat ordinem proceden-
di in iudicio, uidetur probari, quòd cleri-
cus litigans in foro ſeculari ligatur ſtatutis
laicorum rationabilibus, quando concer-
nunt præparatoria: & eſt text.ualde ſingul.
ſecundum do. meum ad notata in c. quod
clericus.ꝫ.de for.compe. uide tu do.Abba.
ibi idem tenentem, & plenè Alberi. in 2.
parte ſtatutorum,q.9. & plenè Cald. in di-
ſput. ſtatuto. & Domi. in c. conſuetudo. in
ulti.colum.j.diſtin.& Arch. in c.non ita.2.

q.6.& ita Pet.de Anc.in c.canonum.in 28.
char.uerſic.accedat quæſtio.ꝫ.de conſtitut.
& Abb.in c.eccleſia.uerſic. ſequentis caſus.
ꝫ.de conſtitut. ibidem in repe.& Imol.poſt
do. Anto.in c.j.ꝫ.de conſtitut.& Ioan.And.
in Spec.de conſtitut. §. j. uerſic.aliæ. in fin.
¶ Not.ſecundò text.ſing.ibi, quoquo mo-
do.iuncta gloſ.quòd licet aliquando ex di-
ſpoſitione legis, uel ſtatuti, admittantur di-
ſpenſatiuè teſtes criminoſi & infames, ut
in c.tanta. ī.de ſymo. & in l.quæſtionibus.
ff. ad legem Iul. maieſt. tamen non poteſt
per ſtatutum induci, quòd legitima proba-
tio reſpectu formæ ex aduerſo facta con-
fundatur per tales teſtes: quia hic non ua-
let conſuetudo, uel ſtatutum, quòd minùs
legitima probatio reſpectu formæ ex ad-
uerſo facta, confundatur per tales teſtes: &
etiam hic non ualet conſuetudo, quòd mi-
nùs legitima probatio reſpectu formæ ſuæ
præferatur legitimæ probationi: quod tene
menti ſemper, ſecundum do. meum: quia ſi
accuſator poteſt probare legitimè, uel pro-
babit, non ualet conſuetudo, quòd purga-
tio canonica primam probationem tollat.
Et pondera iſtum text. quia optimè probat
id, quod diſputauimus poſt domi. Abb. in c.
propoſuiſti. ꝫ. eodē. quòd ſtatutum uolens
ſtari iuramento alicuius officialis, non tol-
lit plenam probationem in contrarium: quia
non ualet conſuetudo præferens probatio-
nem fragilem plenè. ¶ Vltimò not. quòd
4 † lex irrationabilis, & nutritiua peccati per
dit nomen legis, & appellatur peſtis: quia
non competit ſibi diffinitio legis, de qua
in c.erit aūt.4.diſt. Vnde dicunt hic Iono.& Hoſt. ꝙ princeps
non poteſt directè hanc l.confirmare, per c.illa. 12. diſt.& ſe-
quitur do. Ab. allegando Bart. in l.oēs populi.ff.de iuſt. & iur.
Et ex hoc dicit Bald. hic, ꝙ rex & regnum non pōt conſuetudi
nem inhoneſtam approbare: quod dicit eſſe notandum cōtra
confirmationes ſtatutorum, quas faciunt officiales eccleſiæ
Romanæ: quia non ualent, ſi ſunt contra bonos mores & iuſti-
tiam naturalem. Et dicit menti tenendum. Nec poteſt dici, ꝙ
iura naturalia pōt diſtingui, ut per gl.& Cy.in l.ſi. C.ſi contra
ius, uel utili.publ. quia hic nulla cadit rō diſtinctiua. unde non
eēt diſtinguere, ſed perimere, ſm ipſum. Adde Bal. in l. oēs po
puli.ff.de iuſti.& iur. ubi dicit, ꝙ facta confirmatione ſtatuto-
rum, non remanent confirmata ſtatuta contra libertatem ec-
cleſiæ, niſi ſpecificè dicatur. Alle.Inn.in c.j.ꝫ.de tranſact. Et ui
de Bal.in l.cùm oportet.C.de bo.quæ lib.ubi dicit poſt Cy. ꝙ
generalis confirmatio priuilegiorum nihil prodeſt priuilegio
minuſto: & idem dicit Bal.in c.j.in princ.per quos fiat inueſt.&
in l.nec dānoſa.C.de preci.impe.off.& in l. j. C.de monopol.
& in l.j.ff.de his, qui ſunt ſui.uel ali. iur.facit c. ſi gratioſè. in
ſi.de reſcrip.in 6.& quod no.Pe.de Anc.conſi.15.& do. Ab.in
c.dudū.ī.de priui.& Roma.poſt gl.in uerbo, poſſidet.in l.quod
5 inſtè. ff.de acquir.poſ.cum ſi. ¶ Gl.j.in ſi. Expedias † materiā,
ut hic per do. Ab. uidelicet ꝙ ſi apparet legitima probatio ſiu
per affirmatiua, non admittitur negatiua per probationē im-
perfectam, ut eſt iuramētum: ſed ſi uellet negatiuam probare
indirectè, non per teſtes de credulitate, ſed de ueritate, bene
poſſet, arg.c.ex tenore. ī.tit.prox. Et pro hoc elegāter adducit
do.Ab.gl.in c.clerici.81. diſt.de qua dixi poſt ipſam in c.3. in
ultimo notabili, ꝫ.eo.per quā opi. declaratur iſte text. Si uerò
contra ipſum nō apparent legitimæ probationes, ſed infamia
grauis, pōt illa ꝑ purgationē tolli ut per glo.in c.presbyter.2.
6 q.5.& hic latiùs per do. Abb. ¶ Extra † gloſ. dicebat hic Vin.
quem ſequuntur hic Io.And.do.Ant.& Imol. ꝙ iſti presbyteri
purgabant ſe adinuicem: ut ſentit gl.j. & propter hoc unus cō-
purgator remanebat alteri obligatus ad antidora, quæ obliga
tio ſurgit ex illa æquitate naturali, ut bene facienti bene fa-
ciamus, l.ſed ſi lege.§.conſuluit.ff.de peti.hære.& c.cùm in of-
ficijs.ī. de teſta. Et dicit notabiliter, ꝙ iſta obligatio non eſt
talis, qualis eſt illa naturalis oriens ex pacto: & quòd propter
iſtam nulla actio competit: & pro hoc alleg.do. Anto.l.etiam.
ff. de compenſa. ubi talis obligatio ad antidora non poteſt
dedu-

tranſfuga, l. 3.§. tranſfuga.ff. de re mili. & ibi omnes. Adde Bald.in l.1. in 11. colum. C. de liber. inſtit. Alber. de Roſ.in 4.parte ſtatu.in q.15.in cip. deinde quæro. Et ſubdit poſtea ibi Bartol. in d. l. ut uim. quòd licet de iure communi non ſit licitum offendere bannitum in perſonam, tamē poteſt impune dari damnum in rebus. Gloſſ. eſt ſing. in c. 1.§.ſi quis.in uer bo, deprædari. de milite uaſal. qui conte. eſt Bartol. in extrauag. quō ſint rebelles. in uer bo, rebellido. Bal. in l. omnes. C. ſi contra ius. Angel. in l. in ſuis. ff. de libe. & poſth. & ibi Imol. Salic. & do. Alexā.in l. quæ ſepulchra.C. de ſepul.uiol.

Compenſationē] *Adde Angel. in Aut. de non elig. ſec. nub. t. col. uer. ſed an tales obligatio. in §. 1.*

Solutum] *Adde Iaſ. in l. ex hoc. de iuſt. col. 37. cum ſequen. ubi ponit regulam cum quatuor limitationibus. & ibidem uide gloſ. & Paul. de Caſt. in fi.*

deduci in compenſationem: & alleg. l. hoc iure. §. pen. ff. de dona. ubi non dicitur donatio: & adde Arch. in c. Mennam. 2. q. 5. ubi ſequitur iſtud dictum Vincē. Et an poſſit repeti ſolutum * ex hac obligatione quaſi in debitum, uide glo. in l. creditores. in uerbo, natura. ff. de uerb. ſign. & in l. donari. ff. de regu. iur. & omnino Bart. in l. qui teſtamento. §. j. ff. de fideiuſ. Et utrùm deducens talem obligationem in pactum, committat uſuram, putà ſi mutuo tibi 10. cum hoc, ut quando oportuerit, totidem mihi mutues, uide do. Ant. do. Abb & Ana. in c. conſuluit. propter gloſſ. 1. ibi, j. de uſur. & Lauren. in tract. de uſur. in 5. char. uer. oppono ſecundò. & bea. Tho. 2. 2. q. 78. art. j. cum ſi. Et concluſio eſt, quòd ſic. Et unum mirabilem effectum huius obligationis ad antidora, uide per Inn. in c. eā te. ſ. de æta. & quali. ubi dixit, quòd ſi remittit alicui iſta obligatio, ut intercedat pro acquirendo bñficio eccleſiæ, illi, cui tenetur, committitur ſymonia: & ſequitur ibi do. Ant. ¶ Vltimò per iſtum tex. in uerbo, neminem audiatis. not. quòd iudex debet denegare audientiā uolenti uti probationib. à iure reprobatis. Nec mirum: quia ſnīa lata ſuper ipſis non teneret, ſm Bald. in l. libertorum. C. de teſti. per c. 2. j. de purga. uulga.

S V M M A R I V M.

1 *Fines diœceſium probari poſſunt per libros antiquos, per teſtes, famā & adminicula. & num. 2. 3.*

4 *Inſtrumenta antiquiſſima inter tertios confecta, in quibus enunciatur aliquem locum eſſe de iuriſdictione, diœceſi, uel diſtrictu, an probent. & num. 6*

5 *Verba enunciatiua in priuilegijs probant in factis antiquis.*

7 *Scriptura ex archiuo publico probat tribus concurrentibus.*

8 *Scriptura in columna, uel marmore an probet.*

9 *Fama non plene probat fines diœceſis, ſed adminiculatur.*

10 *Probationes imperfectæ ſimul iunguntur, & faciunt unam plenam probationem. lunge num. 11.*

12 *Confines quibus, ſeu qualibus probationibus probari poſſunt.*

C A P I T V L V M XIII.

1 CVM CAVSAM. ¶ Fines † diœceſium probari poſſunt per libros antiquos, per teſtes, famam & adminicula. H. D. Et eſt ſingul. text. in ſua materia, probans tria notanda, ſecūdum Doc. qui tandem reaſſumunt ſuper gloſſ. Ideo pro maiori breuitate no. text. ut per eos omnia infringas ſupe gl. ¶ Glo. j. ibi, antiquorum librorum. no. iuncto text. quòd libri antiqui faciunt fidem plenam. Idem tenet ſimpliciter Spec. in tit. de prob. §. uidendum. uerſ. cùm per libros. Sed hoc intelligunt Hoſt. do. Ant. Imo. & do. Ab. procedere ſolùm in duob. caſibus. Primus eſt, quando ab antiquis noſtris adhibita eſt fides talibus libris, ut apparet ex libris iuriſconſultorum, poetarum & medicorum, quibus datur fides: & idem de chronicis & ſimilibus, ut per Bar. in l. j. ff. ſi cer. pet. & glo. in c. uenerabilem. in uerbo, tranſtulit. ſ. de elect. & in c. inter dilectos. in uerbo, magis. j. de fide inſtru. per gloſ. & Domin. in c. placuit. 16. diſt. & gl. & Do. in c. in nomine Domini. 23. diſt. & in c. j. 24. diſt. & in c. abſit. 1. diſt. per gloſ. in proœ. ſtorum. §. hæc autem tria. in uerbo, urbib. & per gl. & Dn. in c. quamuis. ante fin. 21. diſt. ubi in factis antiquis ſtatur libris hiſtoriarū. Ita tamen limitabat Bald. in l. j. ff. de offi. quæſto. niſi antiquæ ſcripturæ atteſtarentur de aliquo auditu, licet in teſtibus deponentibus de factis antiquiſſimis ſit ſecus, per c. licet ex quadam. j. titul. proxi. quòd non placet do. meo hic, & bene: quia hoc modo nihil importarent prædicta, attento quòd libri hiſtoriales, chronicæ & ſimilia deponunt de auditu: hoc eſt de eo, quod acceperunt ab alijs dicentibus, uel ſcribentibus, licet aliquando etiam narrent per ſe uiſa, ut Dares Phrygius. ¶ Se-

2 cundus caſus eſt, quando † libri cōtinent talia, quæ non ſunt præiudicialia: & ita erat hic, quia oēs Scribentes hic reputant hanc materiam affinitatum inter eccleſias non eſſe præiudicialem, per c. cùm Apoſtolica. j. de his, quæ fi. à præla. ubi remittitur ſolennitas, quando res non exijt manus eccleſiarum: & hoc dictum Doct. non parum notabis. Et bene facit, quod no. Hoſ. in c. poſſeſſiones. j. de reb. eccl. non ali. ubi dixit, quòd ſi epiſ-

eget in epiſcopatu ſuo aliqua camera, uel domo, quæ eſt capituli, poteſt de illa fieri alienatio abſque ſolennitate: quia non exijt eccleſiam. Alle. l. uoluntas. C. de fideicom. ubi prohibitus alienare non prohiberetur alienare in familiam. Vnde infert Bald. ibi, quòd emphyteutæ poſſunt inter ſe, rem emphyteuticam alienare non requiſito domino. Et no. Io. And. in Spec. tit. de loca. §. nūc aliqua. uer. 72. & Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uerb. oblig. & in l. & ideo. ff. de condu. fur. & in l. cùm hi. §. ſi uni. ff. de tranſact. Et pro prædictis uide Innoc. in rub. j. de conſe. eccl. uel alta. ubi dicit, cōſecrationem eccleſiæ probari per tales libros, & idem gl. in uerbo, ſcriptura. in c. ſolennitates. de conſ. diſt. j. & facit gl. in c. ſanè. el 2. in uerbo, poſt mortē. 24. q. 2. & idem, ſi eſt ſcriptum, infantes fuiſſe baptizatos, & ſimilia, in quibus etiam ſcripturæ lapidum faciunt fidem, ſecūdum Inn. in d. rub. quia ceſſat ſuſpicio falſi, & non adeſt commodū burſale, nec eſt uerìſimile, quòd fuiſſet tanto tpe tolerata. ¶ Extra illos caſus eſt concluſio Hoſt. hic, quem oēs ſequun-

3 tur contra glo. quòd † tales libri non probant. Nec obſ. c. ad audientiam. de quo in gl. quia reperiebatur ille liber in illo loco, in quo ſolùm ſtant ſcripturæ authenticæ, ſequeretur enim, quòd ſi iam ſunt c. anni, potuiſſet prælatus ſcribere talem rem eſſe eccleſiæ ſuæ: quod fortè non eſſet uerum. Vnde iure cautum non eſt, tali libro fidem adhiberi. Confirmat hoc do. meus: quia aliàs ſequeretur, quòd plus probarent tales libri, quàm ſcriptura publica & authentica: quia ſi in illa quis aſſerat ſe dñm, uel habere iuriſdictionem, non creditur illi ſcripturæ ad alterius præiudicium, niſi fuerit facta eo conſentiente, per l. cenſuales. C. de dona. & alleg. Io. And. in Spe. de inſtru. edi. §. poſt quam. uer. ſed nunquid. dicentem, quòd in dependentibus à uoluntate duorum ſcriptura publica facta ad aſſertionem unius non probat: & eſt glo. ord. in authen. de tabel. §. penul. & idem uide per Bal. in l. pe. in fi. ff. de condi. inſtit. & in rub. C. de fid. inſtru. & Bar. & Bal. in d. l. cēſuales. & text. & Bal. in l. ſi pater. C. de actio. empt. Ex quibus pridie fuit obtentum, quòd liber æſtimorum, in quo res eſt deſcripta tanquam alicuius, non probat, quòd ſit illius, in præiudicium eius, qui non conſenſit. * Et ſentit Bar. in l. rur. C. de omni agro deſer. li. 11. t. quicquid dixerit Paul. de Caſt. in l. ſcriniarios. C. de teſt. mi. Vnde dicit Bart. in l. j. in prin. ff. de bo. poſ. ſecundum tabu. quòd literæ ſcriptæ in ære, uel lapide de uoluntate unius duntaxat, non nocent alteri. Ideo eleganter dixit Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua. uer. 57. quòd in facto quamuis antiquo continēto enunciatiue ſimplicem aſſertionem illius, qui nunc agit, pro illo non ſtatur. Vnde ſi apparent plures inueſtituræ de re emphyteutica, per hoc ſolùm non probatur eccleſiam eſſe dominam rei emphyteuticæ, ſm ipſum: quòd bene no. Et intellige, ut puto, niſi inueſtitura eſſet in forma inſtrumenti, per id quod ſtatim dicetur, maximè quā eſſent plura inſtrumenta. Pro hoc etiam: quia conſuetudo dans fidem ſcripturæ mercatoris indiſcretè, non ualet, ut per Bal. in l. j. C. de confeſ. late do. Abb. in c. bonæ. in penul. col. ſ. de poſtu. præla. Vnde non plus debet operari uetuſtas, quàm conſuetudo. Et quod dixi de inſtrumentis inueſtituræ, declara ex dicendis

4 ſtatim. ¶ Eſt uerùm, ut bene intelligas, quòd † quamuis libri antiqui in caſibus præiudicialibus non probent, ut dictum eſt, tamen inſtrumēta anti-

a quiſſima [a] confecta inter tertios, in quibus enunciatur aliquem locum eſſe de iuriſdictione, diœceſi, uel diſtrictu alicuius, uel dominium particulare aliquarum rerum,

b plenè probant, & dicuntur antiquiſſima, [b] ſecūdum omnes, quā atteſtantur de his, quæ excedunt memoriam hominum iuuenum & uiuentium. Et ita no. Bal. in l. cùm aliquis. C. de tur. doli. p l. ſi arbiter. ff. de prob. & facit, quod not. do. Ant. & do. Ab. poſt gl. ibi in cap. cùm olim. j. de cenſi. Bene facit theorica Innoc. in c. ueniens. uerſus fi. j. de uerb. ſig. ubi dicit, quòd in excedentibus memoriam hominum ſufficit probatio per famam: quod multum not. Bald. in authen. quas actiones. in fi. C. de ſac. ſan. eccl. & do. Anto. & alij in c. ueniens. el j. j. titul. proxi. Et ibi iſtud de fama plenius habebitur.

Conſenſit] *Adde Bal. Ang. & Imo. in l. item. de uerb. obligat. & Alex. conſ. 10. cum duobus ſeq. ſ ar. 4.*

a *Inſtrumenta antiquiſſima*] *Adde Sal. in l. cùm aliquis. C. de iur. delib. qui notabiliter dicit, quod ſi eſſent inſtrumenta antiqua cōſimilia, niſi facta nō ſint inter eaſdem perſonas, quòd probant. Et in ſimili dicit Cyn. & Bart. de fama, quòd in antiquis plene probat, quos uide in l. ſi quidē. C. ſol. matri.*

b *Dicūtur antiquiſſima*] *Adde in c. & dic.*

dic, quòd tempus centum annorum communiter tenetur, quòd dicatur longum tempus: et iſta eſt ſinalis opin. Inno. in c. ueniens de uerb. ſignifica. & no. Spec. in titu. de proba. §. t. uerſi. ualet etiam. Idem tenet Bart. in l. ſi quidem. C. ſol. mat. in fi. Ioã. de Imol. in l. 2. §. idem. ff. de aqua plu. arcen. Et per iſta eſt reprobata opinio Ant. de Bu. c. ueniens. de teſti. el 1. qui aliter ſenſit in hoc, et male.

¶ Iſtud fallit, ſm do. meum hic multũ ſing. niſi plura inſtrumenta antiqua haberent originem ab una & eadem perſona, putà ſi inueniuntur oĩa confecta ab uno notario, qui ſemper ſcripſit actum in tali loco talis iuriſdictionis: & idem dicit, ſi manu unius perſonæ, uel plurium in pluribus inſtrumentis confectis contineant uerba unius, ut ſi in multis inſtrumentis confectis mediante certo prælato dicatur, q̃ ſm eius aſſertionẽ talis res erat talis eccleſiæ: quia hoc non probabiĩ ex illo inſtrõ, ſcd̃m ipſum. Mouetur ſubtiliter, quaſi inſtrumenta antiquiſſima ideo probant, ſcd̃m Bald. ubi ſ. quia per ea patet cõis opi. Certè, cõis opi. non probatur per unius aſſertionem: Imo, ſcd̃m Bar. in l. admonendi. ff. de iureiu. per unum teſtẽ non probaĩ publica uox & fama. Item pro hoc dicit eſſe caſum in c. licet ex quadam. ĩ. tit. proxi. ubi licet in probando gradus conſanguinitatis in matrimonio admittanĩ teſtes de auditu auditus, tñ non probant teſtes dicentes ſe audiuiſſe ab uno tñ: quia ſicut illi ſoli non creditur, ita nec fundantibus ſe in eo tanquã authoritate, uel autore: & quia ratio eſt generalis, non põt dicere, q̃ ibi ſit ſpeciale in probanda conſanguinitate, ſicut quędam alia ſpecialia ibi ſtatuunĩ. Vñ, quia teſtis de auditu auditus in factis antiquiſſimis probat, ut dicetur in c. ueniens. el 1. uidetur, q̃ ſicut teſtib. habentibus originem ab uno authore non crediĩ, ita nec pluribus inſtr̃is, quę ſunt loco teſtium. Et per hoc infertur ad id, qđ no. Bald. in l. optimã. C. de cõtrah. ſtip. ubi dicit, q̃ iſto caſu non ſufficeret unum inſtr̃m ad probandum cõem opi. Credit tñ do. meus, q̃ ſufficerent duo. Nec obſ. q̃ aliàs ad probandum cõem opi. nõ ſufficiant duo, ſcd̃m Spe. in tit. de inſtru. edi. §. reſtat. uerſ. illud aũt. & Inn. & alios in c. 1. ĩ. de fid. inſtr. qa non loquuntur in factis antiquiſſimis. Et iſtis adde. q̃ ſi inſtrã antiqua reperianĩ inter ſe uaria, ſtaretur plurib. uel melioribus, ut probaĩ in l. 1. in uer. ſed ſicut. ff. de offic. q̃ſto. ibi. & ſanè crebrior eſt opi. qa dum facit mentionẽ de frequentiori opinione, uult q̃ frequentior dẽat ꝓualere minus frequẽti, licet aliud ſenſerit Bal. in l. 2. §. poſtea cũ Apius. ff. de ori. iur. ¶ Et amplia ꝑdicta, ut procedant, etiamſi ille, contra quẽ agitur, & qui poſſidet, ſit iuſtus poſſeſſor, nec habeat aliqua præſumptione iuris con✳tra ſe quamuis Inn. & cõter ✳ Doct. hic ſentiant oppoſitum, & q̃ iſtis probationibus, de quibus in tex. creditur contra poſſeſſorem præſumptiue in iuſtum, cum alias non crederei, ſm eos: quiá actor plenè debet intentionem probare: alias reus abſoluitur, c. 3. cum ſi. ĩ. eo. quia re uera, ut ẽt fatetur hic do. meus, licet actore non probante reus abſoluatur, tñ hic non dr̃, actorem non probare, imo uti probationibus legitimis: nã in iſtis antiquiſſimis lex habet iſtas probationes pro legitimis. Item, quia per indicia & præſumptiones probatur dñiũ, ✳ l. ad probationẽ. C. locati. l. indicia. C. de rei uen. Item cũ dr̃ in c. ueniens. ĩ. ti. proxi. q̃ dñia probanĩ per famã, nullus dicit, q̃ non ꝓbet cõtra bonę fidei poſſeſſorem. ¶ Et extẽde prædicta ẽt

✳ *Probatur dominium.*] *Adde in antiquis ſufficere probationes ſa... colores & leuiores, & per indicia & coniecturas. l. cenſus. cum ibi no. ff. de probat. l. qui ex liberis. ff. de bo. poſ. ſecun. tab. c. cũ olim. de cẽſi. Pau. Caſtr. conſil. 164. incip. in præſenti cauſa quæ uertitur. col. 1. uolu. 2. Ancha. conſi. 310. incip. tres domini. col. 2. uerſ. & iſtæ probationes. & cõſil. ult. in fin. tertij dubij. ubi dicit, qđ in antiquis ſufficit*

5 ad † priuilegia papæ: quia probãt enunciata in factis antiquis, ut plenè per Domi. in c. ſi Papa. in prin. de priui. in 6. Imò unum ſolum priuilegium ſufficit: quia talia enunciatiua in priuilegio Papæ æquipollent famę, ut ſing. no. Io. An. in regula, nõ licet. ad fi. de reg. iur. in 6. & do. Ant. in c. fi. ĩ. de ſucceſ. ab inteſ. & Domi. in d. c. ſi Papa. Et no. ſm Bal. hic, q̃ in factis antiquis nulla eſt melior probatio, q̃ inſtrumentorum: recurritur eñ ad memoriales antiquos, tanquã ad ſtipites ueritatis, quæ in æternum permanent cum hac diffinitione, ſm eum: & dicit q̃ mõtes, flumina, & ualles, quæ diſtinguunt territoria, ſunt fines æterni, in quib. ſemel uerum, ſemper eſt uerum. Allegat l. qui bona. §. ſi quis ſtipulaturus. ff. de dam. infec. Facit illud, dum montibus umbrę luſtrabunt, &c. & uide, quod dr̃ ſuper gl. ſeq. Et de hac materia, qñ uerba narratiua antiquorum inſtrumentorum probent, uide etiã Imo. in cle. 1. circa med. & fi. de proba. & do. Ant. in c. quũ. ĩ. eo. & do. Ant. & Imo. in c. poſt ceſſionem. ĩ. eod. & quod ibi dixi

6 in 8. fallen. ¶ Quòd † aũt in factis non antiquis aſſertio appoſita in inſtrõ tertij, mihi non præiudicet ẽt in materia confiniũ, no. Inn. in c. cũm in iure. paulo ante fi. ſ. de offi. deleg. & gl. & Bar. in l. prædijs. §. Titii. ff. de leg. 3. & Bal. & alij in d. l. cum aliquis. & Bal. in d. l. optimam. per c. inter dilectos. ĩ. de fi. inſtru. Eſt uerum, q̃ nocet ipſis contrahentibus, ut uideanĩ ibi contraxiſſe, ubi aſſerunt eſſe iuriſdictionẽ, ſcd̃m Bal. in d. l. cum aliquis. Et ita intelligit d. l. optimã. Et ideo dixit Bal. in l. fi. C. ſi à non compe. iud. q̃ ſi ille, qui fecit ſe ſubſcribi in inſtrõ Titium de Papia, uult declinare forũ quaſi non ſit Papienſis, cogiĩ iſtud probare: quia inſtr̃m probat contra ipſum. Item operantur dicta uerba bonã fidem ſufficiẽtem ad præſcribendũ. Vnde ſubdit ſignanter Bal. in d. l. fi. q̃ ſi emi fundum, tãquam de diſtrictu certæ ciuitatis, poſſum præſcribere, ut ſoluã collectas illi terræ, adeo q̃ ſi alia ciuitas dicat eã de ſuo diſtrictu, & petat collectas, iuuabit me ꝓſcriptio cauſata ex iuſto errore dicti inſtr̃i, ſm ipſum. & bñ facit glo. in l. Titia fundus. ff. de cõdi. & demõ. & qđ ꝑ ipſam not. Bal. quaſi in terminis in l. indicia. ad fi. uerſ. 5. principaliter q̃ro. C. de rei uend.

7 ¶ In ea. gl. ibi, ex archiuo publico. no. q̃ † ſtaĩ ſcripturę reper✳tæ in archiuo publico. ✳ Hoc itellige tribus cõcurrentib. primò, q̃ ſit poſita in loco publico, ſecundò, q̃ hẽat cuſtodẽ deputatũ de publico, tertiò, q̃ ſit poſita inter ſcripturas publicas, ſm do. Abb. Et qa eſt materia pulchra, melius cadens in c. ad audientiã. de ꝑſcr. ubi eſt caſus, iõ non ſequendo do. meũ. hic, qui multum inſiſtit, referuo ad dictũ locum, ne ꝑꝑ gl. hic tollaĩ, qđ pertinet ad tex. ibi. Sed ꝓ nũc uide de materia Ioã. An. ĩ Spe. latiſſimè in ti. de iſtr. edi. §. nũc uidendũ. uerſi. 5. ſupplemẽtũ. in addi. magna: Bal. plenè in l. exẽplo. C. de ꝓba. & in rub. C. de fi. inſtr. in ult. col. Ang. ĩ auth. ſi qs in aliquo. C. de edẽ. Bart. in auth. & ſi contractus. poſt prin. C. de fi. inſtr. do. Car. conſ. 24. in 3. dubio, Ro. in l. ſciendũ. ff. de uer. obl. Inn. & Imo. in c. j. ĩ. de proc. Bal. in l. cõparationes. uerſ. itẽ ſcriptura. C. de fid. inſtr. & ibi Sali. uer. 5. ſcriptura. cũ ſi. Cõcluſio eſt, q̃ d. ſcriptura probat cõcurrentib. duobus ꝑdictis requiſitis, ẽt ſine tertio, qñ nõ eſſent aliæ ſcripturæ magis authenticæ. ¶ Fallit extra territorium, in quo eſt archiuum, ſm Io. An. in d. addi. niſi eſſent ciuitates confœderatæ, ſm Bal. in d. rubri. in fin. ¶ In ea. gloſ. ibi, columna,

8 uel lapide. Dicas ſm Hoſtien. & do. Abba. q̃ † ubi agitur de grandi præiudicio, iſta non probant, ſed adminiculantur, etiã ſi ſumus in facto antiquiſſimo, per ea, quæ dicta ſunt ſ. de libris, & per tex. in l. monumentorum. C. de relig. per quem ẽt ita tenet Bar. in l. j. in prin. ff. de bon. poſ. ſecun. ta. & ſic intellige gl. in c. ſanè. el 2. 24. q. 2. & in c. poſtulatus, 3. q. 7. ¶ Fallit, niſi ſint ſcripta de uolũtate partium, ſm Bar. in d. l. j. Sed hoc nihil importat: qa eſt indubitatum, cum ẽt ſcriptura priuata tũc ꝓbaret, in auth. de inſtr. fide & cautela. §. 2. & eſſet ualde difficile ꝓbare, partes cõſenſiſſe: qa ſi ipſa ſcriptura hoc diceret, nõ plus ſibi crederet q̃ principaliter in ea cõtentis. ¶ Itẽ fallit niſi eſſet ſcripta ab eo, qui poteſt dare fidem & authoritatem ſcripturæ, per tex. in l. 2. §. exactis. uer. pro roſtris. ff. de ori. iur. quem tex. allegat ẽt do. Benedict. hic. Per iſtum text. colligiĩ ratio, quare ſcripturę ꝓtoris factæ in albo crediĩ: qa in actibus iudiciarijs prætoris, uel iudicis eſt eligere illum, q̃ ſcribat, ſicut dicitur in d. §. exactis. q̃ ille, qui habebat authoritatem l. condendæ, uidetur habere authoritatem committendi, ut lex illa ſcribatur. Vbi autem nõ ageretur de magno præiudicio, poſſet procedere opi. Bar. & Bal. in d. l. monumentorum. & Imo. hic & ideo probant confinia, in quibus requiri-

probatio præſumptiua & adminicularis. ſequitur Iaſ. in conſ. 128. col. 1. in fi. uolu. 1. ubi dicit, quod in antiquis ſufficit probatio coniecturalis, licet neceſſario non concludat, ✳ & eſt cõis ✳ opi. ſecundum Ancha. in d. conſ. 310. ubi ſ. & d. conſil. ult. uerſ. præterea cũ à tempore dicta ſe funda inueſtitionis, Innoc. in c. ueniens. de uerbo. ſig. & not. Bal. in l. cũ aliquis. C. de iure delibe. & in auth. quas actiones. C. de ſacroſan. eccleſ. in ult. q.

✳ *Publico.*] *Adde quid de ſcriptura in aliqua eccleſia, non tamen reſeruata ſub publica cuſtodia inter alias publicas et autheticas, an probet, & quando, ui. Socin. conſ. 258. incip. in cauſa Vitaria. uerſ. ſed hæc obiectionem cum uerſ. ſeq. in 2. par.*

tur minor probatio:ut dicam j.uer extra gloſ. Et quod dicatur album prætoris,uide gloſ.in cle.j. in uer.in albo.de iudicijs. ¶ Gl.in uerbo,famam.ibi,tamen ſi alia adminicula.no.
9 ꝙ † fama non plene probat fines diœceſium,ſed adminiculatur. Et idem Inn.Bal.& do.Ant.& do. Abb.hic, & referunt ſe oēs ad dicenda in c.ueniens. el j. in tit. proxi. Et dicit hic Bal.ꝙ fama iuncta cum conſue.plene probat. Sed dicas ſcd̄m Imol. hic, ꝙ quicquid ſit in alijs materijs,
a communiter tenetur, * ꝙ in antiquis fama probat:ut dixi ſ.poſt Inn.in d.c.ueniens.& maximè in hac materia confinium,in qua recipiuntur probationes faciliores, ut dicam j.uerſi.extra gloſ. Vnde dicit Imol.ꝙ ſi teſtes dicunt, ꝙ fama eſt & communis opin.ꝙ talis limes ſemper fuit obſeruatus à tempore, cuius initij non eſt memoria, ſufficit:& alle.Arc. in c. inter memoratos. 16.q.2. ¶ Gloſ.fin.ibi, multa iuuant.no. ꝙ probationes imperfectæ coniunguntur, ut faciant plenam probationem: in quo uide Bar.in l. j.§. item Cornelio. ff.de q̄ōnib.& Cal.in c.ueniens j.tit.proxi. Ex quib.conſidera duos caſus:primus eſt,qñ probationes tendunt ad diuerſum finem: ſecundus, qñ
10 ad unum. ¶ Primo † caſu non ſunt commiſſibiles ad integrandam unam probationē: & ſic intelligitur gloſ.in c.quorundam.23. diſ.& c.licet cauſam.ſ. eo. Vnde infert hic notanter do. Ab. ꝙ ſi aliqui teſtes deponūt de mutuo,ſed non perfecte,& aliqui de cōfeſſione mutui, etiam non perfectè, non
✻ coniungūtur ut probent, * cum ſæpe unū ſit ſine alio. Sed quantum ad iſtud exemplum,aduerte:quia contrà tenuit do. Abb. in c.cùm dilectus.in j. col.j.de ſucceſ.ab inteſta. Sed dicas,quod iſti teſtes probant ſemiplenè. Ideo poterit deferri iuramētum, ſm Bal.eleganter in rub. de controuer.inueſt.poſt prin.Bal.& Sal.in auth.rogati.C. de teſti.allegant tex.optimum in d. c. cum dilectus. Licet.n. confeſſio,de qua ponit alius teſtis,ſit diuerſum à contractu , continet tñ in ſe contractum,in quantū ipſa confeſſio præſupponit cōtractum eſſe factum. Et hoc tenet do. meus hic indubitanter in alio contractu,ꝗ in mutuo,ſed in mutuo dicit,iſtos teſtes omnino ſingulares:quia deponens de numeratione,deponit de mutuo naturali:& deponens de confeſſione,deponit de mutuo ciuili: & ideo nihil probant. Allegat Pet.& Cy.in l.2.C.quæ ſit lon.cōſue.& ita intelligit do. Abb.hic. Sed in hoc poteris cogitare, quia non uidetur ſufficiēs ratio differentiæ,attenta ratione Bal.in d. rub. Et illis adde glo. in uerbo , probata.in c.tam literis. j.de teſti.& Spe.in tit.,de inquiſitione.§.nunc uidendum.uer. ſi autem ſemiplenè.& Bal.in Specu.de probat.§.fin. ¶ Secundo caſu , qñ probationes imperfectæ tendunt ad eundem finem, & eodē modo,bene poteſt reſultare una plena probatio,ſiue ſit eiuſdem generis,ut in duobus teſtibus,ſiue diuerſi,ut unus teſtis cum fama, licet Bal.in c.1.§. cum aſſt.de cōtro. inueſt. dicat,talem probationem appellari poſtea præſumptiuam: quia contrarium tenet Bar. & melius,in l.admonendi.in pen . col.ff.de iureiur.& facit text.in l.Arriani. in uerbo, ad unam.C.de hær.& in c.penult.in uerbo, caudas ad inuicem colligatas.j.de hæreti. & in l.1 .ad ſ.abi,nec diuerſitatem factorū. ff.quemad.teſt.aperi. & in l.qui ſententiā. C.de pœnis.ibi,in unum conſpirantes concordanteſq; rei finem.quem alleg. Bal.hic. dicens inter alia multa , ꝙ in probationibus ſurgit opi. ex diuerſis coniecturis tendentibus ad eandem concluſionem , & habentibus cauſas,ſimilitudines,& conſonantias conteſtes inuicem colligatas. & refert Old.dediſſe unam theoricā per d.l.qui ſententiam.ꝙ ſicut teſtes ſingulares non probant,quia in diuerſum tendunt.ita diuerſæ ſpecies probationum uariantes in effectu non probant:ſed ſi una inſufflat in alteram aliquid fidei, & altera in alteram,ita ꝙ animus iudicis plenè informatur, tales probationes non dñr ſingulares, nec diſcrepantes. ¶ Limita
11 iſta,ſm Bal.in l.ſi quis ex argentarijs §.1 .ff.de eden.niſi † tales probationes coniungendæ , eſſent in ſua ſpecie imperfectæ: putà,ſi fama probatur per unum teſtem &unū aliud indicium:putà,fuga probaſ per aliū teſtē,nunc nō coniūguntur:qa quodlibet indiciū requirit duos teſtes,ut per Inn.in c.ſicut. j. de ſymo.& gl.& Bar.in l.fi.C.fa.erc.& adde Bal.i c.licet.ſ.eo. &in l.1.C.ſi unus.ex pluri.ubi facit feſtū ď d.l.qui ſiliam.& dicit do.Ab.in c. tranſmiſſæ.j.qui ſi.ſint leg propter gl.ibi,ꝙ probationes non coniunguntur , qñ repugnāt in modo,licet concordent in fi. per l.ubi repugnantia.ff.de reg.iuris. Qūo aūt ſaluentur teſtes ſingulares, probātes diuerſas ſpecies unius generis, erit dicendum in c. licet ex quadam. j.tit.proxi. Et iſtis adde Ro. conſ.
✻ 7.incip. Viſis neceſſarijs: * maximè ꝙ in difficile probabilibus fit ꝓdicta cōmixtio probationum.& uide,qđ ipſe alle.ibi in cōſilio ſequenti,& Bald.in l.ſpadonem.§. qui mulca.ff.de excu.tu.& Bar.& Bal. in l.exci piunt.per illū tex.ff.ad Sylla. Et ꝙ una probatio ſuppleat aliam,uide tex.quem ualde no.ibi Imo.in c.ad audientiam. j. de pſcri. ubi teſtes dicentes cenſum fuiſſe ſolutum, non reddebant cām ſolutionis, ut ſuppleaſ
12 per priuilegia. ¶ Extra † gl.pro pleniori doctrina ſcias primò, ꝙ dom.Car. poſt Matthæum in cle.j.in 3.op.de proba.dicit,ꝙ in probandis confinibus non requirantur arctæ probationes, ſed ſufficit probatio ſemi
✻ plena. * Allegat iſtum tex. & poſtea exēplificat, quæ ſint probationes ſemiplenæ. Sed re uera iſtud dictum eſt periculoſum, & non probatur iure: quia iſte tex.loquiſ de factis antiquis. Item loquitur de confinibus diœceſis:quo caſu Doct.non reputant iſtud præiudiciali multum, ut ſ. retuli per d.c.cum Apoſtolica. Et ideo extendere ad temporalia,ut confines poſſint ſemiplene ꝓbari,non eſt rationabile. Imò contra ſentit gl.in d.l.prædijs.§.Titio. & Inn.in c. cū in iure.ſ.de off.dele.cū his,quæ dixi ſ.uer. qđ aūt in factis. Fateor bene, ꝙ ad probandum confines antiquiſſimos ſufficit probare per plura inſtrumenta enunciatiua etiā inter laicos:& ultra prædicta Idem tenent Ang.& Imo.in l.ſciendum.ff. de uerb.obli. & ibi Ro.alleg.gl.in d.c.cùm olim:j. de cēſi. idem Dom.in d.c.ſi Papa. & Bal.pulchrè in l.conuenticulam,uer.ex his infero.C.de epiſ.& cle.& do.Ant.& do. Ab.in d.c. cum olim.& do.Ab.in d.c.ſuper eo.in prin.j.de parochijs. Et in hoc non eſt differentia inter fines eccleſiarum & alios:qa in talibus fama ſufficit,ut ſæpe dixi ſ. Sed ꝙ libri antiq probēt,hoc eſt ſpeciale inter eccleſias, per iſtum text. non inter laicos: quia non eſt iure cautum:& ita teneas. ¶ Secundo ſcias, ꝙ ſi territoria mutanſ ꝑ mutationes principū,uel diuiſiones iuriſdictionū: iſta nec nocēt, nec ꝑſunt antiqs finibus eccleſiarū. Ita eſt gl.in uerbo, dimiſis.i c.j.x.diſt. & in cle.ne Romani.in uerbo, diœceſis. de elec.no.do.Ant.poſt Hoſt.i c.querimoniā. in fi j.de iure pat.qđ eſt utile pro deſcriptionibus terrarū, quæ ſunt in æſtimis:quia

a *Communiter censetur*] *Adde in, quòd quando à cōmuniter accidentibus probatio ſolet eſſe difficilis, tunc fama facit plenā probationem, quā alias non facit ſemiplenā, ut not. in ca. præterea. de teſtib. Ant.de Bu. in ca.ueniens.el 1. eo.tit. Hinc eſt, ꝙ in antiquis,ubi eſt difficilis probatio, fama ſola facit plenam probationem. Ita Inno. in c.ueniens. de uerb. ſig. Bald. in l.cum ſuper. C.de rei uē. & in auth. quas actiones.in ult.col. C.de ſac. ſan.eccl. Et dicit Bal. notabiliter in l. at quia natura.§. cum me abſentē. ff. de neg. geſ. quòd fama in antiquiſſima poſſeſſione, de qua in contrarium memoria non exſtat, habetur pro plena probatione : et idē tenet in l.bona fidei. C. de reb.cre. in ulti. col. Adde quòd idem ſentit Feli. in c. ueniens. el j.de teſt.et uer. 1.concluſio.& adde Flor.in l.2.§. in dicio.in ſi ff. fin.regundo. Rot.deciſ. 13.et 16.& 122. Alex.conſi. 68.4. par. & plenius cōſil.50. in ca. & in l. de minore.§.tormenta . col. pen.ff. de queſt. & Flor. in l. item Mela. §.legis.ff.ad legem aquil.*

✻ *Vt probent*] *Adde Alexā. in l. ita ſtipulatus . §. Chryſogonus.col.4. de uerb. obli.& in l.admonendi . col. 17.de iureiu. Caſ. conſil. 222.Socin. conſi.111.inc.circa præſentem conſultationem. uerſ. 5. probatur. in ſi.*

p.1. Caſtr. conſil. 303. Roma.conſi. 8.inc. Viſis ac pro contentis actis . col pen.& Alex.conſi. 204.par.eum ſi.

* *Neceſſarijs*] *Adde eum . Rom. conſil. 508.incip. præſens conſultatio.in ſi.& in conſil.54. incip. Viſe circa id. & Bald. ſupra in rub.& in c.accedens. il 2.° in ſi.ut lit.non conte. Imo.conſi.92. Viſis . conſil.138. in quæſtione . nu.5. Cum. conſil.68.in præſenti. nume.3. Barba conſi.6.col. 1 .conſi.23. conſil. 41.col. 3.conſi.43. colum. 2.conſi.45. col.pen. conſil.51. col.6. conſi.60.col. penul.conſi.62.colum.8. conſil. 64. col.4. lib.1 . conſi. 3.col. pen.conſi.7. colum.1. conſi.59. col.7. lib.2. conſil. 40.col.8.conſ. 77. col.pen.lib.3. conſ. 8.col.antepe.conſi. 57.colum.1 .conſi. 75.col.3.lib. 4.& Alexand.conſ.68. & uiſo . num. 14. & ſeq.lib. 2.conſi. 99. uiſis proceſſibus. nume. 15. & ſeq. lib.5.*

✻ *Semiplena*] *Adde ad hanc materiam Socin.conſil.79.inci. in cauſa agitata . uerſic. præterea iſta concluſio.circ. princip. conſil.96.inci. Viſo proceſſu . uerſic. præterea ex alio . cum uerſ. ſeq.in 1 . par.& conſ. 166. incip. in cauſa cōmunitatis.uerſ.con. confirmantur pſ dicta . in ſin.in 2. par.& conſ.266. incip.in cauſa quæ uertitur. uerſic.3. uidendum eſt etc. ſi p.ea.*

noa

non probant inter clericos confines parochiarum. ¶ Tertiò ſcias, q in dubio non præſumitur mutatio confinium. Caſus eſt. Et ibi Bald. in l. ſi. ff. fi. regun. quod eſt utile: quia dicens confines eſſe mutatos, habet hoc probare. Et formam libellandi, quñ ſunt mutati confines, uide omnino per Bar. in l. demõſtratio falſa. in ſi. ff. de condi. & demon. quia debet dici in libello, q fundus olim poſitus intra tales confines, eſt fundus, qui eſt hodie intra tales, & quòd eſt idem fundus: aliàs poſſet de facili periclitari totus proceſſus, ſecundum eum. ¶ Quartò ſcias, q ubi ſit mentio de fundo, quamuis erretur in confinibus demonſtrandis, tamen non uitiatur diſpoſitio, ſi conſtat de fundo: ut eſt gl. in l. formam. in prin. in uerbo, uicinis. ff. de cenſi. & ſequitur Bald. in l. 1. in princ. ff. de edend. Et ideo dicit Bal. in l. penul. C. de execu. rei iudi. q error confinium non habet uitiare ſententiam. Allegant oẽs text. optimum in l. patronus. §. 2. ff. de leg. 3. ¶ Quintò ſcias, q ſufficit uolenti demonſtrare certum fundum, dare duas demonſtrationes, & eas probare: poſtea non nocet, ſi poneret quoſdã cõfines, quos non probaret. Ita latè & eleganter not. Bart. in d. l. demonſtratio in ult. col. ¶ Sexto ſcias ſecundum Bal. hic, q quædam ſunt inſtrumenta finium directiua, & inducunt notorium actu permanens: q̃dam enunciatiua, & faciunt adminiculum, ſed non plenam fidem. Allegat gl. in d. l. optimam. & in l. cùm aliquis. & intelligit in non antiquis. Idem dicit, q per exercitium iuriſdictionum, & per reditus antiquos, & nauigia, & pedagia, probantur confines antiqui, & poſſeſſio. Allegat c. dilectos. ext. de offi. archi. & c. licet. eo. ¶ Vltimò ſcias ſecundum Inn. & clarius per Bal. hic, q fines ciuitatum & caſtrorum præſumuntur eſſe illius, qui primò occupauit: quod eſt ualde notandum, ſm Bald. & addit l. rem, quæ nobis. ff. de acqui. poſ. Non ſic eſt in iſtis ſpiritualibus, in quibus non datur libertas occupandi rem uacantem, niſi authoritate Papæ, ſecundum Inn. hic, quem ualde not. do. Abb. Et rationem differentiæ uide per ipſum: & ſcias, quòd Bal. hic, docet practicam iudicandi in materia confinium.

SVMMARIVM.

1 *Agens contra monachum an debeat concipere libellum contra ipſum monachum.*

2 *Teſtibus receptis ſuper peritia artis, poſſunt alij teſtes recipi peritiores, ut de eadem re deponant.*

3 *Mulier non cognita à uiro, an ſit reſtituenda uiro intentanti iudicium poſſeſſorium.*

4 *Virginitas qualia habet priuilegia.*

5 *Mulieres, quæ non ſunt honeſtæ, quamuis ſint peritæ, non admittuntur ad teſtificandum de uirginitate.*

CAPITVLVM XIIII.

* C AVSAM. ¶ Poſſunt reprobari matronæ, per quas uirginitas probatur. * H. D. ¶ No. primò
1 ſm do. Ab. ibi, contra puellam. q † cum agitur contra monacham, uel monachũ, & reuocat in dubium ipſius ingreſſus cõcipitur libellus in pſonam monachi, & nõ monaſterij. Idem dic, ubi ſententia condemnatoria non poteſt mandari executioni, niſi contra perſonam monachi, ut probatur in c. dudum. ext. de conuer. coniug. & de hoc per Inn. & alios in c. cum I. & A. ext. de re iudi. & per gl. ſi. in c. cum dilecta. ext. de reſcri. & Bal. plene in auth. tantũ. C. de epiſ. & cle. ¶ No. ſecundo, q ſiue cauſa ſit in præiudicium aſſerti matrimonij, ſiue in fauorem, poſſunt ſuper eiſdem capitulis, publicatis teſtibus, alij produci. Et ita eſt caſus pro his, quæ no. do. Ab. in c. iurauit. in ult. col. ext. eo. dum impugnat Io. An. in c. ſeries. in ti. proxi. dicentem, q ſnia lata pro matrimonio tranſit in rem iudicatam: quia utroq; caſu eſt par ratio peccati euitandi. Vnde Per hoc etiam colligunt do. Ant. & Imo. q ſententia lata contra religionis ingreſſum non tranſit in rem iudi. Et licet alij non referant, tñ de hoc dubito: tum, quia non eſt iure cautum, quia quod hic dicitur, procedit fauore matrimonij, ſiue iuuandi, ſiue impediendi, cùm utrobiq; ſit ſalus animæ ſubſiſtente impedimento. ¶ No.
2 † tertiò, non ponendo aliquid ſpeciale in cauſa matrimoniali, quòd ubi cauſa deciditur iudicio peritorum, ita quòd teſtes deponunt de credulitate, ſecundum practicam artis, poſſunt teſtes peritiores recipi publicatione non obſtante: quia iudicium fuit fallibile: & hoc procedere poteſt, ſecundũ do. Abba. quando recipiuntur iudicis officio, uel ad inſtantiam partis, cui nihil poteſt imputari, cur peritiores non produxit: arg. c. ſi qui matri. accuſ. poſſunt. Idem colligit Bal. hic, dicens quòd publicata relatione medicorum, qui recepit fuerunt ſuper cicatrice, tamen adhuc alij recipi poſſunt, tam ad petitionem partis, quam ex mero iudicis officio. Quod eſt notabile, ſecundum eum. Et de iſtis facias omnino mentionem in c. propoſuiſti. ext. eod. ubi in 4. concluſione latè deduxi iſtud. Sed non eſt tex. melior in iure, pro ibi dictis maximè ſi eſſet uerus intellectus do. Ant. & aliorum hic, q hic lata eſſet ſententia. Sed profectò hoc non percipio ullo modo ex tex. q uno inſtrumento iſtius decre. emanauit cauſa pendente. Patet ex princ. ibi, noſcitur agitari. Et ideo ſine miniſterio Bal. hic notauit publicationem, non ſentẽtiam. Dictum tñ eſt uerum in ſe, ut diximus, ubi ſ. ¶ Not. quartò ibi, ſigna uirginitatis. q uirginitas probatur per ſigna. Idem ſcdm Bal. ſignum oſtendit ſignatum, ſicut ſtigmata in facie oſtendunt militantem, l. ſtigmata. C. de fabricen. li. 10. & habitus clericum, c. ſi iudex. de ſenten. excom. in 6. & clauus militem, purpura regẽ, ſtola ſacerdotem, cuculla monachum, ſecundum Bald. alleg. not. in l. j. C. nulli licere in frenis equeſtribus. lib. 11. Et per iſtum text. colligit Bald. quòd accuſatus de adulterio, debet abſolui, ſi ſigna uirginitatis apparent in puella. ¶ No. quinto ibi manus. quòd habentes referre iudicium ſuum in materia perceptibili tactu, debent tangere: unde non ſufficeret, ſi dicerent uidiſſe. Non obſt. l. j. ff. de uen. inſpi. quia debet intelligi, quando poſſet haberi probatio abſque tactu: aliàs ſecus, c. ex literis. & c. fraternitatis. infrà. de frigi. & in l. ſurreptione. §. fin. ibi, ſi res ita exigit ff. finium regun. & uide Bar. in l. 2. ff. de ferijs. ¶ Not. ſexto, ibi, matronas. quòd non creditur uni ſoli. Quod limitat Bald. hic, niſi in ciuitate alius non reperiretur, per text. in authen de non alie. §. ſed neque. Et in propoſito dicit Bald. eſſe bo. text. in l. j. §. fin. ff. de uer. obl. ubi uidetur, quòd unus interpres ſufficiat. Dic, ut dictum fuit in d. c. propoſuiſti. in 2. concluſione: & ad illam l. reſpondi ibi in 2. fallentia. ¶ No. ſeptimò ibi, deputare curretis. q in cauſa, in qua exuberat officium iudicis, poteſt iudex & debet parte non excluſa, teſtes ex officio ſuo producere: quod eſt bonum dictum, ſecundum do. Abb. & ſenſit hic Io. An. ſecundum cũ, & idem Bal. hic: & facit ad doctrinam Bart. & Ang. in l. ſemel. C. de re mili. lib. 12. quòd ad iudicem, non ad partem pertineat electio: & allegaui in d. c. propoſuiſti in 1. concluſ. ¶ Gl.
3 1. ibi, ne ab eo corrumpatur. Not. ex mente gloſ. q † ceſſante cauſa monachatus mulier eſt reſtituenda uiro, licet adhuc nõ fuerit cognita. Et idem not. hic do. Abb. dum modò, ſecundũ eum, poſſit tutè morari cum ſponſo: aliàs datur cautio, iuxta c. ex tranſmiſſa. allegatum in gl. Sed contrarium & melius, tenẽt hic Io. An. do. Ant. & expreſſius Bal. qui dicit, q inter ſpõſos præſentia, conuerſatio & reliqua ſunt extrinſeca & ambages. nec per hoc uxor ſpoliat maritum, ſed ſeipſam: & ante q̃ uir cognouerit ipſam, non eſt ſpoliatus poſſeſſione finalis cauſæ matrimonij, poſtea ſic, ut l. 1. §. pen. ff. de iuſti. & iur. Vnde ſpoliatus poſſeſſione finalis cauſæ, dicitur ſpoliatus re, ſecus, ſi eſt ſpoliatus quibuſdam præludijs. Et ideo ſi uir petit ſe reſtitui ad oſcula, non procedit petitio, ſecundum eum. Et collige practicam ex text. ſecundum ipſum. ut in caſu iſto pendit ante copulam, ne uir prorumpat ſecundum appetitum, nec mulier habeat liberam uoluntatem, ponatur mulier in monaſterio, tanquam apud tutum ſequeſtrum. Quid autẽ, ſi adoleſcẽs litigans cum ſponſa, quam non uult, timet mitti in poſſeſſionẽ mulieris luxurioſæ? Dic idem, ſcdm Bald. hic, licet hoc rarò contingat. Alleg. gl. quæ incipit, idem econtrà. in l. unica. C. de rap. uir. & non eſt alibi, ſecundum eũ, & dicit Ange. in d. l. ſe uidiſſe de facto cõburi Florentiæ unam mulierẽ adoleſcentulam per uim. Credo, q Bal. ſentiat idem eſſe, hoc eſt, q mulier debet ſtare in monaſterio, non ſponſus, timens ut magis
4 prouideat caſtitati mulieris. Et iſta bñ no. ¶ Gl. † ſi. ibi, ſola uirginitas replet paradiſum. intellige, id eſt, per ſe tñ, non q aliæ idẽ non operent, nam ẽt coniuncti rectè uiuentes idẽ obtinẽt, c. 1. ad ſi. ext. de ſum. tri. & in §. illud. ad ſi. 22. q. 4. Et intellige, q ſola caſtitas in habente aliquid uitium non ſufficeret, per c. deſtleat. ext. de reg. iur. Sed aliæ acceſſoriæ uirtutes faciunt illam reginam: nam impoſſibile eſt unam uirtutem habere ſine

* *Probatur] Adde nunquid uirginitas corrupta pbetur per inſpectionem linteaminis ſanguinolenti. & ibi gl. no. & ſing. 33. q. 5. hæc imago. & Alexã. in l. ſtē apud. §. ſi quis uirginẽ. de iniur.*

alijs,ut per gl. in c. niſi cum olim.in uerb.ſlore.ꝰ. de renun.& in c. cum renunciaſ.32.q.2. Ita declarat do. Abb. ꝰ.in proœ. Gregoriano,uerſi.rex pacificus.in 3.col.& hic & no.iſtam gl. de priui. uirg. Et dicit Bal.hic,q ratione huius priuilegij magis creditur teſtimonio virginis, ꝗ uiduæ : quod eſt notandū. Et dicit,q in menſa & in itinere ſemper uirgines debent precedere uiduas. Dicit tñ,q uiduæ caſte uiuentes non ſunt procul à uirginitate:alle.c.optimum.in auth.de non eligendo ſecundò nubentes.Et plura in propoſito dici poſſent, ſed remitto ad gl.ſi.circa ſi. in c.cū ad monaſterium.j. de ſta.mo.& gl. ſi.in c.1.j.de uoto.& beatus Tho.2.2.q.28.arti.1.& q.151.in omnibus arti.& 152. per totum, in 4. Sententiarum,diſt. 33. Et de laureola uide in 4.diſtin.8.q.1.art.2.Et adde, q ſtatus religioſorum excedit uirginitatem, ſecundum Thom.2. 2.q. 186. arti.8.facit c.ex parte.el 2.j.de conuer. coniug. ¶ Extra gl.dicit Bal.hic,q dos iſtius puellæ non poteſt interim repeti à uiro : quia eſt acceſſorium. Vnde interim ſtat in ſuſpenſo. Alleg.l.ſundum Titianum.& l. fundi.ff.de excep. Et ideo dos ſequeſtratur cum puella. Alleg.c.per noſtras.j. de do.inter ui.& uxo.Item dicit Bal. hic ſing. q uxor cognita, ēt per uim, non poteſt maritum ſuum ſpoliare contraria ui:nec poteſt ingredi monaſterium : quia gloria uirginitatis non eſt in ipſa,ſcđm eum:cui adde Io And. ſolenniter hoc diſputantem in regula, quæ contra ius.de reg.iur.in 6.& do.Ant.& do.Ab. in c.1.j.de conuer.coniug.& Bal.in l.1.§.caſum.ff. de poſtu.& Domi.plenè poſt gl.& Archi. in c.ſi euangelica.in ult.col.55. diſt.facit, quod no. Arch.33.q.5.in Summa, & do. Anto.in c. is,qui.in ult.col.j.de ſponſ.& Bar. in l.1.C.ubi quis de curiali. & Io. de An.poſt alios in c.cūm cauſam.j. de rapto. & reputatur paſſus multum dubius.Sed non diſcedo a Io.An.in d. regula,quæ contra ius.ubi concludit, q cognita per uim non dr matrimonialiter cognita, nec impeditur ingredi monaſterium.niſi in caſu de quo ibi per ipſum, uidelicet qñ pendente mino. de quo in c.ex publico. j. de conuer. coniug. fuiſſet per uim cognita,quia tunc impediretur ingredi. ¶ Item not.
5 Bal.hic poſt Inno.q † mulieres,quæ nō ſunt diſcretæ,uel honeſtæ,quamuis peritæ, non admittuntur ad teſtificandum de uirginitate. Et ampliat Bald.etiamſi eſſent nobiles naturali origine:quia meliores ſunt boni mores,ꝗ nobilitas, ſcđm ipſum. Tangunt etiam hic plenè do.Ab. & do.meus, quid fiendum de bonis exeuntis monaſterium. Sed uide,quæ allegaui in c.in pñtia. in 2.q.ꝰ. eo.Itē cōſidera,q dictū do.Ant. & aliorum hic de ſnia lata ſuper ꝓfeſſione poteſt procedere, qñ eſt iudicatū contra profeſſionē,& æquiparabit cāæ matrimoniali:quia ſubeſt peccatum continuum:ſecus,ſi pro profeſſione.

S V M M A R I V M.

1 *Inſtantia an pereat triennio ſecundum ius Canonicum.*
2 *Non præſumuntur interueniſſe præparatoria, uel deciſoria, ſi non reperiuntur acta.*
3 *Collocutio comprehenditur appellatione tractatus.*

CAPITVLVM XV.

CVM BONAE. ¶ Acta facta coram iudicib.primis,faciunt fidem coram ſucceſſoribus ex eadē inſtantia: & produci poſſunt noui teſtes primis atteſtationibus perditis, non obſtante publicatione. H.D. ¶ Not.primò ibi,apud priores iudices. iuncta glo. quòd originalia actorū uidentur debere remanere penes iudicem apud quem ſunt confecta: ſed iſtud euenit de facto : quia imo debent remanere penes notarium,ſcđm Ioā.And. in c.qñ.ꝰ. eo.& ſequuntur Imol.& do. Abb.hic,qui ex hoc colligit aliud, quòd ſi originalia inſtrumentorum inueniantur penes alium, ꝗ penes illum,apud quem ſtare debent,nō perdunt autoritatem, & eſt menti tenendum,ſecundum eum,pro quo do. meus alleg.tex. in l.quædam. §. is autem.& §. nihil. ff. de eden. & in l. qui tabulas.& quod ibi not. ff.de fur. ¶ No. ſecundò iuncta glo. de-
2 ciſa ſecundum Hoſtienſ. & alios, quòd † de iure Canonico inſtantia non perit triennio, inducendo ut hic per eos conſiderantes,quòd cauſa fuit coram diuerſis iudicibus,quæ in iudicio nō concludit,quia ſecundum do.meum,hoc ius inſtantiæ non incipit,niſi à litis conteſtatione, l. properandum. in prin.C.de iudi.Vnde potuit differri lit.conte.tantùm,q tempore nunæ commiſſionis non erat elapſum triennium. Dictū tamen eſt uerum in ſe, per cap. uenerabilis. & quod ibi not. ꝰ.de iudi. ¶ No.tertiò, q perditio inſtrumenti, ſiue alicuius ſcripturæ probatur, quando facta diligentia ex authoritate ſuperioris ſcriptura non inuenitur:& eſt unus modus probandi negatiuam, uel perditionem rei, ſecundum Bart.ſing.in l. is poteſt. ff. de acquir.hæred. Allegat text.in l.3.§.Nerua filius,ff.de acqui.poſ. Et hoc eſt uerum ſine dubio,quantum ad ſuccurrendum parti,penes quam ſcriptura non erat,ut teſtes producat: ſed ſi ille, penes quem olim res fuit, uelit probare rem eſſe amiſſam : puta,notarius inſtrumentum,uel mercator librum,oportet,ut probetur cauſa ueriſimilis,per quam probetur perditio: & iſta diligens inquiſitio non ſufficeret, quia potuiſſet rem occultare,ſm Bar.notabiliter in l.ſi quis ex argentarijs.§.ſi.ff.de eden.& Bal.poſt Cy. in l.ſi creditor.C.de pig.actio.Et iſtum tex.ad hœc perpetuò not. ultra oēs Docto.
2 ſm do.meum. ¶ No. quarto,q † ſi non reperiuntur acta,non præſumuntur interueniſſe præparatoria, uel deciſoria.Ad idē c.quoniam. ꝰ.eo.Fallit,niſi partes confiteantur acta interueniſſe.Et per iſtum tex.dicit Bal. hic,q licet, ubi acta non loquuntur nec nos loquamur,d.c.qñ.in ſi.tñ ſi reus non negat, non pōt per alium,cuius non intereſt,iudicium reuocari:& licet per negationem ſiat res dubia,l.3.C.quibus ad libe.tñ per ſilentium nō ſit res dubia,ut eſt caſus mirabilis multum hic, ſm ipſum.Pro quo facit,quod not.Inno.in c.pe.in uerbo, non negauit.ꝰ.de poſtu.præla.ubi qui non negauit,uidetur confiteri. Facit l. de ætate.§. qui tacuit.ff.de interrog. act. ¶ Et ſi diceretur hoc modo in his,quæ nō dependent à uoluntate partium,non ſtatur eorum confeſſioni,c. ſuper eo.de eo,qui cog. conſangui. ux.ſuæ. ¶ Item confeſſio partium ſuper his, quæ ab eis remitti non poſſunt,non probat: ut not. Bart.in l.ſciendum.in j.col.ff.de uerb.oblig.& eſt caſus in ſimili in l.& ſi forte.& ibi Bart.ff.de caſtren.pecu. Not.Ioan.An.in c. qñ. ſuper gl.ſi.ꝰ.eo.cum concor. Modò ſic eſt, q partes non poſſunt renunciare ſolennitatibus,maximè litis cōteſt.iuxta gl.& doct. in c.de cauſis.ꝰ.de offi.deleg.cum ſi.Ergo non uidetur,q ſola confeſſio iſtud probet:cuius contrarium hic expreſſe dicitur. Reſpondet do.Ab.& do.meus, q hic tractabatur de modico, uel nullo præiudicio:nec imminebat peccatum, prout in caſu c.ſuper eo.Poterant enim partes,ſi lis non erat conteſt. denuo ipſam conteſtari.Quinimo totus proceſſus poteſt repeti, ſcđm notabilem cautelam Bartol.in l.mutari. ff. de procu. & plenius.in l.conquerebatur.ff.iudi.ſol.& Imo.in d. c. de cauſis.ꝰ.de offi.dele.& dicit do.Ab.ſe dixiſſe alias,hoc eſt in c.pe. ꝰ.de iudic.Vel,ſm do.meum,poteſt dicere,q hic unà cum aſſertione partium concurrebat etiam aſſertio priorum iudicum.¶ Et ſi tu diceres,ſcđm hoc poſſent partes in prin.cauſæ dicere,habeatur lis pro conteſtata dimiſſa forma, c.j.ꝰ.de lit. conteſt.quia earum confeſſio uidetur poſſe eius uirtutem operari:reſpondeo, q hoc fieri non poſſet:quia eſt data forma à lege.Vnde dicit Bal.in l.iubemus.C.de iudi. q contra formā legis nec iudex,nec partes diſponere pñt.No.Bart.in l.j.ff.de lib.& poſth.& oēs in c.cūm dilecta.de reſcr.Vnde dicit notāter Ang.in l.ſed & ſi quis.§.qſitum.ff. ſi quis cau.per illū tex. in uerbo, ſpecialiter.q non poſſūt partes hīc ꝓ expreſſis ea,ꝗ uigore legis debēt exprimi.Et eſt bonus tex.in c. qui ad agendum.de procu.in 6.Idē Ang.in l.oēs.in prin.C.de pſcr.30. an. ſecus dicens in principe,per illum tex. quem dicit meliorem de corpore iuris.No.Io.An.in c.cum aliquibus.de reſcrip. in 6.& in c.j.de exceſ.præla.eo.lib.& Ang.in l.diuus.§.licet.ff.de iure codi.cum concor.Poſſunt ergo partes cōfiteri,litem fuiſſe conteſtatam,& uidentur ipſam conteſtari:quia hoc non eſt dicere,ipſam ex eo induci,ſed præſumi inductam.Et ſatis dicuntur confiteri, ex quo de ipſa non ſit dubium, per iſtum
3 text. ¶ Not.ultimò,quòd † appellatione tractatus comprehenditur collocutio de aliqua re: quia non ſcribit Papa, ut referatur ſibi, quid fuerit concluſum: ſed quid dixerint partes, ita quòd non eſt neceſſe, ut dicatur aliquam concluſionem eſſe factam. Facit,quod not.per Bartol.in l.multum.C.ſi quis alteri,uel ſibi. & per Scribentes in l. pacta nouiſſima C. de pac. ¶ Sed pone,quòd eccleſia potuit componere, & non compoſuit: nunquid aduerſus emiſſam compoſitionem poſſit in integ.reſtitui? Bald.tenet hic, quòd ſic:dicens, de hoc uideri tex.cum gl.in l.ſi ex cauſa.§.nunc uidendum.in uerbo,ꝓfuere.ff.de mino.dum modò tractatus compoſitionis deuenerit ad concluſionem,ſecundum eum:alias non,per l. eleganter.in princ.ff.de condic.inde. ¶ Extra glo.dicit hic Inn.q ſi Papa mādat alicui, quòd faciat ſibi exhiberi omnes proceſſus alicuius

alienius cauſæ, ſi non eſt facta mentio ab impetrante, quòd lis coram alio pendebat, poſſunt per exceptionem edi, niſi partes eſſent abſolutæ ab obſeruatione iudicij: & ſequuntur hoc omnes, maximè Bald. colligens ex hoc ultimo uerbo, quòd per talem abſolutionem ab obſeruatione iudicij non conſumuntur acta reſpicientia cauſam, cum edi debebant, ni ſi talis abſolutoria eſſet lata per ineptitudinem iudicij. Alleg. l. fiſcus. & ibi Bartol. ff. de iur. fiſci. ¶ Vltimò, dum dixi ſuprà poſt do. meum in 3. notab. quòd perditio probatur facta diligenti inquiſitione, conſidera: quia non eſt differentia inter caſum d. l. ſi quis ex argentarijs. & caſum iſtius literæ: quia ita tenebantur iſti edere acta. Vnde intelligo, quòd hic allegabatur uerisimilis cauſa perditionis.

De teſtib. et atteſtationib.

TITVLVS XX.

SVMMARIVM.

1 *Teſtimonium latum ab eo, qui accepit pecuniam, non ualet, etiamſi uerum dicat.*
2 *Expenſæ debentur teſti, quas fecit, dum teſtificatur.*
3 *Teſtis propter amicitiam non repellitur, niſi eſſet immoderata.*

CAPITVLVM I.

PLACVIT. ¶ Seipſum ſummat, tria cõ
1 nnops. ¶ Not. text. ibi, pretio. quòd † cor-
2 ruptio a per pretium inhabilitat teſtẽ, & procedit, etiamſi fiat, ut uerum dicat: c. nõ ſanè. 14. q. 5. Vnde etiam uerum dicendo non euitat pœnam falſi, l. 1. & ibi Barto. ff. de falſis. dixi in c. licet. ſuper gl. in uerbo, opponi. ſuprà, titul. 1. Et eandem pœnam incurrit, ſi noluit teſtificari: quia propter hoc fuit corruptus, ſecundum Bartol. ubi ſuprà. Sed iſte ſecundus differt à primo: quia teſtificando efficaciter deponit, & probat, ſecundum Bald. in c. 2. circa medium. per illum text. ſi de inueſti. inter do. uaſal. lis ori. quod intelligit do. meus hic, & bene, ſiue deponat pro illo, contra quem, ut non deponeret, rogabatur: ſiue pro ipſo rogante. quia delictum commiſſum in fraudem teſtimonij ferendi non tollit effectum teſtificatis, ut per Bartol. in l. 1. §. cum quis. ff. de quæſt. etiamſi illud delictum ſit culpa, uel dolo teſtis. c. inquiſitionis. & ibi do. Abb. & alij, j. de accuſ. cum etiam natura teſtimonij ſit, ut extendatur ad utranq; partem, ut per gloſſ. in c. fraternitatis. j. eod. tum etiam, quia eius dictum uidetur approbatum ex toto à parte, quæ uoluit eum non obſtante corruptione cogi: & ponderat hic do. Abb. tex. in uerbo, pretio. quia nõ dicit, Prece. Ex quo infert, quòd teſtis rogatus ut teſtificetur, non dicitur corruptus. Et ita intelligit c. quoties. j. eod. Benn facit, quod not. Bald. in c. licet. ſ. tit. proxi. dum dicit, teſtem non dici ſubornatum, ſi fuit rogatus, uel monitus, ut per uerba congrua loqueretur. Et ibi dictis circa hoc adde Bald. idẽ tenentẽ in l. fi. in ult. col. C. ſi ex falſis inſtr. Ex iis etiam infert do. Abb. quòd teſtis nõ citatus, ſed productus à parte, nõ dicitur ſuſpectus. De quo latiùs dicet in c. ſeq. uerſi. extra gl. ¶ Et limita iſtum
2 tex. quo ad pretium, niſi † teſtis reciperet expenſas, quas facit in eundo & redeundo cauſa teſtificandi, ſecundum omnes hic, per c. ſtatutum. in fine. de reſcript. in 6. & l. quoniam liberi. C. de teſtib. Idem ſignanter dicit Bald. hic, ſi aliquid daretur teſti in recompenſatione operarum, quas perdit. Et ſubdit Bald. hic quòd in cauſa inquiſitionis, in qua non eſt pars, ſatisfaciet reſpublica de mandato iudicis, per leg. cum nauiculariorum. C. de nauicula. lib. 11. Vnde hoc mandabitur maſſario communi, ſecundum ipſum. Etſi teſtis itinerans ad teſtificandum, ſpoliatur à latronibus, non recuperat damnum à producente de rigore iuſtitiæ, ſed de curialitate bene poſſet producens emendare damnum: nec infringitur teſtimonium, ſecundum Bald. hic: allegat leg. inter cauſas. §. non omnia. ff. mandati. & leg. ſi ſeruus. §. quod uerò. ff. de furt. Quæ omnia intellige, dum modò in illis reformationibus expenſarum, uel damnorum concurrat ſcientia iudicis, ne fieret fraus huic decreto, ſecundum Hoſtienſ. & do. Antoni. hic. ¶ Subdit etiam
3 Bald. hic, quòd † teſtis propter amicitiam
* non repellitur, niſi ſit immoderata, * per l. ſciendum. ff. de uſur. quod erit in arbitrio iudicis, ſecundum ipſum: & facit quod no. Cy. & Sali. in l. exigendi. C. de procura. & do. Ant. & Imo. in c. fin. ſuprà, de poſtul. & Bald. in l. ſi iure. C. de manu. teſta. & dom. Anton. in c. coram. ſuprà de offic. delega. & Imol. in l. ex falſo. §. ſi quis rogatus. ff. ad Treb. cum concord. & in amicitia immoderata inter coniuges, ſecundum Bald. hic per leg. præſenti. C. de his, qui ad eccleſi. confug. Idem dicit de concubina. ¶ Vltimò, quod dicitur hic de ieiunio, eſt conſilij, non præcepti. ſecundum omnes hic poſt gloſſ. Dicit tamen Bald. hic, quòd teſtimonium ebrij non tenet per l. reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de pœnis. Item non poteſt facere teſtamentum, ſecundum ipſum, inſpecta tamen qualitate ebrietatis. Et alia, quæ ſunt facienda ieiuno ſtomacho, ponit gloſſ. 1. in capitu. ſacramenta. de conſecrat. diſtin. 1. Et dicitur ieiunus facta digeſtione, etiamſi non dormierit, ut ibi. Et ualet conſuetudo, quòd tales actus fiant à non ieiuno, ut ſentit gloſſ. in cap. decreuit. 27. q. 5.

a *Corruptio*] *Adde, quòd idem tenet hic Ioan. de Imo. in princi. & in l. diuus. ff. de re iudi. in princip. & ibi Bart. in 2. col. in uerſicu. quæro, quid. & dic, quod hoc uerum eſt, etiamſi pars ſponte offert. Iac. de Bel. in authen. ut iudi. ſine quoque ſuffra. §. 1.*

* *Immoderata*] *Adde Angel. in l. ſciendum alleg. in tex. & Alex. in l. ſi quis ex argentarijs. §. 1. ff. de edẽ. & plene in conſil. 78. p. 1. & conſil. 42. p. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Geſta contra legem, an & qualiter ſint nulla.*
2 *Omiſſio ſolemnitatis, quæ debet ſequi poſt actum, non uiciat ipſo iure.*
3 *Teſtis examinatus parte non citata nullum facit indicium. Deinde ponit quinque declarationes ad text. huius c. quas uide hic, & nume. 4. 5. 6.*
7 *Iudex uolens informari ſuper notorio, uel ſuper fama, poteſt recipere teſtes parte non citata.*
8 *Item, quando teſtes reciperentur ad informationem ſuperioris ſuper habilitate, uel inhabilitate electi.*
9 *Item, quando proceditur per uiam inquiſitionis. Quibus caſibus iudex poteſt recipere teſtes parte non citata.*
10 *Reliquos caſus adde, prout habentur numero hoc & ſequentibus, 11. 12. 13. 14. 15. 16. & 17. In quibus omnibus non eſt opus citatione partium ad teſtium receptionem: quos caſus omnes huic ſummario inſerere magis eſt laborioſum, quã utile. Pars debet teſtes audire iurare, non autem debet intereſſe eorum examini. Poſt num. 17. uerſi. in gloſſ. in uerbo, audire.*
18 *Iudex examinans teſtes, ſi ſciuit de ineuitabili impedimento citati, examinatio eſt ipſo iure nulla.*
19 *Quid ſi impedimentum citati non comparentis non fuit iudici notum. & num. 20.*
21 *Citatio ad uidendum iurare teſtes, an debeat eſſe peremptoria.*
22 *Citatio peremptoria an requiratur ad ferendam interlocutoriam.*
23 *Teſtis reputatur ſuſpectus, quando ſe offert non uocatus, niſi iudex eum admittat ex officio: tunc enim depoſitio eius ualebit. nume. 24.*
25 *Teſtis ſi producitur non citatus, an probet.*
26 *Iudex quando examinat teſtem non productum, an ualeat eius depoſitio.*
27 *Teſtis præſumitur rogatus à parte in dubio.*
28 *Citatio an ſit neceſſaria, quando ſciente parte eſt datus terminus alteri parti ad producendum teſtes: & concludit, quòd ſic.*
29 *Fallit in tribus caſibus, ut nu. hoc & uerſic. fallit ſecundò. & nu. 30.*
31 *Citanda an ſit pars in productione inſtrumentorum.*
32 *Citanda an ſit pars in productione articulorum? & concludit, quòd ſic, reprobatis opinionibus contrarijs.*
33 *Citari an debeat procurator, an uerò dominus, ad uidendum productionem teſtium. De hoc ponit tres caſus. Vide num. 34. & 35.*
36 *Procuratores duo dati in ſolidum cum clauſula, quòd non melior ſit conditio occupantis, & unus eſt conteſtatus litem, & alter producit teſtes, an talis productio ualeat.*
37 *Teſtes ſi citati ſunt ad diem non iuridicum, parte eadem die citata ad uidendos eos iurare, & non illa die, ſed ſequenti iurant in abſentia partis, non ualet receptio talis iuramenti.*

CAPITVLVM II.

IN nomine. ¶ Nulla eſt receptio teſtium facta contra non citatos. H.D. Ex notabilibus Doct. nihil eſt opportune addendum: ideo omitto, exceptis duob.
tacitè pronunciatur & difficile inueniretur actus, ſecundum
eum, per quem uideretur tacitè pronunciari ſuper articu. quo
non eſſet actus præiudicialis, & requireret citationem, ut hic
33 per ipſum, & ben. ¶ Sextò quæritur, utrùm † ſufficiat in caſu
huius decretalis, quòd citetur dominus, & nō procurator, qui
fuit litem conte. et hoc eſt et utile ad alios actus. Et ex dictis
Doct. hic et aliis facias tres caſus. ¶ Primus eſt, qñ dñs nō citatus
nō cōparuit: et tunc actus inde ſequēs eſt nullus, tanquā
factus cōtra nō citatū. Ita notant Ibi. And. Bald. do. Ant. Imo.
et do. Ab. hic, et Bar. Imo. et Roma. in l. furioſo. ff. de re iud. et
Bal. in l. initiari ad fi. ff. de pcur. et in l. j. C. ſi aduerſus rē iud.
et in l. pcur. per illum text. C. de procur. et Bar. et Bald. in l. j.
C. de ſen. et Bal. in l. ſi quando in 8. q. C. de teſti. et in l. ſtatutis
prope fi. C. de ſen. ex breui. reci. per rationem l. j. C. de ſent. et
quia dñs non cogitur inuitus cōparere, niſi ex cauſa. l. j. C. de
procur. c. j. de iudi. in 6. et facto procuratore exonerauit ſe de
cōſilio legis, l. j. §. uſus. ff. de procur. Et illud limitat Bald. hic,
niſi procurator nō uellet cōparere, allegans §. ſi uero aliquis.
Inſtit. de ſatiſd. et c. j. §. ut lit. non cōteſt. et ibi dixit ſe dixiſſe.
34 ¶ Secundus caſus † eſt, quando dñs taliter citatus ſponte cōparuit,
& dicit ſententiā uel receptionem teſtium tenere, ſecūdum
Bart. & alios in dictis locis: & Bart. in l. ſi procuratori
præſenti de uerb. obli. Et dicit hic do. Abb. ſe allegare optimum
tex. in c. ſi quem cum glo. in uer. ſiue poteſt. de procur. in
6. & ipſum alleg. Bart. in d. l. initiari. Et ſic diceretur, quòd dñs
inuito procuratore non pōt eum priuare facultate proſequēdi
cauſam, c. quāuis de pcur. in 6. d. l. 1. C. de pcuratorib. in quo
multū inſtat hic do. meus, & eſt obiectū Imo. licet non dicat,
in d. l. furioſo. Dic, q Doct. hic, & Bar. in dictis locis hoc idem
uolunt, dum dicunt, q ſufficit pcuratorem non contradicere.
Alleg. l. quæ omnia in princ. ff. de procur. & expreſſe habetur
35 in d. c. ſi quem cum gl. ¶ Tertius † caſus eſt, qñ apparet teſtes
fuiſſe receptos, uel ſententiā latam in caſu prædicto præſente
domino: non tamen apparet, quòd fuerit præſens ad hoc;
an ualeat? In quo dic, ut per Bart. in d. l. furioſo & in d. l. ſi
procuratori & Bald. in l. ſtatutis in fin. C. de ſenten. & Imo. hic
concludentem, quo ad ſententiam, q ſi dominus fuit citatus,
præſumitur in dubio fuiſſe præſens, ad hoc ut ualeat ſententia,
aliàs non ualeat, ſi feratur contra dominum, arg. l. filius
familias. §. inuito. ff. de procu. & no. in c. in Geneſi de elec. per

Inno. ubi in præiudicialib. taciturnitas nō
* nocet: * ſecus, ſi in eius fauorem ſit lata:
quia tunc præſumitur conſentire, ſi fuit
præſens, l. qui patitur. ff. manda. Ex quo dicit
hic Imol. bene no. quòd præſens in actu
iudiciali, ſi taceat, non ſemper habetur pro
cōſentiente: quod uidetur contra notata
in l. j. C. de rela. Sed potes dicere, ſecundū
eum q illud habet locum, quando quis poterat
cogi eſſe in iudicio: ſecus quando non
poterat cogi, prout hic: q no. ſecundū eum.
Cui adde, q ſi notarius ſcripſit eum fuiſſe
præſentē, ualet ſententia & receptio teſtiū.
Ita dicit Bald. in l. ſtatutis. in fi. & dicit hoc
eſſe per illam notabilē l. cum uidēdimus. §.
fi. ff. de fideicō. tut. Quod uidetur cōtra prædicta,
niſi ſuſtinendo iſtā ſingu. illationem
Imo. dicas ad illum §. fin. prout reſpondet
Ro. in l. j. in prin. ff. de uerb. obl. & ibi alij
Senioētes. ¶ Septimò quæritur circa prædicta,
36 ſi † eſſent duo procuratores dati in ſolidū
cū clauſula, q non ſit melior conditio
occupantis, & unus eſt cōteſtatus litē, & alter
pducit teſtes, an productio ualeat? Dubium
facit tex. in c. ſi duo. de procur. in 6.
ubi ſtante iſta clauſula, nō impedit ſe alius,
quādo unus eſt litē conte. niſi ille impediatur.
Tū dicas, q etiam ceſſante impedimēto
primi actus, factus ſecundò, parte nō opponente,
ualet, ſecundum Ioan. And. & do.
Abb. hic. & ratio eſt: quia ſe altero præoccupante
alius. eſſet ſtatim remouendus, nō poſſet
primò impedito ſubſtituere uigore mādati,
& tamen poteſt, d. c. ſi duo. Ergo remanet
habitus mādati. Eſt uerū, q ſi pars opponat, nō admitteretur
actus, q ſit ab illo ſecūdū prædictos. Ex quo ultimo dicit Bal.
in l. ſi qñ in 8. q. C. de teſti. q licet alius nō deſinat eſſe funditus
procur. p occupationē alterius, tamen apud ipſum nō eſt integrum
exercitiū contradicente aduerſario. Quod dicit eſſe ualde
notabiliſſimū. Et ſubdit hic Imol. q dñs ratificando poteſt
talia geſta ualidare, ſicut dicitur de geſtis, etiā à carente penitus
mādato, in l. licet. C. de proc. etiā cōtradicente aduerſario,
ut hic per eum, q uidetur mirari de aliorū loquacitate, & be-
37 ne. ¶ Vltimò ſcias, q † ſi teſtes citati ad diē non iuridicū, parte
citata eadē die ad uidendos eos iurare, non illa die, ſed ſequenti
iurant in abſentia partis, non ualet receptio huiuſmodi
iuramenti. Ita notant domini de Rot. deci. 167. incip. Item
ſi teſtis. in nouiſſimis, niſi prorogatio illius diei fuiſſet facta
pñtibus partibus, ſecundū eos. Quod no. ¶ Itē ſcias, q ſi pars
fecit examinari teſtes, nō ſeruata forma huius capituli, poterit
iterato eoſdē producere ſuper eiſdē capitulis, etiāſi depoſitiones
fuiſſent publicatæ. Ita eleganter dicunt do. de Rot. deciſ.
374. quæ incipit, Item ſi ad inſtantiā. in nouiſſimis. Nō obſtat
timor ſubornationis: qa aut dicent id, quod priùs, & apparet
de non ſubornatione: aut dicunt contrarium, & non probant
tanquā contrarij ſibi ipſis, c. licet. E. tit. proxi. ſecus, ſi extra
articulos, ſecundum ipſos. Quod bene nota.

** Taciturnitas nō nocet.] Adde ad hoc Roman. ſing. 489. incip. ſuperior Inn. in d. c. in Geneſi. An. conſ. in ſuo ſing. in lit. T. in uer. Taciturnitas. & Lo. Rom. cō ſil. 493. in caſu conſultationis. nu. 3. Adde tamen, quod fauore piæ cauſæ & eccleſiæ, taciturnitas cōſenſum præiudicatiuum tacenti inducit. Auth. ſi ſeruus ſciente. C. de epiſc. & cler. & c. ſi ſeruus ſciente. 45. diſt. in. Rom. not. conſil. 31 t. in caſu propoſito. c. l. 2. uerſic. cæterum quod fauore. & idem in l. quæ dotis colum. ult. uerſic. prima, quod illud etiam fallit. ff. ſol. matrimon. & Socin. conſil. 291. incipi. Viſis literis nu. 30. lib. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Mulier poteſt de iure canonico eſſe teſtis in cauſa ciuili & criminali ciuiliter mota.*
2 *Quod tamen fallit in caſu c. ſi quis teſt. ſunt neceſ. in uſ. feud.*
3 *Item fallit in teſtamentis.*
4 *Item fallit in teſtimonio, quod requirit ſcripturam priuatam.*
5 *Mulier licet certis caſib. poſſit teſtificari, minus tamen probat, quàm maſculus: Vnde data paritate teſtium, præualet teſtimonium maſculorum.*

CAPITVLVM III.

QVONIAM. ¶ Mulier teſtificatur contra clericum, quando de crimine ciuiliter agitur. H. D. Et uide nouiſ. no. Fede. ita intelligentem text. conſil. 23. incip. Titius electus in prælatū & Arch. in c. ipſi Apoſtoli. circa prin. 2. q. 7. & in ſumma ea. q & cā, & dicit in c. ex parte Adæ. infrà eo. Et qñ particeps, uel ſocius criminis admittatur,

tatur, uide Bart. & alios in l.fi. C.de accuſ. & dicitur infrà eo. ueniens el j. Et quando, ex uno loco ad alium poſſint teſtes trahi, dicetur in c.cùm cauſam el ſ. j. eo. ¶ Et illum text. dicit hic Bald. ualde ſingularem in uerbo, aliquid quòd modicum conferentia ad cauſam dicuntur pertinentia. Ad idem allegat l.3.§.additis itaq. in uerb. modica data occaſione. ff. de fideicom.lib. per quam dicit probari, quòd illud, quod modicam occaſionem præſtat, aliquid eſt: & per illam l.dicit Bald.in c.per tuas ſuprà titu.j.quòd quandoque leuis occaſio eſt magni ponderis. ¶ Et per illum text. colligit hic dominus meus in eo, quòd non ſolùm uocantur, qui plene ſciunt, ſed etiam, qui aliquid ſciunt, adeò quòd ad probandum indicium uocantur etiam de prouincia ad prouinciam: quod eſt bene notandum & intelligendum: puta, quando non eſt ſufficiens copia integrorum teſtium: quia multa ſimul iuncta inducunt probationem, ut dixi in c. cùm cauſam ſuprà tit. j. ¶ Gloſſ.j.in fin. Et

1 ita teneas, quòd † de iure Canonico poteſt eſſe mulier teſtis in cauſa ciuili, etiam in criminali ciuiliter mota, ✱ ut hic: & c. tam literis infrà eod. ſecus in cauſa criminali criminaliter mota c.mulierem & ibi gloſ. 34.q. 5.& c.forus ad fin.& ibi gloſ.& domin. Abb.infrà de uerb. ſign.& gloſ.& omnes ✱ hic: & Spec.in titul. de teſte in §.4. in 16. colum.uer.item quod eſt mulier & plenè Hoſtienſ. in ſumma huius tit.§.quis poſſit eſſe teſtis, niſi in caſu c.tanta infrà de ſymo. De iure autem ciuili non eſt prohibita mulier, nec in cauſa ciuili, nec in criminali, ſecundũ Spec.ubi ſuprà & gl.præallc. & de cauſa criminali probatur in l.3.§.l.Iulia.ff.de teſti.ubi in accuſatione legis Iuliæ de ui publica repellitur à teſtificando mulier ſui corporis quæſtum faciens. Ex quo apparet, quòd non infamis non repellitur: quia ſi repelleretur, non oporteret, quòd haberet illam qualitatem infamiæ. Non obſt. l.in quæſtionib. in uerbo, etiam. ff. ad l.Iul.maieſtat. quia loquitur de muliere infami, ut oſtendit exemplum ibi poſitum & ſentit Bart. ibi. Et tunc illud etiam implicat, quòd nedum maſculi infames admittuntur, ut l.famoſi.cod.tit.ſed etiam fœminæ infames. Refert tamen Ioan. And.in d.uer.item quòd eſt mulier. Iac.de Are.tenuiſſe, mulierem in cauſa criminali non admitti de iure ciuili, inducendo à fortiori id, quod de teſtamento infrà dicetur: & rationem c.forus infrà de uerb. ſign. Sed ipſum non ſequitur Ioan. And. dicens communem ſeruari in practica, & eſſe æquum, ubi aliter ueritas haberi non poteſt: & probatur in l. ex eo.ff. de teſti.canonizata 15.q. 3.ex eo.& illud ſequitur domi. Abb. hic, & Ioan. de Imol.in l.qui teſtamento.§.mulier. ff. de teſta. & ſic intellige gloſſ. ultra ipſos in c. 2. in uerb. prohibente de iudic. in 6. ut loquatur de iure ciuili, in quantum ſentit mulierem poſſe teſtificari in cauſa criminali criminaliter mota: & ita ipſam ſaluant Ioan. And. & Domi. ibi. Et unum conſidera, quòd omnes prædicti faciunt differentiam inter canones & leges. allegant d.l.ex eo. & tamen illa lex eſt canonizata, ut dixi. Vnde non uiderentur leges & canones differre. Sed reſponde ex eo, quòd not. gloſ. in uerb. tractatus poſt medium, de re. eccl.non alie.in 6.& ibi Dom. in 4.colum. uer.bene not. ¶ Quòd autem dicitur, mulierem in cauſis ci-

2 uilibus poſſe teſtificari, fallit † primò in caſu c.pen. in fin.quot teſtes ſint neceſſarii ad prob. inueſtit. in uſibus feu.& ita no.ibi Bald.per illum text.in uerb. præter fœminas. ¶ Fallit ſecundò in teſtamentis, ✱ l. qui in teſtamento. §. mulier. ff. de teſta. & §.teſtes. Inſtit.cod.tit. Sed iſtud non procedit in codicillis, ✱ ſecundum Spec.& Ioã. And. in d.§.j. uer.quid de codicillis, quia non eſt in eis tantum periculum, prout in teſtamentis quia non eſt ibi hæredis inſtitutio.

3 ¶ Item † non[a] procedit in teſtamento inter liberos, ſecundum gloſ.in authen. quod ſine.C.de teſta. & no.Bald.ibi, & Bart.in l. hac cõſultiſſima.§.ex imperfecto, in fi.C.de teſta.& Imol.in d.§.mulier & Bal. & Roma. in locis ſtatim allegandis. ¶ Quid autem in teſtamento ad pias cauſas? Dic, quòd poteſt eſſe teſtis, ſecundum Angel. conſil. 23.& Bald.in repet.l.j.in 6.char uer. ſecundum eſt du omni. C. de ſacroſanct. eccleſi. Et licet dicat iſtam quæſtionem multùm ſubtilem, tamen dicit indubitatum de iure Cano.quòd ualeat teſtamẽtum, per c.cùm eſſes.& c.relatum.infrà de teſta. Vide tamẽ Ro.in repet.authen. ſimiliter. in 16.priuilegio ultimarum uoluntatũ. C.ad l. Falci. ubi tenet contrarium, allegando Fede. in conſilijs, & quaſdã rationes ſatis fragiles: quibus reſponderi poteſt ex dictis Bal. ubi ſuprà quem non uidetur uidiſſe, maxime tenẽdo, qđ ipſe dicit de iure Canonico. ✱

4 ¶ Fallit † tertiò in teſtimonio, quod requirit ſcripturam priuatam per ſubſcriptionem: quia illi ſubſcripti debent eſſe maſculi, ſecundum Bal.in ſcripturas.C.qui potio. in pig. ha.per illum text. in uer. trium uirorum. Facit, quod not. Bar.in ſimili, in l. j. per illum text.in uerb.uirorum. ff.de legi. Poſſet tamẽ de hac fallentia dubitari, quia non habet in ſe ſpecialem rationem, & quãuis lex, ſcripturas. dicat uirorum. illud eſt ratione maioris frequentiæ, quia ut plurimum fœminæ neſciunt ſcribere, nec interſunt contractibus, & ideo uidetur poſſe extendi ad mulieres, prout extenduntur iura loquentia de uno caſu ratione maioris frequentiæ ad alium caſum non ita frequentatum, habentem tamen eandem rationẽ, iuxta glo.in uerbo, præſidentes. in fi. cle. 1. de reſcri.& ibi Imol.poſt do.Ant. Facit, qđ no. glo.in l.j.C.de rap.uirg.& Ioan. And.in Spec.tit.de locato.§.1.poſt prin.cum ſimilib. Nec obſt. d.l. j quia cùm condere legẽ eſt iuriſdictionis, meritò prohibetur fœminis, l.fœminæ.ff. de reg. iur. Poteris tamen cogitare. Et adde, quæ dixi in c.licet.primò, in 2.nota.j.de teſti. ¶ Et not. q̃ † licet

5 his caſibus mulier poteſt teſtificari, tamen minus probat, q̃ maſculus. Vnde ſi ex una parte ſunt duo maſculi, ex alia duæ fœminæ, præualet teſtimoniũ maſculorũ ſecundum do.Abb.in d.c.forus.ad fi. per illũ tex. & Bal.in l. fi.per illũ tex.ff.de fi. inſtru.& Spec.in tit.de teſte.§. poſtquã.uerſi.porro. Bene facit d.l.10 quæſtionibus. oſtendẽs maioris eſſe fidei maſculos, quam fœminas. Et ideo dicit Bal.in l.j.per illũ tex.ff.de ſenato.q̃ ſi diſcordant maſculus & fœmina patroni in præſentando, præfert præſentatus à maſculo, quod intelligendũ, dũmodò habeant ius æquale in præſentando, ſecus, ſi inæquale, put habet maritus in patronatu ſibi iure fructus pertinente ob dotẽ uxoris, ut in de Rot. concluſi.403.in prin.in nouiſſimis, p id, quod de tutore & pupillo not. Ioã. And.in c.ex eo.de elec.in 6. Quod aũt dixit do. Abb.in d.c.forus.limitarẽ, niſi fœminæ ſtarent pro reo, ꝓpter. gl.in c.clerici.81.diſt.cum his, quæ dixi in c.ex literis.ĩ.xx.1.

✱ Ciuiliter mota]. Adde ad hanc materiam Iaſ. in l.j. C. de ſum. trin. in fin. & Caſtr.conſ. 195. & antea. 117. & Alexan. conſil. 170. par. 7. & conſil. 11. part. 1. ubi etiam quid in crimine leſæ maieſtatis & in conſil. 19. & 99. in ca. 1. par.

✱ In teſtamentis]. Adde Alexand. conſil. 176. part. 2. & conſil. 86. part. 4.

✱ In codicillis]. Adde Socin. conſ. 335. incip. Viſa contingentia facti uerſi. non ob. ſi tertio loco dic, item poſſunt eſſe fœminæ in 2. part. & intellige, ſi ſit literata, ut ſi ſubſcribat in eis ſententiam Bald.in l.fin. C. de codicil. ut. tamen Bart. contra in l.in malis. ff. de his.hom.

a Item non]. Adde an hoc habeat locum in filijs naturalib. aut ſpurijs? Vide per Bald. & Ang.in l. hac conſultiſſima. §.ex imperfecto. C. de teſta. & ibi do. Alexan. in 2. col. Adde etiã, an hoc habeat locum in teſtamẽto matris? & quod in naturalibus ſuis? Vide per do. Alexandr. d.§.ex imperfecto. Adde etiam an d. §. ex imperfecto. habeat locum inter filios & filias, quæ dotatæ erant, & ex forma ſtatuti excluſæ? do. Alex. in d.§. ex imperfecto.

✱ Iure canonico]. Adde quòd in cauſa matrimoniali. & dic quod in hac cauſa mulier admittitur in teſtimonium ſaltem quãdo agitur de matrimonio probando. & ſuper eo.d. 2.infrà eo.tit. & iſti communis ✱ opinio quæ ſeruatur in practica. ut per Abb. d.c.ſuper eo. in 3.not. & habetur in c. uidetur. 35.q.6.

SVMMARIVM.

1 Numerus quando creſcit ex unitatibus, uel non.

2 Diſpoſitio legis generalis in materia prohibitionis reſtringitur, ut non ſequatur abſurditas, uel legum correctio.

3 Peccare an dicatur, quem lex humana excuſat.

4 Deinde ſubiungit, qualiter textus huius c. debeat intelligi, & nu. 5.

6 Iurans in ſupplementum probationis, iurat tanquam ſciens, & ideo debet eſſe cautus.

CAPITVLVM IIII.

INOMNE. ¶ Vbi agitur de correctione, uel impediendo peccatum poteſt quis computari in numero teſtium. H.u.D. Idẽ ubi defertur iuramentum in ſupplementum probationis, ſecundum decisi.do. Ab. ¶ In tex.ibi. efficiuntur tres. Not. ſecundum Bald. hic. q̃ numerus ex unitatibus creſcit, quod dicit uerũ, ſi uniantur in unam concluſionem: ſecus,

ſecus, ſi ſtent diuiſe: & dicit eſſe gloſſ. ſolennem in l. ubi fide-
1 iuſſor. ff. de ſolu. Vnde † non dicitur [a] condemnatus in 20. ille, qui in una cauſa eſt condemnatus in 10. & in alia in alijs 10. Quod eſt utile ad ſtatuta terrarum, ſi fortè banuitus in 20. poſſet impunè offendi, ſecundum ipſum. Adde Bart. dicentem ſe ita reſpondiſſe, in facto in d. l. ubi fideiuſſor. Idem Bart. in l. 2. §. j. ff. de condi. inſtit. & Bald. in l. ſancimus. §. ſi quis autem el j. C. de dona. & Ang. in l. ſi quis ſeparatim. §. j. ff. de app. et in l. quoties in ſtipulationib. et in l. ſcire debemus. ff. de uerb. obli. et Bald. in l. nam et ſi fur. §. ſi. ff. ſi cert. pet. et Imo. in l. ſi quis in teſtamento in princ. ff. de lega. j. et Pet. de Anch. et Imo. in c. pen. infrà de dona. Et ibi dicunt, quòd ubi adunatio ſummarum induceret odium, ut in q. noſtra, non ſit talis adunatio: ſecus, ubi induceret fauorem, d. l. ſi quis ſeparatim et meliùs facit l. ſi plures. §. pen. ff. de pact. et probatur in d. cap. pen. de dona. et eſt doctrina Ioan. And. in c. 2. eo. tit. et Bart. in l. ſi idem. ff. de iuriſd. om. iudi. et ibi uide Ro. et alios, et quod in pulchra quæſtione not. do. Abb. in c. ad Apoſtolicam in 2. colum. infrà de reg. ¶ In text. ibi, in omni iuncta gloſſ. collige,
2 quòd † diſpoſitio legis generalis in materia prohibitionis reſtringitur, ut non ſequatur abſurditas, uel correctio legum. Facit c. ſolitæ poſt princ. ſuprà de maior. et obedi. et l. ſcire oportet. §. alius. ff. de excuſ. tut. Et ideo dicit Bald. in l. 2. §. quia ait. ff. qui ſatiſd. cog. & in l. j. ad fin. propter gloſſ. ibi, C. de fide inſtru. quòd ſi ſtatutum dicit, quòd in aliqua cauſa ſufficiat qualiſcunque probatio, intelligitur, ſcilicet idonea. Not. Bart. in l. 3. poſt glo. C. de conuen. fiſci deb. lib. 10. Et de hoc uide per Bart. et alios in l. j. §. nunciatio, ff. de oper. no. nunc. et Bart. Bald. et Salic. in l. j C. de ſacroſanct. eccle. et Bald. in l. j. ff. de teſta. mili. et in fi. et in l. ita nobis. C. de adulter. et in rub. C. qui accuſare in ult. colum. et latè Ang. in l. non eſt nouum. ff. de legib. In quibus habes, quando uerba generalia recipiant reſtrictionem de habilitatis. Facit gloſſ. in uerb. omnes in cap. ſi uerò el j. infrà de ſentent. excommu. et text. in c. j. in fin. de iureiur. in 6. & glo. in l. j. in uerb. utilem et ibi Bartol. ff. de eo, quòd certo loco et quod not. Bart. in l. diuus Traianus. ff. de teſtam. mili. et in l. j. §. et parui. ff. quod ui, aut clàm et glo. j. in uerbo, eorum in cap. ut circa de elect. in 6. et gloſſ. j. in uerb. nemo infrà de fi. et gloſſ. in §. opponitur de pœn. diſt. j. et in c. dilecto de ſentent. excommu. in 6. et in c. j. 70. diſt. in c. ecce 95. diſtin. et in c. aliqua infrà de conſec. eccle. uel alta. et in c. ſi Romanorum in uerb. diuerſis. 19. diſtin. et ibi per Domi. et plenè Imol. poſt domi. Auto. in c. j. in 7. colum. propter gloſ. in uerb. ab omnib. ſuprà de conſtit. et Oldr. conſi. 278. ad fi. uer. et ulterius ſæpe comparatum eſt, cum ſimil. ex quibus fieri poſſet longa repetitio: et eſt materia, in qua ſufficienter ſe ampliauit Rom. in repeti. l. ſi uerò. §. de uiro. ff. ſolu. matrimo. faciendo illas fallentias, in quibus lex generalis loquens etiã cum uerbis uniuerſalibus recipit reſtrictionem per alia iura: et eſt materia ſine fine. Dicas tamen, quòd ubi non eſſet contrarietas aliorum iurium, iſta uerba prægnantia augmentant diſpoſitionem. Patet ex eo, quod ſcribit eleganter Ang. in l. quòd ſi nolit. §. ſi quid ita. ff. de ædil. edict. dum dicit, quòd ſi quis dicat, promitto Titium præſentare toties, quoties et quãcunque mandatum fuerit: operabuntur iſta uerba etiam poſt ſententiã. Et ita limitatur l. Græcæ. §. poſt litem. ff. de fideiuſ. Facit gloſſ. in clem. j. in uerb. quamuis de re iud. et in clem. 2. in eo. uerb. de rebus eccleſi. non alien. et in l. 1. in uerbo, quacunque cauſa. C. de ſer. fugit. Vnde dicunt domi. Cardinal. et Imol. in c. quia diligentia ſuprà de elect. quòd bannitus reſtitutus per uerbum. Pleniſſime recuperat bona per fiſcum alienata. Et dicit Domi. in c. decet. in 3. colum. de immu. eccle. in 6. quòd priuilegia, uel ſtatuta, in quibus datur poteſtas a-

a *Non dicitur*] *Adde ad iſta: pone, quod iudex in ſententia dixit, condemnamus T. titium in 20. libris: & poſtea dicit 10. pro percuſſione in facie, & 10. pro percuſſione in brachio, an dicatur condemnatus in 20. ad hoc, ut poſſit offendi impunè? Bart. in l. ubi fideiuſſor. ff. de ſolu. tenet, quòd non poteſt offendi, quia nõ dicitur una condemnatio. Adde, iudex dicit condemnamus Titium in 10. lib. quas ſi non ſoluerit, intra decem dies, condemnamus ipſum in 20. Dic, quòd iſto caſu, ſi non ſoluerit, intelligitur cõdemnatus in 20. libris: & ſic poterit impunè offendi. de quo uide per. Scribentes in l. 2. §. j. ff. de excuſ. tut. & Bart. in l. 2. ff. de publ. iudi. in j. o limi. in uer. circa hoc.*

gnoſcendi de omnibus cauſis, comprehendunt quaſcunque. Ita dicit probari ex dicto Ioan. Andr. ibi. Similiter dixit Salic. in l. ſi ſerui noſtri. C. de noxa. Et quòd ſi ſtatutum punit occidentem aliquem quouis modo, uel qualitercunque, comprehendet homicidam ex lata culpa, licet aliàs intelligatur ſolùm de doloſo: ut not. domi. Cardina. & Ana. in cap. lator. infrà de homi. & ibi dixi. Et iſta not.
3 pro nunc: de quibus aliàs latiùs. ¶ In † text. ibi, ſi peccauerat. nota. quia loquitur conditionaliter: & ideo dicit hic Bald. quòd ille, quem lex humana excuſat, non peccat, facit cap. qui peccat. 23. quæſt. 4. & l. Gracchus. C. de adult. niſi fortè ſit lex contraria legi diuinæ, ut ſi lex humana dat cauſam delinquendi: quia non excuſat à peccato. Allegat Bald. in cap. fin. de præſcrip. Aliàs autem legum ſanctiſſimarum ſubtilitates excuſant à peccato, ſecundum ipſum late & eleganter hic. Adde domi. Abb. in cap. cùm eſſes. infrà de teſta. ubi dicit, quòd illud cap. qui peccat. intelligitur authoritate legis Canonicæ, non ciuilis. Sed intellige, ut prædixi, & adde gloſſ. in cap. inter hæc. 33. quæſt. 2. quam etiam in propoſito notat. domi. Abb. in d. c. fin. in 4. col. infrà, de præſcrip. & in c. ueniens. el 2. infrà de ſponſ. ¶ Quòd autem leges dicantur promulgatæ diuinitus, in c. ſi. 16. quæſt. 3. intelliguntur de iuſtis. Et quare dicatur Diuinitus, cùm ſint humanæ, uide Domin. poſt alios in cap. 2. in 1. oppoſitione, de præſcript. in 6. & iſta proſequere & diffuſè per Pet. de Ancha. in regula, poſſeſſor. in 1. char. de reg. iur. in 6. & in diſputatione, Bononienſi ſtatuto. cum ſimilibus. ¶ In text. ibi, inter te. Colligit hic Bald. quòd in perſonam facienda eſt denunciatio: & allegat l. cùm à te. ff. de ui & ui ar. & ideo non poteſt fieri ad domũ, ubi nullus habitat. Idem ſi habitet infans, uel ſurdus: quia requiritur in omni denunciatione aliqs, qui intelligat. Allegat textum, quem dicit aureum, in l. cuilibet. in uerbo, intelligenti. ff. de noui ope. nun. ¶ In text. ibi, eccleſiæ. Not. ſecundum Bald. hic, quòd iudex ſecularis in iſta ſuperna denunciatione non habet ſe intromittere. ¶ In text. ibi, ſi te non audiuerit. Summe auditum pro ſatisfactione, ſecundum Bald. hic, qui ex hoc infert à contrario, quòd ubi prima citatio eſt executa, non oportet quem ad idem citari ulteriùs: aliàs ſic: quod dicit menti tenendum. Nam quod factum eſt, fiendum non eſt, ſecundum ipſum. Quod dictum eſt utile ad quæſtionem de citato, qui dixit, Nolo uenire, de qua per Innocen. in cap. ad petitionem. infrà de
4 accuſa. & ibi aliàs dixi. ¶ Gloſſ. ibi, reſtringitur † in cauſa denunciationis. Non eſt de mente literæ iſta reſtrictio, ideo pro ſolutione contrarij formati in gloſſ. ibi, alias in cauſa ſua. uide hic latiſſime dominus Abba. ex quo in effectu habes, quòd iſte textus poteſt intelligi duobus modis. Primo, ut procedat in omni negotio, in quo principalis perſona non eſt reportatura commodum uel incommodum, damnum, laudem uel uituperium, nec aliqua affectione notatur, tunc enim non apparet ratio, quare non debeat computari in numero teſtium, dum modò, ſecundum omnes hic, non agatur de præiudicio alterius graui, quia in grauibus non eſt recedendum à communi forma iudiciorum, ſecundum quam idem non debet eſſe actor & teſtis, l. forum. §. omni. infrà de uerbo. ſignific. Et ad hunc intellectum uide domi. Anton. in cap. dilecta. in 5. colum. ſuprà de iudi. & Bald.
5 in authen. ad hoc in pen. colum. C. de uſur. ¶ Secundo † modo poteſt intelligi iſte text. ſecundum domi. Abb. & etiam Imol. hic, ut procedat in omni negotio, in quo cauſa deciditur per iuramentum delatum actori in ſupplementum ſemiplenæ probationis, putà habenti pro ſe unum idoneum teſtem, quia ipſe iurando habetur pro alio teſte, ut in capi. fin. & ibi per gloſſ. fin. & omnes, infrà de iureiurando & l. in bonæ fidei. & ibi per omnes, C. de re-
b bus credi. Quando [b] autem non deferatur tale iuramentum, traditur in dictis locis, & in illis caſibus non procedet iſte text. Et hanc lecturam dicit hic dominus meus ſe tenere pro uera, ex qua notat, quòd quando actor æqualiter præſumitur ſcire ueritatem de eo, quod petit, ſicut reus, tunc deferendum eſt ſibi iuramentum, & non reo, ut patet in principio text. in uerbo, principalis perſonæ. ¶ Et hanc lo-

b *Quando*] *Addeto, quod eſt utile ſcire, quando deferatur iuramentũ ĩ ſupplementũ probationis. Quæſtio prima eſt, ad in iuramento neceſſario? Pone, quòd accuſator ſemiplenè probauit*

cturam, licet iſti non dicant, ponit etiam Bal. hic, et dicit notabiliter ad iſtum textũ inferri, quòd actor, cui defertur iuramentũ in defectũ probationis, dicitur ſuus teſtis. Ergo debet eſſe teſtis idoneus, et ſcire factum, de quo poſſit reddere rationem, quam reddit teſtis, ſeu reddere debet, ſcilicet per ſenſum corporeum. Similiter colligit Bal. hic ex lectura gloſ. et ſequacium, quòd denunciator fungitur uice teſtis. Vnde debet factum plenè ſcire, id eſt, quòd denunciatio ſua ſit uera. Et putat, quòd debet iurare de calum. et quòd in iſta denunciatione debet exprimere cauſam, iuxta notata in l. 5. circa principium ff. de oper. no. nun. Quæ dicta nota. Et adde ad Bart. in l. diuus. ff. de cuſto. reo. dũ tractat de maſſario uillæ, uel contratæ, qui habet denunciare maleficium: et aliàs dixi in capitulo, ſicut olim infrà de accuſat. Et ſubdit Bald. quòd ille, qui denunciat, ſi dicit ſe contra conſcientiam non facere, debet ſibi credi, ſi allegat aliquam cauſam probabilem: aliàs non. Et de multiplici denunciatione uide per Scribentes in c. nouit ſuprà de iudic. ubi declaratur gloſ. pen. et ultima hic: et uide Archi. in c. omnipotens 2. q. 1. ubi dicit, quòd illi teſtes adhibiti ad pœnitentiam ſunt idonei, qualeſcunque
6 ſint. Allegat Hoſtienſ. hic. ¶ Vltimò † pro intellectu illius authoritatis, in ore duorum, etc. dic, ut hic per do. Ant. et dom. Abb. et beatum Thom. ſecunda ſecundæ, quæſtione 70. artic. 2. Et pro eo, quod dicit do. Abb. in fin. uide Inno. in c. fin. in gloſſ. poſitum ſuprà de conſue. Et conſidera, quia dictum Bald. hic, de quo ſuprà uidelicet, quòd iurans in ſupplemẽtum debet iurare tanquam teſtis, eſt magnæ importantiæ, quia oportebit, ut ſit cautus, non ſolùm iurando ſe uelle petere, ſed etiam quare petat.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes duo faciunt fidem etiam in actionibus grauiſſimi præiudicij.*

2 *Teſtis conſanguineus in quo caſu non ſolùm non eſt ſuſpectus, ſed etiam melior alijs teſtibus, ueluti ad probandam conſanguinitatem.*

3 *Recurrendum eſt ad ſeniores in defectu aliorũ.*

4 *Teſtes redduntur inhabiles ratione odij. num. 6.*

5 *Iudex arbitraturus qualitatem uiuacitatis. debet procedere ex coniecturis, &c, qualiter hoc fiat.*

7 *Teſtis deponens de credulitate, an probet. & nu. 8. 9. 10. 11.*

12 *Teſtis deponens per uerbum, Videtur. an probet.*

CAPITVLVM V.

QVotiens. ¶ Dicitur, quales debẽt eſſe teſtes ſuper cõſanguinitate deponentes, & ponit formã iuramenti. ¶ Not.
1 primò ibi, duobus. quòd † etiã i actionibus [a] grauiſſimi præiudicij duo teſtes faciunt plenam fidẽ: nam ſeparatio, de qua hic, propter conſanguinitatem eſt res grauiſſima, c. licet ex quadam. infrà eo. Bene facit glo. quam do. Abb. facit ſingularem hic in c. præſul. 2. q. 4. quæ dicit duos teſtes ſufficere ad probandum crimen contra Papam, & illam etiam ſequitur do. Abb. in c. per tuas. ſuprà de maio. & obe. & in c. ſuper eo. infrà eo. & in c. 1. in 3. col. ſuprà de procur. & in c. at ſi clerici. in 1. not. ſuprà de iudi. & do. Ant. in c. licet. in pen. col. ſuprà de elect. Et in c. licet uniuerſis. infrà eo. & Imo. in c. 1. in 4. col. ſ. de conſt. Et procedit illud notabile etiam, ubi non poteſt haberi probatio neceſſariò concludens ex natura rei, ut ſufficiant duo teſtes ad probationem rei, eo modo, quo probari poteſt: & de hoc dicetur in d. c. licet
2 ex quadam. ¶ No. † ſecundò caſum, in quo conſanguineus non ſolùm non eſt ſuſpectus in teſtimonio, ſed etiam eſt melior cæteris teſtibus, ſcilicet ubi agitur de probanda cõſanguinitate, quia genealogia cenſetur melius nota conſanguineis, c. uidetur. infrà qui ma. accuſ. poſ. & facit c. cùm in tua. infrà. de

*... bauit per unum teſtem, nunquid iudex debet ſibi deferre iuramentum neceſſarium in ſupplementum probationis? & ita condemnare reum accuſatum? & in hac communis * concluſio gloſſ. & Bar. & Doct. in l. 3. ff. de teſti. eſt, quòd nõ. Item gloſ. in l. maritus. ff. de quæſtio. & Bart. in l. admonendi. in 14. colum. ff. de iureiur. gloſ. in c. cùm ſit. in gloſ. fin. de regul. iur. in 6. dom. Abb. in cap. fin. de iureiur. in 8. colum. in verſic. ſi uerò quæritur quamuis ſolus Bald. aliter teneret, & malè, in l. qui accuſare. circa 4. not. C. de eden. Iſtam communiorem concluſionem ego confirmo tribus modis. Nam primò conſidero, quòd text. in l. ſciant cuncti. C. de prob. c. alonem. 2. q. 8. requirit in criminalibus cauſis, quòd probationes ſint apertiſſimæ, & quòd ſint luce clariores. Sed ego habeo, quòd in omnibus cauſis, etiamſi eſſent ciuiles, in quibus requiritur apertiſſima probatio, in illis non poſſit deferri iuramentum neceſſarium in ſupplementum probationis. Ita eſt gloſ. not. in l. fin. in princ. ff. quod me. cau. eo modo, ubicunque requiritur probatio luce meridiana clarior, ut ibi ſecundum Bald. in l. fin. in 2. not. C. ſi minor ſe maio. dixe. Item ubicunque requiritur plena probatio, uel liquida, ſecundum Bald. in l. fin. C. de ſecun. nup. Facit gloſ. in cap. cupientes in uerb. plenam de elect. in 6. Item ubicunque requiritur manifeſta probatio, ſecundum Bartol. in l. 1. in fin. C. de fi. inſtrum. Secundò confirmo, quia in cauſis magnis & arduis non habet locum illud iuramentum neceſſarium in ſupplementum probationis, ſecundum gloſ. in l. admonendi. ff. de iureiur. & Bald. in l. in bonæ fidei. C. de reb. cred. dom. Abb. in 9. colum. in verſic. quid cum in d. cap. fin. de iureiur. Sed cauſæ criminales ſunt huiuſmodi, l. in ſeruorum. ff. de pœn. Tertiò facit, quod uult Salic. in d. l. ſciant cuncti quòd licet teſtis non teneatur aſſignare rationem dicti ſui, ſi non eſt interrogatus: gloſ. in l. ſolam. C. de teſti. & in c. cùm cauſam, quæ inter. de teſti. fallit in cauſis criminalibus, in quibus non ualet dictum teſtis, niſi aſſignet rationem dicti etiam non interrogatus. Sequitur dom. Alexand. in conſ. 15. incip. Viſo proceſſu informationis per poteſtatem Parm. in 9. colu. Iſtam communem concluſionem limitat Ludo. Roma. in d. l. ita prætor. ff. de teſti. ut procedat in cauſis criminalibus, in quibus uenit imponenda pœna corporalis: ſecus, ſi eſſet cauſa criminalis, pro qua imponeretur pœna pecuniaria. Ad hoc dicit ibi, quòd ſolus ponderauit illum text. in uer. pœnalis. Sed ante eum ponderat Ant. de But. in d. c. fi. Sed Ioan. de Imol. in d. l. ita prætor. & do. Alex. etiam in d. l. ita prætor. reprobant per generalitatem d. l. ſciant cuncti. Et ille text. in d. l. ait prætor. in uer. pœnalis nihil facit: quia loquitur, quando ciuiliter agebatur, ut patet, uerſi. actionis. nam ſi criminaliter accuſatur, actio non competeret, Inſti. de publ. iud. in prin. Item tex. in d. c. fin. de iureiur. loquitur in iuramento uoluntario, uel iudiciali: non autem in neceſſario. Et idem tenet Car. in c. cognoſcentes. in 6. op. de conſti. Sed tu adde, quòd limitationem Lud. Rom. expreſſè ſequitur do. Alex. ſibi contrarius in conſ. ſuo 66. incip. Viſo proceſſu uertente inter Eliſium. ubi fortiùs ſubdit, quòd iſta eſt magis cõmunis opi. & quòd ab ea in iudicando non eſt recedendum, & refert idem tenere Hoſtien. & Anto. de Bu. in d. c. fi. & Bald. in d. l. ait prætor. Sed dic, quòd Bald. ibi non firmat pedes. Tu adde, quòd idẽ tenet Ang. in d. l. admonendi. circa fi. Sed magis placet alia ſententia negatiua propter generalitatem d. l. ſciant cuncti. ex fundamentis præallegatis. Et ſic amplia concluſionem, ut procedat in cauſis criminalibus, non ſolùm in quibus imponitur pœna corporalis, ſed etiam, ſi ſolùm imponitur pœna pecuniaria, ſed limitat prædictam concluſionem Ludo. Rom. in d. l. admonendi in glo. in uer. exactè. ad fi. niſi accuſator ultra ſemiplenam probationem aliquid plus haberet, & eſſet perſona honeſta, nam arbitrio iudicis poſſet deferri iuramentum neceſſarium in ſupplementum probationis, & reum condemnare, per text. in d. c. fin. de iureiuran. ubi in cauſa famoſa Papa ibi ſic decidit, & dicit Lud. Roma. ſe admirari, quòd Legiſtæ aut Canoniſtæ non aduertant ad illum text. in d. c. fi. Sed ante eum idem expreſſè tenuit Suzz. in d. l. admonendi. in 3. col. per d. c. fi. de iureiur. & ſequitur dom. Alex. in d. l. ait prætor. circa fi. Ego ſi eſſem iudex, admitterem iuramentum in ſupplementum probationis in cauſa criminali, ubi imponeretur pœna pecuniaria, ſed ubi ueniret imponenda pœna corporalis, nunquam admitterem tale iuramẽtum in ſupplementum probationis. Ex iſta limitatione no. pulchrã limitationem ad regulã, quã ſtatim dedi, quòd in cauſis arduis & magnis nõ defertur iuramẽtum in ſupplementum probationis. Limita ſignãter ex prædictis, & eſt quotidianum, niſi plus aliquid haberet ultra ſemiplenã probationem, uel indicium bonum ibi. Ita do. Alex. in d. l. ait prætor. & in d. l. admonendi. & in conſi. ſuo 264. incip. Viſo proceſſu utriuſque cauſæ. & uide gl. in fin. in c. ardua. de regula. in glo. fi. & pro op. iſta facit glo. in l. ſi duo patroni. ff. de iureiur. in uerbo. authoritas. quæ uult, quòd quãdo probationes ſunt utriuſque partis pares, præualẽt illæ, per quas plus, quàm ſemiplenè eſt probatum, uel in quibus eſt aliquod bonum indicium & illam gloſ. ad hoc ſummè commendat ibi Bart. & alij.*

a *In actionibus*] *Adde tu, quòd Ang. in authen. quomodo oportet epiſcopos. §. quanta. in uer. not. cùm lex. dicit quòd duo teſtes non ſufficiunt ad probandũ quòd quis ſit bonæ famæ & opinionis, & hoc quando à lege, uel ſtatuto requiritur, & è conuerſo etiam duo teſtes non ſufficiunt ad probandum, quòd quis ſit malæ famæ & opinionis: quod notabis pro limitatione illius text.*

ſpon.

ſpon ſecundum dom. Abb. Adde text. uulgatum in l. Octaui. ff. unde cog. ubi etiam in pertinentib. ad ſanguinem, coniunctus pr adimitur ſcire facta coniuncti: quod intellige, niſi in factis à coniuncto exiſtente in longinquo, ſeu in remotis partibus, ſecundum Bald. & Angel. in l. Lucius teſtamento. §. j. ff. de lib. & poſthu. Et iſtis adde Bart. in l. quoties per illum text. C. de naufra. lib. 11. ubi dicit, quòd de ijs, quæ ſiunt in domo, uel in naui, non admittuntur ad probandum alij teſtes, niſi in ſubſidium, quando non ſunt domeſtici. Et ad hoc facit mirabiliter iſta decreta. & d. c. uidetur ſecundum do. meum hic. Non ſolũ ergo, ſi concurrant teſtes domeſtici cum extraneis, uidetur * magis credendum domeſticis, * qui tali caſu admittuntur ad teſtimonium, l. conſenſu. C. de repu. l. lex, quæ tutores. C. de admi. tut. no. Bar. in l. ſi quando. C. unde ui. ſed, quod fortius eſt, alij non uidentur admitti illis extantib. Et de hoc uide, quę dicentur in c. in literis et c. ueniens el 2. in-
3 frà eo. ¶ Not. tertiò, quòd † in defectum recurritur ad ſeniores. Facit l. ſi chorus in uerbo, ruſticum ſenem dicentem. ff. de leg. 3. Et hoc, ubi agitur de antiquitate, probanda: aliàs eſt arbitrarium, ſecundum do. Abb. Cui magis credatur iuueni, an ſeni? adde Spec. in tit. de teſte. §. nunc tractandũ prope fin. ubi dicit, quòd in teſtimonio uiſus magis creditur iuueni ꝙ ſeni: & adde gl. in uerb. nouum in l. cum quid. ff. ſi cer. pet. Et inducit do. Abb. iſtum text. ad quæſtionem Bar. in l. Stichum qui mens erit. ff. de leg. 1. ubi dicit, quòd ſi ſtatutum requirit in contractu mulieris conſenſum duorum propinquorum ex parte patris, & ſi illi deficiant, adhibentur duo ex parte matris: ſi autem non ſupereſt ex linea paterna, niſi unus, ille debet coniungi cum uno altero ex latere matris: non autem debent aſſumi ambo ex parte matris: quia illi uocantur ſolùm in ſubſidium. Ad idem allegans Bald. in l. in copulandis uult dicere in l. in coniunctione. C. de nup. Adde Bald. idem tenentem in l. j. C. unde uir & uxor. & Petr. de Aanch. in repe. c. j. circa medium, uerſ. tranſeo ad ſtatuta, quæ quandoque prohibent ſuprà de conſti. & Bald. & Ang. in d. l. Stichum. Et uide Paul. de Caſt. in l. ſi cùm dotem. §. ſi patri. ff. ſolu. mat. ubi dicit, quòd ſi haberet ſolùm unum propinquorum, ille ſufficiet. Dixi in c.
4 propoſuiſti in 2. concluſ. ſuprà tit. j. ¶ Not. quartò † ibi, priuato odio quòd ratione odij teſtis redditur inhabilis. Et de hoc uide etiam text. Bal. & do. Flor. in l. 3. in princ. ff. de teſti. & in authen. ſi dicatur & ibi Bald. & Salic. C. de teſti. & gloſ. in §. ſi quis in uerſ. in criminalibus in authen. de teſti. Procedit etiam, ſi de recenti recipit corpus Chriſti, ſecundum Bald. in tit. de pace Conſtant. in uerbo, uaſalli el j. Idem, ſi eſſet de recenti reconciliatus, ſecundum Innoc. & alios in c. cùm oporteat infrà de accuſ. Idem, ſi non eſt apparens inimicus, ſed habet cauſam inimicandi, ſecundum Innoc. in c. cùm I. & A. in ſi. infrà de re iudi. & ſequitur Bal. in l. præſcriptione. C. ſi contra ius, uel util. publ. & Pet. de Anch. in c. ſtatutum. §. ſi uerò in 5. notab. de reſcrip. in 6. Idem, ſi eſſet magnus amicus ipſius inimici, per l. ſciendum. §. ſi accuſatio. ff. de accuſ. & l. liberi. C. de inoff. teſt. & c. repellantur infrà de accuſ. Idem, ſi eſt de ſanguine inimicorum etiam in quarto gradu, ſm Bald. in c. ſi uaſallus el 1. ſi de feu. fue. cõtro. Quę omnia intellige, dummodo inimicitia ſit capitalis: quia alias non repellit ab accuſando, uel teſtificando, ſecundum Bald. in l. athletæ. §. dato remiſſionem per illum text. ff. de excuſ. tut. & Domi. in c. quamuis de ꝓcur. in 6. propter gl. in uerb. inimicus & Bal. in ꝓpoſito in d. authen. ſi dicatur uerſ. ſed quomodo. Et ibi dicit, hoc committi iudicis arbitrio. Leuis aũt inimicitia non omnino repellit teſtem, ſed tamen eius fidem debilitat, ſecundum Archi. in c. 1. 3. q. 5. & Inno. in c. cùm P. ĩ. de accuſ. Et licet ſentiãt iſti duo, quòd etiam nulla fides adhibeatur, tamen hoc non tenetur: quia, ſecundum Bal. in d. authen. ſi dicatur propter leuem inimicitiam non præſumitur quis deierare. Et adde, quòd ſi inimicus capitalis de facto recipiatur, non conualeſcit teſtimonium ꝑ reconciliationẽ ſecutam, ſm Ioan. And. in Spec. in tit. de teſte. in prin. Alleg. glo. 4 in §. ſi. uerò quis dicat in authen. de teſti. Et dicit Bal. in d. authen. ſi dicatur, ꝙ ſemel inimicus ſemp pręſumitur inimic⁹, niſi ꝓbetur eã recõciliatiõis. Alleg. l. in ipſi⁹. C. fa. erciſ. & in l. 3. ff. de adimẽ. leg. Sed ex cõuerſatione ſequenti præſumitur reconciliatio, ſecundum eum. Alleg.
5 glo. in §. ult. Inſt. de inur. ¶ Et conſidera: quia † iudex arbitraturus qualitatem inimicitiæ procedere debet ex coniecturis, quarum etiam aliquæ dantur à iure, putà ſi quis conatur facere iniuriam, & libenter feciſſet, ſi poſſet: quia ſufficit, etiãſi non fecerit, ſecundum Bald. in l. j. C. ſi quacunque præditus pote. & dicit eſſe caſum in d. §. dat remiſſionem. Idem, ſi probatur aliquem retinere magnam partem bonorum alicuius de facto, uel eius uxorem, ſecundum do. Ant. & do. Abb. in c. accedens, el 2. ſuprà ut lite non conteſt. Idem, ſi ſolitus eſt ſalutare, & amplius non ſalutat, ſecundum glo. in c. cùm Adrianus. 63. diſt. Idem, ſi ſe obtulerit in teſtem in cauſa criminali contra me, ſecundum do. Ab. poſt Inno. in c. cùm P. infrà de accuſ. Et idem de alijs fortiorib. coniecturis, putà iniuria maxima, uel homicidio conſanguinei, uel minas atroces maximè in uiro terribili, ut per Bald & Imol. in l. ſi. ff. de hær. inſti. & Bar. in l. 3. ff. de adi. leg. Et ſuper iſtis plurima non impertinẽtia dici poſſent: ſed quia ad plenum aliàs dixi in c. cùm oporteat. infrà de accu. ideo omitto. ¶ No. quintò, ibi, amicitia.
6 quòd † propter amicitiam teſtis inhabilitatur. Ad idem text. in §. item teſtium. in uerbo, amicus. 4. q. 3. & glo. 3. q. 5. in ſumma, quaſi in medio, & Spec. in tit. de teſte. in prin. Dicit tamen Cy. in l. eos. C. de teſti. quòd amicitia non repellet ex toto teſtem, ſed tanta fides ei non adhibetur, & ſequitur Ioan. And. in Spec. ubi ſuprà & do. Ant Imol. & do. Abb. hic. Et dicit Bal. in d. l. eos. quòd hoc nomen amicitię non eſt nomen expulſiuũ à teſtimonio, & dicit eſſe caſum expreſſum in l. ſciendum. ff. de uſur. Et dicit do. Flo. in l. 3. in prin. ff. de teſti. ſe putare, quòd nulla amicitia repellat teſtem, ſed detrahit bene de fide ſecũdum quantitatem * amicitiæ. Sed tamen credo, propter, imoderatam amicitiam poſſe ex toto teſtem repelli, & ita tenet Spe. ubi ſupra & Bald. in c. 1. ſuprà eo. & ibi retulit, & ita credo ſentire gl. in c. inſinuante. in uer. familiarem. ſuprà de off. deleg. nec uideo rationem differentiæ, quare familiaritas, affectio ad cauſam, & ſimilia, de quib. in c. inſuper, & c. in literis. infrà eo. repellant teſtem, & ideo etiam immenſa amicitia. Quæ autem dicatur propria amicitia, uide text. cum glo. in l. labeo. §. ami-
7 cos. ff. de uerb. ſign. ¶ Gl. † ſi. ibi, de credulitate. Examinat hic do. Ant. Imol. & do. Abb. generaliter, quando ualeat teſtimonium de credulitate, & breuiter reſtringe dicta ipſorum hic, & alibi, ſecundum limitata. Eſt enim regulariter uerum, quòd non ualeat teſtimonium teſtis de credulitate deponentis, quia deponere debet de ijs, quæ certitudinaliter nouit, per c. relatum. ibi, acta. 5. q. 2. & c. teſtes. ibi. & nouerunt. 3. q. 8. & l. teſtium. & ibi glo. incipiens, ſic ergo. C. de teſti. no. Spec. in tit. de teſte. §. opponitur. in 60. col. uer. item depoſuit de credulitate. & do. Ant. in c. cùm ad ſedem. in 4. col. ſuprà de reſti. ſpolia. Vnde ſi teſtis productus ad probandum mutuum, dicat ſe credere mutuum fuiſſe factum, non probat, ſecundum Imol. poſt alios hic. Et ideo dicit Ang. in authen. de hære. & Falci. §. hinc nobis. in 3. col. uerſi. ſecundò not. quòd teſtes debent teſtificari; ſic eſſe, uel non eſſe: non autem, ſe credere, uel nõ credere, * per illum tex. ¶ Quã regulam amplia primò ex eo, quod no. Bal. in l. conuenticulam. in 8. col. uerſic. ex prædictis infero. C. de epiſc. & cler. ubi dicit,
a quòd ſi [a] teſtis dicat, ſcio, quia credo, nihil probat, quia credulitas ſtat ſimul cum oppoſita ueritate, & poſſibile eſt, quòd teſtis credit, tamen non eſt uerum, not. in d. l. tutela. C. de in integ. reſti. mino. ſecundum ipſum. ¶ Secundò amplia ex eo, quod notat Bald. in l. ſiue poſſidetis. uer. ſed quæro. C. de probа. ubi dicit, quòd ſi teſtis dicit ſe pro certo credere, non probat, etiam præſumptiuè, niſi adijciat originem credulitatis. Allegat. c. tertio loco. & c. literis. infrà de præſump. & quod not. in l. diem profer-
8 re. § ſi plures. ff. de arbi. ¶ Tertiò † amplia ex eo, quod no. do. Ant. in c. 1. infrà de app. ubi dicit, non ualere conſuetudinem, quòd teſtibus deponentibus de credulitate ple-

* *Domeſticis*] *Adde an & quando teſtis domeſticus ſit idoneus, & quibus caſibus admittatur, ut no. Socin. in conſil. 7. incip. ſupradictæ cauſæ poſitio. uer. Vtrum prædictis non obſtantibus & uerſi. nec ob. cum uerſic. ſeq. par. 1. & ad iſtam materiam adde etiam quæ habentur per Fed. de ſenis conſi. 119. incip. nulli dubium & per Alex. conſ. 6. par. 4. & in conſ. 175. p. 2.*

* *Quantitatem*] *Adde not. p An. in Aut. de nupt. §. fin. arg. illius tex.*

* *Non credere*] *Adde ad hanc materiam & quæ habentur per Alex. in rubr. ff. de uerbor. ob. in conſ. 79. & 105. 3. p. & in conſ. 109. & 132. 3. p. & in conſ. 3. 4. p. Lanfr. in c. quoniam contra. ſuprà de probat. in uer. Teſtium depoſitiones, nu. 24. uerſ. præterea eſt ſciendum.*

a *Si*] *Adde, quòd idem eſt, ſi teſtis dicat, uidere mei quia nihil probat.*

Lia

Ita Bald.in repet. l.de quibus in 25. colu.C.de legi.l dē eſt ſi dicat, ui[illegible] meo quia nihil probat, ſecundu Ang. et Moder. l repet. l.ſtendum in 3. col.ff.de uerb. obli. do. Alex.in cōſ.li[illegible] ſuo 73.incip. Viſo teſtamento. Idem eſt, etiam ſi teſtis deponat ita eſſe, ſecundum conſcientiam ſuam. Bald. in c. niſi cùm pridem in 4. colum. de renun.

nè credatur eo caſu, quo aliàs non crede-
retur: & facit quod dictũ fuit in c.2.ſuprà
de proba. Modò iſtam ſecundam regulam
limita primò, dummodo teſtis pro ſola
cauſa dicti ſui adduxerit credulitatem,
ſed ſi aſſignaſſet bonam cauſam, & poſtea
dixerit ſe ita credere, non procedit regola
ſecundum Bald.in l.2.§.quod obſeruari in
3.colum uerſi.3.oppono. C.de iur. calum.
colligentem ex gloſ.ibi in uerb. cred. q̃ ſi
teſtis dixit ſe credere id, quod priùs per
ueritatem affirmauerat, non euaneſcit te-
ſtimonium: quod dicit menti tenendum.
¶ Et hinc eſt, quòd ſi faciens interroga-
toria, dicat interrogandos eſſe teſtes in
fine, an quæ dixerint, credant uera, debet
tale interrogatoriũ reſcindi: & fortiùs, ſe-
cundum Ioan. And. ibi cancellandum eſt
interrogatorium an ex auditu, an ex cre-
dulitate dicatur in quo fortior eſt captio:
& dicit do. Card.quem refert Ana. in c.inquiſitionis.§.fin.de
accuſ. quòd uidit de facto obtineri, per talem reſponſionem
teſtium factam generaliter poſt depoſitiones non infringi re-
ſponſiones præcedentes. Alleg. Spec. in d.loco, quem etiam
ſequitur do.Ant.& do.Abb.in d.§.fi. Et quamuis Spec. ubi ſu-
prà requirens reſciſſionem talis interrogatorij, uideatur ſen-
tire, quòd reſponſio noceret, tamen dicunt hic dom. Anton.&
Imol. & poſt multa do. Abb. quòd ſi priùs reddit bonam cau-
ſam, iſta reſponſio non nocet: capitur enim illud, credere pro
ſcire, ſecundum eos. Quib.adde Bald.in l.j.in princ.per illum
text.ff.de iuſti.& iur.ubi dicit, quòd quamuis teſtis dicat, uidi
hoc, ni fallor per hoc non debilitatur eius dictũ: & idem clare
ſentit Bald.in d.l.ſola in 5.q. C.de teſti.in ultimis uerbis.Se-
cus dicunt hic do.Ant. Imo.& dn.Abb.ſi priùs nullam cauſam
aſſignaſſet, uel ſi aſſignaſſet promiſcuam ad Scire & Credere:
quia ſequens uerbum Credo, uitiat eius dictum. Et hanc li-
mitationem bene not. Et in quantum do. Abb.hic dicit, quòd
licet de ſubtilitate iuris illa morderi poſſent propter propriã
differentiam inter Scire & Credere, tamen de æquitate ſuſti-
nentur: quia teſtes non capiunt iſtas ſubtilitates. Et alleg.glo.
& Bart.in l.ſtipulatio iſta.§.hoc quoque.ff.de uerb. obl.& hoc
dicit diligenter notandum. Adde optime, quòd not. Bal.in c.
quanto 10 ſi. ſuprà de iudic.ubi dicit, quòd uerba teſtium de-
bent intelligi craſſo & uulgari modo. Alleg. Cyn. in l.ſi cùm
antè. C.de dona.ante nupt.& dicit, quod ſi teſtis dicit, quòd
uidit talem poſſidere ius patronatus, exponitur, i. quaſi poſ-
ſidere. Alleg.text.quem dicit eſſe notabilem, in l.ſed & ſi poſ-
ſeſſori.§.ſed & ſi rerum.ff.de iureiuran. & pro hoc uide, quod
not. gloſ. & Bald. in l.ſi quis filiabus in fin. ff. de teſt. tut.&
Bart. in l.ſi quid eorum in princ. ff.de leg.3. & in l.liberorum
in ult.colum.ff.de uerbo. ſignific. Et intellige, ut eſt dictum,
quando teſtis aſſignauit idoneam cauſam. Vnde dicit ma-
giſtraliter Bald. in l.j. ſi cert.pet. quòd ſi teſtis dicit, Titium
poſſediſſe, quia uidit eum colligere fructus & ſimilia, licet
interrogatus dicat ſe neſcire quid ſit poſſeſſio, ſuſtinetur eius
dictum, ſecus, ſi non aſſignaſſet cauſam dicti, ſed ſimpliciter
dixiſſet, Titium poſſidere ſecundum eum, quòd not. Et ita
intellige gloſ. in d.§. hoc quoque & quod not. Barto. in l.de
ætate in fin. 2.q.principalis, ff.de mino.& Bart.in l.j.in 3.col.
ff.ſi cert. pet.& Bald. in l.j.in princ. ff.de his, qui ſunt ſui, uel
alien. iur. ¶ Limita † ſecundò iſtam regulam, niſi teſtis de-
9 ponens per uerbum Credo, ſubiungat rationem, quæ tali-
ter concludat, quòd operetur certitudinem ſenſus teſtis,
quia tunc dixiſſe de credulitate non nocet, ſecundum Bald.
in d. l. conuenticulam in 8.column. uerſic. modò uenio ad
teſtes. C. de epiſco. & cleri. Vnde dicit, quòd ſi teſtis dicat,
Credo, quia uidi & præſens fui, probat plene, quia ratio
eſt, quæ dat eſſe dicto ſuo, ſecundum eum ibi & idem Bald.
in d.l. data opera in 14. column. C. qui accuſa. non poſſunt.
Vnde dicit idem Bald.in l.ſolam in 5.q.C.de teſti. quòd uer-
bum Credo, cui adijcitur aliqua congrua ratio, non deſtruit
dictum teſtis. Et ideo not. in practica cautelam, ut ſit pru-
dens examinator & ſemper petat de ratione. Poteſt etiam
eſſe cautus, faciens interrogatoria, ut ponat, quòd ſi teſtis
dixerit ſe neſcire, uel ita credere, ut eſt in capitulis, non in-
terrogetur ulteriùs: quia ratio ſequens, eſt, quæ poteſt ualida-
10 re & inualidare teſtimonium. ¶ Limita † tertiò, niſi teſtis di-
cens ſe credere, loqueretur in materia de ſui natura certitudi-
naliter non cognoſcibili, ſecundum Cy. & Bald. in l. teſtium,
C.de teſti.& Ioan.And.in Spe. d.uer. item quod depoſuit de
credulitate.& d.Ant.in c.quoſdam.in fi. infrà de præſump.&
Bar.in l.in ſumma.§.item Labeo.in uer.dicitur hic ff.de aqua
plu.arcē.& do.Ant.do.Abb.& Imo.hic. Et eſt caſus, per quem
etiam habes exemplum in c.literis.& ibi glo.2.de præſum.&
in alterio loco, infrà de præſump. & ita etiam per illos texe.
no.ibi do.Ant.do.Abb.& Bald.in d.l.ſolam.in 5.q. Et ideo di-
cit do. Ant. in c. unico.per illum text. ſuprà de ſeruir. quòd
ualet dictum teſtis, qui in tali materia dicit, Scio, quantum
poſſum, uel quantum humana fragilitas ſcire permittit. Imo
dicit eleganter Bal.poſt.Cy.in l.ſuum.ff. de his, qui ſunt ſui,
uel alie. iur. quòd ſi teſtis dicat ſe ſcire per certo, quòd talis
eſt filius talis: ſubſtentatur eius dictum exponendo ſcientiam
pro credulitate, attenta materia quæ ſciri non poteſt pro cer-
to, ut uidimus in c.per tuas.ſuprà tit.1. Et pro illo dicto adduc-
it hic do.meus alia, non allegans bonum tex.in c. præterea.
in uerbo, cùm ſocios.infrà eo.& alleg. l.3.§.1. iuncto §.ſequen
ti, ff.de teſti. Dicitur enim in fi.§.1. quòd iudex, qui examinat
teſtes, ſolus poteſt ſcire, quanta fides ſit eis danda, poſtea dici-
tur in §.ſequenti, quòd iudex habet examinare, quid credat,
aut quid credat ſibi probationem opinetur. Iſtis etiam adde
Bar.in conſi.incip.Vannutius Petri. ubi dicit, quòd teſtes di-
centes, quem occidiſſe Titium ad ſui defenſionem, probant, li-
cet deponant per uerbum Credo. ✱ quia
cognoſcitur præſumptiue. Et ad hoc facit
text.in c.firmiter.in primis uerbis, ſuprà de
ſumma trin.& quod ibi no.do. Ab.in prin.
¶ Sed declaratur tripliciter iſta limitatio.
Primò, ut habeat locum, quando credulitas
eſt proxima ſenſui, per quem percipitur ue-
ritas, putà quando filius dicitur fuiſſe natus
in domo, &c. uel quando dicit teſtis, ſe ui-
diſſe ſolum cum ſola, &c. ut d. c. literis. Et
ex ſimili.dicit ſe credere, quia probat, ſe-
cùs, ſi eſſet remota à ſenſu, putà, quia dicens
ſe credere adulterium, mouetur ex eo, quia uidit aliquos con-
fabulantes, uel deponens de homicidio, dicit ſe priùs uidiſſe
aliquem fuiſſe armatum, quia hoc ſolum non perficit creduli-
tatem ex ſenſu, & non cauſatur credulitas ex concluſione ne-
ceſſaria præſumptione probabili. Ita not.Cy. in d.l.teſtium.&
do.Abb.hic. Ergo meritò dicit Bal.in d.l.teſtium. quòd opor-
tet, ut credulitas ſit iuncta ſenſui, & munita ratione. ¶ Secun-
dò declaratur, dum modò teſtis deponens in ſimilibus cauſis,
non ſolùm dicat ea, quæ inducunt credulitatem, ſed etiam di-
cat, ſe ita credere, ſecundum do.Abb.hic, quia ex quo non de-
ponit directò ſuper ipſo facto, ſed ſuper certis coniecturis, de-
bet adijcere de credulitate, per text hic, & in c.licet ex quadã.
11 infrà eo. & no.Spe.in d. uer. item, quod depoſuit. ¶ Tertiò †
declaratur, ut habeat etiam locum in eo, qui iudicat de peri-
tia artis: quia poteſt deponere de credulitate, ſecundum Pau.
de Lea.in rub.huius ti ante commentum c.cum nuncius.1.eo.
Bene facit text.& Bar.in l.j.in prin.ff. de uen. inſpi. ubi talis
poteſt deponere per uerbum Credo. Imo non cogitur iurare
de certitudine dicti ſui, ut dixi in c.propoſuiſti.in 3.concluſio
ne, ſuprà tit. 1. Et hoc limita, ut dixi in prima fallentia illius
concluſionis, niſi materia eſſet perceptibilis ſenſu corporeo.
Vtrùm autem talis debeat aſſignare cauſas credulitatis, an ue-
rò ſufficiat dicere, ſe credere, uide do. Anto.in c. cùm cauſam.
in 8. col. infrà eo. & ibi dicetur poſt do. meum ibi & hic, qui
multum inſtat & concludit, q̃ ſic. Et iſta ſufficiant in hoc quo
tidiano articulo, de quo etiam aliquid per do.Anto.in c.ſcrie.
in 3.col.ſuprà de iura.cal.& in c.cùm cauſa.in 3. col. eo. tit.
per Petrum de Anc.in c.2.de iur. calum.in 6.per Bart.in tra-
ctatu de teſte.in 5. col.uerſi.teſtis dixit aliqua uera eſſe.quia
credit.per gloſſ.in l.diem proferre.§.ſi plures.in uerbo, conſen
ſerunt.ff.de arbit.per Bald.in l. hæredes palàm.in fin.princip.
ff.de teſta.per Ro.in l.j.§.fi.in 4.col.ff.de uerb.obl.per Bald.in
l.ob hæc uerba.ff. de his, q̃ not.infa.& in l.1.ff. de excuſ.tu.p
Pau.de Caſ.poſt gloſſ. in ru.ff.de iureiur.in fi.per Bald.in l. ſi
ſeruus legatus.ff.de leg.j & in leg.3.circa princi.& in l.j. in fi.
12 ff.de teſti.in apoſtil ¶ Quid † autem de teſte deponente per
uerbum Videtur, uide Ioan.Ant. in Spec. tit. de teſte.§. nunc
tractandum.uerſi.quid ergo.ubi dicit, quòd ſi dicit, Ita iudico,
uel,

✱ *Verbum credo] Adde Alex. conſ. 76.incip. Viſa inquiſitione. col.ult. in fi.& conſi.109. in 9 & 11.col.in 3.p. & Bald in d. l.ſolam.colum. ult. & ibi Sal. poſt eũ in 3.col.*

Teſtimonium] *Adde Angel. in l. 1. de uentur ã: & Alex. in conſi. 74. & 109. 1. p.*

uel, Ita mihi uidet, non ualet teſtimoniũ in ijs, quæ ſolo ſenſu corporis percipiuntur, ſecus in ijs quæ per diſcurſum intellectus: putà in peritia artis. Idem Imo. in cle. gratia. in 2. not. de reſcrip. & Bald. in l. data opera. C. qui accuſ. & in l. de quibus in penult. ff. de legibus, quia ſecundum ipſum ibi talis uidetur deponere non de ſententia, ſed de opinione: quia ita exponitur in uulgari: & talis expoſitio attenditur, ut ibi per ipſum: & pro hoc facit, quia iſtud uerbum adaptatur ad id qđ ſcitur, & id qđ creditur, uel opinatur: & ſic tanquã ambiguum interpretatur contra producentem, iuxta glo. in uerb. dubium in c. in præſentia. ĩ. tit. j. Et pro eo, quod dicitur iſtud non procedere in perito, uide Bart. quem ſic intellige in d. l. j. ff. de uen. inſpi. Eſt uerum, quòd Bart. in l. quid tamen. §. ſi arbiter. ff. de arbi. & in repe. l. de ætate. in 2. q. ff. de mino. uidetur uelle, ꝙ ſi teſtis dicat ſe uidiſſe Titium poſſidere, & interrogatus de tempore, dicit 10. annis, ut ſibi uidetur, probat: quia uidetur uerbum referri ad iudicium rationis, ꝙ eſt coniunctum cum ſenſu, ſ. uiſus. Sed hoc dictum latè impugnat hic do. meus, concludens, ꝙ talis teſtis ꝓbat de poſſeſſione, ſed non de tpe: quia ubi loquitur de tpe, non allegat ſenſum, ſed utitꝰ uerbo dubio, quaſi expreſsè dicens, ꝙ ſcn non ſcit ita bene, ut primum, ut hic per ipſum: cui adde, quæ remiſſiuè dixi in c. de cætero. ĩ. de homi. poſt Ana. ibi, plenè loquentẽ: & adde Ang. in repe. l. ſciẽdum. ff. de uerb. ob. ubi ponit de teſte deponente iudicio ſuo, uel uiſu ſuo. Itẽ de teſte, ꝙ dicit ſe ſcire, & die ſequẽti in ꝓſecutione examinis ſup eodẽ dixit ſe credere, uide Ro. in l. q bona. §. ſi quis ſtipulaturus. ff. de dam. infe. & dicet latè in c. præterea. in tit. prox. Vltimò ijs, q̃ dixi ĩ. de amico, adde, qđ dicet in c. ſeq. in q. de ſocio: & ibi etiam Bal. tenet, ꝙ amicitia magna repellat.

S V M M A R I V M.

1 *Singuli de uniuerſitate teſtificari poſſunt pro uniuerſitate.*
2 *Singuli de uniuerſitate ſeculari nõ ſunt teſtes integri ꝓ uniuerſitate.*
Vide rationem differentiæ de uniuerſitate clericorum & de uniuerſitate laicorum.
3 *Singuli de uniuerſitate minus probant pro uniuerſitate, quàm alij teſtes, data paritate teſtium.*
4 *Singuli de uniuerſitate non ſunt idonei teſtes pro uniuerſitate in cauſa criminali.*
5 *Singuli de uniuerſitate non ſunt ſufficientes teſtes, quando per accidens præſumeretur magna affectio propter commoditatem.*
6 *Singuli de uniuerſitate non ſunt boni teſtes, quando utilitas proueniens ex uniuerſitate obueniret ſingulis de collegio.*
7 *Item niſi uniuerſitas poſſet habere alios teſtes, quàm de uniuerſitate.*
8 *Dans alias fallentias, quæ ſequuntur, unde per te nu. hoc, & ſeq.*
10 *Adminiſtrator an poſſit teſtificari in ijs, quæ adminiſtrauit.*
11 *Legatarius an poſſit teſtificari in cauſa teſtamenti.*
12 *Venditor poteſt eſſe teſtis in cauſa emptoris.*
13 *Cedens an poſſit teſtificari pro ceſſionario.*
14 *Socius an poſſit eſſe teſtis pro ſocio.*
15 *Fideiuſſor an poſſit teſtificari prò principali.*
16 *Vaſallus an poſſit eſſe teſtis in cauſa domini.*
17 *Commodum teſtis qualiter conſideratur in teſtificando.*

C A P I T V L V M VI.

INSVPER. ¶ Prælatus & religioſi teſtificari poſſunt pro eccleſia ſua, ſi prò ipſa non procurant. H. D. Et eſt ſpecialis diſpoſitio legis, in qua domeſticus non repellitur, licet aliàs ſecus: c. in literis. ĩ. eo. ſcḿ Do. in c. 2. in fi. 29. diſt. ¶ Not. primò ſecundum do. Abb. ibi, uobis iuncto ſupra ſcripto: ꝙ non ſolùm perſonæ eccleſiæ, ſed etiam prælatus poteſt teſtificari in cauſa eccleſiæ ſuæ, dum modò ſe nõ promoueat per cauſam illam. Nec eſt mirum, ſecũdum do. Ab. quia facilius repellitur iudex, q̃ teſtis, ut per glo. in uer. familiarem. in c. inſinuante. & habet in c. cauſam. 2. ĩ. de offi. deleg. Ergo ſi prælatus in cauſa eccleſiæ ſuæ non repellitur à iudicando, c. ſi quis erga. 2. q. 7. c. cũ perſonæ. de priuile. in 6. notant omnes in cap. cùm ueniſſent. ĩ. de iudi. & do. Anto. in c. 1. ĩ. de male. & Innoc. in c. ex parte. el 1. ĩ. de uerb. ſig. cum ſimi. ita etiam non repellitur à teſtimonio. Et loquitur iſte text. ut uides in prælato regulari collegiato. Quid autem in ſeculari non collegiato, uel collegiato, & qui ſolus conſtituit procuratorem, dicetur infra. ¶ Et pondera: quia do. Abb. ſentit, quòd appellatione prælatorum ueniant iſti clauſtrales. Et ita eſt, ut habes gloſſ. notabilem in cle. dudum in uerb. non habentur. de ſepul. & ibi dom. Car. in §. ſtatuimus. in j. q. dicens pro hoc ſe conſuluiſſe, quòd prior conuentualis eſt prælatus, adeo quòd poteſt eſſe procu. propter glo. j. in cle. religioſus. de procur. Facit c. quorundam. in uerbo, ſolum prælaturæ de elec. in 6. & ita etiam refert ſe conſuluiſſe do. Card. in d. cle. religioſus. in 13. q. & in cle. 1. in 10. q. de elec. ubi ſimilis gloſſ. in uerbo, prælatum. & eſt uera per gloſſ. in c. nullus. de elec. in 6. per quam dicit ibi Domi. quòd tales dicuntur habere dignitatem, & ꝙ eis poterunt delegari cauſæ à ſe. Apoſ. iuxta c. ſtatutum. de reſcrip. in 6.

Inſuper] *Adde ad materiam huius tex. Spec. in ti. de teſt. §. 1. uerſic. ſed pone quod adminiſtrator. & ibi Io. And. in addit. Pau. de Leaz. in c. cum nuncius. infra eo. Alex. in l. ob carmẽ. de teſti.*

1 ¶ Gloſſ. † j. in fin. In iſtis iuribus ponitur materia huius decre. ſeparatim: ſed ſequendo ſtylum do. Abb. reducas omnia in ſimul, faciendo ex dictis ſuis & aliorum regulam cum fallentijs. Eſt enim regula, quòd in cauſa uniuerſitatis, uel collegij, ſinguli de uniuerſitate, uel collegio teſtificari poſſunt, ſecundum Io. An. in c. cum nuncius. infrà. eo. per text. ibi & hic, & in c. de prudentia 14. q. 2. not. gloſſ. in §. cogitandum. in uerbo, teſtes. in authen. de monachis. & alij, de quibus infrà. in prima fallentia. Et quia nemo ipſorum de collegio, uel uniuerſitate poteſt dici in propia cauſa, cum aliud ſit uniuerſitas, & aliud ſinguli de uniuerſitate, c. qui manumittuntur. 11. q. 2. l. ſed ſi hac §. qui manumittitur. ff. de in ius uo. & pulchre no. dominus Abb. in c. cum non liceat. in 3. no. de pſcrip. Cal. in tit. de præben. conſil. 21. & Petr. de Anch. conſil. 243. aliam ſubtilem rationem aſſignat Bald. in d. c. cùm nuncius. quia eorum intereſt: nam illius dicitur intereſſe, qui ſuo nomine poteſt agere, uel excipere, l. 1. §. ſed alius. ff. quando appel. ſit l. ſed ſi unius. §. procurator. ff. de iniur. Sed iſti ſuo nomine non poſſunt agere, nec excipere, ut traditur, licet non dicat. in c. cauſam. el 1. ſuprà. de iudi. in c. edoceri. ſuprà. de reſcrip. & in cle. religioſus. de procur. Ergo ipſorum non dicitur intereſſe. Etſi dicatur, quòd intereſt ratione affectionis, reſpõde, quòd iſta eſt leuis ſuſpicio, quæ purgatur per iuramentũ teſtis, qui iurat, quòd non deponit, niſi ueritatis obtentu, iuxta c. quoties. ſuprà. eod. ¶ Fallit [a] † primò 2
iſta regula in uniuerſitate ſeculari, in qua licet admittantur illi de uniuerſitate, tamen non ſunt teſtes integri habentes plenam fidem, ſecundum do. Ant. in d. c. cum nuncius. & ita intelligit opin. Archi. 14. q. 2. in ſumma. Ratio differentiæ poteſt eſſe: quia ipſi ſicut ſeculares diſponunt de rebus ſecularibus ad libitum, ut no. per Inn. ĩ c. dilecta. ĩ. de exceſ. prælá. Bar. in l. ſi. ff. de col. illicit. ex quo arguitur maior affectio: non ſic poſſunt facere clerici de bonis eccleſiæ, c. ſine exceptione. cum ſi. 12. q. 2. Sed contrarium, & melius, tenet Imol. in d. cap. cum nuncius. & dom. Abb. hic: quia iſta differentia tollitur ex rationibus præallegatis, & c. ſuper prudentia. non facit iſtam differentiam: & non eſt ueriſimile, quòd quis deieret propter iura uniuerſitatis cõſeruanda, cum ſoleat negligi, quod communiter poſſidetur, l. 2. C. quando & quibus quarta pars debetur. lib. 10. ſecundum ipſos, quibus adde gl. & Bart. in l. in tantum. §. uniuerſaliter. ff. de re. diuiſ. & Bartol. & Ang. in d. §. qui manumittitur. & Spec. & Ioan. Andr. in tit. de teſte. §. j. in 4. col. uerſ. nunquid in cauſa uniuerſitatis. & glo. in l. idonei. ff. de teſti. In quibus locis idem dicitur de uniuerſitate ſeculari. Idem Bald. in c. tertiu loco. ĩ. de proba. & ibi dicit, ꝙ ſi eſt quæſtio de nemore, cuius fructus uenduntur pro ipſa uniuerſitate, & non eſt quid deputatum ad uſum hominum, uel iumentorũ, unde poſſint ipſi hoĩes teſtificari: nã ꝙ eſt cõe in uniuerſitate, nemo põt dicere ſignãter, meũ eſt: qnimò iſta ſũt iter ſe cõtraria, ſ. eſſe ſingulorũ, & eſſe uniuerſorũ: qa nõ pòt eſſe pluriũ ĩ ſolidũ. l. ſicut. §. uni-

a *Fallit*] *Adde in, quod iſtã opin. tenuit Bal. et Alb. de Roſa. in l. tantum. §. uniuerſitatis. ff. de rer. diuiſ. do. Alex. in conſil. ſuo. 43. in 3. uolu. uiſis & ponderatis his, quæ cõtinentur in inſtrumento. Et idem tenet Io. An. in addi. Spec. in tit. de teſte. in uerſi. ſed nunquid. ubi dicit, quòd Vbertinus de Bobio dixit, ꝙ nõ creduntur plene teſtibus de uniuerſitate ſine alijs adminiculis. Et ita teneas, quamuis do. Abb. hic in 2. colũ. in uer. hoc dictum. teneat contrarium, & malè: & cum ſequitur hoc Felin. in uer. ſed contrarium. Et ſic reprobata opi. do. Abb. & Feli. hic, teneo, quod ĩ. dixi.*

uerſitatis.ff.quod cuiuſque uni.no.& ita dicit de facto ſe, la-
tes conſuluiſſe: & eſt quæſtio uulgata, ſecundum eum, qui
hoc limitat, ut referam j.in 4.& 5.fallentia. Idem Bald.hic,
dicens,quòd ſi relinquitur aliquid ciuitati, ciues poſſunt eſſe
teſtes: quia talibus relictis non acquiritur ſingulis,ſed ſoli uni-
uerſitati,ut l.i.C.de ſac.ſanc.eccle.nec competit alicui ius a-
gendi niſi habeat mandatum,ut hic,& l.nulli.ff.quod cuiuſ-
que uni.no. licet tamen mandatum poteſt dare conſuetudo:
& erit mandatarius propriè procurator cum mandato d.l.nul
li.& l.prohibere.§.fi.ff.quod ui.aut clam. Non obſ.l. 3.§.ſed ſi
fortè.ff.iudicatum ſol. quia ibi lex non uult mandare, ſed ſi-
ne mandato permittitur:& eſt ibi tex.elegans,ſecundū eum:
& ita hæc prima fallentia non procedit,ſed imo prædicta am
3 pliant illum text. ¶ Fallit † ſecundò iſta regula,niſi materia,
in qua uniuerſitas teſtificatur, eſſet probata uno modo per ip
ſos de uniuerſitate, & alio modo per teſtes productos contra
ipſam: quia cæteris paribus minus probabunt illi de uniuer-
ſitate,ꝑpter illam aliqualem affectionem,quæ reddit eos im
pares,ſm do.Ab.hic notabiliter, qui licet hoc dicat loquen-
do de uniuerſitate ſeculari, tñ eſt æquum ēt in eccleſiaſtica.
Sed intellige ſane,dum modò ſit materia,quæ ita bñ poſſit eſ
ſe nota extraneis,ſicut illis de collegio:ſecus in materia,in qua
collegiati præſumuntur melius ſcire, ratione illius præſum-
ptionis magis credetur eis : tum, quia eſſe prudentia. circa
med.dicit,in talibus eos eſſe meliores omnib.tum,quia in ta-
li caſu domeſticus,uel familiaris non repellitur,ut no.Bar.in
l.quoties.per illum tex.C.de naufra.lib. 11.adeo ꝙ alij non
admittuntur,niſi in ſubſidium, ut ibi, & c quoties.ſ.eo. & ibi
4 dixi.Ergo illi non pñt dici non integri. ¶ Fallit † tertiò, niſi
cauſa mota contra uniuerſitatem eſſet criminalis:quia ipſi de
uniuerſitate non ſunt idonei teſtes,per tex.apertum in d.c.de
prudentia.& ratio ibi habetur: quia in criminalibus, tanquã
arduis,non debent domeſtici ad probationem admitti:ſecus
in ciuilibus,ſm do.Ab.qui pro hoc allegat gl.in ſimili.in c.j.
3.q.5.dicentem,ꝙ conſanguineus non repellit̃ in cauſa ciuili,
ſed in criminali ſic: & maximè hoc procedit, qñ eſt tale cri-
men,ꝑꝑ quod uniuerſitas punitur:quod qñ ſit,dixi in c. dile-
ctus.j.de ſymo.no.Bar.in l.aut facta.ff.de pœn.& Imo.in c.gra
uem.j.de ſen.excom. ¶ Et circa hanc fallentiam no.tria.Pri
mò,ꝙ habet locum, etiamſi unus de uniuerſitate accuſat aliũ
de uniuerſitate extraneum:quia non poteſt in teſtem adduce
re alium de uniuerſitate, niſi in defectum aliorum. Ita not.
Spe.in d.uer.ſed nũquid in cauſa uniuerſitatis. Allegat Hoſt.
in ſumma huius ti.§ 2.ſub.§.& cum cauſa. ¶ Secundò not. ꝙ
non procedit iſta fallentia, qñ unus de uniuerſitate produce-
retur ab uno de uniuerſitate,non contra extraneum,ſed con-
tra alium de uniuerſitate,ſm do.Ab. hic poſt Io. An. in d. c.
cum nuncius.quia par cauſa affectionis tollit ſuſpicionem, l.
non ſolum.ff.de ritu nup.no.gl.in c.cum olim.ſ. de offi. dele.
& in c.poſtremo,j.de appel.Adde, qd no.Bal. in l. qui teſta-
mento.in prin.ff.de teſta.ubi dicit, ꝙ coniunctus poteſt teſtifi
cari pro coniuncto contra alium coniunctum: & refert dom.
Maria.dicens,ſe ita conſuluiſſe.in c.cum oporteat.j.de accuſ.
¶ tertiò no.ꝙ procedit iſta fallentia, quando eſt adeo parua
uniuerſitas,uel collegium, ꝙ illi de ipſius corpore cadunt in
nomen domeſticorum, ſeu cohabitantium: quia repelluntur
per rationem c.repellantur.de accuſ.Sed ſi eſſet talis uniuer-
ſitas,quæ non induceret cohabitationem, uel familiaritatẽ,
nõ prohiberetur unus teſtificari pro alio etiam in criminali,
ſm Io. An.in d.c.cum nuncius.& do.Ab.hic: & eſt bene notan
dum.Et conſidera:quia credo,ꝙ in fallentijs ſit dandum tẽpe
5 ramentum ſm iſta duo notabilia.¶ Fallit † quartò,& notabi-
liter,niſi per accidens præſumeretur magna affectio ꝑꝑ anne
xam commoditatem: quia licet res eſſet uniuerſitatis & non
ſingulorum,tñ repellerent̃ à teſtificando,ſm Bal.ualde ſolen
niter in d.c.cum nũcius.Dat exemplum,ſi eſſet qõ de prædio,
uel uinea,unde illi de collegio habent uictum,uel de nemo-
re ubi habent paſcua, cùm alibi non poſſent eſſe commodè.
Idem dicit,ſi eſſet qõ de ſtatu uniuerſitatis,uel de aliquo ma
gno honore,uel de aliqua magna iuriſdictione, nam propter
maximam affectionem bene repellentur iſti, cum repellant̃
ēt ꝑꝑ amicitiam,l.3.ff.eodem.Et dicit,ꝙ commoda non com
mittuntur iudicis arbitrio,ſed ſimplex affectio ſ c.Idem Bal.
in rubric.ff. de rerum diuiſ.uer. nunc de 5. ubi dicit, quòd ſi
cauſa ciuilis eſt multùm ardua, illi de uniuerſitate non ſunt
omnino integri teſtes, & ratio eſt, quia magna cauſa ciui-
lis æquiparatur criminali,leg.propter litem.§.1.ff. de excuſ.
tut. ac c.cap.j.de reſtitutio.ſpol.in 6.& tunc ſuccedit, quod di
6 ctum eſt in præcedenti fallentia. ¶ Fallit quintò †, niſi utili-
tas reſultans ex cauſa, quam habet uniuerſitas,obueniret ſin-
gulariter ſingulis de collegio, non aũt uniuerſo collegio,ſecũ
dum Io.An.Pau.de Leaza.do.Ant.& Imo.in d.c.cùm nũcius.
quia tunc, qua ratione quis non põt teſtificari in re propria,
4.q.3.omnibus.& lege,omnibus. C.eo.eadem non teſtificabit̃
in iſta.Et per hoc dñt,ꝙ ſi eſt qõ de paſcuis, uel nemoribus,
in quibus ſingulorum beſtiæ paſcunt̃, & ſinguli ligna ſcindũt,
teſtimonium ipſorũ in tali cauſa non admittitur. Adde Bal.
idem tenentem in l.in tñ.§.uniuerſitatis.ff.de rer.diuiſ.& ibi
infert,ꝙ ſi donatur aliquid eccleſiæ fratrũ Minorum,& de do
natione ſiat qõ,põt quilibet frater eſſe teſtis:ſecus, ſi eſſet fa-
cta donatio,ex qua ſinguli de conuentu perciperent commo-
dum:tunc enim illi de conuẽtu non eſſent idonei teſtes: & hoc
dicit bene notandum.Idem Bal.in l.parentes. in fi.C.de teſti.
dicens, ꝙ ſi unum caſtrũ contendit cum alio de paſcuis, non
pñt homines caſtri teſtificari pro uniuerſitate: qñ utilitas af-
fert commodũ burſale ſingulis incõlibus,ſicut eſt in paſcuis,in
quib. paſcunt̃ beſtiæ hoium uillæ gratis & ſine aliquo pretio,
qđ debetur cõitati ipſius uillæ: nam licet tunc nomẽ ſit uni-
uerſorũ,effectus eſt ſingulorũ, ut no.in l.ſicut.§.uniuerſitatis.
ff.quod cuiuſque uniuerſit.nomine.in d.l.in tñ. Secus,ſi effe-
ctus utilitatis non diſtribuit̃ in ſingulos, ſed pertinet ad bur-
ſam,uel capſam uniuerſalem. quia bona ſunt diuerſa,ſ.uniuer
ſitatis à bonis ſingulorum,ſcđm ipſum. Et ſequitur Salic.ibi.
Idem Bal.in d.c.tertio loco.dicens,ꝙ qñ fructus nemoris uẽ-
duntur pro uniuerſitate, & non eſt deputatum ad hominum
uſum particularium,uel ſi eſt cauſa,in qua oporteat,ꝙ ſinguli
mittant manum ad marſupiũ, putà quia uniuerſitas conuenit̃
ad ſoluendum aliquod debitum, ꝑꝑ quod oportet,de neceſſi
tate ꝙ fiat collecta : quia iſta faciunt eos ſuſpectos, ſcđm ip-
ſum.Idem Bal.hic,dicens:ꝙ iſte tex.non habet locum,qñ ſin-
guli ſperant commodũ, ut in nemore per beſtias hominũ uil-
læ.Idem dicit,qñ ſinguli metuunt immediatũ damnum: putà,
impoſitionem collectæ pro ſolutione debitorum cõis. Alle.l.
1.§.quibus.ff.quod cuiuſque uni.noie. Secus,dicit ipſe, ſi hoc
non timent:quia uilla habet aliunde, unde ſoluat debitum: &
ideo pñt tunc teſtificari.Alleg.Odof.in d.l.qui manumittun-
tur.& Cy.in d.l.parentes. Et ſunt iſtæ deciſiones aureæ.Et ꝓ
hac parte,quã teneo,multum facit quod dixi in ꝓcedenti fal-
lentia,uidelicet ꝙ materia concernens grauiter totum colle
gium reddit ſuſpectum teſtimoniũ ſingulorum ratione ꝓſum-
ptæ affectionis:& idē hic ꝑꝑ diuiſam commoditatem.Item fa
cit:quia ceſſat illa ratio,ꝙ ſoleant cõia negligi:quia hoc tulit
ſpecialis uſus ſingulorum. Ad idē,quod not.do.Abb.hic poſt
alios,qñ dicit in alia qõne, ꝙ licet canonici poſſint teſtificari
in cauſa capituli, non tñ canonicus teſtificabitur in cauſa præ
bendæ ſuæ:quia licet in genere ꝓbendæ ſint capituli, tñ in ſpe-
cie ſingulariter deputant̃: & ideo quia particula cuiuſlibet ca
nonici inducit apparentem affectionẽ,meritò repelluntur: &
ita eſt propriè in qõne noſtra. Ad idem pondero,quod no.do.
Ab.in alio propoſito,dum reprobando Io.An. in d.c.cum nun
cius.dicit, ꝙ qñ capitulum uult teſtificari de geſtis in capitu-
lo,non põt, ſi damnum uel lucrũ eſt applicandum ſingulis ca-
nonicis:quia non uidetur conueniens, ut propter inoptã pro-
bationum quis teſtificetur in facto proprio, propter regulam.
l.in oibus.C.de teſti.& imputent ſibi, quare non uocauerunt
teſtes:& de hoc dicto dicet in c.ueniẽs.el 2.j.eo. Tñ ſatis eſt,
quod do.Ab.expreſsè uult,ꝙ utilitas ſing.concernens illos de
capitulo,repellat eos à teſtificatu. Et ita per iſtas quinque fal
lentias habes,ꝙ iſte tex.eſt ſimi, procedit in cauſa concernẽte
principaliter uniuerſitatem circa bona cõia,quorum uſusfru-
ctus non eſt diuiſus per ſingulares:aliàs ſecus. ¶ Eſt uerum, ꝙ
do.Ab.hic non aduertens, ꝙ prædixit conatur recedere à ꝓdi
ctis,licet ea non ita confirmauerit,ſed malè:& reſpondetur ra
tionibus ſuis. Non obſ.primo,ꝙ commodum & incommodum
etiam ſecundariò in illo tex.applicetur teſtibus,& tamen re-
pelluntur: quia clericus percipit reditus propter ſeruitium,c.
cum ſecundum.de præbend. Vnde eſt quodam modo locatio
operis pro pecunia : & ideo non percipit reditus immediatè
ex re,ſed ex ſua opera:quod non eſt in caſu noſtro. Præterea
qñ cauſa non eſt notabilis importantiæ, parum intereſt eo-
rum,de quorum motu ſimpliciter agitur:ſed quando aliter eſ-
ſet,procederet 4.fallentia,de qua ſ.ſimiliter,quãdo de fundo
deputato

deputato canonico, uel manſionario moueretur quæſtio, eſ-
ſet bona & uera ratio do. Ab. ut iam dictũ eſt. Non obſ. quod
poſtea dicit, ſecundariam utilitatem non attendi, per id, qđ
de legatario dicit hic Io. And. & quod de tutore dicit l. 1. ff.
de autho. tu. quia de legatario non eſt expeditum, ut j. uide-
bitis. Et poſito, q̃ iſta eſſet commoditas legatarij, non eſt ita
conſiderabilis: quia non cauſatur ita immediate ius ex ſen-
tentia lata pro hærede in fauorem legatarij, ſicut hic, ubi ſen
tentia lata immediate prodeſt teſtificanti: ſed illa non pro-
deſt legatario, ſicut nec nocuerat, ut plene per Imol. & alios
in l. ſæpe. ff. de re iud. Ad d. l. j. dic. q̃ ius tutoris ſuper debito
omnino erat ſaluum, etiamſi pupillus non adijſſet hæredita-
tem: quod non eſt hic. Et illa utilitas facilioris exactionis nõ
eſt comparanda utilitati, quam iſti conſequerentur ex teſti-
monio. Et ita tolluntur rationes do. Abb. contra quem etiam
tenet dom. meus in d. c. cùm nuncius. per alias reſponſiones,
7 ſed de prædictis deciſionibus mentionem facit. ¶ Fallit † ſex
tò prædicta regula, niſi uniuerſitas poſſet
habere alios teſtes, * quã ex ipſis de uni-
uerſitate: quia ipſi non ſunt idonei, niſi in
ſubſidium, ſecundum Spe. in d. uerſ. ſed nũ-
quid in cauſa uniuerſitatis. dicetem, ita de
bere intelligi iura allegata, ſ. in regula, &
alle. c. & ſi Chriſtus. in fi. in uerbo, deficiẽ-
tibus alijs teſtibus. j. de iureiur. Sed cõtra
rium tenet hic do. Ab. & bene: quia illa iu-
ra loquũtur indiſtinctè: & ratio c. ſuper pru
dentia, ſ. q̃ melius ſciant illi de uniuerſita
te, eſt generalis: & alij pleruq; non reddunt bonam cauſam.
Vnde præferri debet uериſimilius informati. Et ad c. & ſi Chri
ſtus. dicit, q̃ ibi religioſi habuerũt conſcientiam iurandi: un-
de, ut ſaluarent conſcientiam, quantum poſſent, remittit eis
8 Papa onus teſtificandi, ſi alij teſtes adſint. ¶ Fallit † ſeptimò
regula & text. iſte in prælato non habente collegium, ſed ſo-
lum adminiſtrationem eccleſiæ, ſecundũ Io. An. in Spe. ti. de
teſte. §. j. uerſ. ſed pone, q̃ adminiſtrator. Alleg. c. relatum. el
2. j. de teſta. quem text. inducas hic, ut per do. Abb. qui primò
confirmat hanc opi. poſtea limitat, niſi eccleſia haberet œco-
nomum generalem conſtitutum authoritate epiſcopi, uel a-
geret ipſe epiſcopus, tanquam generalis adminiſtrator, iuxta
c. fin. j. de ſucceſ. ab inteſta. quia tunc ceſſat ratio affectionis,
quam habet ipſe conſtituens procuratorem: qui ex hoc uide
tur declaraſſe motum animi ſui, iuxta l. prætor. ff. de iuriſ. om.
iudi. ¶ Sed illa ſola, q̃ bona non diuidantur inter alios, ſed
ſint ſibi ſoli commiſſa, non eſt ſufficiens, attento q̃ in cauſa
eccle. iudicare poteſt, ut dixi ſ. in notabilib. & hoc maxime,
quando qualitas rei litigioſæ nõ induceret uериſimiliter im-
moderatam affectionem, ut hic per ipſum, & bene. ¶ Fallit
9 † octauò in epiſcopo, uel alio prælato collegiato, qui litigat
pro eccleſia ſua, quo ad bona menſalia: de quibus per gl. in uer
bo, ad menſam. in cle. j. de exceſ. præla. quia non poteſt eſſe te
ſtis in tali cauſa, ſecundum Io. An. & do. Ant. & do. Abb. hic,
& Imol. in c. præſentium. de teſta. in 6. & ibi Domi. in prin. in
4. col. & Pet. de Anc. ibidem in ult. col. & Domi. in c. iudex ab
Apoſtolica. in 1. col. de offi. deleg. in 6. & Paul. de Leaza. in d.
c. cùm nuncius. Et ex hoc pulchre & ſing. infert do. Ab. q̃ ca-
nonicus non poteſt eſſe teſtis in cauſa præbendæ ſuæ: cùm il-
la ſit deputata pro menſa ſua. Et pro hoc optimè facit: quia li
cet prælatus in cauſa eccleſiæ poſſit eſſe iudex, ut ſ. dixi, non
tamen, ſi eſt quæſtio de bonis menſæ, ſecundum Hoſt. in c. procu-
rationes. j. de cenſi. & Cal. in tit. de iudicijs. conſilio 6. & do.
Abb. poſt collectarium in c. cum ueniſſent. in 6. col. ſ. de iudi.
Et ibi etiã infert, quod hic dicitur de teſte. Bene facit, quod
no. gl. & Bar. in l. impuberẽ. §. j. ff. de falſis. ubi patet, quòd no-
tarius, qui tanquã publica perſona adhibetur ad ſcribendum
teſtamentum, ſicut non poteſt legatum ſibi adſcribere ut pri-
uato, cum principaliter uertitur commodum eius, ita non po
teſt adſcribere legatum alteri, cuius uſusfructus pertinet ad
ſcribentem. Facit, quod no. Bar. in l. j. ff. de autho. tut. & Bal. in
l. bonorum. C. qui admit. Cùm ergo præla
tus dicatur uſufructuarius, * ut per glo. &
Doc. in c. pñti. de off. ord. in 6. Ergo licet tã
quam alius teſtificet, tñ nõ admittitur ad
teſtimonium. Facit ẽt, quod ſcribit Domi.
in c. à collatione. in fi. de appella. io 6. alle
gando Rotam conclu. 102. ubi dñr, q̃ ſi epi

* Teſtes] Adde Alex. in l. in tantum. de rer. diuiſ. & Spec. in tit. de teſt. §. 1. verſ. ſed nunquid in cauſa. & Ioan. And. in addit. & Alex. cõſil. 18. 2. p.

* Vſufructuarius] Adde Socin. conſil. 32. incip. ex his quæ ſuperius. verſ. certa ſecundã q. p. 1.

ſcopus eſt legatus in prouincia, non poteſt appellari a ſenten
tia ſua ad ipſummet: quia per hoc, quòd aliquis ſuſtineat ui-
cem duorum, nõ præſumit uariari eius animus. Vnde ſicut eſt
ſuſpectus in propoſito, ut prælatus, ita ut teſtis, per text. opti-
mum in c. ſiquis iuſto. §. 2. de elec. in 6. Et ideo dicit, q̃ id, qđ
aliqs facit pro pluribus, poteſt ſolus retractare, ut alia perſo-
na: & non eſt ſuſpectus, ut d. c. à collatione. & l. 2. §. item ſolẽt.
& ibi Bar. ff. qñ appel. ſit. Sed quod aliquis facit, ut una perſo-
na, ſolus, non eſt in eo idoneus teſtis ut iudex ex alia perſona.
Et ita eſt caſus noſter. ¶ Et per hanc ultimam rationem ui-
detur, q̃ etiamſi in cauſa cõi inter prælatum & cõuentum ſo-
lus prælatus conſtituiſſet procuratorem, repelleretur à teſti-
ficando. Et ita tenet Inno. in d. c. pñtium. & Archi. in c. 1. 14.
q. 2. Spec. in titu. de teſte. §. 1. uer. ſed nunquid rector. & dom.
Abb. hic, & Bar. expreſsè in l. qui teſtã. in prin. ff. de teſta. Non
enim poteſt negari, quin ſolus conſtituendo procuratorem ui
deatur declarare eccleſiam ſouere iuſtitiam: & ſic uidetur re-
pellendus. Et iſtud credo uerum per hanc rationem, licet cõ
trarium teneat Hoſti. hic. & Spec. in tit. de procuratore. §. ra-
tione quoq; conſtituentis. uerſ. item q̃ eſt conſtitutus ab ab-
bate. & Bald. & Ang. in d. l. qui teſtamento. & Dom. in d. c. iu-
dex. & Io. And. & do. Ant. hic. Sed iſtorum opi. procedere po
teſt in prælato regulari, ſecundum do. meum hic: quia non poteſt
dici uſufructuarius, cum nihil habeat proprium, nec aliquid
ſibi applicatur, & ideo æquiparatur tutori, qui propter ſimpli-
cem adminiſtrationem non repellitur à teſtificando in cauſa
pupilli, ſi ipſe non agat, uel non conſtituat procuratorem pe-
riculo proprio, ut d. l. qui teſtamento. et ibi Bar. et ita tollitur
illa ſuſpicio inducta ex conſtitutione procu. quia non eſt tan-
ta, quanta in prælato ſeculari, in quo procedit prima opi. ¶ Et
iſta conſequenter probant, q̃ ubi in cauſa cõi prælatus cũ con
uentu conſtituiſſet procuratorem, non repelleretur. Et ita te-
net Arch. in d. c. ſuper prudẽtia. & Io. An. & do. Ab. hic, & Pet.
de Anch. in d. c. præſentium. et Dom. in d. c. iudex. quia cũ con
ſtituit procuratorem cum capitulo, non facit hoc, ut prælatus,
ſed tanquam pars capituli. Vnde teſtificat ut alius, ſ. ut perſo-
na priuata, ſecundum coſ. cum quibus tranſeo, licet do. meus hic ẽt
hoc caſu faciat differentiam inter prælatum regularem & ſe-
cularem: & fuit de mente Bal. in c. tertio loco. ſ. de proba. q̃a
hæc differentia, licet poſſit tranſire in caſu pcedenti, ubi ſolus
prælatus conſtituens procuratorẽ magis demonſtrat animum
ſuum, tñ ſecus in iſto caſu, niſi conſtitueret cũ capitulo, uel cõ-
uentu: quia qualiſcunq; ſit prælatus, poterit teſtificari ceſſan-
te rõne prædicta, præſertim cum poſſibile ſit, q̃ aliquis unum
ſentiat in quantum de collegio, & aliud in quantum ſolus, iu-
xta dictum Doc. poſt dominos de Rota in d. c. à collatione. in
fi. Reliqua in iſta materia proſequere, ut in locis præalle. & p
Ang. in l. omnibus. C. de teſti. per Bal. in c. cum acceſſiſſent. ſ.
de conſti. per Paul. de Leaza. in c. cum nuncius. j. eo. per Imo.
in l. 2. in prin. in 1. col. ff. quemad. teſta. aper. per Bald. in con-
cluſionib. Spec. in tit. de teſte. & in §. uniuerſaliter. Inſti. de re-
diuiſ. Nec obſ. eis, quod proximè dixi, q̃ prælatus teſtificãs in
cauſa, in qua cum capitulo conſtituit procuratorem, uideatur
tanquam ſocius teſtificari: & ideo repellendus, per id, quod j.
dicetur in 5. q. ut dicebat hic do. meus, quia ſecundum hoc illi de uni
uerſitate poſſent teſtificari, & commoditas ſociorum in omni
10 bus bonis cauſat maiorem affectionem. ¶ Sed † ulterius per
prædicta quæritur primò, quid de eo, qui fuit adminiſtrator
in aliqua cauſa, de qua modò agitur, & deſijt eſſe adminiſtra-
tor, an poſſit eſſe teſtis? & de hoc per Io. An. in tit. de teſte. §.
j. uerſi. ſed pone, q̃ adminiſtrator. ubi concludit, attendendos
terminos litis: nam ſi ex factis, uel omiſſis per ipſum nihil ſi-
bi aſcribi poteſt ad damnum, uel opprobrium, quæcunq; pars
illum producat, admitteretur: ſed econuerſò non: quia licet
alius platus regulariter non repellatur, tñ quando contractũ
geſſit, accumulatur ſuſpicio: & ideo, ubi imminet laus, uel ui-
tuperium, repellitur, ſecundum ipſum. Quæ uerba dicit do. Ant.
optima ad ea, quæ de iudice, aduocato & ſimilib. dicentur in
c. cum à nobis. j. eo. Dicit tñ ſe putare, q̃ tales in ſubſidiũ ad-
mittentur. Alleg. gl. in uerbo, tres. in c. cum dilecti. ſ. de elec.
& text. in cap. tertio loco. ſ. de proba. Et tranſire uidetur hic
dom. Abb. inferens latè, quid de procuratore? & reaſſumit
Bar. in l. differre. §. idem decreuerunt. ff. de iure fiſci. Quod la
11 tius ponam in d. c. cum à nobis. ¶ Secundò † quæritur, nun-
quid legatarius poſſit eſſe teſtis in cauſa teſtamẽti? Et de hoc
uide per Inn. & Bal. in c. 3. ſ. eo. p Io. An. do. Ant. Imol. hic, &

Pau.de Caſt.in l.qui teſtamento.ff.de teſta. & Specu.in tit.de inſtru.edi.§.poſtremo,uer.quid de legatario. & Spec. & Ioã. And.in tit.de teſte.§.j.uerſi.item quod eſt talis,& gloſſ.Cy.& Bald.in l.omnibus.C.de teſti.& Bart.Bald. Angel.& Sali.in l.dictantibus.C.de teſta.& gloſ.in l.nullus.ff.de teſti.& gloſſ.& Ioan.Fab.in §.legatarijs.Inſtit.de teſta.& Angel.in leg. ab executore.§.alio.ff.de appel.& Imol.in l.à ſententia.§. ſi hæres.cod.tit.& Albe.Mode.in tractatu de teſta.in 16.char.uer. uidendum eſt,quid de legatario. Et eſt paſſus difficilis:ſed trãſeo cum dom.Abba. hic concludente, ipſum poſſe teſtificari: quia non agitur principaliter de iure. Et propter multitudinem teſtium præſumitur pro teſtamento habente ſcripturam publ. & pro hoc multum facit: quia ſi attenderetur hoc caſu ſecundaria commoditas, ſequeretur, q aliquando iſti teſtes teſtamentarij non poſſent teſtificari de ſolennitate teſtamenti,uel ueritate,cum ſingulis eorum aliquid relinqui poſſit, d. l.dictantibus.& l.ſi quis ita ſcripſerit. ff. de re.dub. Et procedit iſta opin.non ſolùm,quando in omnem euentum legatarius erat habiturus legatum,ut in caſu authen.ex cauſa.C.de liber.præt.uel quando eſt appoſita clauſula codicillaris , qui ſunt caſus indubitati:ſed etiam, quando contineret ſecundariò præiudicium legatorum,per prædicta,quæ ſecũdum Imo. hic ſunt introducta fauore teſtamenti: per quem illud ſecundarium non attenditur. Et adduco notabile dictum Bald. in l.1.§.huius ſtudij.ff.de iuſti.& iur.ubi dicit,q ſi legatarius ꝓductus in teſtem, interrogatus, an ſentiat commodum ex teſtificatu,dicat,q non: puniendus non eſt de falſo: quia intelligitur,ſ.principaliter. ¶ Limita tamen prædicta dupliciter, niſi ageretur de probanda per legatarios ultima uoluntate, quæ aliter non eſſet ſcripta, nec habet authoritatem notarij, ſed omnem eſſentiam traheret ab eorum teſtimonio: quia non erunt idonei teſtes,ſecundum do. Abb. hic,& Imol.in d. l.qui teſtamento.ſicut notarius eſt ſuſpectus, cùm aſcribit ſibi legatum in teſtamento, l. 2. ff. de his, qui ſibi aſcribunt in teſt. ¶ Secundo limita, niſi eſſet quæſtio inter ipſum hæredem & legatarium, ut plene per Imol. in d.l.qui teſtamento. & glo.& Io.Fab. in d. l.legatarijs. Et iſta etiam pendent non parũ ab alia quæſtione,utrum ſentẽtia lata in cauſa querelæ noceat legatarijs? de qua dic,ut per gl.& alios in l. ſæpe. ff.

12 de re iud.cum ſi. ¶ Tertiò quæritur, utrum † uenditor poſſit eſſe teſtis in cauſa emptoris?& de hoc per do. Ant.Imo.& do. Abb.hic,& gl.& Archid.in §.ſi teſtes.uer.nullus idoneus.4.q. 3.& Cy.Iac.de Are.& Sali.in l.omnibus.C.de teſti.& Spec.& Io.An.in tit.de teſte.§.j.uer.quid de uenditore.& Bald.in c.j. §.ſi duo. de pace tenen.& Bar. in l. ab executore.§.alio. ff. de app.Et uerius puto,iuxta do. Abb.hic, q poſſit teſtificari, qñ non teneatur de euictione.Quod qñ ſit,uide per gl.& Bar.in l.Ariſto.in ſi.ff.de dona.& Io.An.in Spec.tit. de teſte.§.j.uer. ſed pone,mutuaui. Nec obſ.affectio,quam uerſimiliter habẽt in ſuſtentatione uenditionis , per quam proxeneta repellitur,c.j.& ibi gl.pen.& Do.de teſti.in 6.quia illud eſt,quia cõmuniter ſunt uiles perſonæ,& aliqua lucra ſectantur ex ualiditate contractus.Videmus enim,q in multis caſibus ſola ꝓſumptio affectionis non repellit, ſecundum do. Abb.per iſtũ tex.Sed oportet,q ſit magna affectio:arg.c. ſi.de teſti.in 6.Et quæ dicuntur de uenditore, extende ad donatorem, ſm do. Ab.hic:cui adde Io. An.in d.uer.ſed pone,mutuaui.& p Sali.

13 in l.& ſi ad te.in ſi.C.de falſ.¶ Quartò † q̃ritur,qd de cedẽte iura ſua alteri,an poſſit teſtificari pro ceſſionario in quæſtione rei ceſſæ?& de hoc per Spe.in ti.de procur. §.ſi.in ſi.& Ioã. An.& do.Ant.& do.Ab.hic.& Bal.in l.omnibus. poſt prin.C. de teſti.& in l.inuiti.in ſi.ff.de teſti.Et conclude,q poteſt eſſe teſtis, ubi non tenetur de euictione, & ceſſio non eſt facta in fraudem tertij ꝑ hoc ſolum,ut poſſit teſtificari.Vnde reddit inutilis cautela.Spe.de qua ꝑſcripſit in d.§.ſi. Et idem concludas in q̃ſtione,an q non põt teſtificari ꝓ cedente,poſſit teſtificari pro ceſſionario,ut per Spec.in tit.de teſte.§. 1.uerſic.

14 ſed pone,mutuaui.¶ Quintò † quæritur,quid de ſocio? & de hoc per Inn.in c.3.Ȝ.eo.& do.Ant.& do.Abb.hic,& gl.& Bal. in l.quoniam liberi.in uerbo,participes.C.de teſti. & Spec.& Io.An.in ti.de teſte.§.j.in uer.ſed nunquid ſocius.& Ang.in l. ſi duo rei.in prin.ff.ſi quis cautio. per do. Flo.in l.nullus.ff. de teſt.& Io.An.in ſummula de teſti.circa princip.Et dic, q poteſt,niſi ſit ſocius omnium bonorum,uel niſi ratione ſocietatis etiam non omnium bonorum cauſata eſſet magna familiaritas:quia tunc poterit repelli,ſecundũ qualitatem amicitiæ,uel præſumptæ affectionis, ſecundum do.Ab.hic:pro quo facit:quia aſſidua conuerſatio æquiparatur habitationi in domo.No.glo.in uerb.aſſiduè.ſm intellectum Ioan. An. in c.ad hæc.j.de Iudæis.Et ſtans in domo repellitur , ca.in literis.j. eo.Ergo,&c.De ſocio ait ſocij,dic idem,quod in iſto, per l.ſocij.ff.de reg.iur.& c.repellantur. de accuſ.

15 ¶ Sextò † quæritur, quid de fideiuſſore in cauſa debitoris principalis? & de hoc per Spec.& Io.An.in tit.de teſte.§.1.uer. quid ſi fideiuſſor. & Ang.in l.ab executore.§.1.ff.de appel.& Bar.Bal.Ang.& Imo. in l.ſi cui legetur.§.1.ff.de lega.1.& Imo. in l. à ſententia. in prin.ff. de appe.& Bar. in l.ſi quis ita. ff.de reb. dub.& Florin. in l.dictantibus.C.de teſta. Et dr,quòd non poteſt teſtificari: quia intereſt ipſius, liberatum eſſe debitorem , ne litibus ipſe uexetur,l.quia poterat.ff.ad Treb.c.2.Ȝ. de arbi.Hoc intellige uerum,ſi cum principalis debitor ſoluendo non eſſet, tñ fideiuſſor renunciauerat beneficio authẽ. præſente. C. de fideiuſſ. Sed iſtis non concurrẽtibus,uel altero eorum,poterit eſſe teſtis,& etiam iudex: quia nullo modo poteſt uexari in lite,per d.auth.præſente. Ita declarat Bar.in d.§.ſi.Et facit,quod ipſe not.in d.l.dictantibus.& in l.ſi.§.ſi.C.de uſur.rei iudi.& Iac. Butr.& Ang.in l.non ſolùm.§.quæritur.ff. de procu. Nec obſtat reſponſio Imol. in d.§.ſin.dicentis , quòd licet debitor ſit ſoluendo,tñ poteſt deſinere eſſe ſoluendo: quia reſpondetur, quòd lex hanc ſuſpicionem uani timoris conſiderari non permittit ſtante iuramento affectionis in oppoſitum,l. ſi quis ab

16 alio.in princ.ff.de re iudi. ¶ Vltimò † poſſet de pluribus nõ ita dubitabilibus quæri , putà de uaſallo in cauſa domini : de quo per glo.ſing.in c.de forma. 22.q.5. & Spec.in tit.de teſte. §.1.uerſi.ſed nunquid uaſal.& do.Abb.in c.accedens. el 2.Ȝ.ut lite non conteſta.& hic,& Bald. in c.ego enim.in ulti.colum. j.de iureiur. Et dicitur , quòd nec pro,nec contra dominum teſtificari poteſt , niſi aliud ſuadeat qualitas perſonarum , ut hic per do.Abb.qui etiam ponit de ſolicitatore.Sed de hoc & de alijs in iudicio interuenientibus, putà iudice, aduocato,& ſimilibus,dicetur,in c.cum à nobis . De alijs autem dic, ut latè per Spec.in d.tit.de teſte.§.1 .& Alber. Moder.in dicto tractatu de teſte, in primis char. ubi multa potius magiſtraliter,quàm copioſè ponit . Et quia in primo notabili tetigi de priore conuentuali, an poſſit eſſe delegatus , intellige ſecun-

17 dum nota.in cle.& ſi principalis. de reſcri. ¶ Vlterius † uide Bal.in rub.ff.de re.diuiſ. uerſi. nunc de quinto. ubi tradit doctrinam optimam in hac tota materia:& dicit,quòd aliquando ex teſtificatu & ſententia ferenda in hoc iudicio immediatè acquiritur teſtificanti ius ; & tunc repellitur à teſtimonio: quia æquè principaliter ſua intereſt, ſicut illius, qui pro illo iure agit in iudicio: ſecus, ſi non acquiritur ius immediatè, ſed mediatè. Item uide Io.An.in regula, ſine poſſeſſione . in pen.col. de regu. iur. in 6. in Mercu.ubi ipſe dicit,quòd ſi epiſcopus petat contra unam eccleſiam, ſeu eius rectorẽ quartam decimarum , & rector illius eccleſiæ allegat generalem conſuetudinem loci,uidelicet quòd omnes eccleſiæ & rectores illarum de conſuetudine non ſoluunt decimam , poterit per rectores aliarum eccleſiarum dictam conſuetudinem probare,quamuis in conſequentia illi uideantur deponere circa id,quod concernit proprium commodum : per quam deciſionem uidi alıàs conſuluiſſe idoneos eſſe quoſdam hoĩes uniꝰ artis productos ab uno eiuſdem artis accuſato de fraudatione gabellæ ad probandum conſuetudinẽ quandam illius artis ipſum excuſantem:& bene facit,quod no. Ang.in diſputatione,Aſtenſis miles.in 7.charta,uer.de primo dubio .

SVMMARIVM.

1 *Libellus in poſſeſſorio ſicut non alteratur per narrationem proprietatis,ita libellus ſuper renouatione attentatorum appel. pendente.*

2 *Poſſeſſio antiqua ſola ſine titulo , an & quando proficiat.*

3 *Clericus poteſt priuari beneficio duabus ex cauſis .*

4 *Periurus in una cauſa , non debet in alia cauſa admitti in teſtimonium .*

5 *Exceptio huiuſmodi, Tua non intereſt, eſt dilatoria,& debet opponi ante litem conteſtatam .*

6 *Laicus quando admittatur ad accuſandum clericum de crimine ciuiliter. & nu.7.*

8 *Laicus ſi ſit parochianus , uel patronus , quia ipſius intereſt , poteſt clericum ciuiliter denunciare.*

9 *Laicus poteſt denunciare clericum , quando denunciatio reddet iuſiurandum clerici ipſo iure nullum.*

10 *Laicus*

10 *Laicus admittitur ad denunciandum clericum, quando agitur de crimine dilapidationis.*
11 *Laicus poteſt denunciare clericum, quando agitur de crimine famoſo, uel ſcandaloſo.*
12 *Exceptiones contra teſtes an ſtatim debeant admitti, ut probentur. De hoc uſque ibi, glo. in uerbo. 13. 14. 15*

CAPITVLVM VII.

EX PARTE. ¶ Si probatio exceptionis oppoſitæ contra teſtem non admittitur, antequàm teſtis recipiatur, licitè appellatur. H. D. ¶ No. primò, ſecundum do. Ab. ibi, canonicè, quòd † ſicut libellus in poſſeſſorio non alteratur per narrationē proprietatis, ut in c. ex parte. ſ. de ſo. compe. ita libellus ſuper reuocatione attētatorum app. pen. nam de iſta canonica inſti. non cogitur iſte in commiſſione facta per hāc decretalē aliquid probare. Et dicit hic Bal. quòd ex tēporis diuturnitate non præſumit canonica inſtitutio: & ideo fictio legis, cum de in rem uerſo. ff. de uſur. non habet locum in ſpiritualibus, ſm eū: ſed intellige, quo ad hoc, ut ipſa diuturnitas cauſet titulum, quaſi per uiam pſcriptionis: alias aūt bene cauſat præſumptionē tituli, ſm Inn. & alios in d. c. illud. j. de præſump. & Bal. in l. ſiue poſſidetis. in prin. C. de proba. & Imo. in c. ex frequentib. j. de inſti. & Bal. in l. ſi filium. C. de peti. hær. & Do. in c. ordinarij. de offi. ord. in 6. & Pet. de Anc. in repe. regulæ primæ, de reg. iur. in 6. Bal. & Ana. in l. qui aliena. §. quòd ſi non adierit. ff. de acqui. hær. & Ro. in l. ſciendum. ff. de uerb. obli. & Io. de Ana. in c. licet Heli. j. de ſymonia. Et limita, ut ibi aliàs dixi. ¶ Et ſubdit hic Hoſt. ſuper uerbo, 30. annis. quòd
2 † ſola antiqua poſſeſſio non proficit ſine tit. per d. regulā primam, & c. pen. j. de inſti. Bene faciunt no. per Io. An. in regula, qui contra. in Mercu. ubi tractat, quòd unio præſcribi non poteſt, ſi ex diuturnitate tēporis, cuius initij non ſit memoria, probatur unio: non, quia hoc inducat unionē, ſed inducit præſumptionem unionis. Et ita aliàs cōſulendo obtinui. Dicit tñ hic. Bal. quòd feuda præſcribuntur ſpacio legitimi temporis. Allegat c. pen. §. ſi quis per 30. ſi de feu. fue. contro. & dicit, quòd ciuitas & caſtrum eccleſiæ pſcribi poteſt: ut per Inn. in c. bonæ. el 2. ſ. de poſtu. præl. ſed non eccleſia. ¶ In tex. ibi, & amplius, nihil operatur hæc aggregatio: quia incerta, ſm Bald. hic, niſi ad hoc tñ, ut non uideatur quis ſe adſtringere ad certam formā temporis. Item ut probari poſſit de quolibet tpe latiori, allegat c. ſancimus. de feudo ſine culpa non amit. & incidenter dicit, ibi eſſe unum caſum mirabilem, in quo nulla mundi præſcriptio currit, uidelicet qñ uaſallus per longiſſima tempora non ſeruiuit dño: quia dominus non habuit neceſſitatē talis ſeruitij. Per hoc enim non præſcribitur ſuper libertate: quod bene not. Et quòd iſta dictio, & plus, nihil operetur in teſte, ſatis diximus in c. licet. in 20. notabili. ſ. tit. 1. ¶ Not. ſecundò ibi, tacito, quòd eſſet laicus, quòd literæ impetratæ per laicum contra clericum, ut priuetur beneficio ratione defectus, uel delicti, non ſunt ipſo iure nullæ, & ualebit iudicium ſuper eis agitatū. An
3 aūt à principio potuiſſent elidi, dicetur cum gl. 1. ¶ No. † tertiò ibi, quòd ſi dictus, duas cauſas ſufficientes etiam diſtributiue, ut clericus priuetur beneficio. Prima, ſi pater clerici, quamuis legitimè, adminiſtrat in illo beneficio, ne uideatur ſucceſſio notari in eccleſia Dei contra c. pe. j. de præbē. ſecus, ſi alia perſona fuiſſet intermedia: de quo etiam in c. ex trāſmiſſa. ſ. de filijs presby. & colligit do. Anto. practicam capitulandi, quòd talis pximè antè in eadē eccleſia miniſtrauit. ſecus eñ, ſi ſimpliciter diceret, qñ: quia ante diceretur, quod ſit ēt dato medio. Allegat c. capellanus. ſ. de ferijs. Scda cauſa eſt, cū publicè detinet concubinā. Facit optimè c. nullus. & c. ꝓterea. 33. diſt. & c. nſa. de coha. cler. & mul. ¶ Quid autē, ſi occultè detinet, uel cōmiſit ſimplicē fornicationē? V, i de glo. in c. Maximianus. 81. diſt. & do. Car. in cle. 1. in 2. q. de uſi. ord. & plenè do. Ab. in c. at ſi clerici. in prin. in 19. col. ſ. de iudi. ¶ Not. quartò ibi, latrones, quòd laici reſtificatoē cōtra clericū, cum agiē ciuiliter de crimine, etiamſi agaē ad priuationē bñficij. Ad idē c. tam literis. j. eo. & quod fuit dictum in c. qm. ſ. eod. Hic enim non repelluntur iſti, quia laici, ſed quia infames & notabiles. Ex quo ultimo uerbo no. ſm Bal. do. Ant. & do. Abb. hic, quòd infames, etiā infamia facti, repellantur à teſtimonio: de quo dictum fuit in c. licet. ſ. tit. 1. & dicetur j. eo. teſtimoniū. ¶ Not. quintò ibi,
4 cum in alia cā quòd † conuictus de periurio in una cauſa, probatur periurus in qualibet alia, nec admitti debet amplius ad teſtimonium. Ad idem bonus tex. in c. paruuli. 22. q. 5. & c. teſtimonium. j. eo. & per d. c. paruuli. Dixit Ro. in repetitiōe rubricæ & l. admonendi. in princip. ff. de iureiur. quòd ille, qui ſemel fuit periurus, perdit beneficium probandi aliquid per iuramentum. Et dicit Bald. in authen. et, qui. in princip. C. de bo. autho. iudi. poſ. quòd ille, qui releuatus fuit à ſatiſdatione per iuratoriam cautionem, perdit illud priuilegium, ſi ſemel præſtitit iuratoriam cautionem, & fuit periurus. Et quòd etiā in alia cauſa iſta operentur, allegat dom. Abba. Fede. conſil. 73. ubi conſuluit, quòd ſi clericus conuentus in iudicio actione depoſiti, negat depoſitum iurando, ſi probatum fuit depoſitum, conuincitur de periurio, & repelletur in alia cauſa. Allegat Innocent. in c. qualiter. el 2. de accuſ. & iſtud conſilium ſequitur etiam dom. Abba. in c. at ſi clerici. in princip. 20. col. ſuprà de iudi. & Ioan. de Ana. poſt Car. in c. cum oporteat. in pen. col. infrà. de accuſa. & idem dixit Fede. conſ. 255. ¶ Not. ultimò ibi, caſſata ſententia. quòd uerbum, Caſſare. refertur quandoq; ad actum nullum, & uerificatur tunc in caſſatione ſolius facti: quia data ueritate appellationis, habeat ius illa pro caſſatis, per c. non ſolùm. de app. in 6. & allegat dom. Abb. gloſſ. in c. accedens. el 2. in uerbo, caſſauimus. ut lit. non conteſt. Facit gloſ. in l. ſi minor. ff. de cuic. quæ dicit, quòd factum à iudice de facto, debet de facto reuocari. Not. Innoc. in c. querelam. ſ. de elec. & Bal. in l. ſi pacto, quo pœnam. C. de pact. & in l. 2. C. de ſerui. & aqua. in l. fi. C. de edic. diui Adriani. & in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pac. Et pondera, quòd ſubſtitutus loco alterius non legitime depoſiti, remouetur. Ad idem c. ad petitionem. j. de accu. cum ibi alleg. in glo. ¶ Glo. ibi, licet laico uitare. Non admittunt do. Ant. & do. Abb. iſtam conſequentiam gloſ. quòd qui poteſt euitare aliū, poſſit eum accuſare, dant notabilem inſtantiam in excommunicato, quem dicunt teneri alium excommunicatum, euitare, tamen non poteſt ipſum accuſare, c. intelleximus. de iudi. & c. à nobis. infra de excep. Scias tamen, quòd dicunt contra gl. fi. in c. de filia. 27. q. j. quæ dicit, quòd excōicatus poteſt excommunicato communicare: ſed male dicit: quia ſi priuilegium ab hoc non excuſat, c. nulli. j. de ſen. excom. minus delictum facit, c. eum qui. de præben. in 6. idem do. Ant. in c. illud. j. de cle. excom. mini. ¶ In ea. ibi, dilatoriam omiſit. not. ſecūdum do. Ab.
5 quòd † iſta exceptio, Tua nō intereſt, eſt dilatoria: & ſic oponenda ante lit. conteſt. * Idem dicit Inn. in c. ſuper his. j. de accuſ. cuius dictum pro notabili ſequitur do. Card. conſi. 7. incip. In cauſa fratrum. & do. Ab. in c. j. in prin. j. de accuſ. & Bal. in repe. l. 2. ff. de iureiur. & Pe. de Anch. & Ananias in c. ſuper his. & Imo. & Ro. in l. ille, à quo. §. ſi de teſtamento. ff. ad Trebel. & Bar. in l. poſthumus. §. ſi quis ex his. ff. de inoffi. teſta. & in l. mater. ff. eo. ti. & Pet. de Anc. in cle. conſtitutionē. de ele. & do. Ab. hic. ¶ Sed contrarium tenent do. Ant. do. Car. & Imo. in d. c. ſup his. & Bal. & Ang. in d. §. ſi quis ex his. quia ſm eos, & bene, quoties probatur tua non intereſſe, deficit in defectu actio. Et ideo iſta exceptio, Tua non intereſt, tanquam perimens actionem, æquiparabit peremptoriæ. Ergo ſemp poterit opponi, l. peremptorias. C. ſen. reſcin. non poſ. Et iſtud teneo. Et alia oppoſ. poſſet procedere qñ qs cōpareret pro intereſſe publico: quia per litem conteſt. perſona habilitaē. Ita ſoluunt do. Ant. & Imo. in d. c. ſup his. & pro ipſis dicit ibi Ana. eſſe gl. hic. Facit l. 3. ff. de popu. act. ubi in actionibus popularibus nō conſideratur, cuius intereſt, niſi ad finem, ut ille pferaē ceteris. Item alia oppoſ. pōt intelligi, quòd iſta exceptio ſit de impedientibus ingreſſum litis. Et ita tn. expreſsè Bal. in d. l. 3. in 8. char. & Bar. in l. ſi pupilli. §. uideamus. p illum tex. ff. de neg. geſt. & in l. ſi unus. §. ante oia. p illum tex. ff. de pac. & in l. Papinianus. §. ſi quis impubes. ff. de inof. teſt. & in d. l. mater. &
6 Ang. in d. §. ſi quis impubes. ¶ † In ea. gl. fi. De materia huius gl. ordinariæ, uidelicet qñ laicus admittaē ad accuſandū clericum ciuiliter de crimine, dic, ut hic latè p Scribentes: ſed habeas regulam cum fallentijs, p quas ſubſtantia dictorum ſuorum quibuſdam additis includetur. Eſt ergo regulare, quòd laicus non admittitur ad accuſandum, uel denunciandum clericum ciuiliter de crimine, per tex. hic: quia ille debet agere ciuiliter, cuius intereſt, c. non ſolum. 2. q. 6. Inſti. de act. in prin. Sed laicorum nō intereſt intromittere ſe de clericis, c. Oſius. ſ. de ele. c. bene quidē. 96. diſ. & eſt tex. ultra Doc. melior de iure,

* *Ante litem conteſtatam*] *Ad. de Ange. in l. ſi pater filium. C. de inoffi. teſtam. & Doc. in l. fin autē. §. ſi hemo. ff. de rei uendic.*

e.ſi. in ſi.29.diſt.quia nõ pſumuntur bonó zelo moueri, c.lai-
cos.2.q.7.Non obſ.c.de cætero.à contrario ſenſu,j̃. eod. quia
quatenus hic agitur de priuatione beneficij,habet denuncia-
tio quandam ſpeciem accuſationis, cum ex hoc nullum com-
modum applicet accuſanti.Nec obſ.ꝙ iura hoc caſu admittãt
laicos ad teſtimonium,c.qm̃.ſ.eo.& c.tam literis.j̃. eod. quia
in teſtib.ceſſant rationes prædictæ,cùm ueniãt acceſiti, nec
pro intereſſe proprio. Et hanc regulam ponunt hic Doc. poſt
glo. ¶Sed ante q̃ limitentur,ſcire debes, ꝙ rationes iſtius re-
gulæ cõis poſſent diſputatiuè tolli,& teneri,ꝙ ſicut laici poſ-
ſunt hoc caſu teſtificari,ita denunciare,uel accuſare:quia iſti
actus procedunt a pari:& qui poteſt unum, poteſt & reliquũ,
c.ipſi Apoſtoli.& ibi gl.2.q.7.Non obſ.differentia do. Abb. q̃a
prima recipit inſtantiam, ſi teſtis ſpõte teſtificetur productus
à parte:quo caſu non eſſet habilis,quaſi nõ ſit aſtrictus: & ma
ximè,ſi habet priuilegium,ne cogatur teſtificari.Ita ſequere-
tur ex dicto do.Ab.quod eſt contra dictum c.de cætero.¶Se-
7 cunda † differentia,ꝙ non prætendat intereſſe, tollitur cum
prima ratione regulæ,in qua ponderatur,ꝙ laicorum non in-
tereſt: quia cum hic agatur ad priuationem beneficij,& ſic ad
uindictam publicam,actio eſt popularis:unde non conſidera-
tur in ea intereſſe,ut ſ.dixi. Non obſ. ꝙ illud non eſt iudiciũ
merè ciuile,ex quo non agitur ad pœnam applicandam par-
ti,ſed ad priuationem à beneficio, licet appelletur iudicium
ciuile,c.per tuas. de ſymon.quia poſito,quod eſſet iudicium ci
uile,in c.per tuas.mixtũ:prohibitio tñ. quæ fit de laico in cau
ſa criminali, non extenderetur ad iudicium mixtum.Iſtud pa
tet in c. ſuper his.in ſi.j̃.de accuſ.& c.tuæ.ſ.de procu. & etiam
poteſt dici, ꝙ licet pœna non applicetur parti, per hoc non
inducitur,quòd iudicium non ſit ciuile:reperitur enim,quòd
aliquando in iudicio merè ciuili pœna applicatur fiſco, licet
non ſit regularis natura illius iudicij.ut plenè per Barto. in l.
agraria.ff.de termino mo.Bene facit d.c.tuæ. & quod ibi no.
Imo.ubi pœna ſeparationis thori:quæ nõ applicatur fiſco, nec
parti, facit iudicium de crimine ciuile. Et ita hic, ex quo de
nullo participat, interpretatur ciuile potius, quàm crimina-
le, tum propter regulam,in pœnis. de regu.iur.in 6.tum pro-
pter fauorem iudiciorum: quia procurator interuenit, d.c.
ſuper his. & d. c.tuæ. Et teſtes admittentur & accuſator in ca
ſu noſtro. ſimiliter ratio.c.laicos.2.q.7. De odio,poteſt tolli,
maximè, quando laicus nellet uti denunciatione canonica:
quia tunc non præſumitur, ꝙ malo zelo moueatur:& ita indi
ſtinctè contra communem tenuit Fede.conſi.23.incip. Titius
electus.Sed nihilo minus ſequenda eſt regula,quam præmiſi,
tanquam communis:& non ſumitur argu. à contrario in d.c.
de cætero. quia reſultat abſonus intellectus ad multa iura,
de quibus 2.q.7.laicos.cum ſimilibus. Non eſt bona æquipa-
ratio teſtis & accuſatoris in propoſito, ut hic per do.Abb. Et
ſi dicitur,poſſibile eſt, ꝙ etiam teſtis non uocetur,ſed ſponte
deponat,& tamen non repellatur, reſponde, ꝙ ex quo ſcit ſe
poſſe cogi,per c.1. cum ſimi.j̃.tit. ſeq.non dicitur omnino ſpõ
taneus,ut eſt notabilis theorica Ioã. And. in c.præterea.el 2.
j̃.de iure patr.not.Pet.de Anch.in c.2. in 14.col.de delic.pu.
& Bald.in l.nouiſſimè:per illum text.ff. quod fal.tut.antho.&
Ioan.de Ana.in c.ſicut tuis.j̃.de ſymo.& ibi aliàs dixi. Et mo
tiua prædicta cõtra communem poſſunt iudicare in certis fal-
lentijs, quas ad iſtam regulam colligo ex dictis Doctorum,
8 ¶Fallit † enim primò, niſi laicus ſit patronus, uel parochia-
nus:quia ipſius intereſt, & poteſt ciuiliter clerici crimen de-
✠ nunciare,ſecundum glo.& omnes ✠ hic,& in c.Maximianus.
81.diſt.& in c.conſtitutum.16.q.1.& in c.filijs.17.q.4.& in c.
qualiter.el 2.q.1.de accuſ.& in c.uenerabili.ſ.de off. deleg.&
Hoſt.& dom.Abb.in c.quod Dei timorem.in 4.notabili,per il
lum tex.j̃.de ſtatu mona.Et quòd eorum interſit, probatur in
c.audacter.& in c.qualis.& in c.2.cum glo.60.diſt. & in c.nul
lus.61.diſtin.Si enim pro iniuria ſimplici poſſunt accuſare, &
criminaliter,c.de cætero.j̃. eo. fortius propter iudicium ani-
marum ciuiliter. Imò, etiamſi ſint perſonæ uiles, admitten-
tur iſto caſu, ſecundum Lapum notabiliter alleg.11.per cap.
omnibus.4.quæſtio.5.licet aliàs ſecus,c.penul.j̃. de accuſa.Et
hinc eſt, quòd contra prælatum electum poſſunt laici, quo-
rum intereſt,excipere de crimine, uel defectu,ſcđm glo.in c.
ut circa.in uerbo,aliqui.de elec.in 6.& ibi latè Domi. in prin
cip.in 2.col.& Innoc.in c.ſuper his.ſ.de accuſ.& Do. latè poſt
Arch.in c.qui epiſcopus.in ult.col. 23.diſt. & in c.illud.in fin.
ea.diſt.& do.Ant.poſt Inno. in c.cùm Bertoldus. de re iudi.&

do.Abb.in c.conquerente.ultimo notabili,de cle.non reſi.&
gl.in c.cupientes.§.ſi uero.in uerbo,unicus.de elec.in 6. & Io.
9 de Ana.in c.illa.j̃.de accuſ. ¶ Fallit † ſecundò, niſi crimen,
de quo clericus denunciatur,redderet ſuam inſtitutionem ip
ſo iure nullam:quia tunc quilibet laicus poteſt denunciare,
ſecundum do.Ant.hic,cum anima fratris recipientis à tali ſa
cramento,fraudetur.Et ex hoc dicto poſſet dici ad idem,quã
do crimen tale ſuperueniſſet poſt inſtitutionem.Idem in cle-
rico ſuſpenſo ipſo iure ab exercitio officij. Sed contrarium
do.Ab.hic,& bene:quia contra iſtud inconueniẽs aliter ſuc-
curritur. Quamdiu enim taliter promotus toleratur,ſunt ex
cuſati ſubditi,quo ad deum,ſecundum gl.in c.dudum.el 2.in
uerbo,deceptę.ſ.de elect.& in cle.dudum.in uerbo,iudicare.
de ſepul.Notant Scribentes utrobiq;,& do.Ant.in c.cum iam
dudum.in ult.col. j̃.de præben.& Spec.in titul.de legato.§. ſu
pereſt.uer.quid ergo.& Pet.de Anc.in cle.abuſionib.de pœn.
10 & remiſ.cum ſi. ¶ Fallit † tertio,niſi agatur de crimine dila
pidationis rerum eccleſiæ:quia in ſubſidium clericorum ad-
mittitur quilibet laicus ad denunciandum ciuiliter,ſicut qui
libet laicus auditur ſuper re eccleſiæ male alienata, c.ſi quis
presbyterorum. j̃.de re.eccl.non alie.& c.non liceat.12.q. 2.
Ita limitat gl.j.in d.c.uenerabili.& do.Abb. hic,quamuis ali-
qui ex gl.allegatis in prima fallentia intelligant hoc ſolum
in ſubdito,uel parochiano,ſed malè, ſecundum eum: & adde
eundem poſt Hoſt.in c.dilecti.ſ. de ma.& obe.& Archi.in d.
c.non liceat.& Imo.poſt Pau.in cle.j.de reſcr.& do.Ant.in c.
11 edoceri.in ſi.ſ.eo.tit. ¶Fallit quartò,niſi † agatur de crimi-
ne famoſo,uel ſcandaloſo:quia poteſt tunc quilibet laicus cle
ricum denunciare. Ita not.ſolus do. meus hic ad euitandas
quaſdam ex rationibus.Fed.in d.conſil.Mouetur per tex.in c.
Paulus.in ſi.2.q. 7. ubi patet,ꝙ quando ex malo exemplo ti-
metur ſcandalum,inferior poteſt arguere ſuperiorem. Ad idẽ
alleg. c.præſumuntur.in ſi.eadem cauſa & quæſt. quæ iura nõ
urgent.Et pro hoc conſiderat, ꝙ ceſſant iſto caſu rationes c.
laicos.2.q.7. Nã prima eſt odij præſumptio,quæ ceſſat in de-
nunciatione canonica tendente ad priuationem bñficij: quia
eam debet præcedere charitatiua monitio, c. cum dilectus.
cum ſi. j̃.de accuſ.Secunda ratio eſt,quia non debet laicus ar-
guere clericum, cùm non uelit grauitatem & eius continen-
tiam imitari:& illa etiam ceſſat in caſu iſto, quia propter ſcã
dalum & malum exemplum toleratur, ꝙ inferior arguat ſu-
periorem.Tertia ratio eſt: quia ſicut clericus non admittitur
ad accuſandum laicum,ita nec laicus ad accuſandum clericũ:
Et iſta ceſſat,ubi eſt accuſatio ciuilis,c. prælatus. de homi. in
6.Poſſes ẽt dicere,ꝙ c.laicus. loquitur in epiſcopis. Sed ẽt in
eis procedet fallentia per prædicta,pro quib.facit c.epiſcopus
in ſynodo.25.q.6.& quod habetur in c.præterea.in tit.proxi.
ubi laicus põt eſſe denunciator clerici, qñ eſt electus à iudice
eccleſiaſtico ad hoc officium: qꝛ tunc nõ eſt ſuſpicio de eius
perſona.Eadem ratione uidetur dicendum,ubi ceſſant ratio-
nes prætallegatæ,ſecundum ipſum:cui adde,ꝙ Bal. hic expreſ
ſe uult contrarium, ꝙ licet fornicatio in clerico eſſet crimẽ
publicum,quilibet de populo non poteſt accuſare,niſi patro-
nus & parochianus:nã iudex ex officio debet repellere eos,
quorum non intereſt, etiamſi lege non caueatur: & dicit eſſe
text.in l.qui bona.§.qui damni.ff.de dam.infe.& optimè facit
gl.hic.Sed cũ iſta fallentia ſuſtineri poteſt in iudicio denun-
ciationis,ubi præceſſit monitio fraterna,ut requiritur:ubi au
tem fieret denunciatio iudici de crimine,non ut eſſet iudiciũ
denunciationis, ſed ad excitandum iudicis officium ad in-
quirendum,ubi poteſt inquiri, tunc quia talis denũciatio nõ
requirit monitionem fraternam, ſed eſt potius quædam inſi-
nuatio facta iudici ad excitandũ eius officium,procedere poſ
ſet opi.Bal. ¶Fallit quintò & ultimo in caſibus,in quibus lai
cus põt accuſare clericum de crimine criminaliter:de quibus
dicetur in d.c.de cætero. puta, ſi ſuam, uel ſuorum iniuriam
proſequitur,uel in criminibus excep.ut ſymo.& hæreſi:ut hic
etiam aliqualiter per do. Ant.& do.Abb. ¶ Glo.in uerbo,no
12 tabiles.in fin. Eſt † uidendum,nunquid,ſi opponitur exceptio
contra teſtes tempore,quo producuntur, debeat excipiens ad-
mitti ad probandum exceptiones incontinenti. Et omiſſis
omnibus alijs dic,ſecundum Ioan. Andr. hic, quem alij com-
✠ muniter ✠ ſequuntur, ꝙ iudex exceptiones contra teſtes op-
poſitas debet omnino admittere ſtatim:aliàs grauat partẽ.Et
ita põt intelligi iſte tex. uidelicet,ꝙ iudex hic grauauit par-
tẽ:non quia non ſeruauit probationes exceptionum,ſed imò
exceptiones

exceptiones repellit. Et hæc lectura uidetur ueriſſima : qoia
ex quo iudex proceſſit ad ulteriora, i. ad actum in compaſſibi
lem ipſi exceptioni, qui eſt receptio teſtium, uidetur ipſam ex
ceptionem reijcere, ſecũdum gl. & Doc. in c. cùm ſuper. in uer
bo, interpoſita. ȝ. de offic. leg. & in c. cum cauſa. eod. tit. Et ſen-
tit Bart. in l. à procedente. C. de dila. ubi dicit aperte, ꝙ quã
do iudex procedit ad ulteriora, non cognito ſuper exceptio
ne, uidetur repellere exceptionem, quaſi non ſit admittenda:
qñ uerò prius de exceptione, & poſtea procedit ad ulteriora,
tunc uidetur eam repellere, quaſi non ſit uera. Vtroq; ergo ca
ſu repellit. Nec obſt. ꝙ exceptio, quæ opponitur cõtra teſtes,
dicatur eſſe quaſi peremptoria, ſecundum gl. hic, de qua in-
frà: quia quantum ad effectum ſuſpendendi receptionem te-
ſtium, cui eſt præiudicialis, ſapit naturam declinatoriæ. Vnde
non pôt ſimul & ſemel in iſta exceptione procedi, ſicut in ſim
pliciter peremptorijs. Et licet de iure ſpeciali inductum ſit, ꝙ
iudex probationem huius exceptionis poſſit reſeruare, de na
tura tamen ſua eſt, ꝙ priùs debeat diſcuti: & ideo, niſi iudex
eam reſeruet procedendo ad actum incompaſsibilem, uidet
eam repellere. Eſt autẽ in arbitrio iudicis, admittere ſtatim,
uel reſeruare probationes exceptionum oppoſitarum contra
teſtes, niſi in certis caſibus, de quibus in authen. ſi dicatur. C.
de teſti. & per gl. & Doc. Et ſi opponerentur exceptiones ſimi
les illis caſibus, eſſent admittendæ, ſm Io. An. hic. Ex quo col
ligit dom. Abb. ꝙ exceptio extenditur qñq; ad ſimilia. Facit
glo. in l. ob æs. C. de prædi. mino. per Bartol. in l. ſi conſtante.
in prin. ff. ſol. ma. & eſt bonus tex. in c. cum dilecta. ĩ. de con-
fir. uti. uel inuti. & no. do. Abb. hic & ibi, & gl. in l. 1. C. de con
di. inde. Si autem non eſſent caſus expreſſi à iure, nec illis ſi-
miles, poterit reſeruare. Et in dubio hoc facere debet, ut cui-
tetur longitudo litis: quia forte taliter deponent teſtes, ꝙ ap
parebit reſeruationem non nocuiſſe. Nec poterit aliqua par-
tium conqueri, ſiue admittat, ſiue reſeruet, extra caſus in iu-
re expreſſos, ſecundum Ioan. Andr. hic, qui hoc late probat:
quamuis do. Abb. dicat, quod imo poteſt appellari, per nota-
ta per gloſ. in c. ſuper his. ĩ. de accuſ. & Bartol. in l. ſi qua pœ-
na. cum ſi ff. de uerb. ob. Tamen hoc indiſtinctè non procedit,
ſecundum do. meum: quia etiamſi his caſib. iuſte potuiſſet ad-
mittere, fortè teſtis nihil probauit. Nec obſt. quòd examina-
tus facit indicium, ut per Bar. in l. maritus. ff. de quæſt. & Inn.
13 in c. cum dilecti. de accuſ. quia † illud fallit, ſecundum ip-
ſum, quando contra teſtem eſt oppoſita exceptio & reſerua-
ta probatio: quia reſeruatio operatur effectum conſeruatiuũ
actus; perinde ac ſi ſuo tempore factus eſſet: Alleg. text. cum
glo. in l. item Labeo. §. 1. ff. fa. herci. de quo meminit Bal. in l.
terminato. C. de fruc. & lit. expen. & quod notant gloſ. & Do-
ctores in c. cum contingat. ȝ. de offic. deleg. Et ꝙ in tali caſu
teſtis nullum faciat indicium, dicit eſſe caſum notabilem in
auth. de teſtibus. §. ſi uero dicat. & probauit ex doctrina Bar.
in l. ille, à quo. §. ſi de teſta. ff. ad Treb. Et maxime hoc eſt ue-
rum, quando opponitur exceptio contra teſtes: quæ ſi eſſet ꝓ
bata, non ſemper omnino repelleret teſtem, ſed eſſet in arbi
trio iudicis, iuxta no. in c. in literis. ĩ. eod. per d. §. ſi uero dica
tur. in 2. reſponſo. Si uerò opponeretur exceptio omnino re-
pellens teſtem à teſtificando, & non præſumptio contra te-
ſtem, poteſt reſeruari, d. §. ſi uero dicatur. ¶ Fallit duobus mo
14 dis primo, niſi † excipiens dicat defectum eſſe publicum: quia
non debet fieri reſeruatio, ſecundum Innoc. & Ioan. And. hic:
nec requiritur, quod offerat ſe incontinenti probaturum: qa,
ſecundum do. meum, ſatis eſt allegare crimen publicum: quia
huic qualitati hæc præſumptio ineſt ex natura ipſius, ut faci-
lè & breui tractatu poſſit probari, l. fin. & quod ibi notatur,
C. de compenſ. Hoc probat iſte text. quia dixit ſe crimen pro
baturum, ſed non incontinenti. Et ita Bald. in authen. ſi di-
15 catur. C. de teſti. ¶ Fallit † ſecundò, niſi excipiens offerat
ſe paratum probare incontinenti: quia iudex debet ſtatim
exceptiones recipere, per tex. in §. ſi uerò quis dicat. in au-
then. de teſti. ubi ſi obijcitur teſti inimicitia capitalis, uolens
ſtatim probare eſt audiendus: quod licet loquatur in uno ca-
ſu, tamen habet rationem generalem ad omnes ſimiles ca-
ſus. ¶ Facit, quod not. Abb. in cap. ſuper eod. ȝ. de offic. de-
leg. in ſi. ubi uoluit, ꝙ ſi ex forma ſtatuti exceptiones debent
ſtatim reſeruari poſt lit. conteſt. talis reſeruatio nõ debet fie
ri, ubi excipiens dicit ſe paratum probare incõtinenti: & iſtis
duobus caſibus, & ſimilibus, an appellans iuſtè appellaret,
erit, ut puto, in arbitrio ſecundi iudicis, ut uideat præiudi-
cium illatum parti ex reſeruatione exceptionum. Et ita intel
lige hanc materiam, de qua ẽt per Bal. & Sali. in d. auth. ſi di-
catur. per Arch. & Do. 3. q. 5. in ſumma, & do. Ant. in c. in nomi
ne. in ultim. col. & Card. in c. cum cauſam. in 1. col. & in c. ue-
niens. el 2. in 7. col. & 10 c. pñtinm. eo. tit. ¶ Glo. in uerbo, ido-
neos. ibi, hæc exceptio peremptoria. Eſt ſimilis gl. in c. 1. ĩ. de
exceptio. & in c. de teſtib. ĩ. eo. Sed dic, ꝙ eſt anomala: nõ eſt
enim propria dilatoria: quia non proponitur ante lit. conteſ.
ut in c. præſentium. ĩ. eo. & tñ quælibet peremptoria pôt op-
poni qñcunque, c. fin. & ibi per Doc. ȝ. de dol. & cont. Vnde di-
cit dñs Abba. ꝙ licet in diſputatione reſtringibili non uenit
exceptio appellatione peremptoriæ, magis tñ trahitur ad na-
turam peremptoriæ, ut hic plenius per do. Abb. & do. meum:
quibus nihil addo. ¶ In ea. glo. in ſi. Pro ſolutione d. c. interpo
ſita. dicas primò melius, quàm in glo. ꝙ fallit in caſu noſtro,
ubi ſumus in arbitrarijs. prout erat materia iſta, per ea, quæ di
xi in præcedenti glo. ¶ Secundò fallit in exceptione, quæ fuit
oppoſita eo tpe, quo iudex non tenebatur admittere, ſed po-
terat reſeruare, per iſtum tex. ¶ Tertiò fallit, niſi appellans
uellet conſequi finalem effectum exceptionis, quæ eſt actio-
nis excluſio: quia tunc non ſufficit docere ſe obtuliſſe proba
tionem, ſed oportet iuſtificare: & ita erat hic, ſecũm do. Ant.
& Imo. in d. c. interpoſita. & do. Ant. in c. exhibita. ȝ. de iudi. &
Io. And. in Spec. de app. §. qualiter. uerſi. ſunt quoque. Proce-
dit ergo contrarium, qñ ille uult conſequi deuolutionẽ & re-
uocationem attentatorum lit. pend. Et eſt iſta cõior lect. ad
iſtum tex. Dantur ẽt aliæ & bonæ, per quas ſolenniter limi-
tatur d. c. interpoſita. ſed non refero: quia Imol. ſufficienter
reſpondet: tranſeo igitur cum ipſo, reliqua omittens.

SVMMARIVM.

1 *Iudex mittere debet ad teſtes, qui ad eum uenire non poſſunt, ut exa minentur. Fallit, ubi perſonæ in hoc text. enumeratæ poſſent commodè uenire.*
2 *Item fallit in cauſa criminali, in qua non debet iudex mittere.*
3 *Iudex an debeat neceſſariò uenire ad perſonas egregias pro teſtimonio ab eis recipiendo. Vide nu. 4. 5. 6. 7.*
8 *Teſtis pauper, honeſta tamen perſona, teſtificari poteſt.*
9 *Pars litigans ſi eſt ita pauper, quòd non poteſt teſtem producere, iudex tenetur ſubuenire.*
10 *Licere aliqua debent propter paupertatẽ, quæ aliàs non licent. n. 11.*
12 *Pauper quis dicatur.*

CAPITVLVM VIII.

1 SI QVI TESTI. ¶ Iudex † mittere debet ad
teſtes, qui ad eum uenire nõ poſſunt, ut exami-
nentur. H. D. Et utrum aliàs poſſit cõmitti al-
teri examinatio in ciuili & in criminali, uide
do. Abb. in c. cùm cauſam. el 1. in pe. col. ĩ. eod.
& ibi dicetur. ¶ Fallit primò, quod dr in iſto
tex. ubi perſonæ hic enumeratæ poſſent cõmodè accedere ad
iudicem: ut probatur in l. quæſitum. ff. de re iudi. & notant do.
de Rot. conclu. 218. incip. Item, ꝙ ſenex. in nouiſſimis. Et in-
tellige commodè etiã abſq; dedecore, per id, quod ĩ. de pau-
pere dicetur: non enim dicet tunc commodè poſſe fieri, l. in ea
dem cauſa. ibi, ſine dedecore in publico apparere nõ poſſunt.
ff. ex qui. cau. maio. & l. 3. in fin. ibi, non ſine rubore. ff. de uſur.
& l. ueſtis. §. ueſtimẽta. ibi, non facilè ſine uituperio. ff. de aur.
2 & argen. lega. ¶ Fallit † ſecundò in cauſa criminali, in qua
non debet iudex mittere, ſed perſonaliter accedere, c. 2. de iu
di. in 6. & ibi glo. & Do. & ita tenent Bal. & Abb. hic, & alleg.
Bal. in l. 3. §. diuus. ibi, nam ipſos interrogare ſoleo. ff. de teſti.
¶ Hoc aũt limita dupliciter. Primò, niſi aliud ſuadeat digni-
tas iudicantis: quia ſubſtituet alium, d. c. 2. ¶ Secundò, niſi te-
ſtes ſint extra locum ſui territorij: quia ſcribet iudici, ut eos
recipiat, ſecundum Bald. hic: alleg. l. ſi quis ex ſigoatoribus. ff.
quemad. teſta. apc. & auth. apud eloquentiſſimum. C. de fide
inſtr. Sed de ueritate huius dicti dicetur in d. c. cum cauſam.
3 ¶ Glo. prima ibi, ad egregias. utrum † de neceſſitate ad tales
perſonas debeat mitti? gl. iſta ſentit, ꝙ ſic. contrà tenet Go-
fre. in c. ſignificauit. ȝ. de offi. ordi. & ſequitur ibi dom. Anto. &
do. Abb. in pe. col. dicens, hoc eſſe bene notandum, ꝙ lex, ad
egregias, ꝓcedit de honeſtate. Facit l. 2. §. ſi pſes. ff. quis ordo
in bonorũ poſ. ſeruetur. Idem tenet do. meus hic per tex. quẽ
dicit fortiſſimum, in c. quanquã in uerbo, corã ſe. 14. q. 2. iun-
cto eo, quod no. Spec. in tit. de teſte. §. ſequitur, uerſic. quid de

*banit per unum teſtem, unquid iudex debet ſibi deferre iuramentum neceſſarium in ſupplementum probationis? & ita condemnare reum accuſatum? & in hac communis * concluſio gloſſ. & Bar. & Doct. in l. 3. ff. de teſti. eſt, quòd nõ. Item gloſ. in l. maritus. ff. de quæſtio. & Bart. in l. admonendi. in 14. colum. ff. de iureiur. gloſ. in taumſit. in gloſ. fin. de cegul. iur. in 6. dom. Abb. in cap. fin. de iureiur. in 8. colū. in verſic. ſi verò quæritur quamuis ſolus Bald. aliter teneret, & gnalr, in l. qui accuſare. circa 4. not. C. de eden. Iſtam communiorem concluſionem ego confirmo tribus modis. Nam primò conſidero, quòd text. in l. ſciant cuncti. C. de prob. & canon. 2. q. 8. requirit in criminalibus cauſis, quod probationes ſint apertiſſimæ, & quod ſint luce clariores. Sed ego habeo, quod in omnibus cauſis, etiamſi ciuilibus, in quibus requiritur apertiſſima probatio, in illis non poteſt deferri iuramentum neceſſarium in ſupplementum probationis. Ita eſt gloſ. not. in l. fin. in princ. ff. quòd me. cau. eo modo, ubicunque requiritur probatio luce meridiana clarior, ut ibi ſecundum Bald. in l. fin. in 1. not. C. ſi minor ſe maio. dixe. Item ubicunque requiritur plena probatio, uel liquida, ſecundum Bald. in l. fin. C. de ſecun. nupt. Facit gloſ. in cap. cupientes in verb. plenarie de elect. in 6. Item ubicunque requiritur manifeſta probatio, ſecundum Bartol. in l. 1. in fin. C. de fi. inſtrum. Secundò confirmo: quia in cauſis magnis & arduis non habet locum iſtud iuramentum neceſſarium in ſupplementum probationis, ſecundum gloſ. in l. admonendi. ff. de iureiur. & Bald. in l. in bonæ fidei. C. de reb. cred. dom. Abb. in 9. colum. in verſic. quod enim in d. cap. fin. de iureiur. Sed cauſæ criminales ſunt huiuſmodi, l. in ſeruorum. ff. de pœn. Tertiò facit, quod uult Salic. in d. l. ſciant cuncti quòd licet teſtis non teneatur aſſignare rationem dicti ſui, ſi non eſt interrogatus: gloſ. in l. ſolam. C. de teſti. & in c. cum cauſam, quæ incip. de teſti. fallit in cauſis criminalibus, in quibus non ualet dictum teſtis, niſi aſſignet rationem dicti etiam non interrogatus. Sequitur dom. Alexand. in conſ. 15. incip. Viſo proceſſu informationis per poteſtatem Parm. in 9. colū. Iſtam communem concluſionem limitat Ludo. Roma. in d. l. ita prætor. ff. de teſti. ut procedat in cauſis criminalibus, in quibus uenit imponenda pœna corporalis: ſecus, ſi eſſet cauſa criminalis, pro qua imponeretur pœna pecuniaria. Ad hoc dicit ibi, quòd ſolùm ponderauit illum text. in ver. pœnalis. Sed ante eum ponderat Ant. de But. in d. c. fi. Sed Ioan. de Imol. in d. l. ita prætor. & do. Alex. ēt in d. l. ita prætor. reprobant per generalitatem d. l. ſciant cuncti. Et ille text. in d. l. at prætor. in uer. pœnalis nihil facit: quia loquitur, quando ciuiliter agebatur ut patet, uerſi. actione. nam ſi criminaliter accuſatur, actio non competeret, Inſti. de publi. iud. in prin. Item tex. in d. c. fin. de iureiur.*

cturam, licet iſti non dicant, ponit etiam
Bal. hic, et dicit notabiliter ad iſtum textū
inferri, q actor, cui defertur iuramentū in
defectū probationis, dicitur ſuus teſtis. Er-
go debet eſſe teſtis idoneus, et ſcire factum,
de quo poſſit reddere rationem, quam red
dit teſtis, ſeu reddere debet, ſcilicet per ſen
ſum corporeum. Similiter colligit Bal. hic
ex lectura gloſ. et ſequacium, q denuncia-
tor fungitur uice teſtis. Vnde debet factum
plenè ſcire, id eſt, quòd denunciatio ſua ſit
uera. Et putat, quòd debet iurare de calum.
et quòd in iſta denunciatione debet expri
mere cauſam, iuxta notata in l. j. circa prin
cip. ff. de oper. no. nun. Quæ dicta nota. Et
adde ad Bart. in l. diuus. ff. de cuſto. reo. dū
tractat de maſſario uillæ, uel contratæ, qui
habet denunciare maleficium: et aliàs dixi
in capitulo, ſicut olim infrà de accuſat. Et
ſubdit Bald. quòd ille, qui denunciat, ſi di-
cit ſe contra conſcientiam non facere, de-
bet ſibi credi, ſi allegat aliquam cauſam
probabilem: aliàs non. Et de multiplici de-
nunciatione uide per Scribentes in c. omnis
ſuprà de iudic. ubi declaratur gloſ. pen. et
ultima hic: et uide Archi. in c. omnipotens
2. q. 1. ubi dicit, quòd iſti teſtes adhibiti ad
pœnitentiam ſunt idonei, qualeſcunque
6 ſint. Allegat Hoſtienſ. hic. ¶ Vltimò †
pro intellectu illius authoritatis, in ore
duorum, etc. dic, ut hic per do. Ant. et dom.
Abb. et beatum Thom. ſecunda ſecundæ,
quæſtione 70. artic. 2. Et pro eo, quod dicit
do. Abb. in fin. uide Inno. in c. fin. in gloſſ.
poſitum ſuprà de conſue. Et conſidera, quia
dictum Bald. hic, de quo ſuprà uidelicet,
quòd iurans in ſupplemētum debet iurare
tanquam teſtis, eſt magnæ importantiæ, qa
oportebit, ut ſit cautus, non ſolùm iurando
ſe iuſte petere, ſed etiam quare petat.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes duo faciunt fidem etiam in actionibus grauiſſimi præiudicij.*
2 *Teſtis conſanguineus in quo caſu non ſolùm non eſt ſuſpectus, ſed etiam melior alijs teſtibus, uelut ad probandam conſanguinitatem.*
3 *Recurrendum eſt ad ſeniores in defectū aliorū.*
4 *Teſtis redditur inhabilis ratione odij. num. 6.*
5 *Iudex arbitrantem qualitatem iniuriæ. debet procedere ex coniecturis, &, qualiter hoc fiat.*
7 *Teſtis deponens de credulitate, an probet. & nu. 8. 9. 10. 11.*
12 *Teſtis deponens per uerbum, Videtur. an probet.*

CAPITVLVM V.

Q VOTIES. ¶ Dicitur, quales
debēt eſſe teſtes ſuper cōſan-
guinitate deponentes, & po-
nit formā iuramenti. ¶ Not.
1 primò ibi, duobus. quòd †
2 etiā i actionibus a grauiſſimi
præiudicij duo teſtes faciunt plenam fidē: 1
nam ſeparatio, de qua hic, propter conſan-
guinitatem eſt res grauiſſima, c. licet ex
quadam. infrà eo. Bene facit glo. quam do.
Abb. facit ſingularem hic in c. præſul. 2. q.
4. quæ dicit duos teſtes ſufficere ad proban
dum crimen contra Papam, & illam etiam
ſequitur do. Abb. in c. per tuas. ſuprà de ma
io. & obe. & in c. ſuper eo. infrà. eo. & in c. 1.
in 3. col. ſuprà de procur. & in c. at ſi cleri-
ci. in 1. not. ſuprà de iudi. & do. Ant. in c. li-
cet. in pen. col. ſuprà de elect. Et in c. licet
uniuerſis. infrà eo. & Imo. in c. 1. in 4. col. ff.
de conſt. Et procedit illud notabile etiam,
ubi non poteſt haberi probatio neceſſariò
concludens ex natura rei, ut ſufficiant duo
teſtes ad probationem rei, eo modo, quo p
bari poteſt: & de hoc dicetur in d. c. licet
2 ex quadam. ¶ No. † ſecundò caſum, in quo
conſanguineus non ſolùm non eſt ſuſpectus
in teſtimonio, ſed etiam eſt melior cæteris
teſtibus, ſcilicet ubi agitur de probanda cō
ſanguinitate, quia genealogia cenſetur me
liùs nota conſanguineis, c. audetur. infrà qui
m. accuſ. poſ. & facit c. cùm in tua. infrà. de

loquitur in iuramento voluntario, uel iudiciali: non autem in neceſſario. Et idem tenet Car. in c. cognoſcentes. in 6. op. de conſti. Sed tu adde, quod limitationem Lud. Rom. expreſſe ſequitur do. Alex. ſibi contrarius in conſi. ſuo 66. incip. Viſo proceſſu uertente inter Eliſenum. ubi fortius ſubdit, quod iſta eſt magis cõmunis opi. & qd ab ea in iudicando non eſt recedendum, & refert idem tenere Hoſtien. & Anto. de Bu. in d. c. fi. & Bald. in d. l. at prætor. Sed dic, quod Bald. ibi non firmat pedes. Tu adde, qd idē tenet Ang. in d. l. admonendi. circa fi. Sed magis placet alia ſententia negatiua propter generalitatem d. l. ſciant cuncti. ex fundamentis prællegatis. Et ſic amplia concluſionem, ut procedat in cauſis criminalibus, non ſolùm in quibus imponit pœna corporalis, ſed etiam, ſi ſolùm imponitur pœna pecuniaria, ſed limitat prædictam cõcluſionem Ludo. Rom. in d. l. admonendi in glo. in uer. exacta. ad fi. niſi accuſatus ultra ſemiplenam probationem aliquid plus haberet, & eſſet perſona honeſta, nam arbitrio iudicis poſſet deferri iuramentum neceſſarium in ſupplementum probationis. & reum condemnare, per text. in d. c. fin. de iureiuran. ubi in cauſa famoſa Papa ibi ſic decidit, & dicit Lud. Roma. ſe admirari, quod Legiſtæ aut Canoniſtæ non aduertant ad illum text. in d. c. fi. Sed ante eum idem expreſſe tenuit Salic. in d. l. admonendi. in 3. col. per d. c. fi. de iureiur. & ſequitur dom. Alex. in d. l. at prætor. circa fi. Ego ſi eſſem iudex, admitterem iuramentum in ſupplementum probationis in cauſa criminali, ubi imponeretur pœna pecuniaria, ſed ubi ueniret imponenda pœna corporalis, nunquam admitterem tale iuramētum in ſupplementum probationis. Ex iſta limitatione no. pulchrā limitationem ad regulā, quā ſtatim dedi, quòd in cauſis arduis & magnis nō defertur iuramētum in ſupplementum probationis. Limita ſignāter ex prædictis, & eſt quotidianum, niſi plus aliquid haberet ultra ſemiplenā probationem, uel indicium bonum ibi. Ita do. Alex. in d. l. at prætor. & in d. l. admonendi. & in conſi. ſuo 264. incip. Viſo proceſſu utriuſque cauſæ. & uide gl. in ſimili in c. in dubiis. de regula. in glo. fi. & pro opi. iſta facit glo. in l. ſi duo patroni. ff. de iureiur. in uerbo, authoritas. quæ uult, quòd quādo probationes ſunt utriuſque partis pares, præualēt ille, per quas plus, quàm ſemiplenè, eſt probatum, uel in quibus eſt aliquod bonum indicium & illam gloſ. ad hoc ſummè commendat ibi Bart. & alij.

a *In actionibus*] *Adde in quòd Aug. in authen. quomodo oportet epiſcopos. §. quanta. in uer. not. cùm lex. dicit quod duo teſtes non ſufficiunt ad probandū quòd quis ſit bonæ famæ & opinionis, & hoc quando a lege, uel ſtatuto requiritur, & econuerſo etiam duo teſtes non ſuffitiunt ad probandum, quòd quis ſit malæ famæ & opinionis: quod notabis pro limitatione iſtius text.*

ſpon.

ſpon. ſecundum dom. Abb. Adde text. miſgatum in l. Octaui. ff.
unde cog. ubi etiam in pertinentib. ad ſanguinem, coniunctus
præſumitur ſcire facta coniuncti: quod intellige, niſi in factis
à coniuncto exiſtente in longinquo, ſeu in remotis partibus,
ſecundum Bald. & Angel. in l. Lucius teſtamento. §. j. ff. de lib.
& poſthu. Et iſtis adde Bart. in l. quoties per illum text. C. de
naufra. lib. x. ubi dicit, quòd de ijs, quæ ſunt in domo, uel in
naui, non admittuntur ad probandum alij teſtes, niſi in ſubſi-
dium, quando non ſunt domeſtici. Et ad hoc facit mirabiliter
iſta decreta. & d. c. uidetur ſecundum do. meum hic. Non ſolù
ergo, ſi concurrant teſtes domeſtici cum extraneis, uidetur
magis credendum domeſticis, * qui tali
caſu admittuntur ad teſtimonium, l. con-
ſenſu. C. de repu. l. lex, quæ tutores. C. de
admi. tut. no. Bar. in l. ſi quando. C. unde ui.
ſed, quod fortius eſt, alij non uidentur ad-
mitti illis extantib. Et de hoc uide, quę di-
centur in c. in literis et c. ueniens el 2. in-
3 frà eo. ¶ Not. tertiò, quòd † in defectum
recurritur ad ſeniores. Facit l. ſi chorus in
uerbo, ruſticum ſenem dicentem. ff. de leg.
3. Et hoc, ubi agitur de antiquitate, pro-
banda: aliàs eſt arbitrarium, ſecundum do.
Abb. Cui magis credatur iuueni, an ſeni?
adde Spec. in tit. de teſte. §. nunc tractandū
prope fin. ubi dicit, quòd in teſtimonio ui-
ſus magis creditur iuueni quàm ſeni. & adde gl.
in uerb. nouum in l. cum quid. ff. ſi cer. pet.
Et inducit do. Abb. iſtum text. ad quæſtio-
nem Bar. in l. Stichum qui meus erit. ff. de
leg. 2. ubi dicit, quòd ſi ſtatutum requirit
ia contractu mulieris conſenſum duorum
propinquorum ex parte patris, & ſi illi de-
ficiant, adhibentur duo ex parte matris: ſi
autem non ſupereſt ex linea paterna, niſi unus, ille debet con
iungi cum uno altero ex latere matris: non autem debent
aſſumi ambo ex parte matris: quia illi uocantur ſolùm in ſub-
ſidium. Ad idem allegans Bald. in l. in copulandis uult dicere
in l. in coniunctione. C. de nup. Adde Bald. idem tenentem in
l. j. C. unde uir & uxor. & Petr. de Aanch. in repe. c. j. circa me-
dium, uerſ. tranſeo ad ſtatuta, quæ quandoque prohibent ſu-
prà de conſti. & Bald. & Ang. in d. l. Stichum. Et uide Paul. de
Caſt. in l. ſi cùm dotem. §. ſi patri. ff. ſolu. mat. ubi dicit, quòd ſi
haberet ſolùm unum propinquorum, ille ſufficiet. Dixi in c.
4 propoſuiſti in 2. concluſ. ſuprà tit. j. ¶ Not. quartò † ibi, pri-
uato odio quòd ratione odij teſtis redditur inhabilis. Et de
hoc uide etiam text. Bal. & do. Flor. in l. 3. in princ. ff. de teſti.
& in authen. ſi dicatur & ibi Bald. & Salic. C. de teſti. & gloſ. in
§. ſi quis in uerſ. in criminalibus in authen. de teſti. Procedit
etiam, ſi de recenti recipit corpus Chriſti, ſecundum Bald. in
tit. de pace Conſtant. in uerbo, uaſalli el j. Idem, ſi eſſet de re-
centi reconciliatus, ſecundum Innoc. & alios in c. cùm opor-
teat infrà de accuſ. Idem, ſi non eſt apparens inimicus, ſed ha-
bet cauſam inimicandi, ſecundum Innoc. in c. cùm I. & A. in fi.
infrà de re iudi. & ſequitur Bal. in l. præſcriptione. C. ſi contra
ius, uel util. publ. & Pet. de Anch. in c. ſtatutum. §. ſi uerò in 5.
notab. de reſcrip. in 6. Idem, ſi eſſet magnus amicus ipſius ini-
mici, per l. ſciendum. §. ſi accuſatio. ff. de accuſ. & l. liberi. C. de
inoff. teſt. & c. repellantur infrà de accuſ. Idem, ſi eſt de ſan-
guine inimicorum etiam in quarto gradu, ſm Bald. in c. ſi ua-
ſallus el 2. ſi de feu. fue. cōtro. Quę omnia intellige, dummodo
inimicitia ſit capitalis: quia alias non repellit ab accuſando,
uel teſtificando, ſecundum Bald. in l. athletæ. §. dato remiſſio-
nem per illum text. ff. de excuſ. tut. & Domi. in c. quamuis de
procur. in 6. propter gl. in uerb. inimicus & Bal. in propoſito in d.
authen. ſi dicatur uerſ. ſed quomodo. Et ibi dicit, hoc commit-
ti iudicis arbitrio. Leuis autem inimicitia non omnino repellit
teſtem, ſed tamen eius fidem debilitat, ſecundum Archi. in c.
2. 3. q. 5. & Inno. in c. cùm P. j. de accuſ. Et licet ſentiant iſti duo,
quòd etiam nulla fides adhibeatur, tamen hoc non tenetur
quia, ſecundum Bal. in d. authen. ſi dicatur propter leuem ini-
micitiam non præſumitur quis deierare. Et adde, quòd ſi ini-
micus capitalis de facto recipiatur, non conualeſcit teſtimo-
nium per reconciliationē ſecutam, ſm Ioan. And. in Spec. in tit.
de teſte. in prin. Alleg. glo. 4 in §. ſi. uerò quis dicat in authen.
de teſti. Et dicit Bal. in d. authen. ſi dicatur, quòd ſemel inimicus

* *Domeſticis*] *Adde an & quando teſtis domeſticus ſit idoneus, & quibus caſibus admitta-tur, ut not. Socin. in conſil. 7. incip. ſupradicta cauſa poſitio. uer. Utrum prædictis non ob-ſtantibus & uerſ. nec ob. cum uerſic. ſeq. part. 2. & ad iſtam materiam adde etiam quæ habentur per Fed. de ſenis conſi. 119. incip. nulli dubium & per Alex. conſ. 6. par. 4. & in conſ. 175. p. 2.*

ſemp præſumitur inimic⁹, niſi probetur cā recōciliationis. Alleg.
l. in ipſi⁹. C. fa. ercif. & in l. 3. ff. de adimē. leg. Sed ex cōuerſatio
ne ſequenti præſumitur reconciliatio, ſecundum eum. Alleg.
5 glo. in §. ult. Inſt. de iniur. ¶ Et conſidera: quia † iudex arbi-
traturus qualitatem inimicitiæ procedere debet ex coniectu
ris, quarum etiam aliquæ dantur à iure, putà ſi quis conatur
facere iniuriam, & libenter feciſſet, ſi poſſet: quia ſufficit, etiāſi
non fecerit, ſecundum Bald. in l. j. C. ſi quacunque præditus
pote. & dicit eſſe caſum in d. §. dat remiſſionem. Idem, ſi pro-
batur aliquem retinere magnam partem bonorum alicuius
de facto, uel eius uxorem, ſecundum do. Ant. & do. Abb. in c.
accedens. el 2. ſuprà ut lite non conteſt. Idem, ſi ſolitus eſt ſa-
lutare, & amplius non ſalutat, ſecundum glo. in c. cùm Adria-
nus. 63. diſt. Idem, ſi ſe obtulerit in teſtem in cauſa criminali
contra me, ſecundum do. Ab. poſt Inno. in c. cùm P. infrà de ac
cuſ. Et idem de alijs fortiorib. coniecturis, putà iniuria maxi-
ma, uel homicidio conſanguinei, uel minas atroces maximè
in uiro terribili, ut per Bald & Imol. in l. fi. ff. de hær. inſti. &
Bar. in l. 3. ff. de adi. leg. Et ſuper iſtis plurima non impertinē-
tia dici poſſent: ſed quia ad plenum aliàs dixi in c. cùm opor-
teat. infrà de accu. ideo omitto. ¶ No. quintò, ibi, amicitia.
6 quòd † propter amicitiam teſtis inhabilitatur. Ad idem text.
in §. item teſtium. in uerbo, amicus. 4. q. 3. & glo. 3. q. 5. in ſum-
ma, quaſi in medio, & Spec. in tit. de teſte. in prin. Dicit tamen
Cy. in l. eos. C. de teſti. quòd amicitia non repellet ex toto te-
ſtem, ſed tanta fides ei non adhibetur, & ſequitur Ioan. And.
in Spec. ubi ſuprà & do. Ant. Imol. & do. Abb. hic. Et dicit Bal.
in d. l. eos. quòd hoc nomen amicitię non eſt nomen expulſiuū
à teſtimonio, & dicit eſſe caſum expreſſum in l. ſciendum. ff. de
uſur. Et dicit do. Flo. in l. 3. in prin. ff. de teſti. ſe putare, quòd
nulla amicitia repellat teſtem, ſed detrahit bene de fide ſecū-
dum quantitatem * amicitiæ. Sed tamen
credo, propter, moderatam amicitiam poſ-
ſe ex toto teſtem repelli, & ita tenet Spe.
ubi ſupra & Bald. in c. 1. ſuprà eo. & ibi re-
tuli, & ita credo ſentire gl. in c. inſinuante.
in uer. familiarem. ſuprà de off. deleg. nec
uideo rationem differentiæ, quare familiaritas, affectio ad
cauſam, & ſimilia, de quib. in c. inſuper, & c. in literis. infrà eo.
repellant teſtem, & ideo etiam immenſa amicitia. Quæ autem
dicatur propria amicitia, uide text. cum glo. in l. labeo. §. ami-
7 cos. ff. de uerb. ſign. ¶ Gl. † ſi. ibi, de credulitate. Examinat hic
do. Ant. Imol. & do. Abb. generaliter, quando ualeat teſtimo-
nium de credulitate, & breuiter reſtringe dicta ipſorum hic, &
alibi, ſecundum limitata. Eſt enim regulariter uerum, quòd
non ualeat teſtimonium teſtis de credulitate deponentis, quia
deponere debet de ijs, quæ certitudinaliter nouit, per c. rela-
tum. ibi, acta. 5. q. 2. & c. teſtes. ibi. & nouerint. 3. q. 8. & l. te-
ſtium. & ibi glo. incipiens, ſic ergo. C. de teſti. no. Spec. in tit. de
teſte. §. opponitur. in 60. col. uer. item depoſuit de credulitate.
& do. Ant. in c. cùm ad ſedem. in 4. col. ſuprà de reſti. ſpolia.
Unde ſi teſtis productus ad probandum mutuum, dicat ſe cre-
dere mutuum fuiſſe factum, non probat, ſecundum Imol. poſt
alios hic. Et ideo dicit Ang. in authen. de hære. & Falci. §. hinc
nobis. in 3. col. uerſi. ſecundò not. quòd teſtes debent teſtifica
ri, ſic eſſe, uel non eſſe: non autem, ſe crede
re, uel nō credere, * per illum tex. ¶ Quā
* regulam amplia primò ex eo, quod no. Bal.
in l. conuenticulam. in 8. col. uerſic. ex præ
dictis infero. C. de epiſc. & cler. ubi dicit,
a quòd ſi [a] teſtis dicat, ſcio, quia credo, nihil
probat, quia credulitas ſtat ſimul cum op-
poſita ueritate, & poſſibile eſt, quòd teſtis
credit, tamen non eſt uerum, not. in d. l. tu-
tela. C. de in integ. reſti. mino. ſecundum
ipſum. ¶ Secundò amplia ex eo, quod no-
tat Bald. in l. ſiue poſſidetis. uer. ſed quæro.
C. de proba. ubi dicit, quòd ſi teſtis dicit ſe
pro certo credere, non probat, etiam præ-
ſumptiuè, niſi adijciat originem credulita-
tis. Allegat. c. tertio loco. & c. literis. infrà
de præſump. & quod not. in l. diem profer-
8 re. §. ſi plures. ff. de arbi. ¶ Tertiò † amplia
ex eo, quod no. do. Ant. in c. 2. infrà de app.
ubi dicit, non ualere conſuetudinem, quòd
teſtibus deponentibus de credulitate ple-

* *Quantitatem*] *Adde not. per An. in Aut. de nupt. §. fin. arg. illius tex.*

* *Non credere*] *Adde ad hanc materiam & quæ habentur per Alex. in rubr. ff. de iureiur. in conſ. 79. & 105. 3. p. & in conſ. 109. & 132. 3. p. & in conſ. 3. 4. p. Lanfr. in c. quoniam contra. ſuprà de probat. in uer. Teſtium depoſitiones, nu. 24. uerſ. præterea eſt ſciendum.*

a *Si*] *Adde, quòd idem eſt, ſi teſtis dicat, uidere me: quia nihil probat.*

* *Teſtimonium*] *Adde Angel. in l. 1. de iureiurã. & Alex. in conſi. 74. & 109. 1. p.*

* uel, Ita mihi uidetur, non ualet teſtimoniũ * in ijs, quæ ſolo ſenſu corporis percipiũtur, ſecus in ijs quæ per diſcurſum intellectus: putà in peritia artis. Idem Imo. in cle. gratia. in 2. not. de reſcrip. & Bald. in l. data opera. C. qui accuſ. & in l. de quibus in pen. char. ff. de legibus, quia ſecundum ipſum ibi talis uidetur deponere non de ſententia, ſed de opinione: quia ita exponitur in uulgari: & talis expoſitio attenditur, ut ibi per ipſum: & pro hoc facit, quia iſtud uerbum adaptatur ad id qđ ſcitur, & id qđ creditur, uel opinatur: & ſic tanquã ambiguum interpretatur contra producentem, iuxta glo. in uerb. dubium in c. in preſentia. ſ. tit. j. Et pro eo, quod dicitur iſtud non procedere in perito, uide Bart. quem ſic intellige in d. l. j. ff. de uen. inſpi. Eſt uerum, quòd Bart. in l. quid tamen. §. ſi arbiter. ff. de arbi. & in repe. l. de ætate. in 2. q. ff. de mino. uidetur uelle, ꝙ ſi teſtis dicat ſe uidiſſe Titium poſſidere, & interrogatus de tempore, dicit 10. annis, ut ſibi uidetur, probat: quia uidetur uerbum referri ad iudicium rationis, ꝙ eſt coniunctum cum ſenſu, ſuiſſe. Sed hoc dictum latè impugnat hic do. meus, concludens, ꝙ talis teſtis ꝓbat de poſſeſſione, ſed non de tpe: quia ubi loquitur de tpe, non allegat ſenſum, ſed utitur uerbo dubio, quaſi expreſsè dicens, ꝙ ſm non ſcit ita bene, ut primum, ut hic per ipſum: cui adde, quæ remiſſiuè dixi in c. de cætero. j. de homi. poſt Ana. ibi, plenè loquentẽ: & adde Ang. in repe. l. ſciẽdum. ff. de uerb. ob. ubi ponit de teſte deponente iudicio ſuo, uel uiſu ſuo. Itẽ de teſte, q dicit ſe ſcire, & die ſequẽti in ꝓſecutione examinis ſup eodẽ dixit ſe credere, uide Ro. in l. q bona. §. ſi qs ſtipulaturus. ff. de dam. inſe. & dicet latè in c. ꝑterea. in tit. prox. Vltimò ijs, q̃ dixi ſ. de amico, adde, qđ dicet in c. ſeq. in q. de ſocio: & ibi etiam Bal. tenet, ꝙ amicitia magna repellat.

S V M M A R I V M.

1 *Singuli de uniuerſitate teſtificari poſſunt pro uniuerſitate.*
2 *Singuli de uniuerſitate ſeculari nõ ſunt teſtes integri ꝓ uniuerſitate.*
Vide rationem differentiæ de uniuerſitate clericorum & de uniuerſitate laicorum.
3 *Singuli de uniuerſitate minus probant pro uniuerſitate, quàm alij teſtes, data paritate teſtium.*
4 *Singuli de uniuerſitate non ſunt idonei teſtes pro uniuerſitate in cauſa criminali.*
5 *Singuli de uniuerſitate non ſunt ſufficientes teſtes, quando per accidens præſumeretur magna affectio propter commoditatem.*
6 *Singuli de uniuerſitate non ſunt boni teſtes, quando utilitas proueniens ex uniuerſitate obueniret ſingulis de collegio.*
7 *Item niſi uniuerſitas poſſet habere alios teſtes, quàm de uniuerſitate.*
8 *Duas alias fallentias, quæ ſequuntur, uide per te nu. hoc, & ſeq.*
10 *Adminiſtrator an poſſit teſtificari in ijs, quæ adminiſtrauit.*
11 *Legatarius an poſſit teſtificari in cauſa teſtamenti.*
12 *Venditor poteſt eſſe teſtis in cauſa emptoris.*
13 *Cedens an poſſit teſtificari pro ceſſionario.*
14 *Socius an poſſit eſſe teſtis pro ſocio.*
15 *Fideiuſſor an poſſit teſtificari pro principali.*
16 *Vaſallus an poſſit eſſe teſtis in cauſa domini.*
17 *Commodum teſtis qualiter conſideratur in teſtificando.*

CAPITVLVM VI.

* INSVPER. * ¶ Prælatus & religioſi teſtificari poſſunt pro eccleſia ſua, ſi pro ipſa non procurant. H. D. Et eſt ſpecialis diſpoſitio legis, in qua domeſticus non repellitur, licet aliàs ſecus: c. in literis. j. eo. ſm Do. in c. 1. in fi. 19. diſt. ¶ Not. primò ſecundum do. Abb. ibi, uobis iuncto ſuprà ſcripto: ꝙ non ſolùm perſonæ eccleſiæ, ſed etiam prælatus poteſt teſtificari in cauſa eccleſiæ ſuæ, dum modò ſe nõ promoueat per cauſam illam. Nec eſt mirum, ſecũdum do. Ab. quia facilius repellitur iudex, ꝗ̃ teſtis, ut per glo. in uer. familiarem. in c. inſinuante. & habet in c. cauſam. 2. ſ. de offi. deleg. Ergo ſi prælatus in cauſa eccleſiæ ſuæ non repellitur à iudicando, c. ſi quis erga. 2. q. 7. c. cũ perſonæ. de priuile. in 6. notant omnes in cap. cùm ueniſſent. ſ. de iudi. & do. Anto. in c. 1. j. de male. & Innoc. in c. ex parte. el 1. j. de uerb. ſig. cum ſimi. ita etiam non repellitur à teſtimonio. Et loquitur iſte text. ut uides in prælato regulari collegiato. Quid autem in ſeculari non collegiato, uel collegiato, & qui ſolus conſtituit procuratorem, dicetur infra. ¶ Et pondera: quia do. Abb. ſentit, quòd appellatione prælatorum ueniant iſti clauſtrales. Et ita eſt, ut habes gloſſ. notabilem in cle. dudum in uerb. non habentur. de ſepul. & ibi dom. Car. in §. ſtatuimus. in j. q. dicens pro hoc ſe conſuluiſſe, quòd prior conuentualis eſt prælatus, adeo quòd poteſt eſſe procu. propter glo. j. in cle. religioſus. de procur. Facit c. quorundam. in uerbo, ſolum prælaturæ de elec. in 6. & ita etiam refert ſe conſuluiſſe do. Card. in d. cle. religioſus. in 13. q. & in cle. 1. in 10. q. de elec. ubi ſimilis gloſſ. in uerbo, prælatum. & eſt uera per gloſſ. in c. nullus. de elec. in 6. per quam dicit ibi Domi. quòd tales dicuntur habere dignitatem, & ꝙ eis poterunt delegari cauſæ à ſe. Apoſ. iuxta c. ſtatutum. de re
1 ſcrip. in 6. ¶ Gloſſ. † j. in fin. In iſtis iuribus ponitur materia huius decre. ſeparatim: ſed ſequendo ſtylum do. Abb. reducas omnia in ſimul, faciendo ex dictis ſuis & aliorum regulam cum fallentijs. Eſt enim regula, quòd in cauſa uniuerſitatis, uel collegij, ſinguli de uniuerſitate, uel collegio teſtificari poſſunt, ſecundum Io. An. in c. cum nuncius. infrà. eo. per text. ibi & hic, & in c. de prudentia 14. q. 2. not. gloſſ. in §. cogitandum. in uerbo, teſtes. in authen. de monachis. & alij, de quibus infrà. in prima fallentia. Et quia nemo ipſorum de collegio, uel uniuerſitate poteſt dici in propia cauſa, cum aliud ſit uniuerſitas, & aliud ſinguli de uniuerſitate, c. qui manumittuntur. 12. q. 2. l. ſed ſi hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius uo. & pulchrè do. dominus Abb. in c. cum non liceat. in 3. no. de ꝑſcrip. Cal. in tit. de præbeo. conſil. 21. & Petr. de Anch. conſil. 243. aliam ſubtilem rationem aſſignat Bald. in d. c. cùm nuncius. quia eorum intereſt: nam illius dicitur intereſſe, qui ſuo nomine poteſt agere, uel excipere, l. 1. §. ſed alius. ff. quando appel. ſit l. ſed ſi unius. §. procurator. ff. de iniur. Sed iſti ſuo nomine non poſſunt agere, nec excipere, ut traditur, licet non dicat. in c. cauſam. el 1. ſuprà. de iudi. in c. edoceri. ſuprà. de reſcrip. & in cle. religioſus. de procur. Ergo ipſorum non dicitur intereſſe. Et ſi dicatur, quòd intereſt ratione affectionis, reſpõde, quòd iſta eſt leuis ſuſpicio, quæ purgatur per iuramentũ teſtis, qui iurat, quòd non deponit, niſi ueritatis obtentu, iux-
2 ta c. quoties. ſuprà. eod. ¶ Fallit a † primò
2 iſta regula in uniuerſitate ſeculari, in qua licet admittantur illi de uniuerſitate, tamen non ſunt teſtes integri habentes plenam fidem, ſecundum do. Ant. in d. c. cum nuncius. & ita intelligit opin. Archi. 14. q. 2. in ſumma. Ratio differentiæ poteſt eſſe: quia ipſi ſicut ſeculares diſponunt de rebus ſecularibus ad libitum, ut no. per Inn. in c. dilecta. j. de exceſ. prælã. Bar. in l. fi. ff. de col. illicit. ex quo arguitur maior affectio: non ſic poſſunt facere clerici de bonis eccleſiæ, c. ſine exceptione. cum ſi. 12. q. 2. Sed contrarium, & meliùs, tenet Imol. in d. cap. cum nuncius. & dom. Abb. hic: quia iſta differentia tollitur ex rationibus prææallegatis, & c. ſuper prudentia. non facit iſtam differentiam: & non eſt uериſimile, quòd quis deieret propter iura uniuerſitatis cõſeruanda, cum ſoleat negligi, quod communiter poſſidetur, l. 2. C. quando & quibus quarta pars debetur. lib. 10. ſecundum ipſos, quibus adde gl. & Bart. in l. in tantum. §. uniuerſaliter. ff. de re. diuiſ. & Bartol. & Ang. in d. §. qui manumittitur. & Spec. & Ioan. Andr. in tit. de teſte. §. j. in 4. col. uerſ. nunquid in cauſa uniuerſitatis. & glo. in l. idonei. ff. de teſti. In quibus locis idem dicitur de uniuerſitate ſeculari. Idem Bald. in c. tertio loco. ſ. de proba. & ibi dicit, ꝙ ſi eſt quæſtio de nemore, cuius fructus uenduntur pro ipſa uniuerſitate, & non eſt quid deputatum ad uſum hominum, uel iumentorũ, unde poſſint ipſi hoĩes teſtificari: nã ꝙ eſt cõe in uniuerſitate, nemo põt dicere ſignãter, meũ eſt: quinimò iſta ſũt iter ſe cõtraria, ſ. eſſe ſingulorũ, & eſſe uniuerſorũ: qa nõ põt eſſe pluriũ i ſolidũ. l. ſicut. §. uniuerſi-

a *Fallit*] *Adde in, quod iſtã opin. tenuit Bal. et Ab. de Roſa. in l. 1. quotiam. §. uniuerſitatis. ff. de rer. diuiſ. do. Alex. in conſil. ſuo. 43. in 3. uolu. uiſi. Viſis & ponderatis his, quæ cõtinentur in inſtrumento. Et idem tenet Io. An. in addi. Specu. in tit. de teſte. in uerſi. ſed nunquid. ubi dicit, quòd Vbertinus de Bobio dixit, ꝙ nõ creditur plene teſtibus de uniuerſitate ſine alijs adminiculis. Et ita teneas, quamuis, do. Abb. hic in 2. colũ. in uer. hoc dictum. teneat contrarium, & malè: & eum ſequitur hic Felin. in uer. ſed contrarium. Et ſic reprobata opi. do. Abb. & Feli. hic, teneo, quod ſ. dixi.*

* *Inſuper*] *Adde ad materiam huius tex. Spec. in ti. de teſt. §. 1. uerſic. ſed pone quod ad miniſtrator. & ibi Io. And. in addit. Pau. de Leaz. in c. cum nuncius. infra eo. Alex. in l. ob carmẽ. de teſt.*

uerſitatis.ff.quod cuiuſque uni.no.& it. dicit de facto ſe; 'a-
ries conſuluiſſe: & eſt quæſtio uulgata, ſecundum eum, qui
hoc limitat, ut referam j.in 4.& 5.fallentia. Idem Bald.hic,
dicens,quod ſi relinquatur aliquid ciuitati, ciues poſſunt eſſe
teſtes: quia ut alias relicta non acquiritur ſingulis,ſed ſoli uni-
uerſitati: ut l.ii.C.de ſac.ſanc.eccle.nec competit alicui ius a-
gendi niſi habeat mandatum,ut hic,& l.nulli.ff.quod cuiuſ-
que uni.no. hoc tamen mandatum poteſt dare conſuetudo:
& erit mandatarius propriè procurator cum mandato d.l.nul
li.& l.prohibere.§.ſi.ff.quod ui,aut clam. Non obſ.l. 3.§.ſed ſi
fortè.ff.iudicatum ſol. quia ibi lex non uult mandare, ſed ſi-
ne mandato permittitur:& eſt ibi tex.elegans,ſecundũ eum:
& ita hæc prima ſallentia non procedit,ſed imo prædicta am
3 pliant iſtum text. ¶ Fallit † ſecundò iſta regula,niſi materia,
in qua uniuerſitas teſtificatur, eſſet probata uno modo per ip
ſos de uniuerſitate, & alio modo per teſtes productos contra
ipſam: quia cæteris paribus minus probabunt illi de uniuer-
ſitate,propter illam aliqualem affectionem.quæ reddit eos im
pares,ſm do. Ab.hic notabiliter, qui licet hoc dicat loquen-
do de uniuerſitate ſeculari, tñ eſt æquum et in eccleſiaſtica.
Sed intellige ſane,dum modò ſit materia.quæ ita bñ poſſit eſ
ſe nota extraneis,ſicut illis de collegio:ſecus in materia,in qua
collegiati præſumuntur melius ſcire, ratione illius præſum-
ptionis: magis credetur eis: tum, quia c.de prudentia. circa
med.dicit,in talibus eos eſſe meliores omnib.tum,quia in ta-
li caſu domeſticus,uel familiaris non repellitur,ut no.Bar.in
l.quoties.per illum tex.C. de naufra.lib. 11.adeo quod alij non
admittuntur,niſi in ſubſidium, ut ibi, & c.quoties.ſ.eo. & ibi
4 dixi.Ergo illi non pñt dici non integri. ¶ Fallit tertiò, niſi
cauſa mota contra uniuerſitatem eſſet criminalis:quia ipſi de
uniuerſitate non ſunt idonei teſtes,per tex.apertum in d.c.de
prudentia.& ratio ibi habetur: quia in criminalibus, tanquã
arduis,non debent domeſtici ad probationem admitti: ſecus
in ciuilibus,ſm do.Ab.qui pro hoc allegat gl.in ſimili.in c.j.
3.q.5.dicentem,quod conſanguineus non repellit in cauſa ciuili,
ſed in criminali ſic: & maximè hoc procedit, ubi eſt tale cri-
men.propter quod uniuerſitas ponitur:quod qñ ſit,dixi in c. dile-
ut in c. præſentium. ĩ. eo. & tñ quælibet peremptoria põt op-
poni quandocunque, c. fin. & ibi per Doc. ſ. de dol. & cont. Vnde di-
cit dñs Abba. quòd licet in diſputatione reſtringibili non uenit
exceptio appellatione peremptoriæ, magis tñ trahitur ad na-
turam peremptoriæ, ut hic plenius per do. Abb. & do. meum:
quibus nihil addo. ¶ In ea glo. in fi. Pro ſolutione d. c. interpo
ſita. dicas primò melius, quàm in glo. quòd fallit in caſu noſtro,
ubi ſumus in arbitrarijs, prout erat materia iſta, per ea, quæ di
xi in præcedenti glo. ¶ Secundò fallit in exceptione, quæ fuit
oppoſita eo tpe, quo iudex non tenebatur admittere, ſed po-
terat reſeruare, per iſtum tex. ¶ Tertiò fallit, niſi appellans
uellet conſequi finalem effectum exceptionis, quæ eſt actio-
nis excluſio : quia tunc non ſufficit docere ſe obtuliſſe proba
tionem, ſed oportet iuſtificare: & ita erat hic, ſedm do. Ant.
& Imo. in d. c. interpoſita. & do. Ant. in c. exhibita. ſ. de iudi. &
Io. And. in Spec. de app. §. qualiter. uerſi. ſunt quoque. Proce-
dit ergo contrarium, quñ ille uult conſequi deuolutionẽ & re-
uocationem attentatorum lit. pend. Et eſt iſta cõior lect. ad
iſtum tex. Dantur ẽt aliæ & bonæ, per quas ſolenniter limi-
tatur d. c. interpoſita. ſed non refero : quia Imol. ſufficienter
reſpondet : tranſeo igitur cum ipſo, reliqua omittens.

SVMMARIVM.

1 *Iudex mittere debet ad teſtes, qui ad eum uenire non poſſunt, ut exa
minentur. Fallit, ubi perſonæ in hoc text. enumeratæ poſſent
commodè uenire.*
2 *Item fallit in cauſa criminali, in qua non debet iudex mittere.*
3 *Iudex an debeat neceſſariò uenire ad perſonas egregias pro teſtimo-
nio ab eis recipiendo. Vide nu. 4. 5. 6. 7.*
8 *Teſtis pauper, honeſta tamen perſona, teſtificari poteſt.*
9 *Pars litigans ſi eſt ita pauper, quòd non poteſt teſtem producere, iu-
dex tenetur ſubuenire.*
10 *Licere aliqua debent propter paupertatẽ, quæ aliàs non licent. n. 11.*
12 *Pauper quis dicatur.*

CAPITVLVM VIII.

1 SI QVI TESTI. ¶ Iudex † mittere debet ad
teſtes, qui ad eum uenire nõ poſſunt, ut exami-
nentur. H. D. Et utrum aliàs poſſit cõmitti al-
teri examinatio in ciuili & in criminali, uide
do. Abb. in c. cùm cauſam. el 2. in pe. col. ĩ. eod.
& ibi dicetur. ¶ Fallit primò, quod dr in iſto
tex. ubi perſonæ hic enumeratæ poſſent cõmodè accedere ad
iudicem: ut probatur in l. quæſitum. ff. de re iudi. & notant do.
de Rot. conclu. 218. incip. Item, quòd ſenex, in nouiſſimis. Et in-
tellige commodè etiã abſq; dedecore, per id, quod ĩ. de pau-
pere dicetur: non enim dicet tunc commodè poſſe fieri, l. in ea
dem cauſa. ibi, ſine dedecore in publico apparere nõ poſſunt.
ff. ex qui. cau. maio. & l. 3. in fin. ibi, non ſine rubore. ff. de uſur.
& l. ueſtis. §. ueſtimẽta. ibi, non facile ſine uituperio. ff. de aur.
2 & argen. lega. ¶ Fallit † ſecundò in cauſa criminali, in qua
non debet iudex mittere, ſed perſonaliter accedere, c. 2. de iu
di. in 6. & ibi glo. & Do. & ita tenent Bal. & Abb. hic, & alleg.
Bal. in l. 3. §. diuus. ibi, nam ipſos interrogare ſoleo. ff. de teſti.
¶ Hoc aũt limita dupliciter. Primò, niſi aliud ſuadeat digni-
tas iudicantis: quia ſubſtituet alium, d. c. 2. ¶ Secundò, niſi te-
ſtes ſint extra locum ſui territorij: quia ſcribet iudici, ut eos
recipiat, ſecundum Bald. hic: alleg. l. ſi quis ex ſignatoribus. ff.
quemad. teſta. ape. & auth. apud eloquentiſſimum. C. de fide
inſtr. Sed de ueritate huius dicti dicetur in d. c. cum cauſam.
3 ¶ Glo. prima ibi, ad egregias. utrum † de neceſſitate ad tales
perſonas debeat mitti? gl. iſta ſentit, quòd ſic. contrà tenet Go-
fre. in c. ſignificauit. ſ. de offi. ordi. & ſequitur ibi dom. Anto. &
do. Abb. in pe. col. dicens, hoc eſſe bene notandum, quòd lex, ad
egregias, pcedit de honeſtate. Facit l. 1. §. ſi pſes. ff. quis ordo
in bonorũ poſ. ſeruetur. Idem tenet do. meus hic per tex. quẽ
dicit fortiſſimum, in c. quanquã in uerbo, corã ſe. 14. q. 2. iun-
cto eo, quod no. Spec. in tit. de teſte. §. ſequitur, uerſic. quid de

presbytero. ubi presbyter dicitur egregia
perſona:& hoc limitat, niſi examinatio per
iudicem alteri committatur: quia coram
illo non tenetur egregia perſona compa-
rere, per d.c. quāoquam. in fi. ibi, aut aliter
honorificè. ¶ Sed contrarium, q̄ dicta lex
imponat neceſſitatem, tenet do. Abb. hic
per illum tex. in uerbo oportet,[a] quod de
notat neceſſitatem, ut no. gl. licet ipſe non
dicat, in c.j. in uerbo, oportet. de præſcri.
in 6. niſi aliud ſuadeat ſubiecta materia, ut
per gl. ī c. 1. in uer. oportere. 25. q. 1. & in c.
pen. in uerbo, oportet. de re iud. in 6. & in
l. cùm oportet. C. de bo. quæ lib. & per do.
Abb. io c. fi. in ulti. col. ē. quod metus cauſa.
& in c.j. in 3. notabili, ē. de hb. ob. & Imol.
in c. nam concupiſcentiam. io fi. ē. de conſt.
Et pro hac parte facit: quia in l. ad egre-
gias. idem exponitur de egregia perſona,
& de impedimento propter ualetudinem.
Ergo pariformiter debet intelligi, q̄ non
differat egregia perſona à ualetudinario,
l. nam hoc iure. ff. de uulga. & pu. Et q̄ illa
lex ſit de neceſſitate ſeruanda, facit opti-
mè, qđ no. Cy. in l. nec honore. C. de epiſ.
& cle. ubi dicit, q̄ egregia perſona non po-
teſt beneficio illius legis renunciare: & ſe-
quitur Ro. ſing. 172. dicens, eſſe caſum in c.
2. §. cæterùm. de iudi. in 6. cui licet reſpon-
deri poſſet, q̄ habet ſpecialem rationem in
monialibus, tamen ſuſtineri poteſt dictum
Cy. ex notatis per Bald. & Angel. in l. alia.
§. eleganter. ff. ſol. ma. ubi iuri reuerentiali
per pactum renunciari non pōt. Et tenen-
do hanc partem rńderi poſſet ad d.c. quan
quam. q̄ illud introduxit, ne eſſet duo ſpe
cialia in eodem ſubiecto, contra l. j. C. de
do. promiſ. uidelicet q̄ clericus non teſtifi
caretur corā laico: item, q̄ deberet ad do-
mum ſuam mitti. Dicas tñ ſcđm Do. poſt
Arch. in c. præſentium. in prin. in 8. col. de
4 teſti. in 6. & do. Ab. hic, q̄ † ubi eſſet talis
cā, in qua teſtis debet deponere in præſen
tia iudicis, putà criminalis, uel ciuilis ar-
dua, quæ alteri non committitur, deberet
perſona egregia ire ad præſentiā iudicis,
niſi iudex de gratia uellet ire ad ipſam: uel,
niſi perſona examinanda eſſet mulier, &
dignitas iudicantis non repugnaret, per d. j
c. 2. de iudi. in 6. & d. §. ſi præſes. Scias etiā,
q̄ qñ mittitur ad perſonas, de quibus hic i
5 tex. & gl. debet † citari pars, ut uadat ad ui
dendum ipſas iurare, ſcđm Bar. in d. l. ad e-
gregias. per l. generaliter. C. de reb. cre. Et
licet Bar. poſt Guil. de Cu. ibi limitet, niſi
mittat ad mulierem, quaſi non deceat par
tem ire, tñ contrariũ tenet do. Ab. hic: ergo ſi
cut mittitur notarius, ita & pars. Et idem
Bal. in d. l. generaliter. §. is de præſentibus.
uerſi. & prædicta faciunt. C. de reb. cre. &
dixi in c. 2. in 11 limitatione, ē. eo. ubi hoc
adde. Et dicit Bal. hic, q̄ in cōmiſſione, per
quam iudex imponit hanc examinatio-
nem, debet pars citari: poſtea ſubdit Bal.
ſe dixiſſe in facto, quòd etiam arbiter po-
teſt hmôi commiſſionem facere: quia ſicut
committitur ei tota cauſa, ita quælibet in-
cidentia: arg. l. ſi qñ. in ratione ſui. C. de te
ſti. ubi cui committunt maiora, & minora
uidentur cōmitti. Et dr doctor egregia per
ſona, ſcđm gl. in d. l. ad egregias. & aduoca
tus, ſecundum Bar. in l. 1. C. de aduo. diuer.
6 iudi. & † auditor ſacri palatij, ſecundū Rot.
concl. 88. in nouiſ. & aliæ perſonæ illuſtres
& illuſtriſſimæ: de quibus per glo. & Ang.
in l. 1. ff. de off. eius, cui mand. eſt iuriſdic. &
Bal. in c. cùm acceſſiſſent. in 2. col. ē. de con-
ſti. Et de hac materia uide etiā aliquid per
Pet. de Anch. conſil. 81. incí. Pro faciliori.
in 2. col. & Imo. in l. ab initio. cum l. ſeq. ff.
quemad. teſt. ape. & Sali. in auth. ſi iudex.
per illum tex. C. de epiſ. & cler. ¶ In ea. gl.
ibi, litis non cōteſt. ſequitur Bal. hic addu-
cens in ſimili bonum tex. in l. in lege Aqui
lia. §. ſi delctū. ff. ad l. Aquil. ubi teſtes pſſt
recipi ante conditionem debiti exiſtentē.
Subdit tñ Bald. ſe putare optimā cautelam
eſſe, ut iudex primò interloquatur eos ua-
letudinarios, ſenes, uel debiles: & ideo reci
piendos lite non conteſ. Alle. l. de ſubmer-
ſis. C. de naufra. lib. 11. & l. ne quid. ff. de in
cend. rui. naufr. Facit, quod not. Bar. in l. de
monſtratio falſa. in pe. col. ff. de cond. & de
mon. & in l. inter ſtipulantem. §. ſi Stichū. ff.
de uer. obl. & in l. 1. §. diuus. de cuſto. reo. &
io l. 1. ff. ſi unus ex plu. app. Ang. & Imol. in
l. nominatim. ff. de hære. inſti. Vbi dńt, cau
telam eſſe, q̄ iudex capiens bannitum, fa-
cit ante omnia conſtare ipſum eſſe illū, de
✽ quo bannū loquitur. ✽ ¶ In † ea. ibi, dic,
7 q̄ compellantur. no. ex hoc, ſecundū Imol.
unam differentiam inter leges & canones.
Et facit ratio peccati: de qua in glo. & opti
mè tex. in §. corporis. ī ea allegatis, ubi im-
munitas conceſſa ſenibus excuſat à mune-
ribus grauantibus corpus. Facit c. pen. ē. de
renuncia. Et ibi dicit Bal. q̄ plus ualet um-
bra ſenis, q̄ eloquentia iuuenis. Facit etiam
c. quoties. ē. eo. ubi dictum ſenis qñq; præ-
fertur. Et cum iſta gl. concor. gl. in §. itē in-
uitis. 4. q. 3. addens, q̄ ſenes dńr hic maio-
res 70. annis: & ſequitur dom. Abb. hic di-
cens, nō ſufficere, q̄ ſint 50. per l. maiores.
ff. de ua. mu. & uide eundem latè poſt alios
in c. qm̃. in prin. ē. ut lit. non conteſt. Et plu
rima priuilegia data à iure ſenectuti, unde
per Lud. Rom. in l. ſi uerò. §. de uiro. in 53.
8 fallentia. ff. ſoluto matri. ¶ Gl. † ſi. ibi, aliàs
honeſta. Not. iſto tex. q̄ pauper honeſta
perſona teſtificari pōt.[b] Idem gl. in §. item
teſtium. in uerbo, locuples. 4. q. 3. & Spe. in
ti. de teſte. §. j. uer. item q̄ eſt pauper. & glo.
in l. 3. in prin. in uerbo, admittantur. & ibi
do. Flor. ff. de teſti. & Cy. in l. 3. in 7. q. C. de
reb. cre. & Ioan. An. in ſummula de teſte, in
princi. Non enim eſt paupertas de genere
✽ malorū, ✽ c. illa 15. q. 1. Et ſiue in crimi
nali, ſiue in ciuili, hoc erit in iudicis arbi-
trio uidere, qñ paupertas reddat teſtem ſu
ſpectum, ſcđm Albe. in l. 3. in princ. ff. de te
ſti. & do. Abb. hic. Et dicit glo. in authē. de
hære. & Falci. in uerbo, ſubſtantiam. q̄ ille
dicetur pauper, qui non habet tantum in
bonis, quanti eſt cauſa, in qua teſtifica-
✽ tur. ✽ Sed intelige ſecundum prædicta,
quibus etiam adde gl. fin. in §. ſancimus. in
uerbo, ex utroque. in authē. de teſti. & om
nino Bartol. in l. ex libero. ff. de quæſtioni.
ubi ponit, quòd etiam in criminali pauper
non repellitur, ſi eſt perſona honeſta: ſed
aliàs poteſt torqueri, maximè ſi uacillat:
ut ibi per eum, qui ſubdit, quòd talibus
non tantum creditur in criminalibus, ſi-
cut alijs: & addit, quòd ſi ſponte ſe
offert.

a *Verbo, Oportet] Adde tu ad iſta tacta hic per Feli. qui nimis ſuccinctè tetigit iſtū paſſum difficilem et uariū: et ſic pro cōplemento totius materia dic, q̄ uerbum Oportet, non ſemper importat neceſſitatem, quia aliquando exponitur, id eſt decet. Ita gl. in l. 1. ff. de tutel. & in. Et ſic ratione ſubiecta materia reſoluitur, ut ſit uoluntatis, ut eſt gloſſ. in l. 1. in gloſſ. fin. ff. ſol. mat. Fortius uerbum Debet, neceſſarium, etiamſi adijciatur, præciſe uel omnino, debet, tamen non importat neceſſitatem, ſed honeſtatem. Text. ſin. in c. 3. in uerb. debet omnino. & ibi gloſſ. & do. Abb. de deſpon. impub. & gloſ. in l. obſeruare. § fi. in uerſi. debet. ff. de offi. proconſu. ubi exponit, debet pro poteſt. Adde etiā, quòd uerbum Poteſt, de per ſe non importat neceſſitatem, ſed uoluntatem, l. ſæpe audiui Cæſarem. ff. de offi. præſi. niſi eſſent uerba geminata: quia dicetur, Poſſit et debet, c. 1. in uerbo, poſſumus & debemus. ut eccleſ. benefi. do. Alexan. in conſil. ſuo 364. incip. Viſis uerbis teſtamenti. Adde tamen, quòd aliquando uerbū Poteſt, ratione ſubiecta materia neceſſitatē importat, ut in l. 1. ff. de iur. om. iu. & in l. ſi tibi mandauero. §. fi. ubi ſing. glo. ff. manda. Et hoc not. quia quotidiana.*

✽ *Bannum loquitur] Adde ſic. Quidam committit homicidium, et ſe abſentat, quo caſu in ita formam ſtatutorum eſt bannitur, poſt aliquod tempus capitur et iudici præſentatur, quæritur an iudex poterit illū ſententiare ſimpliciter ſine alio, & dicit authen. quod non, & bene, nam debet formare proceſſum declaratorium, uiſo et reperto quod ille uere ſit ille bannitus, alias teneretur in ſyndicatu. ſecundū Bal. in c. 1. per illum tex. de ſon. fine cul. non amitt. cum glo. ibi. et plene Aret. in tract. malef. in uer. Caij Sempronij. in princip. qui ponit practicam formandi proceſſum ſuper bannitis recognitione. & Nel. in tract. ban. in 2. p. 2. tēp. q. 34.*

b *Pauper honeſta perſona teſtificari poteſt] Contrariū gloſ. habes in authe. de hær. & Falci. in uerbo, ſubſtantiā. quæ dicit ab hoc, ut teſtis dicatur idoneus, requiritur, quòd tantum habeat in bonis, quātum eſt ualor cauſæ, in qua deponit. Et illam gl. ſequitur Ro. in d. l. fideiuſ. in princ. ff. qui ſa. cog. do. Alexan. in conſi. ſuo 380. incip. Viſo proceſſu. Ego ſemper dubitaui de illa gl. cum ſit hic gloſſ. in contrarium, et oēs Canoniſtę, qui ſcribunt hic: & ideo Felin. alleg. hic illam gloſſ. in uerbo, ſubſtantia, pro contraria, quam non ſenet, ut uides rationē, nec ſequitur gloſſ. iſtam. Pro concordia uide hic domi. Fran. de Are. & idem do. Franc. in conſilio ſuo 12. incip. uiſo diligenter themate. in 10. colum. & Bart. in l. ſi ſtatut. §. ſi. in uer. item uo ff. de off. præſi. & glo. & tex. in §. ſancimus. in authen. de teſti. hic allegatum per Felin.*

✽ *Malorū] Adde Inn. in c. ſedes. ē. de reſcr. & Spec. in tit. de teſte. §. 1. uerſic. Item quod pauper.*

✽ *Teſtificatur] Adde ad materiam Vincen. pal. in conſil. incip. in hac hoſtatione, quod eſt poſt conſil. 105. Alex. in 4. part.*

offerret, nihil ei creditur, per text. in §. ſi uerò ignoti in uerbo, feſtinantes in auth. de teſtib. & dixi in cap. 2. ſuprà eod. & uide Ro. in ſing. 172. ubi facit iſtam gl. ſing. in eo, quòd extendit d. l. ad egregias ad perſonam notabilem, cui eſt uerecundia domum exire.
9 Et † in quantum do. Ant. & dom. Abb. ſequuntur Vinc. hic dicentem, quòd ſi perſona litigans eſt adeo pauper, quòd non poteſt teſtem producere, iudex tenetur ſubuenire. Adde Spec. idem tenentem in tit. de teſte. §. qualiter uerſic. poteſt etiam iudex. Sed dicas iſtud iure non probari: quia imo, ſi eſt impotens ad producendos teſtes, ſibi imputatur, ſecundum Bal. in l. imperatores per illum text. ff. de tute. & ratio. diſtra. Bene facit l. ſi procuratorem. §. ſi ignorantes. ff. mand. ubi fideiuſſor propter paupertatem excuſatur, ſi non proſequitur appellationem: quod non eſſet uerum, ſi poſſet petere ſumptus litis à iudice, uel à parte: tunc enim ad minus fuiſſet in culpa hoc non petendo. ¶ Duobus tamen caſibus procedere poſſet, quod dicunt hic Doctor. Primo, ubi priuatus intentaret iudicium ad utilitatem publicam, ſecundum Bald. in l. j. in prin. iuxta ſi. commentis ff. de iuſti. & iur. & in c. j. ſuprà eod. & ibi retuli. Et idem in clerico paupere promouente cauſam ad utilitatem eccleſiæ, ſecundum do. Ant. Imo. & Anani. in c. ex parte per illum text. infrà de accuſ. ¶ Secundus caſus eſſet, quando per litigantem ſuper bonis, quæ prætendit propria, uel communia, eſſet aliqua præſumptio: putà ſi eſſet lata una ſententia, quia ſi eſt pauper, debet interim ex illis bonis ſuſtentari, ſecundum Spe. in tit. de inquiſitione. §. ſi. uer. porro. circa medi. & Bald. in l. ſi. C. de ord. cog. per text. ibi, & per l. ſi inſtituta. §. de inofficioſa ſolu. ff. de inoffic. teſta. & ſequitur do. meus hic. ¶ Extra gloſ. colligit hic Bald. quædam licere propter paupertatem, quæ aliàs non licent. Simile dicit eſſe,
10 quòd † fideiuſſor propter paupertatem habet uendere bona debitoris, & ſatisfacere creditori, licet non habeat aliquod mandatum ad uendendum. Alle. l. ſi procuratorem. §. ſi ignorantes. ff. manda. quam dicit ſingularem, & non eſſe alibi. Prodeſt etiam appellanti, qui propter paupertatem non proſequitur appellationem, ut non currant ei fatalia. Alle. Innoc. in c. ex ratione infrà de appe. & hoc dicit Inn. ✱ alleg. etiam Bal. in l. 2. ✱ §. ſi quis in iudicio ff. ſi quis cautio & in l. acceptam. C. de uſur. Alios caſus ſpeciales, in quibus paupertas aliquid introducit contra regulas, collige ex eo, quod ſcribit Bald. poſt gloſ. in l. tam dementis. C. de epiſco. audi. ubi dicit, notarium teneri edere gratis copiam protocolli pauperi. Ad idem uide Bald. in cap. 3. ſuprà de reſcript. ubi dicit, quòd paupertas excuſat à proteſtatione. Et dicit Bald. in cap. ſedes ſuprà de reſcript. quòd per clauſulam, & quidam alij non uenit pauper. Et dicit Angel. in l. non facilè. per illum text. ff. ſi cui plus, quàm per l. Falcid. quòd ſtatutum obligans actorem ad cauendum de expenſis reconuentionis, non ligat pauperem. Et dicit domin. Anton. in cap. olim, 2. ſuprà de reſtitut. ſpol. quòd pauper non cogitur ſubire iudicium, per illum text. Et dicit Bald. in l. acceptam. C. de uſur. quòd paupertas excuſat non ſoluentem collectas. Et ideo dicit gloſ. in l. omnes & in l. fin. C. de anno. et tribu. lib. 10. et Ioann. An. et domin. Anton. in cap. licet infrà de cenſi. quòd pauperi remittitur collecta. Et dicit gloſ. in c. ſicut 47. diſtin. quòd poteſt pauper implorato iudicis officio cogere diuitem ad eleemoſynam. Idem gloſ. in cap. domino ſancto, uerſic. neceſſe. in fin. l. diſ. et gloſ. 1. in fin. in cap. exigunt 1. quæſt. 8. et dominus Abb. in cap. 3. infrà de furtis et Anani. ibi, et in cap. ad Apoſtolicam de ſi. et dominus Antonius in capitulo 1. de emption. et uendit. et di. & Spec. in tit. de inſtru. edi. §. nunc aliqua. in 17. col. uer. ſed an pauperes. Et dicunt Bart. & Bal. in d. §. ſi ignorantes, quòd paupertas excuſat non appellantē ✱. ¶ Et

✱ *In l. 2.*] *Adde* ✱ *cum ibi. in ult. q. alleg. Inn. in c. dilationē. de appel. & refert. Gemi. de Canaualiſſe quendam pauperem à furcis qui, cum appellaſſet, propter paupertatem non potuit proſequi appellationem, & Ad de Alexand. in §. ſi quis alleg. in text. & in l. ſi procuratorem §. ſi ignorantes. ff. mand. Abb. in c. ex ratione alleg. in tex. col. 2. in prin. Roma. in l. ſi uerò. §. de uiro. ſol. matr. in ſal. propter paupertatem. Sed quid in foro conſcientiæ, an paupertas excuſet, & dic quod ſic. Vnde poteſt pœna remitti in foro conſcientiæ, ut non teneatur pauper liberatus, ut eſt glo. in c. ſicut dignum de homici. & in reg. peccatum in 6. not. in c. cum tu. de uſur. item excuſet etiam ut excommunicatus abſoluatur non* ✱ *. facta ſatisfactione ob paupertatem ut in clem. j. §. utrum & ibi Card. & in clem. 2. §. j. ubi etiā gloſ. de haret. & tex. in c. à nobis de ſent. excom.*

11 † iſta nō procedunt in eo, qui culpa ſua incidit in paupertatem, ſecundum Bald. in c. quæ in eccleſiarum, ſuprà de conſti. & in d. c. ſedes. & tamen contrarium de æquitate tenet Imo. poſt Ioan. An. in d. c. quæ in eccleſiarum. in 3. col. per text. optimum in c. quieſcamus. 42. diſti. & pro hoc facit: quia cùm culpa non ſit ordinata ad illud, non habetur in conſideratione, ſecundum Bart. ✱ in l. 2. §. fin. ff. ſi quis cautio. & probat glo. & ibi Dom. in c. ſtatutum. §. cùm uerò. in uerbo, non audens. ibi relegatus. de reſcri. in 6.
12 Quis † autem dicatur pauper, eſt arbitrarium, ut aliàs plene remiſi. in c. 1. infrà de accuſ. Et de iſtis fauoribus uide etiam Archi. in c. pauper. 11. q. 3. & Lud. in l. alia. §. eleganter. & in l. j. & in l. ſi uerò. §. de uiro. 25. fallen. ff. ſoluto mat. & Dom. in c. 1. de dolo & contu. in 6. & Bal. in §. item propter litem. Inſtit. de accuſ. tuto.

✱ *Appellantē*] *Ad de Salic. in l. inuitus. C. de procur. col. 4. ibi ſed iuxta hoc quæro. cū quo tranſit Alex. ibi. Bart. tamen ibi reprobat gloſſ. idem tenētem prout hic in text. nam dicit ibi Bar. tum appellatio fiat uiua uoce certe non poſſet eſſe tanta paupertas quæ poſſit excuſare ab appellando in uoce Imo. dicit ipſe, nec poteſt eſſe tanta paupertas quæ debeat excuſare ab appellando in ſcriptis, cum illa ſit minima impenſa, tu tamen dic & tene cum prædictis.*

SVMMARIVM.

1 *Teſtis ſi primò dicat aliquid in iudicio, poſtea aliud extra iudiciū, prima depoſitio an eneruetur propter ſecundum dictum.*
2 *Teſtis falſus qualiter punitur.*
3 *Delictum quoties quis cōmittit, toties eſt ei imponenda pœnitentia.*
4 *Statutum ſi dicat, quòd pro tribus furtis quis debet puniri, utrum furta, pro quibus fuit punitus, computentur in ultimo furto.*
5 *Sententia in cauſa matrimonij an ex ſola corruptione retractetur.*

CAPITVLVM IX.

SICVT. ¶ Si teſtis depoſuit cōtra matrimoniū, & eſt lata ſententia, non auditur dicens ſe fuiſſe corruptum: ſed ſi alij probent corruptionem, retractabitur ſententia. H.D. Secundum intellectum, quem, puto ueriorem. ¶ No. † primò
1 ibi, aſſerentes. quòd ſi teſtis primò unum dicit in iudicio, & aliud poſtea dicat extra iudicium, ſecunda aſſertio non eneruat effectum primi dicti. Facit c. per tuas. ſuprà ti. 1. & ita per text. iſtum not. Bar. in l. eos. ff. de falſis. & procedit etiam, ſi teſtis hoc dicat in articulo mortis, ſecundum Bart. in l. ſi quis in graui. §. 1. ff. ad Sylla. & Bal. in authen. ſi dicatur. C. de teſti. Et per iſtum text. in uer. non enim uidetur, quòd etiamſi in iudicio dicat contrarium eius, quod primò dixerat in iudicio, non auditur. ✱ quia ex hoc non arguitur de periurio. Nec dicas, quòd per hoc deberet irritari primum: dictum quia ſi corruptio aliter non probatur, conuincitur de falſo, quo ad ſe: non, quo ad præiudiciū partis. Et de hoc articulo plenius dicetur in c. tua. poſt do. Anto. infrà eo. ¶ Not. ſecundò ibi, exhibeant iuramenta. quòd depoſitio & dictum teſtis comprehenditur ſub appellatione iuramenti: quaſi uelit, quòd quicquid dicitur per teſtem explicitè & uirtualiter uideatur dictum in iuramento. Et hoc eſt, quod dicit notanter Bald. in l. Antiſtius. in princ. ff. de acqui. hær. Ex quo patet, quòd depoſitio teſtis ſumit nomen à die. De quo dic, ut dixi in c. licet. ſuprà ti. 1. ¶ Not. ter-
2 tiò ibi, quib. cauſam dederunt. quòd † ſi ad dictum falſi teſtis eſt ſecutum adulterium, punitur de utroque, & de falſo, & de adulterio. Et dicit Bal. hic, quod hic uidetur eſſe caſus, quòd ſi ad dictū falſi teſtis aliquis eſt decapitatus, poteſt puniri de homicidio. Facit l. j. in prin. ff. ad l. Corn. de ſicar. ubi dicit eſſe expreſſum, quòd punitur pœna l. Corneliæ de ſicar. & idem not. Bal. in c. j. §. homicidium de pa. iur. fir. & eſt bonus text. in c. hæc imago uer. in alijs 33. q. 5. ubi hoc probatur, etiamſi reus, qui accuſabatur, ſit ab-

✱ *Non auditur.*] *Adde quod ſi teſtis aliquid depoſuerit in forma iudicij & ſolemniter, & poſtea minus Solemniter nec in forma iudicij contrarium dixerit ſtatur eius dicto primo tanquam Solemni & ualido, reprobato ſecundo. quaſi ſub ornatus depoſuerit, eſt cōmunis* ✱ *opinio cōtra Bar. ſecundum Bal. cōſil. 486. incip. licet aſſeſſores. uol. 3. & conſil. 171. punctus quæritur. uol. 5. Magis communē dicit Alex. conſil. 74. col. 3. uerſ. poteſt etiam reſpondere. uol. 1. & conſi.*

& conſi. 222. col. 4. verſ. & dicti te ſtes. col. 2. & eſt cõmunis tā apud canoniſtas quam apud uiriſtas. So cin. conſil. 253. col. 1. uol. 2.

ſolutus,nõ attenta glo.ibi, quæ uiolat tex.
Et uide Bal.in tit.de pace Conſtan.ubi di-
cit, ꝙ falſus teſtis punitur de iure cõi cadẽ
pœna,qua puniretur reus de crimine intẽ-
tato, in l.data opera. C.qui accuſ.nõ poſ.&
in l.presbyteri. C.de epiſc.& cle.de quo ẽt
per Archi. in §.qui falſa.4.q.3.& bea. Tho.
2.2.q.19.artic.3.& Ioã.And.in regula,nõ eſt
ſine culpa de reg.iur.in 6.in Mercu. & glo.
in c.nihilominus 3.q.9.& in c.nemo peritorũ.11.q.3. eſt opti-
mus tex.in §.reuerẽdiſſimus in authen.de ſanc.epiſ.& per glo.
3 & Archi.in c.præsbyteri 5.q.6.& Ana.in c.j.in 3.col.j.de cri.
falſ. ¶ Not.quartò ibi. uno, pluribuſúe ꝙ † ille,qui ſæpius for-
nicatur cum una,toties committit adulterium, uel delictum,
quoties actum reiterat.Et pro hoc etiam allegat do.Ab.gloſ.
in c.imitare 6 q.j.quæ concludit,imponendam eſſe pœniten-
tiam pro quolibet actu.Ad idem c.ad Apoſtolicæ uer.deiera-
uit ſæpius de re iud. in 6. ubi toties quis cõmittit periurium,
quoties uenit contra iuramentum. Facit c.uenerabilem uerſi.
ſicut enim de elect.& c.quoties 22.q.5.& not.do. Ab.in c.cùm
in eccleſijs in fi.ſuprà de maio. & obe. Et iſta procedunt abſq;
dubio, in foro conſcientiæ: in foro aute contentioſo eſt magis
dubium. Et uide Bald.in l.quicunq; in 3.col. C.de ſer. fug.ubi
uidetur dicere,ꝙ ſi una uice multiplicatur
fornicatio, habetur pro uno delicto ſecus,
ſi ex interuallo [a]: & de hoc etiam per do.
Card.in cle.j. uerſi.ſi qui.in prima oppoſi-
tione, de priuile.poſt Pet. de Ancha.ibi.
¶ Et generaliter, quando actus reiteratus
cauſet pluralitatem delictorum,uide ſem-
per Bar.in l.inficiando.§.infans.ff. de furtis
& omnino Ioan. An.in regula,delictum de
reg.iur.in 6.in Mercu. & Paul.de Leaza.in
diſputatione, q incipit. Epiſcopus monuit.
ubi allegat prò & contrà iura infinita. Et
uide do.Card.in cle.j.in. 10.q. de conſang.
& affi.& Pet.de Anch. conſi.5.& Alber.in
ſecũda parte ſtatutorum, q.12.& ſequenti.
Ioan. And. in Specul.in rubri. de homi.&
Bartolus & Ange. in l.nunquam plura. ff.
de priuat. delict. & eundem in alijs locis,
ad quæ ſe remittit ibi: & Ioan. de Anani.
plenius cæteris in capitul. in tantum in 6.
colum. cum multis ſequentibus, infra de
colluſio. et Bart in l.eum, qui.ff.de popul.
acti. et Bald. in cap.j. §. Obizoni. in titul.
de pace Conſtan. ¶ Not. ultimò ibi,
aliquatenus, quòd quando teſtis repelli-
tur à teſtificando,ut periurus,nullum facit
indicium. Ex quo limita dicta Bartol.in l.
maritus.ff.de quæſtio. et quæ dixi poſt In-
nocen. in cap. cùm dilecti infrà de accuſ.et
quod ponit Bald. in l.ſeruos. C. de teſtib.
dum dicit, quòd quando teſtis repellitur
ratione infamiæ, examinatus facit in-
dicium, per l.qui ultimò.ff.de pœnis. Sed
dic, quòd non facit indicium, quo ad ef-
fectum probationis: ſed ſatis uidetur ſuf-
ficere, quo ad hoc ut tribuat iuſtam cau-
ſam inquirendi ſuper corruptione, uel ex-
cuſandi partem à præſumpta calumnia, ut
4 dicetur ſuper gloſſ. penult. ¶ Gloſſ. in †
uerbo, adulterio ibi, primum non ag-
grauatur per conſequens, facit optime in
argu. ſecundum domi. meum de eo qui ex
forma ſtatuti debet puniri pro tribus fur-
tis, utrum furta, de quibus priùs fuit
punitus, computentur in numero ulti-
mi furti? De quo remittit ad Bald. in
authen. qui ſemel. in penul. col. C. quomo-
do & quando iud. & Pet. de Anch.a in re-
gula peccati. in tertia oppoſitione, de reg.
iur.in 6.Sed nõ uideo,qd faciat iſta glo. Et
Bal.ubi.ſ.tenet ꝙ grauet. Vnde dicit,ꝙ ſi ſolũ pro duplici ho-
micidio ſtatutum imponit mortẽ, primum,cui per pecuniã eſt
ſatisfactum,accumulatur ſecundo. Et Pet.de Anch.in dicta re

a Si una uice multiplicatur fornicatio, habetur pro uno delicto ſecus, ſi ex interuallo] Pro iſta opi. Bald facit gloſ. in l. maritus. §. ſex menſium. ff. de adult. ubi gl. dicit, quod pro quolibet adulterio poteſt accuſari. Adde quod contrariū uidetur ſentire glo. in l. uulgaris. ff. de fur. ubi dicit, quòd ſi pluries acceſſi ad alterius uxorem, una tantùm pœna imponitur. Quare ꝑ ſolutione dubij dic, quòd fatendū eſt, quod ex quolibet coitu naſcitur accuſatio, l. Iul ff. de adult. ſed quia pœna non eſt reiterabilis, quoniam pœna capitis ponitur pro adulterio, ut in l. quamuis in ſi. C. de adult. ideo glo. in d. l. uulgaris dicit, quod una tãtùm pœna imponitur. Et in hoc uide Bart. in d. l. uulgaris j. col. uer. ſecundò dicit gloſ. & ſic uidetur dicendum, quòd in foro cõtentioſo ea multiplicatione actus debet multiplicari pœna: de quo uide Bart. in locis hic allegatis per Felin.

gula nihil tangit. Tamen de hoc paſſu dic, ut per Bart. in l. ſi
eui.§.ſi.ff.de excuſ. Bart.in authen.ſed nouo iure. C.de ſer.fu-
gi.& in l.Gracchus.C.de adulte.& uide gl.primã in c. 1. infrà
de cleri.percuſſ.per quam do. Abb.ibi ſequitur opi. Bald. in
d.l.ſi cui. quòd delictũ pluries iteratum aggrauat ultimum,li
cet primum fuerit punitum.Idem do.Abb.in c.1.infrà de pœ-
nis.Facit glo.ſi.in c.tres ſunt actiones.de pœ.diſtin. 1. de quo
etiam per Bald.in l.decuriones.ad fin. C.de ioſa.& Salic. in l.
ſeruo. C.ad leg.Iul.de ui.& aliquid in l. 3. C. de epiſc.audi. &
Pet.de Anch.in cle.1.de pœnis.& Bal.in l.j.in 3.col.C.de ędi.
ncti.& Roma.in l. ſi idem cum eodem. ff.de iuriſdi. om.iu. &
Ioan. And. in Spe. ſuper rubrica,de furtis.circa medium. ubi
diſcrepat à communi opi. ¶ Gl.pe.ibi,hoc eſt falſiſſimum.&
ſic no.quòd procedit text.ſiue iſti ſeparati tranſierint ad ſe-
cunda uota,ſiue non. & iſtum intellectum ſequuntur hic Inn.
Hoſti. Bald.& dom.Abb.Nec obſt.quòd ponantur iſti caſus, ut
diuerſi, quia per hoc non differunt, niſi quo ad modum impo
ſitionis pœnitentiæ, & quia in primo proceditur cum maiori
diſcuſſione propter præiudicium ſecundi matrimonij, & for-
te prolis inde ſecutæ. Et iſtum intellectum ſequitur glo. 35.
quæſt.9. in ſummæ, & in §.quia ergo.in uerbo,reprobanda.ea
dẽ quæſt.& cauſæ.Et dicit Bal.hic,ꝙ non expedit probare fal-
ſitatem, quia ex quo annullantur teſtes & teſtimonia ex ſola
corruptione,annullatur ſententia. Allegant l. qui teſtamen-
to.ff.de excuſ.tu. Nec eſt opus reſtitutione in integrum,ſecun
dum eum, quia illud habet locum in alijs cauſis, non in cau-
ſa matrimoniali. Et pro hoc adducit domi. Abb. quod not.
Bart.in l.diuus.ff. de re iudi.ubi ſufficit probare ſolam corru-
ptionem etiam ad effectum irritandi ſententiam.Et facit iſte
text.ubi clare uno caſu mandatur reuocari ſententia, docto
de corruptione:per quod apparet, ex ea præſumi falſitatem &
maximè, quia ratio generalis,de qua in fine literæ, non reci-
pit diſtinctionem: quam primo aſpectu ſonat text. Imo ex ea
infertur generaliter, quòd omnis ſententia poterit retractari
probata corruptione teſtium,quaſi lata ex probatione repro-
bata,id eſt,teſtibus periuris,iuxta c.2.infrà de purga.uulg. Et
hoc ultimum repetit etiam do.Abb.in c.licet cauſam.ſuprà ti.
5 1. ¶ Sed † contrarium intellectum tenent hic Ioã.And.& do.
Ant.Imo.& do.meus fatentes,quòd ſententia lata in cauſa ma
trimoniali omni caſu poteſt retractari, docto de falſitate per
iura,de quibus in gl.Sed ſi probatur ſola corruptio,tũc diſtin-
guitur,ut in tex.qui hoc probat in uer.ſi uerò.quæ dictio ad-
uerſatur præcedentibus,l.hoc amplius.§. ſi.ff. de dam. infecte.
l.qui uſum fructum.ff.de uerb.obli.Non obſ.quòd probata ſo-
la corruptione probetur falſitas quia hoc negatur per ea,quæ
dixi in d.c.licet.ſuper glo.in uerbo,opponi.in 3. concluſione:
maximè,quo ad effectum irritandi ſententiam. Nec obſ.quòd
uno caſu hic poſito ſufficiat, quia ex quo ſententia non tran-
ſit in rem iudicatam, habetur perinde, ac ſi contra teſtes op-
poneretur periurium ante ſententiam: quo caſu ſufficit ſola
corruptio,ut dixi in d.c.licet.in 1.fallen.d.concluſ. Nec obſ.ꝙ
lapſum ſit tempus opponendi teſtibus,iuxta c.præſentiũ.infrà
eo.quia probabilis coniectura ſurgens hic ex aſſertione teſtis,
præſtabat occaſionem inquirendi de ueritate, ſecũdum Inno.
uerbum autem, Aliquatenus. de quo in tex. ſumitur, quo ad
probandã ipſam corruptionem,ut dixi in ultimo notabili,ma-
ximè cùm iſta ſit inhabilitas introducta odio teſtis, cui taci-
turnitas partis non prodeſt, ſecundum Bald. in l. ſi qui teſti-
bus.in ult.col. C.eo.Facit c.1.in uerbo,antequam. infrà de ex
ce.Nec obſ.ꝙ puniãtur de adulterio,quaſi aſſerta corruptio in
ducat præſumptionẽ falſitatis:quia iſta ratio procederet,ſi te
ſtes dixiſſent ſimpliciter ſe corruptos:ſed addebãt etiã,ſe men
titos.Nec poteſt tex.intelligi de corruptione maiori,ſ.ut ſi di
cant,quæ conſiderat Bart.in d. l. diuus.quia repugnant literæ
hic.q in uer.ſi uerò cõtentatũ de ſola corruptione. Itẽ generalis illatio,quam per text.iſtum facit hic do.Ab. non procedit,
& ponderatio ſua fuit ſublata in d.c.licet.in 3.cõcluſione: ubi
uide.Nec dicitur lata ſententia ex probatione reprobata:quia
probatio per teſtes in ſuo genere nõ eſt reprobata: alias ſeque
retur, quòd omnes exceptio penitus repellens teſtem, poſſit
allegari poſt ſententiam, quaſi eſſet lata ex probatione repro
bata: quod eſt contra plene notata in c.1.infrà de excep.ꝙ ſe
queretur,ꝙ de falſitate ſimplici teſtium ſemꝑ poſſet dici poſt
ſententiam,quia probata falſitate appareret periurium,& ta-
men hoc eſt falſum,ut dixi poſt alios in d.c.licet. in 2.cõcluſ.
¶ Sed aduerte,quia intellectũ gl.& ſequaciũ puto ueriorẽ,licet
fatear

fateor iſtud ultimum, quod dictum eſt contra dom. Ab. nimis extendentem illum text. Sed quòd in text. noſtro etiã re non exiſtente integra ſola corruptio inducat retractationẽ, licet tunc difficilius, oſtenditur primo ex eo, quod do. meus ſuprà dixit, quòd ideo uno caſu hic ſufficit corruptio: quia uidetur teſtis redargui de periurio quaſi ante ſententiam. Non enim uideo: quia iſta ratio non procedat etiam re non integra. ¶ Secundo moueor: quia ſi ſufficit ſola corruptio, ſecundum omnes, re integra, tamen agitur de periculo inceſtus in reuocanda ſententia: quo non obſtante permittitur reuocatio. Ergo ſi talis probatio habetur pro plena, meritò non reijcitur quando res non eſt integra. ¶ Tertiò facit: quia ſi imponitur pœnitentia in ipſo caſu de adulterio ſecuto: ergo cùm matrimonium ſecundum non tenuit tanquam adulterium, meritò debet utroque caſu ſententia reuocari. Et ſi diceres, quòd illa pœnitentia imponitur, non quia ſubſit adulterium, ſed quia ſeipſos dicunt dediſſe cauſam adulterio, reſpondeo, quòd imò præſupponitur eſſe adulterium, docto de corruptione: quia ſi conſideratur numerus reiterati adulterij, eſt ſignum, quòd non debet continuare: quia ſi ſic eſſet, de uno, de pluribus adulterijs, ſciri non poſſet: maximè, quia ſtante aſſertione iſtorum adhuc deberent de alijs adulterijs futuris puniri.

SVMMARIVM.

1 *Parochiani audiuntur contra prælatum ſuum, quando denunciatur ciuiliter.*
2 *Symonia committitur, nedum dando, ſed etiam remittendo.*
3 *Conſuetudo præſtationis alicuius an in futurum obliget.*
4 *Iuramentum non defertur actori in cauſa criminali ciuiliter mota, quamuis habeat probationem plus quàm ſemiplenam.*
5 *Criminoſus quando poſſit accuſare clericum de crimine ſymoniæ.*
6 *Fama non facit plenam probationem & hoc eſt regulare nu. 7. Quæ regula fallit multis modis, ut hic, & nu. 8. & 9.*
10 *Fama in cauſis ciuilibus an faciat ſemiplenam probationem. Vide etiam num. 11.*
11 *Fama in criminalibus an faciat ſemiplenam probationem? Et concludit, quòd non.*
13 *Fama quando perficit probationem, ſi crimen eſt probatum per unum teſtem.*
14 *Quando agitur diffinitiuè cauſa criminalis, ſufficit ſola fama, ut inquiratur: ſecus, ſi de principio.*
15 *Fama qualis ſufficit, ut poſſit perueniri ad torturam.*
16 *Fama probat in factis antiquiſſimis, quæ excedunt memoriam hominum.*
17 *Famæ quando fit mentio, de qua intelligatur.*
18 *Teſtimonium ſocij in crimine an audiatur.*
19 *Pactum partium, ut ſtetur teſtimonio unius teſtis, an ualeat.*
20 *Index ſi eligat æſtimatores, uel declaratores, quòd habeant ſibi referre, debet eos eligere præſentibus partibus: relatio tamen eorum poteſt fieri abſentibus partibus.*
21 *Duæ probationes quando coniungantur, ut faciant unã probationem.*

CAPITVLVM. X.

* VENIENS. ¶ Socius criminis & muneris non teſtificatur, * etiam in crimine ſymoniæ. H. D. ¶ Not. primò arg. ſecundum domi. Abb. quod
1 † parochiani audiuntur contra prælatum ſuũ, quando denunciant ciuiliter. De quo dictum fuit in cap. ex parte ſuprà eo. Et dicunt hic Innocen. & Bal. quòd infames admittantur ad denunciandum, ſed non ad teſtificandum contra infamẽ. Ex quo infert Bald. quòd ſyndici communitatis Peruſij poſſunt & tenentur denunciare maleficiã commiſſa in ſuis uillis, licet ſint infames, uel periuri: quia iuramentum eorum non eſt iuramentum probationis, ſed calumniæ. Quod tene menti, ſecundum eum. Et facit ad not. per Bartol. in l. diuus. ff. de cuſtod. reo. cum concor. quas aliàs dedi in cap. ſicut olim infrà de accuſa. ¶ Not. ſecundò ibi, canonici. quod dicitur ſymoniacè acquiri beneficiũ, non ſolũ ſi detur tẽporalis pro iure merè ſpirituali, ſed & ſi detur pro iure annexo ſpiritualitati, id eſt, pro fauore habentis ius patronatus: quia, ſecundum do. Ant. & do. Abb. hic, non potuit aliter ſymonia hic committi. Facit c. præterea. el 1. ſuprà de tranſac. Et no. quòd ſi ſacerdos feciſſet hanc remiſſionem poſt adeptam eccleſiam, non fuiſſet ſymonia, ſecundum Ioan. And. & alios hic. Ex quo no. do. Ab. quòd ſacerdos poteſt aliquid debitum ſibi ratione eccleſiæ, remittere in uita ſua: quia ultrà nõ durabit, per c. de cætero. ſuprà de tranſac. & c. 2. infrà de dona. Et intellige, dum modò remiſſio ſit de concernentibus uictum clerici: ſecus, ſi utilitatẽ eccleſiæ, per c. 1. ſuprà de reſti. in integ. & c. cùm ueniſſent. infrà de inſti. Item dum modò ante inſtitutionem nulla pactio de hoc præceſſerit, per c. Artaldus. 8. q. 5.
2 ¶ Not. tertiò † ibi, remittere. quòd ſymonia nedum committitur dando, ſed etiam remittendo, & ratio ponitur in gloſ. 2. quia remittere eſt dare, ut in iur. ſuis, & l. ſi fundum. §. Titio fundum. ff. de leg. 1. & in l. in ædibus. & ibi glo. ff. de dona. Vnde dicit Ioan. And. in c. ſi quorundam. infrà de ſol. Et ibi dom. Ant. in 1. col. quòd eandem pœnam incurrit prælatus, qui remittit debita eccleſiæ, ſicut qui alienat. Dixit tamen, quòd pœna poſita obliganti eccleſiam in debitis, de qua ibi, non procedit in remittente. Et uide glo. in l. ſi quis obligatione. ff. de reg. iur. quæ dicit, quòd ſicut in donatione ultra quingentos aureos requiritur inſinuatio, ita in remiſſione. ¶ Hoc autem intellige, dum modò ex eo, quod remittitur, applicetur commodum parti, aliàs non, ut hic pulchrè per do. Abb. cui adde Bart. idem tenentem in l. ſi mulier. allegata in glo. Et addit ibi Bald. quòd remittens debitum pœnale, quod ſibi debetur ex maleficio, non dicitur propriè dare, quia tales actiones nõ computantur communiter in patrimonio, l. cùm emancipati. §. pe. ff. de colla. bonorum Dixi in c. in præſentia. ſuprà tit. 1. in quæſtione, cui applicentur bona occidentis monachum habentem filium in ſeculo. ¶ Secundò intellige, quòd dicta regula procedat largè loquendo, ſed propriè remittere non eſt dare, ut eſt caſus aureus in l. Iulianus. la picola. ff. de condi. & demon. Vnde fit longa dubitatio, utrùm qui iurauit dare, uel ſoluere, liberetur remittendo? de quo per Bart. ibi, & in l. amplius non peti. ff. rem ra. ha. & pendet ab his, quæ habentur per do. Ant. & alios in c. fin. infra ne præla. uices ſuas. Et ibi aliàs dixi quòd iuramentum debet ſeruari in forma ſpecifica, per c. ad noſtram. el 1. infrà de iureiur. & tenendo hoc, non liberabitur remittendo, per d. l. Iulianus, ubi conditio de dando non impletur remittendo, licet habeatur pro impleta, cùm per hæredem deficiat, ne impleatur acceptando remiſſionem. ¶ Et per illum text. in uerbo promiſiſſe. uidetur deſtrui doctrina Ioan. And. in c. 1. de teſti. in 6. ubi dicit, quòd aliud eſt promittere dare, & aliud dare, l. 1. C. de pact. inter empto. & uend. per Bart. in l. qui uxorem. § hæres. ff. de leg. 3. Vnde proxeneta, cui eſt ſolùm promiſſa pecunia & non data, nõ repellitur à teſtificando, * ſecundũ ipſum, quod uidetur contra hunc text. Sed reſpõdet Domi. ibi in 2. col. quòd hic ſecuta fuit promiſſio. Et hanc reſponſionem ſequor, quia glo. & omnes appellant iſtum ſocium muneris, quod eſſe non poſſet ex ſola promiſſione. Eſt uerum, quòd do. meus facit iſtum text. ualde ſingul. præſuppoſita ſola promiſſione, quòd per promiſſionem factam de liberando acquiritur exceptio debitori ipſo iure, & tamen poterit agere, ut pleniùs liberetur, ſicut dicitur, quòd quando teſtator mandat hæredi, quòd liberet debitorem, licet non liberet de præſenti, acquiritur exceptio debitori, l. 3. §. nunc de effectu. ff. de libe. leg. not. Bart. in l. ſi peculium. in princ. ff. de pec. leg. Vnde idem in contractu, arg. l. eum, qui chirographũ. ff. de leg. 1. Et dicit eſſe dictũ ſuum nouum, ſed nõ u ideo, quomodo adaptetur hic, quia non competebat actio, nec exceptio, etiam ſi ſolum promiſiſſet, quia obſtabat turpitudo. Item in caſu d. l. 3. non erat ſimplex promiſſio. ¶ No. quartò ibi, cũ
3 ſueuerant. quòd † ſola conſuetudo præſtandi aliquid uidetur eſſe cauſa ſufficiens, ut ita in poſterum quis obligetur eccleſiæ ad præſtandum. Ad idem text. optimus in c. ad Apoſtolicam. infrà de ſymo. & ibi aliàs dixi. Et eſt aurea limitatio ad notata per Bart. in l. cùm de in rẽ uerſo. ff. de uſur. & per Ang. in l. ſi certis annis. C. de pac. & do. Ant. & do. Abb. in c. peruenit. de cenſi. Ex hoc etiam colligunt Doc. quòd licitè conferunt ſacerdoti temporalia ad eius ſuſtentationem. Imò dicit do. Abb. quod poſſunt parochiani compelli, & alleg. ſingul. gl. in c.

* *Nõ teſtificatur*] *Adde Iaſ. in l. 1. C. de ſum. tri. in fin. Saly. in l. fin. C. de accuſat. Ang. in l. ea quidem. col. 8. de accuſ. Alex. in l. repeti. §. 1. de q. Petr. de Sur. in l. quoniã. C. de teſt. Petr. de Peruſ. in tract. de ſociet. p. 31. q. 14. Pau. Caſ. conſ. 120. uel. 99. tandem eſt, quòd adulterium in fin. Alex. conſil. 106. part. 4.*

* *Teſtificando*] *Adde Alex. in l. 4. §. hoc autem. ff. de dam. infec. & in l. deferre. ff. de iure fiſci. & in conſ. 18. p. 4. conſ. 13. p. 1. & conſ. 128. p. 2.*

in c. omnis Chriſtianus de conſecra. diſt. j. dummodo, ſecundum ipſum, non poſſet aliter ex induſtria ſua uiuere, * per id, quod habetur in tex. & gloſſ. in c. clericus uictum. 91. diſt. Qualiter autem compellatur parochiani, unde beatum Thom. ſecunda ſecundæ, q. 86. artic. 2. in fi. ubi dicit, quòd ſuperior poterit eos compellere etiam per ſubtractionem ſacramentorum. Imò dicit glo. in d. c. omnis, quòd ipſe presbyter poſſet authoritate propria hæc facere. Sed contra in hoc, & melius, tenent Ioan. And. do. Ant. do. Ab. in rub. de parochiis. & beat. Tom. 2. 2. q. c. artic. 3. ante mediũ. Imò dixit Lap. in hoc, allegatione 67. in pen. colum. quòd clerico agenti ad oblationes, obſt. exceptio ſpoliationis ſacramentorum: & ſequitur dom. Anto. in c. cùm dilectus. §. nos igitur in 2. colum. ſuprà de or. cog. & in c. cùm inter. in antepen. colum. infrà de except. & Domin. in cap. frequens. §. fin. in ult. colum. de reſtit. ſpol. in 6. ¶ Vltimò not. text. optimum,

4 quòd † in cauſa criminali ciuiliter mota, non defertur iuramentum actori in defectum probationis, etiam ſi habeat plus quam ſemiplenam probationem. * Erat enim hic unus teſtis integer, & alter faciebat aliquod indicium, ſecundum Inno. hic: & tamen reus non condemnatur: quod eſt ualde notabile. Quare autem ille presbyter ex uno teſte non ponitur ad torturam, reſpondet Bald. hic: quia cauſa eſt ciuilis. Alleg. l. maritus. ff. de quæſtio. Sed dic melius, quòd de hoc non erat infamatus, ut dicit gloſſ. 2. Ideo torqueri non poteſt per illud ſingu. dictum Ab. antiqui in cap. grauis infrà, de depoſito, quòd contra clericum non poteſt procedi ad torturam exiſtentibus quibuſcunque indicijs, niſi ſit infamatus: & ſequitur Paul. de Lea. ibi, & domi. Abb. in cap. cùm in contemplatione infrà de reg. iur. & Ioan. de Ana. in c. j. in

5 8. col. infrà de cle. percuſſo. ¶ In † gloſſ. j. ibi, malæ famæ. Quando criminoſus poſſit accuſare clericum de crimine ſymoniæ. Dic, ut per do. Abb. in c. cùm P. in pen. & ult. col. infrà de accuſ. Ex cuius dictis colligitur, quòd ſi clericus non eſt infamatus, non admittitur perſona uilis, ut in gl. hic & ibi, & in c. ſi quis Papa 79. diſtin. Et hoc tene in laico, ne concurrant duo ſpecialia: primùm, quòd laicus accuſet, contra c. de cætero infrà eo. Secundum, quod in l. contra c. j. infrà de accuſ. Sed data infamia hoc toleratur propter magnitudinem criminis, d. c. tanta. Et in hoc de laico eſt caſus in d. c. cùm P. ſecũdum communem lecturam. ¶ In clericis autem dicas do. Abb. in d. c. cùm P. uer. tertium membrum, quod admittuntur uiles contra clericum ſymoniacum etiam nõ infamatum. Et ſequitur do. meus hic, latiſſimè ponderando c. licèt Heli. uerſus fin. infrà de ſymo. & c. ſanè 15. q. 3. Quando autem criminoſi poſſint teſtificari in crimine iſto contra clericum, dic, ut per domi. Abb. in c. per tuas el j. in pen. col. uer. 2. lectura: ubi optimus text. infrà de ſymo. cũ quo etiam ultimatè tranſit hic domi. meus, & aliàs in dictis locis plene inſteti poſt Anan.

6 & do. Maria. ¶ In † ea. gloſ. ibi, ſed non eſt uerum. Per iſtam gloſ. quæ ordinaria eſt, extendunt ſe Scribentes hic, maximè do. Anto. & do. Abb. tractando, quantum probet fama? Et trãſcribunt ad literam uerba Bart. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſtio. Sed tu pluribus mixtis not. certas concluſiones, & reliqua dic, ut per eos. ¶ Prima concluſio. Fama non fa-

7 cit † plenam fidem regulariter, * l. 3. §. eiuſdem. & ibi gl. ff. de teſti. & §. item ſæpe. & ibi glo. 4. q. 3. & gloſ. in c. illud in uerbo, in hoc infrà de cle. excommu. mini. ¶ Fallit in caſibus à iure expreſſis, putà, ubi cõmunis hominum opinio aliquid poteſt inducere, ut in communi uſu loquendi, c. ex literis. j. infrà, de ſponſ. l. librorum. §. quod tamen Caſſius. ff. de leg. 3. etiam con-

* *Viuere*] *Adde not. quod parochiani omnes iure tenentur ad exhibendas oblationes presbyteris miniſtrantibus ſpiritualia indigentibus, & non habentibus ſibi aliunde neceſſaria miniſtrare, ſecundum Abb. in c. cauſa de uerb. ſignif. idem poſt alios in rubr. de paroch. ſecus ſi non indigent, niſi ſit etiam ad hoc cõſuetudo eſt cõmunis * opinio in c. ad Apoſtolicam de ſim. de qua Bar. in l. priuilegia. C. de ſacr. ſ. eccle.*

* *Probationem*] *Adde Socin. conſ. 155. incip. præſtantiſſime doctor. uer. ſecundo principaliter & uerſ. unde præd. non obſtan. p. 2. ubi etiam habetur, qualiter intelligatur opinio modernorum contrarium tenẽtium & uol. Alex. in l. maritus. ff. de quæſt. in addit. ad Bart. & in conſ. 60. p. 1.*

* *Regulariter*] *Adde an & quando probet plene & ſemiplene, Alexã. in l. 3. §. eiuſdem. ff. de teſti. & in l. 3. §. idem Cornelio. di. quæſt. & in*

tra propriam uerborum naturam, ut ibi. ¶ Idem, ubi uerſatur fauor publicus præferens opinionem ueritati, ut in caſu l. Barbarius. ff. de offic. prætor. & l. ſi arbitris. C. de ſentent. & §. tria. 3. quæſtio. 7. Plenè Innocen. in cap. nihil eſt ſuper uerbo, adminiſtrant. ſuprà, de electi. ¶ Idem in his, quæ de ſui natura

8 clarè probari nequeunt, ut in filiatione. ¶ Limita ſecundo † in c. per tuas. ſuprà tit. 1. ¶ Et in probatione mortis, * ſecundum Cyn. in l. ſi quidem. C. ſolu. mat. & do. Ant. & alios in c. 1 præſentia. infrà de ſponſ. & Bart. in l. 2. §. ſi dubitetur. ff. quem ad. teſta. ape. Bonus text. in l. non omnis. §. à barbaris. ff. de re mili. ¶ Idẽ in caſu c. ſuper eo. infrà de conſang. & affin. cuius ratio eſt ex regula c. inuentis infrà de

9 ſponſ. ¶ Idem, ubi † agitur de paruulo præiudicio: putà in reſtitutione dotis marito uergente ad inopiam ex fama, ſecundum gloſ. in l. ubi adhuc C. de iure dot. & pulchrè Bald. ibi in 10. col. uerſ. quærit hic gl. & Bart. & alios in l. ſi conſtante, in princ. ff. ſolut. mat. ¶ Idem in probandis confinibus antiquis, c. cùm cauſam. ſuprà tit. 1. ¶ Idem, quando agitur de ſufficientia ordinandi, ſecundum Domin. poſt. glo. in c. nullus. in fin. a j. diſt. ¶ Idem, quando agitur de informatione conſcientiæ alicuius, ſecundum dom. Ant. in repet. c. peruenit. infrà de cenſi. Allegat Compoſt. in c. 1. de elect. in 6. ¶ Idẽ, quando agitur de probanda nobilitate & uirtute, ſecundum Bald. in l. prouidendum. per illum text. C. de poſtulando. ¶ Idem, quando agitur de probanda ſcientia iudicis ad excuſandum non appellantem, ſecundum Bar. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. ff. de oper. no. nun. His caſibus fama plene probat. De aliquibus modò dubitatur, an ſaltem ſemiplenè probet: & de hoc in ſequentibus concluſionibus. ¶ Se-

10 cunda concluſio. In † cauſis ciuilibus importantibus fama probat ſemiplenè, ſecundum gl. hic, & in l. 3. §. eiuſdem ff. de teſtib. & in §. item ſæpe. 4. q. 3. & in c. 1 infrà de appel. & in l. admonendi. ff. de iureiuran. & in l. in bonæ fidei. C. de rebus cred. & in §. præſcriptionum. in uerb. poſſeſſiones. 16. quæſt. 3. & Cyn. in l. fin. C. de quæſt. & Imol. in l. fin. in ult. col. ff. de hæred. inſtit. & Archid. in c. ſi duo. 25. q. 6. & in c. ſciant cuncti. 7. q. 1. & Spec. in tit. de probat. §. uidendũ. uer. 6. & in fin. uer. 6. & Bal. do. Ant. Imol. & dominus meus hic. Bene facit c. ſuper eo. infrà, de conſang. & affin. iuncto c. præterea. el 2. infrà de ſponſ. Per quę apparet, quòd plus probat fama, quàm unus teſtis de ueritate, qui recipitur de iure ſpeciali. Ergo eſt conſequens, quòd æquiualeat uni teſti legitimo, * qui etiam diſſolueret ſponſalia iurata, c. ſuper eo. el. 2. j. eo. Ad idem text. in d. c. ſuper eo. el. 2. in ratione ſui, dum ad diſſoluenda ſponſalia requirit præſumptionem non modicam, & tamen fama talia ſponſalia diſſoluit, d. cap. ſuper eod. de conſangui. & affin. Ergo facit præſumptionem, & non modicam: & ſic aſcendit ad dimidiam probationem. Facit cap. illud. & quod ibi not. infrà de præſumpt. Et pro hac parte multum conatur dominus meus hic inducere text. in d. §. eiuſdem: conſiderando, quòd ibi ſuppletio famæ æquiparatur ſuppletioni numeri & authoritatis. Et iſtæ duæ ultimæ qualitates poſſunt ſupplere probationem imperfectam, ut ibi, quæ non trãſcenderet ſemiplenam: & ita etiam iſta tertia ſuppletio famæ, ut pariformiter æquiparen-

11 tur, ut hic latiùs per eum. ¶ Sed † cõtra iſtam concluſionem, quòd imo fama ſemiplenè non probat, tenuit Dy. in l. 2. ff. de excuſ. tut. & Ioan. Andr. referens quendam Tho. in addi. Spec. in tit. de notorio crimine. §. & uer. præallega. additione, quæ incipit. Allegato. & do. de Rot. concluſ. 230. incip. Item habenti gratiã. in fin. & do. Ab. in c. ſuper eo. infrà de conſang. & affi. & in c. 2. infrà de clandeſt. deſponſ. & hic, dicens poſt Ioan. And. in d. addi. quòd ubi agitur ex contractu, uel rei uendicatione, uel ſimili actione ex quacunque cauſa, uel tantùm petitur ex aliquo contractu, fama non facit gradum probationis, ſed

conſil. 19. 96. & 94. p. 4. & Angel. in tract. maleſ. uer. fama col. 5.

* *Mortis*] *Adde quod licet in probanda morte alicuius ſufficiat probatio per famam illius loci in quo dicitur mortuus, ut hic. tamen hoc uerum quando talis mors eſſet ita de longinquo, ut facile memoria haberi nõ poſſit, ſecus ſi de propinquo nã tunc probatio per teſtes requiritur nec ſufficit fama. eſt communior * opinio ſecundum Alex. conſ. 25. in cauſa. col. pen. uol. 4.*

Anch. conſilio 190. quod incipit, Pro clariori euidentia. & do. Ant. poſt Hoſt. in c. cum in cunctis. de elec. & no. Bar. in l. uniuerſis. per illum text. C. de lega. lib. 11. & ibi dicit, q dignitas conceſſa motu proprio habet, q priuilegium conceſſum tali dignitati durat etiam finita adminiſtratione ſecus, ſi ad inſtantiam partis. ¶ Secundò no.
6 q † licet de ſtylo curiæ Romanæ oporteat exprimere ualorem beneficij impetrationē, ut per do. Car. in cle. j. de præben. & do. Ab. in c. ſi. ē. de præſump. & do. Car. conſ. 34. cum concord. tamen fallit in gratijs conceſſis motu proprio, ſecundum Pet. de Anc. latè conſ. 132. quod incip. De natura & efficacia clauſulæ, Motu proprio. ubi uide. Et eſt hodie regula cancellariæ ſub rubrica de beneficijs uacantibus. quamuis olim eſſet regula in contrarium, ut per Pe. de Anc. in addi. cōſ. 290. ubi ſingulariter ipſam limitabat non procedere in conceſſionibus fa-
✱ ctis do. Car. ✱ ¶ Tertio no. q † licet Papa
7 in dubio non præſumitur uti plenitudine poteſtatis, ſecundum Ian. in c. innotuit. ad ſi. ē. de elec. quem ſequitur Aug. in l. bene à Zenone. i j. col. C. de quadri. præſcri. & Bal. in l. teſtamētum. C. de teſta. & in proœmio feudorum. & Jo. Ab. in c. ad hæc. ē. de reſc. cum concor. tamen fallit, ubi eſt clauſula, Motu proprio. ſecundum do. Ant. in c. conſtitutus. ē. de reſcrip. ¶ Quartò nota, q proprius motus principis non ſolùm tollit uitium obreptionis, ſed etiam firmat gratiam: & hoc uerum in his, in quibus princeps habet plenam notitiam, ut l. idem Vlpianus. ff. de excu. tuto. Sed in his, quorum princeps non habet plenam notitiam, proprius motus tollit obreptionem: non tamē firmat gratiam contra obſtantia incognita principi. Ita ſcribit Bal. in l. ſi. C. de crimi. ſacrilegij. ¶ Quinto no. ſecundū Ang. in l. imperialis. §. ſimiles. C. de nup. q per clauſulam, motu proprio. cenſetur diſpenſatum ſuper omni macula & defectu: & ſequitur Ana. in c. fraternitatis. ē. de ſchiſma. Sed hoc non procedit: quia non tollit, niſi uitium ſurreptionis. ut ē. dictum eſt: & ſic ſimiles intelligitur, quādo interceſſit certa ſciētia principis, ut etiam intellexit ibi Bald. Et ſic apparet plus operari clauſulam, ex
✱ certa ſcientia. ✱ quam clauſulam, motu proprio. licet ambas æquiparet Bal. ē. in rubr. de offi. dele. ¶ Sexto nota, q licet aliās quis debeat recipere pro ſe, quod accipit contra ſe, c. ſi Romanorum. 19. diſt. cum ſimili-
11 bus tamen fallit in conceſſis motu proprio, l. 3. in princ. & ibi omnes, ff. quod quiſq; iuris. & eſt gl. ordina. in c. 2. ē. de mu. pe. quā do. Abb. facit ſingularem in c. j. ē. de reſt. in integ. de quo tamen per eundem in d. c. 2.
8 ¶ Septimò nota, quòd † ſecundæ literæ cōceſſæ motu proprio, non facta mentione de primis, ualent, ſecundum domi. Anto. in c. expoſuit. ē. de dila. quia tollitur ſurreptio, d. clemen. ſi Rom. licet aliās ſecus, per c. ceterum. ē. de reſcrip. ¶ Octauo nota, quòd
9 † licet ſecundæ literæ reuocantes primas non irritent proceſſum factum uigore primarum ante earum notitiam, ut in c. audita. ē. de reſtit. ſpo. tamen fallit, ſi ſecundæ ſint conceſſæ motu proprio, ſecūdum Imo. plenè in c. cæterum. ē. de reſcrip. Allegat Innocen. in c. j. ē. de conceſ. præben. in 6. & in c. cum contingat. ē. de reſcri. & eſt ualdè notandum. ¶ Nonò nota quòd prohibitum ſub pœna exercere, uel impetrare cer-

& Thom. Ferra. in tract. cautel. cautel. 45. incip. ſciendum eſt quod motu & ſcientia. de quo etiam uide in apoſtol. ad Phil. Fran. in c. 2. nu. 7. in uer. ſpecialis mētio. de præb. in 6.

✱ *Motu proprio] Adde ad materiā huius clauſulæ, no. per doct. in c. ſi motu proprio. ē. de reſcr. Gem. in c. quāuis. il 1 nu 5. incip. add. ibi. in uer. motus proprius. de præben. in 6. Franc. in c. ipſo iure. nu. 21. incip. addit. ibi, in uer. clauſula proprij motus. de reſcr. eo lib. Car. in clem. 1. colū. 4. de præben. Anth. in c. conſtitutus. colū. 4. verſic. quarto limita. de reſcr. et Anth. conſilio. 122. incip. De natura & efficacia.*

✱ *Cardinalibus] Adde Belem. in tract. de charit. ſubſ. q. 66. colū. 6. ubi dicit Rotā in praeſenti iudicaſſe extrauagantē Bonifa. 8. incip. imminētis. ſub tit. de elec. nō comprehendere Cardinales. quem ſequitur Anth. in cap. in eo in fi. de heret. Socin. conſil. 23. ſtrepſit propheta, col. 5. uol. 1. & in c. in noſtra. col. 2. de reſcrip.*

✱ *Ex certa ſcientia] Adde quod operetur iſta clauſula in reſcriptis. Bal. in l. ſi. col. j. in fi. verſ. 2. caſu clauſula. C. ſen. reſcin. non poſ. & in c. io col. 2. verſ. Et accidit de facto. per quos ſin. innoſ. Lanfrā. in c. quoniam contra. §. interlocutoria. nu. 13. verſ. item ſolum. de probat. Bald. in l. non dubium. C. de prec. imp. of. Petr. de Sun. in Auth. ſi. ue a me. in fin. C. ad Vellean. Rom. in leg. 2. ff. quod quiſq. iur. Specul. de inſtrum.*

de inſtrum. edit. §. nunc autem. verſ. & ſciat quod ſit.

tum officium, non incurrit pœnam, ſi illud conſequitur motu proprio principis. Ita de cidit Ioan. de Ana. in c. cum ſit. de iudi. Quod intellige, dum modò ſuperior ſciat * de eius conditione, ut per eundem in cap. quàm pernicioſum. j. de uſur. ¶ Decimò no. quòd illud, quod dicitur in d. cap. ſi motu proprio. in fin. ꝙ non dicitur factum motu proprio, niſi quando exprimitur in literis. Fallit, ubi notoriè conſtaret de motu proprio: quia forte perſona, cui prouidetur, eſt in loco adeo diſtanti, ꝙ nullo modo potuiſſet patere gratiã: uel per alios modos hoc conſtaret. Ita no. late Rota deciſione 226. quæ incipit, item licet quòd Romana curia. ubi uide. Sed contrarium tenet do. Domin. in d. cap. ſi motu proprio. in penul. colum. dicens ſe fateri, ꝙ per iſtas coniecturas probat Papam à ſe motum fuiſſe, ut conferret: ſed ꝙ talis conceſſio dicatur habere effectum, quem habet gratia exprimens motum proprium, hoc negatur per illum text. qui ſic limitauit illum effectum. Poſſet etiam aſſignari alia ratio, ſecundum eum, quare expreſſio requiritur: quia poſſibile eſt, ꝙ Papa moueatur ad gratiam concedendam, etiamſi ſit petita ex motu proprio, non habito reſpectu ad inſtantiam petitoris. Vnde cùm iſtud dependeat ab animo Papæ, an hoc faciat inſtinctu alterius, an ſuo: ideo uoluit hoc in literis caueri, ſecundum Domin. ibi: & ſunt uerba bene notanda, ex quibus dubito de eo, ꝙ ſcribit Bald. ſing. in l. nec damnoſa. in princip. C. de preci. impe. offe. & exclamat Ro. dicens eſſe nouum, & ſe non legiſſe alibi, in l. ſi verò. §. de uiro. in 31. fallentia. ff. ſolut. matr. uidelicet quòd geminatæ literæ principis in eodem facto habent uim clauſulæ, motu proprio. Et facit, ꝙ not. Ioan. Andr. in cap. porrecta. j. de confir. util. uel inutili. ubi dicit, ꝙ talis geminatio habet uim clauſulæ, ex certa ſcientia: ꝙ ſecundum admitti poteſt: ſed de motu proprio non eſt tutum, niſi dicatur, uel ꝙ iſta ſit magna limitatio ad cap. ſi motu. ut ꝙ loquatur ſolùm in beneficialibus, ut in ſequenti notabili. ¶ Vndecimò not. & conſidera: quia multi ſunt caſus, in quibus ſit differentia, an conceſſio fiat parte petente, an proprio motu. Et ideo, ꝙ ſemper præſumatur parte petente, niſi literæ dicant de moto proprio, non uidetur bene expeditum, niſi fortè in caſu d. cap. ſi motu. Iſtud probatur: quia priuilegium clauſum in corpore iuris communis, uel ſtatutorum, non præſumitur conceſſum ad poſtulationem: ideo in talibus non habet locum retorquitio, de qua in l. 3. in princ. ff. ꝙ quiſque iuris. Ita uoluit gloſſ. notabilis in authen. quas actiones. & ibi clariùs Bartol. C. de ſacroſan. eccle. & Bartol. in l. j. in fin. C. de bo. uac. libr. 10. de quo in d. cap. 2. de mut. peti. & in d. l. 3. Ad idem, ꝙ notat Bald. in d. authé. quas actiones. in j. colum. ubi dicit, ꝙ ſi omnibus eccleſijs conceditur priuilegium, cenſetur conceſſum motu proprio: quia impoſſibile, uel difficile eſſet, ꝙ ſupplicaſſent omnes eccleſiæ mundi. Ad idem, ꝙ not. Gul. de Cug. in d. l. 3. §. j. ff. ꝙ quiſque iuris. ubi dicit, ꝙ quando procedunt merita illius, cui facta eſt conceſſio, præſumitur in dubio concedentem conceſſiſſe occaſione meritorum, & non ad poſtulationem eius, cui conceſſit: arg. l. ſi uerò non remunerandi. §. idem Papinianus. ff. mãdati. ¶ Duodecimò no. quòd conceſſio facta per principem de nouo pedagio in loco grauato pedagijs, non ualet, ſi hoc taceretur per impetrantem. Si tamen princeps hoc concederet motu proprio, non poſſet impingi ſurreptio, & eſſet parendum. Ita dicit Ioan. Andr. in Specul. de cauſa poſ. & proprie. §. quia uerò. uer. quid de colligentibus. in uerb. adde. Vide tamen eundem in cap. 2. j. de immu. eccl. & ibi domi. Abba. in penul. colum. ubi dicit, ꝙ quando motu proprio princeps concedit talia, ſi ex hoc ſubditi grauantur, poſſunt à principe implorare remedium: & idem no. domi. Abba. in cap. accedentes. j. de præſcri. prope fin. Sed re uera iſtud dictum Ioan. Andr. de pedagijs uidetur deſtrui per doctrinam Docto. hic, attento ꝙ princeps per motum proprium non indulget ultra præſumptam intentionem. ¶ Decimotertiò no. ꝙ licet reſcripta contra ius in dubio præſumantur conceſſa per importunitatem, ut per glo. in c. j. in uerb. noſcatur. de conſti. in 6. tamen ſecus in conceſſis motu proprio. Ita no. Bal. in l. ꝙ fauore. C. de legi. & do. Ab. in d. c. accedentes. ¶ Vltimò conſidera ponderando bene illud, ꝙ ſæpe dictum eſt, ꝙ gratia non operatur ultra intentionẽ ſcribentis etiam motu proprio: quia ex hoc apparet, ꝙ quoties in ea eſt expreſſum aliquid, quo exiſtente uero, uel falſo princeps non conceſſiſſet gratiam, gratia non tenet:

Et eſt mirabile: quia licet in beneficialibus ſatis poſſit operari d. c. ſi motu proprio. tamẽ in alijs uidetur ſolùm operari quoad primò, ꝙ ſuſtentabitur gratia, ubi aliquid eſt tacitum: * ꝙ ſi fuiſſet cognitum, obtentũ fuiſſet, ſed difficiliùs: quæ qualitas aliàs annullaret, c. poſtulaſti. j. de reſcri. ſed nũc non. ¶ Secundò operabitur, ꝙ gratia, quæ aliàs eſſet odioſa & reſtringenda, efficitur fauorabilis. Quòd amplia, ut dixi in j. notabili. Et pro hac uice ſufficiant iſta de hac notabili clauſula. ¶ In ca. gl. in princ. ibi, commiſſa. no. iuncto. tex. ꝙ † quantum ad nullitatem priuilegij dicitur lis pendere à tempore commiſſionis: quia intelligitur cauſa delegata ſecundum terminos iuris competentis tempore commiſſionis, ca. fin. j. de reſcri. Sed quo ad alios effectus, non diceretur ex hoc lis pendere. Vnde quo ad perpetuandam iuriſdictionem, non requiritur citatio, c. gratum. & c. licet undique. j. de offic. deleg. & quo ad reuocanda attentata lite pendente requiritur, ꝙ emanauerit citatio in forma cle. 2. ut lit. penden. Ita declarat Imol. hic, & domi. Card. latè in d. clem. 2. in 4. oppoſitione. Videretur tamen, ꝙ etiam iſto caſu requiratur citatio: quia d. cle. 2. emanauit ad declarationem tituli, j. ut lit. penden. Ergo fit mentio in cap. fin. de priui. obtento lit. penden. Ergo d. clem. debet intelligi de illo, ad hoc ut conſtitutio declarans intelligatur ſecundum declarata iuxta gloſſ. in clem. ſtatutum. in uerbo, conſuetudine. de elect. & ita tenent hic Hoſt. domi. Anton. domi. Abba. & domi. meus in d. cap. fin. ad fin. & Angel. conſilio. 190. ꝙ incipit, In Dei nomine, &c. ordinamentum factum. & gloſſ. 3. in d. clem. 2. Sed fortè uerior eſt prima opinio: quia ex quo per iſtum text. cum gloſſ. eſt declaratum, quando lis dicatur pendere, quo ad hunc caſum, non uidetur lex noua iſtam corrigere alio non apparente: potiſſimè, quia hic ponderatur ſurreptio, cùm Papa non conceſſiſſet priuilegium, ſi ſciuiſſet de commiſſione aliarum literarum. Et hoc ſufficit per cap. ſuper literis. j. de reſcri. Bene facit d. cap. fin. eodem titul. ¶ Sed iſtam gloſſ. cum text. intellige, quando non apparet, ꝙ Papa uelit per ſuum priuilegium non faciens mentionem de commiſſione, tollere ius illius, cum quo lis eſt mota: quia ſi hoc appareret, teneret priuilegium: ſi enim tollit totum ius ſuum, fortiùs aufertur ius conceſſum ad illius iuris executionem, ſeu declarationem: ut hic latè & pulchrè per domi. Abba. An autem in alia inſtantia ualeret hoc priuilegium, uide domi. Abba. in d. cap. fi. ut lit. pen. & eſt ordinaria materia ibi, propter ꝙ iſtud omitto, prout faciunt alij, licet ſolus domi. meus hic latè reaſſumat, ut uidere poſſis. Et ſcias, ꝙ ille, qui impugnauit pendentiam litis, non poteſt opponere de ſurreptione reſcripti, quaſi de illa pendentia non fecerit mentionem. Ita conſuluit Petr. de Anch. conſi. 13. incip. Viſo proceſſu. Quòd limita, ut per eum. Et de materia per domi. Card. conſilio. 67. ad fin. & conſilio. 94. & Bal. in l. ex placito. C. de rer. permu. ¶ In gloſſ. fin. ibi, rationabili curſus. nota † iuncto text. ꝙ priuilegium obuium, ſeu contrarium rationi, & contra ſolitum curſum priuilegiorum, eſt ſuſpectum de falſitate. Et iſtam gloſſ. facit ſingularem domi. Abba. in cap. ex parte. el j. in fin. j. de offic. deleg. & uidetur text. melior de iure in cap. ex parte. infrà, de capellis mona. & bonus text. in cap. porrecta. infrà, de confir. utili. uel inutili. ubi utens literis carentibus ſtylo cancellariæ punitur. de falſo. Et contra iſta deuiantia à communi ſtylo, unde cap. ex literis. & cap. cùm M. j. de conſti. & cap. 2. de reſcrip. & ca. de temp. or. & cap. in cauſis. de re iudic. & cap. ad noſtram. de confir. utili, uel inutili. & cap. quàm graue. de cri. falſi. & cap. contra morem. & Cald. in titul. de reſcrip. conſilio. 8. & Lap. allegatione 33. quæ incipit, An frater minor. Idem dic in ſententia lata contra communem ſtylum: quia eſt nulla, ſecundum gloſſ. in l. de quibus. ff. de legi. quam facit ſing. Ang. in l. j. ff. de offic. aſſeſ. Idem dic in inſtrumentis. Vnde non ſolùm non fit comparatio literarum, ubi dubitatur de falſitate, ſed etiam ſtyli, ſecundum Bald. in rubr. C. de emendo. Iuſtini. codicem in fin. Idem dic in citatione. Vnde ſi de ſtylo palatij eſt, ꝙ iudex citet aliquem, quòd compareat coram eo, ſub pœna 50. libr. & emanat citatio ſub pœna corporali, citatur

Tacitum] Adde an per taciturnitatem gratia videtur ſurreptitia, Socin. conſilio. 7. incip. præſens conſultatio. verſ. ſecundo principaliter. cum verſ. ſequ. in 1. par. & in co. in verſ. ad ultimũ argumentum. ibi: nunc vero ſuper eſt, ubi etiam quando gratia ſtrictiſſimam, aut latiſſimam recipiat interpretationem.

cuſetur non comparens propter alteratum ſtylum. Ita ſing. dixit Angel. in l.fin. quæ incipit, præcipimus. C. de cano. larg.trib. lib.10. Idem dec de clauſula inſolita: quia induci t præſumptionem fraudis, ut eſt gloſſ.in l.2. ff.de condi. inſtit. quam ita allegat Bald. in c.tertio loco. in ultim. colum. ſuprà de probat.& in l.cùm de conſuetudine.ff.de legibus.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtis laborans ſimili morbo, repellitur à teſtimonio.*
2 *Teſtes deponentes ſibi extortas eſſe uſuras, non probant quem eſſe uſurarium.*

CAPITVLVM XX.

1 PERSONAS. ¶ A† teſtimonio repellitur cõſimili morbo laborans. H. D. Et per iſtum tex. in uerb.aut legitimè inferunt Io.An.do. Anton.& alij, quòd non omne probabile eſt certum, cùm hæc ponuntur, ut diuerſa: & exponit Io.An.Certũ, id eſt, notoriũ, q non indigeat probatione, p c.qñ de fil.presby. pbabile uerò, q probari põt difficulter. Quod dicit domi. Abb. eſſe notandum pro ſtatutis, ſubdens omne probabile eſſe certum natura, licet nobis ſit incertum, per l.ſi pater.ff.ſol.mat. ¶ In glo. unica.in fi. Poteſt intelligi iſte tex. in habente conſimilem cauſam, i. habente uitium, de quo contra alium producitur: quia cenſetur crimen aut negaturus, aut leuaturus. Hinc eſt, quòd ſocius ✱ etiam criminis ✱ repellitur, l. quoniam liberi. C. de teſti.& cap. ueniens ſuprà eo: Poteſt etiam intelligi de habente conſimilem cauſam, id eſt, litem & ſentit hic gloſſ. allegando c.cauſam ſuprà de iudi.& hoc plene ponit Spec.in tit. de teſte. §. j.ad fi.uer.item quòd habet conſimilem. Vnde ſi deciſio cauſæ pro ipſo alibi pendentis repellitur, ut ſuſpectus, ſecundum Ioan. An.dom. Abb.& Imol. hic. Et licet Hoſt.& do. Anto.hic contrarium teneant: quia, ſecundum eos, dicta teſtium nõ habent uim deciſionis iuridicæ, ſed ſimplicis narrationis facti, quod nõ eſt in iudice iudicaturo de iure: tamen prædicti eos reprehendunt & bene: quia nec etiam ad dictum iudicis alius iudicabit, cùm non exemplis, ſed legibus iudicetur, l. nemo. C. de ſent.& per gloſſ. in c. de quibus. 20. diſt. Vnde ſi habens cauſam ſuper probatione certæ conſuetudinis habeat de ipſa teſtificari: pro alio efficitur ſuſpectus, ne ex ſententia lata ſuper illo poſſet poſtea ſe fundare in facto ſuo, tanquam conſuetudo fuerit obtenta in contradictorio iudicio, ſecundum Imo. hic. Ex quo infert do: Ab. quod ſi agens ut probet quem uſurarium publicum, producatur in teſtem in alio iudicio, ubi de eodem ille uexetur, non eſt idoneus teſtis: & allegat Fed. conſi.62. Vnde intelligitur ſimilitudo cauſæ omnis illa, quæ arguit affectionem, ſecundum ipſos. Quibus adde Bald. in l.dictantibus. C. de teſta. ubi dicit, 2 quod † ad probandum uſurarium nõ ſunt idonei teſtes illi, qui dicunt ab ipſo fuiſſe ſibi extortas uſuras: quia ſentiunt commodum, cum uerisimile ſit eos repetituros uſuras in alio iudicio: &, quia habent conſimilem cauſam cum illo, pro quo producuntur, ſecundum ipſum: quem ſequitur Roma. dicens, eſſe caſum hic, in ſing. 360. incip. Volo probare & ita dicit ſe conſuluiſſe. Eſt uerum, quod Cald. in illo tit. conſil. ult. tenuit in hoc contrarium, habens reſpectum ad aliud, quod obſtabat, uidelicet quod tales teſtes allegarent turpitudinem ſuam, ſcilicet dediſſe cauſam fœnori. Sed illud ceſſat, ſecundum eum, in recipiente ab alias fœneraturo. Tamen per dictam rationem Bald. eius deciſio nõ procederet, niſi teſtes fortè iuraſſent ſe non prætendere commodum conſequi ex teſtificatu, quo ſunt idonei, ſecundum Bald. ubi ſuprà. Et ſic procederet opinio Cald. Cætera dic, ut per domi. Abb.& ſentiunt, quæ diximus in c.inſuper ſuprà eo. in ultimis quæſtionibus.

✱ *Socius etiam criminis] Adde quod ſocius criminis non admittitur contra ſocium eiuſdem criminis l. quoniam liberi. C. de teſti. 4. queſt. 3. uer. item liberi cap. j. de conſeſ. cap. ueniens il 1. & cap. ſicut hoc eodem tit. 15. q. 3. nemini. Spec. in tit. de teſt. §. 1. uerſ. item quod eſt ſocius quod nedum procedit quo ad plenam uel ſemiplenam probationem, ſed etiam quo ad indicium faciẽdũ. Alex. conſil. 475. quoniam abunde. Sal. in l. fin ad fin. C. de accuſat. Imo. in d.c. j. de confeſ. not. in l. ſi filium. C. de liber. cau. Ang. in lib. maleſ. in uer. fama. uerſ. quæro an particeps Adde eund. ubi ſuprà uerſ. quæro an dimittatur ubi not. dicit quod ſtante ſtatuto quod quicunque ſibi accuſauerit malefactorem habeat, non comprehenditur ſocius criminis allegat Bar. in l. 4. §. ſi ibi. ff. de cond. ob turp. cau. et hoc regulariter. At in quibus caſibus ſocius criminis poſſit interrogari de conſocijs, uide Hoſtien. in ſum. de teſtibus. Fulgo. conſ. 173. in cauſa inquiſitionis columna prima. Quid autem ſit in crimine læſæ maieſtatis uid. Spec. in tit. de accuſat. uerſicul. item repellitur. An autem admittatur pro ſocio, dic quod nõ ut per Salic. & alios in præd. locis. Pau. de Leaz. in c. grauis. de depoſ. Quid aũt caſu quo crimen aliter probari non poteſt uide Iaſ. in l. 4. §. ſi tibi iudicium col. 2. ff. de cond. ob tur. cauſ. ubi concludit quod quando crimen per alios probari non poteſt probatur tunc per ſocium criminis alleg. c. fin. de teſti. cog. ut latius per eum ibi. An autem in crimine enormi & excepto admittatur contra ſociũ & faciat indicium uide Sal. & alios ubi ſuprà Gui. de Suz. in tract. de torment. colũ. 8. uerſ. ſed de quæſtione occurrẽte Iaſ. in §. niſi ſi quis col. 5. in uerſ. duo etiam inſtit. de act.*

S V M M A R I V M.

1 *Iudæus contra Chriſtianum teſtificari non poteſt, ſed bene econuerſo. Fallit quibuſdam caſibus, ut num. 2. 3. 4. 5. 6.*
7 *Iudæus an poſſit opponere Chriſtiano aliquod crimen, ſi producatur contra eum in teſtem.*
Præſumere uerbum hoc quid ſignificet.

CAPITVLVM XXI.

IVDAEI. ¶ Chriſtianus ✱ contra Iudæum admittitur in teſtimonium: nec debet ſibi in teſtificando infidelis præferri. H. D. Et non poſſunt Iudæi in contrariũ priuilegiari, cle. j. eo. ti. Et non poſſunt ipſi teſtificari contra Chriſtianos, licet hic aliud de facto fuerit, ſecundum gl. & omnes hic. Nec obſtat, q in iudicijs debet ſeruari paritas omiſſa acceptione perſonarum, ca. j. & ij. ſuprà de mu.peti. quia illud eſt in actore & reo, non in teſtibus, ſecundum gloſſ. ſing. in d.clemen. j. in uerb. iuri. & ſequitur Imol. hic: cui adde text. in capitul. pri. ſuprà eod.& in capitul. licet. el pri. infra eod. & in capitul. placuit. iiij. quæſt. ij. & Specu. in titul. de teſte. §. pri. uerſic. item quòd eſt 2 Iudæus. ubi hoc dicitur, ſ. Iudæum † repelli a teſtificando. ✱ quod uidetur habere locum etiam in Iudæo nouiter conuerſo, per id, quod dicitur in ſimili, §. pri. 48. diſtinct. & ſatis probatur in capitul. non poteſt. ibi, annunciet. ij. quæſt. vij. Item uidetur habere locum in Iudæo conuerſo, ✱ qui neglexit filios Iudæos ad fidem trahere, ut probatur in c. qui criſtian. iuncta 2 gloſſ. fin. 6. q. j. ¶ Hoc autem, quòd † Iudæus non poſſit eſſe teſtis, fallit primò, niſi ageretur de conuincendo Chriſtiano olim Iudæo, qui diceretur reuerſus ad Iudaiſmum: quia poterit conuinci etiam per Iudæos teſtes, ut eſt caſus, quem ad hoc ibi not. Domi. in cap. contra Chriſtianos de hære. in 6. ¶ Fallit ſecundò, quando Iudæus producitur in teſtem contra Iudæum, per cap. ſi hæreticus 2. q. 7. & notat Spe. in d. uer. item, quòd eſt Iudæus & glo. in l. j. C. de ſum. trini. & in cap. multiplex uer. ſed ſi. in uerſic. fidelium de pœnit. diſtinct. j. & ſic Chriſtianus poteſt eum producere contra Iudæum & etiam in-

✱ *Chriſtianus] Adde tex. cum ibi not. in cle. j. de teſti. & in l. quoniam. C. de hæret.*

✱ *Teſtificando] Adde Im. & Car. in cle. j. in. 3. q. & not. in c. cum ſit. de iud. & in c. pagani ſicut 4. q. j. Specul. in tit. de accuſat. uerſ. itẽ oppono qđ eſt hæreticus & c. ſi hæreticus 2. q. 7. & Bar. in l. cũctos populos col. 4. uerſi. nono oppono. C. de ſum. trin. Ioan. de An. in c. j. col. j. in 4. not. de hæret. Alexã. conſ. 35. in fi. & conſ. 70. col. pen. uol. j. & conſi. 179. colũ. fin. in fi. uol. 2. Iaſ. in rubr. ff. de inſti. & iu. colum. 2.*

✱ *Iudæo conuerſo] Adde auth. in c. cũ ſit colo j. de iuda. & quo ad id quod ante dicit auth. de iudæo nouiter conuerſo, adde qđ hoc dictum nõ eſt ſine dubio cũ ad conuerſus incipiat eſſe nouus homo, c. 2. 26. diſt. gloſ. in c. ferrũ in uer. qđ non fuit 50. diſt. unde põs teſtificari ut in addit. ad Ab. in hoc c. in uer. Adde qđ id quod iudæus p te. in c. fidelibr. & c.*

ter ſe teſtificari, l.quoniam.C.de hære.
3 ¶ Fallit tertiò † in teſtamentis: quia in eo poteſt Iudæus eſſe teſtis, d.l.q̃m & ibi Bar. C. de hæret. & idem in alijs contractibus
* inter uiuos, ut dicitur ibi, & per Bal.in l.cunctos populos in §.oppoſitionem.C.de
4 ſum. trin. ¶ Fallit † quartò in probanda interruptione præſcriptionis, ſm Rom. in l.pactum q dotali. C. de colla. Et de hoc dicit eſſe caſum ſing.in d.l.q̃m circa quam conſidera: quia dum ibi loquitur de hæretico, non uidetur habere locum de iure Canonico, ſed quòd ſunt excommunicati omnes, c.excommunicamus. ȷ.de hæret.& ſic eſt prohibita cum eis communio. Vnde q dicit d.l. eos poſſe adhiberi teſtes in teſtamento, non uidetur procedere: quia oportet eos eſſe rogatos, l. hæredes palam. ff. de teſta. Et ſic ratione peccati non procedit illa ſententia notata per glo. in regula, poſſeſſor.de reg.iur.in 6.dixi ſ.in c.in conſ-
5 fis. ¶ Fallit † quintò, quando Chriſtianus renunciaret huic fauori, ſecundũ gloſ.pen. in d.l. quando.& Spec. in d.uer.item q eſt Iudæus per l.ſi quis teſtibus. C.de teſti. Idẽ tenet do. meus nullum allegans in c.præſenciũ in 2. char. ȷ.eo. Mouetur per text.in c.ſi hæretici. 2.q.7. ubi hæreticus, uel infidelis, licet non poſſit produci contra Chriſtianum, pòt tamen produci à Chriſtiano contra infidelẽ. Ex quo datur intelligi, q iſta prohibitio eſt facta in fauorem eius, contra quẽ producuntur teſtes. Ergo huic fauori poterit renunciari, c.ad Apoſtolicã infrà de reg. Sed contrariũ ſentit Io.An.in Spec.in tit.de teſte.in 3.addi. & do. Ant.in c.bonæ el 3.de elect. & in c. cùm dilectus ſuprà.de conſuetu.dum ponit iſtam inhabilitatẽ inter alias, quæ tacito, uel expreſſo conſenſu partiũ non remittuntur. Et expreſſe firmat Io. An.cõtra Spe. in d.uer. iſt quòd eſt Iudæus quia eſſet dare fauorem Iudæo, uel hæretico, contra d.c.excõmunicamus & c.ſi aduerſus eod.tit. Idẽ tenet Ioan.de Ana.c.cùm ſit.ȷ. de Iudæ.quia ſiue dicamus, conſtitutionem factam in odium Iudæorũ, ut hæc & in cle.j.eo.tit.tunc tali priuilegio Chriſtianus renunciare non pòt, per id, q in ſimili dicitur in Macedoniano in l. tamẽtſi. ff. ad Macedon. ſiue dicamus hoc inductum fauore Chriſtianæ fidei, & adhuc idem, per ea ſi diligenti cum materia.ſ. de ſo.compe. Et hoc ue-
6 rius puto. ¶ Fallit † ſextò in criminibus exceptis, ut probatur in d.c.ſi hæreticus & in c.in fidei fauorem de hæreti.in 6. Nec obſt. q illa iura loquantur de hæretico: quia maior prohibitio eſt in hæretico, quàm in Iudæo, ſecundũ gl.j. in c.paganus.2.q.7. Et licet pro.his faciat c.j. de teſti. in 6. tñ contrarium tenet do. Ant.in d.c.j. ȷ.eo.pro quo facit gloſ.in d.c.paganus æquiparando accuſationem & teſtimoniũ. ¶ Septimò fallit, niſi Iudæus examinaretur cum coniunctis, ſm Bald. ſing.hic. ¶ Pe-
7 nultimò † ſcias, q Iudæus conuictus à Chriſtiano pòt opponere contra Chriſtianum in teſtem productum, quòd eſt criminoſus, ſi tale ſit crimen, q ſit inductum ſecundũ legem ueteris & noui Teſtamenti, uel ẽt noui tantùm, cùm hoc faciat ſe defendendo, c.cùm inter in ſi. de excep. ſecus, ſi eſſet crimen ſolum ſecundũ legem ueteris Teſtamenti, & non noui, ut hic
8 plenius per Hoſt.Io. An.& do.Ab. ¶ Vltimò † not.iſtũ tex. q uerbum Præſumere, denotat aliquid fieri de facto, & non de iure, ut in gloſ. Ad idem c.prætereà 10.q.2.& c.1.ſ.de iudi.& c.1.cùm laici ȷ.de iure patrona. & c.j. 9.q.2.& c.cùm ſingula. de præben.in 6.& c.ſane.ȷ.de priuileg.& c.licet.ȷ. de reg.& c.1.iuſto.c.j.19.quæſtione 3.not.do. Abb.in c. cùm uenisſet.ſ. de reſti.in integ.do.Card.in cle.j.in 39.q.de priuileg. In quibus locis probatur, quòd ubi quis ſacit ex ſe, quòd debet facere requiſito ſuperiore, dicitur præſumere. Quod not.ad ſtatuta dicentia. Nullus præſumat.

vt c.quia ſanctitatem 50. diſt.& gl. mag.in fin. in c. obeuntibus 63.diſtin. unde poſſet uideri author hic in Iudæo aliter conuerſo q fuerit in fide præuaricatus, & mitigat c.plerique de conſecrat.diſtin.4. & tunc hæreticus reputatur ideo etc. l.contra Chriſtianos de hæret. in 6. & ibi Dom.in uer. & hoc eſt quod ẽt Author uidetur ſentire hic in uerſ. Hoc autem quod iudæus etc.

** Inter uiuos] Ad de Alex. in prima conſtit. ff. uet. in addit. Ad Bart.in uer. in iuramento ſed numquid poſſit interpretari & legere ſcripturam alterius iudex contra Chriſtianum etc. Card.in clem.j.3. op. de teſti. Alex. l.ẽq. etc.ſ.de uerb. oblig.& conſ.278. p.2. ſed an iudæus medicus poſſit eſſe teſtis ſuper exacerbatione, Bal.conſil. inc.ſtante ſtatuto.*

SVMMARIVM.

1 *Vxor fulget radijs mariti. Vxoris dignitas durat & mortuo marito.*
2 *Filia nupta an dicatur de familia patris. Quibus caſibus filia nupta retinet domicilium patris.*
3 *Donatio facta ſponſa uel ſponſo ſpe futuri matrimonij, uel collata in tempus matrimonij, an & quando ualeat.*
4 *Maior aliorum dicitur qui propter quatuor qualitates: & quæ nã ille qualitates ſint. Diuitias bonas & iuſtas appetere poſſumus. Nobilitas ...*
5 *Nobilitas quibus laudibus efferatur.*
6 *Canonici maiores non intelliguntur antiquiores, uel potentiores, ſed prius recepti: uel de Doctoribus.*
7 *Officium iudicis plurimum uerſatur in caſu huius decretal. & quid re.*
8 *Filius non poſſe conferre teſtimonium in fauorem patris.*
9 *Pater pro filio an idem poſſit.*

CAPITVLVM XXII.

SVPER EO. ¶ Teſtimonium matris eſt ſuſpectum, ubi filia petit in uirum aliquem ſibi decerni. ſe. H. D. Ad dictum ſolius matris de impedimento deponentis impeditur matrimonium contrahendum, ſed non diſſoluit contractum. Et materia primæ partis eſt quotidiana, & ſæpe practicatur, ſecundum Inno.hic. ¶ Not.primò inter cætera ibi,
1 incrementum & honorem, q † per dignitatem mariti uxor illuſtratur. Facit lex. ſi Auguſtæ & q ibi Bar.ff. de leg.2.ubi Auguſta coruſcat ex radijs imperatoris, & l.fœminæ à Zenone in ſi. C. de quadri. præſcri. Fortior tamen eſt dignitas mulieris, ſi quam habet ab origine, quam iſta, ſm glo.& Bal.in l.fœminæ. ff.de ſena.& non reflectitur coruſcatio uxoris mediante marito in ipſum maritũ. Vnde doctor, uel miles nõ tenetur uxorẽ appellare dñam, ſecundum Bar.in l.pe.C.de dona.inter uir.& uxor.& per eundẽ in l.ſi poſt.ff.de contra tab.& do.Abb.in c. ex parte in ſiñ.de fo.compe.per text.ubi ẽt de hoc per Bart.in l.ſi iudex circumuentio in ſi.ff.de mino. ubi priuilegio, quo quis gaudet propter alium, non poteſt uti contra illum. Et durat dignitas quæſita uxori ẽt defuncto marito, per c.is, qui in ſi.de ſepul.in 6.ſm do.Abb.hic, etiamſi ſit priuilegium exorbitans, ſecundũ Bar.in l.quoties. C.de priui. ſcho. lib. 12. & Bal.in l. cùm te.C.de nup. Et retinet domicilium uiri defuncti, l. filij.§. uidua.ff.de manu. dũmodo inferiori non nubat, ut per Bald. in d.l.cùm te per illum tex.optimum, C.de reuo.do.& Ang.in l. cùm quedam.ff.de iuriſ.om.iud.& glo.in authen. ſacramenti in uerb.mulier.C.quando mulier tute.offic.fung.poſſit.(tamen dummodo retentio huiuſmodi priuilegij non ſit ei damnoſa. Vnde ſtatutũ loquẽs de affinibus, ut debeant compromittere, nõ extenditur ad talem, ſm Bal.in l.affinitas prope ſi.C. communia de ſucceſ.& l.ſi.in prin.C.de uer.ſign. Vnde in materia penali appellatione uxoris non uenit uidua, ſm Bar.in l.Titia.§. uſuras de leg.2.& Bald.in l.cùm notiſſimi.C.de fideicom. An aũt filia nupta dicitur de domo patris? Videtur, q non, p id q no. Bart.in l.quoties. C.de priui.ſcho.lib.12.ubi dicit per illũ
2 tex. quẽ multũ notat, q † priuilegiũ conceſſum patri pro ſe & filijs maſculis & fœminis, non extenditur ad filias nuptas: & loquitur ibi Ang.& Io. de Pla.& Ro. in d.l.cùm quedam & in l.j.ff.ad Syl.& eſt mirabile dictum, ſi eſt uerũ, ad inueſtituras feudorum & ſimilia: Tamen nõ uidetur illa deciſio uera: quia ille text.non probat, quòd nõ comprehendat filiam nuptam, nec de tali loquitur illa lex.Imò ſi in caſu illo tex. hoc dixiſſet, non deberet extendi contra regulas iuris uolentes quod appellatione deſcendentium, uel filiorum ueniunt ſine dubio etiã nuptæ, ſicut non nuptæ. Et dicuntur
* eſſe de agnatione patris, * licet non illi, qui naſcuntur ex eis, ut inquit tex.in l.j. ff.de iure immu. & in l.j.in ſi.ff.de inin. Et ibi dicitur, quod pro iniuria illata filiæ nuptæ, quæ adhuc dicitur eſſe in poteſtate patris, ita competit actio iniuriarum patri, ſicut ſi non eſſet nupta. Et pro hoc bene facit: quia filia nupta retinet domicilium p̃ris, ſm originis in his, p q̃ nõ liberabit à ſeruitio uiri, ut per Bar.in l.ſi.§.pe.ff.ad municip. Et eſt in poteſtate p̃ris, niſi emãcipet. ſm glo.& Doc.in l.ſi uxorẽ. C.de cõdi. inſer. Et eſt habilis ad ſuccedendũ p̃ri ad excluſionẽ remotiorũ, ut late p do. Car. cõſ.93.q incipit, Aſſeuerarunt. Vñ ſtatutũ p̃hibẽs forẽſem acquirere bona in loco, nõ cõprehendit mulierẽ nuptã extra locũ originis, q nõ deſinit eſſe ciuis, ſm Bar.in l.ſi.§.idẽ reſcripſerit. ff.ad municip.& Bar.in rub.ff.ſol.mat.& Pau.de Caſ. in l.ſi.in iudicatæ.§.ſi.ff.de re iud.& do.Ant.in conſ.40.incipit. Viſa forma

** Patris] Adde Alex.in l.pen. de uerb. ob. uel et adde quæ habentur ad materiam hãc per Alb. in c. in ſola terti infrà eo.*

forma ad fi. niſi ſtatutum loqueretur de ciue non ſimpliciter, ſed ntendo uerbis denotantibus actualitatem facti: putà de ciue, qui faciat factiones, &c. quia tunc non procedit dictum Bart. ſm do. Card. ſingulariſſime conſi. 135. incip. Titius ciuis Feltrenſis. Et de his ſatis proxime. ¶ Et per iſtum text. in
3 prædictis uerbis infert lúc eleganter domi. Abb. quòd † ualet donatio facta ſponſæ, uel ſponſo, ſpe futuri matrimonij, uel collata in tempus matrimonij, quando ille, qui donat, eſſe inferior alio coniuge: quia nõ uidetur donaſſe intuitu libidinis, ſeu coniugalis affectus, ſed ut acquireret illum honorem & parentelam alterius: putà, ſi plebeius diues accepiſſet nobiliſſimam non diuitem, uel ſenex adoleſcentulam: quia tunc non eſt ſimplex donatio, quæ eſt prohibita inter coniuges, ſed etiã remuneratoria: & ideo ualet: quod allegat Bar. in l. ſi ita ſtipulatus. §. ſi tibi nupſero & in l. ſi diuortio. ff. de uerb. ob. & in l. j. C. de dona. ante nup. Et ad idem uide omnino do. Abb. in c. de illis infrà de condi. appo. & in c. gemma. j. de ſponſ. & in c. cùm in eccleſia. ubi pulchre loquitur, j. de ſymo. & Bald. in c. accedens. ſ. de procur. & Angel. conſi. 5. & in l. j. ff. ſol. matri. & in d. §. ſi tibi & Imol. in rub. ff. ſol. mat. & dicit eſſe gloſſ. ſing. in l. ſi uoluntate. C. de dotis promiſ. & ibi etiam not. Bar. & dic, ut in dictis locis. ¶ Sed aduerte ſolum ad unum: quia iſtud eſt clarum, quando alter ex coniugibus facit confeſſionem de tanta dote animo donandi, & ad id expreſſe ſe obligat: ſed utrum in dubio ex tali ſimplici confeſſione uideatur ſolum inferre, quòd non curat de dote, ſed de honore, an uideatur & conſtituere dotem de ſuo, & ſe obligare donando? Bart. in d. §. ſi diuortio. & in d. l. ſi uoluntate & Bal. in l. j. C. de dona. ante nup. dicunt, quòd uidetur conſtituere de ſuo motu, per gloſſ. in l. ſi uoluntate. Sed contrariũ tenet Sal. in l. 2. C. de dote cauta non nume. & Cy. & Bal. in l. ſi uoluntate & Roma. in d. l. ſi diuortio & dom. meus hic, & melius, quia nunquam præſumitur donatio, ubi poteſt eſſe aliqua conjectura, l. ſi quod aurum. ff. de ſolu. Hic autem eſt alia coniectura, quàm donationis, id eſt, ne uideatur ſibi ducere uxorem indotatam. Poſſet itaq; dici, quòd iſtud ceſſat, ubi eſt ipſe ignobilis, uel, ubi uxor puella eſſet, maritus autem ſenex. Sed ſunt aliæ rationes: quia præſumitur hoc facere: quia ſi maritus non confiteretur ſe habuiſſe dotem, & eſſet ignobilis, non inueniret aliàs nobilem, ſecundum Sali. Item, quia ubi aliquid fit ad euitandum uerecũdiam, eſt iniuſta cauſa excuſandi ab eo, quod apparenter comprehenditur, ſicut ſi fuiſſet error, ſecundum Bart. in l. pecuniæ in fi. per illũ tex. ff. de ali. & cib. le. & idem l. ſi ut certo. §. interdum & quod ibi Bar. ff. commoda. & quod no. Bar. in l. in bis. §. j. ff. ſolu. ma. Eſt aũt alia ratio, quàm dom. meus hic dicit eſſe naturalem & fortiſſimam, quia ſi ex confeſſione mariti induceretur donatio, id eſt, quòd uellet conſtituere dotẽ uxori, tunc reſultaret ex uno actu duplex donatio. Primò illa, de qua per gloſſ. in d. l. ſi uoluntate quòd maritus obligaret ſe ad alendam uxorem ſine dote. Secundò, quòd obligaret ſe ad reſtituendam dotem non habitam. Sed hoc non eſt uériſimile, quòd duplici præſtatione noluerit ſe grauare, l. Titia. §. qui inuita. & ibi not. ff. de leg. 2. Et iſta bene not. quia plerunque occurrent. ¶ Not.
4 † ſecundò ibi, ſuperior diuitijs, & cætera. quatuor qualitates, quibus aliquis dicitur maior altero, uidelicet diuitias, nobilitatem, potentiam, & honorem: & pondera bene, ſm do. Anto. & Imo. ibi, uel honore, qa illa alternatiua intelligiẽ repetita in alijs, arg. c. ſecundo requiris. j. de appel. Vnde ſufficit, quòd in altero uir præpõderet uxori. Ita expreſſe notat Specul. p iſtũ text. in titul. de teſte. §. j. in prin. uerſi. ſed nunquid ſufficit. Et quantum ad primam qualitatem diuitiarum, not. ſecundum domin. Abb. quòd diuitiæ exaltant hominem, & ſic non ſunt reprobatæ: & allegat bonum text. in c. hæc ſcribimus in fin. 30. diſtinct. & gloſſ. in cap. habebat dominus loculos & in cap. clericus 12. quæſt. j. Adde Bald. in cap. nam concupiſcentiam uerſic. quæro, nunquid ſuprà de conſtitut. ubi dicit, quòd licitum eſt appetere diuitias bono ordine, & bona conſcientia, ceſſante omni fallacia, ſicut faciunt boni Doctores ſalariati, & boni & laudabiles mercatores. ¶ Fallit, niſi quis ſit prohibitus hanc negociationem exercere, per l. ſed ſi adijcitur. ff. pro ſocio. ſecundum ipſum, pro quo uide text. & Bartol. in l. ſi quis ſtipulatus fuerit. §. fin. ff. de uerbo. obli. ubi diuitiæ ſine moribus faciunt uideri aliquem non eſſe idoneum ad ſaluandum. Et ſecundum iſta intellige illud, Diuites dimiſit inanes, cum ſimilibus & dicitur Eccleſiaſtici 41. Melius eſſe habere nomen bonum, quàm mille theſau-
5 ros. ¶ Secunda † qualitas eſt nobilitas, ex quo colligit domin. Abb. quòd etiam à canonibus ſit diſtinctio inter nobiles & ignobiles, & cæteris paribus nobiles præhonorantur. Allegat c. de multa. in fi. & cap. pen. de præben. & gloſſ. in c. qui contra pacem 24. quæſt. j. ubi propter nobilitatem alleuiatur pœna. * Et de materia nobilitatis tractat ſolenniter Barto. in repetitione l. j. C. de dignita. lib. 12. Dicit tamen text. in c. nunquam 56. diſtinctione, quòd ex natalibus nemo unquam ſit nobilior, uel deterior. Facit hiſtoria, de qua per gloſſam in uerbo, inuidia in cap. quoniam uetus 24. quæſt. j. & ultra ea, quæ ponit Bartol. in d. l. j. Et adde, quòd nullus poteſt dici nobilis, qui facit artes mechanicas. Text. eſt. & ibi Bald. in l. nobiliores. C. de commer. & merca. Et adde, quòd filij nati ex nobili nupta plebeio non ſunt nobiles, ſecundum Bald. in l. fin. in fi. C. de ſeruis fugit. & in l. 2. C. de iure emphyteu. & eſt caſus in l. exemplo. C. de decorionibus per quem dicit ibi Bartol. probari ſingulariter, quòd nobilitas non trahitur à genere materno, etiamſi ſtatutum, uel conſuetudo id diſponat. Et adde, quòd illegitimus natus ex nobilibus, non poteſt dici nobilis, ſecundum Bal. in l. cùm legitimè. ff. de ſtatu hominum & Imo. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebell. & Bartol. in d. l. j. Et dicit Bald. hic per iſtum textum, quòd nobilitas compenſatur cum pecunia, & ſatis eſt nobilis, qui eſt diues, ſecundum ipſum, pro quo facit illud Hieron. ad Cormatium, In patria mea ille ſanctior eſt, qui ditior eſt. Et ſubdit Bartol. hic, quod multo fortius eſt nobilis ille, qui habet famam illuſtrem. Allegat l. fin. C. de condit. in publi. hor. libro 10. ¶ Et ſcias, quòd nobilis dicitur tribus modis: Primò propter ſtirpem, & ita uulgaris accipit. Secundò propter uirtutem, & ita philoſophus. Tertiò propter utrunq; & illa eſt pfecta nobilitas, ſ. generoſitas quaſi magnitudine decorata. Ita ſcribit Bal. in d. l. nobiliores. Et quòd boni mores & uirtutes ſint ſpecies nobilitatis, notat Bar. in d. l. fin. C. de condit. & cætera. Et not. quòd nobilis uirtuoſus præfertur uirtuoſo ignobili: ſed nobilis non uirtuoſus non præfertur ignobili excelenti uirtutibus, ſecundum omnes, maximè domi. Abb. in c. uenerabilis, infrà de præben. Et per illum text. dicit ibi domi. Abb. non ualere ſtatuta, quæ uolunt canonicos debere eſſe nobiles: quia non nocent uirtuoſis ignobilibus. * Quod no. Rom. ſingu. 501. * qui dicit, epiſcopum non poſſe diſpenſare contra tale ſtatutum, allegando Inno. qui hoc nõ poſſe dicitur in c. fin. infrà de cleri. non reſi. Imò dicit idem Rom. in ſingul. 657 * quòd nobilitas ſcientiæ præfertur nobilitati generis. Et dicit Hiero. ad Calantiam: Vera eſt nobilitas, clarum eſſe uirtutibus. & Caſſiodorus in epiſtolis: Hæc eſt indubitata nobilitas, quæ moribus ornata. & Iuuenalis.

Nobilitas ſola eſt atque unica uirtus & Ariſt.

4. Politicorum: Ingenuitas eſt uirtus, atque diuitiæ antiquæ: & Seneca ad lucillum: Animus nobilem facit, cui ex quacunque cauſa licet ſupra fortunam ſurgere. & in libro de Moribus: Nobilitas eſt generoſus animus. & Claudianus, *Exaltat uirtus nobilitate pares.* & Tullius contra Saluſtium: Ergo maioribus meis uirtute mea præluxi, ut ſi priùs noti non fuerãt, à me nomen accipiant. Tamen dicas, quòd ubi ſit mentio de nobilibus in ſtatutis, intelligitur de illis, quos communis uſus loquẽdi appellat nobiles, ut per Barto. in d. l. j. C. de digni. libro 12. Et ſic puto intelligendas regulas cancellariæ præferentes nobiles ignobilib'. Et adde, quòd ſi duo ſunt æquales in ſcientia, tñ ille eſt magis honorãdus q eſt de meliori ſanguine, ſm Bal. in l. nemini in fi. C. de aduo. diuer. iud. Et adde, quòd ſciẽtia nõ facit nobilẽ ſuperbũ, ſed ruſticũ bene inflat. Ita ſentit Bal. in l. mercalẽ. C. de cõdi. ob turpẽ cauſ. ¶ Alias maioritates, de quib' in litera, declara, ut hic p Scribẽtes. Et potẽtiã. exponit do. Ab. ſ. amicorum. Allegat tex. cum gloſſ. fin. in c. conſtitutis el 2. j. de appel. Et honorẽ exemplificant in conſiliarijs principum, uel magnis uiris, uel doctoribus, qa doctoratus eſt dignitas ut per,

* *Alleuiatur pœna*] *Adde quod in pari delicto regulariter honeſtiores perſonæ quam uiliores mitius puniuntur, & in hoc humana iuſtitia à diuina differt apud quam non eſt exceptio perſonarum l. j. de furt. Bald. l. j. §. fin. de fic. l. ſacrilegij. §. cæterum ad leg. Iul. pecul. l. ſi quis aliquid. §. abortionis. & l. capitalium. §. nõ omnes de pæn. & l. fin. de incen. rui. & nauf.*

* *51.*] *Adde quod eſt ſing. 491. & inc. Hers fuit inter rogatus.*

* *657.*] *Adde quod eſt ſing. 650. & incip. nobilitas inducit.*

ut per Bart. in l.fi.C.de Iudæis & in l.j. C. de nouo Codi.cóp. & aliàs dixi in c. quanto infrà de magiſtris. Et aduerte bene, quia ſecundum ſubiectas materias conſideratur iſte terminus, Maioritas. Vnde dicit Petr. de Ancha. in repe.c.j.in 47.cluar. uerſi. ego habui in facto ſuprà de conſti. ſe conſuluiſſe, quòd ſi teſtator iuſſit poſt mortem quorundam hæredum bona deuolui ad maiorem de domo, non intelligitur de maiori modis prædictis, ſed de maiore ratione ætatis: quia uerba tunc debent intelligi naturaliter, & non ciuiliter, l. fin. C.de iis, qui ueni. æta. impe. & ita dicit Bald. conſuluiſſe in ſimili.

6 ¶ Item † ſi fit mentio de maioribus Canonicis, non intelligitur de antiquioribus, uel potentioribus, ſed de prius receptis, uel doctoribus, ſecundum domin. Abb. in cap. quæſiuit in princ. infrà de his. quæ fin. à præla. Et de diuerſis generibus maioritatum, uide omnino per domi. Abb. in c.ſtatuimus in princ. ſuprà de maio.& obedi. & Archi. in c. quanquam 2.q.7. & Ana. in c.ad liberandum infrà de Iudæis & gloſſ. in c.ſi pluribus in uerſi.maioris de præben. in 6.& gloſſ. & Domin. in c. lex eſt 21. diſt. Et modos cognoſcendi quis dicatur maior in una eccleſia, uide ſemper per Rota in nouiſ. conclu.261.incip. Fuit dubitatum & repertum in nouiſ. deciſ. 432. & elegãter per Domi.in c.fin. de offic. deleg. Et cognoſcitur maioritas ex dignitate ſuperiorum, ſecundum domi. Abb. in c. ſolitæ in 7. notabili, per illum text. ſuprà de maiori. & obed. Et quando dicitur quem ſepeliẽdum in ſepulchro maiorum, iuxta c.ir, qui.de ſepul. in 6.ſi pater & auus eſſent in uno loco & proauus & tritauus in alio: de quibus intelligetur, diſputat plenè Old.conſil.25.quod incipit, Tale eſt thema.& Domi. in d. c. is, qui. Item cui non apparent ſigna prædicta, eſt in arbitrio iudicis, quis dicatur maior, ſecundum gloſſ. in c.ſedes in uerb. digniores ſuprà de reſcri. & iſtis adde Archi. in c.corripiantur 24.diſtinct.infrà de ſymo.& in cap. nam & rex. infrà de uer.ſig. ¶ In gloſſ.j.ibi, ſed quòd hic dicitur. Nut. gloſſ. quam ſequuntur hic Doct. quòd ſiue agatur de probanda cõſanguinitate, ſiue de probando fœdere matrimonij, procedit diſtinctio illius text. Sed contrarium latiſſimè tenet hic do. meus, motus in effectu duplici ratione. Primò: quia in probanda conſanguinitate conſideratur, quòd melius eſt nutabilibus perſonis, c. uidetur allegato in gloſſ. Et iſte reſpectus facit, quòd aliàs ſuſpectus non repellitur ut ſuſpectus, c. ueniens in fin. infrà eod. l. conſenſu. C. de repudijs. Vnde fruſtra ponderatur diſparitas. Secundò, quia c. uidetur dicit illud inductum fauore matrimonij: & ſic denotat ſpecialitatem. Sed ſi fieret diſtinctio iſta, nulla eſſet ſpecialitas: quia per iſtam diſtinctionem tollitur ſuſpicio, & poſtea nos habemus, quòd etiã in alijs cauſis conſanguinei & parentes admittuntur, ubi ceſſat ſuſpicio, ut per gloſſ. 3.q.5. c.conſanguinei & l. cos.ff. fini. reg. Ergo nihil eſſet ſpeciale in probanda conſanguinitate, ſecundum ipſum: cui addo Innoc. idem formaliter tenentem in rub. infrà qui ma.acc. poſ.in fi.& ſentit Spec.eod.tit §.j. uer.itẽ quòd eſt pax.ibi, quarto fallit & gloſſ. 35.q.6. in ſum. ¶ Sed cum prima opinione concordant etiam Hoſtien.& do. Ant. & do. Abb. in c.uidetur & eſt op. tutior. quia ſi ita eſt, quòd diſparitas cauſat ſuſpicionem, non dabitur differentia inter utrunq; caſum: nam, ut ibi dicunt. etiam in genealogia poſſent falſum dicere ponendo primum gradum pro ſecundo. Non obſ. quòd ibi propter meliorem notitiam non attendatur ſuſpicio: quia illud eſt uerum de illa ſuſpicione, per quam ſemper conſanguineus eſt ſuſpectus pro conſanguineo: de qua in §.teſtis idoneus 4.q. 3. & in l. parentes. C. de teſti. & late in Spec.eo.tit. §.j.in prin.uer. item quòd eſt pater quia illa tollitur, ut ueritas cognoſcatur. Sed ubi ultra generalem ſuſpicionem ratione ſanguinis adhuc concurrit alia ſuſpicio propter affectionem honoris & incrementi: iſta geminata qualitas præponderat probationi conſanguinitatis, ſicut dicimus, quòd duo uincula fortius ſtringũt, c.j.cum ſi. ſuprà de treu.& pa. Et ſic tollitur prima ratio do. mei. Sic etiam tollitur ſecunda: quòd nihil eſſet ſpeciale fauore matrimonij: quia re uera eſt certa iſta ſpecialitas, eo ipſo quòd mater, uel conſanguineus admittitur pro filio, uel cõſanguineo cõtra dictas regulas: quòd totũ eſt fauore matrimonij. Si autem diſparitas eos utrunq; caſu inhabilitat, nõ reſtat dicta ſpecialitas fauore matrimonij, quę poſtea rationabiliter ceſſat cõcurrente diſparitate, ut euitetur duplex ſpecialitas, iuxta l.j.C.de dotis promiſ. Et illa eſt plena ac pura ueritas, quã bene not. ¶ In ea.gl.in fi. Dic ſm Hoſt.

7 quẽ oẽs ſequũtur, quòd † in caſu huius decre. plurimũ uerſaẽ officiũ iudicis: quia poſſibile eſt, quòd ſit diſparitas: de qua hic: & adhuc ex coniecturis teſtimoniũ matris careat ſuſpicione, putà ſi appareret nobilẽ ualde duxiſſe puellam plebeiã, quã aliter non petiturus deſpõſaſſet: quòd exemplũ bene not. ſic & data paritate, põt eliciſuſpicio, ſi apparet de maxima affectione matris, ſm do.Ab. in d.c.uidetur in fin. quòd eſt accurate ſignandũ, ut ſis cautus in practica, dicendo quòd mater oſtendat magna ſigna affectionis ad cãm, quã ipſe repelles ẽt ceſſante diſparitate cõfirmando arbitriũ iudicis ex prædictis. Si tñ iudex ſine cã moueretur ad repellendũ, poterit appellari ſm do. Ab. hic, pro quo facit glo.in c.ſuper his in uerbo, arbitrio. j.de accuſ. & quòd ibi ſcripſi. Et de alijs e ſanguinis præter matrẽ non eſſet tanta ſuſpicio, ſed arbitrabitur prudentia iudicis affectionẽ, ſm do. Abb. hic, qui ẽt poſt alios ſubdit, quòd ſi ſponſus et ſponſa haberent ſe ut excedentia et exceſſa, quia reſpectu diuerſæ maioritatis uterq; excedit et exceditur, erit locus arbitrio

8 iudicis: et idem Spec. ubi ſ. ¶ Vltimò, in †

a quantum do. Abb. quærit, utrum filius [a] cõficere poſſit inſtrumentũ in facto patris, et remittit ad Spe. de inſtru. edi. §. inſtrumentum in ult. col. uer. itẽ quid ſi filius addit do. meus Bart. in l.ſi pater.ff.ad l. Corn.de falſ.et in l.qui teſtamento.§.j.ff. de teſta.et ubique dicit, quòd poteſt, per notata in l. impuberem.§.fi.ff.de falſis. Adde etiã Flor. in l. teſtis idoneus.ff.de teſti.et Dy.et Bar. in l.quod dicimus in fi. ff.de autho.tu.et quòd not. Bal.in.l.inſtrumenta in fi. C.de proba.

9 ¶ Et † an econtra pater pro filio [b], uide

b Bart. in d.conſil.incip. Filiusfamilias d.l.ſi pater. Et de utroque Ioan. de Ana. plenè in c.accedens infrà de crimi. falſ.et Bar.in conſil.incip. filiusfamilias notarius. Et de materia per Imol. in l.ſciendum.in princ. ff. de uerb. ob. Et quando pater poſſit eſſe teſtis pro filio, dixi in c. uidetur infrà qui mat. accuſ. poſ. Item dum gloſſ. hic dicit, quòd pater et filius dicuntur eadem caro, uide quæ pulchre dixi in c. j. Infrà de magiſtris. Item dixit hic Pet. de Anch. quòd ideo mater teſtificari poteſt pro filia in caſu paritatis, quia mixtum eſt inſeparabiliter commodum cum incommodo. ex quo infert ad notum, de quo dicetur in c. in literis infrà eo.

a *Vtrũ filius*] *Ad de tu, quòd uerũ eſt, qđ dicit hic Felin. ſed intellige ſano modo, dummodo filius ſit emãcipatus, ut p Dy. & Bar. in locis præallegatis. Adde, an filius poſſit conficere inſtrumentũ pro matre? & uidetur, quòd nõ, quia pro ea teſtificari nõ põt, l.parentes. C. de teſti.*

b *Pater pro filio*] *Adde et dic, quòd pater pro filio poteſt ſcribere inſtrumentũ, ſi filius eſt emancipatus. Item pater põt conficere inſtrumentum pro filio in poteſtate exiſtente in aduentitijs & caſtrenſibus, Bart. in l.ſi pater. ff. de falſis. Limita tamen iſtud, dummodo in iſtis aduentitijs uſusfructus patri non quæratur. Ita gloſ. in l. impuberem. §.j. ff. de Falſ. & ibi Bar. in uer. quæro, utrum hodie.*

SVMMARIVM.

1 *Teſtes debent eſſe fidelis conuerſationis, & probatæ uitæ.*

CAPITVLVM XXIII.

LICET VNIVERSIS. ¶ Sicut Chriſtianus non fundat probationes ad deciſionem cauſæ in uno teſte, ita nec Iudæus, quia licet aliquando in iure requirantur plures duobus, nunquam tamen ſufficit unus. H.D. ¶ In tex. ibi, & multo minus. Not. argu. a maiori prohibito: quia ſi non licet maiori, multo minus minori. Facit illud. *Quid domini facient, audent cum talia fures:* in Bucolicis. ¶ In tex. ibi, probatæ

1 uitæ. No. quòd † teſtes debẽt eſſe probatæ uitæ & fidelis conuerſatiõis. Facit c.ſequẽs & ibi do.Ab. in ult. not. unde ſumit Bal. hic, quòd uaſallus cõdemnatus de infidelitate nõ põt eſſe teſtis: & idẽ dicit de proditore: & ſubdit, quòd illud, Maſculus triũ uirorũ de quo in tex. non excludit mulieres, licet uideaẽ uocabulũ præciſe maſculinæ ſignificationis, l.qui teſtamento. §.mulier.ff.de teſta. Sed hoc nõ haberet locũ in ſtatutis: ubi fit ſtricta interpretatio, ut p Dy.& Bar. in l.j.ff.de uerb.ſignifi.ſm ipſum. Cui adde quòd iſta ſua dicta de directo deſtruũt, quòd ipſe not. in l.ſcripturas.C.qui po.in pig.ha. per illũ tex. in uer. triũ uirorum, ut & retuli ipſum mordẽdo in c.quũ in 3.fallentia.ſ.eo. ubi hoc ẽt adde. Ex eiſdẽ uerbis collige ſm d.meũ, quòd quũ teſtes non ſunt omni exceptione maiores, etiãſi ſint tres, non faciunt plenam probationem. Dicit enim text. quòd debent eſſe duo, uel tres probatæ uitæ. Et ſic patet, quòd etiamſi ſint tres, dummodo non ſint probatæ uitæ omni exceptione maiores, non perficietur

cetur probatio: quod multum facit ad notata in c. fi. infrà de iureiur. Hoc tamen eſt arbitrarium inſpecta qualitate & quãtitate defectus, ſecundum ipſum. Quis autem dicatur teſtis omni exceptione maior, uide gloſ. in uerb. maiores c. j. infrà de conſang. & affini. & Bald. & Ang. in l. optimam per illum text. C. de contrah. & commit. ſtip. & gloſ. in §. item uerborum in uerb. idoneos. Inſti. de inuti. ſtipu. Et ubi requiritur teſtis integræ opinionis, repellitur infamis infamia facti, ſecundum Bal. in c. j. quot teſtes ſint neceſſarij. Et idem, ubi requiruntur teſtes omni exceptione maiores, ſecundum Bal. in d. l. optimam licet aliàs infamia facti non ſemper repellat, ut per Bart. in l. cunctos uer. habes ergo. C. de ſumma trini. & Bald. in l. pen. C. de ſent. quæ ſine cert. quant. & Imol. in l. cùm lege. ff. de teſta. & Bald. in l. ſed & milites. §. ignominia. ff. de excuſ. tut. & aliàs dicetur. ¶ In text. ibi, quædam ſine cauſæ iuncta gloſſ. Not. ſecundum Bald. hic, quòd cenſentur approbatæ à cano. leges, in quibus diſponitur, quòd aliquàndo requiratur maior numerus teſtium, quàm duorum, uel trium. Ex quo etiam infert Imol. hic, non eſſe correctas leges loquentes de 7. teſtibus in teſtamento adhibendis, per c. cùm eſſes & c. relatum infrà de teſta. licet aliud dixerit do. Ant. in d. c. cùm eſſes & malè, ſecundũ Imol. hic, & in c. 2. ſuprà de proban. ubi etiam tetigi. Et per hoc dicit do. meus iſtos non referens, quòd contra præcepta moralia affirmatiua, uel ſaltem iudicialia principes condendo legem ſtatuere poſſunt ex aliqua magna cauſa: de quo per omnes in c. fin. ſuprà de conſue. & in c. quæ in eccleſiarum ſuprà de conſtit. & omnes in l. fin. C. ſi contra ius, uel util. publ. ¶ Vltimò, dum text. dicit, nulla eſt cauſa limita in caſibus, quos poſui in c. ueniens. 2. eod. in quibus creditur uni ſoli. * Et ibi dictis adde Bal. i l. directas. C. de teſt. manu. & q no. gloſ. in l. Titio fundus. ff. de cond. & demon. cum concor. Et adde Bald. hic dicentem, quod clericatus poteſt probari per unum teſtem: quia talis actus de ſe & ſui natura, inſpecta qualitate, præiudicat: nrg. huius gloſſ. hic, cui dedi concordantias in d. c. ueniens ad fin. uer. item, & quantum dicunt.

* *Vni ſoli.] Adde quod teſtis unius dictum quo ad plenam fidem admittendum eſt ſecundum Spec. in tit. de teſt. §. Reſtat. 24. fallen. Rom. Alex. & alij in l. j. §. ult. de uerb. oblig. ubi Iaſ. nu. 8. dicit hãc opinionem eſſe communem * quando eſſenſus preſtatur certæ perſonæ, & nominatim quo ad certum negocium, ne aliqui detur et caſio fraudibus ſecundum Iaſ. in l. admonendi nume. 100. & 200. de iureiuran.*

SVMMARIVM.

1 *Domeſticus quis dicatur.*
2 *Domeſtici familiares & perſonæ hic enumeratæ repelluntur à teſtimonio regulariter.*
3 *Subditi principis, uel regis, poſſunt pro ipſo teſtificari ratione iuriſdictionis.*
4 *Familiares ſi ſunt honeſtæ perſonæ ſicut familiares epiſcoporum, poſſunt pro dominis ſuis teſtificari.*
5 *Integritas, uel ſanctimonia perſonæ tollit omnem ſuſpicionẽ, quando ex coniecturis dubitatur de mendacio, uel iudicio corrupto.*
6 *Familiares poſſunt teſtificari pro domino ſuper his, quæ melius ſciuntur per ipſos, quàm per alios.*
7 *Vxor an teſtificetur pro marito.*
8 *Famulus quem dominus miſit, an teſtificetur pro domino, & numer. 9. & 10.*
11 *Frater regulariter teſtificatur pro fratre. Fallit in certis caſibus.*
12 *Dominus qualiter poſſit teſtificari pro ſubdito.*

CAPITVLVM XXIIII.

IN LITTERIS. ¶ Non ſunt idonei teſtes, quos actor de ſua familia producit. H. D. ¶ Et per iſtũ tex. limitatur lex, cõſenſu §. fin. uer. C. de repudijs: ubi adulteriũ, & ſimilia, q̃ domi aguntur, poſſunt in defectũ probationis probari per ſeruos & ancillas: qa illud eſt ſpeciale, cũ agit inter maritũ & uxorẽ, & de his q̃ domi acta dicunt, & eſt notabilis caſus, ſm do. Ab. hic. ſecus, ubi agit de dirimẽdo, uel pbãdo matrimonio. Sic & p iſtũ tex. cui nõ eſt ſimilis, quo ad hoc, pbat, q nos do. Ant. & Imo. i exterio loco. ſ. tit. j. & dixi ibi i 4. notabili, & l c. de cętero an j. limitatiõe, & ẽ. ad limitationẽ c. ueniẽs in fi j. eo. cum gloſſ. & ibi extenſius dicet. Vlterius cõprehendẽdo gloſ. & omnia dicta Scribentiũ collige in hac materia breues

1 concluſiones. ¶ Prima cõcluſio. Ille † dicitur domeſticus propriè, qui non ſolùm ſubeſt ratione patriæ, uel dominicæ poteſtatis, ſed etiã qui cohabitat, & aliquo modo eſt inferior, uel ſubiect⁹ capiti familiæ, ut libertus, mercenarius, & ſimiles. Ita habetur per Bal. in l. 2. C. eod. & Specul. in tit. de teſte. §. 1. uer. Item q eſt domeſticus. & Domi. poſt Ioan. An. in c. fi. de uerb. ſignif. in 6. & Archid. & Domi. in c. regulæ. 29. diſtin. & probatur in l. præſenti. §. ſanè. allegata in gloſſ. & in l. reſpiciendum §. delinquunt. ff. de pœn. Et ideò dicit Bal. hic, quòd loquendo groſſo modo dicuntur domeſtici omnes, qui uiuunt ad unum panem & ad unum uinum: Allegat §. cogitandum. in authen. de monachis. Poteſt etiã conſanguineus dici domeſticus, quãuis non cohabitet: & ſecundũ Specu. ubi ſuprà in pluribus uer. allegat multa iura: ſed eſt bonus text. in l. j. C. de emen. ſer. & in l. ſed & ſi quis. §. ſi. ff. ſi quis cau. & facit: quia, ut dicit Domi. in d. c. ſicut. nomen familiæ conſideratur multipliciter, l. pronunciatio. §. familiæ. ff. de uer. ſignif. nam uel ſignificat gentẽ, uel cognationem, uel ſeruos, & filios, uel plures, qui degunt ſub uno conuictu & una domo, ut l. iuſtiſſimi. §. familiæ. ff. de ædil. edict. Vnde cùm familiares dicantur à familia, quilibet, cui aliqua iſtarum qualitatum competere poteſt dicetur familiaris. Sed quicunque eſt familiaris, dicitur domeſticus. Patet in l. 2. ff. de in ius uocan. iuncta d. l. ſed & ſi quis. §. præterea. Ergo non mirum, ſi illi dici poſſint domeſtici. Et per hoc patet, ſecundum do. meum hic, quòd familiaris & domeſticus uidentur ſynonyma. Et hoc ſentit domi. Anton. hic, & patet ex legibus, quę dicunt, quòd conſanguineus eſt domeſticus, quod non poteſt eſſe alia ratione, niſi quia dicitur de familia: licet gloſſ. & domi. Abb. hic aliud ſentiant, ſecundum ipſum. ¶ Super iſtis tamen nota tria. Primò, quòd ſi plures cohabitarent in eadem domo æqualiter, non dicerentur in hac materia adeò domeſtici, quòd repellerentur. Ita ſentiunt prædicti dum ponderant ſubiectionẽ. Pro quibus allegat ſoleniter do. meus text. in c. 1. circa princip. qual. iurare deb. uaſſalli fidel. & ibi gloſſ. & Bald. Vbi text. uult. quod domeſticus debet iurare fidelitatem domino, ſicut ſubditus. Et ſic datur intelligi, quod domeſticitas ſimpliciter ſumpta importat quandam ſubiectionem largo modo. Ad idem allegat cap. pen. 3. quæſt. 5. ubi iſta ponuntur, ut diuerſa, familiares, uel de domo prodeuntes. Ex quo datur intelligi, quòd non omnes cohabitantes in eadem domo, dicuntur domeſtici. ¶ Secundò nota, quòd etiamſi aliquis cohabitat in domo alicuius expenſis domini domus, dato quòd ſit liber homo, & in aliquo non obligatus, dicitur eius domeſticus, ſecundum Ioann. Andr. in Specul. ubi ſuprà per text. optimum in d. cap. fin. de uerbor. ſignific. in ſexto. Vnde infertur contra Specul. ibi dicentem, quòd famulus ſeruiens gratis non dicitur propriè domeſticus: contra quod etiam facit leg. ſi libertus. ff. de ſuſt. dum clientem appellat domeſticum. ¶ Tertiò nota, ſecundum Bald. hic, quòd largè dicuntur familiares omnes exiſtentes ſub alicuius imperio de iure, uel de facto. Allegat leg. pri. C. ſi rector prouinciæ. & leg. pri. C. ſi quacunque prædi. poteſt. Dicit tamen, quòd ſtrictius accipitur in dict. l. pronunciatio. §. familiæ. & adhuc magis ſtrictè in l. ſi familia. ff. de iuriſdict. omn. iudic. in l. j. §. familiæ. ff. de publica. ut hic per ipſum. In quo tamen prædicti differant in teſtificando, dicetur in ſequentibus.
2 ¶ Secunda concluſio. Perſonæ † prædictę repelluntur à teſtificãdo regulariter, ut hic. & 4. q. 3. §. item idonei. & l. etiam. C. de teſtib. & 3. q. 5. quaſi per totum, & plenè in Spec. d. uer. item quòd eſt domeſticus. quia, ſecundum Bald. hic, familiares conſueuerunt ſeruire domino per fas & nefas. Allegat c. cùm ad ſedem ſuprà, de reſtitut. ſpo. & l. j. C. de raptu uirginum. Facit optimè ratio c. uiſis ibi, humani moris. &c. 14.
3 q. 2. ¶ Fallit † primò iſta concluſio in ſubditis principis, uel regis, ratione iuriſdictionis: quia poſſunt pro ipſo teſtificari, ſecundũ Ioan. An. & Imo. hic: quia in illis non habet ſuperioritas patriæ, uel dominicæ poteſtatis, uel ſaltẽ aliqd ſimilẽ, ut etiã dixit Spec. licet ipſi nõ allegent, in tit. de ſtatu mona. §. 1. uer. 12. Aliàs ſequeretur, ſecundum eos, quòd princeps, uel prælatus, maximè habens magnũ regimen, non inueniret teſtes in proprijs cauſis. Et idem ſentit Bald. in l. idonei. ff. de teſti. Sed contra iſtã ſallentiam eſt gloſſ. in d. l. idonei. pro qua facit l. libertus. ff. de ſuſt. ubi non ſolũ ille dicitur domeſticus, cui poteſt imperari modis prædictis, ſed etiam ille, qui frequenter cõuerſatur in domo alicuius ſub prętextu alicuius protectionis,
4 & uocatur cliens. Vide ſi ratio ſolius protectionis facit quem domeſticum,

domeſticum,fortius ratio principatus & iuriſdictionis.Ad idē
c.j.qualiter iurare deb.uaſal.fidel.ubi ſubditus domini & do-
meſticus cognoſcuntur, uel coguntur præſtare idem iuramen
tum.Ergo ſunt ſimilis qualitatis reſpectu domini. Sed pro cō-
cordantia diſtingui poteſt,ſecundum do. meum hic,quòd aut
perſona principis eſt talis, quæ præſumitur inferre moleſtiam
teſti,niſi ſuo modo teſtificaretur:& tunc non admittatur ſub-
ditus pro domino:arg.cap.fin. infrà de app.& l.de pupillo. §.ſi
quis ipſi.ff.de ope.noui nun.Si uerò non ſit talis,& tunc,quam
uis ſubditus, in cauſa domini ſui poſſit ut ſuſpectus recuſari à
iudicando , c.accedens el j. ut lit. non conteſta. non tamen
repelletur ut teſtis. Et colligitur hęc diſtinctio ex his,quæ de
uaſallo,quo ad dominum, ſcribit Bald.in l.eos. C.de teſtib.&
do. Abb. in c. inſuper in fin. ſuprà eod. Et pro hac differentia
inter dominum terribilem,& non terribilem,uide Innoc.in c.
inſinuante infrà qui cle.uel uouen.& Bald.& Imo. in l.fi. ff. de
hære. inſti. & do.Abb.in c.j.in princip. ſuprà de off. deleg. &
in c.Abb.cum ſi.ſuprà quod metus cauſa.Non obſ.d.c.qualitas
quia licet æquiparentur domeſticus & ſubditus, quo ad illud
iuramentum,nō tamen quo ad omnia,neque quo ad hoc:quia
4 eſt eadem ratio. ¶ Fallit † ſecundò d.concluſio , niſi perſona
familiaris,uel domeſtica ſit perſona ualde honeſta,ut ſunt fa-
miliares epiſcoporum,uel principum, qui admittuntur in te-
ſtes pro dominis, ſecundum Innoc. hic ualde ſolenniter, quē
ſequuntur Bald.& Sali.in l.2.C.eo.& do.Anton.& Imol. hic.
¶ Sed contrarium tenet hic ſolus domi. meus, primò per l.j,
circa medium,C.ſi rector prouinciæ ubi ſicut rector eſt ſuſpe-
ctus,ſi procurat nuptias pro ſe, ita ſi pro domeſtico : & tamen
ratio dignitatis deberet facere, quòd ſola qualitas domeſtici-
tatis nō faceret præſumi in eo aliquid illicitum. Ita dicit ipſe
cuius inductio nullum, ut uidetur, habet ſaporem, ut uides.
Præterea dicit ipſe , quòd honeſtas perſonæ non facit ceſſare
præſumptionem reuerentiæ: quam præſumitur habere ad do-
minum. Et allegat iura facientia mentionem de metu reue-
rentiali , de quibus per omnes in c. cauſam matrimonij ſuprà
de offic.deleg.Item,quia text.4.q.3.§.idonei & in l.etiam. C.
de teſti. loquuntur abſolutè. Vnde dicit ſe credere prædictos
5 fuiſſe in errore. Sed puto eos bene dixiſſe , quia † reperio in
iure plerunque,quòd ubi ex coniecturis dubitatur de menda-
cio, uel de iudicio corrupto, integritas, uel ſanctimonia per-
ſonæ tollit omnem ſuſpicionem.Et ad hoc uide Spec.in tit. de
leg. §.ſupereſt & do.Ab.in c.niſi eſſent in princ. per illum tex.
infrà de præben.& glo.in c.ad hæc in uerbo,Archidiaconi ſu-
prà de offic.archi.& Spec.in tit.de teſte.§.j.uer. not.& Bart.in
l.quicunq;.C.de fundis patrimonial.lib.10.& Bald.in l.ſcien-
dum. C.quorum app.non reci. & gloſſ.in l.j.§.is autem. ff. de
ripa munienda.& do. Abb. in c. in ult. colū. ſuprà de iudic.&
Bald.in c.decernimus eod.tit.& text.in §.his omnibus 61.diſt.
& do.Anto.in c.poſtremo, j. de appel.& Innoc.in c.fin.j.de do
lo & cont.& gloſſ.j. in c. præſentium 15. q.j.& Spec. tit.de re-
quiſitione conſilij.uer.item fac eos iurare & do. Card.in cle.
j.in 39.q.de priuil.& Innoc.& do.Anto.in c.j.de cleri.peregri.
& Innocent.do.Anton.& Ana.in c.ſuper his infrà de accuſ.&
ibi extenſe poſui dicta iſtorum in ultim.col. Ex quibus infero
quòd dato, quòd honeſtas non faciat ceſſare rationem reue-
rentiæ,tamen facit ceſſare rationes,de quibus in tex.notabili
in c.accuſatores el 3.3.q.5.& quas dixi in iſta concluſione, &
ad hoc eſt text.hic in fine, ſecundum Imol. hic , licet re uera
poſſet cauillari. Sed optimè facit pro intellectu ſuo , quod di-
6 cetur in fin. ſequentis fallentiæ. ¶ Fallit † tertiò in his , quæ
uiriſimiliter melius ſciuntur per domeſticos & familiares,quā
per alios:quia admittuntur,ſecundum Ioan. An.in d.uer.item
quod eſt domeſticus.& Bartol.in l.ſi quando in ult.colum.C.
unde ui.Eſt caſus in l.conſenſu.C.de repud.& in c.ueniens in
fin.j.eod.& text.optimus in l.quoties.C.de naufr.lib.10. Plus
dicit ibi Bart.q non ſolū admittuntur, ſed et præferūtur alijs.
Et eſt tex.optimus in c.ſuper prudētia 13. q.2.Imò et ſerui &
ancillæ cum tormentis hoc caſu admittuntur, d.l.conſenſu.Et
nō intelligitur tex.ibi in uerbo, ſi alia documenta defecerint,
q ad illos,ſ.domeſticos,nō recurratur, niſi in ſubſidium:q eſ-
ſet contra Bart.ubi ſuprà; quia illud dicitur reſpectu aliorum
domeſticorū,qui nō ſunt ſerui,qui præferūtur ipſis:puta,liberi
homines,mercenarij,clientes,& ſimiles.Et iſta fallentia con-
firmabitur uberius in d.c.ueniēs. Et quāuis plus credatur do-
meſticis,nō tñ prohibetur pars alios pducere,per c.ſuper pru-
dentia in uerbo,potiſſimè niſi ageretur de probanda conſan-
guinitate,in qua nō admittuntur extranei, niſi in ſubſidiū,per
text. ſolennem in c. quoties ſuprà eo. & ibi dixi in primo no-
tabili. ¶ Sed hic aduerte diligenter ad duo. Primò quia iſte
text.uidetur repugnare huic fallentiæ,cum habeat conformi-
tatem cum caſu d.l. conſenſu & reſpondet do. Abb. ut retuli
ſuprà poſt ſummarium: ſed illa reſponſio nimis reſtringit d.l.
conſenſu quia, ut dicit ſubtiliter hic dominus meus, ſecundū
eum ſequeretur,quòd per perſonas prædictas probari nō poſ-
ſet aliquis actus ad præiudicium penitus extranei , quod eſt
contra dicta iura,& ideo dicit ipſe,in effectu oportere dici, q
iſte tex. loquatur in caſu ſpeciali, uidelicet reuocationis, uel
retractationis matrimonij : in quo propter leges Canonicas
dicitur agi de re importantiſſima, per c.licet in fin. infrà eod.
Vnde ſicut iſta fallentia non procedit in criminali, ut infrà di
cetur,ita nec in iſta materia ciuili, iuxta iſtud dictum Bal. in
rub. ff. de re diuiſ.quod retuli in c.inſuper quaſi in fi.ſuprà eo.
quod ſicut in criminali quis de uniuerſi-
tate * non teſtificatur,ita nec in ciuili ma
ximi præiudicij: & ſi diceres, quòd imo in
ſeparatione iſta admittunt conſanguinei,
c.uidetur infrà qui matri. accuſ. poſſ. iſtud
eſt, quia in probanda conſanguinitate non
agitur de impedimento cauſato ex culpa,
uel facto petentis diſſolutionem matrimo-
nij,ſicut in caſu noſtro. Vnde attenta ma-
gnitudine præiudicij, in quo ſe fundat, nō
admittentur domeſtici iſto caſu,ſecundum
ipſum. Et nota bene , quia ſicut reſpectus
ſuperioritatis cauſat ſuſpicionem in ta-
libus in probando adulterio, ita in pro-
banda conſanguinitate, in qua intuitu pro
ducentis mentiri poſſunt, ut notant dom.
Ant.et do.Abb.in c. uidetur infrà qui ma-
tri.accuſ.poſ. et dixi in c. ſuper eod.j.eod.
Et ideo dico primò ad illud de conſangui-
nitate, q aliud eſt loqui in conſanguineis
ipſam probantibus, qui etiam in alia ma-
teria non ſemper repelluntur , ut infrà in
ult. fallentia,et aliud eſt loqui de famulis,
in quibus eſt longè maior ſuſpicio, et ideo
dicas, quòd non admittebantur hic , quia
non erant honeſti, eo quòd dicebant ſe in-
terfuiſſe facto inhoneſtè perpetrato p do-
minum ſecundum Bald. hic per l.hec uer-
ba.ff.de adult. et ſic, ut participes repelle-
bantur,ſecundum eum.Vnde meritò dicit
Innocent.hic, quòd ſi fuiſſent honeſtæ par
tes, non proceſſiſſet hæc decret. Et ita in-
tellige d.l. conſenſu. Et pro hoc conſidera
fortiter,quia mater et ſimiſes teſtificantur
in talibus etiam in præiudicium matri-
monij conſummati, d.c.uidetur et c.ſuper

* *De uniuerſitate*] *Adde quod li cet teſtes de uniuerſitate ſeculari nō probent pro ea. etiam in cauſis o-nerum, ut per Ab. conſil. 16. inc. primo an dictus p.j. Anth. in c.inſuper col.3. hoc tit. Iaſ.in l. ſed ſi hac lege.§. patronum colū. 2. uerſ. tertio limita ff.de in ius uocan. Tamen quādo tra ctatur de probādo actu facto in cāpi-tulo uel congrega-tione in quo uel qua communiter non admittuntur niſi illi de uniuerſitate, tunc pro ipſa uniuerſitate admit-tuntur teſtes uni-uerſitatis in ciuili-bus & in crimina libus, c. ueniens el 2. ubi text.in fi.& ibi gloſ.Abb.Butr. Anth. & alij hoc tit. & in c. tertio loco. j. de probat.*

eod. Vnde non eſt diuerſa ratio in familiaribus honeſtis. Et
hunc intellectum ſenſit gloſſ. 14.q.2. in ſumma, in fin. ¶ Se-
cundò aduerte, quia iſta fallentia non procedit in cauſa cri-
minali , ſecundum do.meum hic , qui conatur pro hoc indu-
cere text.in cap. ſuper prudentia 14. quæſt.2. et adduci poſ-
ſent,quæ dixi in cap. inſuper in 3. fallentia, ſuprà eodem , ut
hic latius per eum contra Spec. in tit.de teſte.§.j.uer.ſed nun-
quid in cauſa. Sed pro Spec. multum facit text. in cap. cùm
paſtoris 2.quæſt.7. per quem dicit Spec.in tit.de inquiſitione
§.j. uer. ſed nunquid eos & exclamat Floria. in l. teſtis ido-
neus. ff. de teſti. quòd innocentia accuſati poteſt probari per
teſtes cubicularios, quia extranei non ſunt noti ſecreti mo-
res, ut dicitur ibi , et bene. Facit gloſſ. 2. in c. in decima 19.
quæſt.1.quam allegaui ſuprà eod.de cætero. Et dicit Angel.
in l.4.ff. de confeſ. quòd ad excuſandum quem , ut non com-
miſerit homicidium, admittuntur parentes et conſanguinei
fortè probantes illum uiuum. Nec obſtaret inductio d. cap.
ſuper prudentia quia illud argumentum à contrario repu-
gnat d. cap. cùm paſtoris. ¶ Tertiò reſponde , neque ne-
gat ille text. quòd etiam in criminali melius noti poſſint
examinari. Et quæ dixi in d. cap. literis procedunt , ex eo
quia pœna extenderetur ad teſtes. & ideo , quid uerius pu-
tem, dicam aliàs, quia tactum non reperio aliquo loco. ¶ Fal
7 lit † quartò in uxore pro marito. ſecundum Spec. in tit. de
teſte.

teſte. §. j. uer. ſed nunquid de uxore quia aliqua lege non prohibetur, ſecundum ipſum: & do. Abb. hic, quia non eſt ſimpliciter uerum, quòd ſit in poteſtate mariti, ut not. in l. ſi uxorem. C. de condi. inſer. & quia eſt quodammodo domina rerũ uiri in matrimonio. Allegat l. j. ff. rerum amotarum & l. eduerſus. C. de crimi. expil. hære. Hoc intelligunt iſti, dummodo ſit uxor, quæ non timeat maritum, & bonæ famæ, aliàs ſecus. Sed non declarant quid in dubio, & uidentur ſentire, quòd etiam procedat fallentia. Sed contrarium uolunt Bald. & Sali. in l. 2. C. eod. & domi. meus hic, quia negare non poſſunt, quia cum cohabitet uiro, & nutritur expenſis ſuis, & uir habet potentiam caſtigandi eam moderate, * ut per gloſſ. in cap. ſicut alterius 6. q. j. cum ſic detur aliqualis ſuperioritas inficians dictum mulieris. Facit c. hæc imago. in uerbo, porræ famulam 35. q. ult. ſecundum prædictos: quibus adde gloſſ. in l. j. §. uir autẽ ff. ad Syl. & in l. ſed & ſi quis. §. præterea in uerbo, domeſtica. ff. ſi quis cau. & in l. præſenti. §. ſanè. C. de ijs, qui ad eccleſ. confug. & Imol. in l. ſi cùm dotem. §. ſi maritus. ff. ſolu. matri. Et quod dictum eſt de uxore, adapta ad maritum pro uxore, ſecundum 8 prædictos. ¶ Fallit † quintò in famulo, qui tempore teſtificatus non eſt amplius famulus, ſecundum Spec. tit. de teſte. §. j. uer. quid ſi olim. & do. Abb hic, & Bart. in l. j. §. ſi ſeruos per illum text. ff. de quæſt. & Cy. & Bald. in l. 2. C. de teſti. & Bartol. in l. qui teſtamento. ff. de teſta. & Ioa. de Fantuc. in c. conſanguinei 4. q. 5. Et dicit Bald. hic, quòd poſtquam famulus eſt expulſus, non ſeruat amorem, ſicut de affinitate ſopita ſol. mat. dicit gloſſ. ſingul. ſecundum eum in l. ſed hoc ita. ff. de re iud. & quia conditio teſtis inſpicitur tempore teſtificatus, l. 3. §. lege Iulia. ff. de teſti. & l. 3. §. duæ cauſæ. ff. de Carb. edict.
9 ¶ Illud † autem intellige primò uerum, niſi expulſus fuiſſet famulus poſt litem motam, uel præparatam, ſecundum Spec. ubi ſuprà pro quo bene facit text. in l. j. §. ſi ſeruus in uerbo, ſuſceptæ cognitionis. ff. de quæſt. & quod ibi Bar. ubi ſi poſt accuſationem inchoatam aliquis emit ſeruum alienum, ne torqueretur contra ſe, iſta fraus ſibi non prodeſt. Sed in hoc contrarium teneas ſecundum Cy. in d. l. 2. & Ioan. An. in addi. Spec. ſuprà uidelicet quòd dummodo famulus non ſit dimiſſus ſimulate, id eſt, ad tempus, etiamſi appareret eum dimiſſum ut teſtificetur, iſta non dicitur fraus: quia non dicitur eſſe in dolo, qui parat ſibi probationem per aliquid factum, ſine qua aliàs ſuccumberet, l. at qui natura. §. cùm autem in text. & gloſſ. ff. de neg. geſt. Non obſ. §. ſi ſeruus quia ſubtrahere probationem aduerſarii bene eſt dolus, qui prodeſſe non debet hoc procuranti, ut dicetur poſt Ioan. An. in c. fin. infrà eod. Sed parare ſibi probationem, hoc non eſt il-
10 licitum. ¶ Secundò † intellige, ut dixi, dummodo licentia fuerit realis, & non ſimulata, ſecundum prædictos, dicentes: cognoſci ſimulationem, ſi incontinenti rediret ad dominum: ſecus, ſi ex interuallo, per l. ſi uêtri. §. ſi. ff. de priuileg. cred. Et hinc eſt, quod dicit Bart. in l. fin. ff. de dona. inter uir. & uxor. quòd duo faciunt iſto caſu ceſſare ſuſpicionem ſimulationis, uidelicet interuallum longum, uel quòd ante quàm famulus redeat ad dominum, poſuerit ſe cum alio, uel quæſiuerit ſe ponere. Oportet tamẽ, ut iudex in hoc arbitretur: quia de facili fieret fraus. Et oportet intelligere longum interuallum, ſcilicet poſt teſtificatum: ſi enim ante decurriſſet interuallum, & facto teſtificatu reuerteretur ad dominum, non ſufficeret: quia actus ſequens declarat animum præteriti temporis, l. ſed & Iulianus. §. mutui. ff. ad Maced. Et dicit Bart. in d. §. ſi ſeruus. quòd qui nunc eſt famulus, non eſt idoneus teſtis de his, quæ pro domino uidit ante famulatum. Facit l. ad teſtium. §. j. cum materia, ff. de teſta. & d. §. lege Iulia. Et ſubdit eleganter Bal. hic. interrogandum eſſe diligenter famulum, quare fuit expulſus, & an ſit reuerſurus, nec ne? & ſi non eſt uilis perſona & ſuſpecta, poteſt teſtificari, arg. l. quicunque in fin. & l. mancipia. C. de ſer. fugiti. Prædicta extende ad quemlibet domeſticum, qui deſijt eſſe domeſticus, & diffuſe per Sali. in l. ſeruus. C. de quæſt. Et de famulo, quem epiſcopus expulit propter ſcelera, an poſſit teſtificari contra epiſcopum, uide Ioan. And. dicentem, quòd non, probatis ſceleribus in addi. Spec. ſuper rub. de teſte. uer. quartò quærebatur. Et ad prædicta uide in ſimili Rotam in nouiſ. concluſione 65. incipiente, Papa reſeruauit. ubi habetur de beneficijs familiaris. Et uide dicta in ſi-
11 mili in cap. j. in 8. fallentia ſuprà tit. proxi. ¶ Fallit † ſextò in fratre, qui poteſt regulariter teſtificari pro fratre, ſecundum Bart. in l. qui teſtamento in princ. ff. de teſta. & gloſſ. 3. q. 5. in ſumma, & gloſſ. j. & ibi Imol. & alios in c. inſinuante ſuprà de offic. deleg. & do. Anton. Ioan. de Ana. & do. Maria. in c. cùm oporteat infrà de accuſ. Non obſ. iſte text. quia ſumitur domeſticus pro ſubiecto alteri, ut dixi in prima concluſione. Et frater non eſt talis erga fratrem. Ergo, &c. Et iſtud pro regulari ponunt Bart. & Sali. in l. parentes. C. de teſti. ubi uide.
¶ Fallit, niſi ſint in eiuſdem poteſtate, ſecundum gloſſ. ibi, & Bald. in l. j. uer. quinto operatur. C. de epiſc. & cleri. Idem ſi ſimul habitent, ſecundum gloſ. in c. conſanguinei 3. q. 5. & Do. 3. q. j. in ſumma. Idem in cauſa iniuriarum, ſecundum Ang. & Salic. in l. j. C. de raptu uirg. & Bartol. in l. lex Cornelia. in princ. ff. de iniur. Idem in cauſa criminali, ſecundum Bald. in l. fin. C. de probat. & domi. Abb. in c. literas ubi uide infrà de præſumpt. Idem, ſi agatur ciuiliter in cauſa graui & ualde tertio præiudiciali, ſecundum Bald. in d. l. parentes poſt princip. Et ſuper hoc alia dici poſſent: ſed tranſeo, quia ſufficienter dixi in d. c. cùm oporteat & eſt materia d. c. literas. Et not. q. in iſtis locis idem dicitur de conſanguineis, cùm eis imperari nõ poſſit, ut per text. in d. c. conſanguinei iuncta gloſſ. & in d. c. literas & Inſtit. de teſta. §. teſtes ut hic per do. Abb. & latè Do. poſt Archi. 4. q. 5. in ſumma. Ex quibus multum ſuſtentatur opi. illorum, qui dicunt, ſolam amicitiam non repellere teſtẽ:
12 quos retuli in c. quoniã in ult. not. ſuprà eod. ¶ Vltimò † pro complemento nota primò, quòd dominus poteſt teſtificari pro ſubdito, uel familiari, ſecundum Sali. in d. l. 2. C. eod. Pro quo eſt gloſſ. j. rectè intuenti in c. inſinuante ſupra de offic. deleg. niſi eſſet adeò uilis conditionis, quòd fortè timeret ſubditum: ſicut de marito pro uxore dicit Spec. quem allegaui in 4. fallentia, tamen non dicitur eſſe teſtis omni exceptione maior, ut ſentit Bart. in l. idonei. ff. de teſti. allegando c. cauſam, quæ ſuprà de offic. dele. ¶ Secundò nota, quòd
a teſtis [a], qui repellitur à teſtimonio, quia domeſticus, ſi examinetur, non facit indicium, ſm Bald. in l. in teſtimonium in apoſtillis, ff. de teſti. Allegat Spec. in d. uer. qđ ſi teſtis domeſticus & probatur in §. teſtes 4. q. 3. ibi, interrogari non placuit per quẽ ita tenet do. Ab. hic, q. puto procedere, qñ pars contradixit, ſed ſi tacitè conſenſit, uidetur nedum facere indiciũ, ſed probare, ſm Bald. in l. ſi quis teſtibus in ult. col. C. de teſti. & Ang. conſ. 192. incipiente, porrecta fuit petitio. ¶ Tertiò nota, quòd ſi eſt mixtum cõmodum cũ incõmodo ipſius domeſtici, pro quo debet ferri teſtimoniũ põt teſtificari domeſticus pro domeſtico, ſm Pet. de Anch. in c. ſuper eo. ĩ. eo. Et ibi dicit hanc eſſe rationẽ, quare ibi mater teſtificatur pro filia in caſu paritatis. ¶ Quartò ultra pdicta de hac materia, in qua quæri poſſet de compatre, & de ſocero, & nuru, & de multis alijs, uide latè in Spec. loco ſæpe allegato, & Ang. conſil. j. & latè do. Flo. in l. teſtis idoneus. ff. de teſti. & Ioan. And. in ſummula huius tituli, in prin. uer. item domeſtici prohibentur & Archi. in c. regulæ 29. diſt. & Bald. de famulo, Inſti. de teſta. §. pen. & do. Ant. & Imol. in d. c. inſinuãte ſuper gloſſ. j. ĩ. de offic. deleg. & Bald. in l. j. C. de epiſc. & cleri.

Moderate] Adde quod licet marito leuiter corrigere & uerberare uxorem delinquentem l. conſenſu. & in Aut. ubi poſitæ. & ibi doct. C. de repud. Canonis in c. quemadmodum de iureiur. & ibi Abb. col. ult. Anth. in c. cum contingat in ult. uer. ſuprà de for. compet. & Rom. ſing. 4. incip. Licet uxorem.

a *Teſtis] Adde tu, & dic, quòd hoc eſt uerum in teſte, qui non debet examinari propter reuerentiam perſonarum. Caſus eſt in l. maritus. ff. de quæſt. & ibi Bart. in j. col. in uerſ. ulterius op. Et hoc modo intelligas Bal. in l. in teſtimoniũ. ff. de teſti. & dom. Ab. in c. in literis. de teſti. ſecus eſt in alijs caſibus: quia ſi teſtis non debet examinari, & examinaretur, facit indiciũ Bart. in d. l. maritus in uer. ulterius opp.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex debet in iudicando credere dictis teſtium, niſi alia cauſa extrinſeca appareat.*
2 *Actus confirmatus an & quando denominetur à confirmante.*
3 *Renunciat quis appellationi per actum contrarium: quod fallit certis caſibus, ut hic. Renunciatio teſtium non ualet facta per accuſatorem. Poſt nu. 3. uer. prima concluſio.*
4 *Accuſatus nõ põt renũciare teſtib9, q ad ſuã defenſionẽ pduci poſſunt.*
5 *Renunciatio facta teſtibus in cauſa principali non extenditur ad cauſam appellationis, quo minus poſſint alij teſtes produci:*
6 *Niſi obſtaret timor ſubornationis.*

CAPI.

Ad hoc reſpondet ipſe, quòd quamuis appellatio eſſet interpoſita ex cauſa falſa, ita quòd proceſſus iudicis & ſententia interim lata uerè ualeret, tamen confirmatio ſententiæ ſuper appellatione, ſi appellationi non erat renunciatum, ſaltem non poterat fieri tunc, quouſque nõ erit pronunciatum ſuper appellatione, ne fieret præiudicium appellationi. Et iſto reſpectu ponderatur renunciatio. ¶ In glo. fin. Circa materiam renunciationis teſtium, quæ eſt propria huius capituli, not. pulchras concluſiones. ¶ Prima concluſio. Renunciatio facta teſtibus per accuſatorẽ, non ualet, ſecundum Bart. ſub dubio fortè in authen. at qui ſemel. C. de proba. per l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. ff. de pact. ubi accuſatio pacto non tollitur: * quia derogaretur iuri publico, ut ibi, & l. ſi maritus. §. ſi negauerit, ff. de adult. Facit, quod not. Bartol. in l. ſi maritus. ff. de quæſtio. & in l. 3. §. j. ff. de iureiur. ubi accuſator non poteſt deferendo iuramentum præiudicare fiſco.

** Tollitur] Adde an ſi accuſans pendente accuſatione remittat, iudex ex officio poſſit proſequi. & dic quod ſic. Lucas de pen. in l. ſi quis. col. 25. q. 5. C. de deſertor. lib. 12.*

2 [a] cui ex cauſa criminali præiudicaretur, per not. in l. agraria. ff. de termino moto. Ergo minus præiudicabit renunciando teſtibus. Iſtud intellige ſanè in renunciatione facta ante reliquos teſtes productos: quia arguit manifeſtè calumniam, uel colluſionem: ſecùs, ſi poſt teſtes productos elapſum tempus futuris renunciat: quia ualẽt, ſecundum illam opin. quæ habet, quòd in criminalibus poſſit concludi in cauſa, l. quamuis indubitati. ſecũdum unum intellectum, C. de adult. Quæ concluſio non eſt aliud, quàm renunciatio obligationũ facti, uel iuris, ſecundum gl. in c. cùm dilectus. ĩ. de fid. inſtru.

a Præiudicare fiſco] Adde, quòd ſi accuſator defert iuramentum reo, & iudex approbauerit, prodeſt ipſi reo: arg. l. ſi cui. §. eiſdẽ ff. de accuſat.

Poſſet etiam iſto caſu iudex ex officio recipere teſtes in criminali, * ſecundum Bar. in l. j. §. fi. in 2. no. ff. de quæſt. & plenè Ioan. de Ana. in c. crimina. ĩ. de collu. poſt Bart. in diſputatione incip. Iudex maleficiorum. Quod autem dicitur de cõcluſione in cauſa, fortè procedere poſſet reſpectu accuſatoris: ſed ſecus reſpectu rei, ut ſtatim dicetur. ¶ Secunda concluſio. Renunciatio

4 † facta teſtibus per accuſatum, non ualet, ſecundum Bald. hic propter gloſſ. magnam in fi. in l. pactum inter hæredem. ff. de pact. quæ uult, quòd reus in criminalibus non poteſt renunciare defenſioni: & ibi Bartol. in ult. colum. Et ideo dicit Bartol. in l. cuſtodias. ff. de publ. iudic. quòd malè uidentur facere aſſeſſores, qui faciunt, quòd reus renunciat termino & defenſionibus ſuis, contra l. non tantùm. ff. de appell. recip. & l. additos. C. de epiſc. aud. & ratio potiſſima eſt: quia nemo eſt dominus membrorum ſuorum, l. liber homo. ff. ad l. Aquil. Vnde nemo poteſt fideiubere pro alio, ubi agitur de pœna corporali, ſecundum gloſſ. ſingul. in cap. cùm homo. 23. quæſt. 5. quam ſequitur Bald. in l. neque. C. ne filius pro patre. & in c. breui. ĩ. de iureiur. in l. 2. C. de conſtit. pecu. & Petr. de Anch. & Imol. in rubric. de fideiuſ. & Roma. conſilio 15. & in l. ſi filiofamilias. la 2. ff. ſolut. matr. & Salic. in l. ad commentarienſem. ff. de cuſt. reo. & adduci poſſet, quod not. Ioan. Andr. in reg. ſemel malus. de reg. iur. in 6. quem allegat domi. Abba. in cap. cùm eccleſijs. ĩ. de maior. & obed. & gloſſ. 2. q. 6. in ſumma, & Ioan. Andr. in c. cùm laicus. de foro compet. in ſexto, & Bald. & Salic. in l. fin. C. de neg. geſt. & gloſſ. ſingul. ſecundum. Dy. in ſumma, & gloſſ. in ca. ipſa pietas. 23. quæſt. 4. & Angel. in l. quicunque. C. de ſer. fugi. & gloſſ. fi. in authe. imo. C. de act. & obl. Quorum dicta aliàs retuli in cap. contingit. el j. ĩ. de ſentent. excommu. ¶ Fallit iſta concluſio, niſi reus ſit confeſſus maleficium ſponte: quia renunciando termino poſtea dato præiudicat ſibi, ſecundum Bald. in l. accuſatoribus. in j. colum. C. de accuſa. Idem, ſi renunciaret defenſionibus, quæ ſunt de apicibus iuris ſtatutorum, & non de iure gentium, ſecundum Bald. in l. j. uerſicul. ſuper 5. C. qui accuſ. Et hoc idem, ſi renunciaret tacitè, putà, permittendo labi terminum, ſecundum Bald. ibidem. Et quòd poſſit omittendo defenſiones, ſibi præiudicare, eſt gloſſ. quam ſic intellige, in l. j. ff. de furibus balnearijs. Idem, ſi eſt latro famoſus, ſecundum Rom. in rubr. ff. de arbit. Allegat Bald. in l. prouinciarum. C. de ferijs. Idem, ſi notorium eſt, nullam defenſionem competere, ſecundum Angel. plenè in d. l. pactum. Idem, ſi eſt captus in fragranti crimine, ſecundum Bald. in l. ut uim. ff. de iuſti. & iur. in princ. Idem, ſi renunciaret exceptionibus declinatorijs fori, ſecundum Bald. in l. pe. ad fin. C. de pac. & in c. j. in j. col. ĩ. de iudic. Idem, ſi renunciaret per concluſionem in cauſa, ſecundum Angel. in d. l. pactum. quem tamen reprobat hic domi. meus: tum, quia eſt eadem ratio: tum, quia non concluditur in criminali, ſecundum Bald. in l. j. uer. quartò quæritur. C. de condi. inde. niſi ſtatutum imponat concluſionem, ſecundum Bald. quem uide in d. l. ſi accuſatore. quaſi in fin. Idem, ubi pœna non eſſet corporalis, ſecundum do. meum: quia ceſſat ratio dictæ concluſionis, niſi fortè, ſecundum eum, ageretur de infamia: quia dicitur eſſe mutatio ſtatus, per no. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſtio. Extra iſtos nouem caſus ſtat firma concluſio, quæ procedit, etiam ſi reus in renunciatione iuraret, ſecundum Bartol. in l. j. C. de confeſ. Et procedit etiam, ſi renunciaretur exceptionibus dilatorijs: putà, quòd procedatur tempore feriato, ſecundum Bartol. in d. l. cuſtodias. per illum text. quod fortè non eſt indubitatum, per id quod dixit Bald. in d. l. penul. C. de pact.

** In criminali] Adde Bal. in l. duo fratres. ff. de pen. & in l. 1. §. fi. ff. de quaſt. An autem concluſio in cauſa ſit de ſubſtantia iudicij ita quod omitti non poſſit. an. Abb. & Fely. in c. cum I. & A. de re iudic. Card. in clem. Specul. §. & quia. q. 19. de uer. ſign. Ioan. And. in add. Spec. titul. de renunc. & concl. in princ.*

5 ¶ Tertia concluſio. Renunciatio † facta teſtibus in cauſa principali, non extenditur ad cauſam appellationis, quo minùs poſſint alij teſtes produci, ſiue ſit renunciatum in ſpecie quibuſdam articulis, ſiue in genere, ſecundùm do. Ab. & domi. meum hic, contra Innoc. Bald. do. Anto. & Imol. hic, facientes differentiam inter renũciationem ſpecialem, uel generalem. Et cum opi. domi. Abba. concordat Specul. in titul. de renonc. & concluſ. §. j. uer. hoc etiam ſcias. & Bartol. in authen. at qui ſemel. uer. quæro, utrùm renunciatio. C. de proba. & domi. Anto. in c. paſtoralis. de cauſa poſſeſ. & proprie. & in cap. cùm dilectus. in fin. ĩ. de fide inſtru. & Bald. in l. per hanc. in j. col. C. de temp. app. & in c. fraternitatis. in ult. colum. ſuprà, eodem & domi. Anto. in cap. cùm olim. infrà, de cenſi. & per Angel. in §. quia uerò. in authen. de teſtibus. ¶ Et in quantum domi. Abba. reprobat prædictos, dicentes: ſecus eſſe in renunciatione facta certis capitulis, quia in cauſa appellationis, tanquam diuerſæ inſtantiæ, reſcinduntur acta in prima, l. ita demum. C. de proba. maximè, quia concluſio in cauſa non tollit probationes in cauſa appellationis, cap. cùm Ioannes. infrà, de fide inſtrum. Et ita hic, cùm iſta renunciatio ſit ſimilis concluſioni. Addit domi. meus, quòd iſta ratio nõ eſt generalis: quia ſicut publicatio proceſſus portat effectum in cauſa appellationis, cle. 2. eodem titul. ita hic, ſecundum eum: cui reſponde, quòd in publicatione durat ratio ſubornationis: quod non eſt in renunciatione, ſicut nec in concluſione. Pro hoc etiam facit, ſecundum ipſum: quia ſicut fideiuſſio * præſtita coram iudice primæ inſtantiæ, etiam non expreſſo nomine proprio, finitur in cã appellationis, l. 2. C. de procuratore Bar. in l. cùm apud. ff. iudi. ſolui. & tñ ille eſt actus particularis, qui fit ſup uno articulo iudicij: ita hic. Præterea licet renunciatio generalis minus poſſit, quàm ſpecialis, tamen ſpecialis tantùm põt, quãtum generalis indiuidua, l. j. cùm materia, ff. ſi qs in ius uoc. Facit l. ſi duo. ff. ad municip. Et renunciatio facta ſimpliciter teſtibus, non eſt oĩno generalis, ſed ſuper indiuiduo ſpeciali: & tñ illa nõ extenditur ad cãm appellationis, ſecũdum Inn. & ſequaces. Ergo nec iſta ad c. cõſtitutus. el 2. ĩ. eo. Reſpõde, quòd ibi non eſt illud uerbũ, In principali. Vnde ſumitur arg. à cõtrario, quòd ubi eſt renũciatum teſtibus, non pñt teſtes pduci. Sed non negat de alia inſtantia. Et hæc applaudet illi literæ: quia in cauſa principali non poteſt pars ad iudicem accedere.

** Fideiuſſio] Adde quod fideiuſſor de iudicio ſiſti liberatur lata ſententia, ut eſt caſus ſing. ſecundũ Bar. in l. grege. §. & poſt litem. ff. de fideiuſ. quem text. dicit etiam ſing. Angel. in l. fideiuſſor. §. in fideiuſſorem. qui ſatiſda. cogan. concor. l. 1. iunc. gloſ. parua. in uer. iudicio. ff. ſi ex nox. cau. agat. Fal. lit quando fideiuſſor promiſſet rem preſentare toties quoties curie uidebitur l. ſi quis. ff. de cuſtod. reor. not. in l. 1. §. fin. & ibi late Alexan. & Iaſ. nu. 7. ff. qui ſatiſd. cogan. Auth. in c. ĩ nomine Domini. colum. 2. hoc titul. Bart. in l. fin. C. de fideiuſ. Quid autem in fideiuſſore de defendendo, dic quod non tenetur poſt ſententiam. l. cum quærebatur. & ibi Bart. in fin. princ. ff. iud. ſol. & in. Paul. de. Caſtro in d. l. grege. §. & poſt.*

6 ¶ Et ita intellige ſaoè ſecundum domi.Abba.niſi † obſtaret timot ſubornationis: putà, quia ſuper illis capitulis alios teſtes produxiſſet in prima cauſa: quia tunc procedere poſſet conſideratio Innocent.& aliorum hic: cum quibus concordat domi.Card.in clem.2.in 7.q.eo.titul.& Bald.in l.2. io apoſtil. ff.de teſti.& Bald.& Angel. io authen. iubemus. C.de iudic.& ibi allegant c.fraternitatis.ſuprà, eod. qni text. ut conſidero, multùm uidetur obſtare prædictis,dum probat, quòd in cauſa appellationis nocet renunciatio facta in principali, ut ſuper eiſdem capitulis teſtes produci non poſſint, niſi dicat,ut dixi, quòd loquitur, quando teſtes aliqui producti fuerint ſuper illis capitulis,in quibus durat timor ſubornationis. Et ita ſunt de mente gloſſ.in c.cauſam.el 2.in uerbo,capitulis. ſuprà, eo. Et unum caſum, in quo renunciatio non obſtat etiam in principali,poſui poſt Imol.io c.in cauſis.circa medium,ſoprà eod. ¶ Vltimò, an ualeat renunciatio teſtium facta extra iudiciū? uide omnes in c. 2. ſuprà, titul.j. & ibi dixi in ultima intelligentia 3.concluſionis: & ſcias, quòd qui renunciat allegationibus ſimpliciter,nō uidetur renuociare allegationibus factū & ideo nō impeditur producere teſtes, niſi conſuetudo aliter interpretetur, ſecundum Ioan.Aodr.ſing. io Specul. titul. de renunciat.& concluſ. §.j.circa princip.& ſequitur domi. meus hic.Sed intellige, quando una pars tantùm renunciat: ſecus, ſi ambæ,ut per Spec.ibi, & Bartol.in l. conſentaneum. in ult. col.per illum text.C.quomodo & quando iudex.

SVMMARIVM.

1 *Libellus ex uerbis improprijs non uitiatur.*
2 *Inſtrumentum an poſſit confici ſuper conſanguinitate.*
3 *Notarius an debeat eſſe rogatus de contingentibus à natura.*
4 *Inſtrumentum quando enunciatiuè probet conſanguinitatem.*
5 *Publicatio teſtium quare non obſtat in cauſa matrimoniali.*

CAPITVLVM XXVI.

SEries. ¶ In cauſa matrimoniali, ubi agitur de probaodo impedimentum non ſubeſſe,poſſunt recipi teſtes publicatis teſtibus.H.D. Vel ſic:& quo minùs publicatis teſtibus poſſunt teſtes prodoci ſuper eiſdem articulis, ubi pars aduerſa ante publicationē inſtrui non potuit. H.D. ¶ Not. ibi, matrimooium accuſabat. ſecundum domi.
1 Abb. quòd † noo uitiatur libellus, licet ponantur uerba impropria. Hic enim agebatur ad diſſolutionem coniugij,propter conſanguinitatem, ubi non cadit propriè accuſatio, quæ fit, cùm agitur criminaliter,c.qualiter.el 2.infrà, de accuſ. & c.per tuas.el j.infrà, de ſymo.& l. j.in fin.cum l.ſequen.in tex. & gloſſ.ff.ad Turpil. Ad idem c.conſtitutus.j.de relig. domi. Et adpoſitum fuit uerbum Accuſatio, quia uerſatur crimen inceſtus ſtante conſanguinitate: & ita accuſatio criminalis uel ciuilis non diſcernitur ex uerbis, ſed ex concluſione libelli:io quo poteſt uideri Bartol. in l.j. C.de uſufruct.& io l. ſcire debemus.io fin.princ.ff. de uerb. obligat. & in l. ſed & ſi poſſeſſori.§. item ſi iurauero. ff. de iureiur. & io l.ſi merces. §. uis maior.ff.locati.& in l.j. ff. de act. & obl.& in l.ſi mater.§. eadem.ff. de excep. rei iudi. & in l. inſulam. ff. de præſcript. uerbis & Imol.in l.pro hærede.§.qui tamen.ff. de acqui.hære. & domi.Aoton.in d.c.conſtitutus.& in c. examinata. ſuprà. de iud.& Ioan. Andr. in Specul. ſuper rubri. de officio omoium iudi.& Bald.io Specul. in titul.de appell.& Paul.de Caſt.in l. monumenta.C. de legat. & domi.Anton.poſt Ionoc.in c. cùm uenerabilis.j. de relig.domib.& domi.Anto.& domi.Abba.in c.ad diſſoluendum. infrà, de deſpon. impub. Io quibus locis inuenies,quòd quando ex narratis in libello elicitur concluſio & intentio libellantis,licet aliqua uerba repugnent, tamē ſaluatur libellus etiam illis impropriatis. Quod intellige, niſi uerba libelli eſſent ualde diſproportionata ab intentione agentis: ut quia in libello petitur ex locato, & probatur de commodato,ut per Bart.in d.§.eandem.& domi. Anton. in c. examinata.& Pet.de Ancl.conſil.io.28. incip.Statutum. ¶ In gloſſ. 2. ibi,non poteſt inſtrumentum fieri.not. ex gloſſ. quòd
2 † ſuper conſanguinitate oon poteſt confici inſtrumentum: & ipſam ſequuntur omnes hic:& aſſignat hic Bal.rationem:quia notarius hoc non poteſt ſcire pro uero. Alleg.l.j. ff. de uent. inſpi.Sed dicit hic not. Hoſtienſ. quòd ſuper natalibus poteſt confici inſtrumentum:quod eſt uerum,quo ad matrem: quia de patre ſciri non poteſt pro certo, niſi fortè deſcribendo præſumptiones,quas habuimus io c.per tuas.ſ.titul.j. ſecūdum domi.Abb.hic. In confectione illius inſtrumenti non expedit notarium rogatum eſſe de uiſu propter honeſtatem, ſed de coniecturis uſitatis, ſecundum domi. Anton.& Imol. hic, per hoc ſentientes,quòd ſicut io difficile probabilibus admittitur probatio coniecturalis facta per teſtes,ut infrà, cap.j. ita per eadem ſigna poteſt notarius eſſe rogatus: quod dicit domi. meus ſemper notandum & non legiſſe alibi. Sed tamen contra iſta ipſe prolixè inſtat per elegantem theoricam Ioan. Andr.in Specul.de inſtru.edi.§.poſtquam.uerſicul.item,nunquid. quem ſequuntur Bald.& Salic. in l. ne q. natales. C.de proba.& plenè per domi.Anto.& domi.Abb.in cap.j. ĵ.de fid. inſtru.& Bald.in rubri. C.de fid. inſtru. Vbi tractando, de
3 † quib. notarius poſſit eſſe rogatus, dicunt inter alia, quòd de actibus contingentibus à natura,uel caſu,ut natiuitate, morte,aut ruina, noo poteſt à partibus notarius rogari,quia partium eſt uti notario in dependeotibus à ſuo uelle, & ab ipſis effectum ſumentibus,in authen. de tabel.§. j. & ideo authoritas notarij,quæ eſt extraodinaria,ſecundum Ionocent.in cap. cùm P.ioſrà,de fide inſtrumen.non debet extendi: ſunt enim talia æſtimanda per iudicem, l.ſeptimo menſe. cum ibi notatis, ff.de ſtatu homi. Et æſtimanda per iudicem non competunt ootario,l. 3. C.de iure fiſci.lib. 10. Et per iſtam doctrinam ueram impugnat prædicta, & bene. Sed tamen dicas, quòd ſecundum ootata in d. locis etiam de illis dependentibus à natura poſſunt partes notarium rogare: tamen hoc fit non in his, quæ earum conſenſu non poſſunt induci, uel tolli per ſuam rogationem, prout ſucceſſio ex ultima uoluntate, uel quid ſimile: ſed in alijs, putà quo ad effectum alendi liberos, propter quem ualeret inſtrumentum natiuitatis, & in caſu mortis, putà de morte aoimalis, ut agatur ad æſtimationem: quia tales effectus ſunt in poteſtate partium ſine iudicis miniſterio. Item inſtrumentum ualeret etiam extra iſtos caſus,quo ad faciendum indicium, propter quod quandoque defertur iuramentum in ſupplementum, ſecundum Bald.io rubric.C.de fide inſtrumen. Dat exemplum, quando ſtipendiarij perdunt equum in bello,uel oratores in itinere, & reportant ioſtrumētum de morte equi,ſicut quotidie fit: arg.l.hac lege. ff.de pac. conuen. & l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re mil. Bene facit,quod not.gloſſ. iſta paulo infrà,dicens, inſtrumentum etiam de conſanguinitate facere præſumptionem. Per quam dicit Bald.hic,quòd per inſtrumeotum ob aliud confectum,in quo dicitur.tales tanquam conſangoineos,&c. probatur enunciatiuè conſanguinitas, non ad plenum, per l.ex his. C.de teſta. mili. ſed per uiam adminiculi, per l.non ignorat. C.qui accuſ.& l.uxorem. ff. de manu. teſta. maximè, quando illa uerba conferuntur ad principale contentum in inſtrumento, per text.quem dicit ſing. in l. epiſtolam.in princip.ff. de pact. Et operatur ſatis illud adminiculum, ſecundum do. Anton.& Imol.hic: quia tollit ſuſpicionem reſultantem aliàs ex iterata productione teſtium, per iſtum text. Et ſubdit ſignanter domi. Anto. quòd inſtrumentum ſuper facto excedente memoriam hominum enunciatiuè continens conſanguinitatem, ipſam plenè probat: quod eſt ualde pulchrè ad
4 materiam c. cùm cauſam.ſ.titul.j.ut † talia inſtrumenta antiqua probent etiam id, ſuper quo directè inſtrumentum cōfici non poteſt. ¶ Quomodo autem conſtabit, quòd habens inſtrumentum de natiuitate ſua, fit ille, de quo inſtrumentum loquitur, latè inſtat Bald.& Salic. in d.l.neque natales. & domeus hic:ſed dic in effectu,quòd tribus modis. Primo, ſi poſt natiuitatem decurſum eſſet exiguum tempus: quia per teſtes deſcriptos in inſtrumento probabit identitatem, cum modico tempore non præſumatur mutata indoles, ſecundum Nicol. de mata. in d.l.neque. Secundo, ſi factus maior probat filiationem his modis, quos diximus in cap.per tuas. Tertio, ſi etiam ceſſantibus illis modis probaret identitatem ſuam propter ſingularitatem nominis, propter quam tolleretur dubium æquiuocationis: altero ex iſtis modis non concurrente, non obtinebit, ſecundum prædictos. Quibus in ſimili accedere poſſet quæſtio Bald.in l.ſi qua per calumniam.C.de epiſco.& cle. quam alleg.domi. Abb.in c.coram.in penul.col.
5 ſuprà,de offic.deleg. ¶ Io † gloſſ.fin. in fin.loter 10. lecturas, quæ ex gloſſ. & Docto. dantur ad illum text. illa ultra gloſſ. eſt de magis approbatis, quòd ſpeciale ſit in cauſa matrimoniali, ut teſtes produci poſſunt etiam teſtificatis dedicitis: & pro-

* *Dedicitis] Ad. de Angel. in Aut. de teſti. §. quia uero. verſ. alterius oppono. collat. 3: & Lanfr. in cap. quoniam contra. ſ. de probat. §. teſtes. uer. uiſo.*

* & probatur in c. ſicut. & c. ex tenore. j. eo. ſiue pars ſtet pro matrimonio, ut hic: ſiue contra, per rationem c. licet in fi. infrà. eo. & latè fuit dictum poſt Abba. in c. iurauit. ſ. titul. j. Et ſi diceretur, quare non attenditur timor ſubornationis, & ſic falſitas hic, ubi agitur de maximo præiudicio, prout tenebat Goff. in c. ſicut. infrà, de ſponſ. Et in ſumma huius tituli ad fi. reſpondet Bal. & clariùs do. Abb. hic, quòd in alijs cauſis non ſolùm attenditur prædictus timor, ſed etiam tacita concluſio reſultans ex publicatione, & ut ſit litium finis, qui reſpectus ceſſat in cauſa matrimoniali, per cap. lator. & c. conſanguinei. allegata in gloſſ. infrà, eodem. Per quæ apparet, quòd plus ponderatur ratio peccati, quàm timor ſubornationis, cui iudex cautè prouidere poteſt: & idem Bald. in ca. iurauit. ſuprà, titul. j. de proba. dum modò priùs præſtetur iuramentum purgationis à dicta ſuſpicione. Et quamuis domi. Ab. dicat, quòd iſta lectura uera in ſe non probatur hic, ubi non ſit mentio de publicatione, tamen contrarium eſt uerum, per iſtum tex. in uerbo, falſum eſſe dicebat. quod dici non poterat, niſi didicitis teſtificatis. Et iſtud ſufficit, ſicut publicatio, ut diceretur infrà, eodem ca. ultra tertiam. Vbi etiam fiet mentio de una lectura Vincentij hic, per quam uoluit, quòd qui audiuit teſtium examen, non dicatur didiciſſe. Eſt alia lectura domi. Anto. & Imol. hic, quòd hoc fuit: quia non producebantur teſtes, & etiam inſtrumentum, quo ad adiuuandam aſſertionem teſtium: ex quo ueriſimiliter ceſſabat timor ſubornationis. Et de hac lectura facit ſeſtum Ro. in rubri. ff. de arbitris.

¶ Et ſi opponeretur d. cap. iurauit. ſuprà, eodem ubi quamuis præſumatur pro teſtibus, quos aduerſarius nixus eſt ſubtrahere, tamen publicatio impedit eos produci: reſponde, quòd præſumptio reſultans ex inſtrumento eſt fortior: quia immediatè reſpicit negotium, de quo agitur: quod non eſt in alia præſumptione. Patet ex notatis per Bar. in l. fin. ff. de quæſtio. ſecundum domi. meum, qui per hanc lecturam intrat longam quæſtio. utrùm prohibitus probare per teſtes ex forma ſtatuti poſſit probare per teſtes cum inſtrumento: de quo ſolum remitto ad Bar. Bal. & Pau. de Caſt. & Ro. in l. certi condictio. §. quoniam. ff. ſi. cer. pet. & ad alios, quos allegaui in cap. 2. in 7. intelligentia tertiæ concluſionis, ſuprà, titul. j. Eſt alia lectura Ioan. And. communiter approbata, quòd pars non potuit ante publicationem inſtrui ſuper directa, uel indirecta probatione contraria: quia propoſita fuit in capitulis conſanguinitatis, non diſtinctis gradibus. Et ſic ſuccedit doctrina Innocẽt. in c. ex tenore. j. eo. De alijs lect. dic, ut hic per Doct.

SVMMARIVM.

1 *Teſtimonium quando ualeat de auditu, & quando quis dicatur ſcire.*
2 *Copula carnalis qualiter probatur.*
3 *Copula carnalis per auditum an probari poſſit.*
4 *Teſtis qui audiuit tamen pariete intermedio, an probet, uel non?*
5 *Cæcus an & quando poſſit teſtificari.*

CAPITVLVM. XXVII.

PRÆTEREA. ¶ Carnalis copula probatur per conuenientes teſtimonium de uiſu, uel per teſtimonium auditus: quod per famam & adminicula coadiuuatur. ¶ In text. ibi, conſocios. no. ſecundum domi. Anto. & Imol. & tene menti,
3 ſuper oſtenſis inquiſito, uel accuſato. ¶ Sed † prædicta declara primò ex his, quæ eleganter ſcribit Inno. in c. cum ſuper. in ſi. gl.magnæ, ſ. de confeſ.& in c.inquiſitionis.in gloſ. ex hoc loco.in fin. ſ. de accuſ.ubi dicit, q licet teſtis non teneatur de rigore reſpondere, an ſit criminoſus, uel non, ut dicetur in ea. cùm cauſam. ſ. eo.tamen ſi reſponderet, ualet teſtimonium, tanquam de acceſſorijs ad teſtificandum: uel ſi non ualet dictum eius in hoc tanquam non iurati, ualet tamen, quia in hoc magis ei credendum eſt, qui de ſe nouit meliùs ueritatem: & ſequitur do. Anton. in c. cùm cauſa. uer. tertiò eſt dubium. infrà eo. dicens, quòd etiam ualere poteſt ut confeſſio, quæ non exigit formam iuramenti. ¶ Secundò declara ex his, quæ ſcribit Ino. in c. ſuper hoc. uer. ex hac etiam lectura. ſuprà de renun. & ibi do. Anton. ubi dicunt, quòd licet teſtis non debeat deponere extra articulum, ut hic, & l.ſi duo patroni. §. idem Iulianus. ff. de iureiur. tamen iſtud uidetur fallere, ſi interrogetur de cauſa facti deducti in articulo quando ipſum factum non eſt uerſimile, licet cauſa ipſius facti non ſit expreſſa in articulo. Patet ex illo text.cum gl.ubi teſtes producti ſuper articulo renunciationis ſpontaneæ habent deponere de cauſa ipſius: quia non eſt uerſimilis: & ratio eſſe poteſt, quia in effectu non dicitur deponere extra articulum deponendo ſuper dicta cauſa, cum illa tendat ad certificandum deductum in articulo. Et illud, quod hic dicitur, procedit, quando id, quod deponit, non concernit id, quod in articulo continetur. ¶ Tertiò declara ex his, quæ ſcribit eleganter Ang. in l. 2. ff. de iuriſdi.om. iudi. ubi dicit, quòd aut dictum teſtis non ualeret ſuper principali, ſuper quo deponit ſine acceſſorio ſuper quo deponit: & tunc ualidè in eo deponit: aut id, quod eſt probatum ſuper articulo principali, poteſt habere effectum de ſe etiam ſine acceſſorio, ſuper quo teſtis deponeret. licet forte eſſet magis iuſtificatum, uel magis uerſimiles & tunc uidetur, quòd tale dictum non ualeat. Allegat nota. ibi. Et poſſunt dici dependentia & connexa neceſſaria, ſine quibus iuramentum non operaretur, ut ſunt circumſtantiæ, de quibus in c. cùm cauſam. & ibi in glo. magna, infrà eod. ſcilicet, quando teſtis interrogatur de cauſa ſcientiæ, uel an ſit inimicus eius, contra quem teſtificatur. Et hoc modo intellige notabile dictum do. Iac. But. in l. Lucius. in prin. ff. de inſa. ubi dicit, quòd licet teſtis interrogetur de his, quæ non congruunt ad effectū, ſuper quo deponit putà, an attineat producenti? & dixi, quòd non, ualet eius dictum. Et dicit Bald. in l. teſtium. C. de teſti. quòd illud, quod eſt de appendicijs dicitur

Nulliter deponit] *Adde uer. ad hoc, quod teſtis productus ſuper certis articulis ſi iurat ſimpliciter dicere ueritatem, non intelligitur iuraſſe ſuper tota cā, ſed ſolù ſup capitulis ei nominatis. ſecundū Imo. in c. de teſtibus. col. 2. de teſtib. in hoc loco. quem refert & ſequitur Felin. in c ſuper literis. num. 23. uerſ. ſimiliter dixit Imo. ſuprà de reſer. & in. Auth. infrà in uer. Vltimo. declara.*

dicitur ad propoſitū & pertinens ad articulum: & idem Ang. in l. iam dubitari. ff. de hæredi. inſti. & uide notabile dictum do. Innocen. in c. paſtoralis. ante medium ibi, omnes ante fatentur. infrà, de excep. ubi dicit, quòd ſi actor producit teſtes ad probandum debitum, & illi etiam deponunt, quòd debitum eſt iudicatum, hoc prodeſt reo: quia licet ad hoc non fuerint teſtes inducti, tamen contingit negotium principaler & hoc dictum rememorat pulchrè Bal. in l. peremptorias. circa fin. uerſic. quæro, actor. C. ſen. reſcin. non poſ. quia productus ſup præſente obligatione deponit de eo, de quo eſt interrogatus, ſaltem tacitè. Bene facit, quod no. do. Anto. in c. cùm olim. in 6. & 16. col. infrà de cenſibus. Ad idem, quod no. Inn. in c. ex parte. poſt prin. ſuprà de arbi. ubi dicit, quòd licet arbiter non poſſit pronunciare ſuper non deductis, ut ibi, tamen poteſt ſuper contiguis ad deducta: & pulchrè no. do. Ant. in c. Quintaualli. in 23. differentia, infrà de iureiur. ſic etiam diſpenſatio extenditur ad contigua, ſecundum gloſſ. in c. quia in tantum. de præbend. & mandatum procur. ſecundum gloſſ. in c. licet. 8. q. 1. & ſententia, l. ſi cùm tibi. C. de iudic. & ibi Bart. & iuramentum, l. ſi duo patroni. §. ſi quis iurauit. ff. de iureiur. & poteſtas delegati, ſecundum Innoc. & Bald. in c. cauſam, quæ. infrà de re iud. Et quamuis Ang. in d. l. 2. ſentiat, quòd quādo id, quod principaliter inducitur in articulo, poteſt habere effectum de ſe, non ualet dictum teſtis in acceſſorio, licet aliquo modo pertineat ad iuſtificationem, uel impugnationem eius, quod continetur in articulo. tamen dicit hic do. meus, ſibi placere, quòd qualitercunque id, ſuper quo teſtis deponit, dependeat ab articulo. Probatur per dictum teſtis: quia probationum facultas non eſt anguſtanda, c. 1. ſuprà tit. 1. Vnde ſicut in materia fauorabili conceſſo uno uenit omne antecedens, uel acceſſorium, ſine quo principale eſſe poſſet, ſed non æquè commodè, ut latè per Bald. in d. l. 2. ita in propoſito, præſertim quia in diſpoſitione hominis commiſſo uno cenſetur commiſſum aliud, ſine quo licet actus expediri poſſet, tamen meliùs expeditur cum ipſo, l. cuicunque. §. ſed & ſi pecuniam. ff. de inſti. & no. glo. in l. j. §. quæ depoſi. ff. depoſiti. ¶ Quartò declara, niſi teſtis diceret aliqua conferentia ad declarationem eorum, quæ ſuper arti. deponit: quia dicuntur eſſe ex articulo, non extra articulum. Ita dicit Bart. in d. l. ſi duo patroni. §. idem Iulia-

4 ſuprà, tit. 1. ¶ Vltimò † declara, niſi teſtis iuraſſet dicere ueritatem ſuper tota cauſa: quia ſi illud, quod dicit eſſe extra articulum, facit ad cauſam, ualet eius dictum, qa deponit ſuper eo, ſuper quo iurauit, ſecundum Spec. plenè in tit. de teſte. §. 1. uerſi. item quòd deponit. & Bartol. in d. §. idē Iulianus. & Bald. in d. l. momentaneæ. Debet autem iurare ſuper tota cauſa, quando non producitur ad certum articulū, ut hic, & do. Abb. Et ratio huius declarationis eſt: quia pars producendo certos articulos, non uidetur propterea renunciaſſe productioni factæ ſuper tota cauſa, ut hic plenè per do. Anto. Et ſecundum prædicta intellige, quod not. etiam Bal. in l. teſtium. uer. circa tertias. C. de teſtib. & domi. Anton. in c. cùm cauſam. infrà eod. ubi dicit poſt Io. An. quòd licet teſtis non poſſit deponere efficaciter ſuper non contentis in libello, poteſt tamen deponere ſuper circumſtantijs petitorum in libello. Et uide Bart. in l. ſi quis legatum. in fin. ff. de falſis. ubi dicit, quod licet teſtis deponat extra articulum, tamen non peccat teſtimoniū ſuper articulo. Et uide Bal. in l. ob nudis. in fi. C. de proba. ubi dicit, ꝙ iuramentum teſtis includit in ſe ea, per quæ peruenit ad ipſum directè uel indirectè: & ideo dicit, quòd ſi teſtis productus ſuper articulo de ſubſtantia filiationis, putà quòd ſum filius, non dicat hoc, ſed quædam accidentia, putà famam & tractatum parentum, probat, nec eſt uerum, quòd ſuper eo non ſit iuratus. Et ibi etiam ponit id, ad quod allegaui do. Maria. ſuprà ante iſtas declaratio-

5 nes. ¶ Et in quantum Innoc. & alij hic tangunt, an † ualeat dictum teſtis, qui iurat poſtquam tulit teſtimonium? & communiter * concludūt, quòd non, quia iuramentum debet præcedere, per text. hic, & in c. in primis. 2. q. 1. & in c. hortamur. 3. q. 9. ut hic per do. Abb. Adde Bald. idem tenentem in c. fraternitatis. ſuprà, eo, & in l. iuriſiurandi. in princ. C. de

nus. * ff. de iureiur. & dicit ſe dixiſſe in l. j. ff. ſi cer. pet. ubi etiam uide Paul. de Caſt. facit l. hæredes palàm. §. 1. ff. de teſta. & qđ dixi in c. licet cauſam. uerſi. limita decimò.

* *Iulianus*] *Adde Iaſ. ibi. cum concord. per eum adductis. & Alexā. ibi. col. 2. & 6. in fin. ubi multa ad materiam.*

teſti. Sed ibi limitat, prout etiam limitat Gaſpar Cal. hic, niſi incontinenti poſt depoſitionem iuraſſet: quia tunc eſt præſumptio, quòd quando depoſuit, cogitauit de iuramento præſtando: & ideo præſumitur uerum dixiſſe propter reuerentiam iuramenti, quod ſciebat ſe præſtaturum, ſicut ſi priùs præſtitiſſet. Vnde ſuccedit doctrina, ꝗ colligitur ex dictis gl. & Bar. in l. iuriſiur. in princ. ff. de ope. lib. ubi Bar. refert ſe uidiſſe, ꝙ ſi pater priùs donat filio, poſtea incontinenti eum emancipat, ualet donatio: quia propter contiguitatem temporis res reducitur ad ordinē iuris: & ſic præpoſteratio ſolennitatis ſubſtantialis nō uitiat, qn ex ipſa præpoſteratione non ceſſat cā, ꝑꝑ quam inducitur diſpoſitio: ſecus, ſi ceſſaret. Vnde dicit Bald. in l. non aliter. in primo commento, iuxta fin. ff. de adop. quòd ſi iudex, qui debet interponere decretum in fine poſt cauſæ cognitionem, interponit illud à principio, iſta præpoſteratio uitiat, quia apparet, quòd illud fecit ſine cauſæ cognitione, & faciunt not. pulchrè per Domi. in c. ut circa. §. 1. in ult. col. de elect. in 6. ¶ Eſt uerum, quòd do. Abb. hic etiam iſto caſu tenet idem, quod in alijs; ſed do. meus eleganter concordat opiniones, ut prima procedat, quando teſtis iurauit ſponte incontinenti nullo interrogante, uel ipſum petente ut iuret: ſed ſi iuraſſet etiam incontinenti ex eo, quia de hoc fuit requiſitus, procedet ſecunda opinio, quia non eſt præſumptio, quod in dicto cogitauerit de iuramento præſtando à ſe, cùm neſciret, utrùm eſſet ad hoc cogendus: imo uerìſimiliter debuerit cogitare, quòd non uidendo omitti

6 in principio iuramentum conſuetum præcedere. ¶ Ratio † autem. propter quam regulariter non ſufficit, quòd iuramentum ſequatur, eſt, ſecundum Sat. in d. l. iuriſiurandi. & domi. Abb. hic: quia ſi teſtis primò iurat, poſtea deponit, præſumitur quòd timore iuramenti non dicet falſum, nec eſt aliqua cauſa impellendi ipſum ad falſum dicendum: ſed quando teſtis priùs depoſuit & poſtea dicitur ſibi, quòd iuret, ſuſpectum eſt eius teſtimonium, quia præſumitur, quòd timore infamiæ & erubeſcentiæ nunc non diceret contrarium eius, quod primò dixit: ſi autem recuſaret iurare, puniretur pœna falſi de eo, quod dixit non iuratus, ſi conuinceretur de mendacio, ut ſolenniter per Io. And. in regula, non eſt ſine culpa. de reg. iur. in 6. in Mercur. & Bart. in l. ſi quis legatum. in uer. iuxta hoc. ff. de falſis. & Paul. de Leaza. in commento c. teſtimoniū. in pen. col. infrà, eod. & Bart. in l. admonendi. uer. quæro, ſi repetiuntur. ff. de iureiur. & Bald. in d. l. iuriſiurandi. in fin. & in l. fin. in fin. C. ſi ex falſis inſtrumen. & in l. ex his. C. de teſta. mil. ¶ Item in quantum do. Abb. & Imol. hic conclu-

7 dunt, quòd † ſi teſtis ſcripſit teſtimonium ſuum, & tradit illud iudici in ſcriptis, uel eidem legit, non ualet eius teſtimonium, * per c. relatum: 5. q. 2. & c. teſtes. 3. q. 9. quia non poſſet cognoſci uultus teſtis, iuxta l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſtio. quicquid dixerit Bart. in l. Theopompus. ff. de do. præleg. & do. Anto. ubi hic per eos. Adde domi. Abbat. eadem dicentem. in c. à nobis, per illum textū. infrà qui matrimo. accuſ. poſ. & idem tenet Pet. de Anch. in c. fin. de re iudic. in 6. & do. Anto. in c. 1. in fin. infrà, tit. proxi. & Bal. in rubric. ſuprà eod. plura adducens, & Goffred. in ſumma huius tituli, §. ſuper quibus. ad fin. uerſic. quid ſi teſtis ſcribat. & Specul. in tit. de teſte. §. nunc tractandū. uerſ. quid de muto. & ibi

8 Io. An. Facit c. quē pœnitet. de pœn. diſt. 1. ¶ Fallit † primò, quo ad præſumptionem faciendam. quia illam operatur tale teſtimonium, ut per domi. Anto. Imol. poſt Hoſtienſ. in c. cùm in eccleſijs. ſuprà, de maio. & obed. Facit d. c. à nobis. & c. ueritatis. ibi, cùm multi prælati. ſuprà, de do. contu. & quod notanter dicit do. Ao. io c. cū olim. el 2. in fi. j. col. ĵ. de priuil. Vbi ꝑ illū textū, dicit idē de teſte nō iurato. ¶ Fal-

9 lit † ſecundo in non ualentibus loquitur, * ſecundum do. Ab. hic, & Spec. de uerſic. qđ de muto & docti. Ant. in c. cùm apud. infrà,

10 de ſponſ. ¶ Fallit † tertiò, niſi ageretur de probanda fama alicuius extraiudicialiter: quia poterit probari per teſtes deponentes per ſcripturam, ſecundum gloſſ. in d. c. relatum. in uerſicul. teſtimonium. per c. extrane. 23. diſt. & facit, quod in ſimili notant Innoc. & Doct. in c. 1. ſuprà de poſtu. præla. & in c. cùm in tua. infrà de ſponſ. & dixi in

* *Teſtimonium*] *Adde ad hanc materiam omnino Alex. in l. 3. §. idē Diuus. ff. de teſta.*

* *Loqui*] *Adde Alex. ī l. j. in prin. de uerb. oblig. & in l. qui iuraſſe. in prin. ff. de iureiur. cōtra Io. Fab. ī ſtit. de inut. ſtip. §. mutum. & §. teſtes. inſt. de teſtib. et Rom. in ſing. 752. incip. An mutus poſſit.*

ca. 2.

11 c.2.ſuprà,eo. ¶ Fallit † quartò,niſi eſſent teſtes,qui haberent deponere de peritia artis: quia poſſunt deponere per ſcripturam,ut probat tex. ſing.in l.pe.§.ſi.cum l.ſeq.ff.ſi menſor. falſum mo.dixe.licet dici poſſet, quòd loquit de agrimẽſoribus electis,à partibus non à iudice: quia tales ſunt potius iudices, quàm teſtes: unde iurare nõ tenentur,ut dicit do. Ant.in c.ueniens. ſuprà eo.& in c.Quintauallis.uer.quinta differentia. infrà de
12 iureiur. ¶ Fallit quintò & ultimò, niſi † teſtes uellent deponere per ſcripturam legendo ipſam in præſentia iudicis,quia tunc ceſſaret ratio d.§.tormenta.ſecundum Bal.in d. l.iuriſiurandi.in fi.& ſentit do. Anto. in d.c.cùm apud.quando dicit, quòd d.c.teſtes.loquitur in abſente, qui uult ratificari per literas, & poteſt adduci gl.in uerbo,ſcripturam.in c. qualis.30. q.5.Sed contrarium tenet Sal.in d.l.iuriſiurandi.quem ſequitur do.meus hic.non per ſuas rationes,quas dicit eſſe fragiles, & bene,ut in uoce dicam: ſed quia uidetur tunc teſtis dicere ſermonem præmeditatum, contra no.in c.cùm cauſam. infrà eod. Item quia negari non poteſt, quin melius diſcerneretur color uultus,& conſtantia teſtis,ſi teſtificaretur non legendo ſcripturam : quæ duæ non parum faciunt ad detrahendam , uel augendam teſtium fidem, l.3.uer.tu magis. ff. eo. Ideo talem iudex poteſt repellere. Et ideo puto glo.non bene locutam in d.c.qualis.quia ſi peccator legeret peccata, ceſſat pars erubeſcentiæ,contra d.c.quem pœnitet.Subdit tamen do.meus hic, quòd poſſet eſſe caſus,in quo eſſet iuſta cauſa admittendi talẽ teſtem,putà ſi factum eſſet ualde implicitum & inuolutũ : quo caſu ex inaduertentia magis quàm ex dolo dubitari poſſet de uariatione ſermonis , ſicut in tali facto probabilis error excuſat.l.ſi.& ibi Bart.ff.de confeſ. Et de materia uide etiam per Bar.in l.qui bona.§.ſi alieno.ff.de dam.infect.& Bald. in rub. ff.de iureiur.& in l.bonæ fidei.uer.ſequitur uidere. C. de reb. cred.ibi,tamen communeor. ¶ Vltimò pro complemento materiæ faciam quædam notabilia ex dictis Doct. hic. Et primò no. quòd non ſolùm,quando teſtis examinatur in caſu,quo actor eſt excluſus à productione teſtium , poteſt ipſe actor inſtare, ut ſuper illo,uel alio articulo interrogetur pro ſe: quia natura teſtimonij eſt communis, ut habuimus poſt glo. in c. fraternitatis.ſupra eo. ſed etiam, ſi ex interuallo hoc peteret. Ita per multa cõcludit hic do. meus,dicens : ſe hoc habuiſſe in facto, & non inueniſſe deciſionem in terminis : ſed iſtud probat ex eo,quod no. Inn.& do. Ant.in c.præſentium.infrà eo. ubi dicunt, quod ſi ad reprobandum teſtes partis aduerſæ ſunt producti & iurati teſtes in iudicio, & poſtea pars producens uelit renunciare illis teſtibus & eorum productioni,ut non examinentur,non poteſt altera inuita:quia per productionem illi teſtes ſunt effecti cõis. Ex quo patet quòd etiam ſi pars producens teſtes non uelit eos facere examinari , tamen altera pars poterit eos facere examinari pro ſe. Multò ergo fortiùs dicetur effecti communis , quando pars ultra productionem fecit eos examinari. Et non eſt mirum in caſu noſtro,ſi ex perſona rei actor conſequitur,quòd ex ſe conſequi non poſſet,per tex.notabilem in l.petendæ.C.de temp.in inte.reſti.pet.& in l.fi.C. de fru.& lit.expen. Ad idem adducit,quod no.Inn.do. Anto. & do.Ab.in c.ex conqueſtione.ſuprà de reſti.ſpol.ubi dicunt, quòd quando reſcriptum delegati eſt præſentandum iudici,& pars citata , ipſo iure eſt effectum commune reo , adeò quòd actor reo inuito illi renunciare non poteſt, nec in caſu noſtro imputatur parti, quæ tempore examinis non inſtetit, ex quo ſciebat teſtem in ueritate eſſe communem , & ius ſuum ſaluũ durare,l.ſicut.§.non uidetur. ff.qb.mo.pig.uel hypo.ſol. Aliàs ſequeretur,quòd in caſu,de quo in d.c. ex conqueſtione. non poſſet ex interuallo poſt præſentationem reſcripti reus uti illo: quod eſſet contra Doc.ibi. Et iſtud eſt bene notandum.ſe-
13 cundum ipſum. ¶ Secundò no. quòd † teſtis ſimpliciter iuratus,intelligitur ſuper tota cauſa iurare, ſecundum do.Anto.& Imo.hic: & hoc,quia indefinita æquipollet uniuerſali.*,quando eſt eadem ratio omnium in definitè comprehenſorum, ut latè per Bart.in l.ſi pluribus.ff.de leg.2. Et hæc eſt interpretatio conueniens iuri, quando teſtis debet iurare deponere uerum ſuper tota cauſa,ſecundum Bar.in l.ſi duo patroni.§.idem Iulianus.* ff. de iureiur. & dixi in d.c.fraternitatis. Et hoc eſt uerum,ſecũdum Imol. etiamſi pars produxerit poſt teſtes certos articulos : quia per hoc non uidetur reſtringere productionem teſtiſ in indefinitam,ut dixi poſt Spe.ſuprà in 5.declaratione: quia per productionem unius iuris non uidetur alteri renunciatum , niſi quando ſunt incompaſſibilia, uel electione tolluntur,l.Lucius.ff.de peti.hær. Et de hoc etiam per do. Ant.in c.per tuas.uer.quæro, an teſtes.infrà eo. Et iſtud eſt ualde notandum pro ſuſtenendo dicto teſtis deponẽtis extra articulos,ut dixi in 5.declaratione. ¶ Tertiò no.ſecundum do. meum ultra
14 alios,quòd † ſi actor eſt excluſus à facultate producendi teſtes,ut hic in fi. & uelit, quòd teſtis ſimpliciter productus ab altera parte interrogetur ſuper intentione ipſius excluſi,non audietur : quia licet iurauerint ſimpliciter in tota cauſa,tamen indefinita productio debet reſtringi ad intentionem producentis, in quo non eſt uerſimile , quòd uoluerit producere teſtem , per quem detur facultas actori probandi intentionem ſuam,cùm hoc ſit ad eius præiudicium,& inducta ad unum finem,non debent operari finem contrarium,l.qui hominem.§.fi.ff.de ſol. & regula,quod ob gratiam de reg.iur. in 6. Vnde non uidetur eſſe productus, niſi ſuper exceptionibus & defenſionibus rei , & nõ æquipollet in definita uniuerſali,quãdo non eſt eadem ratio omnium in indefinita comprehenſorum, ut per Bart.in d.l. ſi pluribus. Et hoc credit ueriſſimum, quando actor, qui fuit excluſus à facultate probandi,non plenè probauit intentionem ſuam,uel ſaltem taliter,ut reus probabiliter poſſit ſuſpicari deferendum eſſe iuramentum in cauſa,niſi autem alter iſtorum non interueniret: tunc quia fortè intentio rei potuit eſſe uelle producere teſtes, qui de directo reprobarent intentionem actoris : dicemus, quòd ceſſat ratio præmiſſa,ut teſtis uideatur iuratus ſuper tota cauſa: & conſequenter poterit ad inſtantiam actoris interrogari etiam ex interuallo. Ita dicit ipſe ad literam.

Æquipollet uniuerſali] *Adde quòd oratio indefinita ex propria ſignificatione omnino diſtinguitur ab uniuerſali,nec ei æquipollet tametſi quãdoque ex ſubiecta materia,uel ex cõ-* *iectura ad biblicæ benigniori interpretatione,in uniuerſum accipienda ſit ſecundum Bar. in l. omnes populi. num.57.ff.de iuſt. & iur. & eſt communis * opinio doct.in c.ut circa. de elect.in 6.et tenet pro conſtanti, quod quando ſermo in enerſis in definita non æquipollet uniuerſali.l.2.ubi Doct.ff. de lib. & poſth.Bart. in l.1.§.ſed etſi.ff. de uent.in poſ.mit.*

Idem Iulianus] *Adde ibi Alex. plene. & Bald. in marg.uer. teſtis, col.9. & Alex.in l.2. ff.de iur.omn. iudic.*

S V M M A R I V M.

1 *Agens poſſeſſorio poteſt allegare titulum coloratum.*
2 *Tertius non poteſt petere publicationem teſtium examinatorum pro partibus principalibus.*
3 *Acta facta cum collatore non nocent electo.*
4 *Atteſtationes apertas habens penes ſe,præſumitur eas didiciſſe.*

C A P I T V L V M XXX.

CONSTITVTVS. ¶ Teſtes examinati inter alias perſona,nõ poſſunt peti publicari à tertio: & ſi teſtes examinati reperiũtur penes partem , præſumit didiciſſe teſtificata * unde excludit ab alijs producendis.H.D. ¶ In tex. ibi, Canonicè conſtituiſſent. No.ſecundum
1 Io.An.do.Ant.& Imo.quòd agens † poſſeſſorio non facit ineptè , ſi dicit ſe Canonicè inſtitutum : quia licet ſufficeret dicere de poſſeſſione, cum literis. ſuprà de reſt. ſpo. tamen per hoc oſtendit,quòd incumbit poſſeſſioni,non ut prædo.Simile in c.ex parte B. ſuprà de foro comp. & facit ad notata in Spe.co.tit.§.nunc uidendum.uer.ſed pone, ago. Et ſic debet probare titulum ſaltem coloratum , in tantum quòd pars aduerſa admittatur ad probandum per teſtes ſuper titulo incolorato eius , qui petit ſe reſtitui. Patet in uer.alioquin. ¶ In tex.ibi, aperire noluimus.No.ſingulariter & tene menti, ſecundum do. Abb.& do.
2 meum, quòd † ſi teſtes ſunt examinati inter partes principales in iudicio, tertius etiam pro ſuo intereſſe adherens cauſæ non poteſt illos petere aut facere publicari,quaſi examinatos inter alios perſonas : quia, ſecundum gloſſam hic, in uerbo, Eboracenſem.teſtes hic iſti examinati inter alias perſonas nõ
3 faciunt fidem pro iſto tertio. Ex qua ratione infertur,quòd † iudicium,uel acta facta cum collatore,non nocent electo,uel ei, cui eſt facta collatio. Et rationem uide hic per do. Abb.& traditur per gloſſ.in c.hæc quippe.3.q.7.& in c.tantis.81.diſt. & in c.

Teſtificata] *Adde de Pan.de Caſ. in l. nemine.ff.de leg. & ſeſſ.l.10.uec. clarum eſt in uers. col.2. Alex. conſ. 65.par.4.& conſ. 111.par.1.*

& in c.ad petitionem.infrà de accuſ.& in c.cupientes.§. cæterùm.in uerbo.nullum præiudicium.de elect. in 6. & Imo.in c. dudum.el 2.in gloſſ. in uerbo, partibus.ſuprà de elect. & in c. ſtatuimus.in ult.gloſſ.eo.tit.& gl.n.in c.pe. infrà de re iudic.& ibi extenſè per omnes. Sed pondera diligenter iſtam rationé gloſ.ſcilicet quòd non faciunt fidem:quia multùm facit contra ea,quæ diximus in c.cauſam. el 1.in prima fallentia tertiæ regulæ,ſuprà eo.ſcilicet quòd atteſtationes non proſint alijs habentibus ius connexum, etiam quo ad ſemiplenam fidem: & in hoc uidetur ſubſiſtere Bald.hic in fin.niſi dicas,quòd poſito quòd fidem facerent, tamen non operantur tantum. quòd ad præiudicium illius,qui nõdum compleuit productionem ſuã, debeat fieri publicatio petente iſto tertio. ¶ In text.ibi,apud
4 eum depoſitis. Not.iuncta gloſſ.ſecundum omnes,quòd † nedum publicatio impedit productionem, ſed ſola notitia atteſtationum,nõ ſolùm certa,ſed etiam opinata:qualis eſt iſta reſultans ex hoc, quòd partes penes ſe habuerint atteſtationes: propter quod præſumitur eas percunctatus:& optimè facit ſecundum Bal.hic,l. nõ eſt ferendus.ff.de tranſact.niſi recopiſſet eas clauſas,& ita reddidiſſet,ſecundũ Hoſt.& alios hic:pro quibus facit l.1.§.ſic iſta.ff.depoſiti. & quod not. Bar.ibi,& Inn.& alij in c.fi.ſuprà quod metus cauſa. Et ex his dicit Bald.hic,quòd licet pendentis litis acta poſſint committi cuſtodienda parti, tamen cauere debet pars,quid agat,per iſtum tex.& dicit Bal. non eſſe curandum de his, quæ circa ſeriem facti tradunt hic Doct.quia in iſtis non conſiſtit uis,quæ ſapiat ius

SVMMARIVM.

1 *Publicatis atteſtationibus,nihil poteſt opponi contra perſonas teſtiũ. Quæ regula fallit aliquot caſibus,nu.2. 3.4. 5.*

6 *Teſtes ſi deponant in fauorem eius, qui proteſtatus eſt de teſtibus reprobandis,non creditur eorum depoſitionibus.*

7 *Producens teſtem an poſſit eum reprobare.Fallit numero 8.9.10.*

11 *Teſtes falſos producens,licet alias excuſaretur dicendo ſe eis uti nolle,non tamen excuſabitur, ſi produxit articulum falſum.*

12 *Pars ſi interrogatur,an uelit uti teſtibus,uel inſtrumẽtis, & reſpondeat,uolo,in quantum uera ſunt,alias non pars aduerſa poteſt petere,ut ſibi præfigatur terminus ad deliberandum & reſpondendum præciſe.*

13 *Falſitas teſtium ſi patet ex dictis ipſorum, tunc pars utendo teſtibus incidit in falſum.*

14 *Teſtibus deponentibus pro illo,qui proteſtatus eſt ſe uelle obijcere in eorum perſonas,non creditur.Fallit numero 15.16.17.*

CAPITVLVM XXXI.

PRAESENTIVM. ¶ Publicatis teſtibus non poſſunt teſtes reprobari, niſi in tribus caſibus hic poſitis:& teſtibus,contra quos fit proteſtatio,non facile creditur in fauorem proteſtãtis. Hoc dicit,& eſt una ex clauibus huius ti. ¶ No.
1 inter cætera, quòd † quamuis regulariter publicatis teſtibus non poſſit opponi in perſonas eorum,qui teſtificati fuerunt,quia præſumitur quis prouocatus malitioſè muneri tamen fallit in tribus caſibus. ¶ Primò, quando purgat hanc præſumptionem proprio iuramento: quia cùm ſit conſiſtens in animo,aliter tolli non põt.Facit c. nullius fi.de elec. in 6.An autem iſtud ſit ſemper uerum, uide per Doct. in c.ſignificaſti.el 2.infrà de homi. & ibi tractaui. ¶ Secundò fallit, niſi præceſſerit proteſtatio de ipſis reprobandis: quia excludit dolum præſumptum.Et formã huius proteſtationis ponit Spe. eo.tit.§.ſæpe.in prin. Nec requiritur conſenſus partis aduerſæ in ipſa proteſtatione,cùm ſit ſimplex declaratio animi,de eo quod dependet ex ſola uoluntate proteſtantis,l.Neſennius.in prin.ff.de neg.geſt.latè Bart.in l.non ſolùm.§.morte.in primo art.ff.de no.ope.nuncia.& no.do.Ant.& do. Abb. hic, quia in iſto text. non fit mentio de conſenſu iudicis, uel partis, licet Innoc.hic aliud dixerit,cuius dictum ſaluat do.Abb.uno caſu, uidelicet quando pars non proteſtaretur reprobare teſtes,ſed quòd eſſet ſibi ſalua facultas reprobandi teſtes.Et ratio differentiæ:quia primo caſu proteſtatio fit ſecundum ius ex ijs,quę pendent ex animo: & hoc permittitur per iſtum text. ſed in ſecundo caſu proteſtatio fit contra ius. Patet ex iſto text. ubi facultas reprobandi teſtes non durat publicatis teſtibus:& ſic non releuat,niſi pars conſentiat,c.inter dilectos.circa mediũ, infrà de fide inſtru.Et licet proteſtatio,de qua in tex.ſufficiat ſine iuramento malitiæ,de quo hic dicitur:tamen hoc eſt uerum,ſecundum Inno. & do.Abb.hic in proteſtante contra teſtes productos in negotio principali.Secus,ſi contra teſtes productos ad reprobationem teſtium cauſæ principalis.Eſt enim tunc maior præſumptio malitiæ, & ideo ultra proteſtationé opus eſt iurare, quòd non malitioſè opponit. Et ita intellige text.in c.præſentium.in fin.de teſtibus.in 6.Et ſubdit do Abb. eſſe aduertendum: quia in hac proteſtatione non oporteat ſpecificare crimina,uel defectus: ſed poſtea ante quàm producat teſtes reprobatorios, bene opus eſt ſpecificare, per d.c.2.& in hoc uide pleniùs ibi d.§.teſtes. in ult.q.& do.Card.in cle.conſtitutionem.§.1. in 3.q. de elect.ubi idem tenent,dicentes: quòd etiam lapſo termino ad opponẽdum crimina poſſunt oppoſita ſpecificari: quia declarans non addit.Et pro his eſt tex.in d.c. 2.ubi crimina fuerunt obiecta ſine ſpecificatione: ſed poſtea Papa mandat,ut coram deputato ad receptionem teſtium fiat ſpecificatio. Et ſecundum prædicta intelligas Bald.in authen.
2 ſi dicatur in fin. eo. ¶ Tertiò fallit principaliter, niſi † probetur,quod de nouo didicit ea,quæ opponit nunc poſt publicationẽ:& in hoc ſtabitur iuramento:ut hic glo.& bonus text. in ſimili in c.nulli.in fi.& in c.ut circa.de elect.in 6.& in c.in-
3 notuit.ſuprà de elect. ¶ Quartò fallit ultra text.& Doc.niſi † uolens opponere probaret ſe per iudicem fuiſſe impeditũ opponere.ut eſt tex.ſecundum intellectum gl.in uerbo, recepta. in c.cùm I.& A.de re iudi.nec eſt mirum: quia etiam exceptio dilatoria eo caſu admittitur poſt lit.conteſt.ſecundum glo.in c.ex conqueſtione.ſuprà de reſtit.ſpo.Facit,quod not.do.Ant. in c.tam literis.infrà eo. per illum tex. Sed fortè iſto caſu requireret proteſtationem contra iudicem præceſſiſſe. arg. c.ſi iuſtus metus.infrà de app.& eorum,quæ no. Bar.in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori.ff.de ope.no.nun.& glo.in c.cupientes. in princ.in uerbo,propoſita.de elect.in 6.& dixi in c.licet cau-
4 ſam.ante gl.in uerbo,opponi.ſuprà ti.1. ¶ Quintò fallit,niſi † ageretur de exceptionibus inhabilitantibus teſtes, quæ non poſſunt ex partium uoluntate tolli: ut,quòd teſtis ſit Iudæus, hæreticus excommunicatus,& ſimiles:quoniã tales exceptiones etiam publicatis teſtibus poterunt opponi abſque ſolennitate iuramenti,de qua hic:ſed iſte text. loquitur de exceptionibus,quibus tacitè pars renunciare poteſt:putà, conſanguinitatis,domeſticitatis,& ſimilium.Ita declarat Ioan.in add.Spe. in iſto tit.§.ſæpe.in princ.& Bal.in l.ſi quis teſtibus.in ultima. colum.C.de teſtibus.quia in ſecundo caſu uidetur pars tacitè remittere exceptionem,quod poteſt.ſecus in primo caſu,quia non eſt in uoluntate partis etiam expreſsè habilitare, quem lex inhabilitat, multò minùs tacitè.Idem dicit ibi Ioan.And. ſi eſſet inhabilitas iuris naturalis,putà de impubere,uel furioſo, quia ius naturale eſt immutabile, 5. diſt.c.ad eius.& §. ſed naturalia. Inſti.de iure natur.Sed iſtam fallentiam impugnat Sal.in d.l.ſi quis teſtibus.& pleniùs do.meus hic, dicens in effectu, quòd ratio excludendi partem à facultate opponendi contra teſtes,non eſt tacita remiſſio,ſed præſumpta malitia, propter quam exigitur iuramentum ipſam purgans.Si enim eſſet tacita remiſſio, ſequeretur, quòd iudex non poſſet repellere teſtem,qui fateretur ipſi iudici ſe eſſe inimicum partis,ex quo pars non oppoſuit, & hoc eſt falſum, per text.in c.inquiſitionis uer.aut etiam aduerſus.& ibi notant omnes,infrà,de accu. & Bald.in authen.ſi dicatur.C.de teſti.& tamen iſta eſt exceptio inducta fauore partis, ut exemplificatur in locis prædictis. Sed tamen aduerte,quia licet ipſe non dicat,iſtud eſt cõtra ea, quæ diximus in c.intimauit.in fi.ſuprà eo.poſt do.Ant. in c. cùm dilectus. ſuprà de conſue. uidelicet,quòd teſtem inhabilem ſimili inhabilitate non poteſt iudex repellere parte nõ petente. Et non uideo aliud reſponſum,niſi dicamus,quòd iſta non procedunt,ubi ſoli iudici interroganti teſtem eſt cognita inhabilitas maximæ inimicitiæ, quo caſu non eſt, quid imputetur parti non inſtanti pro repulſione. Vnde poteſt rationabiliter iudex teſtem repellere, propter quod habes notabilem limitationem ad ibi dicta.Mouetur etiam do.meus,quia pars non contradicens, tacitè uideretur renunciare,tunc non deberet admitti publicatis teſtibus cum iuramento malitiæ dificientis, quia ex quo per renunciationem eſt quæſitum ius parti,non poteſt uariare in præiudiciũ partis,c.ab eo.de elect. in 6.l.ſi poſt mortem.in fin.ff.de contra tabu.cum ſimilibus.Et ideo concludi.quòd etiam in caſu huius fallentiæ opus eſt iu-
5 ramento, prout hic in tex.huius.c. ¶ Sextò fallit, niſi † teſtes fuiſſent recepti ad iuramenta parte abſente, quia non habet locum iſta decre. in quantum excludit uolentem reprobare teſtes

teſtes poſt ipſorum publicationem, ſecundùm Bald. & Salic. in d.l.ſi quis teſtibus.quia pars abſens non poteſt dici conſentire ad ſui præiudicium, l. 2. §.uoluntate.ff. ſolut. matri. Sed contrarium tenet hic dom. meus per prædicta,uidelicet quòd non attenditur renunciatio, ſed præſumpta malitia: quæ habet locum etiam in abſente, non ſolùm ſi ſunt edita ſibi nomina teſtium: ſed etiam,ſi ſimpliciter citatus neſciret, qui teſtes eſſent producendi, ne melioris ſit conditionis contumax, quàm præſens: quia contumax ad ſui præiudicium pro præ* ſente * habetur,c. 1. de eo, qui mit.in poſ. lib.6. Stetit enim per eum,quo minùs poſſet cognoſcere teſtes. Vnde non eſt ſine ſuſpicione, quaſi uideatur ſe abſentaſſe,ut eſſet ſibi largior facultas reprobandi teſtes, ſi dicerent contra eũ. Et ita tranſeo. ¶ Not.

Pro præſente] *Adde text. in aut. qua in prouincia. in fi. & ibi Bal. C. ubi de crim. ag. oper. glo. in l. de uno quoque. ff. de re iudic. & Bal. in l. cum fratrem. col. fin. C. de his quib. ut indig.*

6 ultimò, quòd † in fauorem eius, qui proteſtatus eſt de teſtibus reprobandis, non creditur dicto talium teſtium. Et ratio poteſt eſſe: quia per talem proteſtationẽ uidetur aſſerere non eſſe credendum dictis eorum, tanquam falſis. Vnde ſi teſtis dicit in eius fauorem, uidetur aſſerere illud falſum. Et certum eſt,quòd in præiudicium partis magis ſtatur aſſertioni partis, quàm dictis teſtium. Vnde dicit notanter Inn.in e.cùm contingat.ſuprà de offic. deleg.& ſequitur Bart. in l. 2. ff. ſi cert. pet.& dixi ſuprà eo.cùm tu.quòd dicta teſtium nunquam reducantur ad concordiam cum dicto partis: quia aſſertioni partis ſtatur,quicquid dicant teſtes. ¶ In glo.1.in fi.Pro declaratione gl.& eorum,quæ ſuper ipſa ſcribuntur, facies conclu-

7 ſiones. Prima concluſio. Producens † teſtem non poteſt eum amplius reprobare, ut in gloſſ. etiam in alia cauſa: quia eſt approbatio perſonalis, quæ attenditur, quomodocunque de perſona diſputetur, l. ſi quis teſtibus.alleg. in glo.ſicut uidetur econtrà,de qualitate inficiente,e.cito turpem. 1.q.1. & pro hoc allegant do.Ant.& do.Ab.quod notat Inn.ſolenniter in e.cùm uenerabilis.in glo.incipien. Quaſi dicat,ante fin.infrà de except.ubi dicit,quòd ſi admitto aliquem ad unum officium,non poſſum eum repellere ab alio officio,ubi conſimiles perſonę requiruntur:ſecus autem,ſi diſſimiles.& facit tex. melior de iure in e.accepimus.uer.pſertim.3. de æta.& qualit. Ad idẽ,qđ not.Bar. in l.Caſſius.in ult.q.ff.de ſenat & Bal.notabiliter in e.1.§.ſi duo.ante finẽ,de pace tenenda.ubi dicunt, quòd reprobatus in uno officio non poteſt deputari ad aliud ſimile.Bene facit l. 3. §. quæri autem.ff. de ſuſpect.tut. & cum dicto Inn.concor.late do. Anto.& do. Abb.in c.dilecto.infrà, eo.& latiùs in d.c.cùm uenerabilis. Et ex eo,quod dicit,ſecus, ſi diſſimiles: infertur,quòd approbatus in rectorem,non dicitur approbatus in Doctorem, ut per do. Abb.ibi:pro quo uide elegans conſilium Oldr. 19. quod incipit, Circa primum articulum. cuius dicta uſurpat ſibi Ioan.And. in addit. Spec. in rub.de iure patro.ubi concludit, quòd epiſcopus poteſt repellere à beneficio curato illum,quem ordinauit ad ſacerdotiũ: quia non omnis ſacerdos eſt aptus ad curam: nec d.c.accepimus.aptat ad curam: ut ibi per eum latè: cum quo ſatis concordat Domini.in c.ordinarij. §.1.in ult.col.de offic.ordi.lib. 6. Et facit ad quæſtionem de diſpenſato ad ſacerdotium non obſtante certo defectu,an cenſeatur diſpenſatus ad curatum? De quo per Io.And.in c.2.ſuprà de fi.presby.& do.Ant.in c.1. eo.tit. & Oldr. conſil. 315. incip. Puncta breuia. Iſtis etiam adde Bart.in l.mulier.ff.ſol.matrimo.& in l.fin.C.de edi. diui Adria.tol.ubi dicit,quod ſi facio te citari ut compareas,ſemp diceris legitimus contradictor: quia citando perſonam tuam

8 approbaui,niſi dictum fuiſſet,ſi tua putaueris intereſſe. ¶ Et † habet locum iſta concluſio,etiam ſi producens non ſit uſus teſtibus:uel,quia non potuit: uel, quia teſtis pro eo non dixit,ſecundum Spec. & Io. And.in tit.de teſte.§.ſæpe.uerſic. quid ſi eum. quia approbatio cauſatur ex ſola productione ad iudi-

9 cium. Et ſequuntur Scribentes hic. ¶ Fallit,ubi † non potuiſſet uti: quia pars aduerſa eos impugnauit, & repulit: tunc enim in alio iudicio poſſunt teſtes à producẽte impugnari,ex quo approbatio ſua fuit improbata per iudicem ex facto partis aduerſæ,ſecundum Bald. ſignanter in d. l. ſi quis teſtibus. ptopter doctrinam Inno. & aliorum in e.mulieri.infrà,de iureiur cum concor. ¶ Quid autem ſi ſemel reprobaui teſtem in iudicio, & fuit pronunciatum inhabilis, an poſſum eius perſonam approbare in alio iudicio? Dic, quòd non, ſecundum do. Anto.in c.cùm olim.in 8.col.infrà de cenſi.Allegat Inno. in c.cùm uenerabilis.Sed limita,niſi eſſet inhabilitas pendens à poteſtate partis, per prædicta: & ſentit Dominic.poſt Archi.

10 in c.ſi quid ueri. 37.diſt. ¶ Fallit † autem iſta concluſio,niſi teſtis fuiſſet approbatus in iudicio ſummario: quia poſſet opponi exceptio in perſonam in plenario, ſecundum do. Ant.in c.ueniens. in 7.col.uer.oppono,quòd bona fuerit allegatio.infrà, eo. per illum text. uel niſi opponeretur inhabilitas noua, uel etiam antiqua,occulta,ſecundum do.Abb.hic.per c.nulli. infrà, de elect.in 6. uel niſi alia cauſa accidentalis teſtem inhabilitaret,ut in exemplo,qui olim mihi fuit teſtis:nam ſi litigo contra eius filium,potero eum repellere ab eius teſtimonio,ſecundum Inno.in d.c.cùm uenerabilis.& do. Anto.& do. Abb. hic. Et iſta procedunt ex parte producentis: ſed ceſſant ex parte eius,contra quẽ producitur, quia etiamſi non reprobaſſet nunc teſtes, per hoc non impediretur in alia cauſa eos reprobare,ſecundum Spe.& Io. And.in d.§.ſæpe.uer.pe.& do. Ant.& do.Abb.hic,per text.in l.uoluntariæ.C.de excuſ.tuto. facit,quod not.in c.dilectus.el 1. ſuprà, de reſcrip. ¶ Secun-

11 da concluſio.Producens † teſtes falſos,dato quòd aliàs excuſaretur dicẽdo ſe nolle eis uti,l.ſi falſos.C.de falſ.non tñ excuſabitur,ſi produxit articulũ falſum:quia uidetur induxiſſe teſtes ad probandum falſum. Vnde non eſt locus pœnitentiæ conſummato delicto ex propoſito l.qui ea mente.ff.de fur.Ita dicit Bart.in d.l.ſi falſos.& ſequitur do. Abb.hic.Et iſtud procedit abſque dubio in producente ſcienter falſum articulum, quia committitur falſum producendo teſtem ſuper eo. Et ita proprie loquitur Bart. ibi, & ſic uidetur ſe reſtringere in l. 3. in ult.uerbis.C.de fid.inſtru. Si autem certum eſt,uel præſumptio iuris clara,quòd qui fecit falſum articulum, formauit illum ignoranter,uel quia erat de facto alieno,uel de facto proprio,in caſu quo in eo præſumitur ignorantia,ut latè p Doct. in c.ab excommunicato. de reſcrip. & tunc uidetur concluſio non procedere,ſecundum do. meum hic. ¶ Si autem eſt dubium an ſciuerit,& tunc dicit ipſe,quòd ſi uſus eſt teſtib.uſque ad ſententiam dicitur commiſiſſe falſum, quia non præſumitur errare in facto proprio, ſi autem aduerſario proteſtante de falſo ſtatim renunciet uſui teſtium, non procedit concluſio, quia oritur præſumptio pro renunciante, quæ ſicut facit præſumi errorem iuris,qui aliàs non præſumitur ad euadendam pœnam,ut eſt caſus notabilis,& ibi Bart.in l.ſi adulteriũ. §.1.ff.de adul.ita præſumitur in facto proprio eadem ratione, dum modò ille, qui renunciat uſui teſtium, allegat errorem, & dicat ſe erraſſe in artic.Et hoc modo intelligi poterit,quod ſcribit Bal.in l.j.in ult.col. C.ſi ex falſ. inſtr.ubi expreſſè uidetur tenere,quòd producens teſtem ſuper falſo articulo,poteſt euitare falſum renunciando uſui teſtium,ſecundum dom. meum hic. Et adde, quod not. Gandinus in tractatu maleficiorum, in tit. de falſis.ubi dicit, quòd ſi uteris contra me inſtrumento cum proteſtatione,quòd non intendis eo,uti,ſi eſt falſum, & ego aſſignarem tibi cauſas falſitatis, & non deſiſtis ab eius uſu, ſed uis deſiſtere in fine cauſæ; non ſufficit ad euitationem pœnæ, quia certioratus ſtatim non deſiſtens nõ caruit dolo, l. 3.ff. de lib.& poſthu.Secus dicit, ſi inſtrumentum probetur ſuſpectum, non tamen falſum, per l.eius.ff. de pro-

12 ba. ¶ Tertia concluſio.Si † pars interrogatur, utrùm uelit uti teſtibus,uel inſtrumentis,dicat,intendo uti in quantum appareant uera,aliàs non,poteſt aduerſarius facere ſibi ſtatuti terminum ad deliberandum & reſpondendum præciſe, an uelit uti,uel non,ſecundum Bart.in l.diuus.la 2.ff.de falſis. & plenè inſtat do. meus hic, cui adde pleniùs Lapum allegatione 119.incipiente.Quarto,pone.ubi diſputando idem concludit, maximè quia probatio redditur ſuſpecta, ex quo producens dubitat, quia non audet aſſerere uerum. Et ad incurrendum falſum non eſt neceſſarium, quòd aliquis ſciat pro certo probationem eſſe falſam,ſed ſufficit,quòd credat uериſimiliter talem eſſe, ſi cum ſua opinione concordat ueritas, quia uerum eſt,aliquem fuiſſe uſum falſo inſtru. & doloſe, ex quo credebat illud eſſe falſum,unde debuit abſtinere,l.3.C.de fid.inſtr. & d.l.falſos.Vnde non poteſt dici,quòd hic cogatur reſpondere de ueritate in facto alieno,contra l.Marcellus.§.1.ff.rerum amota. & Bart.in l. 2.§. quod obſeruari. C.de iura.calum.ſed ſtatuitur ſibi terminus ad informandum de credulitate. Et

13 no.quòd ad hoc,ut ille,qui utitur falſo inſtrumento,uel falſo teſte,poſſit condemnari de falſo,non ſufficeret,quod pars aduerſa interrogaret, utrùm uellet uti inſtrumento, ſicut ſentit Bart.

Bart. in d. l. ſi falſos. ſed erit neceſſe, quòd udiſigat cauſam interogationis. Ex hoc oritur præſumptio contra producentem.
13 Ita dicit Bart. in d. l. diuus. ¶ Item not. quòd † ſi falſitas teſtium productorum patet ex dictis ipſorum teſtium, tunc pars utendo teſtibus incideret in falſum, etiam ſi pars aduerſa non proteſtaretur aliquid: quia falſitas eſt notoria, quæ conſtat ex actu. Vnde non poteſt allegari præſumptio ignorantiæ, uel error iuris, cap. 1. ſuprà de poſtu. præla. cum ſimilib. Vnde tunc eſt neceſſaria cautela, ſecundum doctrinam Bar. in locis præalleg. quòd quã primùm pars legit teſtes, ſi uidet aliquem falſum dixiſſe, proteſtetur nolle ſtare eius dicto. Vbi autem falſitas eſſet probanda extrinſecus, tunc eſſet diſtinguendum, ut in præcedenti concluſione. Cætera dic, ut per Bald. in l. 3. C. de fi. inſtru. & in l. fi. in ulti. col. C. ſi ex falſis inſtru. ¶ In glo.
14 fi. in fi. Materiam † huius glo. quotidianam, & à Doctoribus intricatam, expedias clarè, faciendo regulam cum caſibus exceptis. Eſt enim regulare, quod dicit text. in fi. quòd non creditur de facili, id eſt, nullo modo, teſtibus in fauorem eius, q contra eorum perſonas proteſtatus eſt. Et aſſignatur ratio duplex, nec requiritur concurſus utriuſque, ſed altera ſufficit. Prima eſt: quia dicta teſtium ratione habilitatis perſonæ uidentur aſſeri non uera à proteſtante. Secunda, ne teſtes ipſi fortè timore impugnationis mentiantur: propter quæ pro ipſo
15 non probant. ¶ Fallit primò iſta regula, niſi † proteſtans non proceſſiſſet ad actum reprobationis, ſed proteſtationi renunciaſſet ante teſtium depoſitionem, quia tunc etiam pro ipſo probabunt, ſecundum Ioan. An. do. Ant. & Imol. hic, & quamuis do. Abb. ex mente huius glo. dicat, quòd etiam tunc, quantum probent, eſſet in arbitrio iudicis, quia quantum in ſe fuit, proteſtans reprobaſſet, tamen primos ſequitur hic domin. meus: quia ex quo in habentibus cauſam ſucceſſiuam admittitur pœnitentia abſolutè, ut probant leges allegatæ poſt princi. gloſſ. hic, & ceſſat cauſa, propter quam teſtis deponens pro proteſtante eſt ſuſpectus, uidetur, quòd ſit integrum eius teſtimonium. Et hoc de inſtrumento impugnato clarè ſentit Bartol. in d. l. poſt legatum. in prin. ff. de his, qui. ut indig. ¶ Sed licet domi. Abb. & domi. meus non dicant, iſta fallentia reſtringitur ſolenniter ſecundum domi. Io. An. do. Ant. & Imo. hic, dum præſupponunt poſſe renunciari proteſtationi, ut habeat locum re integra ex parte proteſtantis. nam ſi aduerſarij intereſſet, putà quia feciſſet expenſas ratione proteſtationis alterius, non poteſt eo inuito ab illa recedere, niſi refuſis expenſis, ſecundum eos dicentes notabiliter idem, ſi iam produxiſſet teſtes reprobantes: quia ſi fortè pars, contra quam fuit proteſtatum, intenderet iuuari aliquo modo ex illis teſtibus, non eſſet locus pœnitentiæ ipſa inuita, & bene facit c. ab eo. de elec. in 6. cum ſimi. Et idem, ſi per inſtrumentũ productum uellet eos reprobare. Et tale inſtrumentum face-
16 ret pro utroque, ut hic eleganter per eos. ¶ Fallit † ſecundò, niſi proteſtatio non eſſet in forma, de qua dixi poſt do. Ab. in 1. notabili, ſed ſimpliciter fuiſſet dictum, ſaluis exceptionibus in dictis & in perſonis, prout ſeruat practica, quia talia uerba non declarant uelle impugnare teſtes, ſed reſeruãt poteſtatem impugnandi ante publicationem, ſed non affirmat proteſtantem impugnaturum. Vnde quoniam probationes non ſunt anguſtandæ, l. quoniam. C. de hæret. dicit hic ſolus dominus meus, ſe non credere, quòd derogetur fidei teſtium in fauorẽ proteſtantis, niſi pars ultrà procederet, dicendo, quòd intendit reprobare, ſecundũ ipſum, pro quo adduci poteſt, quod not. Bart. in l. non putauit. §. non quæuis. ff. de contra tab. cum ſimilib. ¶ Fallit tertiò, niſi etiam non reuocata proteſtatione uellet poſtea proteſtans uti dictis teſtium, non quidem in capitulis ſeparatis, ſed ſuper eodem capitulo, uel connexo, quia poſſet, non obſtante impugnatione, uel proteſtatione ſimplici non reuocata, quæ ſola alias impedit. Ita ſolenniter uoluit hic dom. Abb. per id, quod not. Inno. in c. cùm olim. infrà de cenſi. ubi idem dixit de impugnante inſtrumentum. Poſſunt enim talia diuidi, quo ad effectum probationis. l. Publia. in fi. ff. depoſiti. plenè Bart. in l. Aurelius. §. idem quæſijt. ff. de lib. leg. & in l. quædã. §. nummularios. ff. de eden. & Bald. in l. unica. C. de confeſ. bonus text. in c. tua nos. infrà de ſponſ. ¶ Sed contrarium tenet do. meus hic, & pro certo bene, quia cùm prædicta regula ſit inducta in odium impugnantis; ut patiatur pœnam iniuſtæ impugnationis, non uidetur iuſtum, quòd expugnatio iuuetur, per regulam, ex eo. cum ibi allegatis, de reg. iur. in 6. Item, quia hic concurrit ratio huius gloſſ. in fin. quod timore proteſtationis fiat mentiti: propter quod oritur præſumitur contra iſtum. & ideo ſuccedit magiſtralis theorica Bart. in d. §. idem quæſijt. & Bald. in d. l. unica ubi dicunt, quòd probatio ſuper uno & eodem capitulo non poteſt diuidi quando eſt præſumptio contra uolentem diuidere, ut in eo, qui fatetur ſe occidiſſe ad ſui defenſionem: quia confeſſio ipſum damnat non probata defenſione, ★ ut plenius etiam per Inno. & dom. Abb. in c. cùm ueniſſent infrà de inſtitu. ubi eſt gloſſ. ſing. in uerbo, probatam quaſi in medio, & per domi. Abb. in c. auditis infrà de reſcript. cum ſi. Non obſt. quod not. Innocen. in d. cap. cùm olim. quia reſpondet do. meus hic, quòd illud eſt contra illum text. ut hic per ipſum: cui potes addere, quod etiam ſtante dicto Innoc. quòd communiter eſt approbatum, apparet ratio differentiæ: quia eo ipſo, quòd impugnans acceptat in capitulis inſeparabilibus, uidetur deſiſtere ab impugnatione, quia deſiſtentia non habet tempus præfixũ, prout eſt hic depoſitio. Item, quia ſubeſt timor: de quo in gloſſ. ¶ Fallit quartò, niſi iudex ex officio in connexis, uel ſeparatis capitulis, uelit credere teſtibus: quia poteſt, quando totum fundamentum partis aduerſæ pendet in iſtis teſtib. Ita colligitur ex doctrina Innoc. qui loquitur de inſtrumento impugnato, in d. c. cum olim, & ſequitur Bart. in d. l. poſt legatum in prin. & Bald. in l. j. C. ut quæ deſunt aduoc. & Rota deciſio. 175. incip. Item licet quis producat in nouiſ. & Paul. de Caſt. in l. Publia in fin. ff. depoſi. & Bald. in l. nimis graue. C. de teſti. Sed quamuis dictum ſit uerum in ſe, tamen diuerſa ratio uidetur eſſe in caſu noſtro: quo timor, de quo in fi. gloſſ. non ſubeſt inſtrumento, ſed in te-
17 ſtibus ſic. Vnde ad ipſos fortè hoc non extenderetur. ¶ Fallit † ultimo, ſm Ab. antiquum hic, niſi poſt depoſitionem pars impugnaſſet perſonas teſtium: & hoc habet pro cautela: quia ceſſat rõ proximè dicta. Sed iſtud cõmuniter impugnatur: quia concurrit prima ratio regulæ, ſ. quòd hanc ſpeciem probationis reputat inhabilem, eo ipſo quòd nititur impugnare.

★ *Defenſione*] *Ad. de Bald. in addit. Specul. tit. de confeſ. col. 2. uerſ. confiteor me occidiſſe, & in l. ſi filius. §. in exceptionibus. ff. de inter. act. & in l. codicillum. C. de codic. & in l. j. C. de confeſ. Bal. & Im. in l. 2. ff. de uerb. obli. Abb. poſt gloſſ. in c. cum ueniſſent. de inſtit. Bal. conſ. 245. incip. Dominũ de uos uol. 2. Doct. in c. j. de confeſ. in 6. Abb. in c. bonæ de poſt. præl. Bald. in lege ſi quidem. C. de exception. in l. 2. C. de donat. an. nup. & in l. ea quæ. C. de cõd. ind. Abb. in c. 1. de iuram. cal. Ang. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de uerbo. oblig. Anto. in c. cũ dilecti. de off. deleg. Angel. de maleſ. in uer. comparent inquiſiti, & partem negant. in prin. & ibi in addit. & in eo. tract. in uer. de anno præſenti uerſ. quid ſi accuſator & ibi in additio. Alex. in l. non ſolũ §. ſciendum. ff. de noui. oper. nunt. Auth. in cap. paſtoralis colum. 6. de excep. Iaſo. in §. item ſi quis columna 4. & 5. inſtitu. de act. & in l. ut uim colũ. 3. & 4. ff. de iuſt. & iure. Iaco. de Bel. in ſua pract. iudi. cauſ. crim. ſub rubr. de quæſt. col. 22. Aduerte tamen, quod ſi de homicidio non conſtat aliter quam ex hac confeſſione, licet ſuam defenſionem non probet, tamen per hanc confeſſionem non punietur pœna mortis ita Abb. in c. auditis circa 8. colum. de præſcr. quem ſequitur ibi Anth. dicens hoc eſſe dictum ſingulare & alibi non reperirĩ & quod apud practicos aduocatũ eſt in ſolemni cultu. idem etiam ipſe dixit in c. ſignificaſti il 2. colum. pen. de homic. & Alexand. in d. §. ſciendum. & Bald. in conſ. 272. incip. pone quidam accuſatus in 6. uolu. & Ang. in conſil. 27. incip. Quidam Victor. uerſ. de tertio.*

SVMMARIVM.

1 *Teſtes honeſtiores & ueriſimiliora deponentes præferuntur cæteris.*
2 *Teſtes deponentes in fauorẽ cauſæ, pro quo iudicibus diſcordantibus in prolatione ſententiæ præualeret ſententia, præferuntur cæteris.*
3 *Teſtes deponentes ueriſimiliora præferuntur alijs.*
4 *Teſtes affirmantes præferuntur negantibus & nu. 5. & 6.*
7 *Negatiua loco & tempore coarctata probari poteſt.*
8 *Teſtes aſſerentes affirmatiuam, in dubio præferuntur, etiam data paritate in cæteris.*
9 *Teſtes tabelliones præferuntur non tabellionibus in teſtificando.*
10 *Teſtes cauſam reddentes præferuntur teſtibus cauſam non reddentibus, etiam ubi cauſæ redditio non requiritur.*
11 *Teſtes pauci nobiles præferuntur multis ruſticis.*
12 *Et uicini, non uicinis.*

Teſtis

13 *Teſtis unus ſi contradicat alteri, & teſtis actoris ſit melior teſte rei, ſibi contradicente, actor an poterit petere deferri ſibi iuramentum in ſupplementum probationis.*

CAPITVLVM XXXII.

IN NOSTRA. ¶ Si actoris & rei teſtes contraria deponunt, fidem ſibi non derogant, ſed præualent digniores, & ueriſimiliora deponentes, & ſi in cæteris eſt paritas, præfertur numerus. H.D. notabiliter. Conſiſtit autem tota materia in uidendo ſolum, quæ qualitates faciant præferri teſtes teſtibus, quando inuicē diſcordant adeo euidenter, quòd non eſt locus concordijs: de quibus in c.cum tu.ſuprà eod.& omitto, quod tangit glo.j.& do.meus latè hic, quando teſtis, qui dixit falſum in uno capitulo, amittat fidem in alio: ✶ quia cæteri remittunt ad Innoc. & alios in c. fraternitatis infrà de hæret. & ibi aliàs poſui.
4 ¶ Præfertur † ergo per iſtum text. authoritas & honeſtas perſonarum: & ex hoc dicit Hoſt. hic, quòd ex una parte poſſent eſſe duo tales, & tantæ honeſtatis, quod potius eis ſtaretur, quam multitudini. quod eſt notandum, ſecundum dom. Abb. pro quo uide Sal. in l.ob carmen in princ. ff. de teſti. & text. not. in authen. de teſti. §. ſancimus ibi, non quoſdam ignobiles artifices; nec uiliſſimos: Et hinc dixit gloſſ. notabilis in cap. monachus in uerb. com-
5 pendia. 77. diſt. quòd tantum ualet teſtimonium quatuor clericorum, quantum ſex laicorum: & ideo gloſſ. in c. clerici. 81. diſti. de qua fuit dictum in c.3.ſuprà tit. non haberet locum, ubi eſſet maior numerus clericorum pro actore: quia abſque dubio præponderat, ſecundum domi. Abb. hic, pro quo facit gloſſ. in d.c. monachus: & etiam quando eſſent duo clerici, nō
6 dicuntur probationes pares in caſu illius gloſſ. quia ipſa perſona clerici facit illos ſecundos laicos, quos produtis, digniores, ſecundum domi. meum in d.c. 3. & hic, pro quo facit doctrina Hoſt. hic dicentis, quod ratione producentis teſtes dicuntur digniores: & non haberet locum illa gloſſ. quando teſtes rei eſſent producti poſt publicationem ad probandum indirectè contrarium, iuxta notata in c. ex tenore infrà eo.ſecundum domi. Abb. hic, per id quod not. gloſſ. hic mag. in fin. uidelicet quòd quando teſtes contrarij non fuerunt inducti ſuper eodem arti. ſed ex poſt ad probandum indirectè, cæteris paribus, credatur potius primis, quàm ſecundis, de quorum ſubornatione timetur: quod eſt ualde notandum, ſecundum do.
2 Abb. hic. ¶ Præferuntur † etiam in omni cauſa illi teſtes, qui deponunt in fauorem cauſę, pro qua iudicibus diſcordantibus in prolatione ſententiæ præualeret ſententia, ut eſt tex. ualde notabilis in l. lege Iulia Petronia. ff. de manu. quē alleg. Bal. in c.j.§. promotiones in tit. hic finitur lex. & in l. cùm magiſtratus & in l.fi. C. quando prouo. non eſt neceſ. & tenet hic in effectu gloſſ. noſtra, quando allegat c.ult. infrà de re iudi. & ſubdit eleganter Bald. in d.l. cùm magiſtratus & in l.fi. C. com mu. uel epiſtolas quòd quando probationes ſunt omnino pares ✶, in poteſtate iudicis eſt, quibus adhæreat, dummodo cauſam adhæſionis faciat in actis exprimere,
7 aliàs retractaretur ſententia: quia in dubio debet ſententiari pro reo, ut hic, in gloſſ. & in c. ex literis ſuprà tit. 1. Et idem ſi cauſa adhæſionis expreſſa non eſt ſufficiens. Sed quantum ad iſtud de expreſſione cauſæ, dicit do. meus in c. cùm tu. in fi. ſuprà eo. quòd ſi uult ferre ſententiam pro actore eſt utilis, ſecus, ſi pro reo: quia abſq;
8 alia expreſſione id debuit facere per prædicta. Vbi autem diſcerni non poteſt, quis eſſet actor, uel reus, ut in caſu c. licet cauſam ſuprà tit. j. ne uideatur grauaſſe partē, ſequenda eſſet cautela Bald. in qua etiam uide Bart. & omnino Angel. in l. Lucius. ff. de inſti. ¶ Præferuntur † etiam dicentes ueriſimiliora ✶, ſecundum omnes hic, facit c. licet cauſam ſuprà tit. j. & c. præterea. in fi. ſupra eo. Illi autem dicunt ueriſimiliora, qui deponunt conſonantia iuri communi, ut eleganter uoluit Inno. in c. auditis in glo. quæ incipit, hoc colligunt infrà de præſcri. & ibi dicit, quòd in caſu illius c. ſi teſtes epiſcopi dicunt, eum exercuiſſe epiſcopalia, & teſtes abbatis idē dicunt de abbate, cæteris paribus, magis creditur teſtibus epiſcopi: quia eorum dicta cōſonant iuri communi: & de hac doctrina facit ſeſtum Pet. de Anch. in c.j. de præſc. in 6. conſ. 278. quod incipit, iure ſtatutorū & Ro. in rubr. ff. de arbi. dicens ipſam approbari à Bal. in c.j. de con. tro. inueſt. idē dixit Spec. in tit. de teſte. §. poſtquā uer. quid ſi plures & do. Ant. in c. quid per nouale. j. de uerb. ſigni. & facit, q; not. Bal. in c.j. poſt princ. quibus modis feud. amit. quē allegat Ro. in l. j. §. ſi. ff. de uerb. ob. q; ſi medici dicunt contraria, ſtatur ueriſimiliora deponentibus. Et pondera: quia in caſu Inno. dicentes ueriſimiliora erant contra reū: ex quo inferri pōt, quòd in criminali data paritate teſtiū præualerent teſtes actoris dicentes ueriſimiliora, q; reputo bene notandū. ¶ Præ-
4 feruntur † ēt teſtes affirmantes negantibus, ſm do. Ab. hic, & glo. quæ incipit, in maiori. in l. diem proferre. §. ſi plures. ff. de arbi. & Imol. in c. ſuper hoc ad fi. ū. de renun. quē ſequitur Bal. in rub. C. ſi q; aliquē teſta. prohib. in cōſilio ſchiſmatis & Ro. in rub. de arbi. idē Inno. in c. ueniens circa mediū gl. magnæ. j. de uer. ſig. & in c. quid p nouale prope fi. glo. maioris, j. de uer. ſig. & ibi do. Ant. & Ro. in l. i alia. in fi. ff. de uerb. ob. & Io. And. in regula, ſine poſſeſſione in 4. q. de reg. iur. & Doc. in locis. j.
5 allegandis. ¶ Fallit † iſtud primò, niſi plures, uel meliores teſtes negarent, remouēdo actū à ſenſu, id eſt, non ſolū dicentes ſe neſcire, ſed ſe ſcire, q; hoc non eſt: quia æquè bene uidetur pbari negatiua, ſicut affirmatiua, uel ſaltē. Ita dicit Bar. i d. §. ſi plures & dicit Bal. in c. cū eccleſia Sutrina. ū. de cau. poſſeſ. & do. Ab. hic q; glo. in d. §. ſi plures intelligitur, ubi non eſt ęquè
6 probabilis negatiua. ¶ Fallit † ſecundo, niſi ēt data paritate teſtium, dicentes negatiuā probarent de aliqua qualitate in quibus per mediū alicuius ſenſati, & ſigni affirmatiui, quia ſi per eadē media habet probari affirmatiua, nō erit differentia inter affirmatiuā & negatiuā: putà, q; res ſit uitioſa, uel nō: uel contra: q; aliquis ſit furioſus, & nō ſit, uel mortuus, & non ſit: uel ægrotus, & non ſit. Ita probat tex. in l. j. C. de canon. frumen. urbis Romæ lib. 10. de quo exclamat hic do. meus. Et ideo dicit Bald. in l. j. in pen. char. C. de teſta. q; ſi teſtes ex una parte probant per famā affirmatiuam, maleficiū eſſe cōmiſſum, & ex aduerſo probetur negatiua, q; non ſit cōmiſſum, probatio negatiua non incumbit affirmatiuæ: q; probatio utriuſq; famæ habet originē à ſenſatis, id eſt, coniecturis ueriſimilibus. Vñ, quia mediū probādi eſt par, erit effectus ſimilis. Secus, ſi dicas, ſi mediū probandi eſſet diſſimile: puta, quia teſtes affirmantes probarent aliquid, quod de directo ſufficeret ſenſui, non aūt ſigno: putà, ſi uolentes probare metum, dixerunt ibi aduiſſe ſponte à ſignis: quia primis creditur: quia ſpontanea uoluntas non pōt, niſi ſignis, apprehendi. Ita ſubtiliter declarat Bal. in l. obſeruare. §. pꝛoficiſci in 3. q. ff. de offi. procō. & leg. Alleg. Inn. in d.c. ſuper hoc. Conſidera tñ in hoc, q; ēt metus non poteſt apprehendi per ſenſum uidentis, cùm ſit paſſio animę, quia et aliquando arma nō timentur: ſed illi ideo præualent, q; cauſa extrinſeca, quā allegant, eſt magis apta probare metū, niſi ſigna cōtraria eſſent adeo euidentia de non metu, q; iudex poſ-
7 ſet aliter arbitrari. ¶ Fallit † tertio, niſi ēt data paritate negantes deponāt remouendo actū à ſenſu, & ittendo medio ſenſati & ſigni affirmatiui, ſm Bald. in l. cùm hi. §. ſi integra. ff. de tranſact. & in d. §. ſi plures & do. Ant. in c. bonæ el j. ū. de elec. Et intelligunt, qñ negatiua eſt bene coarctata, id eſt, ad certū diem & locū, uel cū limitatione ſubiecti: ut ſi teſtis dicat uidiſſe tali t pe Titium non habere pileū in capite, ut per Bal. in l. actor. C. de proba. Et ſic affirmantes iſto caſu nō præferentur
8 negantibus, niſi aliud ſubſit. ¶ Eſt † tamen uerum, q; Bal. in l. a. ad fi. C. de reſcin. uendi. clarè tenet, q; etiā data paritate in cæteris in dubio præferantur aſſerentes affirmatiuā: quia ens melius imprimitur & intelligitur, quam non ens, quantumcunq; circumſcriptum: & idem ſentit Bal. in l. teſtium in ult. colum. C. de teſti. & Imo. ſub dubio fortè in l. inter pares in j. char. ff. de re iud. Sed pōt dici, ſm do. meum hic, quòd prima opin. procedit, qñ teſtis deponit negatiuā per mediū affirmatiuæ: q; deponit affirmationē incōpaſſibilē cum eo q; negat teſtis, iuxta id quod not. Bald. in c. ſi quis per 30. ſi de feudo fuerit controuer. ubi dicit, q; licet teſtis deponens negatiuam ualde

✶ *In alio*] *Adde* ✶ *Soc. idem tenentem in conſil. 155. incip. præſtantiſſime doctor. uerſic. Quibus præſuppoſitis par. 2.*

✶ *Pares.*] *Adde* ✶ *quod quando teſtes ſunt hincinde pares ſtatur depoſitioni illorum pro quibus eſt aliqualis præſumptio, ſecundum glo. in l. ſi duo patroni de iureiur. quam omnes not. & ſequitur Cepol. in conſil. 60. colū. 4. & Bal. in l. non hoc col. fin. C. un. legitimi.*

✶ *Veriſimiliora*] *Adde Alexan. in l. 3. ſtipulantem* ✶ *§. j. de uerbo. oblig. & in conſil. 179. in fi. par. 2. Ang. in*

l. j. ff. de except. rei iudic. & in l. ſecundum in repet. col. 13. de uerbo. oblig. Alex. in l. ob carmen. §. j. ff. de teſti.

ualde coarctatam: putà, quòd aliquis non poſſedit per unum annú, ſit ſuſpectus de falſitate, d.c.cùm eccle. tñ hoc eſt uerú, niſi deponat negatiuam & affirmatiuá ſimul, per quam negatio probatur: putà, ſi dicat, ꝙ Titius non poſſedit per annum, ſed Seius poſſedit: quia ex iſta affirmatione cócluditur de neceſſitate negatiua: quia duo non pñt in ſolidum poſſidere. Et hoc modo procedit prima opi. Aliquando autẽ probatio negatiuæ * fit per ſimplicẽ remotionem actus à ſenſu: putà, dicit teſtis tali die non fuiſſe dicta alia, nec potuiſſent dici, quin adiuiſſet, & tunc uera ſit opinio Bal. & Imo. quia negari non poteſt, quòd melius imprimitur à teſte ens, quam non ens, ſecundum ipſum. Subdit tñ domi. meus in additione, quam in uoce dedit, ꝙ gloſſ. ſingu. in authen. de hære. & Fal. §. ſi uerò abſunt uidetur ſentire contrariũ, qñ teſtis deponit modo proximè dicto, uidelicet ꝙ non potuiſſet fieri, quin uidiſſet: quia talis æquipollet affirmatiuæ. Et hoc uidetur ſentire Bal. in c.j. iuxta ſi. de controuer. inueſti. inter me & dominũ. Et iſtud forte obtineret in practica, ſm eum, quia cõis: * Et ita reperio tenere domi. Cardi. conſi. 27. Et iſtis adde, ꝙ ſi teſtes contradicentes non reddunt cauſam ſui dicti, negatiuæ ſemper præferuntur affirmantes: quia non creditur teſti deponenti negatiuam ſine redditione cauſæ, ſm Bal. in d. §. ſi. integra. niſi propter indubitatã & facilẽ apprehenſioné negationis: ita bene præſumeretur pro negatiua, ſicut affirmatiua, ſm do. meum. Et adde, ꝙ in deponentibus de peritia artis tñ creditur negantibus, quãtum affirmantibus, ſecundũ ueriſimiliorẽ rationem. Ita dicit Nico. de Neapoli in l.j. per illum tex. ff. de uen. inſpi. & Bart. in d. §. ſi plures. Item uidetur limitari gloſ. in d. §. ſi plures niſi teſtes negantes ſtarent pro reo, propter glo. in d.c. clerici per quã dicunt do. Ab. & do. Maria. in c. cũ P. j. de accuſa. limitari ſingulariter iſtã decre. ut nõ credatur dignioribus, ſi ſtant cõtra reum. Sed contra tenet hic do. meus in ſi. per id ꝙ dixi ſuprà tangendo de ipſa, & melius.

9 ¶ Præferuntur † etiam tabelliones alijs non tabellionibus in teſtificatu, ſecundum glo. in uerbo, tabularijs in §. ſi uero abſunt in authen. de hære. & Falci. & Bald. in authen. ſed cũ teſtator. C. ad l. Fal. ¶ Et præ-

10 feruntur † cauſam reddentes non reddentibus, & ubi cauſæ redditio non requiritur, ſm Bal. in l. presbyteri. C. de epiſ. & cler. & per Inno. c. cum contingat. j. de offi. deleg. ¶ Et præferuntur corrigentes nõ corrigẽtibus, ſm Innoc. in c. præterea. j. tit. proxi. ¶ Et præferuntur melius informati præ-

11 ſumptione legis, ut in caſu cap. quoties ſuprà eo. ¶ Et † præferuntur pauci nobiles multis ruſticis, l. 3. in prin. ff. de teſti. ¶ Et præferuntur dicentes cognita, dicentibus non cognita, ſecundum Bal. in l. teſtium. C. de teſti. ¶ Et præferuntur maſculi fœminis, ſecundum Bald. in l. j. ff. de ſena. ¶ Et præferuntur uirgines uiduis, ſecundum Bald. in c. pen. ſuprà tit. j. ¶ Et præferuntur dicentes homicidiũ non commiſſum ſcienter & uoluntariè dicentibus contrarium, ſecundum Bald. hic: quia rerum natura eſt cum ipſis: & ad hoc dicit eſſe gloſſ. or-

12 dina. & menti tenendam in l. j. C. de ſica. ¶ Et † præferuntur teſtes uicini non uicinis in probanda poſſeſſione, ſecundum Bald. in c. j. §. ſi res de pace tenenda. ¶ Et præferuntur ſenes iuuenibus, ſecundum glo. j. in l. cum quid. ff. ſi cert. pe. & plenè Ro. in l. ſi uero. §. de uiro in 23. fallentia, ff. ſolu. matri. ¶ Et præferuntur dicentes aptiora * etiam facti, ſecundum gloſſ. pen. in cap. ego ſolis 9. diſtin. ¶ Et præfertur unus teſtis integer duobus, quorum unus deponit de auditu, & alius nõ iurat, ſecundum do. Abb. in c. j. in j. notabili. per illum text. j. de conſangui. & affini. ¶ Et not. ꝙ ſi ex forma ſtatuti permittitur probatio priuilegiata actori contra reum: putà, per publicam uocem & famam, reus probando contrariam uocẽ & famam per teſtes æquales teſtibus actoris, debet uincere, ut ſeruetur æqualitas in iudicijs, per regulam, non licet. cum ibi allegatis, de reg. iur. in 6. ſecũdum Bal. ſignãter in l. ſi. ff. de ferijs. & uide Bal. in authen. omnes peregrini. in ſi. C. cõmunia de ſucceſ. ubi dicit, ꝙ dubium facti debet decidi ſecundum ius cõmune. Vnde ſi ſtatutum dicit, ꝙ equus nõ redhibeatur, niſi ſit bulſus, & duo teſtes dicunt eum eſſe bulſum, alii duo contrariũ. ius autem commune dicit de omni uitio occulto redhibendum: in dubio præſumitur pro dicentibus eum bulſum in caſu redhibitionis: quia dubium facti debet decidi ſecundum naturalem æquitatem. Et adde Archi. in c. omnibus in 2. col. 2. q. 5. ubi dicit, ꝙ ſi in probatione famæ teſtes ſunt hincinde pares, iudex attendet eorum qualitatem, & an uox cõis exterior concordet cum fama, uel infamia. Si autem eſſent plures teſtes deponentes ſup bona fama, & pauciores ſuper infamia, credetur primis, dummodo æquè probent bonam famam, ſicut illi malam, & alleg. Spec. in tit. de inquiſitione. §. omnino tractemus uer. quid ſi teſtes, & de hoc etiam per Bar. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſtio. & do. Abb. in c. cùm oporteat infrà de accuſ. & Sali. in l. ea quidem in penult. char. C. de accuſ. ubi dicit, ꝙ ſi tali caſu teſtes ſunt hinc inde pares, præfertur ueriſimilitudo. Et not. perpetuò, quòd defectum fidei teſtium numerus ſupplet, ſecundum glo. in l. 3. §. eiſdem. ff. de teſtibus quã ſequitur Bal. in l. ſi quis ex argentariis. §. 1. ff. de eden. & in c. ſi qui teſtium in pen. col. ĩ. eod. Et ibi dicit per illam glo. ꝙ licet teſtes non ſint multum boni, tamen quod deficit in fide, ſuppletur in numero. Et hoc dicit menti tenendum. ¶ Item ad cognoſcendũ, qui præferantur, uide in ſimili glo. ſi. in c. eccleſia. el 2. ĩ. de elect. & gloſſ. in §. nunc ergo quæritur 62. diſt. & in terminis gloſſ. & Do. in c. ego ſolus 9. diſtin. & in §. ſi teſtes circa princ. in uerbo, ueritatis 4. q. 3. Et pro numero præferendo, uide tex. in l. maiorem. ff. de pac. & in l. ſin. C. qui bo. ced. poſ. & uide gl. in l. nec Tit. §. ſi. ff. de adoptio. quæ dicit, ꝙ ad fidem exhibendam plus ualet grauitas & benignitas morum, quàm facultas. ¶ Vltimo dicit hic Vincentius, quem ſequuntur do. Anto. do.

13 Abb. & Imo. ꝙ ſi † unus teſtis contradicat uni, & teſtis actoris eſt melior teſte rei ſibi cõtradicente, poterit actor petere ſibi deferri iuramentum in ſupplementum probationis: quia ſicut plures teſtes præferuntur pluribus, quo ad plenam probationem, ita unus uni, quo ad ſemiplenam probationem: ꝙ reputat ualde notandum. Sed contrarium tenet hic do. meus, quia fatendum eſt, ꝙ reſultat ſemiplena probatio, quo ad effectus, qui reſultant ex ſemiplena probatione de iure cõmuni, & ſecundum regulas iuris: ſed quo ad dictum iuramẽtum in defectum probationis, quæ eſt probatio irregularis, ꝙ unus teſtificetur pro ſeipſo, non uidetur poſſe procedere: quia propter teſtem rei inducitur aliqualis præſumptio contra actorem, etiamſi eſſet infamis infamia iuris, ut per Bart. in l. qui ultimo. per illũ text. ff. de pœnis. & quælibet præſumptio, quæ eſt contra teſtẽ ſemiplenè probantem, facit ut non deferatur dictum iuramẽtum, ſecundum Bart. in l. j. C. qui, & aduerſus quos. & late Bal. in c. ſacramentum. de conſue. recti feu. Ergo non uidetur deferendum iuramentum. Fortè tamen in practica propter authoritatem Doctorum ſeruaretur eorum opinio, ſecundum ipſum: cui adde, quòd communem ſequitur Ioannes And. in addi. Spe. in tit. de teſte. §. poſtquam uerſi. quid ſi aliter. & uide quòd not. Ant. in c. ſin. in 11. col. infrà de iureiur.

Negatiuæ] *Adde quod negatiua eſt triplex. facti, iuris, & Qualitatis negatiua iuris ab eo probari debet qui eam proponit, cum omnia præſumantur licere, l. ab ea parte de probat. l. nec non §. qd cu. ex quib. cauſ. maior. Negatiua qualitatis debet probari à proponente l. cum qui dã 2. reſp. de lega. 2. negatiua facti ſi non habet adiũctam determinationem loci uel tẽporis, uel alterius rei nunquam probatur directè uel indirectè ut ſi dicat aliquis ſe non fuiſſe uiatũ c. Bonæ memoriæ. il 2. de elect. l. actor. C. de probat. ſi autem habet annexã determinationẽ tunc indirectam probationem admittit c. ex tenore de teſti. l. optimam. C. de cõtrah. ſtipu. Adde tamen, quod negatiua eſt impoſſibilis phationis modo concludenti, ideo ſufficit eã probare prout poſſibile eſt. Corne. conſi. 136. ad ſi. & in conſil. 140. col. ſin. uol. 1. conſil. 268. col. 3. cir. med. & col. 7. cir. med. uol. 4.*

Aptiora] *Adde quod ueritas à quocunq; dicatur omnibus eſt præferenda. Vnde non eſt conſiderandum quis dicat ſed quid dicatur c. ſecũdum diſtin. 19. 2. q. 7. quæritur et c. neq; 9. diſtin. & l. Labeo. de ſuppel. lega. Vnde ut dicit Anth. eis magis creditur qui rei aptiora dicunt 4. q. 3. §. itẽ in criminali. uerſ. ſi teſtes nec ſanctitas perſonæ prodeſt ut cuius credatur l. diſtinct. ſi quis prepoſt. ega. arg. ad idem j. q. j. teneamus 6. q. 2. placuit. 3. quæſt. 9. cap. ult.*

S V M M A R I V M.

1 *Teſtes an poſſint produci poſt relationem factam ad ſuperiorem. Et qualiter intelligitur id. Poſt nu. j. uerſi. iſtud autem. Delegatus poteſt excõmunicare tertium impedientem iuriſdictionẽ ſuam. Poſt nu. j. uerſi. nota ſecundò. Concedentes literas capitulo ignorante capitulo, qualiter puniri debent. Poſt nu. 1. uerſi. nota quarto.*

2 *Teſtimonium de auditu an & quando ualeat. 3. & 4.*

CAPI-

CAPITVLVM. XXXIII.

T Am literis. ¶ Teſtes laici, & mulieres poſſunt teſtificari contra clericum, quando agitur ciuiliter de crimine, * & teſtimonium de auditu & fama non ē ſufficiens. H.D. ¶ Not. primo ibi, propter appellationis obſtaculum,
1 ſecundum domi. Ant.& Imo.quòd † non ſolùm poſt publicationem, ſed etiam poſt relationem ſuperiori factā uel concluſionem in cauſa poſſunt produci teſtes, quando non ſtetit per illum, qui noluit producere: ut quia fuit repulſus iniuſtè ſicut dicimus, quòd coactus ſit.conteſt.poteſt opponere exceptionem dilatoriā poſt lit.conteſt.ut no.gloſſ.3.in fi.in c.ex conqueſtione. ſ. de reſtit. ſpo. Et ſentit hic dom. Anto.in duobus locis, quòd tranſmiſſio actorum & relatio facta ſuperiori habet uim concluſionis in cauſa: quod eſt ſemper menti tenendum, ſecundum do.meum hic, & uidetur probari in l.cùm à nobis & ibi Bald. C. de relatio. ¶ Iſtud autem notabile uidetur intelligere do. Ant. niſi partes ſponte renunciaſſent iuribus & probationibus: quia uidetur eis imputandum, & q non poſſent redire finita appel. ad producendum teſtes. Item intellige, ſecundum do. meum, quòd pars fuerit impedita impedimento iuris: quod ſaltem prima facie crederetur eſſe iuſtum, ſicut hic erat impedita propter appellationem aduerſarij, & idem, ſi fuiſſet impedita: quia iudex detulit appella. fruſtratoriæ: adhuc enim reſultaret impedimentum iuris, qualiter ſunt ligatæ manus iudicis poſt delationem: ſecus, ſi pars non potuit probare, quia iudex ſimpliciter retulit eam: tunc enim, cùm potuit ap. & nō ap. eſt quid imputetur ſibi, c.cùm dilecti.ſ. de elec.& l.ab eo.C.quomodo & quando iudex. ¶ Not.ſecundò ibi, excōmunicantes quòd delegatus poteſt exercere iuriſdictionem, non ſolùm in impedientes iuriſdictionem ſuam, ſed etiam in tertium, excōmunicando ipſum: de quo plenè in c j.ſ.de offic.deleg. Ex quo arguit hic domi. Ant. q deputatus ad recipiendos teſtes duntaxat, poteſt excommunicare impedientes, ne recipiantur. Allegat etiam c.ex literis.ſ. de offic.delega. Et iſte eſt unus caſus in quo talis iudex exerceret iuriſdictionem etiam contra laicos, licet econuerſo iudex ſecularis non poſſit eam exercere in clericos, ut traditur 1 4.q.2.quanquam & 1 1.q.1.c.teſtimonium ubi ſecularis non poteſt cogere clericum teſtificari corā ſe: & ita non poteſt punire clericum impedientem teſtem produci. Faciunt notata per omnes in c.uerum.ſ. de foro compe. ubi ſecularis non poteſt punire clericum * falſum teſtificantē * corā eo. ¶ Not.tertio ibi iudicatis ſecundum do. Ab. q purgatio indici poteſt infamato ſuper irregularitate prouenientе non ſolum ex delicto, ſed etiam ex defectu ſine delicto. Ad idem c. accedens.ĩ.de purg Cano. nec requiritur in tali purgatione, q purget ſe per homines ſimilis dignitatis, ſed ſufficit, q ſe purget per clericos bonæ famæ, ut probatur hic & in c.cùm in iuuentute & c. conſtitutis.ĩ.de purg. Cano. ¶ Not.quartò ibi, denuncietis eſſe ſuſpenſos quòd ſi principales de capitulo ſcribant literas ſub nomine totius capituli inſcio capitulo, puniuntur tanquam falſarij. An autem ſint ſu* ſpenſi ipſo iure, uel ſuſpendendi? Dicunt Doc.cōmuniter, * q ſunt prius ſuſpendendi, poſtea denunciandi. Sed contra hoc multum facit text. ibi, denuncietis eſſe ſuſpenſum per quem mandatur fieri denunciatio, quaſi ſuſpenſio ſit iam facta, non quaſi ſit facienda, & ſupplere ad text. denuncietis eos eſſe ſuſpenſos, poſtquam ſuſpenderitis, eſt diuinare. Vnde uidetur, ſecundum Imol. hic q infligatur pœna ipſo iure. Sed poteſt ſubtilius dici, ſecundū do.meum, q hic imponitur pœna extraordinaria pro delicto: ſicut imponitur teſti dicēti falſum corā iudice, ut traditur in l.nullum. C.de teſtib. mandando, q ſuſpenſio denuncietur: & ſic, quemadmodum committendo executionem ſententiæ ſuſpenſionis, tacitè uidetur ſuſpendere p illa uerba. Cùm enim procedatur imponendo hanc pœnam ſine proceſſu & figura iudicii, poteſt iudex incipere ab executione, & committendo executionem uidetur pronunciare: nec habet locum tunc l.1.C.de execu. rei iudi. quæ dicit, q iudex nō poteſt incipere ab executione. Ita tradit ſingulariter Bart. in extraua.ad reprimendum in uerbo, figura iudicii. Et ſubdit do. Ab. ibi, q inficiantibus falſas literas nomine capituli erat pœna arbitraria inſpectis perſonis pro quibus falſo ſcribitur, & materia de qua ſcribitur: ſed in literis Papæ ſeruabuntur notata in c.ad audientiam.ĩ. de cri. falſi. ¶ Vltimò nota ibi, donec. q quando ſuſpenſio fertur in aliquem ab homine, non poteſt inferior à ſuſpendente abſoluere. Idem de excommunicato eſt caſus in c.paſtoralis.§.1.ſ.de offi.ordi.& notant Io. An.domi.Ant.& alii in c.ex frequentibus.ĩ.de immun.eccle. Arch. 17.diſt.in ſumma, & domi.Abb. ¶ Vtrum autem, ſicut excōmunicatus à canone poteſt abſolui ab inferiore, niſi abſolutio ſit ſpecialiter prohibita, ut in c.nuper ĩ.de ſent. excommuni. ita etiam ſuſpenſus à canone? Dicit gloſ.in cle.1.in uerbo, excōmunicamus. de hæretic. q aut aliquis ſuſpenditur ad certum tempus, & tunc non poteſt inferior abſoluere ante illud tēpus: aut ſimpliciter ſuſpenditur, & poteſt, per d.c.nuper. niſi reperiatur reſeruatū ſuperiori, ut hic. Sed illam glo.impugnat do.Ab.hic per rationes glo.in c.cupientes.§. cæterum in uerbo, ſuſpenſos de elec. in 6. propter quam ipſe diſtinguit, q aut à canone imponitur ſuſpenſio pro pœna delicti, aut pro pœna contumaciæ. Si pro pœna delicti, non poteſt inferior relaxare, per text.in c.notandum 2.q.3.& habetur in c.at ſi clerici.§.de adul.ſ.de iudic. Et q poſſit pœna ſuſpēſionis imponi non ſolum à canone, ſed etiam ab homine, habes tex.in c.quā ſit. ĩ.de exceſ.præla.& notat do.Abb.in c.reprehenſibilis. ĩ.de ap. Nec obſt. illis c.nuper.quia reſponde, ut per gloſ.in d.§.cæterum. Si autem ſuſpenſio ſit à canone propter contumaciā, & tūc inferior poſſit abſoluere, ut eſt caſus in c.ex literis.ſ.de cōſtit. Et cum iſta diſtinctione tranſit etiam dom. meus. Sed non capio, quomodo deferantur ab homine, glo.in d.cle.1.quia ſi imponitur ſimpliciter ſuſpenſio, non reperiretur caſus, in quo non ſit pro contumacia: uel ſi erit pro delicto, erit ad tēpus: & ſic utroq; caſu glo. erit bene locuta. Poteris tamen cogitare, & uidere etiam do. Card.in hac materia in cle.1.uer.ſi quis in 4.q.de reb.ec.non alie.& Do.in c.non ſolum in 5. col.de reg. in 6.& in d.§.cæterū in ult.col.& do.Ab.in c.quàm ſit.ĩ.de exceſſi.præla.& in c.1.in 1.col.ſ.de iudic. & glo.in cle.1.in uerbo, donec. de deci.& Inno.& domi. Ant.in c.cùm bonæ.ſ.de æta.& qual.& glo.& do. Ab.in c.2. de matri.contra. contra interdic.eccl.& Io. de Ana.in c.de ſymoniacè in fi. ĩ.de ſymo. & in c.excōmunicamus.§.credentes.in fi.infrà de here.& quæ alias dixi in d. c. nuper. Et dum ſuprà dubitaui de diſtinctione do. Abb.hic, in iſto paſſu dic melius, quòd in uno ipſe contrariatur, glo.in d.cle.1.uidelicet quando ſuſpenſio eſſet lata ſimpliciter à lege pro crimine: quia, ſecundum gloſſ.ibi, & do. Abb. in d.c.quàm ſit.in fi.poterit relaxari ab inferiore, ſi non eſt reſeruata. Cuius contrarium uult dom. Abb.hic, & melius: quia cenſebitur perpetua, ex quo tempore non diffinitur. Facit l. ſeruus & quod ibi nota. C.de pœnis. & in terminis notant Innoc.domi. Anto.Imo.& domi. Abb.in c.ex literis ſuprà de cōſtit.ubi uide. Et ideo epiſcopus illam nō relaxabit, niſi fortè eſſet ſuper crimine, in quo non eſſet ſibi prohibita diſpenſatio, ut per do. Car.in d.cle.1.§.ſi quis. ¶ In glo.1.in fi. Ponunt hic
x eleganter do. Ant. & Imo.an † & quando ualeat teſtimonium de auditu? De quo dic, ut per eos, & per Spec.in tit.de teſte.§.1.uer.item quòd non prohibent.& in §.nunc tractandū uer. de auditu quoq; & Bal.in l.conuenticulam in pen.col. C.de epiſ.& cle.& Ang.in §.hinc nobis in authē.de hære.et Fal. et Bar. in tractatu de teſte, in 4. col.et Imo.in c. ſignificauit infrà eo. et do. Ant.in c.cùm cauſam el 1 ān 1 4.col. infrà eo.et ibi do. Abb.in 6.col.et gloſſ.Dy.et Bar. in l.ſi arbiter.ff. de proba.et do.Ant.et do.Abb.in c.licet.infrà eo.et gloſſ.et ibi Archi.ſolenniter in c.hoc uidetur 22.q.5.et Imo.et do.Ab.in c.3.ſuprà de conſue.et in c. præterea et quod ibi dixi in fi. ſuprà eod.et gloſſ.pen.in c.ſolennitates el 1.de conſec.diſt. 1.et in c.teſtes in uerbo, uiderint 3.q.9.et in c.non ſatis in uerbo, puniri 34.q.2.et in cap.in primis 2.q.1. Et breuiter dicas ex prædictis, quòd aut teſtis deponit de auditu auditus, et non ualet eius teſtimonium, ſcilicet in uerbo, præter communem infrà eo. et c.tua.et ibi domi. Abb.infrà de conſan.et affi. et c.ſuper pru-
1 dentia.in uerbo, auditu et uiſu 14. q. 2.et gloſſ.in l.teſtium in uerbo, præſtò fuerint.C.de teſti. Aut de auditu proprio, et tūc aut eſt quid perceptibile ſenſu auditus tantùm, ut prolatio uerborum: et ualet, ſecundum gloſſ.in l. in ſumma.§. idem Labeo.ff.de aqua plu.arcen. Fallit, ut dixi in d. c.præterea. Aut
2 eſt res perceptibilis duplici ſenſu, et deponit ſolùm de auditu, et

* Crimine] Adde Alex. in l. Neratius ff. de quæſt.

* Falſum teſtificantem.] Adde hoc eſſe uerum tā principaliter quā incidenter. Auth. Statuimus. C. de epiſc. & cler. & eſt communis opinio Canoniſt. in c. dilectus filius. de pœnis.

ditu.& non probat, ut in tex.iſto. & in c.cùm cauſam.ſuprà eo. Vn.ie dicit do. Ant.in c.quoties. in fi.ſuprà eo. quòd teſtis de auditu non eſt uerus teſtis. ¶ Aliquando tamen teſtimonium [a] etiam de auditu auditus ualet:putà, in probanda parentela, d. c.licet. Item in probando hæredé fraudaſſe hæreditatem, ut in §. ſi uerò abſunt. in authen. de hære.& Fal. Item in ſactis multùm antiquis, ſecúdum Bar. In d.l.ſi arbiter. & latiſſime do. meum hic, de quo fiet mentio in c. licet. infrà eo. ubi de hoc latiùs poſt

3 Doc. ¶ Item † iuxta iſtos caſus operatur etiam præſumptionem, adeo quòd transfert onus probandi in aduerſarium, ſecundum Archi.in d.c.hoc uidetur. de quo exclamat Ro. ſingu.350.inci.teſtimonium de auditu. * & pondera text.in §.de his.3.q.9. quia uidetur probare, quòd ſi teſtis dicit ſe audiuiſſe, id, ſuper quo à partibus fuit rogatus, de auditu probat. ¶ Item † no. quòd ſi

4 teſtis dicit ſe audiuiſſe, non ſequitur, quòd intellexerit: & ideò oportet dicere, audiui & intellexi, ſecundum dom. Anto.& Imol. in c. auditis, & intellectis, per illum textũ, ſuprà de proc.& in c.auditis. per illum textum, ſuprà de ele.& faciunt. iura ſimilia illis, & leg.ſi compromiſſum. ff. de arbi. Pendet tamen ab alio dubio, an præſens præſumatur intellexiſſe. per Bart. in leg j.§.ſi.ff. de auth.tut.in tractatu de teſte.& Flo.in l. ob carmé. §.fi.ff.de teſti.& Bartolus in leg. coram.ff.de uerb. ſigni. & Domi.in cap. in primis.2.quæſt.1. cum concord. Item uide dominum Antonium poſt Innocentium in cap.ſignificauit. in penul.col. uerſic.not.hoc dictum.infrà.eo.& ibi dominus Abbas, ubi habes, quòd ſi in examinatione teſtis, quæ ſit ad perpetuam memoriam, interfuerunt alij teſtes, quòd eis creditur ſuper examinatione, & etiam ſuper dicto, licet deponant de auditu. Et dicit ibi Imol. illum eſſe caſum ſingu.& mirabilem, in quo admittitur teſtimonium de auditu, iudicis authoritate interueniente: & illud dictum intelligitur, quando teſtes deponunt ſuper re non perceptibili ſenſu auditus: putè, quòd res eſſet alba: aliàs nihil importaret. Itẽ uide Rot. deciſ.113.in nouiſſimis, ubi dicũt, quòd in poſſeſſorio ſufficit teſtimonium de auditu à parte, quòd poſſidet rem ſpoliatam, putà: quia fuit audita dicere de ſpolio: argu.notatorum, in c.licet.infrà eo.& facit c.quàm ſit.infrà de exceſ.præla. & quod no.Innoc. in cap.per inquiſitionem. ſuprà de electio. & in cap.at ſi clerici.ſuprà de iudi.ſecundũ ipſos.& quando teſtis dicit ſe uidiſſe, & nihil dicit de auditu. in caſu, quem uidere non ſufficit; an probet, dicetur in c.cùm cauſam.infrà eo. Et pro nunc habes in hac quæſt. regulam cum 7. fallentijs, in quibus teſtimonium de auditu aliquid operatur. ¶ Vltimò not.practicam gloſſ. fin.communiter approbatam ad probandam ignorantiam capituli in actibus attributis eius ſcientiæ & pleniùs habetur in c.tertio loco. in ea allegato.

a *Teſtimonium*] *Adde ad iſta.9. quando agitur de probando aliquid, qd hominis uita capere non poteſt, admittitur teſtimonium de auditu auditus. Ita do. Abb. in c.cùm cauſam. de probatio. in ſecundo not. & in c. licet ex quadam. infrà eo. in 4. not. Et ſic no. quòd in antiquis non ſolũ fama probat, ſed etiam teſtis de auditu auditus: & ratio eſt, quia eſt difficilis probationis: et ideò facit plenã probationem. Ita Inn.in ca.ueniens. de uer.ſig. Bald.in l. cùm ſuper. C.de rei uen. & in authen.quas actiones in ult.col.C. de ſa.ſan.eccle. Hinc eſt, quòd liberi poſſunt eſſe teſtes pro patre, & econtra: & plenè probat Bar.in l. quoties.C.de nauf. et Inn. ibi è caſus.*

✻ *Teſtimonium de auditu.*] *Adde Arch.22. q. 5. c.hoc uidetur. Rom.conſ. 424.inc. in propoſito. cir.fin. Alex. conſil.77.in cauſa. col.2.lib.1. Iaſ. in repet.l.admonendi col.4.de iureiur.et Rom.ſingul. 753. inci.omni caſu, ubi ponit quem effectum faciat teſtis de auditu.*

S V M M A R I V M.

1 *Teſtes recipiuntur lite non conteſtata contra contumacem in cauſa ſtatus eccleſiæ.*
2 *Agere quando quiſque poteſt pro eccleſia abſque mandato, & quo nomine agat.*
3 *Agere non poteſt unus regularis ſolus pro eccleſia ſine mandato.*
4 *Epiſcopus & capitulum quando dicantur eſſe in negligentia.*
5 *Capitulum & decanus an poſſint agere pro ſingulis beneficiatis.*
6 *Sententia diffinitiua poteſt proferri in cauſa libertatis abſque litis conteſtatione.*

CAPITVLVM XXXIIII.

1 CVM OLIM. ¶ In † liberali cauſa, ſiue in cauſa ſtatus eccleſiæ contra contumacem recipiuntur teſtes lite non conteſt. & fertur diffinitiua. H.D.& ſingulariter. ¶ Not.primò ibi, uel procuratoribus earum. quòd ſufficit locum iudicij eſſe tutum procuratori, licet non ſit tutus domino, ut ipſe principaliter citatus arctetur ad comparendũ per procuratorem: quod non eſt expreſſum alibi. Et per alternatiuam poſitam in text. dicas, quòd ante omnia debet eligi locus tutus parti, ſi fieri poteſt: alias procuratori Et de materia loci tuti uide in c.accedens. el 1.3.ut lit.non conteſ.& in c.ex parte.infrà de appel. & 1 c.ſtatuimus.de offi.deleg. in 6.& in cle.paſtoralis.de re iudi.cum ſimilibus. ¶ Not.ſecundò ibi, & lite. quòd cum agitur de ſtatu eccleſiæ, eſt lis conteſtanda, data præſentia utriuſque partis: ſecùs, ſi altera parte abſente: ut patet in tex. Et pondera in uerbo, uerum. quòd iſta ponuntur tanquam paria, nolle comparère, & ſic non eſſe præſenté, aut nolle litem conteſtari etiam ſi ſit præſens. ¶ Ex quò colligit do.meus duo, quæ dicit eſſe ſingularia & pulchra. Primũ, quòd quando reus eſt præſens, & non uult litem conteſtari, poteſt procedi contra ipſum, tanquam contra contumacem, * ſicut ſi eſſet citatus, & non comparuiſſet: & ſic probatur concluſio Bar.in l.conſentaneũ. C.quomodo & quando iudex. Secundum eſt, quòd iudex nõ poteſt cogere partem lite conteſtata, uel ſaltem hic probatur, quòd non poteſt habere litem conte. cùm æquiparet iſta duo nolle litem conteſtari: de quo remittit ad notata in c.quoniam. §. porro.ſuprà ut li.non conteſta. Sed adde, quòd ſi poteſt actori eſſe conſultum permiſſionem in poſſeſſionem contra contumacem, non poteſt contumax cogi inuitus litem conteſtari, ut eſt glo. reputata ſing.in authen.qui ſemel. C.quomodo & quando iu. & facit gloſ.l.non ſatis.ff.de in ius uoc. & not.glo. in l.j.C.ut nemo inuitus agere. Si uerò non poſſet eſſe conſultum actori per miſſionem, poteſt reus præcisè cogi litem conteſtari, ſecundum Ange.& Imol.in l. inter ſtipulantem. §.j.ff. de uerb. obli. & Imol. in l.ſi finita. §. ſi plures.in 10.col.ff.de dam.infect.per l.quoties.in princ. & §.prætor.ff. de noxali. & de materia per dom. Ant.in c.1. in pe.col. ſuprà de lit.conte. cum ſi. Procedet autem iſte text.in caſu ſuo, de quo per glo. ſi. ¶ Not.tertiò ibi, ſtatuentes. ſecundum do. Anto. quòd iudex, cui committitur inſtructio, & proceſſus, & non diffinitio, poteſt, cùm remittit proceſſum ad ſuperiorem, citare partes ad audiendam ſententiam coram ſuperiorem: & licet hoc nõ probetur in iſto tex. quia ſecundum do. Ab. fuit expreſsè commiſſum iudicibus, tamen pro hoc uidetur text. cum ſua gloſſ. in c.cùm Bertoldus. in uerbo, remiſiſſet. infrà de re iud. ¶ No. ultimò, quòd licet pars fuerit citata ad procedendum, & fuerit contumax, tamen debet de nouo citari ad ſententiam diffinitiuam: quod procedi ſine dubio, quando pars fuiſſet citata ad unum actum: putà, ad reſpondendum in cauſa libello, uel lite conteſt. Sed ſi fuiſſet citata ſimpliciter ad procedendũ in cauſa, uel ad omnes & ſingulos actus proceſſus, & maximè ſi diceretur uſque ad ſententiam incluſiuè, tunc eſſe maior dubitatio, utrùm ſententia ualeret: de quo uide per Doc. in c.conſuluit.ſuprà de offi. deleg.& Spe.in ti.de citatione. §.uiſo.uer. licet ſententiæ. ſecundum do. meum. Adde Raynerium poſt Bart.in l.ſtatu libero.§.Stichus annua. ff.de ſtatulibe. ubi dicit per illum text. quòd contumax in proceſſu eſt iteratò citandus ad ſententiam audiendam: & allegat ad hoc Spe. in ti.de poſitionibus.§.8.in fin. & Arch.& Io. Mona.in c. 2. de dolo & contu. in 6. Et quòd ualeat ſententia eo non citato, qui fuit citatus ad omnes actus uſque ad ſententiam incluſiuè, uide Ange.in l.ſi prætor.ff. de iudi.& Bart.in extrauag. ad reprimẽdum. in uerbo, ſuper dicto crimine.& Ang. in d.l.de unoquoque.ff.de re iud. & Pet.de Anc.in cle.1. in 10.not.de fo. cõpe. in 6. Intellige, quando talis citatus non comparuit in prima citatione. Si enim comparuiſſet, & ſtetiſſet in iudicio uſque ad fidem cauſæ licet tempore ſententiæ non adſit, debet citari ſpecialiter ad ſententiam, ſecundum Pet.de Anch.in d.cle. 1.& Bar.in d.extrauagãti. Et adde quòd citatus ad proceſſum non eſt citandus ad interlocutoriam ſecundum Bald.in l.ſancimus.C.de iudi. Et adde Do.in c.ſi capitulo.§.1. In ult.not.in

✻ *Contumacem*] *Adde Alex. in l.ſi eum.§.iniuriarum ff.ſi quis caut. & in l.1.poſt Bart.ff. de priuat. delict.*

ſi.de conceſ.præb. in 6. ubi dicit per illum text. quòd contumax in uno actu non citatur ad alium actum fiendum, qui habet connexitatem neceſſariam cum actu præcedenti: nam ibi erant contumaces in conferendo canonicatu, & non uocantur poſtea in collatione præbendæ, quæ habet neceſſariam connexitatem cum canonicatu, c.relatum. j. de præben. Ex quo dicit haberi notabilem limitationem ad notata in c. 2. de dolo
2 & cont. in 6. ¶ In † glo. 2. ibi, quilibet alius, etiam minor. Licet Doc. multa dicant inueſtigādo, quo iure iſte Archidiaconus agebat, tamen approbatur ab omnibus oppoſitio Inn. hic dictis ualde ſolenniter. quòd licet alias regulariter quilibet de eccleſia uolens agere pro ea, non audiatur ſine mandato, ut in c. quoniam. ſuprà de offi. deleg. & in c. tuam, quæ ſuprà de iudi. & in l. ſicut. in ſi. per locum à ſpeciali, ff. quod cuiuſque uni. nomin. quamuis ſecus in defendendo, ut per glo. & Do. in c. ex parte Aſten. infrà de cōceſ. præb. & in c. 1. ſuprà de procuratio minùs data negligentia epiſcopi & capituli quilibet de eccleſia poteſt agere ſine mandato pro eccleſia: & ſuis ita hic, & idem probatur in c. dilectis. ſuprà de maior. & obe. Et ibi dicit Inn. quòd ſi epiſcopus eſt negligens in aliquo, poteſt corrigere capitulum appellando. Et licet ille text. non loquatur de ſingulis de capitulo, tamen in ipſis idem eſt, per notata in c. bonæ. & in c. quia propter. ſuprà de elec. ubi ius uniuerſitatis pōt remanere in uno nō negligente. Et propter dictis allegat do. meus text. quem dicit melio. facere iſ 3. ſui autem in authen. de eccleſ. titulis ubi probatur, quòd ſi epiſcopus eſt negligens petere relicta pauperibus, quilibet de populo poteſt agere in fauorem piæ cauſæ. Et ita illum text. intelligit notanter Bal. in l. nec quicquam. §. 6. ff. de offic. procon. & leg. & Ro. facit cum ſing. in l. ſi cùm doté. §. ſin autem. in 6. col. ff. ſol. mat. & in authen. ſimiliter. in 4. char. uer. tertio, quòd quilibet. C. ad l. Fal. & ſper. in tit. de inſtr. edi. §. nunc aliqua. uer. ſed nonne quilibet. Bene facit text. in l. ciuitatibus. in princ. ff. de leg. j. ubi probatur, quòd relicta ad eleemoſ. nam pauperū uidentur relicta ad ornatum ciuitatis & fauorem publicum. Vnde infert Bal. ibi, quòd ſyndicus reipublicæ poteſt illa petere in fauorem publicum. Adde etiam Rot. in antiquis, deciſione 173. ubi ſequuntur dicta Inno. per quæ dicunt, fuiſſe determinatum, quòd ubi ſunt aliqui officiales in aliqua eccleſia, nō poteſt unus agere, niſi aliis negligentibus: & iſta dicta Inn. ſequitur etiam Domi. in c. ad decimas. in 4. col. de reſti. ſpol. in 6. & ibi poſt Io. An. And. Lapus. ¶ Limita non procedere in
3 regularibus: quia † unus ſolus non poſſet agere pro eccleſia ſine mandato & licentia abbatis, per c. ex parte. cum ſimilib. ſ. de poſtu. quod intellige niſi pro abbate carcerato, ut hic per do. Ant. & do. Abb. Et ex iſtis extenditur c. ſi quis preſbyterorum. j. de reb. eccl. non alie. & c. non liceat. 12. q. 2. ubi idem dicitur de re eccleſiæ malè alienata: quia pro eius reuocatione cuilibet de clero competit actio. Videtur tamen, quòd iſte caſus differat à prædictis: quia etiam non data negligentia prælati poteſt quilibet agere, cum illa iura ad hoc ſe non aſtringant, ſecūdum domi. Abb. hic, qui tamen ſubdit, quòd ſi ſimul concurrerent ad agendum, præfertur prælatus arg. l. ſi plures. ff. de accuſ. & c. edoceri. ſuprà de reſcrip. Differt etiam in alio, quia parochiani etiam laici admittuntur ip defectum clericorum, ſecundum glo. in uerbo, dilapidatione. in ſi. in c. uenerabili. ſuprà de offi. deleg. & ibi expreſſius dō. Abb. in iiij. colum. quod non dicitur in caſu iſto. Et de materia plenius per omnes in d. c. ſi quis. ubi inter alia limitatur, dummodo alienatio dicatur facta in damnum eccleſiæ: ſecus, ſi ſolum eſſet omiſſa ſolēnitas aliàs neceſſaria. ¶ Et ad unum aduerte, in quantum dicunt do. Anto. Imo. & do. Abb. hic, quòd diſpoſitio d. c. ſi quis. hēt locū etiā in re eccle. ab aliquo ablata: quia res inuaſa per alium ſatis dicitur alienata: & allegant Lapum alleg. 52. Spe. j. in tit. de reſcrip. præſentatione. §. ratione aūt formę. uerſi. item quod in reſcripto. quia pro iſto dicto facit, ſecundū do. meum, text. no. ſecūdum lecturam communiter approbatā in l. 3. C. ſi per uim, uel alio modo. ubi ſingula. probantur, quod quando abſens fuit ſpoliatus, quilibet poteſt agere pro ſua ſpoliatione ſine mandato. Ergo idem in eccl. quia cùm æquiparetur minori ac pupillo, c. 1. & c. accedens. ſ. de reſti. in integ. nō uidetur deberi minor fauor pupillo, & eccleſiæ, q̄ abſenti, cùm poſſeſſio aufertur. Vnde dicit gl. reputata ſingula. in l. necnō. §. 3. ff. ex quibus cauſis maiores. q. iſta regula negatiua eſt uera, in quib. caſibus denegatur reſtitutio minori, multo fortius abſenti: & ſic fauorabilior eſt perſona minoris, quam abſentis regulariter. Sed tamen iſtā æquiparatio minoris & eccleſiæ ad abſentem procederet, quando eccleſia non haberet rectorem, ſicut abſens ibi carebat legitimo defenſore. Et hoc caſu poſſet eſſe uera communis opin. Sed non uidetur eadem ratio, quando eccle. & pupillus habent rectorem. Adducitur etiam pro communi ſingulare dictum do. Innoc. in c. nec epiſcopi. j. de reb. eccl. non alie. ubi dixit. quòd ſi committitur alicui à Papa, q. debeat reuocare malè alienata in præiudicium eccleſiæ, poteſt talis apponere manum ad alienata per eccleſiam, in quibus eccleſia nō habebat niſi ius poſſeſſoris, & etiā ad ea, quæ fuerunt uiolenter ablata ab eccleſia: quia largo modo dici poſſunt alienata, & ſequitur Bar. in l. in hemus. la 3. in ſin. prin. C. de ſac. ſan. eccl. & in l. 3. circā ſiff. de conſti. prin. & Archi. in c. re uera. iij. q. ix. cum concor. Dicit domi. meus hic, quòd iſtud poteſt ſuſtineri in commiſſione & delegatione, in qua agitur de modico præiudicio: ſed in quæſtione noſtra putat communem opinionem de ſubtilitate iuris eſſe falſam, quando eccleſia non caret rectore: quia quando res eccle. fuit occupata, de facto ceſſat in eā ratio, propter quam permittitur cuicumque agere pro re male alienata, uidelicet quia non eſt uerſimile, quòd ille, qui alienauit, uelit ipſe contra factum ſuum uenire, ut colligitur in tex. & gloſ. in c. ſi ſacerdotes. 16. q. 3. Sed non eſt eadem ratio, quando ſine uoluntate rectoris res eſſet inuaſa. Vnde extenditur d. c. ſi quis. ubi non eſt eadem ratio, non conſonat iuri, ſecundum ipſum. Sed certè ad iſtam rationem reſpondere poteſt, quòd operabitur, ut pro re occupata quilibet agere non poteſt, niſi data negligentia prælati, quòd non eſt in re alienata. Sed ubi daretur negligentia in recuperatione rei occupatæ, non concludit iſta ratio differentiam inter utrumque caſum: quia ponderatur etiam ipſa negligentia: & ſic ſuſtinebitur communis opin. ſi. n. ipſe fatetur eam procedere, ſi eccleſia caret defenſore, idē erit, ſi habet, ſed negligente: cùm paria ſint, uel inutilē, uel nullum habere, c. ij. ſuprà de tranſl. præla. Et iſta non tradas
4 obliuioni. ¶ Quando † autem dicatur epiſcopus, ſiue capitulū eſſe in negligentia, reſpondent Inno. do. Ant. Imo. & do. Abb. quòd eo ipſo, quòd non proſequuntur ius eccleſiæ, quamprimum poſſunt, appareat de negligentia; nec poſſunt allegare ignorantiam cum non præſumatur in talibus: uel ſi eſt ignorantia, eſt culpabilis, c. innotuit. ſ. de elec. & traditur in regula, ignorācia, de reg. iur. in 6. & non uidetur requiri monitio, ut ipſi ſentiunt: contra quos inſurgit hic do. meus, dicens: in effectu hoc poſſe procedere, quando ius eccleſiæ eſſet notorium, per c. Romana. §. notoria. de cenſib. in 6. & per id quod habetur in c. 2. ſ. de offi. ord. ſed ubi non erat notorium (& ſic non datur tanta negligentia) requiritur monitio, ſecundū ipſum propter notabilem doctrinam Innoc. in c. extirpandæ. j. de præb. de qua per Bal. in authen. hoc amplius. C. de fideic. & Bald. & Imol. in l. ſi mora. ff. ſol. mat. cum concor. quas extensè poſui in c. 2. j. de magiſtr. poſt Ioan. Andr. ibi: in quib. dicitur, quod delictum negligentiæ regulariter non incurritur, niſi monitione premiſſa. Nec eſt ualida conſequentia, q. prælatur & capitulum præſumitur ſcire iura eccleſiæ, ex hoc ſolo, quod tenetur illa ſcire, & ſunt in negligentia: quia ſecundum hoc ſequeretur, quòd prælatus, qui ſucceſſit prælato habenti malam fidem, uel illi de capitulo, qui ſucceſſerunt aliis, nunquam haberent bonam fidem, qui præſumerentur ſcire iura, quæ habet eccl. & quæ non: aut ſaltem deberent ſcire, & eſſe in lata culpa, & ſic non et haberent bonam fidem ad preſcribendum: & tamen iſta ſunt falſa, ut traditur in c. cum. per gl. & Innoc. j. de iuccpatr. & per Bald. in l. poteſt quis. ff. de uſucap. Præterea ſecundum hoc non excuſaretur iudex, qui tenetur inquirere ſuper certo genere maleficiorum, contra text. in l. j. §. magiſtratibus. ff. de magiſt. conue. per quem dicit ibi Bal. quod licet iudex ex officio teneatur inquirere. l. iubente. & ſub pœna: nihilo minus intelligitur, ſi ſibi delictum fuerit denunciatum: aliàs poſſet ignorare. Nec obſt. c. innotuit. ſ. de elec. quia uerum eſt, quod ille; qui gerit actum cum aliquo, præſumitur ſcire conditionem & qualitatem eius, l. ſi patronus. & ibi Bald. ff. de confir. tu. uel tenetur ſcire, ita quod eſt in culpa, ſi ſe non informat, l. qui cum alio. ff. de reg. iur. Sed non eſt ita in eo, qui nullum gerit actum, ſed ex hoc ſolo obligatur, quia ſibi committitur officium inquirendi ſuper certo genere rerum: hic enim excuſatur ignorantia, ſi procedit ex facto alieno: & licet ſit aliqualis culpa, non tamen tanta, quæ conſideretur in propoſito: & licet iſta confirment

opinionem

opinionem domini mei & Hoſt. hic, qui dixit, quòd requiritur monitio trina, per c. pon. de ſup. neglig. prælat. tñ poſſet dici, quòd doctrina Inn. in c. extirpandæ. loquitur de impoſitione pœnæ. quod non eſt hic. Et conſidera quia ſecundum Bal. hic epũs iſtius archidiaconi nedum erat in mora, ſed in culpa, exhibẽdo ſeruitia archiepiſcopo exiſtenti in poſſeſſione primatiæ: unde eſt quodãmodo iuſtis prælatus uel ſuſpectus non audens audẽda, ſm ipſum pro quo facit c. j. 39. diſt. ¶ Et quãuis Doc. intelligant iſtã decre. q Arch. hoc fecit data negligentia prælati, tñ põt procedere lectura gl. q ẽt non data negligentia admittatur ad agendum de ſtatu eccleſiæ: ſicut admittitur patronus ad agendum de ſtatu eius, q eſt in ſeruitute: quia ſua intereſt, l. 3. & ſeq. ff. de lib. cauſa. Hic aũt intererat Archidiaconi propter putationem ſuperioris, quod eſt intereſſe conſiderabile, ſecundum Innoc. in c. auditis. de præſcrip. quem ſequitur do. Ab. in c. dilecti. ñ. de maiori. & obedi. in c. cùm deputati. ĩ. de iudi. & in c. ñ. ĩ. de dila. & in c. cùm dilectus. j. de relig. dom. Et ſecundum hanc lecturam, ſnĩa lata contra ipſum non nocet eccleſiæ, p c. cùm ſuper. cum materia j. de re iudic. ¶ Vbi aũt ageret tanquam data negligentia epiſcopi, ſecus eſſet, ſecundum Hoſt. & alios hic, ſicut dicitur in actionib. popularibus, l. cum, q. §. in popularib. ff. de iureiu. & no. glo. notabilis, & ibi do. Ant. & do. Abb. in c. cùm dilecti. in uerbo, iudicatum. ĩ. de elec. ſecundũ ipſos: quib. adde gl. in ſimili in c. cupientes. §. cæterùm: in uerbo, nullum præiudicium. de elec. in 6. & Inno. in c. ſuper his. in gloſ. j. & ẽt in gl. in uerbo, à promotione. j. de accuſ. & in c. cùm. el 2. ad fin. j. qui fil. ſint legi. ad ſ. gl. magnæ: & Imol. in c. ad audiẽtiam. el 2. in pe. col. ĩ. de reſcrip. & Arch. in c. illud. 23. diſt. quia quilibet de populo cẽſetur procurator reipub. & ideo ſicut ſi unus habet plures procuratores cum mandato, & ſnĩa lata contra unum, alius agere non poteſt, l. ƥ lurib. ff. de procu & c. ſi duo. co. tit. in 6. ita hic, niſi oſtenderetur agentem fuiſſe præuaricatum, per notata in c. de his. j. de accuſ. uel ſecundus nolens agere ignoraſſet de primo agente, ſecundum glo. in d. c. cùm dilecti. Et ita notant prædicti Doct. hic. ¶ Quo autẽ noĩe debeat talis agere: an ſuo, an eccleſiæ? dic breuiter, ſecundum Innoc. & alios hic, & Lapum allegatione 52. & Spec. in tit. de procur. §. rõne quoque conſtituentis. uer. quid ſi aliquis. & Arch. in c. non liceat. 12. q. 2. & Imol. in cle. j. de reſcrip. q ſiue agat pro re malè alienata, ſiue in utilitatem totius eccleſiæ, agere debet nomine eccleſiæ: qa ſubrogatur loco prælati: & ita agit ipſe prælatus, ut tradit in c. fin. ĩ. de dila. Ergo, &c. quia ſubrogatum ſapit naturam, & c. c. eccleſ. el j. ĩ. ut lit. pen. cum ſimi. Et iſtis adde, quod not. Bart. in l. j. C. de bo. mater. ubi dicit, q ſi pater agit pro reb. aduentitijs filij, qui eſt adminiſtrator legitimus, & habet mandatũ à lege, debet agere adminiſtratorio noĩe: ſic etiam cõiuncta perſona habet mandatũ à lege, ut traditur in c. nonnulli. ĩ. de reſcrip. & tñ debet agere nomine eius, ad cuius utilitatem agit: probatur in l. Pomponius. §. fi. ff. de procur. ubi dicitur, q coniuncta perſona non debet admitti contra uoluntatem eorum, pro quibus agit: tantum enim ſignificat agere pro aliquo, quãtum agere nomine ipſius, l. fideicommiſſa. §. interdum. ff. de leg. 3. & Bar. ibi. & in l. j. §. nunciatio. ff. de ope. no. nun. maximè, quia ſubrogatur loco alterius: ad quod bene facit cle. j. de ſup. neg. prala. Non obſt. q in actione populari quis agit nomine ſuo, ut hic per Inn. quia in illa actione pœna & utilitas pecuniaria applicatur parti, l. ſi cui, in fin. ff. de accuſ. & per Bartol. in l. agraria. ff. de termino moto. ſed hic non. Vnde dicit Bal. hic, q iſta erat cã mixta, ſ. propria & publica ipſius eccleſiæ. Vbi aũt unus de eccleſia ageret pro intereſſe proprio, procederet opinio aliorum, quorum opiniones cõtra prædicta refert hic Inn. dum tamen agant noĩe propriæ dignitatis, ut latiùs diximus in c. 3. ĩ. tit. j. Et in quantum dicunt oẽs poſt Inno. q talis non tenetur ſatiſdare, nec poteſt reconueniri: adde Archi. in d. c. non liceat. ubi idem tenet, ſubdens fuiſſe obtentum in curia, q agens hoc modo poterit conſtituere procuratorem ante lit. conteſ. Et iſta etiam ponit do. Ant. in c. edoceri. in 2. col. & in clem. j. de reſcrip. dicens, q iſtud eſſet mirabile: & loquitur in agente pro malè alienatis, ut poſſit quis conſtituere procuratorem ante lit. conteſta. quia regulariter ſecus, l. neque. C. de

ma: quod ſic poſt ſing.articulos multiplicetur articulus famæ, uel fiat interrogatorium: quòd ſi dicat ſe neſcire de contentis in tali articulo interrogetur ſuper ſingulis ſeparatè: & practicatur,an ſaltem aliquid ſciat per famam:& ita dicit ſe conſuluiſſe plerumque: ex quo poteris non paruum honorem reportare,ſecundum ipſum. Et ſi diceretur,quòd dictum Spec.non poteſt procedere ex eo quia unus teſtis non reducitur ad concordiã de ſeipſo, ut probet,ſecundum Barto.in l.eos.ff.de falſis.& iſte uidetur ſibi contrarius: nam, ſecundum Bartol.ſubtiliter in l. admonendi. ff. de iureiurãdo, qui dicit aliquid ſe neſcire, per illam neſcientiam excludit non ſolùm ſcientiam,ſed fidem & opinionem: ergo eadem ratione uideretur excludere famam, quæ eſt incerta, & quã homines opinantur. Reſpondet hic dn.meus,quòd ideo ad fi. probandi teſtis de ſeipſo ad ſeipſum poteſt reduci ad concordiam, ut per Bartol. in repetitione l. de ætate.ff.de inter.& dixi ſ.eo.c.& dicit,quòd doctrina Bar. in d.l. admonendi. non uidetur uera:quia uerbum, Neſcio,uel Nihil ſcio, de ſua proprietate non excludunt, niſi ſcientiam: & ſic non ſequitur, quòd excludatur opinio, uel fides: quæ aliud eſt à ſcientia,c.quoties. ſ.eod. Et iſtis addit do.Ant.hic, quod not. Ioan. Andr. in Specul.de teſte.§. nunc uidendum.in ult.addi. ubi dicit,quòd ſi ſimul & ſemel fuit articulatum de facto principali, & poſtea in ultimo articulo de fama, ſed ſolùm depoſuit ſuper articulo principali, poterit ipſe idem,uel alius teſtis recipi ſuper articulo famæ: quia modus probandi per famam non uidetur deductus ſuper articulo facti principalis: & de hoc dicto meminit etiam do.Ant.in c.fraternitatis. ſ.eod.pro quo uide Cy.& Salic. in l. fin. C.de quæſtionibus ubi dicunt, quòd ſi teſtis eſt examinatus ſuper uno indicio ipſius maleficij: putà, de fuga: quia de illo indicio capitulatum fuit duntaxat, & non de alio, tunc non obſtante publicatione poterit idem teſtis,uel alius ſuper nouo indicio recipi. ¶ In gloſ.in uerbo, de cauſis.in princ.Not.iſtam glo.ſemper, an & quando ualeat dictum teſtis,qui non reddit cauſam dicti ſui: in quo multùm ſolenniter inſiſtunt hic omnes Scribentes: ſed præcipuè Bald. ſubtiliſſimè,& ponunt iſti, qualiter & quando debeat aſſignare cauſam dicti ſui, & eſt materia utilis, licet uulgata: de qua etiam tangit plenè Bald.in l.ſolam.& in l.teſtium.C.de teſti. & Specul.magiſtraliter in titul. de teſte.§. nunc tractandum. uerſi.debet quoque iudex. uſque in fi. ubi extendit practicam huius decretalis. In primo reſponſo. habetur etiam de materia per do.Ant.in c.ſuper his. & ibi latè per Innoc.& Paul.de Caſt.in l. qui teſtamento.§.fi.ff.de teſta.per glo.in l.cùm lis.§. cauſa.in uerbo,audiat.ff.de tranſa.& per gloſ.j.in l.j.in princ. ff.de no.ope.nun.& Bald. qui refert Innoc.hic in l.3. in princ. ff. de teſtibus.in apoſtil.& Ro. in l.mortis cauſa.§. qui hominẽ ff. de dona.cauſa mortis. & do. Flor. in l. ſi ſeruum meum ff.ad l.Aquil.& Bald.in l.is qui.ff.de tu.& cu. da.ab his. & in l.pen.

ad

ad fi. ff. de prob. & in l. j. circa medium. ff. ſi cert. pet. & in l. j. in penulti. col. ff. de teſtibus in apoſtillis, & gloſſ. & Arch. in c. ſi habes in uerbo, idonea 34. q. 2. & i alijs locis, in quibus infrà. Et ꝓ clariori doctrina dic magis ordinatè q̃ per Doct. faciendo ex oibus certas cōcluſiones. ¶ Prima cōcluſio. Teſtis [a] regulariter † non tenetur
2 reddere cauſam dicti ſui, ſecundum gloſſ. hic & in l. ſolam. C. eo. & gloſſ. 1. in c. ſicut. ubi boni text. infrà de re iudic. & glo. in §.
* item ſolam 4. q. 3. & Inno. & omnes * hic: quia teſtis non debet eſſe uerboſus, i. non debet reſpondere ad ea, de quibus non requiritur, ſecundum ipſos. Operatur tamen non parum, ſi ipſe eam reddit, quoniam cæteris paribus præponderabit eius dictū, ſecundum Bal. in l. presbyteri ante fin. C. de epiſco. & cleri. & ita dicit tenuiſſe hoc
3 dictum alibi. ¶ Fallit † primò iſta concluſio, niſi teſtis fuiſſet à iudice interrogatus de cauſa, ut hic in glo. Et ita intellige glo. in c. ſi quando ſuprà de reſcrip. in uerb. rationabilem ſecundum Imo. ibi & hic. Et adde, ſecundum Bal. hic, ꝙ iudex interrogatus hoc modo dicēdo, quid ſcis? uidetur interrogatus etiam de cauſa: quia indefinita æquipollet uniuerſali: ac ſi iudex diceret, dic omnia, quæ ſcis: & tunc non ualeret dictum eius, ſi non redderet cauſam: quia implicitè interrogatur de ipſa: & ita dicit ſignanter Bald. ſe putare, ſi teſtis iurauit dicere ueritatem, ſiue fuerit interrogatus de cauſa, ſiue non: & ita dicit probari eleganter in c. fraternitatis in ult. gl. ꝫ. eod. Et talis teſtis interrogatus de cauſa non reſpondens, non facit præſumptionē, ſecundum Spe. in tit. de teſte. §. j. uer. item ꝙ interrogatus & Bal. in l. teſtimonium. ff. de teſt. in apoſt. ꝙ tamen uidetur eſſe arbitrarium, ſm do. Abb. hic: quibus adde, ꝙ ſi pars dediſſet interrogatoria, & ommitteretur repetitio ſuper eis, non ualerent atteſtationes: & hoc, ſi interrogatoria non fuerint reiecta à iudice. Præterea utile eſt, ſecundum do. Card. & do. Abb. hic, ut ſcribantur in actis, ut poſt publicationem poſſis opponere atteſtationibus, ſi ſint interrogatoria omiſſa: & allegant Spec. in tit. de teſte. §. iā de interrogatorijs uer. itē cautè. ¶ Et iſtis adde Ioan. And. in d. uer. item, ꝙ interrogatus ubi dixit, ꝙ ſi per dolū, uel nōgligentiam iudex non quærit de cauſa: tenetur tñ in foro pœnitentiali parti, contra quam depoſuit teſtis, non expreſſa cauſa: qua expreſſa dictum eius nō nocuiſſet ſibi. Dicit tñ, quòd in foro iudiciali petitio ad intereſſe nō haberet locū, niſi fortè ipſe reus cōfiteretur, & ſequitur do. Ant. hic, & et in effectu do. Ab. dummodo ſm ipſum, cōſtet, ꝙ iudex per malitiam non interrogauit, quia ſciebat teſtē non redditurū ſufficientem cauſam: uel teſtis hoc confitetur: quibus caſibus credit eum teneri, nedum in foro pœnitentiali ratione culpę, ut probatur ex dicto Innoc. in c. ſicut dignum cum concor. j. de hom. ſed etiam in foro iudiciali, per l. ſi quando. C. de teſti. & in l. ſi filiusfamilias. ff. de iudi. ut hic per ipſum: ꝓ quo uide, quæ late dixi poſt do. Anto. & Ana. in c. tua nos. j. de homi. & ꝙ not. Rayn. in ſumma, de teſte. prope fin. ubi dicit, ꝙ ſi teſtis per ſuum falſum teſtimoniū intulit damnum parti, tenetur in foro conſcientiæ. Quod aūt dictū eſt de iudice, intellige ſanè, dummodo iudex fuerit requiſitus, ut interroget, aliàs non, qa lex, uel ſtatutū aſtringens iudicem, ſub pœna, ut aliquid faciat ꝙ eſt ad utilitatem priuatam, intelligitur, ſi eſt petitus, ut notant do. Ant. Imo. & do. Ab. in c. uenerabilis. ꝫ. de iud. & Bal. in l. j. §. magiſtratibus. ff. de magiſt. cōuen. & do. Abb. in c. auditis in fi. ꝫ. de procur. cū cōcor. quas credo dixiſſe in c. excōicamus in prin. j. de hęre. ¶ Sed hanc fallentiā intellige ſm Inn. Bal. do. Ant. & Imo. hic, niſi dictū teſtis probaret cauſam annexā, puta, quia dixit ſe uidiſſe Titium mutuare Seio 10. nam de cā ſcientiæ nō eſt aliter interrogandus, & ſi interrogatus cā non reddat, nō uitiatur dictū ſuum: qa iam in dicto eſt expreſſa rō: ſed rurſus pōt interrogari, qñ uidit, quis erat ſecum, ſm Inno. ꝙ eſt not. dignū, ſm Bal. hic, qui addit qđ ſi diceret, Titiū fuiſſe ſecū, & Titius dicat, ſe nō interfuiſſe, remanet dictum teſtis ſuſpectū & inualidū. Allegat l. j. in fi. ff. quemad. teſta. aper. & addit, ꝙ ſi interrogatus, quis erat ſecū? dicat, nō recordor, eſt ut ſuſpectus & nō creditur ei, qa iſtæ interrogationes nō ſiunt fruſtra, ſed cā intercipiendi teſtem. Iſta tñ ſuſpicio pertinet ad actū, & in dubio non præſumitur, ſm ipſum: & addit, ꝙ ſi fuit interrogatus, de cauſa bis, & ſemel reddit bonā rationē: putà, de uiſu, & poſtea malā, putà de credulitate, uidet, ꝙ talis teſtis intricauerit ſeipſum, & nō probet. Allegat l. q. falſa, uel uaria. ff. de teſtib. ¶ Fallit ſecūdò dicta cōcluſio, qñ teſtis nō deponit in his, quę ſunt ꝑceptibilia ſenſu corporeo: in quibus ꝓcedūt prædicta, ſed in ꝑceptibilibus ſolū iudicio intellectus, quia in talibus neceſſe eſt, ꝙ reddat cām, etiamſi nō fuit interrogatus
* ſm Inno. & oēs * hic, quia deponere de his nō ſpectat proprie ad officiū teſtis, exemplū ſecundū Inno. hic, ſi dicit talem eſſe dñm unius rei, nam dominiū ſolùm nō percipitur ſenſu corporeo, ideo oportet, ꝙ reddat cām per quā infertur ad uerba iuris per eū prolata, ut qa adiungat, ꝙ emit talem rē, ſiue lanā, & fecit illud ueſtimentū, uel quid ſimile, nam, ſm Bal. hic, de dominio nō pōt reddi directa & immediata rō per ſenſum corporis, qa apprehēditur dictamine alterius rationis, tanquam quoddā abſtractū non concretū ſenſibus, & dicit, ꝙ oīs intellectus Doctorū eſt cū iſto dicto Inn. qa cā dominij cōſiſtit in facto, id eſt, in contractu & traditione facta à dño: Inſtit. de re. diuiſ. §. ſi quis à non dño, & facta nō præſumitur ad ſupplenda dicta teſtiū, ut no. in l. j. C. de uſur. Quare meritò, ꝙ à teſte nō deponitur, nō probat, quia iuramentū & depoſitio teſtis ſunt ſtricti iuris, & ideo ſi interrogatus ſuper capitulo, ꝙ res pertinet ad Titiū, dicit uerū eſſe & interrogatus de cauſa ſcientiæ, dicit, quia Titius eſt dñs, iſta ratio nō ꝓbat, niſi adiiciatur rō rationis, quę cōſiſtit in cauſis facti ordinati ad ius, quia dctum teſtis debet eſſe ita clarū, ꝙ non oporteat ſup eo diſputari, & ideo ignotum non probatur per ignotius, ut not. in l. Publia. in fin. ff. depoſiti. ut hic latius per Bald. qui ſubdit, quòd ſufficit teſtem reddere bonam rationem, et quòd bona ratio, eſt quæ exigitur à perito, uel iuriſta, per l. ſi quis uenditor in princ. ff. de ædi. edic. qui text. eſt not. ad multa ſecundum ipſum, & bene. ¶ Et per hanc fallentiam habetur una potiſſima doctrina in hac materia, quam confirma ex his, quæ pulchre not. Bart. in tractatu de teſte, uer. teſtis dixit fundum & domin. Cardi. & domi. Abb. in c. cum cauſam infrà eo. ibi, dicetur ubi dicunt, quòd teſtis deponens ſuper ualore non probat, niſi aſſignet cauſam etiam non interrogatus, quia conſiſtit in intellectu. Ad idem, quod not. Bald. in l. pen. quaſi in fin. C. de ſent. quæ ſine cer. quan. ubi dicit, quòd ualet ſententia lata propter teſtes, etiam qui non reddiderunt cauſam ſui dicti, niſi redditio cauſæ eſſet de ſubſtantia, ut ſi teſtes deponerent de dominio, territorio, diſtrictu iuris decimandi, uel iuriſdictionalis, quæ potius ratione intellectus, quam ſenſu corporis percipiuntur. Ita dicit notare Innocent. hic, & eſſe dictum notabile, tamen multum uulgare. Ad idem, quod not. Bald. in l. ſolam in 1. col. C. eo. ubi multum egregie deducit dicta Inn. hic, concludens, ꝙ in conſiſtentibus in intellectu teſtis excedit notiſſimos terminos officij teſtis, & efficitur altioris inquiſitionis, id eſt, tranſcendentis rationem intellectus, quæ ratio potius dicitur iudicium, quam teſtimonium, & ideo opus eſt, quod in obiectis, in quibus non eſt aliquid uiſibile, nec ſenſibile, nec tangibile, ſed ſolum intelligibile, aſſignentur cauſæ facti, ex quibus conſtet teſtem ſcire. Et poſtea ſubdit Bald. ibidem, quòd ſi teſtis dicit ſe uidiſſe præſcribi non expreſſo de poſſeſſione, nihil probat, quia deponit de iure, non de facto iuxta glo. in l. ſtipulatio. § hic quoque. ff. de uerb. oblig. Vnde oportet, quòd dicat ſe uidiſſe talem longo tempore poſſidere. Et alia pulchra ponit ibi Bald. in l. conuenticulam in ult. colum. C. de epiſco. & cleri. ubi inter alia dicit, quòd ratio teſtis uult per ordinem fundare dictum, ut quando deponit de dominio, uel præſcriptione, probat, ſi ex his, quæ requiruntur ad eſſe præſcriptionis, uel dominij format ſuum argumentum, inferendo ex cauſis facti in ſuo ſenſu cadentib. concluſionem iuris, quia tunc intellectus adminiculatur ſenſui, & ſupplet, quod deficit in ſenſu, & allegat Inno. hic. Ad idē uide do. Card. conſil. 77. incip. In Dei, &c. in cauſa & quæſtione excellen-

a *Teſtis*] *Adde a te, & dic, ꝙ licet teſtis non teneatur aſſignare rationem dicti ſui, ſi non eſt interrogatus, ut hic per Fel. Fallit tamen hoc in cauſis criminalibus, in quib. non ualet dictum teſtis ſi non aſſignat rationem dicti ſui etiam non interrogatus: Salic. in l. ſciant cuncti. C. de probat. do. Alexā. in conſil. ſuo 15. incip. Viſo proceſſu in forma. per poteſtatē Parme. Eſt uerū, qđ Lud. Ro. in l. ait prætor. ff. de iureiu. limitat iſtam communem opin. ut procedat in cauſis criminalibus, in quibus ueniat imponenda pœna corporalis, ſecus, ſi eſſet cauſa criminalis, pro qua imponeretur pœna pecuniaria. Et idem tenuit ante cū Ant. de Bu. in c. fin. de iureiur. Sed contra Lud. Rom. & Ant. de But. tenuit Imo. in d. c. fin. & do. Alex. in l. ait prætor. per generalitatem d. l. ſciant cuncti. Et ideo teneas primam opi. indiſtinctè, quia communis.*

cellentiſſimi legum doctoris ubi dicit, quòd teſtis dicens ſimpliciter, quòd Titius porrexit ſupplicationem in tenore & forma, de qua in capitulo ſit mentio, nec dicit ſe legiſſe, nec aliquam cauſam dicti ſui reddit, nihil probat: quia regula eſt, quòd quando teſtes deponunt ſuper his, quæ non percipiuntur ſine intellectu, tenentur reddere cauſam ſui dicti, aliàs non probant: & allegat Inno. hic. Et per hanc doctrinam Innocē. determinat etiam unam quæſtionem Romanus in l. ſciendum ff. de uerb. obl. & unam Bal. in l. unica. uerſ. ſeptimò, qualiter. C. de ſenten. quæ pro eo, quod intereſt. & aliam in l. ſi arbiter. C. de probat. & multas decidit Bal. hic ualde utiliter: & præſertim, dum infert, quòd ſi teſtis dicat: uidi, quòd talis erat clericus, nō probat clericatū, ſed oportet reddere rōnem: & ſi dicit, quia uidit eum ordinari: probat plenè: ſi autē dicit, quòd uidit eum incedere publicè cum tonſura & habitu, probat præſumptiuè. Allegat Iac. But. in l. ſi qua per calumniā. C. de epiſc. & cleri. ſecus, ſi non adijcit publicè: quia portare habitū in domo non facit aliquē præſumi clericū, niſi probet, quòd ſuperior ei impoſuit habitū, per c. ſi iudex de ſent. excō. in 6. ſm ipſum. Et allegat quotidie iſta doctrina Innoc. quòd teſtis nō habet deponere per uerba iuris, ſed de ipſo facto, ex quo reſultat præſumptio iuris & ad idē uide Spec. in tit. de ſyndico. §. 1. uerſi. ſed hinc obſtat. & Ioā. And. in Spec. de teſte. §. nunc uidendū in prima additione uer. in quantū tū de articulo iuris. & do. Ant. in c. cū ad ſedē in 5. char. ſ. de reſti. ſpol. & in c. licet cām in pen. char. ſ. tit. j. & in c. ſicut. j. de re iud. & Bar. in l. j. ff. ſi cer. pet. & in l. mutuū. ff. de acquir. hær. & Bal. in c. quanto in fi. ſ. de iudic. & in l. 1. in ult. char. C. de cōfeſ. ¶ Et iſtam fallentiā ampliat hic eleganter Innoc. etiāſi teſtis inducitur ad probandū: in quo plurimum laborat ratio intellectus, quantūcunq; conſiſtat in facto: puta, ſi uolo probare aliquem ebriū, uel furioſum: nā ad iſta ſcienda requiritur perſpicax inquiſitio, * & non oſtēdunt ſe animo, niſi per multa & diuerſa media. Vnde teſtis poteſt de facili errare, & ideo non creditur ſibi. niſi aſſignaſſet cauſam, & ſequuntur hic do. Ant. Bal. & do. Car. & do. Abb. & Spe. in d. §. nūc tractandū uer. idē ſentias & uer. idē quoq; eſt. Et idē circa illud de furore tenet Bal. in l. furioſum circa mediū, C. qui teſt. face. poſſ. Et idē de utroq; dicit Bar. in trac. de teſte. Et idē Bal. in l. ſolam inferens generaliter, quòd ubi requiritur prædominiū intellectus ſuprà ſenſum, nō creditur teſti, niſi applicet rationē concludentē ex ſenſu, quòd eſt in omnibus, quæ ſunt difficilis probationis: putà, quia directè uideri, uel ſentiri, nequeunt: unde putat idem eſſe, ſi teſtis produceretur ad probandū adulteriū: nam & hoc non pōt uideri plene, & concludenter ſciri per rationes intrinſecas, ſed per extrinſecas: quæ nō præſumūtur, niſi exprimant. ut in c. præterea. ſ. eo. Et idē dicit, quoties producitur teſtis ad probandā inuiſibilem qualitatē animi, puta, dementiā, fatuitatē, uel profundā amicitiā, uel inimicitiā, quia oportet aſſignare rationes illatiuas, uel motiuas animi ſapientū, cùm hæc ſint inuiſibilia & intangibilia. Et idē per alia uerba extēdit Bal. probans, quòd accidentia animi non percipiūtur momento tpis, ſed ex quodā diſcurſu & multitudine actuū, & dicit, quòd furor & dementia ſunt paſſiones cerebri, quas uix cognoſcit uiſus. ¶ Modò hanc fallentiā temperat trib. modis: primo, niſi talia conſiſtentia in intellectu eſſent talia, quæ poſſent percipi facili diſcurſu intellectus: quia deponēs de ipſis ſine redditione cauſæ nō petita, nō deponit nulliter. Ita eleganter dicit Bar. in tractatu de teſte, circa 3. col. uer. quædam enim. Dat exemplū in deponente de numeratione pecuniæ, nā teſtis nō uidit, niſi colorē, ſed mente, corde & ratione percipit an fuerit argentea, uel aurea de facili, & ideo ualet teſtimoniū cauſa non reddita, ſecundū ipſum, quē ſequunt hic do. Car. et do. Ab. ex quo infert do. Abb. quòd teſtis inductus ad probandum famā, uel notoriū, ſi non reddit cauſam dicti ſui, non minus probat, et ita dicit ſe nunc tenere, quamuis longo tempore tenuerit contrarium,

* *Inquiſitio*] *Adde Socin. conſ. 45. incip. in cauſa reſtitutionis in integrum uerſ. ſecundum eſt & uerſ. teſtis autē ter. med. cum uerſ. ſeq. par. 1. ubi etiam, quod ſi teſtis dicat aliquem ebrioſum, quia ex actibus hoc colligit, non probat ex quo cauſam aſſignat per iudicium rationis cum debeat cauſam facti aſſignare putà quia uidit eum intollerabiliter bibere, & poſtea eum uidit in itinere uacillare, & ibidem uide etiam de probando quem furioſum, cui Adde Angel. in Aut. ut cum de appel. cognoſ. §. ſi quis. & Socin. conſil. 170. par. 2.*

quaſi iſta eſſent perceptibilia ſolo intellectu, ſed tamen, quia modico diſcurſu percipiuntur, ualet dictum teſtis, ſecundum ipſum, cum quo concordat do. Ant. hic, et in c. ſuper hoc in 7. col. ſ. de renun. Sed contrarium tenet hic do. Ab. et in effectu do. meus, quia cognoſcere qualitatem famæ, uel notarij, nō eſt tale, quod capiatur ex communi hominū intelligentia abſque diſcurſu modico, cùm et apud peritos difficile cognoſcatur in debitis terminis, iuxta gl. in §. quandoq; 2. q. 1. et allegāt Bar. * in l. de minore. §. tormenta, * uer. quæro, ſtatutum et uer. ult. ff. de quæſtionib. Adde quo ad famam, do. Flor. idem tenentem in l. ob carmen in prin. ff. de teſti. et Bar. in l. quid ergo. §. ex compromiſſo. ff. de his, qui notantur infamia et Imo. poſt. dom. Ant. in d. c. ſuper hoc in 15. col. et Sal. in l. ea quidem in x. col. cum duabus ſequentib. uer. quæro, an teſtis. C. de accuſ. et do. Flor. in l. ſi arbiter. ff. de probat. Domi. poſt Archi. in c. 2. in ult. col. de accuſ. in 6. & do. Maria. in repeti. c. qualiter el 2. q. 9. in ti. 29. cū duob. ſequentib. j. dē accuſ. & ibi inuenies ad ſaturitatem, ubi etiam extēdit, qualiter debeat teſtis deponēs de fama aſſignare cauſam. Item quantum ad notorium, dic idem, ut etiam per dom. Ab. in c. cùm dilectus in 2. col. j. de purga. Cano. & plenè dom. Ant. in repe. c. ueſtra. in pen. char. uer. ad ſecundum, qualiter. j. de cohab. cle. et Bal. in c. ſi. ante fin. ſ. de iur. calum. ¶ Per hoc etiam dicit hic do. Card. quem do. Ab. nō refert, quòd ſi teſtis * deponit ſuper amicitia, * uel inimicitia, et non interrogatus non aſſignat cauſam, ualet eius teſtimonium, quia percipiī modico diſcurſu per actus extrinſecos, licet Bald. dicat contrarium tenere in l. data opera. C. qui accuſ. ſed eſſet difficile ad ſuſtinendum propter dictam regulam, ſecundum ipſum, cui adde, quòd etiam contrariū tenuit Bald. in d. l. ſolam in 2. col. ut dixi in præcedenti uer. ampliando fallentiā, et fortè melius per illas rationes. Opi. tū do. Car. uidetur poſſe procedere, quādo teſtes deponerent de inimicitia propria in aliū, per tex. notabilē. in c. inquiſitionis uer. et an fides ibi, nullas inimicitiarū cās. j. de accuſ. ¶ Secūdo tēpera hanc fallentiā ex alia ſubtili theorica Inn. hic, dicit eīn, quòd ubi teſtis deponit ſuper his, quæ pñt trahi ad iudiciū rationis, et ad teſtimoniū ſenſu corporis, debemus intelligere dictū teſtis, quatenus in ſenſu corporis, et ſi non reddit cauſam, ſuſtētabitur, exemplum, ſi teſtis deponit, quòd Titius poſſidebat, debet enim exponi, id eſt, de facto tenebat, nam poſſeſſio poteſt eſſe iuris, quæ non cadit in ſenſum corporis, ſed percipitur iudicio intellectus, et poteſt eſſe quid facti, et idem ſentit gloſſ. et Bartol. in l. ſtipulatio iſta. §. hoc quoque. ff. de uerbo. oblig. quem allegant hic Docto. quibus adde Bartol. idem tenentem in tract. de teſte, uer. teſtis deponit aliquem poſſediſſe. et domi. Abb. in c. licet cauſam in 3. char. ſuprà tit. 1. et domi. Anton. in proœm. Decret. & Bal. in l. de quib. in antepe. colum. ff. de legi. et Bald. in l. 1. in princ. C. communia de uſucap. et domin. Abb. in c. quoties ante fin. ſuprà eo. et plene Roman. in d. §. hoc quoque. Et quod in materia æquiuoca ad ſenſum corporis, et ad intellectum ſuſtentetur dictum teſtis, uide etiam domi. Anton. in d. cap. ueſtra. in pen. char. ¶ Sed nihilominus per talem teſtem dicitur probari ſufficienter poſſeſſio, etiam intelligendo uerbum poſſeſſio, ab eo prolatum de poſſeſſione facti, quia ex tali detentatione ſeu poſſeſſione, prout eſt facti, probatum eſt de poſſeſſione, prout eſt iuris, et ſic de poſſeſſione naturali et ciuili, quoniam probata detentatione præſumitur poſſeſſio iuris, ſecundum gloſſ. fin. et Archid. in cap. pontifices 7. quæſt. 1. et Innocent. in cap. cùm olim el 2. in fin. gloſſ. quæ incipit, et male infrà de priuileg. et Oldr. conſil. 199. incipiente, pro fundamento. et Imo. in cap. cùm tu. quaſi in fin. ſuprà eo. et ibi retuli in uerbo, dant alium modum. et not. Paul. de Leaza. in cap. in literis ſuprà de reſtitut. ſpol. et Bald. hic, et in l. 1. in ultim. column. C. de ſer. fugiti. et in l. penult. C. de exec. rei iudic. et in cap. 1. in uerbo, recuperauerit. de pa. Conſtan. et in l. unica, in ult. char. C. de confeſ. cum concor. ¶ Tertio tempera hanc fallentiam, niſi teſtis deponeret in depēdentibus à peritia artis. iuxta cap. cauſam ſuprà tit. 1. quia ſi principalis depoſitio eſt de re ſenſu apprehen-

* *Tormenta*] *Adde Alex. ibi. & in l. 3. §. 2. ff. de teſt. & Ang. in Aut. ut nul. ſine quoq; ſuſ. § ſi quis aūt præter in. & §. neceſſitatis et in Auth. ut nul. iud. §. et hoc inter. & Flor. in l. ſcientiā. §. qui cū aliter ad leg. aquil. & Alex. cōſ. 19. p. 4.*

* *Amicitia*] *Adde. Angel. in Auth. de monach. §. cogitandum ad fin.*

prehonſibili, licet in quantitate apprehenſionis adhibeat iudicium intellectus, ualet dictum ſine rõne expreſſa, ſm do. Ant. hic. Vnde infert, ꝙ ſi obſtetrix interrogatur, utrum talis mulier ſit arcta, uel prægnans, uel peritus in arte cantandi interrogatur, an aliquis ſit bonus, uel malus cantator, uterque iſtorum bene rñdet, dicendo, quia audiui, & quia uidi, nec eſt neceſſe, ꝙ aliter per medium peritiæ declarent, quæ ſint ſigna prægnantis, uel bene cantãtis, ut hic per ipſum. Pro quo facit, quod no. Bart. in l. de ætate. in 2. char. ff. de mino. qui uidetur ſentire, ꝙ qñ teſtis, qui deponit, eſt peritus, ſufficiat deponere ſine cauſa, unde ſufficit, ſi dicat, ſe uidiſſe uulnus abſque eo, ꝙ dicat, quare credat ipſum mortale, uel non. ¶ Sed contra iſta dicta uidetur facere deciſio Ioã. An. in Spe. tit. de teſte. §. nunc tractandum. in pen. additione, quæ incipit, hoc ergo intendit. ubi dicit, ꝙ in teſtimonio credulitatis debet addi id, quod eſt cã credulitatis, & idem ſentit Bald. in l. ſolam. in 5. q. C. de teſti. & facit c. quoties. ĩ. eod. & c. licet in ſi. j. eod. ubi ad perfectionem teſtimonij ſuper parentela non ſufficit deponere de credulitate, niſi aſſignetur cã credulitatis. Et pro hoc multùm facit dictum Inn. hic, quia cùm iſta cadant in notitiã teſtis primò ex ſenſu, poſtea ex difficili diſcurſu intellectus, uidetur teſtis potiùs uelle iudicare, quã teſtificari, ideo exigi uidetur rõ. Sed tñ ex dictis do. mei hic, & in d. c. quoties. põt concludi, ꝙ teſtimonium periti ualet eo ipſo, ꝙ conſtat eum peritum, & aſſignat cauſam ſenſus, quia uidit, quamuis non aſſignet cãm intellectus, quare ex uiſu ita credat, ſecus, ſi non eſſet peritus, ut not. Bar. in d. l. de ætate. Nec obſt. ꝙ etiamſi ſit peritus, requiratur diligens examinatio, ſecundum Bart. in l. ſemel. C. de re mil. lib. 12. quia iſtud non alterat depoſitionem teſtis. Et iſta, quo ad ſecundam fallentiam primæ cõcluſionis.

4 ¶ Fallit tertiò dicta concluſio, niſi † agatur de reprobando rebellione, quia teſtes contra ipſum deponẽtes ſine redditione cauſæ nõ ꝓbant, ſm Bal. in d. l. presbyteri in ult. col. uer. iuxta prædicta. C. de epiſ. & cler. & allegat Iac. Butr. in diſputatione, quæ incipit, quæſtio talis eſt, quidam petijt & fatetur, ꝙ alias non tenetur teſtis non interrogatus reddere cãm dicti in perceptibilib. ſenſu, ſed dicit ẽt ualde ſignanter, ꝙ teſtis, qui non reddit cãm non interrogatus, non ita perfectè probat, ſicut q. reddit, & ideo tabellio præponderatur talib. Quod bene not. & uidetur ſequi Ro. in rub. ff. de arb. ¶ Fallit quartò, niſi conſideretur dictum teſtis, quo ad hoc, ut per ipſum deferri poſſit iuramentum in caſu c. ſi. j. de iureiu. & l. admonendi. ff. eo. tit. quia ſi non reddit cãm, ẽt non interrogatus, ubi reddere non tenebatur, non probat ſufficienter, quantum ad hoc. ſecũdum Bal. ualde ſolẽniter in c. 1. §. ſacramentum. uer. unum ſcias. de conſuet. recti feu. Vnde dicit idem Bal. in. l. quib. ff. de legi. ꝙ teſtis non reddens rõnem dicti ſui nõ debilitat dictum teſtis reddentis rõnem, quin ei, qui produxit illum unicum teſtem reddentem rõnem poſſit deferri iuramentum in ſupplementũ probationis, ꝙ not. accuratè ad limitationem eorum, quæ diximus in c. in noſtra. in fin. ĩ. eod. ut non procedant in caſu iſto. ¶ Vltimò nota in hac prima cõcluſione, ꝙ his caſibus, quibus teſtis debet reddere cãm, intelligitur de cã ſcientiæ, quõ ſcit, non aũt de cã illius actus, quare fuit, licet de illa poſſit interrogari. Ita dixit Io. An. in paucis, in addi. Spec. in tit. de teſt. §. j. uer. item ꝙ interrogatus. & idem pulchrè Bal. in d. l. ſolã. in pe. col. dicens, ꝙ teſtis deponens de uenditione, interrogatus, ad quem finem fuerit facta, & quid erat uendens de pretio facturus, non tenetur rñdere. Idem in deponẽte aliquem percuſſum lapide, quia interrogatus, quid eſt lapis, ut per eum ibi, & in l. data opera. C. qui accuſ. non põt. Et per hoc infert eleganter do. Maria. in repetitione d. c. qualiter. q. 9. artic. 4. ꝙ teſtis deponens de fama, & dicẽs, ꝙ populus ita dicit, interrogatus, quare populus hoc dicat, non tenetur rñdere. Et ita tenendũ, quicquid ẽn hoc de fama dixerit Sal. in d. l. ea quidem. ſm ipſum. ¶ Et iſta intelligit do. Ant. hic, niſi contra factum, ſuper quo quis teſtificatur, ſit præſumptio, ſi non iuſtificetur ex aliqua cã, nam tunc ſi interrogetur de cã ipſius facti, ſuper quo deponit, ex quo tale factum non eſt ueriſimile & ſuſpectum, tenetur allegare cãm aliquam ipſius facti, per text. in c. ſuper hoc. ĩ. de renũc. ubi à teſte uidetur inquirenda rõ. quare quis ſponte renunciauit bñficio, cùm hoc non ſit ueriſimile. Sed de iſto dicto dicas, ut ibi per Imol. ubi ẽn iſto exemplo uidetur aliter tenere, & ꝙ ſufficiat teſtem dicere, uidi renunciare non interueniente aliquo ſigno uiolentiæ: & ad illum text. ꝙ licet bonum ſit inquirere cãm, qa fortè teſtis cãm ſcit, nõ tñ dicit, ꝙ ſi eam non reddat, non probat. Item intellige ut per Bal. in c. cùm ſuper. ĩ. de confeſ. ubi dicit, ꝙ interrogatorium teſtis debet eſſe de cauſis cauſæ, qñ contractus habet genus & differentias, ut ſtipulatio tanquã genus recipit ſub ſe multas differentiales, ſpecies, licet pro cã ſit qñq; ipſa uolũtas, l. ſi diuortio. ff. de uerb. oblig. l. Campanus. ff. de oper. lib. Si aũt contractus ſit differẽtia, & non genus, ut emptio & ſimiles, qui ſunt ipſa ſpecificatio, non eſt quærendum de cauſis cauſæ, ſed ſolùm de forma contractus. In maleficijs aũt non interrogatur teſtis, cur fur fecerit furtum, uel homicidium: ſed bñ interrogatur qualitas, an dolo, uel culpa, ſi iudici ui debitur: ut ibi per eũ. Et iſta ſunt notata ad primã concluſionem, uidelicet qñ teſtis teneat reddere cãm. Modò per aliam concluſionem eſt uidendum, qualiter eam debeat reddere. ¶ Secunda concluſio. Teſtis

5 † habens reddere cãm dicti ſui, debet eam reddere ex illo ſenſu corporis, ex quo percipit ipſum dictum: & hoc eſt altero ex quinq; ſenſib. corporis adaptato materiæ, de qua agitur: & ſi perceptibile uno ſenſu tñ, diceret ſe percepiſſe alio, nõ probaret tanquam non aſſignans congruam cãm. Ita dixit hic ordinatè Inn. quem plenè referunt Bal. do. Anto. do. Car. do. Ab. Imol. & Paul. de Caſt. in l. qui teſtamento. §. fin. ff. de teſta. Bald. & Sal. in l. ſolam. C. de teſti. & Bal. ſolenniter in rep. l. de quibus ff. de legib. & Bal. in l. data opera. C. qui accuſare. & in repe. l. 2. in penul. char. uer. qualiter aũt teſtes. C. de reſcind. uend. & Spe. in d. §. nunc tractandũ. uer. de auditu quoq; & uer. de odoratu. & uer. de tactu. Et quæ ſint obiecta quinq; ſenſuũ, ponit Bal. ſeriatim in l. non ignorat. C. qui accuſare. & de hoc ẽt per Bal. in l. de minore. §. tormenta. ff. de q. & in l. Labeo. ff. de ſup. neg. & in tractatu de alluuio, in uerbo, quoquo modo. & Bal. in l. pretia rerũ. ff. ad l. Falc. & gl. & Rom. in l. quod meo. §. ſi. ff. de acq. poſ. & gl. Inſt. de grad. §. ſi. & Io. An. in c. quorundã. de elec. in 6. & de iſtis ponebat latè Bar. in d. tractatu de teſte, quẽ morte præuẽtus nõ cõpleuit, ut refert Bal. in d. l. de quib. & i. l. 3. C. de teſti. & hic: ubi pleniſſimè diſcutit, ꝑ quẽ ſenſum debeat teſtis deponere, & ẽt poſuit ſtupẽdè in rub. C. ſi ex fal. inſtru. ¶ Et ꝓpter iſtã concluſionẽ refert Bal. in l. Arethuſa. ff. de ſtatu hominũ. fuiſſe rõne naturali reprobatũ quẽdã teſtẽ, q. dixit ſe uidiſſe ſtãdo ad partẽ, ꝙ Titius de nocte occidit Sempronium: nam interrogatus, ſi ibi erat lumẽ accenſum, ꝓpter q. uideret, dixit, ꝙ non: & qa ꝓbatum fuit, ꝙ illa nocte luna nõ lucebat, fuit reprobatus. Ad ꝙ ẽt uide Ang. cõſ. 192. & iſtis adde Domi. in c. hinc etenĩ. in j. col. 49. diſt. ubi dicit, ꝙ teſtis, q. dicit aliquẽ non uidere, reddit ſufficientẽ cãm, ſi dicit illũ habere pupillã oculi albã: & uide Bal. in d. tractatu de teſte, ubi dicit, ꝙ ſi teſtis deponẽs de ſapore uini, dicat fuit dulce: qa bibi: ꝓbat, licet dicat, nõ guſtaui. & uide Dom. in d. c. hinc etenĩ. in 5. notabili, ubi dicit, ꝙ teſtis deponens ſuper odore nõ reddit ſufficientem cãm, niſi reddat ipſam per ſenſum narium: & allegat Inn. hic. ¶ Sed illam concluſionem declara primò, ut nõ ꝓcedat iſta ſtrictè in ſenſu uiſus: qa ille ſeruit generaliter omnibus ſenſibus. Vnde quod capitur ſolo auditu, uel alio ſenſu, poteſt dici uideri: & ideo ſaluabitur teſtis aſſignans cãm ex uiſu, ubi fuit auditus, uel alterius ſenſus, ut eſt gl. ordinaria in c. teſtes. ẽn c. quæ uiderint. 3. q. 9. de qua faciunt feſtum domi. Anto. Card. & do. Abb. hic, & Ro. in l. ſciendum. ff. de uerb. obl. & in l. admonendi. ff. de iureiur. & do. Flo. in l. ob carmen. §. ſi teſtes. ff. de teſti. & Paul. de Caſt. in d. l. qui teſtamento. §. fin. & do. Anto. in c. tam literis. & Ro. & Angel. in authen. de hære. & Fal. §. hinc nobis. & in l. j. circa princ. ff. de his, quæ in teſta. delen. & ad idem eſt gl. in c. ueniſti ad fontem. in uerbo, quod uideris. de conſecra. diſt. 4. Idem Archi. & Ioan. de Fantu. in d. c. teſtes. & Bart. in l. 2. §. Labeo. ultra medium, ff. de aqua plu. arcen. & Specul. in tit. de teſte. §. j. uer. item quod non probet. & in tit. de teſte. §. nunc tractandum. uerſ. de auditu quoque. & Bal. in l. pen. ff. de proba. & Cy. in l. teſtiũ. C. de teſti. & Bal. ibidem, uerſ. ſecundò quæro. & in l. 3. ff. de teſtib. in apoſtillis, & Bar. in d. tractatu de teſte, uer. teſtis dicit, ꝙ uidit. Angel. in l. 2. ff. de bono. poſ. infanti, uel furioſo delata. Et pro hoc facit, ꝙ licet ſenſus uiſus non ſit congruus ſuper his, quæ non percipiuntur per auditum: tñ quia ſaluatur dictum teſtis, ut ꝓbet, ut habuimus in c. cùm tu. ĩ. eod. exponitur de oculo, uel uiſu mentis, non aũt corporis: cum oculus ſit triplex, ut per gloſ. 2. in c. quorundam. de elect. in 6. ſicut aliquando iuriſconſultus utitur uiſu mentali, non corporali, l. uidemus. cum ſi. ff. de in lit. iurando. & l. ſi Titio la 2. ff. de leg. 2. & ibi not. Bart. in propoſito. Ad idem, ꝙ eleganter not. Bart. in l. fin. C. de periculo nomi-

nominator. libr. 11. ubi dicit, ꝙ ſi teſtis deponens circa rem perceptibilem uiſu, guſtu, uel auditu, dicat: Scio, quia tetigi manibus: licet non conueniat tactus, probat: quia reſoluunt illa uerba in ſenſum congruentẽ rei, in qua deponit: & ſequit Bal. in l. non oim. ff. de lega. ¶ Sed ꝙ iſta declarõ non ſit uera, uide Bal. in terminis in c. præterea. in ſi. ſ. eo. ubi dicit, ꝙ ſi teſtis dicat, Vidi eos commiſceri carnaliter, cùm eſſet cortina in medio, non ſuſtinetur dictum ſuum, ut ponatur uiſus pro auditu: qa falſus ſenſus non pōt poni pro uero ſenſu: & hic eſt falſus ſenſus propter impedimẽtum cortinæ. Idem tenet Bal. in rubr. C. ſi ex falſis inſtr. in j. col. dicens, ꝙ ſi teſtis dicit uerũ eſſe, ꝙ uidit illum promittere, non probat ſtipulationem: qa uerbum eſt quid inuiſibile, & uiſus neſcit, quod faciant aures: ergo dictum teſtis incongruum: & allegat Io. An. in c. fin. ĩ. de ſucceſ. ab inteſta. Idẽ tenuit Bald. in l. unica. in j. col. C. de confeſ. & Ang. in repe. l. ſciẽdum ff. de uerb. obl. Et ideo dicit Bart. in l. j. C. de nauibus. Tyberinis. lib. 11. ꝙ teſtis dicens, talis eſt dñs, quia uidit non probat, tanqnam non utens ſenſu congruo. Præterea non uidetur conſonum, ꝙ ubi requiritur odoratus, uel guſtus, ſufficiat aſſignare uiſum: & tñ Doc. hic ſimpliciter loquuntur. ¶ Et ideo ex dictis Bald. in l. ſolam. in 7. q. & in l. teſtium. in 2. q. C. de teſtib. & in d. rubr. ſi ex falſis inſtrum. debes conſiderare, ꝙ aliqñ teſtis deponit de uiſu in materia perceptibili uiſu & auditu: putà, ſuper prolatione uerborũ in ſtipulatione, in quo actu Titium & Sempronium fuiſſe illos, qui cõtraxerunt, probatur uiſu, & uerba adaptata ad cõtractum probantur auditu. & ideo deponens de uiſu, includit auditum: qa nõ potuit uidere illos cõtrahentes, quin interfuerit cõtractui: præſentia autem arguit intelligentiam, ut dicetur in ſequenti declaratione: & ideo ſubtiliter intuendo, hæc depoſitio per uiſum includit auditum, præſertim quia ſufficit teſtem deponere per ſenſum uirtualiter & implicitè, iuxta elegãs dictum Bald. in l. 2. circa medium, de temp. app. dum dicit, ꝙ ſi teſtis dicit ſe recordari, qñ Titius natus eſt ad probãdum, cuius ætatis nunc ſit, & hoc aſſignet, ꝙ cã ſcientiæ ꝓbat: quia implicitè aſſignat cãm concludentem. Et facit ẽt rõ dicta ſ. de uiſu intellectuali, propter quam do. meus hic tenet primã partem, licet fuerit rõ rõnis, quam ipſe non allegat, in d. l. ſciendum. Aliqñ uerò teſtis deponit de uiſu in materia, quæ percipitur aliter, ꝗ̃ auditu, & tunc tutiùs eſt tenere, ꝙ non probat, nam dicit Bal. in d. l. teſtium. ꝙ per uerbum Viſus, non redditur rõ guſtus, quia ſunt oino differẽtia adinuicem ſe non complectentia, & ideo dicit Bal. in d. l. ſolam. ꝙ oportet, ꝙ ſenſus, in quo dicitur de uiſu, ſit multùm affinis cum ſenſu ipſius uiſus. ¶ Secundò declara iſtã cõcluſionem ex eo, ꝙ notat hic do. Car. ultra alios, niſi teſtis diceret ſe ſcire, quia fuit præſens, quia quantũcunq; notitia eius, de quo atteſtatur, exigit ſenſum corporis, tñ ſi in interrogatus dicit ſe ſcire, quia fuit præſens, ſaluatur eius dictũ, intelligendo ꝙ percepit per modum debitũ mediante præſentia, ut habetur in l. teſtiũ. C. eo. ſm ipſum. Pro quo in terminis uide Domi. in c. ut circa. §. j. in pe. col. de elect. in 6. ubi dicit, ꝙ ſi teſtis in reddẽda cã dicat, Scio, quia coram me actus fuit factus, reddit ſufficientem cãm, quia uerbum, Coram, includit ſciam & intelligentiam, ut ibi in gl. Ad idem uide Rom. in l. j. in prin. ff. de uerb. obl. ubi dicit, ꝙ Bar. ibi ſuperfluò ſupplet ad tex. præſente & intelligẽte, quia illud ſubintelligitur, quia nõ dicitur præſens, qui non intelligit. Allegat l. corã. ff. de uerb. ſign. & in l. diẽ proferre. §. coram. * ff. de arb. Sic ẽt declarat gl. in l. j. in uerbo, præſentib. C. de erro. aduo. & in c. præſentium. in eod. uerbo, de teſti. in 6. Ad idem uide Domi. in c. in primis. in princ. 3. q. j. ubi ſuper gl. in uerbo, præſente. quæ incipit, ẽt intelligente. notat, ꝙ non dicitur actus factus in præſentia alicuius, niſi ille intellexerit. Ad idem uide Paul. de Caſtr. conſil. 113. incip. Ad primũ quæſitum uidet dicendum. ubi dicit, ꝙ qñ notarius ſcribit actum præſentibus teſtibus, intelligitur de intelligentibus, ob naturam illius uerbi, ẽt ſi non dicatur. Allegat tex. in d. l. coram. & gl. reputatam ſing. in l. ſeruus. ff. de bo. poſſ. tit. generali, quam ad hoc allegat do. Car. Idem tenens in c. ſi. ĩ. de maio. & obe. Adde ad Bal. in l. teſtium. C. eo. ubi dicit idẽ, quod do. Card. hic. ¶ Et ſi diceretur, ꝙ fuit præſens, & non audiuit, rñdet Bald. ꝙ hoc non põt eſſe, quia teſtis contrariũ aſſeuerat eo ipſo, ꝙ dicit ſe fuiſſe præſentem, qa preſentia arguit intelligentiam, d. l. coram. & cum iſtis concordãt pulchre Bald. in l. j. ff. de author. tu. & in d. l. coram. & Bald. in l. hæredes palàm. ff. de teſta. & Bart. Bald. & Salic. in d. l. j. C. de erro. aduo. & Bald. in l. ſi non ſpeciali. poſt prin. C. de teſta. ¶ Iſta tamen limitantur primò, niſi quis deponeret nõ de præſentia propria, ſed de præſentia alterius: quia tunc dicere, Talis fuit præſens, non arguit, quòd hoc dicens ſciuerit eum intelligere, ſecundum Bald. pulchrè in d. l. j. de author. tu. per illum tex. & in d. tractatu de teſte. quem ſequitur do. Flor. in l. ob carmen. §. fi. ff. de teſti. & Bal. in l. j. quaſi in fin. C. de bon. poſ. ſecundum ta. niſi in inſtrumento diceretur aliquem fuiſſe præſentẽ ut in dictis locis, & per Paul. de Caſt. in d. conſ. uel niſi in caſu, de quo per Bald. in c. unico, in fi. de controu. inter do. & uaſal. & in rubric. C. ſi ex fal. inſtr. uer. ego uidi, ꝙ Titius uidit. ¶ Secundò limitatur, niſi quis uellet probare aliquem conſenſiſſe, quia non ſufficit dicere, ꝙ præſens fuit, ſecundum Bald. in l. 2. §. uoluntate. ff. ſol. mat. & in l. ſi ſurc. in 2. q. C. ad Velle. & in l. fi. §. neceſſitatẽ. C. de bo. quæ libe. ¶ Tertiò limita, iſta, non procedere in ſtatutis, ſecundũ Dom. in c. in primis præallegato: ubi dicit, ꝙ ſi ſtatutum uult, ꝙ actus fiat in præſentia alicuius, non ſufficit, probare, ꝙ fuit factus eo præſente, niſi probet intellexiſſe: q. non credo uerũ, tum propter prædicta, tum quia uerba ſtatutorũ interpretant ſecundum ius cõmune, l. ſi ſerui ueſtri. C. de noxal. & c. cũ dilectus ſuprà de conſue. ¶ Quartò limita, dummodo teſtis dicat uera eſſe, quia interfui: & non dicat uera eſſe, ſm Bal. hic elegãter, qa non ſequit, interfuit, ergo audiuit. Allegat notata in l. j. C. de erro. aduo. & eſt dictũ bene notandũ, & dicit Bal. in l. 2. quaſi, in fi. C. de bo. poſ. ſm Iac. But. ꝙ ex prædictis nõ inferi, ꝙ ſufficiat dicere, Scio, qa ſenſi: non ſpecificãdo ſenſum: quaſi nomẽ ſenſus aliqñ ponatur pro intellectu. & ideo talis non eſt incerta, ut p ipſum hic, & in l. teſtiũ uerſ. tertiò quæritur. C. de teſti. Et iſta ſunt utilia ad iura punictia præſentiã in actu: qa intelligũtur de præſentia & intelligentia ex ꝓpoſito, ut per gl. & Doc. in cle. j. in uerbo, præſentiã de bap. quæ eſt notabilis gl. ad iura in ea allegata, & ad dictũ Inno. in c. continentia de clerico percuſ. de eo, qui aſſiſtit maleficio armatus, ut tetigi in c. ſicut de homicid. ¶ Tertio declara iſtã cõcluſionẽ, niſi teſtis in materia perceptibili per ſenſum adduceret rationẽ, quæ arguerent præſumptiuè ſenſum, ut probatur ex dictis, & ex eo, ꝙ ſolet dici de teſte, q pro ratione dicti dicit, Scio, quia ſum uicinus, uel conſanguineus: quia probat, & tñ non allegat aliquem ſenſum corporis, & ſolenniter declarat Bart. limitando ꝓpriè Inno. in l. j. * ff. ſi cer. pet. ubi omnino uide & dicit ꝙ quamuis in tali ratione non exprimatur ſenſus corporeus tñ exprimit id, propter ꝙ ad ſenſum corporeũ in præſumptione deuenitur, ut per eũ & oẽs alios ibi, & Bal. in l. cõuenticulã. C. de epiſc. & cler. & do. Flor. in l. 3. ff. de teſti. & do. Ab. in c. literis de præſump. per illũ tex. & Ang. in authen. de teſti. in ſi. principij. & Spe. in tit. de emp. & uẽd. §. nunc uero. in fi. & Bal. in l. j. C. de ſeruis fugit. & Imo. in c. poſtquam. ĩ. de elect. & Bal. in l. data opera. & in l. j. C. de colluſio. detegenda. & Bart. in l. de ætate. ff. de minor. & Bal. in l. teſtiũ. C. de teſtib. & in l. de tutela. C. de in integ. reſtitut. mino. ¶ Vltimò in hac materia pro aggregatione quorundã utiliũ, quæ reſtant, not. primò ex dictis Bal. hic, quod mors poteſt probari per uiſum, dato quòd mors nihil ſit: & quòd nihil eſt, & uideri non poteſt, & ſeparatio animæ uideri non poſſit: quia poteſt uideri ſeparata eſſe, eò quia corpus non ſentit, nec mouetur, ut hic per ipſum, & in d. l. conuenticulam quaſi in fi. Idem dicit Bal. ſi teſtis uidit eum ſepeliri: poſtea dicit ſecus, ſi uidit eũ ſemimortuũ: quia nõ ꝓbat mortẽ. Idẽ dicas: ſecus, ſi diceret, nõ poterat, ſecundũ Bal. in l. quod certatũ per illũ tex. C. de poſthu. hære. Idẽ dicit Bald. hic, ꝙ ſi teſtis dicat, Vidi talẽ percuti cũ ſigno & cicatrice, ꝓbat percuſſionẽ ſolam: qa cicatrix non conſiſtit in cognitione momenti, ſed in conſideratione tẽporis futuri, quæ ꝑtinet ad medicũ. Idẽ dicit, ꝙ ſi teſtis dicit. Vidi talẽ percuti inter duo confinia, non deſignat locũ certum, ſed cõem: & in hoc fundat iuriſdictionẽ utriuſq; iudicis: ſecus, ſi illa uerba non ſupponerent pro loco, ſed pro intermedio, & allegat gloſ. in c. licet in regulis 16. q. 3. ¶ Idẽ dicit, ꝙ ſi teſtis dicat. Dico omnia eſſe uera: quia oẽs ſic dicunt, nõ probat, quia cauſa eſt ualde diuerſa à dicto, nec habet conſequentiã unũ ab altero.

¶ Secun-

* Coram] *Adde Alex. ibi. et plenius in cõſ. 179. 2. par. Angel. in Aut. de inſtr. cau. et fi. §. 1. col. 1. per illũ tex. in uer. in præſentibus & in Auth. de tabel. ĩ prin. col. 1. in fi. per illum tex. in uer. nota illum text. pro teſtibus.*

* In l. j.] *Adde ibi Alexand. & ad hanc materiam de teſte uicino, adde Ang. in Auth. de her. & Falc. §. hunc nobis & in Auth. de teſti. in princ.*

6 ¶ Secundò † no. ex eo, quod dixi paulo antè, ꝙ ſufficit, ꝙ dictum teſtis concludat præſumptiuè præſumptione iuris tali, quæ ſufficiat: quamuis dicatur, ꝙ aliter debet concludere, c. in præſentia. ṡ. titul. j. Ita formaliter decidit Bartol. in d. l. j. ff. ſi cer. pet. pro quo uide elegans dictum Bald. in c. tertio loco. ṡ. titul. j. ubi dicit, ꝙ ſi teſtes producti ad probandam emologationem laudi dixerunt uerum eſſe, & interrogati de cauſa ſcientiæ, dixerunt partes dixiſſe, quòd erant contentæ, probant: quia dato, quòd non reddant rationem per ſenſum corporis, ſcilicet per uiſum & auditum: tamen benigna interpretatione inſpecta ſatis uidetur hoc aſſertum: nec eſt mirum, quòd propter celeritatem locutionis interdum media propoſitio taceatur, ſecundum ipſum: cui adde Cy. ibi, & quod ipſe no. in l. 2. circa medium, C. de tempo. app. & in authē. quas actiones.
7 in fi. C. de ſac. ſan. eccl. ¶ Tertiò uo. ꝙ ſi † teſtis dicit ſe tātum ſcire, ꝙ Titius occidit Seium, niſi declaret ſe per rationem uiſus, non probat: quia loquitur æquiuocè & obſcure, cum ſciamus etiam, quæ non uidimus, ſecundum Innoc. in c. fi. ṡ. de iur. calum. Sed ſi dicit, uerum eſſe, ꝙ Titius occidit Seium, probat, ſi non eſt interrogatus de cauſa ſcientiæ: quia ueritas non eſt aliud, niſi res uiſu percepta & in memoria retēta, ut ſing. uot. in l. 2. in princ. ff. de aqua plu. arc. Iſta ſunt uerba Bald. in d. c. fi. in fin. de iura. calum. & dicit no. hoc meum dictum nouum. ¶ Quartò not. ꝙ ſi ſtatutum diceret, ꝙ teſtes deponentes contra bannitos, probēt, licet non reddant cauſam dicti ſui, non ualet, ſecundum Bal. in l. ſi non ſpeciali. ad fi. C. de teſta. quia eſt contra ius naturale, niſi exponatur, Malam, id eſt, non concludentem de neceſſitate, uerisimilem tñ, ut ibi per eum: pro quo faciunt, quæ habuimus in c. 2. ṡ. titul. j. & hic adde Bald. in l. 2. C. qñ fiſcus, uel priuatus. ubi dicit, ꝙ nō eſt tutum in teſte, ꝙ ironicè deponat. ¶ Quintò not. quòd ſi teſtis dicit ſe recordari de quodam antiquiſſimo facto, eo quòd ita reperit in ſuo memoriali, quod tunc ſcripſit, ſicut faciūt proxenetæ, talis redditio cauſæ eſt bona: quia per ſcripturam memoria perpetuatur: & maximè eius, qui interfuit. Ita dicit Bald. in l. iubemus. in ult. col. per illum text. C. de teſtam. ¶ Sextò † not.
8 quòd teſtis qui non fuit interrogatus de cauſa ſcientiæ, poteſt repeti ad partis inſtantiam ſuper cauſa ſcientiæ, & alijs interrogatorijs, dum modo pars priùs dediſſet interrogatoria. Ita not. Imol. in c. per tuas. in j. col. ṡ. eodem. ¶ Septimò uide Bal. in l. edita. in 3. col. uerſi. ſæpe accidit. C. de eden. ubi dicit, ꝙ tunc homo deponit, ut homo, qñ deponit, ut ipſius ratio, quæ eſt hominis forma intellectiua: qui uerò non deponit per rationem, interrogatus de ipſa, deponit ut pecus: & qñ depoſitio eſt idem, quod quædam ratio intellectus, ut de dñio, de literatura, de habitib. animæ ipſius poſitio interrogat tacitè teſtem de ipſa rōne: & ideo, niſi reddatur ratio, ubi poſitio eſt de inuiſibilibus & inſenſibilibus, teſtis non probat: quia talia neſciuntur per unam uiam, ſed per plures: & iudici eſt incertum de rōne motiua teſtis: quia quòd pōt multipliciter coniecturari, eſt incertum, & rō incerta non probat, c. in præſentia. ṡ. tit. j. ſecus. ſi poſitio eſſet de re uiſibili, uel ſenſibili: quia ceſſat dicta incertitudo, ex quo eſt unica uia ſcientiæ, ſecundū ipſum: cuius uerba bene no. pro doctrina. Et adde, ꝙ ſi eſt eadem rō cum dicto teſtis, non probat, ſm Bar. in l. fi. ff. de offi. proc. Cæſ.
9 ¶ Octauò, in † quantum tangit hic do. Ab. ✲ de teſte cæco, ✲ uel deponente de auditis medio pariete, adde quæ dixi l. c. præterea. in fi. ṡ. eo. Et dicit hic do. Car. ꝙ in percepti bilib. auditu teſtis habens notas uoces contrahentium, probat: allegat gl. 3. q. 9. cecus. Etſi opponeret, ꝙ pōt decipi, reſponde, & bene, ꝙ ēt uiſus pōt decipi, c. nec aliqua 28. q. j. ſed non eſt præſumptio: ſimili rñſione utitur Bal. in d. l. conuenticulam. in pe. col. ¶ Et ſcias, ꝙ in hoc latiùs inſiſtit hic do. meus: ſed teneo, quæ dixi, ubi ṡ. Ipſe ēt ponit, qūo deponitur ſuper negatiua: de quo tetigi in d. c. tertio loco. & in c. ex tenore. ṡ. eo. & non extendo: quia multa dicta ſunt, & dicentur hic pertinentiora. ¶ Poſtremò circa iſta tangunt hic do. Abb. de quibus ſenſibus poſſit notarius eſſe rogatus: de quo uide ſemper Ioan. And. à quo ipſi non recedunt, in addi. Spec. in tit. de inſt. edi. §. reſtat. in pen. col. uer. quæro. in additione, quæ incipit, no. ꝙ non ſufficit. de quo etiam per Bald. in rubr. C. de fid. inſtru. uer. ſed nunquid notarius. & Fed. conſil. 163. incip. lex dicit. & dic, ꝙ notario creditur de geſtis coram eo, non ab eo, & ideo non ſolum de uiſu & auditu poteſt eſſe rogatus, ſed de guſtu, odoratu & tactu proprio nō pōt conficere inſtrumentū: & eſt gl. in uerbo, abſunt. in authen. de fi. inſtr. & caut. §. ſi uerò moriatur. & licet habeat uim teſtis, l. Domitius. ff. de teſta. tñ eſſet ſolus in dicto ſuo. Vnde pōt dicere in inſtrumento, ꝙ tales dixerunt uinum amarum. De ſuo aūt guſtu non habet facere inſtrumentum, licet maior. eſſet præſumptio, ſi adderet ſe guſtaſſe, & ſic inueniſſe: de quo ēt per Pe. de Anc. in cle. j. de magiſt. & Bar. in l. j. §. fi. circa prin. ff. de uerb. ob. & Bal. Inſt. de uerb. ob. circa prin. Et poterit facere inſtrumentum ſuper conſtitutionib. in iure. An uerò circa continentia factum tñ, uide Spe. in tit. de ſyndico. §. fin. uer. ſed hinc obſtat. & Domi. in c. ſi quis iuſto in prin. de elec. in 6. ¶ In ea. gl. ibi, non tenetur re-
10 ſpondere. De † hoc, an teſtis teneatur dicere ſe eſſe criminoſum: dic, ut hic per oēs Scribentes, maxime per Imol. & Abb. per gl. & Arch. & Domi. in c. quærendum. 2. q. 7. per Inno. in c. dudum. ṡ. de elect. & in c. inquiſitionis. de accuſ. per Spe. & Ioā. Andr. in titul. de teſte. §. iam de interrogatorijs. uerſus fi. uer. porro. per gl. in uerbo, confeſſ. in c. j. de excep. per Bart. in l. j. ff. de offi. aſſeſ. per glo. in c. iudicantem. 30. q. 5. & Archid. in c. in primis. 2. q. j. per illum text. in uerſic. de perſonis. per Bal. poſt Innoc. in c. cùm ſuper. ṡ. de confeſ. per do. Flo. in l. 3. circa prin. ff. de teſtibus. per Domi. plenè in c. ex pœnitentibus. l. diſt. per Bart. in leg. ſi duo patroni. §. idem Iulianus. in fi. ff. de iureiur. & in l. ſi quis libertatem. ff. de peti. hæred. & in l. 4. §. hoc aūt. in fin. 3. q. ff. de dam. infect. & Bald. in leg. 2. §. quod obſeruari. C. de iura. calum. & in leg. comparationes. in 7. notabili. C. de
✲ fi. inſtr. In quibus locis communiter ✲ tenetur, ꝙ teſtis non tenetur rñdere ad aliquid, per quod ſua turpitudo detegatur, ut eſt crimen, infamia, excōicatio, & ſimilia, ad alia uerò ipſum inhabilitantia à teſtimonio rñdere tenetur, ut eſt paupertas, conſanguinitas, ſeruilis conditio, & ſimilia, de quib. per Bal. in authen. ſi dicatur. C. de teſti. Et procedit iſta concluſio, etiamſi interrogetur de crimine, quod dicatur eſſe publicum, ſeu manifeſtum, ſm Inn. in c. 2. ṡ. de confeſ. Cui non obſtat, quod ſcribit Bar. in l. Marcellus. §. j. ff. rerū amotarum. ubi facit differentiam, an crimen teſtis ſit manifeſtum, uel non. Et ſi turpitudo eſt detecta, non dicitur ſe prodere, quia rñdet hic eleganter Imo. ꝙ Bar. loquitur de interrogatione, quæ fit à parte producente teſtem, quia cogitur rñdere de crimine teſtis, ut firmat Spe. in d. §. iam de interrogatorijs. uer. antepe. propter iuramētum cal. in quo inter cætera iuratur, quòd non grauabit aduerſarium onere probandi, ſed uerum confitebitur, qui reſpectus non procedit in teſte. Nec ad hoc pōt reſpondere, tñ, cùm hoc ſit extra articulum, quo iurauit, & de hoc nō agatur inter partes, ſi tñ confiteretur crimen, crederetur ſibi, ſecundum Inn. in d. c. inquiſitioni. & dixi in c. de teſtib. in prima declaratione, ṡ. eo. ubi adde Pau. de Leaza. idē tenentem in rep. c. teſtimoniū. ṡ. eo. & Bar. in d. §. idem Iulianus. in fi. & Domi. in d. c. ex pœni-
11 tentibus. ¶ In † eadem glo. ibi, perſonas litigantium. Not. qñ teſtis debeat cognoſcere illos, pro quibus teſtificatur, de quo pleniùs hic per do. Ant. Imol. & do. Ab. & Bar. in l. fi. ad fi. prin. C. de iure delib. & ibi per Bal. uer. ulteriùs not. de tabellione. & in l. ſolam. & per Arch. in §. teſtium. 4. q. 3. & Bartol. in l. non minorem. in fi. C. de tranſac. & eleganter per Ioan. And. quem omnes ſequuntur in add. Spe. in tit. de teſte. §. j. in 10 col. uer. item quod prohibet. Et in effectu dicitur, quòd teſtis debet cognoſcere partes, quando deponit de facto ambarum: putà, ille de emptione & uend. Si autem de facto unius, putà quòd poſſedit, ſufficit, quòd illum cognoſcat. Si autem de facto neutrius, putà quantum ualuit frumentum, nec expedit ꝙ aliquē cognoſcat. Idem de teſtibus deſcriptis in inſtrumento, niſi eſſet inuentarium, propter text. in d. l. fi. uel niſi ſtatutum aliter prouideret, ut Bononiæ, ſecundum Ioā. And. ubi ṡ. à quo domi. Abb. recedit in uno, quia dum dicit, ꝙ in inſtrumento non requiritur, ꝙ cognoſcat partes, intelligit hoc, quo ad notitiam præcedentem, ſed tpe contractus dicit ſe non uidere, qūo poſſit teſtis eſſe rogatus, niſi capiat notitiam cōtrahentium, cùm ita ſit, ꝙ oporteat teſtem eſſe rogatum, l. hæredes. §. in teſtamētis. ff. de teſta. Et adde, ſm Bal. hic, ꝙ ſi teſtis deponit de furto aſini, uel bouis, uel interrogatus dicit, ꝙ ipſum aſinum cognoſceret, ſi uideret, debet ſibi oſtendi forma non mutata, & qui non uult oſtendere, haberetur pro confeſſo, ſecundū ipſum. Et idem de alia re, putà libro, uel ſimili, quod bene no. ¶ Et adde, ꝙ non eſt neceſſe, ꝙ teſtes, quos maſſarius contra te producit ad probandum maleficium, cognoſcant interficientem, uel

✲ *Cæco*] *Adde Alexan. in l. ſi non ſpeciali. C. de teſt. & Ant. de Roſel. in tract. de ſucceſ. ab inteſt. colū. 2. & no. quæ dixi in addit. c. præterea. alleg. hic.*

inter-

interfectorem,ſecundum Bal.in d.l.ſolam.& Flo.in l.ob car-
men.§.fi.ff.de teſti. Allegat gl.ſing.ſecundum eos in c.libello
rum.2.q.8. Et utrùm iſta habeant locum in notario,uide Bal.
in rub.C.de fid.inſtrum. Et iſtis adde Archi. in c.canonica.3.
q.5.ubi dicit, q teſtis incognitus non admittitur in criminali
bus,niſi approbetur:ſecus dicit in ciuilibus: & allegat Inno.in
d.c.inquiſitione.¶In ea.gl.in fi.ibi,& in eadē forma. Facit tex.
& ibi Bart.i l.ſi cū exhibuiſſet.ff.de publica.Et dicit idē,ſi dubi
tatur de uaſe,ſecundum Bart.in l.qui uas.in prin.ff.de fur. Et
adde glo.4.§.teſtibus.in uerbo, ex tempore. quæ dicit,quòd ſi
teſtis eſt ſuſpectus, poteſt interrogari de qualitate ueſtium.
Idem Spec.in d.§.iam de interrogatorijs.uer.item quod de tē
pore.ubi etiam dicit, q tunc poteſt petere iudex de formis ho
minum & alijs circunſtantijs. & uide gl.in l.j.ff.ſi ex nox.cau
ſa agatur.quæ dicit,quòd pars poteſt petere,ut res de qua liti-
gatur,exhibeatur in iudicio, ut teſtes eam cognoſcant & iſtis
adde text.& Bal.in l.ad recognoſcendos.C.de ingenuis & ma-
12 numiſſis. ¶ In † glo.in uerbo,tempore.in fi.tenenda eſt prima
expoſitio gl.ſcilicet de tempore actus,uel contractus.ſecundū
do.Car.& alios hic per c.nihilo minùs.3.q.9.ubi etiam eſt op-
tima gl. Vera eſt tamē ſecunda expoſitio gl.item & tertia,ex-
ponendo de tempore,uel mora: quod dic.ut no.5. q.5.§.ulti.
ubi dixit glo. notabilis,quòd teſtis repentinè loquens uidetur
mendax: & etiam, ſi multum conſiſtat in
mora, * uidebitur dubius.Et de illa gl.tan
quam ſingulari,facit mētionem dom.Ab.in
procemio Grego. in j.col.& Ro.i ſing.450.
do.Ant.do. Car.& dom.Abb. hic. Vnde ſer.
uare debet medium,c.ponderet.l.diſtin. Et
no.bene ex iſta glo. q ubi actus nō eſt ite-
rabilis, ſi teſtes diuerſificant in tempore,
etiam ubi non tenentur dicere de tēpore,
non probant.Exemplum habes per gl.quæ
idem tenet, in d.cap.nihilo minus.Secus,ſi
actus eſt iterabilis: quia concordantur per
13 tex.cum materia in c.cùm tu.ſuprà eod. ¶ Vtrùm † autem te-
ſtis teneatur deponere de tempore, quo geſta fuerunt ea, de
quibus deponit:dic,ut hic per Doct.& per do.Flo.in l.3.§.idē.
ff.de teſti.per Bal.in l.j.in ult.col.ff.eo,in apoſtil.per Bart.in l.
non exigitur.§.duo fratres. ff.de iure fiſci.per Bald. in l.data
opera. C. qui accuſ.& in c. 2. in fi.ſuprà de confeſ.per Bart. &
Ange.in l.in ſumma.§.idē Labeo.ff.de aqua plu.arc.per Bart.
in l.non eſt neceſſe.ff.de probat.per dom. Ant.& dom.Abb.in
c.cùm Ioannes.infrà de fi.inſtru.per gl.in l.ob carmen.§.fin.ff.
de teſti.& dom. Ant.in c.fi.in antepenul.col. ſuprà de conſue.
Et concluſio omnium eſt, quòd non,per d.c.cùm Ioannes. ubi
etiam probabitur,quòd ualet dictum teſtis, etiamſi diceret ſe
non recordari de menſe,uel de anno.Quod eſt menti tenen-
dum,ſecundum Bal.ibi,quia annus facilius menti commenda
tur,quàm dies. Et quòd ualeat teſtimonium abſque tempore
actus geſti,tenet Arch.in d.c.nihilo minùs.in fin. & Bart.in l.
ſi librarius.ante medium,ff.de reg. iur. allegando glo. in l.te-
ſtium.C.de teſti. Imò dicit Barto. in d.§.idem Labeo.quòd ſi
teſtis non eſt ſuſpectus,non eſt interrogandus de tempore. Et
cum iſtis concor.Bal.in l.j. C.qui accuſa.non poſ.dicens,quòd
de die facilis eſt obliuio,niſi ſit inſignis.Et dicit bea.Tho.2.2.
quæſt,70.artic.2.ultra medium,quod probatio non uitiatur,ſi
unus teſtis aſſeuerat de determinatis de loco & tempore,alius
dicit ſe non recordari.Ad quod etiam uide Bal.in cap.ab ex-
communicatio.in penul. col. ſuprà de reſcrip. Et dicit etiam,
quod ſi unus teſtis diceret de menſe, alter de ſeptimana, uel
unus de domo,alter de camera,non minùs probant,ſecundum
Archid.in d.cap.nihilo minus. Allegat Innocent. in d.c.qua-
14 liter. el 2. ¶ Iſta † limitantur, niſi tempus eſſet de ſubſtantia
probationis,prout in caſu c.ex tenore.ſuprà eo.ubi ita dicunt
etiam Doct. uel in caſu de. fi.de reſcrip.cum ſi. uel in caſu,de
quo per gloſſ.in c.duobus.de reſcri.in 6.& in c.ſi à ſede,de præ
ben. eo.lib. & in l. Titius.§. Lucius.in uer.hora 6. albeſcente
cœlo. ff.de libe.& poſthu. quoniam tunc teſtis non exprimens
tempus, nō probaret, ſecundum omnes hic: & facit tex.in l.ſi
quis libertatem.ff.de peti. hære.& in c.abbate.§.pe.& ibi per
Do.de re iud.lib.6. etiā no.Bar.in l.nō ſolum.ſed ut probari.
ff.de ope.no.nun.& Bal.in l.matrem.circa medium,C.de.pro-
ba.& in l.teſtium.in ult.col.C.de teſti.& Inno.in d.c.qualiter.
in fi.1.col.& Spe.in d.§.iā interrogatorijs.uer.item de tempo-
re.poſt princ.& Arch.in d.c.nihilo minùs.& Ang conſ.153.Et

In mora] *Adde* * *Authorē in proœ. decretal. in glo. 1. lib.cir. prin. & in c. eccleſia. S. Mariæ. col.12.cir.med. uerſ. ult.not.de conſtit. Bar. in l.aa.ff. de cōtrahen. empt. Alex.in l.j.de falſ.*

ibi conſuluit ,quod ſi petens mutuum, deducit mutuum fuiſ-
ſe factum certo menſe, ſi non probat de illo menſe,ſuccum-
bit. Et uide Rotam in nouiſ.deciſ.246.incip.item procurator.
ubi dicit, quod habens probare tempus,non tenetur probare
horam. quod tamen fallit in caſu, de quo in d. c. duobus. Et
uide Bald. in l.2. circa fi. uer. mouen tale dubium. C.quibus
res iudi. non nocet ubi dicit,quod ſi unus teſtis dicit factum
de nocte,alius dicit intra diem & noctem,non probant:quia
ſunt ſingulares. Et idem dicit,quando locus eſt de ſubſtantia,
& unus dicit ſe non recordari,& alius ſic, ſecundum Bal.in
d.l.teſtium in ult.col. ¶ Secundo limita, niſi teſtes interro-
gati de tempore dicerent omnes non recordari:quia red-
duntur ſuſpecti,ſecundum Hoſt.in c. ex tenore ſ. eod. quem
ſequitur do.Ant.ibi.& hic,& In.in d.§.iam de interrogatorijs
uer.& nō uidetur habere præmeditatum ſermonem: Propter
quod teſtes carent fide,l.3.§.fi.ff.de teſti. & 4. q.3. §.ſi teſtes.
uer.item in teſtibus. no.Bald.in l.1.4. prin.C.de emenda.Iu-
ſtinia.codi.& Spec.in tit.de teſte. §. 1.uer. item quod dicunt
idem in omnib.& in §.nunc tractandum.uer. ſed pone,quod
produxi.& bea.Tho.2.2.q.& arti.præal.ubi dicit,quod diſcor
dia in aliquibus minimis non ſubſtantialibus facit teſtimo-
nium credibilius:quia concordia omnimoda in omnibus red
dit dubium de præmeditatione.Et hæc intellige,niſi de uni-
tate actus conſtaret,puta per confeſſionem partis:quia ſi te-
ſtes dicerent, ſe non recordari, tamen producens non ſuc-
cumberet, ut probatur in d.c.cum Ioannes. uer. anni uero.
15 iuncto uerſi.reſponſionem iſtam proponebas. ¶ Et † illud ad
de,quod ſi teſtis depoſuit dictum deponendo de loco & tem
pore,& interrogatus de ratione reddat eam ſine loco & tem-
pore,non uitiatur dictum: quia uidetur tacite ſubiungere de
eodem loco & tempore,ſecundum Bar.in l.Labeo.in ult.col.
ff.de ſup.leg. Et adde, quòd teſtes magis tenentur dicere de
loco,quàm de tempore;quia unum melius retinent mens al-
tero,ſecundum Innoc.in d.c.qualiter.quem ſequitur Bal. in l.
presbyteri.la 1.in fi.C.de epiſ.& cleri.Et ſuper uno cogitabis,
uidelicet quid ſi teſtis interrogatus de tempore,uel loco,nō
dicat ſe non recordari,ſed dicat ſe neſcire:quia uidetur,quod
non probat, niſi fortè diceret ſe neſcire tunc:quia etiam tra-
dita obliuioni ignoramus. ¶ In gloſ.in uer.compellas.ibi,ha
16 bere pro producto.Tene menti perpetuo,quòd † teſtis habe
tur pro producto contra eum,qui dolo præſtat cauſam, ne
producatur:& idem ſentit gl.fi. & ibi clarius do.Ant.in c. per
uenit. el 1.ī.ut.j.Bene facit,quod no. Bal.in l. j.C. de fide in-
ſtru.ubi dicit, quòd ſtatur iuramento partis de contentis in
ipſius inſtrumento per aduerſarium lacerato.& idem no. Bal.
in l.ſi de poſſeſſione.per illum text. C. de prob.& dom. Abb.
poſt Hoſt.in c.accepimus.ī.de fide inſtru.& Spec. in tit.de te
ſte.§.latis uraliter. in fin. Bene facit c.ſi quis de cleri. 11.q. 2.
& c.cum olim.ī.de offi. dele.& c. fi.infrà. de iniur.Et talis im
pediens punitur extraordinariò,ſecundum do.Abb.hic,& Io.
An.& do. Ab.in d. c. accepimus.ſiue impediat per ſe,ſiue per
alium,cui mandauit,uel cuius factum poſſet impedire, per c.
ſicut nobis.ī. de ſymo.& per c. conſtitutus. ī. ſecus,ſi ab ini-
mico,uel ab amico ipſo ſine fraude reſiſtentis,per c.quia præ-
ſulatus.allegatum in glo. Ita prædicta intelligunt Doct. hic.
17 ¶ Eſt † tamen una differentia,quando impedimentum præſta
tur per alium apparente conſenſu principalis, & quando non
appareret. Sed præſumitur, quantum ad cauſam criminalem
& ciuilem.quia primo propter hoc ſolum nō habentur teſtes
pro productis,per l.ſciant cuncti.C. de.probat. & ſic loquitur
18 c.conſtitutus.infrà eod. ¶ Secundo † caſu procedunt prædi-
cta.Quando autem factum ab amico,uel propinquo præſuma-
tur factum de conſenſu principalis.dic, ut hic per dom.Abb.
diſtinguentem actum momentaneum à ſucceſſiuo: & ip-
ſum retuli,quibuſdam additis,in c.Petrus.uerſ.ſecundo fallit.
ī.de homi. & fortè dicetur in d.c.conſtitutus.Et iſta dicit do.
Abb. hic eſſe quotidiana, & non diſcuſſa ab alijs: & no.quod
talis ſubtrahens copiam teſtium. non perdit cauſam, ut dixi
poſt Bald.cōtra Inno.in c.intimauit.in fi.ſuprà eo.Imò fortius
dixit Ioan.And. in c.peruenit.el j.infrà tit.1.quod talis teſtis
ex toto non debet haberi pro producto. Vnde ſi unus de ſuis
teſtibus impeditur, & alius producitur, non ſufficit illo ſo-
lus ad obtinendum, ſed fortè deferetur ſibi iuramentum.iux-
ta cap. ult. infrà de iureiur. & ſequitur domi. Abb. hic. Sed
fortè non præſumeretur hoc dictum: quia ſi prædicta
ſunt uera indiſtinctè, prout indiſtinctè dicitur, non ap-
paret

parct uita uoce: uel ratio, quare non debeat obtinere, ex quo
19 ille impeditus habetur pro producto. ¶ In † glo. fi. ibi, ſed il-
lud non credo. Vltra ſolutiones gl. quæ diuinant, dic ſecun-
dum do. Anto. & Imo. hic, quòd ubi atteſtationes ſunt publi-
catæ, bene probant in alia inſtantia: ſecus, ubi non ſunt publi
catæ: quia tunc non probant, niſi partes conſentiant: & ita hic,
ut no. in c. cauſam. el 1. in 3. fallentia ſecundæ regulæ, ſ. eod.
Sed tenendo, quòd atteſtationes eſſent nullæ ex aliquo facto,
ut uidetur tenere dom. Car. & do. Abb. hic ſupplendo ad uer.
publicatæ. maximè colligit Inno. minimi, quòd atteſtationes
nullæ [a] poſſunt haberi ratæ per cõſenſum
partium, & nõ ſolùm expreſſum, ſed etiam
tacitum. Et hanc deciſionem Inno. pro ſo-
lenni approbant Bald. dom. Anto. do. Car.
do. Ab. & Imol. hic, & Rota in antiquis, de-
ci. 162. incip. itẽ not. & in nouis, deciſ. 249.
incip. item ſi auditor. & Bart. & Bald. in l. 3.
ff. de ferijs: & Bald. in l. fi. in princi. C. de te
ſti. & Bald. pulchrè in l. non ignorat. in fin.
C. qui accuſ. & ſentit Bald. in l. ad teſtiũ. §.
conditionem. ff. de teſti. & Bar. in auth. at
qui ſemel. in ult. col. C. de proba. Et iſtud
eſt tenendum: quia bene probatur, infrà c.
proxi. & in c. conſtitutus. el 2. & in c. tuis. in
frà eo. quamuis Imo. aliud dicat in c. ſigni-
ficauit. infrà eo. quem ſequitur dom. Anto.
ibi. & Bald. io authen. ſi quis in aliquo. in 1.
col. C. de eden. Sed Hoſti. & Imol. in d. c.
ſignificauit. dicunt Innoc. melius loquutum
hic. Fallit primò iſtud generale dictum In
noc. de approbatione actus nullius, niſi par
tes uellent approbare concernentia ordi-
nem iudicij, putà defectum litis conteſta-
tionis, & ſimilium: quod non poſſunt: quia
talia non ſunt in earum poteſtate, ſicut at-
teſtationes, ſecundum Inno. & omnes præ-
dictos hic, & Bart. in d. l. 3. de ferijs. per ea,
quæ habentur per glo. & Doc. in c. de cau-
ſis. ſupra de offi. deleg. & in c. ſi in oerb. illu-
ſtrium. de re ind. in 6. & in c. ſtatuitis. 2. q. 1.
cum concor. Dicas tamen, quòd licet par-
tes nequeant ratificare acta nulla, quę ſunt
de ſubſtantia iudicij, ſi tamen dubitatur, an
talia acta interuenerint, ſtatur aſſertioni
partis, per text. ſing. in c. fi. & ibi dixi ſupra
tit. 1. Ita no. dom. Abb. hic: & eſt dictum do
mini Cardina. hic, licet ipſe non dicat. Et
idem dicit dom. Car. de confeſſione ipſius
rei, quæ poteſt ſibi præiudicare in hoc: nam
ſtatur confeſſioni, et tamſi proceſſus non
teneat. c. Piſanis. de reſti. ſpol. ſecundum ip
20 ſum. ¶ Fallit † ſecundò dictum Inno. hic,
niſi ſit defectus in recipiente teſtes: ut quia
ſit iudex incompetens: quia conſenſus par-
tium non ualidat geſta ab eo. Sed dictum
Innocentij procedit poſt receptionem factam à uero iudice.
Ita determinant. do. de Rot. in nouiſſi. conclu. 249. præallega
ta. quia ubi deficit fundamentum, &c. 1. q. 1. cùm Paulus. cum
ſimi. Et ideo dicunt, quòd ſi auditor datus in Romana curia
commiſerit alteri receptionem teſtium, & ille ſubdelegauit,
non ualet receptio, licet partes approbent. Et dicit ibi Colle
ctor, quòd propter dictum Innoc. hic libenter ſubſtituiſſet il-
lam examinationem propter expenſas in ea factas, ſed non po
tuit: quia in illo caſu dictum fuit non procedere dictum Innoc.
hic, & licet do. Car. & Imol. hic non facta mentione de iſta de
ciſi. Rota tenent de directo contrarium, uolentes etiam ta-
citum conſenſum ſufficere, licet Bald. tangens hic requirat ex
preſſum: tamen fortè in practica præualeret opin. Rotæ: & fa
cit. quod not. do. Card. conſi. 73. quod incipit, Omnis a me. quẽ
retuli in c. qualiter. el 1. uerſi. fallit quintò. infra de accuſ.
¶ Extra glo. propter iſtum text. in princ. tangit hic ſolus dom.
Abb. utiliter & eleganter, an & quando poſſit iudex commit-
tere alteri examinationem teſtium in alio loco: uel debeat
ad ſe eos aduocare. Sed ex dictis ſuis, & aliorum alibi, no. duas
cõcluſiones magis generales, in quibus expeditur hoc, & etiã
quando in eodem loco poſſit examinatio alteri committi.

a Atteſtationes nullæ] Adde in, et dic, quòd quando in teſtibus adeſt talis defectus, qui nõ poteſt cõſenſu partium conualidari, ut quando teſtes ſunt recepti ante lit. conteſt. ut per Innocen. in c. ſignificauit. de teſti. quẽ ſequitur Bald. in authen. ſi quis in aliquo. in ult. colũ. C. de eden tunc etiam ſi partes conſentiunt, ut atteſtationes iſtæ ſic receptæ ualeant tamen non conualidantur. Ita domi. Alexand. in l. 3. ff. de fer. licet Hoſti. in d. c. ſignificauit. tenet contrarium, & malè. Adde ẽt quòd ſi teſtes ſunt corrupti pecunia. nullitas dicti talium teſtium non poteſt communi conſenſu utriuſq; partis comprobari. Ita Bartol. in authen. qui ſemel. C. de proba. in penult. colũ. in fi. et do. Alex. in d. l. 3. ff. de fer. Tamẽ contra Bart. tenuit do. Iaſ. præceptor meus in d. l. 3. in uerſ. ego dubito.

21 ¶ Prima concluſio. Non † poteſt iudex in cauſa criminali exa
minationem teſtium alteri committere. Ita not. Bald. Cy. &
Sal. in authen. apud eloquentiſſimum. per illum text. C. de fid.
inſtr. & glo. in uerb. ciuilis. in cle. 1. ubi bonus text. de offi. dele.
& eſt text. cum glo. in c. 2. in uerb. prohibente. de iudi. in 6. &
in l. 3. §. diuus. ibi, nam ipſos interrogare ſoleo. ff. de teſti. quã
l. ad hoc no. Bald. in c. ſi qui teſtium. in princ. ſuprà eo. Idem
tenet. glo. fi. in c. 1. infrà tit. proxi. & gloſſ. pen. in c. conſtitutus.
infrà. de fideiuſ. & glo. 3. in c. at ſi clerici. ſuprà de iudi. & Inn.
in d. c. ſi quis. Et uidetur ampliari, etiamſi conſuetudo eſſet in
contrarium: quia non ualet, ut ſentit gloſſ. 2. in c. teſtes. 3. q. 9.
22 ¶ Fallit † iſta concluſio primò, niſi perſona examinanda non
poſſet uenire ad iudicem, & iudex ſit perſona multum hono-
rata, ut probat text. ſingu. in d. c. 2. uer. ſi autem talis. & ibi gl.
Pet. de Anch. & Domi. in §. 1. ad fi. Faciunt notata d. c. ſi qui.
23 ſuprà eo. ¶ Fallit † ſecundò, niſi ageretur de crimine per
uiam exceptionis, ſecundum Pet. de Anch. in c. 2. §. teſtes. in
prin. de teſti. in 6. & bene facit ratio c. cum dilectus. in fi. ſuprà
de ord. cog. ¶ Fallit tertiò in cauſa hæreſis, per tex. in c. ut of-
ficium. §. uerùm. de hære. in 6. ¶ Fallit quartò in Papa, ſecun-
dum Spe. in tit. de teſte. §. nunc tractandum. in princ. & hoc
eſt clarũ per c. propoſuit. cum ſi. infra de conceſ. præben. ¶ Fal
24 lit † quintò, niſi teſtes eſſent extra prouinciam: quia poteſt
eorum examinatio committi, ſecundum Ia. Bu. & Bal. & Imo.
in d. authen. apud. & Io. de Ana. in c. in tantum. infrà de colluſ.
& Io. And. poſt Io. Mo. in c. Romana. §. contrahentes. de ſu. cõ
pet. in prin. in 6. & Bald. in c. ſi qui teſtium. in prin. ſuprà eo. ne
pereat facultas probãdi, & ut parcatur expenſis, iuxta l. ſed &
ſi quis ex ſignatoribus. uer. ſepe. cum materia, ff. quem. ad. teſt.
ap. præſertim quia uultus qualitas & teſtium uacillatio poſ-
ſunt tranſcribi ab examinatore, ut dixi poſt Inno. in c. quo-
25 niam contra. uer. quintò quæro. ſuprà tit. 1. ¶ Eſt uerum, † quòd
contrariũ tenet do. Ab. hic, & in c. conſtitutus. infrà de fideiuſ.
& Sal. & Cyn. in d. authen. apud. & uidetur glo. relata ad tex.
in d. c. conſtitutus. ſecundum dom. Abb. & facit l. de minore.
§. tormenta. in uerb. pallore. ff. de quæſtio. & l. 3. uer. tu magis.
ff. de teſti. & quia iura allegata in concluſione non reperiun-
tur limitata ad hunc caſum: multi facile tenerẽt hoc: ſed mihi
placet præcedens opi. per rationes ſuas, ex quibus illæ tollun-
tur, præſertim practicando, prout docet Bald. in d. c. ſi qui. ui-
delicet quòd ſcribat iudici illius loci, ut ex ſua iuriſdictione
eos recipiat: nec tunc dicitur officium cõmitti, ſed exigi, iuxta
l. cùm unus. §. his, qui. ff. de bo. author. iud. poſ. ¶ Secunda con
26 cluſio. Etiam † in cauſa ciuili debent teſtes recipi per iudi-
cem, & non per alium. Ita pro regula tradit Bald. in d. c. ſi qui.
dicens de hoc eſſe duas glo. unam in l. hac conſultiſſima. §. fin.
in uerb. depoſitiones. C. qui teſt. fa. poſ. aliam in l. iubemus. la
1. C. de lib. cauſa. & ex tex. in l. ſolam. ſecundum unam expoſi-
tionem gl. C. de teſti. & gl. in l. curent. ff. de teſti. & optimè fa-
ciunt, quæ habuimus in c. quoniã cõtra. uer. primò quæro. ſ. ti.
1. quòd productio inſtrumentorũ facta notario non teneat: quia
probatio debet fieri iudici, l. quinquaginta. cum ſi. ibi allega-
tis, ff. de proba. Et plus dicit gl. in d. l. iubemus. quam Bal. dicit
multũ notabilẽ in d. c. ſi qui. quòd tabellio abſente iudice nõ põt
recipere cõfeſſionẽ partis in cã criminali, uel ſtatus. ¶ Fallit
27 † primò, niſi occurriſſet caſus, quòd teſtis nõ potuiſſet examinari
per iudicẽ, ut quia erat teſtis in partibus ualde longinquis à iudi-
cio: uel erat in iudicio mortis, adeò quòd ſi pars, quæ uolebat te-
ſtem examinari facere, iuiſſet ad iudicẽ: teſtis ſtatim periſſet
eius teſtimonio nõ habito: nã tunc ſi fuit examinatus per no-
tarium, ualebit dictũ eius ad præſumptionem aliqualem indu
cendã, ſecundum Bart. eleganter in l. admonendi. uer. quid ſi
dictum teſtis. ff. de iureiur. & ſequitur do. Ant. in c. fi. j. de iure-
iur. & Roma. in l. ſi uerò. §. de uiro. in 55. fallentia, ff. ſol. ma.
28 ¶ Fallit † ſecundò, niſi iudex committeret hanc examinatio
nem ipſi notario: quia hoc fieri poteſt, ſecundum Bald. in d. l.
hac cõſultiſſima. §. fi. & Sal. in d. authen. apud. & ibi dicit, quòd
quicquid ſit de iure hodie, hoc eſt deductũ in conſuetudinem
regularem propter multitudinem agendorum. Idem Imo. in d.
l. ſed & ſi quis ex ſignatoribus. dum modò, ſecundũ ipſum, hoc
fiat ex cauſa. Idem Bal. & Ang. in l. iudices. C. de fide inſtr. per
tex. optimum in cle. 1. de offi. deleg. Vbi eſt caſus, per quem
dicit ipſe Ang. quòd etiam ſine conſenſu partium poteſt talis cõ-
29 miſſio fieri. ¶ Eſt † tamen uerum, quod contrarium tenet
glo. & Bald. in d. authen. apud. & Gul. de Cu. & Bal. in authen.
ſed iudex. C. de epiſ. & cler. per text. a ſpeciali, in authen. nec
honore.

honore.ibi poſita.Idem Bald.in c.1. §.ſacramenta.de pace iura.fir.& in tit. de pace Conſtan.in uerb.ſecundum mores,& leges illius ciuitatis.ubi etiam uidetur in diſcurſu dicere, quòd tabellio etiam de conſenſu partium non poteſt recipere iuramentũ teſtis:ſed contra hoc multũ facit c.tuis.j. eo.ibi,fortiori.
30 ¶ Nihilo † minùs iſta fallentia eſt uera.quia pro ipſa uidetur caſus in d.cle.1.& in c.2.de iudi.in 6.ubi in cauſa ciuili iudex ordinarius cõmittit examinationẽ teſtiũ cum delatione iuramenti: & hoc uidetur procedere, etiam ſi nõ concurreret conſenſus partiũ,prout exigit Bar.in d.auth.apud.uer.tunc de iure ciuili.propter tex.in §.illud. in d.authen.ut defuncti funera.per quẽ ſe mouet gl.in d.authen.apud.Videtur dicendũ, ꝙ talis examinatio nõ ſit cõmittenda,niſi ex cauſa:& hic dic, ꝙ in dubio præſumitur cauſa, uidelicet propter multitudinẽ negotiorũ,ſecundũ Sal.in d.authen.apud. Eſt uerũ,ꝙ ſi uni ſoli cõmitteretur teſtiũ examinatio, nõ tanquã iudici,ſed tanquã delegato ad hoc deputato,iſta nõ procederent propter cõſideratã induſtriã perſonæ,ut rectè declarat glo.1. in cle.1.Et ſimũ circa hoc dixi do.Ab.multũ eleganter tenendó iſtã fallẽtiam in c.quoniã contra.ĩ.ti.1.ꝙ cõmiſſio debet fieri notario, ut nudo miniſtro,ut qa examinatis articulis an ſint admittẽdi, & examinatis interrogatorijs an ſint ſuperflua, & approbatis à iudice perſonis teſtiũ,fiat per ipſum iudicẽ cõmiſſio notario ſuper receptione teſtiũ:non autẽ poſſet ipſi notario cõmitti,ꝙ examinaret articulos & interrogatoria, & cõpelleret teſtes teſtificari & ſimilia:qa ſi ipſe habet tanquã notarius actorũ ſua manu ſcribere acta,non poſſet eſſe notarius & iudex in eodẽ actu,ſecundũ no.per Bart.in l.iubemus. §. ſanc.el.1.C.de ſac.ſanc.eccl.& dixi in c.2.ĩ.tit.1.Et iſtud.diligentiſſimè not. Quòd autem hoc ſoli notario poſſit committi, & non requiratur,ꝙ alijs perſonis,dicit hic do. Ab.probari in d.c.2.de iudi. in 6. in quo, quantum ad notarium nihil dicitur ſpeciale.
31 Hoſt.& Innoc. hic aliter dixerunt. ¶ Fallit † tertiò, niſi teſtes multum diſtarent à loco iudicij: quia poteſt & debet iudex,ut hic per do.Abb.& expreſſius per Spe.in ti. de teſte.§.qualiter. uer.ſcribit.& uerſi.poteſt etiam.§. nunc tractandum.In princ. & Arch. in c.teſtes. circa prin. 2.q.7.& dom. Anton.in c.licet cauſan.ĩ.tit.1.& do. Card.in cle.1.in 6.q.de offi. dele.Et quãuis Io.An.in c.præſentiũ.ſuper gl.1.de teſtib. in 6. dixerit talem remiſſionem eſſe in arbitrio iudicis, per not.in §.& quoniam. in authe.de teſti.tamen Spe.in tit.de lega.§. iam nunc. uerſi. ſed ſecundum præmiſſa. dicit, quòd fieri debet, & quòd ordinarius ille recipiet teſtes nõ authoritate remittentis, ſed propria & iuris communis.& illud eſt uerum, ſecundum Ioan. An.ibi,quando committens erat ordinarius. Secus,ſi delegatus:quia authoritate delegati recipientur per ordinarium. Allegat c.tertio.infrà de fidein.& c.ſignificauit.de reſcrip.& c.ſtatutum.§.pe.de reſcri.in 6.& dicit do.Car.in d.cle.1.ſe habere conſilium Lapi, quòd ordinarius teneatur indiſtinctè ad hanc remiſſionem faciendam: & ipſum ſequitur reſpondendo ad c.1.de conſang.& affi.ubi teſtes producuntur coram ordinario: quia procedit, quando commode fieri poteſt,ut quia ſunt in loco. Et iſta dicta dom. Car. ſequitur Iac.But. in d.c.1. de conſang.& affi.Et omnia uerba ipſorum ſunt Lapi allegatione 46.inci.an in cauſa matrimoniali.ubi uide. Et iſta procedunt, ſiue teſtes ſint in eadem prouincia, ſiue non : cùm hodie ciuitates habeant ſua regimina, ſicut olim prouinciæ. Vnde ſatis eſt,ſecundum do.Abb.hic.ꝙ ſint diuerſæ ciuitates,ut non poſſint trahi ad aliam ciuitatem,ut in ſimili not.glo. ſing. ſecundum eum in l. fin. in uerbo, in prouincia. C. de præſcrip. 30. anno.de qua uide Bart.multùm eam notantem in l.j.C.de metropoli.Beryto.lib.11.& Imol.in l.hæres.§.uitijs.ff.de leg.j.& pleniùs Sal.in d.l.fi.& Ro.in l.j.§. ſiue autem. ff. de oper.noui
32 nun.& do.Ab.in c.coram.ſuprà.de elec. ¶ Si † autẽ teſtis examinatus à ſolo notario dicat ſe dixiſſe aliter,quàm ſcripſit notarius,cui ſit magis credendum. uide in Spec. eo. tit.§.1. uer. ſed pone.ubi dicit,quòd creditur notario, niſi teſtes accuſaretur de falſo:* quia requirerẽtur probationes clariores:quod eſt notabile, ſecundum Ab.hic:ſed de hoc articulo,ne longior ſim, remitto ad notata per Ang. & Salic. in l. ſi quis decurio.C.de falſis.per Inn.& Imo. in c.cum Ioannes. de fide inſtr. per Ro.plenè in l.j.§.fi.ff.de uerb.obli.per dom.Abb.poſt alios in c.ad audientiam.infrà de præſcrip. per Bar.Ange.& Imol.in l.j.§.ſi quis neget.

*De falſo.] Adde quod ita ſe habet opinio *cõmunis, quod in cauſa falſi nõ magis credatur ſcripturæ notarij contra teſtem,quã dicto teſtis contra

ſi.quemad.teſt.ape.per Bal.in c.literas infrà de præſump.& Inno.in clem.1. in fi. de hæreti.& ibi per dom.Car.in §.fi.uerſi.tertio quæro.per Pet.de Anch.in c.ab unò.de re iudi.in 6.per do. Flo.in l. cùm de ætate. ff.de proba. per Bald.in l. ob carmen. ff.de teſtamen.in apoſt.per do.Abb.in c.ſicut.ſuprà eodem. ¶ Vltimò, in quantum glo. fin.in fi.ponit de teſte, qui primò dixit unum,deinde iterato examine dicit contrarium,uide quæ dicentur in c.cùm in tua.infrà eo.ubi fiet mentio de dictis Inno. hic, qui ſolus tetigit.

notarium. Alex. conſ.74. Viſo teſtamento. col. pen. in fin. uol.1. & conſil. 65. col.2. uol.2.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia pro parte poteſt mandari executioni.*
2 *Sententia interlocutoria an mandanda ſit executioni appellatione pendente.*
3 *Partes poſſunt approbare atteſtationes productas in alia cauſa, & ad alium effectum, quæ aliàs non probarent ut in alio iudicio.*
4 *Excommunicatus teſtificari non poteſt,licet dicat excommunicationem nullam.*
5 *Tertius an & quando poſſit impedire executionem ſententiæ pro ſuo intereſſe.*
Tertius poteſt appellare à ſententia lata contra tertium pro ſuo intereſſe. Poſt nu.5. uer. prima conclusio.
6 *Tertius poteſt proſequi appellationem interpoſitam à tertio pro ſuo intereſſe. Et adde num.7.*
8 *Et declaratur hæc concluſio, dum modò tertius ille,qui opponit ſe executioni,priùs egerit,ita qđ iudiciũ inter ipſum & reum pendeat.*
9 *Adde aliam declarationem huius concluſionis.*
10 *Tertius non poteſt impedire executionem in rem uacantem,quando habet contra ſe præſumptionem calumniæ.*
11 *Tertius prætendens intereſſi, impedit nõ ſolùm executionem rei,ſi eſt actum petitoriò,ſed etiam,ſi eſt actum poſſeſſoriò.*
12 *Et limitatur hæc concluſio, ut no. hoc.*
13 *Tertius probaturus ſuum intereſſe, ut admittatur ad impediendam executionem,qualiter probare ſufficiat.*
14 *Probationes quales ſufficiant in iudicio ſummario,quando iudicium eſt reparabile in plenario.*
15 *Probare quando quis dicatur inconuenienti,conſiſtit in arbitrio iudicis,non tamen auditur uolens probare ultra montes.*
16 *Tertius poteſt ius ſuum proponere coram delegato,licet non ſit alter iudex ſuus.*
17 *Tertius ſi compareat ad impediendum executionem ſententiæ ratione ſui intereſſe, ſi allegat nullitatem ſententiæ, an poſſit replicari contra eum de tribus ſententijs conformibus latis.*
18 *Item ille tertius poterit producere teſtes ſuper eiſdem articulis etiam atteſtationibus publicatis.*
19 *Teſtium publicatio in ſummario non impedit productionem eorundem,uel aliorum in plenario,& rationem annectit.*
20 *Teſtes examinati in ſummario, quamuis non faciant fidem in ordinario pro producente, faciunt tamẽ fidem ad probandum dictum ſuum,ſi contrarium dicant in iudicio plenario.*
21 *Teſtes inhabiles an admittantur in materia ipſis ſolis cognita.*
22 *Abſolutio ad cautelam in quibus caſibus concedatur.*
23 *Abſolutio data non pænitenti ut teſtificetur,quãdo procedere poteſt. Et adde nu.24. 25.quia concurrunt ad declarationem dicti prioris.*
26 *Teſtis nunquam eſt abſoluendus,ut teſtificetur,ſi aliàs ueritas haberi poteſt.*
27 *Item completo teſtificatu reincidunt in excommunicationem.*
28 *Delegatus an poſſit abſoluere teſtem cauſa ferendi teſtimoniũ.*
29 *Excommunicatus licet teſtificari non poſſit, tamen ſi deſcribitur ut teſtis in inſtrumento, teſtimonium ferre poterit.*
30 *Excõmunicatus excõmunicatione minore non repellitur à teſtimonio.*

CAPITVLVM XXXVIII.

VENIENS. ¶ Receptio & publicatio teſtium facta in iudicio ſummario nõ impedit productionem eorundem , uel aliorum teſtium in ordinario. H. D. ¶ In
1 text.ibi, in parte no.ſecundũ do.Abb.quòd † ſententia poteſt pro parte executioni mandari , ita quòd non iſt actus , qui uno contextu debeat expediri de neceſſitate,ſicut electio teſta.& ſimilia.c. quia propter. de elec.l.cum antiquitas. C. de teſta.& ſic probat, ſecundum do.meum, quòd licet iudex delegatus pro parte miſerit ſuam ſententiam executioni , non

impeditur

impeditur petitio executionis coram ſuperiore delegante. Et hoc probat iſta litera, intelligendo quòd iſti eſſent iudices delegati & ex parte fuiſſent ſententiam executi. ¶ In text. ibi
2 poſt appellation. Not. ſecundum do. Abbat. quòd † ſententia diffinitiua lata poſt appellationem ab interlocutoria non eſt executioni mandanda ea pendente: & eſt ratio, quia ſi poſtea pronunciabitur bene appellatum, retractanda eſſet ſententia, tanquàm lata à iudice, cuius iuriſdictio eſſet ſuſpenſa, ea. non ſolùm. & c. ſi à iudice. de appel. in 6. Sed dicit hic domi. meus, quod contra hoc facit text. in d. c. non ſolùm. quia ibi dicitur, quod iudex, à quo fuit appellatum, poteſt procedere ad ulteriora, quouſque conſtet de ueritate appellationis. & ſic uidetur poſſe exequi pendente appellatione, nec retractatur executio, niſi probata ueritate cauſæ, ut eſt caſus clarus in c. ex parte. Adæ. in fi. ſuprà. eod. Sed ſaluando dictum decre. poteſt dici, ſecundum eum, quòd aut petitur executio coram iudice à quo: & tunc non obſtante appellatione poteſt fieri executio: aut petitur coram ſuperiore, coram quo pendet appellatio ab interlocutoria: & tunc fieri non poſſit: quia qua ratione tenetur inhibere iudici à quo, ne procedat ad executionem parte hoc petente. c. Romana. §. ſi uero. de app. in 6. ita debet deferre appellationi, nec aliquid attentare ipſa pendente: & poſſet dici, quod ſi contrarium faciet, actus non erit nullus ipſo iure: quia iuriſdictio non eſt ſuſpenſa, ſicut nec iuriſdictio iudicis à quo cuius loco ſuccedit in hoc actu: ſed tamē poterit appellari, quod eſt nouum & ſingulare dictum in hac materia, ſecundum ipſum. Ex hoc etiam colligit, quod ex- * ceptio nullitatis, * uel falſitatis, quæ pōt probari ex actis, ſemper poteſt opponi in executione ſententiæ: de quo in c. de cætero. j. de re iud. & plenè p Bar. Imo. & alios in l. 3. §. condemnatum. ff. de dam. infec. & in l. iudicati. C. ſi ex falſ. inſtru. & Bal. in l. j. de iur. & fac. igno. & in l. fi. C. de ordi. cōg.
3 ¶ In text. ibi, quæſitum. not. q † partes cōmuni conſenſu poſſunt approbare atteſtationes productas in alia cauſa: & ad alium effectum, quæ aliàs non probarent in illo iudicio: & iſtū text. notari. ſ. c. proxi. ſuper gloſſ. c. fin. ubi uide concor. Quibus adde, quod ſingulariter dicit hic do. Ant. per illū text. uidelicet q requiritur conſenſus utriuſque partis. Vnde ſi una partium produceret teſtes illos in iudicio etiam ad finem faciendi plenam probationem, ſeu ut probaret in cauſa principali, non præiudicaret ſibi: quia eſſet quædam obligatio, ſeu promiſſio facta parte abſente, quæ non ualet, l. certum. §. ſi quis abſente. ff. de confeſ. pro qua concluſione uide text. in ſimili in authen. de teſtib. §. quia uerò. ubi probatur, ſecundum do. meum hic, quòd renunciatio facta teſtib. parte abſente non impedit productionem, niſi alia concurrant. Et hoc tene ſemper menti ad no. ſuprà c. prox. ſecundum ipſum: cui adde, q iſte tex. in hoc uerſ. non exprimit, q ſubdiaconus produceret teſtes: ſed fecit ſimpliciter interrogari, an aduerſarius uellet eis uti. ¶ In text. ibi uo-
4 luntas. Not. q † excommunicati non admittuntur ad teſtimonium, licet dicant excommunicationem eſſe nullam, & in hoc reputat dom. meus iſtum text. ſingu. quia text. in cap. decernibus. de ſenten. excommunic. in 6. ſimpliciter dicit, quòd excommunicatus non admittitur ad teſtimonium, ſed non loquitur in eo qui dicit excommunicationem nullam, in quo text. in capit. ſolet. in fi. eod. titul. & lib. dicit, quòd talis non debet uitari extra iudicium, ſed in iudicio debet uitari tanquam actor, & ſic quod de uno negatur, uidetur de alio concedi, ſcilicet ut poſſet eſſe iudex, uel teſtis. Et contrarium determinatur hic ſingulariter, & ſi repellitur à teſtimonio, multo fortiùs à iudicando, quia

** Exceptio nullitatis] Adde not. Quod aut nullitas proponitur in iudicio ſeorſum & ſeparatim principaliter. Aut incidenter, puta per modū exceptionis. ſi primo modo, non impedit executionem, Inno. in c. cum in iure. de offi. deleg. quem ſequitur & declarat ibi Bald. & in d. c. in princ. C. ne lic. terti. prono. & in l. fi. in fi. de ord. cognit. & in l. appellatione. à fi. C. de appel. Franc. in c. dilecto. q. 10. uerſ. circa tertium. de appel. Rot. deciſ. 3. tit. de except. incl. licet per uiam exceptionis in non. Alex. conſilio. 83. incip. interrogat. in fin. uol. ſi & Franc. in c. non ſolum. in fi. de appel. in 6. hoc tamen intellige quando executio eſt retractabilis nam ſi eſſet irretractabilis, impediret. Bal. in l. exe cutione. C. quor. appel. non recip. et in l. 1. col. fi. C. qui accuſ. & in l. eum qui duas. ubi Saly. C. de adult. Franc. ī d. c. dilecto. q. 10. uerſic. ſecundo limita niſi executio. Paul. de Leaz. in*

faciliùs repellitur iudex, quàm teſtis, ſecundum gloſſ. in capit. inſinuante. de offic. deleg. & hoc bene not. Et habes ex eodem text. quòd ſicut ille, qui dicit excommunicationem nullam, abſoluitur ad cautelam capitul. uenerabilibus. ad fi. de ſenten. excommunic. in 6. ut forte poſſit agere in iudicio, ita abſoluitur, ut poſſit teſtificari, dum tamen aliàs factum uerisimiliter non poſſit probari per alios, ut in iſto text. quem bene no. ¶ Vltimò in iſto text. ſunt alia pulchra: ſed de ipſius dicetur in glo. uidelicet. quòd auditur tertius pro ſuo intereſſe ad impediendam executionem ſententiæ etiam inchoatam. Item q ante omnia debet docere de ſuo intereſſe. Item quòd debet docere incontinenti. Item q probationes factæ ut quis admittatur pro ſuo intereſſe, non ualent in principali, niſi pars aduerſa approbet: quia minus exactè pbationes ſufficiunt in articulo de intereſſe, quā in principali. Item q incidēs aliqñdo dicitur præparatoriū ut hic articulus de intereſſe. Et in iſtis omnib' iſte tex. eſt aureus. ut j. patebit. Itē per iſtū tex. no. hic do. Ant. q acta facta in iudicio ſummario nō pſunt in plenario, quod, ſm ipſum, eſt contra Iac. But. in l. ab hoſtibus. §. ſed qd ſimpliciter. ff. ex quib. cau. maio. Sed dicit hic Inn. q hic non fuit plena pbatio ex toto, licet fuerit p teſtes & inſtrumēta: qa nō uidebit pars fuiſſe admiſſa ad reprobationē probationū in ſummario: & iō tunc non mirum, ſi non facit fidem in plenario: ſecus, ubi fuiſſe plenè diſcurſum de exceptionibus contra teſtes, uel inſtrumenta quia tunc procederet dictum Iaco. But. de quo feci pleniorem mentionem in cap. cauſam. el 1. in tota 1. fallentia, ſuprà eod. Et ibi dictis adde Ro. approbantem dictum Iaco. pro unico in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquiren. poſ. & Imol. in cle. conſtitutionem. de elec. & domi. Ant. in cap.
5 per inquiſitionem. in ultim. colum. ſuprà de elec. ¶ In † glo. in uerb. audiendus. Tractat hic ſolenniter Innocen. quem omnes referunt, & ſequuntur hic, an & quando tertius comparens pro intereſſe ſuo audiatur ad impediendam executionem: de quo dic, ut diffuſè per eos, & per Bartol. qui refert Innocen. hic in l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iudic. per Bartol. & Bald. in l. penul. ff. de pet. hære. & in l. ita tamen. §. quoties. ff. ad Trebel. per Bald. in l. conſentaneum. uer. quæro, nunquid ad impediendam. C. quomodo & quando iudex. & in l. 2. in 1. quæſt. ff. ſi ex noxa. cau. aga. per Innocen. in c. cùm ſuper. j. de re iud. per Imo. in l. à ſententia. ff. de appel. per Bar. & Imo. in l. ſi perluſorio. ff. de app. per dom. Car. in cle. 1. uerſ. quartò quæro. de re iud. per Pet. de Anc. cōſ. 207. incip. de iure communi. per Cal. in tit. de re iud. conſi. 11. incip. An. in cauſa. per do. Anto. in c. ut debitus. in princ. infrà de app. & in c. fraternitatis. in pen. col. ī. eo. & per dom. Anto. & Imo. in c. ſuper eo. ī. offi. dele. Et iſtos referre per omnia, nō expedit: ſed ex his not. aliquas concluſiones. ¶ Prima cōcluſio. Poteſt tertius pro ſuo intereſſe appellare à ſententia lata contra tertiū, d. c. cùm ſuper. & d. l. à ſentētia. Quæ ultra Doct. pulchrè ampliatur, etiamſi eſſet datus iudex, ut procederet appellatione remota: quia iſta clauſula non extendit uires ſuas ad præiudicium tertij, ut eſt caſus multum ſingul. de quo exclamant ibi omnes Docto. in cap. ſuper eod. uerſic. non tamen. ſuprà de offic. delega. quia nulla plenitudo uerborum, quæ ponatur in reſcriptis tollit ius tertij, niſi aliud appareat, ut patet ex his dictis, quæ ſcribit Imol. poſt domi. Anton. & Compoſt. in cap. cauſam, quæ. ſuprà de reſcrip. in ulti. colum. & Ro. in l. ſtipulatio iſta. § in ſtipulationibus. in 2. colum. ff. de uerbo. oblig. & domi. Abb. in c. ex tenore. ad fi. ſuprà de fo. compe. & in c. audita. per illum textum. ī. de reſti. ſpol. & dominus Cardi. conſi. 67. ad fi. Quod declara, ut per Imol. in cap. quæ in eccleſiarum. ſuprà de conſti. & Calde. in diſputa. quæ incipit, dominus Papa conceſſit. & Oldra. conſil. 268. cum concord. ¶ Secunda concluſio. Poteſt

*cle. 1. de re iudic. Quando autem incidenter, ut uidetur Auth. hic ſenſere, tunc conſueuit impedire executionē. Rot. deciſio. 107. inci. nota quod ubi aliquis. & 115. nota quod cauſa nullitatis in antiq. et deciſ. 280. licet in nou. Docto. poſt Bartol. in l. à Diuo Pio. de re iudic. & in l. 1. ff. nil. nouan. ap. pend. & in l. 3. §. ibidem. ff. ad exhiben. Bald. in l. ab executore in. 7. C. quor. ap. non recip. Lanf. in cap. quoniam contra in uer. exceptiones. num. 8. de probat. Franc. in d. c. dilecto. quæſt. 10. et eſt * opinio communis * Docto. ſecundum Alex. conſilio. 33. Viſo. in fin. libr. 1. conſil. 95. num. 8. lib. 2. et conſ. 181. in cauſa. colum. 2. lib. 6.*

6 † tertius proſequi appellationem ab alio interpoſitã pro ſuo intereſſe. Caſus eſt hic notabilis, ſecundum communem lecturam: & probatur in d.l.à ſententia.& not. Bartol.in d.l.ſi perluſorio.& Innocent. in cap. cùm ſuper.& omnes hic: quod uidetur eſſe uerum, ſi tertius incipiat illam appellationem proſequi intra tempus, intra quod ipſe potuiſſet appellare: ſecus, ſi uellet adhærere appellationi poſt lapſum tempus ad appellandum. quia tunc uidetur, quòd non poſſit, ut not.gloſſ. in uerb.adhærentes.in cap.ut circa.de elec. in 6. quam ſequũtur Docto.hic, & Rota deciſ. 220. in nouiſ. & Bald. in authen. hodie.prope fin.C.de appel.Sed aduerte: quia iſtud poteſt habere locũ in caſu, in quo, ſi appellans obtinuiſſet in appellatione uictoriam, non profuiſſet tertio: quia deberet adhærere intra tempus appellandi. ¶ Sed ſi eſſet caſus, in quo uictoria in cauſa appellationis plenè prodeſſet tertio, dicit domi meus ſe non uidere, quare non admittatur quandocunque prætendens intereſſe ad proſequendam appellationem, attento quòd appellatio & proſecutio facta per principalem prodeſſet tertio, cuius intereſt non proſequi, iuxta not. in l.ſi quis ſe paratum.ff.de appella. Et pro hoc dicit facere optimum text. in l.j. C.qui admit. per quem dicit ibi Bartol. quòd quando actus, qui debet fieri intra certum tempus, ualet in perſona eius, qui agit nomine proprio, tunc alius poteſt ratificare extra tem-
7 pus, nec habet locum l.bonorum.ff.rem rat.hab. ¶ Si † autem uictoria appellantis prodeſſet tertio, quo ad qualem qualem præſumptionem, non tamen, quo ad plenam uictoriam, non admitteretur, ſi uellet illam proſequi, quo ad plenam uictoriam, ſed bene ad eum finem, ut uictoria ſibi proſit & poſſit aſſiſtere in iudicio, ſecundum ipſum. Pro quo uide ſemper notabile conſilium Oldr.255.quod incipit, Contra prouiſionem. ubi latiſſimè conſuluit in tali caſu contra prouiſionem factam de beneficio, de qua fuerat appellatum, lata ſententia contra appellantem, iterum appellauit, modò quia quidam parochiani nec appellauerunt, nec adhæſerunt in tempore, uolentes admitti tanquã proſequentes intereſſe, an debeant? & conſuluit, quòd ſic: & inter cætera adducit: quia omnes fatentur, quod omnes, quorum intereſt, durante cauſa uenire poſſunt ad cauſam, & admittitur in ſtatu, in quo eam inueniunt, arg. ca.2.ut lit.pen.in 6. & expreſsè dicit notari per Cõpoſt. in cap. ſtatuimus.in uerbo, appellanti. de elect. in 6. quia ad hoc, ut cauſa dicatur pendere, non refert, an adhuc nulla ſententia ſit lata, uel lata & appellatione ſuſpenſa: ut ſignanter dicit notari per gloſſ.quæ incipit, per ſententiam.in l.2. C.ut lit. pen.ut ibi pleniùs per eum. ¶ Tertia concluſio. Quando tertius opponit ſe executioni ſententiæ, ſi ille pro quo eſt facienda executio, præſtat ſuccumbenti cautionem de reſtituendo rem illi tertio in caſu, in quo uincat, non * impeditur executio. * Caſus eſt in l.is, à quo.& in l.ſequenti, ff. de rei uen. Et hoc ſeruatur etiam in beneficialibus, ſecundum Innoc.in cap.j. paulò poſt princ. de conceſ. præb. in 6.& ibi Domi.poſt Ioã. And. uerſ. quid ſi peto. & Innoc.in c.cùm ſuper.ĩ.de cau.poſ. & proprie. & do. Abba.hic, & Innoc.in rub.j.de ſpon.duorum.ubi etiam dicit ſecus in cauſa matrimoniali. Et hoc ultimum pulchrè reaſſumit domi.Ab.ibi. ¶ Declara primò hanc concluſionem,

* *Executio*] *Adde Bald. in Margar. in uer.ſententia col.4.*

8 dum † modò ille tertius, qui ſe opponit executioni, priùs egerit, ita quod pendet iudicium inter ipſum & reum: ſecus, ſi non egiſſet, ſecundum Innoc. & alios in c.cùm ſuper.j.de re iudic. Et ratio eſt, ſecundum domi.meum hic, quia quando ille, qui nunc ſe opponit executioni, priùs egit contra reum, ſi transferatur poſſeſſio in alterum ſine cautione, oportebit eum inchoare nouum iudicium & nouam inſtantiam contra uictorem: & ideo intereſt eius, qui pro ſe opponit, præſtare hãc cautionem, quæ tamen præſtatur fauore rei, ut colligitur in d.l.is, à quo. Et iſta ratio ceſſat quando opponens ſe executioni nondum egerat contra reum, omnino enim contra poſſeſſorem haberet inſtituere nouum iudicium. Et hanc rationem ponderauit Bartol.in l.pen.ff.de peti.hære. ubi optimus caſus in materia. Ceſſat etiã alia ratio, quia ſi reus non faceret interponi hanc cautionem, poſſet conueniri à ſecundo agente, quaſi dolo deſiiſſet poſſidere, ſecundum Bartol.in d.l.is, à quo.& l. ſeq. quæ ratio ceſſat, quando lis nondum eſt mota per eum, qui ſe opponit executioni. Patet ex notatis in l.ſin autem.§.poſſidere. ff.de re indic. & pondera, quia Bartol. in d.l.pe.uult, quod uirtute cautionis præſtitæ poſſeſſori cogatur uincens ſubire iudicium contra ſecundum agentem in eadem inſtantia, quæ fue-
9 rat inchoata contra primũ poſſeſſorem. ¶ Declara † ſecundò, dum modò res, quæ petita eſt, non ſit uacans, ſed poſſideatur ab illo, qui ſuccubuit, quia non poteſt tertius contradicere executioni, præſtita per uictorem dicta cautione in fauorem tertij, d.l. is, à quo. Sed ſi poſſeſſio eſſet uacans, * & non penes partes, audiatur tertius contradicens pro ſuo intereſſe ad impediendum executionem. Ita ſolenniter determinat Innoc.hic, & aſſignat hic rationem differentiæ inter uacantem, & non uacantem: nam quando non uacat, non fit præiudicium. ¶ Tertiò declara, ſi poſſeſſio tranſeat in alium: quia ita poterit conſequi ab uno, ſicut ab alio: ſed quando res uacat, ſecus eſt, quia faciliùs poterit ſuum conſequi poſſeſſione uacante, quàm quando eſt capta, ut l.fin. C.de edic.di. Adri. tol. ¶ Et iſta dicta Innocent. ſequuntur omnes Docto.hic, & ſunt ſubtilia & aurea, ſecundum do. Car. hic, & de ipſis facit feſtum Bartol.in l.à diuo Pio.§.ſi ſuper rebus.ff.de re iudic.& in §. ita tamen.§.quoties.ff.ad Treb.& iſte text.loquitur in re uacante, propter quod multùm limitat d. l.is, à quo.& ſequitur Bartol.in l.pe. ff.de pe.hære. ¶ Sed aduerte, quia iſtud, quod in re poſſeſſa non impediat tertius executionem, fallit in duobus caſibus. Primus eſt, quando petens executionem ratione uictoriæ, poſſit prætendere præiudicium in habendo duriorem aduerſarium, arg.cap. Piſanis. de reſtit.ſpol.Ita notat ſolus domi. Abba.hic. Sed tamen, ut iſte poſtea dicit, poterit huic præiudicio ſuccurri per cautionem d. l.is, à quo. Secundus caſus eſt, quando executio fit in rebus adiudicatis præcedente actione perſonali, quia bona non fuerant petita, quia in hoc auditur tertius uolens docere de intereſſe. Ita eſt caſus in d.§.ſi ſuper re. quem ita intelligit Inno. hic, & ratio eſt, quia nõ fuerat actum de illis rebus. Vnde non eſt ſibi imputandum, ſi non contradixit, ſed nunc capiuntur in cauſa iudicati. Non ſatis eſt dicere Nunc.& ſequitur Bartol. in d.§.ſi ſuper rebus. Pro quo uide, quod not. Innoc. in c.cùm ſuper in glo.penul.j.de re iudic.ubi dicit, quòd in executione ſuper bonis, ſuper quibus eſt ſpecificè iudicatum, non exigitur cauſæ cognitio, ſecus in alijs, & ſequitur Fed. conſilio.239. & domi. Abba.in cap.ſi.ĩ.de iudi.& Ioan.Andr.in Specul. de lib. concep.§. nunc dicendum.uerſ. 35.& eleganter. Domi.in cap.
10 ſicut.2.q.j. ¶ Quod † autem dictum eſt, impediri poſſe executionem in rem uacantem, fallit primò, niſi hoc intentans haberet contra ſe præſumptionem calumniæ, quia ſufficiet tunc cautio, de qua ĩ. non retardata executione, ſecũdum do. Car.poſt Land.in cle.j.in 4.q. de re iudic.per text.optimum in cap.ſuſcitata.ĩ.de reſtit.in integ. Hoc ſatis ſentit do. Abba. in illo cap.ſuſcitata. & do.Car.hic in 2.oppo.pro quo adduco in terminis gl.pe.idem tenentem in c.ſuper eo.ĩ.de offic.dele. per quam idem tenet ibi do.Ab.in fi.& refert.Bal.idem dicentem propter illam gl.quòd à ſummaria cognitione poteſt quis repelli propter præſumptam calumniam, quod dicit menti tenendum. ¶ Sed putat ibi do.Ab.dictum gl.& Bal.debere limitari, niſi opponens offerat ſe probaturum incontinenti, quia purgabit præſumptionem malitiæ, & allegat glo.in uerb.ſententiæ.in d.c.ſuſcitata.& ibi domi.Ab.ualde notat eam, & eſt pulchrè dictum, ſi eſt uerum. Sed conſidera bene, quòd illa gloſſ.in propoſito noſtro dicit expreſsè totum contrarium, quod oblatio probationis incontinenti non tollit præſumptionem malitiæ in executione ſententiæ. Item conſidera, quòd in caſu noſtro ſemper fieri debet probatio incontinenti, ut eſt caſus hic, & j.dicetur, nec eſt mirum, quòd hic non proſit incontinenti offerre, quando concurrit dicta præſumptio: quia cùm probatio ſit ſemiplena, non purgat præſumptam calumniam, ſi autem offeretur plena, fortè procederet dictum domi. Ab.propter authoritatem ſuam, cum his quæ ipſe alleg. quib. adde, quod not.Bald.in l.ex prædijs. C.de euic.& gloſ.in l.j.§. hoc interdictum.ff.de tab. exhi.& Bartol.in l.eum, qui ita.ff. de uerb. obligat.& in l. j.in 6. oppoſ. ff.de ope. noui nunc. ¶ Secundò fallit, niſi tertius ſciuiſſet de cauſa, & de ſententia, & nunquam pro ſuo intereſſe comparuiſſet: quia ſi ſe opponit in executione ſententiæ, non audietur data cautione, de qua in d.l.is, à quo. Ita latè conſuluit Cald. loquens in beneficialibus, in tit.de re iudic.conſil.9.per c.quamuis.cum materia, j. de re iud.& l.ſæpe.eo.tit.idem do.Car.in d.cle.j.in 4.q.& Bar. in d.l.ſi perluſorio.& do.Ant.& do.Ab.hic dicens, quod Doc. ntel-

* *Vacans*] *Adde Paul.de Caſtr. in conſil.4.& Rot. in antiq. deciſ.475. incip. Item ſuppoſito quod P.*

intelligunt hic, quòd iſte ignorabat, & eſt neceſſe ſic intelligere, ſi iſte non proſequatur appellationem interpoſitam à capitulo, ſed ſi præſumitur, uel præſupponitur appellatum à capitulo, & ipſum illam appellationem proſequi, non eſt neceſſe præſupponere ignorantiam: quia per appellationem rei ſuſpenſa erat executio, & tertius hanc appellationem proſequi poteſt, ut dictum eſt. ¶ Quarta concluſio. Tertius
11 † prætendes intereſſe non ſolùm impedit executionem rei, ſi eſt actum petitorio, ut hic & in iuribus ſ. alleg. ſed etiam, ſi eſſet actum poſſeſſorio. Ita eleganter dicunt do. de Rot. conclu. 419. quæ incip. Item fuit dubitatum. ubi dicunt, quòd ſi A. ſpoliatus per B. egit contra B. interdicto, Vnde ui. & obtinuit, & ante reſtitutionem uenit quidam C. aſſerens ad ſe dictum beneficium pertinere intentando petitorium contra D.A. debet audiri, & ſuſpendi executio: quia licet ipſe ſpoliãs non poſſet opponere de proprietate, c. in literis. cum ſi. ĩ. de reſtit. ſpol. tamen poteſt iſte tertius. Et ita dicunt fuiſſe deciſum & obtentum, maximè per c. j. in ſi. de reſtit. ſpol. in 6. ubi, niſi in criminalibus cauſis, non poteſt opponi ſpoliatio facta ab alio, quàm ab actore: & in caſu prædicto C. non ſpoliauit, nec ſpoliari mandauit, nec ratam habuit ſpoliationem: ideo delicta debent tenere ſuos authores, c. quæſiuit. ĩ. de his, quæ ſi. à ma. par. cap. cum ſi. & hoc ſequitur do. Ab. in d. c. in literis. in ult. col. & Lap. plenè allegatione 26. & eſt deciſio ualde no.
12 ¶ Iſtud † limitatur, ut habeat locum, quando ius tertij eſt ſeparatum à iure ſpoliantis: ſecus, ſi eſt ita connexum, quòd non poteſt opponi, quin inferat commodum ſpolianti. Ita probatur ex eo, quod not. Innoc. in c. ueniens. ĩ. de ſponſ. ubi dicit, quòd contra mulierem poſſeſſorio agentem contra maritum non poteſt tertia mulier ſe opponere agendo de proprietate ad effectum impediendi reſtitutionem, etiam ſi uellet incontinenti probare: & ſequitur do. Ant. in d. c. ueniens. & c. in literis. de reſtit. ſpol. Sed utrobique contrarium tenet Ab. hic, & in c. item cùm quis. ĩ. de reſtit. ſpol. & Mod. ſcilicet do. Iac. Zochus in d. c. ueniens. quia odium ſpoliantis non debet obeſſe tertio, qui non fuit in culpa: Et ita obtinui in facto.
13 ¶ Quinta concluſio. Tertius † probaturus * ſuum intereſſe * ad finem, ut admittatur ad impediendam executionem, nõ tenetur ipſum probare plenè: ſed ſufficit probatio per iuramentum, quod exigitur, ubi nullum, uel modicum eſt præiudicium, l. theſaurus. ff. ad exhiben. ſed alia probatio, putà teſtium, uel inſtrumentorum, ut hic: ſed non requiritur, quòd ſit multùm ſtricta & neceſſariò concludens, ſed apparẽs tantùm. ſecundum Innoc. quem omnes ſequuntur hic, & Spec. in tit. de offi. iud. §. poſtremo, & Bar. in d. §. ſi ſuper rebus. & do. Car. in cle. j. Imò dixerunt hic Pe. & Abb. quos ſequitur Ioan. And. do. Ant. & do. Ab. quod in iſta ſummaria cognitione non admittitur reprobatio teſtium, nec reſpectu perſonarum, nec reſpectu dictorum: & uidetur caſus hic, ſecundum do. Ant. quòd intellige ſanè, ſecundum do. meum hic, ubi præiudicium eſt reparabile: ſed ſi non eſſet reparabile, nõ procederet hoc: quia in cauſa de ſui natura ſummaria non tolluntur defenſiones, * elem. ſæpe. in uerb. defenſiones. de uerb. ſignif. & expreſſè not. Bar. in extrauã. ad reprimendũ. in uerbo, figura. uer. ſed an publicatio. ¶ Et circa hanc cõcluſionem dixit fortiùs Innoc. hic, & ualde ſolenniter, quòd iſto caſu ſufficiebat iſti, probare ſe electum, etiam ſi non doceat, quod Canonicè ſit electus: licet ſecus poſtea in cauſa principali. Et hoc dictum dicit hic do. Car. eſſe notandum perpetuò cum centum manibus: nam per hoc dicit ſe obtinuiſſe in cauſa arduiſſima: petebant enim quidam eccleſiam quandam conſecrari in parochia ſanctæ Luciæ de Florentia: fratres omnium Sanctorum de Florentia apponebant, quod eccleſia parochialis, quam dicebãt erat ſibi ſubdita, de cuius præiudicio agebatur, negabatur eorum intereſſe, produxerunt unionem eccleſiæ parochialis factam pro ſuo intereſſe, monaſterio opponebantur multa, quòd non ualuerat unio, & ipſe reſpondit exceptiones impertinẽtes, & quod ſufficiebat, quòd doceretur de ſua unione, etiam non docto, quod Canonicè fuit facta. Propter hoc dictum Innoc. cum quo dicit ſe clauſiſſe os allegantium. Vnde colligit doctrinam, quam dicit facere ad multa, quòd petens ſe admitti pro ſuo intereſſe, doceat ante omnia de iure ſuo apparenter, nec contra ipſum admittitur replicatio, ſeu exceptio de nullitate tituli, quia agitur de modico præiudicio, ſecun-
14 dum ipſum. ¶ Adde † pleniùs eundem domi. Card. in ſuis conſilijs conſil. 7. incip. In cauſa fratrum omnium Sanctorum. ubi ſuper iſto caſu eſt notabile cõſilium ſuum, pro quo faciunt notata per Bartol. in l. j. §. quòd ſi ſit aliqua. ff. de præto. ſtip. & in l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. ff. de lib. agn. ubi tradit regulam, quòd ubicunque iudicium ſummarium parat præiudicium reparabile in alio iudicio, ibi non requiritur plena probatio, per l. in l. Aquilia. §. ſi de lecturo. ff. ad leg. Aquil. & in l. 3. §. cauſa. ff. de Carb. edi. Et ita in caſu noſtro, ubi in ſũmario iudicio iſte non præiudicat irreparabiliter, per iſtum text. & licet Bald. in dict. l. in l. Aquilia. uideatur dubitare de doctrina Bartol. propter illum text. ubi probauit per teſtes & inſtrumenta, tamen poteſt reſponderi, quòd quamuis ille plenè probauerit, per hoc tamen non ſequitur, quòd alia probatio minùs per facta non fuiſſet ſufficiens. Nec hoc negat iſte text. & de hoc etiam per Barto. in extrauag. ad reprimendum. in uerbo, ſummarie. & in l. nam & poſtea. §. ſi minor. ff. de minor. Et quòd in iſtis ſummarijs ſufficiat probatio ſemiplena, uide etiam Bart. in l. ſi cõſtante. in prin. in l. j. q. ff. ſol. mat. & Bart. & Bald. in l. iudices. C. de iudi. & Bal. in l. 3. §. ibidem. ff. ad exhiben. & omnino do. Car. conſil. 9. inci. In facto dominæ Gaietæ. & Spec. in tit. de offi. iudi. §. poſtremo, per totum, & in tit. de primo & ſecundo decreto. §. reſtat. uer. ſed qualiter. Et hoc limitat notabiliter procedere, præter quam quo ad legitimationem perſonæ: quia illa eſt probanda plenariè in ſummario iudicio. Ita eleganter decidit Bart. & ſequitur ibi Salic. in l. 2. in ſi. C. de edic. diui Adria. tol. per id, quod no. glo. j. in ſi. & per id, quod no. Bart. in l. 3. §. ibidem. ff. ad exhiben. Quod puto reſtringendum, ſecundum prædicta, uidelicet niſi quis compareat pro intereſſe. Et in quantum Inno. dicit, ut prædixi, quòd ſufficit illo caſu probare electionem, licet non probetur Canonicè, aſſignat Bart. hic rationem: quia probatio præambula eſt ſummaria: quia præparatoria & non deciſoria. Intellige tamen ſecundum ipſum, quòd licet electio non probetur, quo ad eſſe iuris, tamen debet habere figuram eſſe, per l. ſi quis legatum. ff. de ſal. Et cum dicto do. Car. præallegato de unione tranſit hic domi. Abb. ipſum
15 referens in lect. anti. ¶ Sexta concluſio. Quando † quis dicatur probare intereſſe incontinenti, conſiſtit in arbitrio iudicis: non tamen audietur uolens aliquid probare ultra montes, per c. literis. de reſtit. ſpol. ſm Innoc. do. Card. Imol. & do. Abb. hic: & Bal. in l. ſi ex falſis. C. de tranſac. & in l. 2. C. de edi. diui Adri. tol. & in l. j. C. ut in poſſ. leg. & in l. ſi. C. de ordi. cog. & in l. 3. §. ibidem. ff. ad exhib. & glo. in l. is, à quo. in uerb. hodie. ff. ut in poſſ. leg. ſed do. Anto. hic fatetur hoc arbitrarium: ſed tamen dicit, quòd iudex debet arbitrari illum poſſe incontinenti probare intra tantum tempus, intra quantum poſſet expediri illud iudicium, in quo iſta exceptio opponitur, ſi iſta exceptio non eſſet oppoſita: & alleg. Bar. in d. l. is, à quo. per illum text. Idem ultra eum tenet etiam Bart. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. & in extrauag. ad reprimendum. in uerb. ſummarie. & ſequitur do. Card. & Imo. in c. cùm in iure. ĩ. de offic. dele. & Ang. in l. ille, à quo. §. 1. ff. ad Treb. & Imol. in cle. j. in antepe. col. de re iudic. Sed tamen Imol. & domi. Abb. hic dicunt Inno. meliùs dixiſſe: quia non reperitur iure cautum, intra quantũ tempus debeat fieri executio, ſi iſta exceptio non eſſet oppoſita. ut not. in c. quærenti. ĩ. de offic. dele.

* *Intereſſe] Adde quod tertius comparens in iudicio, ut admittatur, debet primò docere de ſuo intereſſe, quando nõ uocatus, nec ab alio nominatus, ad cauſam uenit uoluntariè. l. 3. de appel. recip. ſ. prim. c. non ſolet. 2. q. 6. c. cùm inter. de elec. c. de his. de accuſ. Aegid. conclu. 29. in ſi. ſufficit tamen probatio eo modo quo ponit Auth. hic. quia talis probatio dicitur præambula & præparatoria, non autem concludens, ſeu deciſoria. l. à Diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. de re iudic. l. 3. §. cauſa. ff. de carbon. edic. Bart. in l. 1. §. quod ſi ſit aliqua. ff. de prætor. ſtipul. & l. ſi quis à liberis. §. ſi quis. ff. de liber. agnoſc. Bal. in l. cum quẽ. col. 3. uerſ. dic pro ſolutione. C. de ſideicom. Rot. deciſ. 11. de iudic. incip. nota quod ubi ſũt. in antiq. & Auth. in c. cum ſuper col. 6. de re iudic.*

* *Defenſiones] Adde Bar. cõtrarium tenentem in l. prolatam C. de ſenten. & idem tenent gl. Iac. But. & Bald. ibi. pro dicto autẽ Auth. hic. uide. l. 3. §. ſi ad diem. ff. de re mil. l. pen. C. de temp. appel. c. cũ inter. de except. Bartol. plane in l. filius. ff. de donat. & in l. 1. ff de teſtam. milit. hoc tamẽ intellige uerũ, ſi defenſio negotiũ principale reſpiciat, ſecus ſi apices iuris. Bald in l. 2. §. eſſilius. ff. de requir. reiſ. Alex. in l. cuſtodiæ. ff. de publ. iudic. Lanfran. in d. clemen. ſæpe. in uer. Libellus. nu. 16.*

¶ Item cùm hic fiat executio ſententiæ ſuper re petita, ſi non opponeretur aliqua exceptio, fieret executio incontinenti: Inſti. de offic. iud. §. ſi. Ergo ſecundum hoc nullum eſſet dãdum tempus. Et licet do. meus hic nitatur tollere iſtas reſpõſiones, ✱ tamen ſubdit opi. Innocent. & communem ✱ eſſe ſeruandam in practica: & ad materiam dicit eſſe bonum text. in c. prudentia. §. ſexta. ſ. de offic. deleg. in uerb. ſtatim. uel infra terminum competentem. ubi uidetur probari, quòd illa probatio dicatur propriè fieri incontinenti, quæ fit ſine termino, quod tamen dicit uideri contra text. in d. c. literas. Vnde dicit, quòd illa alternatiua non ſignat, quòd probatio fiat ſine termino, ſed quòd dabitur minor terminus illi, qui offert ſe paratum probare incontinenti. quamuis hoc non expediat, quòd quis probet incontinenti in caſu illo, & hoc ſignat illa alternatiua, ut hic per ipſum, cui in hac materia adde Bald. in l. ult. C. de iud. ubi dixit, quòd offerens ſe probaturum incontinenti, poteſt probare intra tres dies, per illum text. & aliud, quod uerbum Incõtinenti, importat diuerſa tempora ſecundum ſubiectam ✱ materiam, ut per Bar. in l. j. §. cùm igitur. ✱ ff. de ui & ui arma. & in l. ſi de eod. §. j. de acquir. poſ. & in l. j. ff. ſolut. matr. & Bald. in l. ius eius. C. de proba. & Salic. in l. cùm antiquitas. C. de teſta. cum concord. ¶ Vltimò
16 † in hac materia no. primò, q́ iſte tertius poteſt ius ſuum proponere corã delegato, ſecundum Innocẽt. in c. ueniens. ĩ. de ſpon. licet aliter non ſit eius iudex: & hoc ratione connexitatis iuris ſibi commiſſi, arg. ff. de quibus reb. ad eundem iud. ea per totũ, quod eſt ualde notãdum pro extenſione c. P. & G. ſ. de offic. deleg. ſecundum do. Abb. hic, cui adde Rotam in nouiſ. deciſ. 207. incip. Item ſi cauſa. ubi ſequitur hanc not. Innoc. dicens eã pulcherrimam. ¶ Secundò not. quòd ſtatutum Paduæ, quo cauetur, q́ poteſtas exequatur ſententiam latam per curiam Venetorum remota omni exceptione, non operatur, quòd ſententia debeat mandari executioni contra tertium poſſeſſorem. Ita dicit do. Card. in ſuis notis cauſarum, no. 183. per l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iud. & quod tenet Pet. de Anch. conſilio. 207. quod incip.
17 de iure communi. ¶ Tertiò no. q́ ſi † tertius compareat ad impediendum executionem ſententiæ ratione ſui intereſſe, & allegat nullitatem ſententiæ, non poterit contra eum repli✱cari, q́ ſint latæ tres ſententiæ cõformes, ✱ iuxta cle. j. de re. iud. Ita not. dicit do. Car. poſt gl. Io. de Lig. & alios in 4. q. quia diſpoſitio illius cle. eſt exorbitans, & nõ loquitur in tertio. Ideo non extendenda, iuxta regulam, ea quæ. & regulam, in argumentum. de
18 reg. iur. in 6. ¶ Quartò not. quòd † iſto tertius poteſt producere teſtes ſuper eiſdẽ articulis etiam publicatis atteſtationibus. Ita no. Bartol. in d. l. ſi perluſorio. quia ſicut huic ignoranti non præiudicant acta, ita nec publicatio, & ſequitur do. Abb. hic dicens, ſibi placere, q́ poſſit producere teſtes de nouo, duntaxat ad ſui fauorem: & facit, quod no. gloſ. in l. ſi ſuſpecta. ff. de inoſ. teſt. & de hoc etiam per do. Anto. poſt Innoc. in c. cùm ſuper. de re iud. & in c. fraternitatis. in antepe. col. j. eod. ¶ In glo. in uerbo, uellet. No. bene ſecundum Imol. quòd atteſtationes minùs ualidæ poſſunt ualidari conſenſu partium, de quo fuit dictum ſ. c. proxi. & eſt notabile ad limitationem l. fin. & quod no. ibi Bald. in princ. C. ſi cert. pet. & aduerte, quia iſte P. licet fuiſſet uſus in plenario, tamen quia fuit uſus ad præſumptionem inducendam, non ad plenam probationem, quia non probauit, ideo nõ cogitur illis inſiſtere, ſed poteſt eoſdem teſtes, uel alios producere, ſecundum Inn. quem alij ſequuntur hic. Ex quibus uerbis no. ſecundum do. Ab. quòd atteſtationes receptæ ad unum finem faciunt præſumptionem ad alium finẽ. Ideo aũt atteſtationes receptæ in uno ſummario non faciunt fidem in plenario, quia ibi fuit defectus litis conteſt. quæ non præceſſit has atteſtationes, & quia non fuerunt plenè examinatæ, cum ageretur de modico præiudicio. Et hoc eſt notabile ſecundum do. Abb. qui ex mente Innoc. & aliorum colligit, q́ ubi fuiſſent recepti teſtes, quo ad modum procedendi & ſubſtantiam, probationes plenariæ facerent fidem in plenario.

§. Cum igitur] Adde ad hoc Alex. ibidem. & in l. 1. §. A. ita. & §. qui præſens. ubi etiam per Doct. ff. de uerb. obli. Saly. in Auth. & conſequenter. C. de ſent. et interl. om. iud. Socin. conſilio. 67. incip. circa primam quæſtionẽ. uerſic. circa aliam. q. j. in prima par.

Conformes] Ad de Rot. deciſ. 13. de ſent. & re iud. ĩ antiq. & deciſ. 9. eo. tit. Alex. conſil. 63. incip. Viſo tol. ſin. uol. 3. & conſil. 84. incip. in cauſa. uol. 3. in princ. eod. lib.

Et hoc eſt, quod uoluit Iac. But. in l. ab hoſtibus. §. ſi qui ſimpliciter. ut dixi ſ. in ſilu. not. Vbi etiam adde, quod no. hic do. Abba. in lectura antiqua, ubi dicit, quod iſte text. non tollit dictum Iac. Butr. quia loquitur, quando probatio fuit plena, non ſolùm, quo ad ſubſtantiam probationis, ſed etiam, quo ad modum procedendi: ut quia fuit facta lit. conteſt. alias autem probatio facta in ſummario, quamuis plenaria, operaretur in plenario: & non dicatur, quod ubi probatio & modus procedendi eſt plenarius iudicium non ſit ſummarium: quia potuiſſet ſeruari plenius ordo iudiciarius à principali, donec receptæ fuerint plenæ probationes: & in reliquo proceſſu non fuit ſeruatus ordo iudiciarius, quod eſt licitum in iſtis ſummarijs, cle. ſæpe. in ſi. de uerb. ſignif. no. Innocẽt. in c. Quintauallis. ĩ. de iureiur. & Bald. in l. quod fauore. C. de leg. & in l. 3. per illum text. ff. de mili. teſt. & Ro. in ſub. de arbi. Et ita ſalua reponſionem do. Abb. quæ fuit do. Anto. in c. cùm cauſa. el j. in pe. col. ſ. eod. Et ſic probatur plenaria. In iſto text. non fuit plenaria, quo ad modum procedendi, quia defuit lit. conteſt. Meritò itaque non ſumus in caſu, in quo loquitur Iac. Butr. ut etiam tetigi in d. c. cauſam. Et quòd approbatio atteſtationum facta à partibus ualidetur, uide Ro. in l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. de acq. poſſ. ¶ In gl. in uerb. pars. ibi, præiudicium ſibi fecit. Not. ex gloſſ. quòd ſententia lata cum electoribus præiudicat electo ſcienti & non contradicenti. Facit c. pen. ĩ. de re iudic. quaſi electus habeat cauſam ab electoribus, & ius eorum ſit coniunctum & connexum. Et in hoc habes uidere gl. in c. hæc quippe. 3. q. 6. & in c. pen. & c. cùm ſuper. ĩ. de re iudic. & in c. cupientes. §. cæterùm. in uerb. nullum præiudicium. de elect. in 6. & Innocẽt. in c. dudum. in glo. in uerb. partibus. de elect. & Bar. in l. 2. C. quibus res iudi. non nocet. & glo. & do. Abb. in c. conſtitutus. ſ. eodem & glo. in uerb. profitetur. in c. interrogatum. 2. q. 5. & glo. in §. quandoque. 2. q. 6. & glo. j & 2. in c. pen. ĩ. de appel. & glo. fin. in c. dilecto ĩ. de præben. & gloſ. fin cap. tantis. 81. diſtin. & gloſ. in uerb. per conſequentiam. in cap. ad petitionem. de accuſ. & glo. j. in c. ordinationes. 59. diſt. & gl. in uerb. opponitur. ad fin. in c. j. de elect. in 6. & gloſſ. in uerbo, contra poſſeſſorem. in clem. j. de ſequeſt. poſſ. & fru. & Innoc. in c. auditis. poſt princ. ĩ. de præſcrip. & Ioan. de Ana. poſt do. Card. in c. dilectus. el 2. uerſ. hinc ſumpta occaſione. ĩ. de ſymo. Et ualde miratur do. meus hic, quòd gloſſ. hic fecerit tantam difficultatem. quia poſito, quòd ſententia iſta non præiudicaſſet illi ſcienti, tamen non eſt inconueniens, nec contra ius, ut iſte ſubdiaconus produceret teſtes contra ſententiam: ſiue dicamus, quòd hic eſſet appellatum à ſententia, ut aliqui tenent: quia etiam tertius, cui ſententia non plenè præiudicat, poteſt appellationem proſequi, & teſtes producere, d. cap. cùm ſuper. & d. l. à ſententia. Hoc autem permittitur ſibi, ut euitet illud qualequale præiudicium, quod ſibi inferri poteſt à ſententia. Idem dicendum, ſi tenetur alius intellectus, quòd tertius opponebat ſe executioni ſententiæ, à qua non erat appellatum: quia intererat ſua, ut poſſeſſio non remaneret uacans,
19 licet ſentẽtia ſibi non præiudicaret. ¶ In † ea gl. ibi, propter diuerſum modum agendi. No. rationem: quia publicatio teſtiũ in ſummario non impedit productionem eorundem, uel aliorum teſtium in plenario, q̃ cùm atteſtationes receptæ ſuper incidenti fidem non faciant ſuper principali, durum eſſet dicere, quòd teſtes ijdem, uel alij non poſſent induci, cùm non ſit cauſa ſine probationibus relinquenda, l. quoniã. C. de hæreti. Et de hoc conſiderat Bald. hic magiſtraliter, quo ad ſubornationem: quod interdum teſtes recepti nullo modo ualent, & timor ſubornationis non impedit: quia nulla fingitur facta teſtium productio interdum ad aliquid, ſed non ad id, quod nũc diſcutitur. Et idem eſt, ſi inducerent præſumptionem, ut eſt hic text. no. ſecundum eum. ¶ Interdum ad omnia ualent, & tunc ſi atteſtationes ſunt publicatæ, non poſſunt de nouo produci teſtes, ut ſ. c. proxi. §. ſi. ſecundum ipſum, & de his etiã per Bartol. in l. iubemus. ff. de condi. ind. Et propter illum tex. determinant late do. de Ro. deciſ. 418. incip. item fuit dubitatum. in nouis, quòd publicatio atteſtationum facta in poſſeſſorio non obſtat uolenti producere teſtes etiam directè ſuper articulis contrarijs in petitorio, quia poſſeſſio nihil habet commune cum proprietate, l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poſſeſſio. & quia teſtes nunc producuntur ad aliud, quàm primò, recipiebantur enim in poſſeſſorio ad alium effectum, ſcilicet ad colorandum poſſeſſionem duntaxat, & ſic ſemiplenè probandum titulum, nunc

uerò

uerò recipiuntur ad plenè probandam titulum & uictoriam obtinendam in petitorio, quod trahit ad ſe poſſeſſorium, cap. cùm in eccleſia. & cap. cùm ſuper. de cauſa poſ. & proprie. & ita dicunt fuiſſe obtentum per iſtum text. Et hoc bene no.

20 ¶ In † ea gloſſ. ibi, non credo ualere. Not. gloſſ. ſing. quòd quamuis teſtes examinati in ſummario, non faciant fidem in ordinario ad fauorem producentis: faciunt tamen fidem ad probandum dictum ſuum, ſi contrarium dicant in iudicio plenario. Et etiam eſt ratio, ſecundum Innocent. quia ex primo dicto notorium eſt in iſto ſecundo iudicio ipſos eſſe periuros, & dixiſſe falſum: ideo repelluntur à teſtimonio: & hoc dictum Innocent. ſemper allegatur, quòd atteſtationes, quæ aliàs fidem non faciunt in ipſo principali, ualent, quo ad reprobandum perſonas ipſorum teſtium in principali. Circa hoc tamen inſtat domi. Anton. hic: quia non uidetur, quòd probatio facta in ſummario inducat notorium in principali. Ideo ſaluando dictum Innoc. dicit, quòd dictum teſtis contra ipſum recipitur, ut confeſſio: quia confeſſio ex ſummarietate iudicij non læditur: imò facit fidem in quocunque iudicio, ut eſt elegans deciſ. Innoc. in c. 2. ſ. de ordi. cog. & ſequitur etiam Imol. in clem. conſtitutionem. de elect. & domi. Anto. in c. cùm dilectus. & ibi domi. Abba. j. de cap. mo. & dixi in c. cauſam. el j. ſ. eodem. ¶ Sed conſidera ſecundum domi. Abb. hic, & plenius in lect. antiqua, quòd ſi teſtis in utroque iudicio, tam in ſummario, quàm plenario, depoſuit de facto inter partes, non autem de facto proprio: nihil enim confeſſus eſt contra ſeipſum: ideo non uidetur, quòd dictum ſuum debeat recipi, tanquam confeſſio: ſed tamen ipſe tenet dictum Innoc. quia licet atteſtationes in ſummario non probent in plenario, quo ad effectum conſequendi rem, quia fuerunt productæ ad alium finem, tamen reſpectu eorum, quæ acta ſunt in ipſo ſummario, faciunt fidem: quia acta perpetuò ualent, l. fin. C. de re iudic. cap. quoniam contra. ſ. titul. j. & cap. cauſam. el j. ſ. eodem quo ad faciendam fidem, quòd teſtis ſic & ſic depoſuit: ſemper probant, & ex eis elicitur notorium iuris, cap. olim. j. de uerb. ſignif. dixi ſ. eodem ſignificauerunt ſuper gloſſ. in uerbo, liquere. Vnde ſi in plenario iudicio teſtes etiam deponant contrarium, illa dicta inducunt notorium: & ideo ex diuerſitate dictorum elicitur manifeſta contrarietas teſtium, & notoriè conſtat illos eſſe periuros. Ad hoc eſt bonus text. in cap. cùm in poſitionibus. de iureiuran. in 6. & facit, quod not. Innocent. in c. qualiter. el 2. prope fin. j. de accuſ. ubi dicit, quòd propter ſententiam infamantē latam ſuper crimine contra aliquem, repellitur à teſtimonio in alio iudicio, per c. teſtimo. j. eo. Ex quo conſuluit Fede. conſil. 23. incip. Titius electus. quòd ſi conuentus actione depoſiti negat depoſitum cum iuramēto, uigore actorum probabitur periurus in alio iudicio. Sic in propoſito, ſecundum domi. Abba. hic.

✻ Teſte] Adde quod ſi teſtis aliquid depoſuerit in forma iudicij & ſolēniter, et poſtea minus ſolēniter nec in forma iudicij cōtrarium dixerit, ſtatur 1° dicto primo tanquam ſolenni & ualido, reprobato ſecundo, quaſi ſubornatus depoſuerit, eſt communis ✻ opinio cōtra Bar. ſecūdum Bal. in conſil. 486. incip. licet Aſſeſſores. uol. 3. & cōſ. 171. Pōctus quaeritur. uol. 5. magis communē dicit Alex. conſilio. 74. col. 3. uerſic. poteſt etiam reſpondere. uol. 1. et conſilio. 222. col. 4. uerſ. et dicti teſtes. uol. 2. quæ nedum communis eſt apud iuriſtas, ſed etiam apud canoniſtas. Socin. conſil. 153. col. 1. uol. 2.

¶ Et pro ſolenni limitatione huius gloſſ. uide notabile dictum Innocent. in cap. præterea. infrà, titul. proxi. ubi dicit, quòd ſi teſtis ſecundò inductus dicat contrarium eius, quod primò dixit, non ſolùm non creditur ſibi, ſed etiam primum dictum debilitatur ex ſecundo: unde non faciet tantam fidem, quantam feciſſet, ſi non dixiſſet oppoſitum. Ex quo infert domin. Card. & ſequitur domi. Abba. in lect. antiqua, eo non nominato, quòd ad dictum illius teſtis nō poſſet deferri iuramentum: quia non eſt omni exceptione maior, ut requiritur in c. ſi uerò. j. de iureiur. & in l. bonæ fidei. C. de iureiuran. Et ſi diceretur, quòd ſecundum prædicta fruſtra inducuntur illimet teſtes in hoc ſecundo iudicio, ſi non poſſunt dicere contrarium eius, quod primò dixerunt, reſpondet Innocēt. quòd non inducuntur, ut dicant idem, nec contrà, ſed dicant ueritatem: & quia ex ſuo primo teſtimonio non iuuat pars in hoc iudicio, ut latiùs referunt ✻ hic Scribentes. Generaliter ait de teſte, ✻ qui unum dixit extra iudicium, & aliud in iudicio, dicetur poſt do. Anto. in c. cùm in

21 tua. j. eo. ¶ In † glo. fi. in princ. ibi, cùm alij nō nocentur. Ad hoc allegatur ſemper iſta decretalis, quòd ubi ueritas aliter ſciri non poteſt, admittūtur teſtes aliàs inhabiles, ✻ ✻ in materia, quæ eſt nota de ſui natura ſolū ipſis. Ad idē c. tertio loco. ſ. de pba. & iura hic allegata in gl. & text. cum gloſ. in uerb. tres. in c. cùm dilecti ſuprà de elect. ubi commiſſarius in cauſa electionis teſtificatur de uocibus eligentium, licet ex eo prætendere poſſint laudem, uel uituperiū: quod aliàs cōſideratur, ut habuimus in c. cū à nobis. ſ. eod. Et per illū tex. dicit Bar. in l. quidam relegatus. in fi. prin. ff. de reb. dub. quòd ſi eſt electus in poteſtatem Titius, & plures ſunt Titij, poſſunt electores teſtificari, de quo ſenſerint, quia hoc neſciunt alij. Et hoc probatur per Fed. conſ. 159. quod incip. nulli dubium. ubi dicit, quòd iura ſecundum diuerſas qualitates negociorum diuerſos modos probandi induxerunt, nec uoluerunt anguſtare facul✻tates probationum. ✻ Allega iſtum text. & c. licet ex quadam infrà eo. & l. ſi quando. C. unde ui. cum multis alijs. Ex quibus cōſuluit, quòd in probando pecuniam acceptam mutuò à prælato fuiſſe conuerſam in utilitatem eccleſiæ, non eſt opus ad omnes expenſas habere teſtes. Et adde Lap. allegatione 94. quæ incipit, Mulier in confeſſione. ubi ponit motiua Feder. in d. c. eo non nominato. Ex quibus latè conſuluit, quod creditur ſacerdoti fide digno, ſi dicit morientem dediſſe ſibi licentiam de reuelanda confeſſione, ex quo aliter hoc probari non poteſt facit. quod not. Cald. conſil. 25. incip. teſtator habens filios. Et ideo dici ſolet, quòd ubi materia eſt de ſui natura difficilis probationis, lex eſt contenta ea probatione, quæ fieri poteſt. Ita dicit Bart. quem ſequitur Imol. in l. in illa. in fi. ff. de uerb. obl. per tex. in l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re mili. & not. Bart. in l. ſi quis ex argentarijs. §. pen. ff. de eden. & Bal. in authē. quas actiones. in ult. col. C. de ſacroſanc. eccle. & in l. fi. §. licētia in 2. notab. ubi alleg. iſtum tex. C. de iure delib. & in l. obſeruare. §. proficiſci in 8. col. ſ. de offi. procon. Faciunt, quæ dixi de probatione filiationis, in c. per tuas ſuprà tit. j. & quod etiam no. Bart. & Ang. in l. quoties. C. de naufra. lib. 11. & Bart. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. in 5. q. ff. de oper. nou. nun. & Do. in c. 1. ſuper glo. in uerb. authoris. de teſti. in 6. ¶ Iſta limita omnino, ut dixi in c. tertio loco. uer. in tex. ibi, fratres. ſ. tit. j. & in c. de cætero. in j. limitatione, ſ. eod. ¶ Secundo limita, ut per do. Abb. in c. inſuper ſuprà eo. ubi dixit, quòd quando damnum, uel lucrum uenit applicandum ipſis de capitulo, non uidetur rationabile, quòd propter inopiam probationum admittantur ad teſtificandū, uel damnū euitādū, & imputet eis, quare a principio non uocauerant teſtes. Nec obſt. iura prǣallegata, quòd in defectū probationis admittūtur teſtes nō omnino integri, ut in illis iurib⁹: quia non probant, quòd debeant admitti illi, de quorum commodo, uel damno tractatur ſecundum ipſum: & re uera hoc dictum reputatur nouum & multum notabile, & procederet abſque dubio, ubi materia eſſet talis, quæ de iure poſſet expediri ſecretè, licet & nō ſecretè, quia imputaret eis, ut dictū eſt. Sed ubi materia expediēda eſſet ſecretè, ut electio, uel aliud ſimile: & ex ipſa reportarēt cōmodū, uel incōmodū,

✻ Inhabiles] Adde Iaſ. in l. fi. col. fi. num. 8. & 9. C. de his quibus ut indignis. Alexand. conſil. 64. Viſo. colū. 1. cum ſequent. uolu. 1. Cyn. in l. ſi quando. C. un. ui. in fine ibi admittā hoc caſu teſtes domeſticos & ibi Iaſ. col. 3. nu. 43. intellige tamen dictum Auth. quando non potuerunt interuenire alij teſtes idonei in potentia & habitu. Iaſ. in l. 1. col. fin. in fi. nu. 72. C. de ſum. trini. et in d. l. fin. col. fi. C. de his quib. ut indign. Alex. d. conſ. 64. & conſ. 152. Repetimus colū. 2. uerſ. nec ad hoc obſtat. & conſ. 152. Viſo. col. 4. nu. 12. uer. non obſtat it. uol. 5. Ant. de But. conſ. 24. in c. Quæſtio. col. fin. uerſ. et in iſto caſu. Lanf. in c. quoniam contra. uerſ. teſtiū de poſitiones de probatio.

✻ Probationum] Adde ad hoc, quod ſocij, amici, & domeſtici actoris, admittuntur ad probandum furtum & quantitate rerum ſubtractarū l. cenſenſu. §. ſuper plagijs. C. de repud. Abb. & doc. c. cum in tua. de ſponſal. item teſtes domeſtici admittuntur ad probandū geſta in domo. Are. conſ. 13. uiſo. colu. 7. n. 17. uerſ. uenio nūc item teſtes nauis admittūtur ad probandum geſta in naui l. de ſubmerſ. C. de naufr. lib. 11. item lenones, meretrices, concubinarij & infames admittuntur ad probandum facta in proſtibulo. Sal. in l. ea quidem colū. 1. uerſ. ad quartam quæſtionem. C. de accuſat. cum infinitis traditis paſſim à doctoribus quos cauſa breuitatis omitto.

credo q admitterẽtur:tũ,quia in talib. lex eos ſimpliciter ha
bilitat,ut hic: tum,quia in caſu dicti §.à barbaris,& quibuſdã
alijs præallegatis,lex contentatur de talibus teſtibus,ex quo
per alios materia ſciri non poteſt: & ad prædicta uide etiam
multa,quæ allegat Ioan. Andr. in regula, cum quid una uia.
22 uerſic.ſic enim. de reg.iur.in Mercur. ¶ In † gloſſ. fin.ibi,
alias nullus Dicas uerum eſſe, quòd abſolutio ad cautelam
conceditur ſolùm duob. caſibus, de quibus in c. uenerabili-
bus.§.ult. de ſenten.excom. in 6.& plene de hac materia per
Ioan. And.& Dom.in c.ſolet.in prin.eod.tit.& lib.Tamen di
cit Inn.hic,& expreſſius Hoſt. & do.Ant. do. Card. & Imo.
quòd de conſuetudine curiæ abſoluuntur illi, qui petuntur
in teſtes,donec tulerint teſtimonium, ſicut etiam abſoluun-
tur ambaſciatores,donec ſunt in curia.Nec eſt mirum,ſecun-
dum do.Ant.& Imol. quòd abſoluantur etiam non petentes
contra c.legatur.24.q.2.quia poteſt abſolui à uinculo excom
municationis,c.ab excommunicato.ꝫ. de reſcrip. ſed non à
uinculo peccati, à quo non abſoluitur, niſi pœniteat. regula
peccati,de reg.iur.in 6. ſecundum ipſos:quibus adde beatum
Tho.in 4.diſt.17.q.ult.arti.ulti. & do. Abb. poſt Cald. in c.
ſignificauit.de eo,qui duxit in ma.quam pol. per adult.& ibi
alias examinaui:& not.do. Abb.in d.c.ab excommunicato.in
23 ulti.col. ¶ Sed † aduerte:quia quando quis abſoluitur nõ
pœnitens, ut teſtificetur, procedere poteſt, ſecundum dom.
Abb. hic, quando excommunicatio dicitur nulla, & de hoc
pendet q. quia non conſtat de uinculo peccati, uel excom-
municationis:quando autem allegatur iniuſtitia excommu-
nicationis,de qua poteſt probabiliter dubitari, & tunc licet,
ſecundum prædicta, poſſit abſolui, donec tulerit teſtimo-
nium,tamen hoc non uidetur faciendum, niſi in defectum a-
liorum teſtium,ut in caſu, de quo hic per rationes, quæ ſta-
tim dicentur. Si autem non allegatur iniuſtitia, uel de ea cõ
ſtet,putat do. Abb.contra alios, quòd non debet fieri abſolu-
tio, quicquid habeat conſuetudo: & ſi fieret,non poteſt teſti
ficari: quia dato quòd tollatur uinculum excommunicatio-
nis in non pœnitente, tamen remanet peccatum non modi-
cum: tum, propter perſeuerantiam in excommunicatione,
quæ multùm not. ut in c.fin.infrà de pœnis.tum, propter con-
tumaciam & inobedientiam.8.q.1.ſciendum.quæ in teſte ar
guunt peccatum mortale apparens,ideo repellẽdus, infrà eo.
teſtimonium. Et ad hoc non uidentur alij aduertiſſe, ſecũdũ
24 ipſum. ¶ Sed† tu in effectu conſidera duos caſus.Primus eſt,
quando pars uolens producere excommunicatum in teſtem,
petit eum abſolui ad cautelam. Secundus eſt, quando ipſe
teſtis petit abſolui.Primo caſu uidetur, quòd tunc demum de
beant abſolui teſtes, quando de nullitate excommunicatio-
nis pendet quæſtio: alias non: quia de hoc eſt gloſ. ſingularis
hic, & in c.decernimus.in gloſ.pe.de ſen.excom. in 6.quę ex
preſsè uolunt,quòd non abſoluitur teſtis ad cautelam,ut te-
ſtificetur, niſi quando dicit excommunicationem nullam: &
ſi diceres, quòd actus teſtificandi nihil ſpeciale induceret iſto
caſu, quia etiam non teſtificaturus debet abſolui ad caute-
lam, ſi dicit excommunicationem nullam,reſpondetur,quòd
illud eſt uerum,ſi petierit,d.c.ſolet.in uerbo,petierit.& c.per
25 tuas.infrà de ſent.excomm. ¶Sed † tamen pars petit eum ab
ſolui, licet non petentem abſolui,dum modò producatur in
ſubſidium:quia alij teſtes non inueniũtur: & ita eſt caſus hic,
quem rectè intelligunt gloſ.prædictæ. ¶ Secundo caſu,quan
do uolens teſtificari petit ſe abſolui,ſi non exprimit ad quem
finem,ſi petit, abſolueretur per iura prædicta: ſed ſi dicit,uel
apparet,eum uelle teſtificari, & in illa materia ſint etiam alij
teſtes,eſt ſuſpectus,& non uidetur abſoluendus, ſecũdum do.
meum hic per text. in c.ex literis.de reſti.in integ. per quem
dicit ibi do. Ant. quòd offerens ſe ad teſtificatum repellitur
totaliter a teſte:& pleniùs dixi in c.x.in 2.q.ꝫ. eod. dicit ta-
men, q ſi non eſſent alij teſtes,poſſet eſſe, quòd ſe offerat bo
no zelo, ne periret ueritas: & eſſet abſoluendus in caſibus,
26 quos dicit do.Ab.ut retuli.ꝫ.Ex iſta no. tãquã ſubtilia.¶ Et †
pro complemento huius materiæ no. primò,quòd nunquam
eſt abſoluendus teſtis , ut teſtificetur, niſi quando alias
ueritas haberi non poteſt. Hic caſus eſt notabilis cum gloſ.
quem ualde not. Bald. & domi. meus hic. ¶ Secundo not.
27 quòd † completo teſtificatu reincidit in excõmunicationem.
Ita dicit hoc Hoſt. & ſequuntur omne, ſicut dicitur in c.cùm
Apoſtolicæ.infrà de excep. quod canonice excommunicatus
abſoluitur,ut poſſit eligere:quo facto reuiuiſcit excõmunica-
tio,& non eſt ſic in excommunicatione lata ad tempus: quia
illo elapſo non expirat ſaltem quo ad eccleſiam, ſed requiri-
tur formalis abſolutio, ſecundum Inno. & do.Ant. in c. cùm
bonæ me.§.j.de æta.& quali.& facit in ſimili gl. in cle.j.in uer
bo,donec.de deci.& c.fi.de immu.eccle. in 6. Et propter hoc
dicit do. meus hic, quòd abſolutus ad tempus non reincidit
ſtatim in excommunicationem,niſi in eam reducatur, licet ſit
lapſum tempus: quod nullo modo credo uerum,per text.in c.
28 eos.in uerbo, ipſo iure.de ſent. excom. in 6. ¶ Tertiò † not.
quod delegatus non poteſt abſoluere teſtem in caſu iſto,ſecũ
dum Io. An.in addi.Spe.ſuper rub.de teſte.& Io. An.& Domi.
plenè in d.c.ſolet.in uerbo, deinde contra Arch.& Io.Mo.ubi
dicit ſignanter Io. And. q licet in commiſſione delegati ue-
niant illa,ſine quibus cauſa expediri non poteſt.c.prętereà.ꝫ.
de offic. dele. non tamen uenit id, propter quod poteſt com-
modiùs expediri.Et adde Old.conſil.142.quod incipit, Quæ-
ritur, ſit teſtes.ubi tenet ,quod dictum eſt de delegato ,prout
hic fecit.& hoc modo reſpõdetur ad illum text. ¶ Quartò no.
29 quòd † quamuis excommunicatus nõ poſſit teſtificari, ut hic.
& d.c. decernimus. etiam contra excommunicatum, ſecundum
Io. An.ibi,& Spe.in tit.de teſte. §.j.uerſ.item q excommuni-
catus.tamen fallit primo, niſi deſcriberetur ut teſtis in inſtru-
mento,ſecundum Inn.in c.pia.paulò ante fi.de excep. in 6. &
do.Car.in repet.in c.perpendimus.ad fi.ꝫ. de ſent.excomm.&
do. Ant.& Imo. in c.ex literis.ꝫ. de tranſac.non tamen poſſet
ipſum inſtrumentum uiua uoce coadiuuare, ſecundum Dom.
in d.c.decernimus.in fi. ¶ Secundo fallit,niſi fuiſſet adhibitus
ut teſtis, cùm reputaretur non excommunicatus,ſecundũ Bar.
30 in l.j.uerſ. quæro,quid de infame.C.de teſta. ¶ Tertio † fallit
in excommunicato excommunicatione minori tantùm : quia
illa non repellit,niſi à perceptione ſacramentorum, c.ſi cele-
brat. ꝫ. de cle.excomm.cele. Et dato, q excommunicatus ex-
communicatione minor dicatur eſſe in peccato mortali, c.ſa-
cris. ꝫ. quod me. cau. tamen peccatum mortale non ſemper re
pellit teſtem, ut eſt text. melior de iure,ſecundum. do. Abb.in
c.inquiſitionis. §. tertię.ꝫ. de accuſ. Et hoc in terminis ſenſit
glo. magna in princ. d. c. decernimus. Et non dicitur hic ha-
bilitari ad ſacramentum ratione iuramenti:quia c.ſi ſicut ce-
lebrat.loquitur de ſacramentis,de quibus per gl.in c.ueniens.
ꝫ.de tranſact.non de iuramento, quod erat in uſu etiam ante
Nouum teſtamẽtum: quia legumlatores de ipſo tractauerũt,
ut ff. de iureiur.per totum.Et in hoc,tanquam non tacto,pote
ris per te meditari. Opus eſſet uidere, an mortale ſemper re-
pellat à teſtimonio:quia d.c.inquiſitionis. loquitur in morta-
li commiſſo ad euitandũ onus teſtificandi : & ideo uide,quod
dicetur in c.teſtimoniũ.ꝫ. eo.Vbi etiam Inno.ponit circa præ-
dicta , utrùm excommunicatus poſſit indiſtinctè teſtificari
pòſt abſolutionem.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis ſine iuramento nullam facit fidem.*
2 *Teſtis qui non iurauit, facit fidem in certo caſu.*
3 *Teſtis pot eſt teſtificari ſine iuramento de conſenſu partium.*
4 *Et in quo caſu poſſunt partes remittere iuramentum teſti.*
5 *Teſtis poteſt iurare non ſolùm ſuper ſcripturis ſanctis,ſed etiam ſu-
per cruce,reliquijs ſanctorum,& ſimilibus.*
6 *Teſtis an præſumatur iuratus in dubio.*
7 *Item an præſumatur tetigiſſe ſcripturas.*
8 *Notarius cauſæ an poteſt deferre iuramentum teſti ſine iudice.*

CAPITVLVM XXXIX.

TVIS QVAESTIONIBVS. ¶ Religioſus ad
teſtificandum non admittitur ſine iuramento,
niſi à partibus remittatur. H. D. ¶ In text. ibi,
non poſſunt. No.teſtem non iuratum recipi nõ
poſſe. Et hinc eſt, quòd dictum ſuum non pro-
bat,etiamſi iuratus eſſet ſuper quibuſdam.quia
ſuper illis tantum probat,cap.de teſtibus.& ibi dictum fuit.ꝫ.
eod. Et hinc eſt,quod teſtis,qui non uult iurare,tenetur reficere
cire parti damnum & intereſſe.ſecundum Specu.in titu. de te
ſte.§. ſequitur. uer. quid ergo ſi teſtis. Et hinc eſt etiam ,
quod multis teſtibus ſine iuramento non creditur , ſecun-
dum Domi. in cap. multis per illum text. 44. diſt. Et hinc
eſt , quod habens poteſtatem procedendi omiſſa ſolenni-
tate iuris, non poteſt pronunciare ad dicta teſtium non iura-
torum , ſecundum Bald. in l.milites.C. de teſta. mili, & in l.
preſbyter

presbyter la. 2. in ulti. colum. C. de epiſco. & cle. & Imol. in l. filiusfamilias. ff. de dona. licet aliud dixerit Bal. ibi, & in l. 1. ff. de mil. teſta. & Petr. de Ancha. in clem. ſæpe. de uerb. ſignif.
1 Et hinc eſt: quòd † teſtis deponens ſine iuramento, non deponit in forma teſtis, nec facit aliquam fidem plenam, ſecundum Bald. in d. l. milites. Et hinc eſt, quòd etiamſi teſtis iurat, ſed de credulitate, * non eſt propriè teſtis, ſecundum Bald. in c. propoſuiſti. ſ. tit. j. Et hinc eſt, quòd in cauſis, quantumuis ſummarijs, teſtes debent iurare, ſecundum Imol. in cle. ſæpe. de uerb. ſig. Et hinc eſt, quòd etiam Cardinales producti in teſtes debent iurare, alias non probant, * ſecundum gloſ. in uer. quondam. in c. cùm olim. j. de priui. & ibi multùm no. do. Abb. ¶ In text. ibi, remittatur. Supple, non ſolùm ab aduerſa parte, ſed etiam à producente, ſecundum Ioan. And. do. Cae. & do. Abba. hic: pro quibus facit, quia cùm iſtud ſit inductum fauore producentis, põt producens huic fauori renũciare ex cauſa, per regulam, quod ob gratiã. de re iu. in 6. cum alijs allegatis per Ro. conſil. 32. incip. Viſa municipali. ubi conſuluit, quòd ſtatutum annullãs contractum pupilli factũ ſine certa ſolennitate, non habet locum, ſi illa annullatio noceret pupillo. Vnde dixit glo. in l. 2. ff. de teſti. quod ſi aduerſarius dicit teſtes quoſdam non eſſe idoneos cõtra me, quia ſunt ſui domeſtici, poſſum huic fauori renunciare. Et ideo conſuluit Pe. de Anch. conſil. 135: quòd ſi ex pacto partium contractus eſt nullus, altero contrauenien te, poteſt tamen ille, contra quem eſt contrauentum, renunciare fauori huius pacti. Et dicit domi. Abb. in c. quemadmodum. j. de iureiur. quòd licet maritus poſſit repellere uxorem notoriè adulteram, tamen, ſi ipſe non uult, non tenetur. Et dicit gloſ. mag. in fi. in c. ſi. j. de coniug. ſeruo. quòd dato, quod matrimonium contractum cum ſerua non teneat, ſi liber non uult, quando ignorauit, tamen ſi uult, non poteſt alius inſtare ad diſſolutionem. Et dicit gloſ. in c. ſi quis acceperit 33. q. j. quòd dato, quòd frigiditas ſit iuſta cauſa diuortij, tamen ſi nõ frigidus non uult, non fiet diuortium. Et dicit gl. in l. eleganter. ff. de dolo. quòd dato, quòd contractus, ad quem fui dolo inductus, ſit nullus, tamen poteſt me uolente ualere. Ita in propoſito, licet poſſit aduerſarius teſtes meos exonerare à iuramento, tamen huic beneficio poſſum renunciare, fortè dubitans, ne teſtis, qui habet deponere pro utraque parte, minus iuſtè deponat. ¶ Ex eodẽ text. habes, quòd iuramentum teſtis [a] non eſt de ſubſtantia: quia ſi eſſet de ſubſtantia, non poſſet à partibus remitti, iuxta gl. in c. de cauſis. ſ. de offi. deleg. cum conc. Dicit tamẽ do. Ab. hic, poſſe dici contrariũ, quia ſi teſtimonium ſine iuramento non ualet, c. de teſtibus. ſ. eo. ergo ẽ de eſſentia. Vnde putat, quòd ſit ſolennitas formalis & ſubſtantialis. Sed quia concernit fauorem partium principaliter, ideo poteſt à partib. remitti: ſecus, ſi concerneret fauorem publicum, per notata in c. ſi diligenti. ſ. de fo. compe. ſecundum ipſum. Sed dici poteſt, ut dicit Bal. in c. cõſanguinei. in fi. j. de re iud. quòd iuramentum teſtis eſt de ordine, non de ſubſtantia: quia ſi eſſet de ſubſtantia, nõ poſſet remitti. Nec obſt. c. de teſtibus. quia non ſequitur, actus non ualet ſine ſolennitate: ergo ſolennitas eſt de ſubſtantia, ut traditur in c. j. de reb. eccle. non alie. in 6. & in l. obligari. §. fin. ff. de autho. tu. & per

* *Credulitate*] *Adde Spec. in titu. de teſte. §. 1. uerſ. item deponit de credulitate. Alex. cõſ. 70. col. 3. uol. 1. Doct. in c. literis. de præſumpt. in c. relatũ. 5. q. 2. & 4. q. 2. §. teſtes. Bald. in l. conuenticulã. col. 8. C. de epiſc. & cler. l. de tutela. C. de ſanieg. reſtit. mut. & in l. ſiue poſſidetis. C. de probat. colum. 4. uerſic. ſed quæro. not. in l. dũ proferre. §. ſi plures. ff. de arbitr. Alex. conſil. 109. incip. Viſis. col. 2. uol. 1. conſil. 133. Viſo proceſſu cauſæ. col. 5. & conſil. 56. Viſo proceſſu. colũ. 4. uol. 2. Aduerte tamen, quod iſtud fallit in teſte deponẽte quod aliquis occiderit. uel uulneraverit aliquem ad ſuam neceſſariam defenſionem ſuo credere. quia tunc probat. Bar. in conſil. incip. Raymundus Petri. ſequitur Alexan. conſil. 76. Viſa in quæſitione. col. ult. in fi. & conſi. 209. col. 9. et 11. prim. uol. Bald. in l. ſolã. col. ult. C. de teſti. & ibi Saly. poſt eum. colũ. 3. Ant. in c. unico. de ſeruitu. uerſ. quantum humana fragilitas. & Bald. poſt Cyn. in l. filium. ff. de his qui ſunt ſui uel al. iur. not. in c. præterea. in uer. cum ſitas. hoc tit.*

* *Non probant*] *Adde quæ ad hoc habentur per Iaſ. in l. admonẽdi. de iureiur. col. 54. cũ alijs ſignatis per eũ ibi. & p Ang. in l. quicunque. §. fin. ff. de pub. iudic. & in conſil. 132. incip. mandatum principis.*

Bar. in l. uniuerſa. C. de preci. impera. offer. Quòd autem iuramentum teſtis poſſit à parte remitti, habent Iuriſtæ gloſ. in l. iureiuran. ff. de teſti. & in l. 2. §. ſed quia uerentur. C. de iura. calum. & in l. j. * ff. de fer. Nota Bart. in l. ſi quis legatum. in princ. ff. de fal. & in d. l. filiusfamilias. in princ.
2 ¶ Ex † eodem text. habes unum caſum, in quo ualet dictum teſtis nõ iurati. Alius eſt, quando agitur de probanda conſuetudine inducta à populo, ſecundum do. Ant. in repeti. c. fi. in pe. char. ſ. de conſuet. Alius eſt, ſi agitur de probanda fama, uel notorio, ſecundum Innoc. do. Anto. & do. Abb. in c. cùm in tua. j. de ſponſ. facit text. cum gl. in c. tua nos. j. de coha. Alius eſt, quando agitur de informatione famæ promouendi, ſecundum Innoc. in c. j. ſ. de poſtul. præla. & ibi per do. Anto. & eſt glo. in c. j. §. ſi duo. in tit. de pace tenen. per quam dicit ibi generaliter Bald. quòd iudex recipere poteſt informationes à teſtibus non iuratis. Alius eſt. quãdo ſacerdos deponit ſuper pœnitentia alicuius. de quo per do. Ant. in c. teſtimonium. in pen. col. j. eo. Alius eſt in arbitro habẽte poteſtatem procedendi de facto, & finiandi de iure tantùm, ſm Bald. in d. c. conſanguinei. De quo tamen poſſet dubitari, per id quod dixi in prin. poſt Bartol. in d. l. milites. Alius caſus eſt, quando ſtatutum uellet, quod dictum teſtis non iurati probaret, ſecundum Roma. conſil. 20. quod incip. Viſo puncto. quia ſi hoc poteſt pactum, ut hic: ergo & ſtatutum, iuxta gloſ. in rubric. C. de decre. decu. lib. 10. & in l. non impoſſibile. ff. de pact. & in l. nec ex prætorio. ff. de re iudic. cum ſimi. Sed de hoc dubito: quia quando partes faciunt pactum, mouet eos integritas teſtium, ut cum cauſæ cognitione renuncient iuramento. Sed quòd ſtatutum ſimpliciter diſponat, quòd teſti non iurato credatur, uidetur contra ius naturale, ut in ſimili dicit Imol. in d. l. filiusfamilias. Faciunt no. in c. 2. ſ. de prob. & quæ ibi dixi in 2. limitatione 2. concluſionis. Et ex hoc apparet manifeſta diſſimilitudo inter pactum & ſtatutum: quo caſu non æquiparantur, ſecundum doctrinam Domi. in c. 2. de conſuet. in 6. ¶ Sed ultra Doct. quæritur, an ſufficiat tacita remiſſio iuramenti? In quo Hoſti. & communiter * alij dicunt, quòd non. in c. nuper. j. eodem & Ioan. Andr. allegando iſtum text. in titul. de teſte. §. ſequitur. uer. & not. Non obſt. quòd in actibus iudicialibus, qui contrahuntur conſenſu, tantum ualeat tacitus conſenſus, quantum expreſſus, cap. gratum. ſuprà, de offic. deleg. & c. cùm ueniſſent. ſ. eodem. Dixi ſ. eod. fraternitatis. uerſicul. ſed re uera. quia illa procedunt, quando actus ualet ipſo iure, ſi non appelletur: quia tunc patientia inducit conſenſum fictum poſt tempus ad appellandum, cap. quod ad conſultationem. infrà, de re iudic. not. Bartol. in l. Labeo. C. quomodo & quando. iudex. Sed quia ab actu nullo non eſt neceſſe appellare, l. j. C. quando prouoc. non eſt neceſ. & examinatio teſtis non iurati eſt nulla, ut hic: ergo nihil eſt, quòd imputetur parti, ſi non appellat. Et ita ceſſat cauſa fingendi conſenſum, & ita reſpondet hic dominus meus, dicens, tenendum menti: quia ſæpius iſte caſus occurrit in
3 practica. ¶ In † gloſſ. 2. ibi, iudicis authoritate. Not. gloſſ. quòd iuramentum teſtis non poteſt remitti, niſi cum authoritate iudi. facit l. acta. ff. de re iudic. ubi acta deſtrui non poſſunt, niſi cum conſenſu partis & iudicis. Item, quia agitur de intereſſe iudicis: quia deponens cum iuramento non ita facilè mentitur, & non offendet aures iudicis: quod conſideratur in l. nullum. C. de teſti. & ita etiam tenet Specul. in tit. de teſte. §. ſequitur. uer. & not. & Bald. in l. 1. in princip. ff. de ferijs. Sed contrarium tenet in hoc gloſſ. & Bartol. in d. l. 1. & domi. Ab. hic, & allegat l. ſi conuenerit. ff. de re iudic. & in l. 1.

a *Quòd iuramentum teſtis*] *Quòd iuramentum teſtis poſſit à parte remitti, habent Iuriſtæ gloſ. Ex ũia concluſione gloſ. in d. l. iuriſiurandi. C. de teſti. et ĩ l. 2. C. de iura. cal. & in l. 1. ff. de ferijs. tu impugna illud, quod tenet Bal. in tit. de pace Conſtan. in uerſic. ſecundum. ubi dicit Bal. quòd tabellio ſine cõmiſſione iudicis non poteſt recipere iuramenta teſtium de cõſenſu utriuſq; partis. Iſtud non eſt uerum: quia ſi partes poſſunt remittere iuramentum teſtibus, ut hic in iſto text. & in dictis gl. quanto magis poſſunt conſentire. ut non noceat præſtatio iuramẽti teſtium minus ſolenniter facta à notario, per regulam l. unicã, C. de rei uxo. act.*

* *In l. 2.*] *Adde ibidem gl. in uer. ualebit. in uer. ut nota ſecundum. ubi Bar. & Alexand. col. 6. ad fin. ſed nunquid iudex poterit cogere teſtes ad iuramentum, à parte remiſſum, dic quod ſic. ut p Alex. poſt Bal. in d. l. 1.*

§.unde quæritur.ff.de oper.noui nuncia. In quibus locis dicitur, quòd ſi partes conueniunt, ut iudex ferat ſententiam certo modo, uel compoſuerunt inter ſe litem, debet iudex parere conuentioni partium. Item, quia iuramenta non debent præſtari, niſi urgente neceſſitate, c.& ſi Chriſtus.infrà de iureiur. Vnde fruſtra iuratur, ſi pars non curat. Ad hoc l. Theopompus.ff.de dote præle. & in l.j.§.fin. ff.de uerb.oblig.ubi partes poſſunt uelle, quòd ſtetur dicto unius:& ſic renunciant probationi plenæ. Facit authen.iubemus.cum materia. C.de iudi.& c.de teſtib. ſuprà eod. Ad idem l.fin. C. de iudic.& c.de teſti. per quam dicit ibi Bald.in princ.quòd dictum teſtis inualidũ ex pacto partium efficitur ualidum. Ad idem c.cùm cauſam. ſuprà eodem. ¶ In eadem glo.ibi, ne colluderent. Nota, quòd per iſtam gloſ.quæ ſecundum Docto.in hoc bene loquitur, infert hic ſignanter do.Card. & ſequitur do. Abb.eo non allegato, quòd generaliter in nulla cauſa poteſt remitti iuramentum, in qua iudex poteſt ſupplere ex officio:uel quando agitur de præiudicio publico, uel animarum, adeo quòd cauſa non dependet à libera uoluntate partium:quia non renunciat quis fa-
4 uori pro ſe introducto, ut probant iſtæ rationes gloſ. ¶ Sed † in quantum gloſ.dicit, quòd cùm agitur de matrimonio contrahendo, põt à partibus remitti iuramentum : hoc reſtringit do.Abb.hic in lectura antiqua, ubi ſimpliciter quæritur, nunquid ſponſalia ſint contracta, uel non? ſecus autem, ſi ageretur de ualiditate ipſorum ſponſaliorum, ut quia opponitur cõſanguinitas, uel affinitas : tunc enim non putat, quòd partes poſſint hoc iuramentum remittere teſtibus, quia hoc caſu contrahere uinculo conſanguinitatis, uel affinitatis exiſtente, nõ dependet à partium conſenſu:ideo cùm immineat peccatũ, poterit iudex ex officio iuramentum deferre, per ea, quæ dicta fuerunt in c.iurauit.ſuprà tit.j. Et hoc diligenter nota. ¶ In ea gloſ.ibi, ſed tacitè bene poteſt.& iſta opinio hodie eſt approbata in c.i.de iura.cal.in 6.uidelicet quòd tacitè poteſt iuramentum calumniæ omitti, ſed non expreſſe: & unam rationem differentiæ inter iuramentum teſtis & iuramentum calumniæ ponunt hic Hoſtien. & do.Car.& aliam ponit domi.Abb.eos impugnans:& aliam ponit Bald.hic, quia pars de facili cõmittit calumniam, teſtis non: & aſſignari poteſt ratio clarior cæteris: quia remiſſo iuramento calumniæ inuitatur pars ad calumniandum in facto proprio, cui præſumitur affici, ſed quando iuramentum remittitur teſti, licet dicatur ad dicendum falſum inuitari, non tamen ita præſumitur de fraude, cùm deponat in facto alieno, cui nõ afficitur, nec ex quo utilitatem conſequitur:imo quando iſta concurrunt non eſt idoneus, l.3.
5 cum ſimil.ib.ff.de teſti. ¶ Extra † glo.in quantum do. Anto. & Imol. hic probãt per multa, quòd ſi defertur a iuramentum teſti, non tactis euangelijs, ſed reliquijs, cruce, uel ſimilibus, uel ſuper animã ſuam:ualet tale iuramentũ, per iura allegata per Inn. in c.& ſi Chriſtus.infrà de iureiuran.& Spe.in tit.de iureiuran. §.j.uer. in ſumma. & per c.conſtitutis.el 2.cum gloſ. 2.infrà de appel.& c. fraternitatis.infrà de frigi. & c. epiſcopus in ſynodo. 35.q.6.Adde tex.in c.presbyter ſi à plebe. in uer. euangelio coram poſito. 2. q.5.iuncto c. quæ de cauſa. in uerbo, ante corpus ſanti Appollinaris. eadem cauſa & q. ubi probatur, quòd ſatisfit legi requirenti tactum euangelij, ſi tanguntur ſanctorum reliquiæ. Ad idem tex.in l.generaliter.§.penult. C. de reb. cred.in uerbo ſacroſanctis ſcripturis.uel in oratorio, & ibi glo.j.ſuper altari.Per quem text. dicit Bald. ibi, & in c.j.§.ſacramenta. de pace tenen.& pleniùs in c.1. circa princ.de noua forma fidelitatis. quòd ſufficit iurare ſuper qualibet ſacra ſcriptura, uel reliquijs.Facit c.de parentela.cum ſe.35. q.6. Et licet in c.ſeq. quod loquitur de iuramento teſtis, nõ repetatur, quod dicitur in c. præcedenti de reliquijs martyrum, ſed uideatur requiri iuramentum uerbale, tamen eſt ſupplẽdus ille tex. per c. præcedens, ne ſtrictiùs iuret accuſator, quam teſtis. Dicas tamen, quòd ſi teſtes non tangerent ſcripturam aliquam,

2 gloſ.& Doc.hic. ¶ Fallit primò iſta decretalis,niſi † ageretur de reprobandis dictis teſtium: quia loquitur iſte text. de reprobatione perſonarum: ideo non extendendus, ſecundum Ioan.Andr.Sub dubio tamen io c.2.de teſti.in 6. & expreſſiùs Paul.de Leaza. io c.teſtimoo ium.uerſic. ſed nunqoid licet. j. eod.& do.Anto.& Imol.hic: quia falſitas nunquam remanere debet indiſcuſſa,l.querela.C.de falſ.c.licet.ī.titul.j.Criminoſitas uerò oon ita inficit, quia quandoque criminoſus admittitur, c.licet Heli. cuon ſi.j.de ſymo.mendax uerò onnquam, cùm ſit contra Chriſtum dicentem, Ego ſum ueritas:ut latiùs per ipſos intelligentes hoc eſſe uerum, quando oppooitur mera falſitas:ſecus, ſi ad inducendam falſitatem opponitur periurium,quia tunc in effectu opponitur contra perſonam: & intelligit Imol.quando allegatur falſitas,ad quã probandam aliud non obſtat,per ea,quæ habentur in clem.2.eod.titul. ¶ Sed contrarium indiſtinctè,quòd iſte text.procedat in opponente dictis teſtium, tenet Hoſt.in c.ex tenore.ī.eod.& Pet.de Anc. & Domi. in d.c.2.§.fin.de teſti.in 6.& Cal.do. Car.& do. Abb. hic propter finem huius decretalis comprehendentem utrunque caſum. Sed ideo dicit de perſonis: quia ſic fuit io facto. Item, quia etiã reprobatio dicti notat perſonam de periurio & mendacio: & ſic eſt quædam reprobatio. ¶ Item perſona criminoſa ideo repellitur:quia præſumitur mentiri, c.teſtimonium.j.eo. & ſic habetur reſpectus ad dictum.Vnde ſicut aliquando clauditur diſputatio de perſona, ut hic: ita de dicto, cùm dictum ſit finis diſputationis perſonæ. Nec ſuſtinetur per hoc dictum falſum:quia iſte text.præſumit,quòd ultimi teſtes uerum dicant:arg.c.ſi. j.de præſum.ita io caſu iſto:aliàs ſequeretur, quòd ius hic approbaret perſonas criminoſas: quòd eſt falſom. Non obſt.d.l. querela. quia illud eſt uerum, quaodo plures probationes oon proceſſerunt, ſecundum prædictos. Et tenendo hanc partem, limita eam, ut per Domin. in d.c.j. oiſi iſte uellet reprobare dicta teſtium, oon per alios teſtes, ſed per inſtrumenta,per text.cum glo.mag.poſt medium in §. item ſi quis teſtibus.4. q.3. ubi qui oon poteſt opponere cõtra dicta per alios teſtes, poteſt opponere per inſtrumenta. Facit c.cùm dilectus.j.titul.2. & quod dicetur j. uerſic.fallit tertiò. ¶ Secundò limita, niſi uellet reprobare dicta teſtium ex ipſis dictis, ſecundum Domin. ubi ī.Alleg. gloſſ.optimam iuncto text.in d.§.ſi quis teſtibus.Sed addere poſſet, quod not.Bald. & Angel.in l.tale pactum. §. qui prouocauit. ff.de pac. ubi dicunt, quòd ſtatutum prohibens opponi de nullitate, non intelligitur de nullitate, quæ ſurgit ex contrarietate: & dicunt, quòd nemo poſſet hanc exceptionem tollere. Procedit ergo communis opi. quãdo per alios teſtes uellet reprobare teſtes reprobatorios reprobatoriorum circa dicta teſtium. ¶ Fallit

3 ſecundò † iſta decretalis, niſi ageretur de reprobatione inſtrumenti: quia oumerus reprobationum oon incipiet computari cum ipſo inſtrumento, quaſi ſit prima probatio, licet incipiat à primis reprobatorijs inſtrumenti. Vnde contra illos poterit fieri prima & ſecuoda reprobatio,ſecundum Ioan. And. dom.Anto.& domi. Ab.& Imol. hic:quia iſte text.loquitur de reprobatione teſtium.Vnde in reprobando inſtrumento conſiderabitur ſolùm, quando incipient reprobationes teſtium contra ipſum inductorum, quaſi iſte caſus omiſſus remaneat io diſpoſitione iuris commuois: & ideo ſi probaſti per inſtrumentum talem domum fuiſſe tibi uenditam tali die, & ego per teſtes probo, quòd eo die uenditor erat in alio loco, & iſtos teſtes reprobas, potero reprobatorios reprobare, ſecundum domin. Abba. hic. ¶ Sed iſta dicta limita, ſecundum domin.Card.hic, niſi inſtrumentum fuiſſet productum ad reprobandum teſtes: tunc enim contra inſtrumentum admittetur ſolùm una probatio, ut ſic intelligatur hæc litera generaliter,quòd facta productione in principali,licet fieri ex aduerſo reprobatiooem,& poſtea per primum producentem reprobationem reprobationis, & non ultrà. ¶ Fallit tertiò,niſi tertia productio ad reprobandum eos, qui amplius per teſtes reprobari non poſſunt, fieret per inſtrumentum,non per teſtes,ſecundum Ioan.An.& prædictos hic: quia litera oſtendit,quòd uerba generalia præcedeotia intelliguntur de tertia reprobatione facienda per teſtes. Et pro hoc facit, ſecundùm eos, quia licet publicatis teſtibus non producantur teſtes, tamen produci poſſunt inſtrumenta, c. cùm dilectus.j. de fi.inſtr.& facit, quod habetur ī.eod.ſeries. Ex quo not.ſecundum do. Abb.quòd licet largo modo appellatione

* inſtrumentorum ueniant teſtes, * c. peruenit, j.tit.j.tamen io materia odioſa, prohibita probatione per teſtes, non ueniunt inſtrumenta, ut hic: & facit l. teſtium. C. eod.& 3.q.9. ſi debitum. ¶ Sed iſtam fallentiam reprobat hic do. Card.& forte melius, dicens: quòd contra tertios teſtes non poteſt fieri probatio per inſtrumenta: & dicit ſe ponderare iſtum text. in uer.contra illas probationes admittere. qui loquitur indiſtinctè de qualibet probatione. ¶ Item ſubeſt eadem ratio, ſ. infinitatis uitandæ: & eſt impugnatio colorata. Tamen cõſiderando dici poſſet, qood procedat, maximè quando non probaret inſtrumentum de nouo perueniſſe ad notitiam partis: aliàs fortè procederet communis opin. tum per rationes ſuas, tum propter gl. in d.§. ſi quis teſtibus. Et iſte text.reſtringetur ad probationes per teſtes. ¶ Vltimò ſcias allegare iſtum text.cum iuribus adunatis in gloſ.quòd lex ſæpe abhorret infinita-

* tem: * & hoc dictat ratio Philoſophorũ, qui habent pro inconuenienti proceſſum in ioſinitum,ut in 3.Phyſicorum, tra.de io finito:ad idem.c. 2. de reſcrip. in 6. ¶ Ex quo infert Spec. in tit. de pig. §.j. uer. ſed cũ pignus.q. licet creditor poſſit pignorare pignus ſibi datum,l.1.C.ſi pignus pignori

4 datum ſit.attamen † non poterit pignora-

* re ultra bis * ratione infinitatis euitandæ: de quo tamen Ang.in d.l.1.Et hinc eſt, quòd ſi eſt compromiſſum, quod toties pœna committatur, quoties contrauentum fuerit, non committitur,niſi bis,ſecundum Bald. in l.ſi duo patroni.§.qui ſemel.ff.de iureiur. Allegat l. fideicommiſſa. §. ſi quis to.de leg.3. Et hinc eſt,quòd ſi eſt data poteſtas arbitro prorogandi compromiſſum ſemel & iterum, non intelligitur uſque io infinitum: ſed pro duabus uicibus, ſecundum Bald. in c.præſentata.j. eod.& in c.tua nobis. j. de appell.Et utrobique dicit ſe conſuluiſſe,quòd arbiter per poteſtatem non poteſt ſibi prorogare tempus,donec uixerit,uel ad longum tempus. De hoc etiam plene. per Bald.in rub. apud quem, uel quos contro.dici debeat.& Rom. in l.2.in penul.chart. ff. de re iudi.& Bald.in c.6.ī.de coofue.& Ang.Imol.& Ro.in l.ſi finita. in prin.ff. de dam.infect.& Bal.in l.1.C.ut in poſſeſſio. leg. Et hinc eſt, q non ualet pactum,quòd in perpetuum à communio-

* *Teſtes*] *Adde Ioan. de Imol. in Rubr. de fi.inſtru.*

* *Infinitatem*] *Adde Alex. in l. ſtichum. §. ſtipulat. de uer. ob. & conſil. 26. incipi. Breuiter in caſu. no. 9.uol.4.*

* *Vltra bis*] *Adde Alex. in l. quod bona.§. ſi.de dam.infect.*

munione non diſcedatur, l in hoc iudicio. §. ſi conueniat. ff. communi diuid. Et hinc eſt, quòd licentia de extrahendo bladum, uel aliquid de ciuitate, non ducat ultra ſeptem dies, ſecundum Bart. in l. 2. C. de tractatorijs. lib. 12. Et hinc eſt, quòd diſpenſatus, ut poſſit duplici officio fungi, intelligitur pro tribus annis tantùm, ſecundum Bart. in l. fi. C. de exacto. & exec. li. 12. Et hinc eſt, quòd ſi bannito eſt conceſſa ſecuritas ſimpliciter, ut poſſit uenire, intelligitur ſemel tantùm, ſecundum Bart. in l. dotis. la 2. ff. de iure do. per text. ibi, & in l. boues. §. hoc ſermone. ff. de uer. ſig. Et hinc eſt, quòd uendens uuas uel roſas uineæ, uel roſarij fructificantis bis in anno, intelligitur de primis tantùm, ſecundum Bald. in l. diuortio. §. quod in anno. ff. ſol. matri. Et quod ſimplex ſermo intelligatur de prima uice, dicetur aliàs poſt domi. Anto. pulchrè conſi. 35. Et hinc eſt etiam, quòd ſi fideiuſſor promittit præſentare toties, quoties per binam præſentationem liberabitur, ✶ ſecundum Ang. in l. oratione. ff. de ferijs. & in l. ſi finita. in princ. ff. de damn. infe. de quo ibi latius per Ro. ¶ Et † hinc eſt, quòd emphyteuſis informiter recepta, non intelligitur ultra quartã generationẽ, ut in §. emphyteuſi. in authent. de non alienandis. Et in hac materia uide alia quædam per Ro. in rub. ff. de arbitr. & Ang. in l. 2. §. quod diximus. ff. ſi quis cautio. & Ang. in l. fi. ff. de ferijs. & gloſ. 2. in d. c. cùm in multis. de reſcri. in 6. Et in aliquibus caſibus toleratur infinitas, quando uerba cõtrahentium, uel ſubiecta materia hoc requirit, ut magiſtraliter per Bald. in l. j. C. de ſent. quæ pro eo, quod inter. poſt Bart. in l. qui bona §. fi. de dam. infect. Et ideo dixit Bald. in l. ueluti. §. hæc uxor. ff. de eden. quòd ſtante ſtatuto, quòd cauſæ inter coniunctos compromittantur, & factũ fuit ſemel compromiſſum & expirauit, debebit iteraro fieri, & quoties opus erit: quia ſemper ſubeſt ratio ſtatuti. Et idem ipſe no. in l. qui per ſalutem. ff. de iureiur. & in l. fideicõmiſſa. §. ſi quis 10. ff. de lega. 3. & Ro. in l. prætor. §. hoc autem. ff. de ope. no. nun. & per Raph. in l. ſi cùm dotem. §. j. ff. ſolu. matri. & Spec. in tit. de arbi. §. excipitur. uerſicul. ſed quid ſi fuit actum. Iſta tamen ſunt tacta pro quodam diſcurſu.

✤ *Liberabitur*] ✶ *Adde Ang. in l. 2. §. qui exhibẽ. ff. de ſ. Cuſt. reor. & in l. ſi finita. in prin. ff. de dam. inf. alleg. in text. per l. fideicommiſſa. §. ſi quis de lega. 3. & Alex. conſil. 145. incip. quoniam abunde. in prin. in. 3. uol. 2.*

S V M M A R I V M.

1 *Compromiſſum an expiret morte compromittentis, uel morte eius, in quem compromiſſum eſt.*

2 *Compromiſſum ſicut expirat per mortem unius arbitrorum, ita per abſentiam longæuam & diuturnam expirat compromiſſum.*

3 *Electus in epiſcopum non tenetur expedire cauſam, in qua fuerat electus arbiter.*

4 *Teſtes qui iterum examinantur coram iudice, an iterum debeant iurare.*

5 *Habens electionem an poſſit poſt primam electionem uariare.*

6 *Teſtis ſecundò examinatus ſi dicat aliter, quam dixit in prima depoſitione, an fidem faciat.*

7 *Acta ordinatoria iudicij facta coram arbitro, an faciant fidem coram iudice. Et concludit, quòd non.*

8 *Fallit ubi partes conſentirent.*

9 *Acta inſtructoria cauſa, concernentia factum, geſta coram arbitro, probant in iudicio ordinario.*

10 *Limitatur, ut num. hoc, & num. 14.*

11 *Confeſſio facta coram arbitro non ualet coram iudice, niſi tanquam extraiudicialis.*

12 *Teſtes recepti coram arbitratore, non faciunt fidem coram iudice.*

13 *Limita hoc, ut hic ſecundum Bald.*

CAPITVLVM L.

PRAESENTATAM. ¶ Atteſtationes receptæ per arbitrum fidem faciunt in iudicio, dummodo teſtes mortui ſint: ſi uerò uiuunt, eſt in optione illius, contra quem teſtes producti ſunt, an uelit atteſtationes recipere, an teſtes de nouo recipi. H. D. ¶ In text. ibi, prædeceſſorem. Not. ſecundum domin. Cardinal. & domin. Abb.
1 quòd † cõpromiſſum factum per prælatum ſuper iuribus prælaturæ tranſit in ſucceſſorem, ✶ niſi aliud expreſſè caueatur in compromiſſo. Et ita limitat c. fi. de arb. Item dum modò ſit factũ authoritate ſuperioris, aliàs non: quia eſſet perſonale, c. ueniens. & c. de cætero. ẽ. de tranſac. Et ſimile no. Inno. in c. ſignificauit. ẽ. de reſcrip. Et procedunt iſta in compromiſſo facto ab habente dignitatem actiuè. Quid autem, ſi paſſiuè, hoc eſt, quod in habente dignitatem ſit cõpromiſſum non expreſſo nomine, an tranſeat in ſucceſſorem? Videretur, quòd ſic, per c. quoniam. ſuprà de offic. dele. Sed contrari tenet hic Imo. allegando Inn. in c. fi. ẽ. de offic. dele. & Bar. in l. qui liberis. §. hæc uerba. ff. de uul. & pu. ubi ita limitant d. c. quoniam ab. quia licet expreſſa ſit dignitas, uidetur potiùs contẽplata perſona ex eo, quòd conſueuit compromiſſum fieri in amicos cõmunes, & non in alios, ut docet experientia, ſecundum ipſum: pro quo uide omnino Bald. latè idẽ tenentem de compromiſſo facto in Regem Franciæ, in c. 1. de inueſt. in mar. facta. uerſ. ſed pone, duo magni domini. & in l. fi. in 6. q. C. de hær. inſti. & in l. fi. §. ſed & ſi quis. circa prin. C. communia de legat. & in auth. ſi tamen. C. de tem. app. & Imo. & Pau. de Caſt. in d. §. hec uerba. & do. Abb. & Imol. in d. c. fi. licet do. Anto. ibi aliter dixerit. Hoc bene no. ¶ In tex. ibi, per 12. dietas. Not. ſecundum Hoſt.
2 & alios quòd † ſicut per mortem unius arbitrorum, ita per abſentiam longæuã ✶ & diuturnam expirat compromiſſum, uel ſaltem poteſt alia pars impunè recurrere ad iudicem ordinarium, compromiſſu non obſtante. Sicut enim pars hic potuit impetrare delegatum, ita potuiſſet recurrere ad ordinariũ, argu. l. penul. C. de arbit. Et per iſtum tex. colligit hic dom. Card. talem doctrinam, quòd abſens longo interuallo, & aſtrictus in illo loco ad reſidendum, habetur pro mortuo, quo ad actus expediendos in alio loco, qui non poſſunt expediri extra locum. Et hoc per iſtũ tex.
3 qui comparat iſtos duos caſus. ¶ An † autem iſte aſſumptus in archiepiſcopum per hoc ſolùm excuſaretur, ut non cogeretur pronunciare? Gloſſ. hic tenet, quòd ſic, per l. nõ diſtinguemus. §. ſacerdotio. ff. de arbi. Sed domi. Card. hic refert in contrarium, Pe. de Sanſonia: quia in §. ſacerdotio. mutatum erat forum: quia laicus erat factus ſacerdos, & ſic per laicum iudicem non poterit amplius cogi: quæ ratio ceſſat hic, cùm iſte primò erat clericus. Quod dicit eſſe notandum pro intellectu d. §. ſacerdotio. Et idem tenet do. Ant. hic. ¶ Sed opinionẽ gl. tenent hic Bald. Imo. & domi. Ab. firmãtes, quòd dignitas ſuperueniens in clerico, qui acceptauerat compromiſſum, liberat eum, ut non poſſit cogi finire, per d. §. ſacerdotio. quia non ponderat ille tex. mutationem fori, ſed quia ſacerdos nunc habet uacare ſacris: & ideo fauore diuinæ maieſtatis non compellitur. Nec minor eſt rõ, ſm eos, in tranſeunte de uita laicali ad clericalem: quàm de clericali ſimplici ad epiſcopalem. Et per hoc etiam ponderat Imo. multitudinem occupationum in prælato. Vnde ſuccedit, quod habetur in l. licet. allegata in gloſſ. Et dicit Bald. hic, quòd taliter honoratus dicitur nouus homo, per l. cùm falſa. §. 1. ff. de condi. & demon. ¶ In tex. ibi, reſpuentes. Nota quòd pars, contra quam fuerunt coram arbitro teſtes producti, ſi non uult ſtare atteſtationibus uiuorum teſtium, non tenetur eos reprobare: ſed ſatis eſt dicere, quòd non uult illis ſtare. Ex quo utiliter infertur, quòd ſi is, qui eos produxit coram arbitro, uult iterum eos producere coram iudice, hoc faciet ſuis expenſis, ſecundum do. Card. hic: quem ſequitur domi. Abb. eo tacito: & reprobant in hoc Cald. dicentes, eum non conſideraſſe iſtũ text. in quo non dicitur, quòd teſtes reproducantur ad petitionem partis, contra quam producti fuerant: imo in dicto uerbo innuit contrarium: ſufficit enim illos reſpuere & conſentire, quòd iterum admittantur: alia autem pars poſtulat

✤ *Succeſſorẽ*] *Ad de Bart. & Bald. in l. diem proferre. §. 1. ff. de arbitr. poſt Inn. in c. ex parte ro. eit. Abb. & Ant. de But. poſt gl. in c. fi. de arbitr. Spec. tit. de arbi. §. finitur. uerſ. itẽ morte Barto. in l. qui liberis. §. hæc uerba. col. 2. ff. de uulg. Butr. in c. Quintauallis. de iureiur. in 13. diff. & ibi Abb. in 9. diff. et Inn. in 12. diff. Bart. & alij poſt ipſum in l. ſi quis arbitratu. ff. de uerb. oblig. Lanfr. in tract. de arbitr. q. 3. 4. 9. prin.*

✶ *Abſentiam longæuã.*] *Adde qd ſi unus ex cõpromittentibus eſt mortuus ſimiliter, an expiret cõpromiſſum. Bart. in l. ſi quis arbitratu. in fi. de uer. oblig. quẽ ibi ſequuntur Alex. Rom. Iaſ. et Socin. afferentes hanc eſſe communem ✶ opinionẽ. et ſequuntur in hũ ulto. An autẽ idẽ ſit per ingreſſum monaſterij. & dicas idem eſſe. arg. tex. in l. Deo nobis, C. de epiſ. et cle. auth. ingreſſi, & auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſ. eccleſ.*

ſtulat iterum examinationem, & ideo eius ſumptibus fiet,
4. quæſtio.3. §. uenturis, in uerbo, poſtulaſti. & in cap. ſta-
4 tutum.§.pen.de reſcript.in 6. An † autem debeant iterum iu-
rare, quando examinantur coram iudice? Dic, quòd ſic: ſe-
cundum Io.An.Bald.do.Card.& do. Abb. hic: quia perempta
inſtantia alterius tribunalis, pereunt omnia iſta ordinatoria,
quæ reſtringuntur ad illa, l.cùm apud.ff. iud.ſol. Et q̄ ſublata
inſtantia iterari debeat iuramentum, dicit do. Ab.eſſe bonum
text.in c.2.de iur.cal.in 6.Melius allegaſſet text. in c.fraterni
tatis.ī.e.ubi fuit dictum in 2.not.& text.in l.qui bona.§.ſi quis
ſtipulatutus.ff. de dam.infec.per quem in terminis idem tenet
Bal. in l.fin.ante fin.C.de teſti.ubi uide. Tetigi in c.per tuas.
quaſi in fin.ī.eod. ¶ Quid autem, ſi ille, contra quem recepti
fuerant teſtes, eligeret ſtare atteſtationibus, utrùm poſſet ua-
riare & reſpuere? Dic, quòd non, ſecundum domi. Card.hic, ſi
eſt perſona eccleſiaſtica, in qua uariatio eſt prohibita, c.quod
autem.ī.de iurepatr. Bene facit ultra ipſum, quod not.Hoſt.&
alij in c.continebatur.ī.de iis, quæ fiunt à prælat.dum dixit, l.
quoties. C.de rei uen. non habere locum in perſona eccleſia-
ſtica. Sed dicit do.Card. quòd idem erit in laico: quia ſtatim
poſt electionem res deſinit eſſe integra, & acquiritur ius ipſi
aduerſario. Ideo non eſt locus uariationi, c.ſi tibi. de præb.in
6.Et facit ultra ipſum regula, mutare. de reg. iur.in 6.Et idem
de laico firmat Bald. in d. l.fi. ante fin. Generaliter autem, an
5 † habens electionem poſſit poſt primam uariare? diſtingue,
ut hic per domi. Card.cui adde, quæ not. Bar. in d.l.de rebus.
circa prin.ff.re.amo.& Pet.de Anchar. conſi. 210.incip. Fran-
ciſcus. & Rota in antiquis, concluſione 37.
* & Bald.in l.poſt legatum in fi. ff. de iis,
qui.ut indi.& Imol. poſt Dy.in l.pater.§.fi.
ff.de cond.& demon.& Bal. in authen. ha-
bita.uerſic.tertio quarto. C.ne filius pro pa
tre.& in l.fi.§.cùm in iis, C.de furt.& Bald.
Ang.& Imol.in l.ſi cùm dotem.§.eo autem
tempore.ff.ſolut.matr.& Io. And.in d.regu
6 la, mutare.cum ſi. ¶ Quid † autem, ſi iſti
ſecundò examinati aliter dicerent? unde
latè domi. Abb. hic concludentem, quòd ſi
non poteſt dictum cōcordari, non ualebit
ſecundum dictum, nec etiam primum: con
tra Bald.hic. De ſecūdo clarum eſt, ut per
gloſſ.in c.cùm cauſam & in c.ueniens.el 2.
& c.cùm in tua. ſuprà eod. De primo uideretur, quòd ualeret,
per c.ſicut nobis. ſuprà eod. Dixi in d.c. cùm in tua. in 2.con-
cluſione. Contrarium eſt uerius in caſu iſto: quia opinio, de
qua in iſto text.denotat, quòd uolente ipſo, qui habet optio-
nem, atteſtatio non ualet: aliàs iſta opinio nulla eſſet, ut hic
per ipſum. Et per hoc limitatur diſtinctio ſecundæ concluſio-
nis. ¶ In gloſſ. in uerbo, acta.in fi.An & quando acta facta co
ram arbitro fidem faciant coram iudice:
* collige ex dictis Doct.hic, & in l.penul.
C.de arbit.& in l.final. C.de teſtibus: & or
dina duas concluſiones. ¶ Prima conclu-
6 ſio. Acta † ordinatoria iudicij facta coram
arbitro non faciunt fidem coram iudice,
ſecundum Inno. Ioan. And. & omnes hic:
quia non poteſt ſuper ipſis fundari ſenten
tia, cum non ſint iudicialia, ex quo arbitri
ſententiæ non paretur, niſi metu pœnæ, l.j.
C.de arbit.& propter mutationē tribunalis, l.cum apud.& ibi
Bart.ff. iud.ſol. Ad iſtū tex. in uerb.iuxta huiuſmodi acta. re-
ſpōdent Doct. q̄ uel hoc proceſſit ex ſpeciali mandato Papæ,
uel intelligitur de actis cauſæ, & non iudicij: quæ differunt,
ut patet in ſequenti concluſione. Et cum iſtis concordat Bald.
in d. l. pe.ad fi.& probant ex iis, q̄ dixi in c.cām.el j.in quarta
regula, ī.eod. Et per ibi dicta confirmatur latius id, q̄ ſubdunt
Doct. hic, in quantum limitant iſtam conclu. non procedere,
quo ad actus præteritos; putà interruptionis, præſcriptionis &
litis cōteſtationis. Dic ergo, ut ibi, & eſt prima limitatio. ¶ Se-
8 cundò limita, niſi † partes cōſentirent, q̄ iteratò illa acta or-
dinatoria ualerent corā iudice abſq; alia monitione, ſm Inn.
& alios hic: quorū dicta limitat do. Ab. dūmodo nō agatur de
actibus ſubſtantialibus nō dependētibus à poteſtate partiū de
quibus p glo.in c.de cauſis.ī.de offi.deleg.cū concor. qa ſicut
non pſt illis renunciare, ut ibi: ita iſta, quæ aſpirāt p acceſſum
ad aliud tribunal, nō poterūt haberi pro renouatis partiū con

*37.] Adde qd eſt. 22. aliàs j. de preben.inc.not.qd ubi ordinarius & adde deciſ. 31. in anti.de conceſ. prabend.inc.nota quod ubi habet Epiſcopus. Ab.in c.quod autem. & in c. cū autem de iure patron.gloſſ. in clem. plures eo. tit.

*Iudice] Adde Specu.tit.de inſtrumē.edit.§. oſtenſo. uerſ. & ſciat & uerſ.in quibus. & in tit. de probat.§. uidendū uerſ. hoc quoque & ſeq.

ſenſu, ut hic per ipſum: cui prò & contrà adduci poſſent, quę in
alia difficultate habent in ſimili p Bar.in l.cū quærebat. ff.de
iud.p Ang.in authen.ſi tū circa prin. C.de temp.appel.p Ab.
in c.1.in ult.col.ī.tit.j.per Bar. in l.mutari.ff.de proc.per Imol.
in d.c.de cauſis.per do. Ant.& Imol.& do. Ab.in c.uenerabilis.
ſuprà de iudi.dum tractant, an perempta inſtantia, & ſic actis
ordinatorijs, poſſint partes in alia inſtantia habere illa acta
cōi conſenſu pro renouatis: & quia communiter dicitur, quòd
ideo ſuſtineretur opinio do.Abb.hic: ſed tenendo opinionem
contrariam in illa quæſtione, quòd imo poſſint, prout multi
tenent, remaneret dubia opin.do.Ab.hic, niſi ſaluetur in caſu
ſuo, ſ.in actis factis coram arbitro, qui non eſt propriè iudex.
Et intellige iſta, quòd utraq; pars cōſentiat, per ea, quæ de a-
ctibus nullis habuimus in cap.cùm cauſam.ī.eod. Sumus enim
extra caſum huius c.& ſic data nullitate requiritur conſenſus
9 utriuſq;. ¶ Secunda concluſio. Acta † inſtructoria cauſæ con-
cernentia factum geſta coram arbitro, probant in iudicio or-
dinario: ut eſt caſus hic, & in l.pe.C.eod. quia graue eſſet, quòd
talia perirent, cùm non poſſint de facili iterari, ſicut in ſimili
perempta inſtātia talia nō pereunt, ut diximus in d.c.cauſam.
10 in 4.regula. ¶ Limita † primò, niſi teſtes producti coram ar-
bitro adhuc uiuerent, & pars nō uellet eis ſtare, ut hic in tex.
& l.fi. C.eo. Quare aūt ſit inductum iſto caſu: & non eſt ſic in
teſtibus receptis corā alio iudice: quia faciunt fidem corā alio
c.cauſam.el j.ī.eod.l.geſta. C.de re iud.uide Bal.in d.l.fi.in j.
col.uerſ.ſed tu quæris.ubi dicit, q̄ teſtes corā arbitro facilius
mentiuntur, quàm coram iudice, qui poteſt ipſos torquere.
Quia igitur ſolennius examinantur in iudicio, ſunt credibilio
res. Aliam rationem latè ponit do. Abb. hic, quia de mero &
ſtricto iure non deberent ualere ullo caſu illæ atteſtationes
factæ coram arbitro, cùm non habeat iuriſdictionē, ſed quan-
dam notitiam: l.j. C.de arbit. Sed lex conſiderat, quam graue
eſſet, ut atteſtationes perirent mortuis teſtibus: ideo eas ex æ-
quitate ſuſtentat. Quæ ratio ceſſat in teſtibus uiuentibus, ut
11 hic per ipſum. ¶ Limita † ſecundò in confeſſione facta corā
arbitro: quia, ſecundum quoſdam, illa non ualet coram iudice,
niſi ut extraiudicialis, ſecundum Cy.in l.j. C.de confeſ.& ſe-
quitur Io.An.in Spec.de confeſ.§.nunc uidendum. uerſ.quan-
tum.de confeſ. Et licet referat poſt Cy. aliquos diſtinguentes,
an laudum ſit emologatum, & tunc ualeat
* ut iudicialis: * an non ſit emologatum, &
tunc ualeat, ut extraiudicialis: & alios di-
ſtinguentes inter arbitrum & arbitratorē:
tamē ipſe poſt Cy. tenet indiſtinctè ualere
ut extraiudicialem: & ſequitur Ioan. An.&
do. Ant.hic, & do. Anto.in c. Quintauallis.
uerſi.decimaquarta differēt.a.j. de iureiu.
¶ Contrarium tenet hic Inno. quod omni
caſu ualeat, ut iudicialis: quia d.l.pen.ſim-
pliciter loquitur, dicens, acta reſpicientia
deciſionem cauſæ ualere coram alio iu-
dice: nec debet intelligi, quòd confeſſio
ualeat, ut extraiudicialis: quia de hoc non
erat dubium, per c. per tuas. cum ſi. ſuprà
de proba. ¶ Item, quia litis conteſtatio
ualet ut iudicialis, quia interrumpit præ-
ſcriptionē, & ſic acta reſpicientia deciſionē
cauſæ ualebūt ut iudicialia. arg.l.iam hoc
iure.ff.de uulg. & pup. Imo dicit, quòd niſi
emanaſſet hæc decretalis, & l.fi. C.de teſti.
atteſtationes eſſent receptæ per illam l.pen. Et cum hoc etiā
concordat do. Ab.hic, licet nō uelit dicere, quòd ſit iudicialis:
ſed dicit, q̄ pōt allegari tanquā iudicialis, quia q̄ eſſet extra-
iudicialis, non erat dubiū. Itē ſicut atteſtationes mortuorū ua
lent, non tanquā receptæ in ſummario, ſed tanquā iudiciales
ordinariæ, ut hic: ita cōfeſſio, quæ fortè de facili non poterit
iterum haberi. Dicit tū, quòd dictum Cyn. procedit de ſtricto
iure. Et pro hac parte faciunt, quæ de confeſſione in ſumma-
rio dicit Innocent.in cap. cum dilectus infrà de ordi. cogn. &
diximus in d.c.cauſam.uerſic.ſecundò reſtringe. Ex quo dicto
elicitur in propoſito fortiſſima ratio, quia in ſecundo iudicio
facilius admittitur confeſſio facta in primo, quam examinatio
teſtium. Patet ex cap.ueniens.el 2. ſupra eod. iuncto illo di-
cto Innocent. & tamen hic atteſtationes probant. Ergo for-
tius confeſſio. Et iſta intellige in confeſſione facta coram ar-
bitro in materia, de qua poterat cognoſcere, aliàs non, ſe-
cundum

*Iudicialis] Adde Ioan. And. in add. Specul. tit.de confeſ.§. nunc uidendum. in addi. incip. & quero ſexto. Paul. de Leaz. in com.c.ex parte circa pen.uel ant.pen. colum.de confeſ.& Alexan. conſi.19.inc.in hac quæ in themate. col. 3.in prin.uerſ. & licet quandoq; uol.4. & conſ.13. incip.ex his quæ in themate colum. 3. uerſ.ſic ergo uol.1.

cundum Bald. pulchrè in l. unica. uerſi. ulterius quæro. C. de confeſ. Vnde dicit Bald. in l. pen. in fin. C. de arbit. quòd confeſſio facta coram arbitro non per omnia habet uim confeſſionis factæ in iudicio: quia non infamat, l. quid ergo. §. ex compromiſſo. ff. de infamibus. Vnde ſi coram arbitro quis cõfiteatur ſe feciſſe furta, non eſt infamis, ſecundũ ipſum. Quod
12 dicit tenendum menti perpetuò. ¶ Limita † tertio, ſeu declara, non habere locum iſtam decr. in teſtibus receptis corã arbitratore: quia non probant coram iudice, ſecundum domi. Abb. hic multum latè: quia proceſſus arbitratoris non habet aliquam figuram iudicij. Vnde iudex non dicitur ſibi ſuccedere, cùm ſecum nullam habeat ſimilitudinem, per notata in d. c. Quintauallis. ut hic per ipſum. Cui adde Bald. idem tenentem in l. fi. C. de teſti. & ibi allegat Innoc. in d. c. Quintauallis. Idem tenet domi. Anto. ibi in 14. differentia. Et facit, quod ipſe ſubdit in 16. differentia, dum allegat Spec. in tit. de litis conteſt. §. effectus. in princ. quòd litis conteſt. facta coram arbitratore non interrumpit præſcriptionem. Adde etiam Bald. idem tenentem in peculio Innoc. in l. factum. & in l. pe. C. de arb. Et iſtam limitationem extende ad teſtes receptos coram honeſtis perſonis non ſuffultis aliqua iuriſdictione, ſecundum Bartol. poſt Nic. in d. l. fin. Vnde infert, quòd teſtes recepti per ſyndicos uillarum ſuper inquiſitione maleficiorum, nullam fidem faciunt iudici licet: quæ que excuſent ſyn-
13 dicum propter iuſtam ignorantiam. ¶ Videtur † tamen Bal. ibi limitare illud de arbitratore, niſi ex facto partium aliud induceretur: * quia poteſt ualere robore pacti, quod non ualet robore iudicij. per illum tex. & facit quòd dixi poſt Innoc. in ſecunda limitatione precedentis concluſionis. ¶ Item limita, ſecundum Bald. hic, niſi quis haberet duplicem poteſtatem, ſcilicet arbitri & arbitratoris: & fuiſſet ſecutus formam arbitri: quia fecit litem conteſtari & teſtes iurare: quia tunc licet in pronunciando ſequeretur formam arbitratoris, tamen adhuc habet locum hæc decre. & allegat Iac. But. in l. pen. C. de arb. Et illud ſuſtineretur. quod etiam ſentit Bart. in d. l. pen. & domi. Anton. hic, licet domi. Abb. hic contra: ſed eius rationes non tangunt hunc caſum. ¶ Item limitat Bald. hic, non procedere iſta, in tali caſu, uidelicet ſi arbitrator contra dicta teſtium pronunciauit, quos examinauit, & petita ſit reductio ad arbitrium boni uiri, nam ex dictis atteſtationibus poterit fieri reductio, & ſic facient fidem in alio iudicio: & hoc, ſi iurauerint de conſenſu partium: quia iuramentum eſt conuentionale: & omnia dicit intelligenda ſaluis pactis compromiſſi. Et iſtis adde, quòd atteſtationes receptæ coram iudice ualent coram non iudice, id eſt, coram arbitratore, licet coram eo propriè non fiat probatio, ſecundum Bald. hic. Allegat Innocen. in c.
14 Quintauallis. ¶ Limita † quartò, ſeu declara iſtam decre. ex dictis Innoc. quem omnes ibi ſequuntur in c. cùm in tua. in princ. ſuprà eod. ubi dicit, quòd licet primi teſtes mortui probent coram iudice, ut hic, tamen teſtes recepti in ſummario iudicio, & mortui, non probant in plenario: quia nulla eſt eorum uox. Ad iſtum text. reſpondet, quòd agebatur de eadem materia: nam ordinarius, ſeu delegatus ſuccedit loco arbitri, ſed in iudicio ſummario nõ ſuccedit ordinarius primo iudici, nec ad idem agitur: quod dicunt hic domi. Anton. & domi. Abb. eſſe bene notandum ad intellectum huius c. & tamẽ hic omittunt. ¶ Extra gloſſ. ſcias quædam dicta Bald. hic non diſcutiendo ipſa. Dicit enim per illum text. in uerſicul. iuriſdictione. quòd pro mero & mixto imperio poteſt compromitti in uerum arbitrum: quod dicit eſſe notatu dignum & memoria tenendum. ¶ Item dicit, quòd ſi eſt dictum in compromiſſo, quòd arbiter poſſit quocunque loco ſententiam ferre, non poteſt hodie citare partes ad unam ciuitatem, cras ad aliam, nec ad partes remotas, niſi ibi eſſent partes. ¶ Item dicit, quod ſi eſt dictum, quòd poſſit pronunciare ſemel & pluries, non tamen faciet teſtes publicari pluries coram ſeipſo, quia in hoc non dictat pactũ. ¶ Item dicit, quòd ſi ſemel diffiniuit cauſam, non poteſt iterum diffinire, & ſe corrigere, nam etiam de conſenſu partium non corrigitur diffinitiua. Allegat gloſſ. in l. diuerſa. C. de tranſac. Iſta ergo uerba intelliguntur de interlocutoria, uel ut poſſit addere, uel interrogare, uel declarare, uel pronunciare hodie de una parte petitionis, cras de alia: quod alias non poſſet, l. quid tamen. ff. de arb. ¶ Item dicit, quòd iſtud uerbum Pluries, in compromiſſo importat tribus uicibus, non in infinitum, arg. c. licet. el 3. ſuprà eod. ¶ Item poteſt, quãdo eſt dictum, quod arbitretur intra certum terminum, hoc adiecto, quòd poſſit ipſum ad uoluntatem ſuam prorogare, quoties poterit, de quo per eum in locis, quæ allegaui in d. c. licet ante fi. ¶ Item dicit, quòd ſi in caſu illo reus non uult optare, quòd uult pœnam ſoluere, hoc põt ẽt per not. in cle. quandiu. de appe. niſi ſit dictũ, rato manẽte pacto. * Ponit ẽt quædam alia, de quibus hic, p eũ.

Inducerctur] Adde Bartol. in l. fi. C. de teſti. alleg. in text. in 2. not. qui tenet contrarium & in l. cum antea. in fin. C. de arbitr. Bald. in l. properandum. §. fi. in fin. C. de iudic.

Rato manente pacto] Adde quod hæc clauſula operatur in fauorem ſeruantis pactum non in eius odium. glo. & Doct. in c. potuit. in uerſ. potuiſſet expelli de loca. in l. 2. C. de iure emphyt. in glo. mar. uer. repellere. in uerſ. item ſi promiſit pœnam. in l. qui ſi dem. & ibi Alexan. ubi etiam per Bar. colum. 2. verſi. quæro quid ſi hoc caſu. ff. de tranſact. Dyn. & Bartol. in l. cum pater. §. libertis. in uer. glo. ſiguat. ff. de lega. 2. Bald. in l. cum proponas. nunc. 8. C. de pact. Abb. in c. cum inter. K. num. 12. de elect. Bald. in addit. Specul. tit. de loca. colum. v. verſicul. clauſula. Rato manente pacto. & ibi Specul. §. nunc aliqua verſicul. 36. & ſequent.

SVMMARIVM.

1 *Religioſus non admittitur ad teſtimonium ſine iuramento.*
2 *Nouitius poteſt exire de monaſterio ſine licentia, non facta profeſſione.*
3 *Princeps an poſſit ſtatuere, ut uni ſoli teſti credatur.*

CAPITVLVM LI.

1 NVPER. ¶ Non † creditur teſti etiam religioſo ſine iuramento. H. D. Et facit ad no. in cap. cùm nuncius. ſuprà eod. ubi tactum fuit, quãdo religioſus poſſit teſtificari, de quo in Spec. eod. tit. §. j. uerſ. item excipitur, quòd eſt monachus. Item facit ad notata in c. inſuper. ſuprà eo. dũ profeſſio probatur per illos de conuentu, quia non eſt cauſa ſingulorum, ſed monaſterij. Ex quo notat etiam domi. Abb. quòd profeſſio poteſt probari per teſtes abſq; ſcriptura. & dicit ad idem eſſe bonum text. cum gloſſ. in c. uidua. 20. quæſt. j. & in c. porrectum. j. de regul. ¶ Item facit ad notata in c. ex. docen. ſuprà de reſcrip. dum ſolus cuſtos fratrum agit hic nomine conuentus, de quo per Innoc. in c. fi. ſuprà de maior. & obe. & omnes in c. cauſam. el j. & in c. cũ deputati. j. de iudic. ¶ Itẽ not. q prælatus põt agere, ut repetat ſubditũ. Ad idem c. abbates 18. q. 2. ſicut pater uendicat filiũ, & dñs ſeruũ. l. j. ff. de rei uẽdi. facit c. multos. 54. diſt. & c. j. j. quod metus cauſa & c.
2 præſens. 20. q. 3. ¶ Et pũdera iſtũ tex. q † egrediendo de monaſterio nõ tenet nouitius petere licẽtiã * de neceſſitate, ſed põt exire ad libitũ nõ facta profeſſione, nec tenet redire, niſi pbetur contra eũ profeſſio, per iſtũ tex. quẽ bene no. ſm do. Ab. qui ex hoc dicit ſe credere, q monaſteriũ non poſſidet, niſi per pfeſſionẽ, quia liber homo nõ poſſidetur ſine cã, l. cum hæredes. in fi. de acqui. poſ. & & ideo oportet, q probet illa cauſa poſſidendi, ſicut dicit in marito petente reſtitutionẽ coniugis, c. ex parte & in c. ex tranſmiſſa. j. de reſtit. ſpol. q iura pſit obſeruari in caſu iſto, ſm ipſum. Et iſta not. qa adhoc nõ legi alibi. ¶ Itẽ per iſtum tex. not. Bald. hic, quòd profeſſio debet fieri in præſentia partium. Et ſimile dicit in feudo, quia pares curiæ debent eſſe præſentes, per ca. j. de feudo guardiæ. ¶ Item per iſtum tex. cum dictis Doct. infert hic do. Abb. quòd in dubio non cenſetur quis profeſſus, licet probetur ingreſſus, ſed oportet, quòd monaſteriũ probet, ex quo alter negat. ¶ Extra
3 gloſſ. dicit Inn. hic, q † ſolus epiſcopi teſtimonio creditur in foro ſeculari ex priuilegio, c. quicunque. 11. q. j. qui tex. ſecundum ipſum, non loquitur in cauſis fori eccleſiaſtici, in quo Imperator non potuit ſtatuere & ſequitur Hoſt. per c. fi. j. de rebus eccle.

Petere licentiam] Adde Abb. in c. ſtatuimus. de regular. per illum text. in uer. libere. ut not. in c. de mul ta. de praebend. & egrediendo ſine licentia non ſit inhabilis ad ordines, uel beneficia eccleſiaſtica uel ſecularia. c. poſtulaſti. de regular. unde tamẽ ad hoc quatuor fallentias, quas ponit Abb. ubi ſuprà. intellige, niſi ſit profeſſus tacitè uel expreſſe de qua profeſſione tacita uide in c. uidua. de regular. & ibi Abb. & in Clem. eo. de regular. nota tamen quod profeſſio tacita infrà annum nõ ita

ita obligat ſicut ex preſſa c.conſtitutionem.de regular.in 6.ſed obligat in cõmuni, ita ut non poſſit à religiõe ex pelli non uolẽ.& ꝑ hoc uide omnes ſum miſtas in uer.Nouitius.

nõ alie.& c.ſicut te.ꝫ.ne cle.uel mo. Et adde, ꝙ illud priuilegiũ nõ poſſet Imperator reuocare:quia concedendo ipſum non ſubdito,tranſiuit in contractũ,ſecundũ Inn.in c.nouit.ſuper uerb.Theodoſius.ꝫ.de iudi.& Arch.in c.quicunque.cũ concor.quas dedi in c.1.in 1.char.ꝫ.tit.1.& ſecundum prædicta aliquid operatur d.c.quicunque.quãuis Spec.in tit. de teſte.§.reſtat. uerſicul.22.& gloſſ.in c.cùm deuotiſſimã.12.q.2.& in d.c. nouit.dixerint ipſum eſſe correctum,per c. cùm à nobis.in fi.ꝫ.eo.Cuius contrariom expreſsè firmat Inn. hic, quem ſequitur do.Ant.do.Car.& do.Ab.Et propter iſtud ✱ dictũ Inn.decidit Rom.in ſingulari 365.✱ quòd communitas non recognoſcens ſuperiorem põt ſtatuere inter ſubditos ſuos,ut cã decidatur teſtimonio unius digni uiri. Et idem tenet do.Ab.hic, colligens,principẽ ex cã poſſe recedere ab illo,In ore duorum,& cætera.licet dicat,d.c. quicunque. hodie non ſeruari. Sed de iſto dicto Ro.& do.Abba.ſæpe dubitaui, ut ẽt tetigi in d.c. cùm à nobis.in 3.not.j. concluſionis,quia ſi ſoli imperatori non creditur. d.c.cùm à nobis.in uerb. quantæcunque. Ergo nõ poteſt plus alteri concedere, quàm ipſe habeat, l. nemo. ff.de reg.iur. Et licet aliquando augeat numerum teſtium,nõ reſtringit,quòd uni credatur in præiudicium partis. Secus, ſi pars conſentiat,l. Theopompus.cum ſimilibus ff.de dote prælegata. Attamẽ deciſio iſta pendet tota ex notatis per Inn.in c.quę in eccleſiarũ.ꝫ.de conſti. & Cy. Bal.& Sali. poſt gl.in l.fi.C.ſi contra ius, uel uti. publi. in q.illa, utrùm Imperator ex cã poſſit ſtatuere contra ius diuinum. ¶ Vltimò intellige,quòd ad hoc,ut ualeat teſtimoniũ non iuratum,non ſufficit,quòd pars non contradicat, ſed requiritur expreſſus conſenſus, ſm Hoſti.hic,per c.de teſtib.ꝫ.eo.& ſequuntur alij. Et dum gl. hic dicit, quòd creditur uni, ubi alteri non præiudicatur, uide Inn.& do.Ant.in rubri.j.de conſec.eccl. uel alta.cum plurib. concordantijs,quas dedi in c. ueniens.el j.in ult.char.ꝫ.eo.

✱ *365] Adde quod eſt ſingul. 361.et incip. Tu ſcis quod diſpoſitio. cui adde Auth. in c. cum à nobis.hoc eod.titul. Iaſ.in l.admonendi.col.71.nu.193. de iureiur. Spec.in titu.de teſte.§.reſtat.ſal.22. & in eundem Roma. in conſilio.715.incip. an Papa. Auth. in c.ueniens.il 1.in fi.hoc tit.in c. conſtitutus. in uerſic. Limita quadrupliciter.& uerſicu.2.limita. de reſcr. in c.ſicut.cit.princ.in uerſicul. & hoc eſt adeo uero.de ſent. excom.*

S V M M A R I V M.

1 *Sanctus ante quàm canonizetur,quæ ſint probanda.*
2 *Eccleſia poteſt errare in canonizatione ſanctorum.*
3 *Teſtes ſunt ſecretè examinandi,aliàs non ualet,quod agitur.*

CAPITVLVM LII.

VENERABILI. ¶ Diligẽter examinandi ſunt teſtes, etiã cum imminet canonizatio alicuius ſancti, & agitur de probanda eius uita & miraculis.H.D.

1 ¶ Et † de iſta canonizatione aliqua ponunt hic Scribentes, maximè quòd ad ipſam non ſufficit probare miracula, ſed debet etiam ✱ probari ſanctimonia uitæ, ✱ per iſtum text.in uerbo, uita & miraculis. quia multi non ſancti faciunt miracula, aut ui uerborum, ut conſecratio euchariſtiæ, aut ui parẽtelę,ut Rex Frãcię, uel illi de domo ſancti Pauli arte magica, aut ex charitate ſola,ut de conſec.diſt.4.ſolet.ut hic ꝑ eos,& eſt gl.optima in c.unico, in uerb.præcipimus.de reli.& uene.ſanc.in 6.Requiruntur aũt miracula,non,quia ſunt neceſſaria ad beatitudinem, ſed quia ẽt nõ põt aliter ſciri alicuius beatitudo, niſi per miracula.Eſt aũt miraculũ, ſm Bald.qñ id, quod nõ põt fieri per hominem uirtute hu-

2 mana,fit hominis miniſterio. ¶ Et † ſolet dubitari,utrùm eccleſia poſſit errare in ca ✱ nonizatione ſanctorum? ✱ in quo uide gl. in uerb.ſedis Apoſtolicæ. in d.c.unico.quæ dicit, quòd hoc accidere põt,ſed nõ eſt credendum, ſed beat. Tho. pulchrè in Quodlibetis. Quodlibeto j.arti.ult. prout refert Card.ſancti Sixti in tractatu, de poteſtate Papæ,q.51.ubi dicit,quòd Papa non põt in hoc errare,quia nõ conſiderantur perſonæ eorum,ſecundum quas dici poſſet errorem poſſibilem & impoſſibilem: ſed diuina prouidentia, quæ eccleſiam ſuam dirigit ſpiritu ſuo ſancto, ut non erret, ſecũdum quod promiſit Ioannis 14. Spiritus docebit uos omnem ueritatem,& cætera. Et ſi argueretur in contrarium,nullus poteſt eſſe certus ita de ſtatu ſuo, ſicut ipſemet: quia quæ ſunt hominis,nemo nouit, niſi ſpiritus hominis.ad Corinth.j. Sed homo non poteſt certus eſſe de ſeipſo, an ſit in ſtatu ſalutis, Eccleſiaſtici 9. Neſcit homo, utrùm dignus ſit odio, uel amore: Ergo minus Papa: Reſpondet, quod ipſe Papa informatur teſtibus,ut hic,concurrente inſpiratione Spiritusſancti,quia omnia ſcrutatur, etiam profunda. ¶ Similiter ſi diceretur, qui nititur medio fallibili, poteſt errare: ſed eccleſia utitur teſtimonio miraculorum, ut hic: & illud eſt fallibile, ut prædixi, ergo eccleſia poteſt errare: reſpondet, quòd Deus præſeruat eccleſiam, ne in talibus erret: & ita reſidet. Sed facilius ſuſtineretur opinio gloſſ. in d.c.unico.quòd eccleſia in hoc errare poteſt.Et ſi diceretur,eccleſia errare non poteſt, c.à recta.ibi. nunquam erraſſe probatur.24.quæſt.j. reſpondeo, quòd illud debet intelligi, quòd non poteſt errare in fide, ſeu articulis fidei:nam pro hoc tantùm orauit Chriſtus ad patrem: Ego pro te oraui Petre,ut non deficiat fides tua. Sed in occultis eccleſia etiam uniuerſalis errare poteſt, ut eleganter declarat do. Abb.in c.à nobis.el 2.infrà de ſentent.excom.per illum text. ubi eccleſia poteſt errare ligando non ligandum, & abſoluendo non abſoluendum: quia non poteſt de occultis certitudinaliter iudicare, c.unico, ut eccleſ. benefic. Sed in talibus ſequitur indicia & opinionem,& iſta ſunt fallibilia.Et ſi diceretur,iudicium eccleſiæ confirmat ſe iudicio Dei, d.c.unico:ſed Deus non errat:ergo nec eccleſia: reſpondetur, quòd confirmat ſe,in quantum poteſt: ſed aliquando non poteſt,ut in occultis. Cætera in materia de ſolennitatibus canonizationis, & multis alijs,uide per glo. & Doct. in c.j.infrà de reli.& uenera.ſanct.& pleniſſimè ultra omnes per Archiepiſcopum Florentinum in 1.parte 3.partis ſuæ Summæ in rubrica,de ſtatu ſummorum Pontificum,in 14. char. Et qualiter debeant deponere teſtes de miraculis,dixi in c.licet ex quadam.ante fin. ſuprà eod. ¶ In gloſſ.fi.in fin.Not. teſtes ſeparatim & ſecretè

3 examinandos:& adde,quòd † ſi ſimul examinantur,non ualet examinatio,ut not. gloſſ. 2.in c.cùm cauſam. ſuprà eod. & ibi domin. Abb. & Specul.in tit.de teſte.§. nunc tractandum. in princ.& uer.ſed pone, produxi.& hoc propter rationem gloſſ. Dicas tamen, quòd non eſt improbatum, imo utile,alias perſonas eſſe præſentes, maximè in arduis, ſecundum Bald. in l. nullum.uerſi.quartò not. C.de teſti.& domi. Anton.& domi. Abb.in d.c. cùm cauſam. Et hinc eſt, quòd de neceſſitate alij uocantur in cauſa hæreſis,c.ut officium, de hæreti.in 6.tamen in alijs cauſis ſufficit iudex cum ſuo notario, ut per gloſſ. in l. current.ff.de teſti.& in l.ſolam.C.eod.& domi. Ant.poſt alios in c.quoniam contra. ſuprà tit.1. Nec obſtat huic gloſſ.c.2. in uerbo,pariter,& teſtes admittant.ſuprà de cauſ.poſ.& proprie. quia ibi dictio Pariter, non determinat numerum teſtium, uel pluralitatem cauſarum: quia teſtes ſimul debent deponere de poſſeſſione & proprietate,ut uerbum, Pariter, referatur ad uerbum, Audiantur, & non ad uerbum, Admittant,ut etiam aliquid per do. Anton.ibi.

✱ *Sanctimonia uitæ] Adde ꝑ requiſitis in canonizatione Sanctorũ.text. in c. miramur.61. diſt.in c.ex ſtudijs. de præſumpt. in c. omnis.7. q.1.in c. uide quam bonum. 1. q.1. & in c.cathecumenum,& in c. Baptiſmi uicem. de cõſecrat. diſt.4.*

✱ *Sanctorum] Adde.S.Tho.quod 9. q.ult. & Ioan. de Neap. poſt ipſum quod xi. ubi pulchre diſtinguunt in hac materia.*

S V M M A R I V M.

1 *Teſtis,qui obſcurè depoſuit, iterum examinatur officio iudicis. & numer. 2.*
3 *Iudex poſt publicationem poteſt repetere teſtes, ut declarent dictum ſuum.*
4 *Teſtes an poſſint repeti poſt publicationem ad inſtantiam proſequentis inquiſitionem.*
5 *Teſtium ſubornatio nunquam timetur in iudice.*
6 *Teſtium dicta qualiter interpretantur.*
7 *Teſtium dicta non ſunt interpretanda ſecundum iuris ſubtilitatem.*

CAPITVLVM III.

1 CVM CLAMOR. ¶ Officio iudicis iterũ examinatur teſtis,qui obſcurè depoſuit. ¶ Not.ꝙ † obſcurum dictum teſtis habetur pro non dicto. Ad idem gloſſ.in §. item in criminali.4.q.3.& Angel. in uerb.ſimplicibus.in c.qui epiſco-

eps. 23. diſt. not. Spec. in tit. de teſte. §. j. uerſ. itē ꝙ teſtis obſcurus & dicit Bal. in l. j. C. de emend. Iuſtini. codi. quod fides teſtis propter nimiam obſcuritatē dicitur uacillare. Et hinc eſt, ꝙ uerbū Teſtis, ambiguum, interpretatur contra producentē; c. in præſentia. ſuprà titul. j. & uide Archi. poſt gloſſ. in c. graue.
2 35. quæſtio. 9. ubi dicit, quòd † teſtes, a qui dubiè, uel cōfuſe dixerūt, pñt iterato produci, ut dicta ſua ualeant declarare: qa obſcurè dictū habetur ꝑ nō dicto. Et dicit Bar. in l. repeti. ff. de qu. quòd iudex poteſt repetere teſtē, ut dictū ſuum declaret, uel reddat rationē dicti. Et uide do. Ant. in c. fi. j. de iureiur. ubi dicit, ꝙ teſtes deponentes ſuper mutuo, ſed non ſuper quantitate mutui, nō probant, quia nimis obſcurè deponunt, niſi per alios teſtes probaretur aduerſarium antea ex modico interuallo petiſſe 10. mutuo. Et dicit Bart. in l. ea, quæ cōmendaudi. ff. de contrahē. emp. ꝙ teſtis, qui loquitur malitioſe & obſcure tenetur, tanquam falſarius. ¶ In gloſſ. 2. ibi, ſi quis intentione. Soluit Imo. hic, ꝙ ibi loquimur in uerbis ambiguis prolatis à parte in iudicio, in quibus fit interpretatio contra producentem, ut in c. in præſentia. ſ. tit. 1. & facit, ꝙ no. Bart. in l. inter ſtipulantē. §. j. ff. de uerb. obli. in contractibus aūt uerba ambigua interpretantur contra ſtipulantē, ſeu creditorē, l. ueteribus. & ibi de materia, ff. de pac. & eſt bona gloſſ. in regula, cōtra eū. de reg. iur. in 6. & facit, ꝙ habetur per gl. & oēs in c. cùm ad ſedē in uerb. pertinentijs. ſ. de reſti. ſpo. & per Imo. in c. cauſam, quæ in pe. col. ſ. de reſcrip. & Roma. plenè in l. ſtipulatio. §. in ſtipulationibus. ff. de uerb. obli. Et dicit Bal. hic, ꝙ in caſu c. in præſentia obſcuritas habet duplicē intellectū. Ideo ſumitur intellectus contra producentē, ſed hæc litera loquitur, qñ obſcuritas nullum congruū intellectum recipit. Vnde dicit, ꝙ hic nihil fuit probatum: quia teſtes nihil dixerunt, per l. ſi binæ tabulæ. ff. de iniuſto irritoq; teſtamento. ¶ In ea. gloſ. in fi. Not. bene ex
3 gloſſ. ꝙ † iudex ex officio ſuo poteſt repetere teſtē etiam poſt publicationem, ut declaret dictum ſuū obſcurum, licet hoc facere non teneatur ad partis petitionē. Idē tenet gl. & ibi Scribentes in c. per tuas. ſ. eo. & gloſſ. j. in §. quia uerò in authen. de teſti. Et procedit hoc nedum in criminalibus, ſed ēt in ciuilibus, ſm gloſ. prædictas, per c. iudicantem. ubi bona gloſſ. 30. q. 5. & c. cū Ioannes. j. tit. 2. & in l. ubicunq;. ff. de interro. acti. Et ita etiā, ubi proceſſum eſt inter partes, poteſt iudex repetere, quod ualde not. Imo. & do. Abb. hic, dicentes, in hoc multum prodeſſe habere iudicem fauorabilē, nam iſte pōt ex ſe illud, ad ꝙ parte petente non tenetur, quia in parte timetur ſubornatio. Et conſiderant iſti, dum gloſ. hic loquitur in criminali, utitur uerbo Præcipuè, uolēs etiā per hoc in ciuili idem eſſe. ¶ Dicit tñ ſingulàriter Inn. hic, ꝙ ēt ad petitionē partis poſt publicationem teſtes poſſunt de nouo recipi, non ad declarandum dicta primorum teſtium obſcura, ſed ad confirmandum priorem probationem ipſius producentis. Vnde dicit, ꝙ ſi per duos teſtes probaui me emiſſe tali die in tali loco, & aduerſarius probat me alibi fuiſſe ea die, poſſum etiam poſt publicationem alios producere ad confirmandū priora dicta, ſ. quòd eadē die fui præſens & emi: quia non eſt timor ſubornationis propter probationem præcedentē, nec mihi imputari poteſt, uel debet: quia prius eos non produxi, quia poteram cōfidere de mea priori probatione. Vnde cum iuramento purgatorio malitiæ debeo admitti. Et hoc dictum pro multum ſolenni referunt & ſequuntur do. Ant. Bal. & domi. Abb. hic, & Bal. in c. licet dilectus. ſ. eod. & do. Anto. & do. Abb. in c. cùm in tua. ſ. eod. & do. Ab. in c. fraternitatis. & in c. ex tenore. & in c. ſeries ſuprà eod. & Rom. in l. admonendi. ff. de iureiur. Dicit tñ Imo. hic, iſtud eſſe intelligendum antequam publicentur teſtes aduerſarij, quos ipſe produxit poſt publicationem meorū, iuxta c. ex tenore ſuprà eod. Aliàs non eſſet licitum, quia ſuper directè contrarijs articulis non eſt licitum poſt publicationem teſtes producere, niſi allegetur falſitas cum corruptione, ſuprà tit. 1. licet. & cle. 2. cū ibi notatis, de teſti. Et iſtam conſiderationem Imo. credo ueram, licet fortè prædicti aliud ſenſerint: quia uidetur propriè Inno. loqui, quando eſt facta publicatio de teſtibus meis, & aduerſarius practicat, cap. ex tenore ſuprà eod. Vbi autem iudex non repetit, tunc ſtabit dictum uulgatū, quòd dubia probatio non releuat probantem, d. cap. in præſentia. Sed ſi iudex uult repetere, non procedit illud dictum, ſecundum Imo. hic. Ex cuius dictis & aliorum apparet, quòd non tenetur iudex hoc facere, adeo quòd pars poſſit appellare. Quod not. ad ea, quæ dixi poſt domi. Cardinal. in c. per tuas. uerſic. ulterius, inquantum gloſſ. fi. ſuprà eod. Nec aliter ſentit ibi domi. Cardinal. quia loquitur eo caſu, quo iudex debet interrogare: non eo caſu, quo poteſt. Et iſta differunt, l.
4 non quid. ff. de iudicijs. ¶ An † autem ad inſtantiam proſequentis inquiſitionem poſſint repeti teſtes poſt publicationem, latiſſimè inſtant hic omnes poſt Innocent. ſed tandem concludunt cum Hoſti. quòd ſi talis proſecutor eſt datus à iudice ad ipſam inquiſitionem proſequendam, & tunc, quia talis non eſt propriè pars, ſed miniſter iudicis, nec habet libellum offerre, nec litem conteſtari, & ad libitum iudicis poteſt remoueri, & tunc ad ipſius inſtantiam poterunt teſtes repeti, quia potius iudicis officio repetuntur. Faciunt, quæ habentur in c. olim. infrà de accuſ. Secus, ſi non eſt datus à iudice, ſed à ſocijs, uel ipſe ſe obtulit ad inueſtigandam inquiſitionem; quia fungitur uice partis, & debet libellum offerre, & lis cum eo conteſtatur, c. cùm dilectus. infrà de pur. Cano. & c. exhibita. ſupra de iudi. Et ideo ad ipſius inſtantiam non repeterentur teſtes, ſecundum omnes hic. Ex quibus uerbis colligunt accuratè Imo. & domi. Abb. hic doctrinam, quando in cauſa inquiſitionis ſit lis conteſtanda, ut hic per eos dicentes, ita debere intelligi not. in cap. quoniam. §. ſunt & alij. ſuprà ut lite non conteſt. ¶ Ex iſtis igitur habentur duæ concluſio-
5 nes. Prima eſt, quòd † in iudice nunquam timetur de ſubornatione, quia publicatio nō addit ſibi nouam notitiam prout partibus. Vnde & antè & pòſt teſtem obſcurum repetere poteſt. Et iſtud dictum Innocent. hic ſequitur Bald. in l. 3. ff. de teſti. in appoſtill. & in l. eos. §. ſi quid autem. circa fi. C. de appell. & in l. ampliorem. ante fi. prin. C. eod. & in l. presbyteri. la 1. in 1. col. C. de epiſ. & cleri. & in repe. l. fi. in fi. ff. de ferijs, & in l. data opera. C. qui accuſa. & Rota deciſi. 6. incip. Per eadem motiua. in nouiſ-
* ſimis: * Et idem Archid. & Domi. in c. notum. 2. quæſt. 1. & in §. item in criminali. 4. quæſt. 3. & in c. per hoc. §. 1. de hære. in 6. & Angel. in l. ſi uacantia. C. de bonis uacan. lib. 10. & domin. Maria. in repe. c. qualiter. el 2. quæſt. 11. artic. 94. de accuſat. Et habet locum in criminali & in ciuili, ut dictū eſt: quia ceſſat in eo cauſa, per quā alijs obſtat publicatio, ut iam dixi. Et poteſt repetere teſtes, etiam ut addant, ſecundum Lapum in addi. ad conſilium Feder. 265. & domi. Anton. hic: quia poſſunt teſtes nunc recordari de eo, de quo tunc non recordabantur, ut dicit gloſſ. ulti. in c. cùm cauſam. & gloſ. a. ſuprà eod. ¶ Itē pōt nouos teſtes recipere, ut hic in text. & ſic etiam uide, quod not. domi. Abb. in c. fraternitatis. uerſic. 14. ſuprà eod. ¶ Et hoc procedit, ſiue in criminali repetantur teſtes ad defenſam ſiue ad offenſam, ſecundum Bar. in l. 2. §. ſi publico. ultra medium, uerſic. ulterius, utrùm teſtes. ff. de adult. ad quod etiam uide ipſum in l. 1. §. fi. & in l. repeti. & in l. unius. §. reus. ff. de quæſtio. & in authen. at qui ſemel. C. de proba. & in l. pen. §. ad crimen ff. de pub. iud. & Bald. in l. edita. C. de eden. & Bartol. in l. fi. ff. de ferijs. & in l. diui fratres. ff. de pœnit. & Specul. in tit. de inquiſitione. §. utrùm. uerſi. ſed nunquid. & Bartol. & Bald. in d. l. presbyteri. Et ſcias, quòd eo caſu, quo agitur de defenſa, non ſolùm officio iudicis, ſed etiam ad petitionem partis, non obſtante publicatione, poſſunt teſtes produci, ſecundum Bartol. in d. l. unius. §. fin. per text. ibi, in uerbo, quocunque tempore. & in l. 1. in fin. eod. titu. Et hoc eſt, quod uoluit Ioan. An. in c. de teſtibus. ſuprà eod. & domi. Abb. ipſum allegans in d. c. fraternitatis. Et ratio colligitur ex ijs, quæ dixi in c. cùm ueniſſet. in 2. concluſione, ſuprà eod. arguendo de publicatione ad renunciationem, iuxta cap. per tuas. in fin. ſuprà eod. Si autem agitur ad offenſam, obſtabit petitioni publicatio, per id, quod dicetur in ſequenti concluſione, licet Bartol. in dictis locis illud non aperiat. ¶ Et in prædictis ſubdit hic Hoſtienſ. quem ſequitur domi. Anton. & Feder. in d. conſilio, quòd ſi iudex ex puro officio aliquos teſtes poſt publicationem examinat, & reddit ſe ſuſpectū, poſſet ab eo appellari. Quod limita, niſi primi probarent prima facie, ſed propter inopinatas exceptiones annullaretur, quia iudex excuſatur, ſecundū do. Maria. in c. qualiter ſuprad. ¶ Quid autem, ſi iudex repetēs ex officio teſtes facit hoc

a *Teſtes*] *Adde a tu, quod iſtud habet locum non ſolū ex officio iudicis, ſed etiā parte petente, cōtra quam teſtes depoſuerunt obſcure. Ita gloſ. et Ang. in authen. de teſte. §. quoniā uerò. in uerbo, habebit. Et hoc modo intelligas domi. Ab. hic in ſumma rio, & Felin. hic in uerb. in ea. gl. in fi.*

* *In nouiſſimis*] *Adde quod eſt deciſ. 2. ſub tit. de teſti.*

hoc parte, pro qua ſupplet, ſciente, an altera pars poſſit appellare propter timorem ſubornationis? Cogita. ¶ Secunda concluſio. Siue agatur per uiam accuſationis, uel inquiſitionis, exiſtente promotore dato à iudice, non procedit iſta decre. Ita not. Innocent. hic per Archi. & Domin. in d. c. nedum, & ✱ Bal. in d. l. presbyteri. & communiter ✱ omnes prædicti, & latè Feder. conſ. 262. quod incipit, Viſis & diligenter recenſitis. & Bald. in l. is autem, quomodo. in 1. col. C. de eden. Et quamuis Bar. in d. l. unius. & do. Ab. in d. c. fraternitatis. uideantur ſimpliciter ſentire, quòd in criminalibus non obſtet publicatio, tñ iſtud non procedit, ubi petitur noua examinatio ad offenſam, ſecundum Sali. in l. fin. in ult. col. C. de quæſtionib. & do. meum in d. cap. fraternitatis. in 8. chart. Et in hac concluſione uide etiam Rotam in nouis, deci. 82. incip. Item qui obtinuit. ubi quidam uolens probare renũciationem beneficij factam certo tempore, ut excluderet fundantem ſe in uacatione per contractum matrimonij, deduxit teſtes, qui dixerunt matrimonium fuiſſe contractum tempore, quo racemi uuarum incipiunt maturari: & nihil dixerunt de menſe Auguſti: deinde publicatis teſtibus actor uult probare de menſe Auguſti, in quo in partibus illis communiter racemi incipiebant maturari: & dicitur ibi, quòd non eſt audiendus, per not. per Innocent. hic, & in c. fraternitatis. ſ. eod. & etiã: quia iſta probatio non releuat, cùm ſit res incerta: quia in uno anno in certis territorijs citius incipiunt, quàm in alijs. ¶ Vltimò ſcias, quòd tunc demum antiquò teſtes ſunt repetendi ratione obſcuritatis, quando obſcuritas nullum habet intellectũ: ſi uerò poteſt habere aliquem intellectum, fiet interpretatio benignior, uel cõtra producentem, niſi conſuetudo det aliquam interpretationem: quia illa præfertur. Ita dicit Inno. hic, & ſequitur Fed. in dictis conſilijs, & ſatis Inno. hic. Sed Hoſtien. do. Ant. & do. Ab. hic tenent indiſtinctè, omnem obſcuritatẽ declarandam: & allegat do. Abb. Bart. in l. ſi quis mentionem. ff. de iudi. ubi dicit, q ſi dictum teſtis eſt ambiguum, poteſt iudex, ſi ſibi uidebitur, facere teſtem declarare, per not. in §. quia uero. in au
6 then. de teſtibus. & hic. ¶ Si † tamen iudex non deliberat interrogare, præualere debet intellectus, quem habent uerba teſtium à conſuetudine, ſecundum Imo. & do. Abb. hic, & Bar. in l. Labeo. ff. de ſup. leg. ubi dicitur, quòd dictũ teſtis capitur ſecundum communem uſum loquendi contra propriam ſignificationẽ uocabuli. Et ita ẽt dicit Rom. in ✱ ſingularibus, allegando Inno. hic. Item Innoc. in d. c. cùm cauſam. ſ. eo. & gl. in l. 3. C. de uſur. & in §. ſi ſcriptũ. Inſtit. de inuti. ſtip. & do. Ant. in repet. c. noſtra. in ult. col. ſ. de coha. cle. & Bal. in c. quanto. in fin. ſ. de iudic. dicens, q uerba laicorum debent intelligi groſſo & uulgari modo. Vnde ſi teſtis dicat ſe uidiſſe talem poſſidere iuſpatronatus, exponitur, id eſt, quaſi poſſidere, ſecundũ ipſum. Idem Bal. in l. qui ſe patris in 3. col. C. unde libe. & in l. 1. in 6. col. C. de ſer. fugi. dicens, q licet duæ negationes faciant unã affirmationem, c. nõnulli. ſ. de reſcript. c. q ad nos. 47. diſt. tñ fallit in ma-
7 caronibus teſtibus. ¶ Idẽ † Bar. in l. ſi quis filiabus. in fin. ff. de teſta. tut. dicens, dicta teſtiũ non debere intelligi ſm ſubtilitates ✱ iuris. ✱ Idem Cy. in l. ſi cùm ante. C. de donat. ante nupt. & Bal. in c. 1. in princ. de ſucceſ. feu. & Bar. in l. ſi quid earum in prin. ff. de leg. 3. & in l. liberorum in ult. col. ff. de uerb. ſignifi. & Pau. de Caſt. in l. ſtipulatio iſta. §. hoc quoq;. ff. de uerb. obli. & Bald. in l. legẽ. ad fin. C. de legi. hæred. & do. Ab. in c. quoties ad fi. ſ. eod. & Bal. in c. tertio loco in 3. col. ſ. tit. 1. Si aũt non habet de cõi uſu loquendi, nõ caperet benignior interpretatio, prout dicit Innoc. ſed fiet interpretatio contra producentẽ, cuius ꝓbatio debet eſſe dilucida, d. c. in præſentia. ſm do. Abb. hic remittentẽ ad dicta ꝑ ſe in c. cũ ad ſedẽ ſ. de reſtit. ſpo. quo ad intellectũ d. l. ſi quis intentione. Eſt aũt in prędictis conſiliũ tutũ, ut iudex ſuſpẽdat publicationẽ, donec ꝑ dicta teſtiũ ſit clarius, ſm Hoſti. & oẽs hic.

✱ *Rom. in ſingu.] Adde quod non inueni tali loco Ro. ſed bene Rom. in conſ. 4. incip. ſententiam. in princ. in uerſic. primo ratione. ubi dicit quod quando uerba proferuntur ab idiotis & uulgaribus debent intelligi ſecundum cõem conſuetudinẽ uulgarium. & conſil. 23. incip. neſcio. uerſ. contrariũ tamẽ eſt uerius conſ. 32. incep. uiſa municipali. nu. 3. & conſ. 301 inci. in propoſita conſultatione col. 3. u rſ. non enim teſtes Alex. conſ. 2. inci. uiſis codicillis colu. 8. uerſ. uide in propoſito. conſ. 9 uiſis uerbis nu. 4. conſil. 82. in cauſa nu. 2. uol. 1. conſ. 5. circa primò nu. 11. uol. 3. conſil. 85. animaduerſis col. fin. uol. 4. conſ. 37. uiſo themate num. 28. nu[m]. 6. & in addit. ad Bart. in l. 1. C. de his qui ex publ. ratioc. lib. 11.*

✱ *Subtilitates iuris] Adde Rom. in d. conſ. 301. uerſ. nimia enim ſubtilitas. Luc. de pen. in l. un. col. 6. uerſ. contra illaudabilis. C. de profeſ. qui in ur. lib. 12. Lap. alleg. ſi dicebatur poſt nu. 9.*

SVMMARIVM.

1 *Teſtis perſeuerans in crimine, repellitur à teſtimonio nu. 2.*
3 *Teſtimonium criminoſi non ualidum eſt, niſi crimen opponatur ab eo, contra quem producitur.*
4 *Crimen licet repellat à teſtimonio, non tamen repellit indiſtinctè à iudicando.*
5 *Teſtis criminoſi depoſitio confirmatur per aliorum proborum teſtium depoſitiones.*
6 *Teſtis an reddatur inhabilis per peccatum mortale.*
7 *Teſtis infidelis Deo propter peccatum mortale præſumitur infidelis hominibus.*
8 *Teſtis ut repellatur de iure ciuili, oportet, quòd de crimine ſit condemnatus.*
9 *Perſeuerantia in peccato quot modis poteſt accipi.*
10 *Infamia iuris an indubitanter repellat à teſtimonio.*
11 *Infamia quot modis accipitur, & quotuplex ſit.*
12 *Infamia facti an repellat à teſtimonio nu. 13.*
14 *Infamia facti quid ſit. & qualiter differt ab infamia iuris.*
15 *Infamia iuris quot modis contrahitur. Qualiter ſoluitur infamia iuris.*
16 *Infamis, cuius infamia ignoratur, poteſt eſſe teſtis in teſtamento.*
17 *Condemnatus de infamia ſi appellat, & appellatio fiat deſerta, an actus teſtimonij in medio tempore geſtus ualeat.*
18 *Iudex ſi condemnat hoc modo, Condemno, ſi eſt probatum, & reperiatur probatum per duos teſtes infames, an ſententia teneat?*
19 *Periurus repellitur à teſtimonio.*
20 *Periurus an ſit infamis infamia iuris.*
21 *Debitor, qui iurauit ſoluere uſuras, licet non ſoluendo incurrat periurium, tamen non ſoluendo non ſit infamis.*
22 *Papa an poſſit diſpenſare, ut periurus admittatur ad teſtimonium.*
23 *Periurus an habeat aliquam excuſationem de ſuo periurio.*
24 *Conuictus de crimine, præcedente accuſatione, repellitur à teſtimonio in criminali, licet ſit emendatus.*
25 *Abſolutio an probet excommunicationem, uel crimen.*
26 *Excõmunicatio nõ fertur ab homine, niſi propter cõtumaciã nu. 27.*
28 *Confeſſus crimen in alio iudicio, in quo contra ipſum fuit inſtituta accuſatio, repellitur à teſtificando in criminali.*
29 *Accuſatus de aliquo crimine ſi ſoluat pœnam condemnationum, licet uideatur quodammodo confiteri crimen, non tamen efficitur infamis ex tali confeſſione.*
30 *Per ſolam confeſſionem an quis infametur.*
31 *Teſtis repellitur à teſtimonio per exceptionem criminis, licet de crimine non ſit condemnatus.*
32 *Teſtis ſuſpectus de crimine, qua grauata eſt eius fama, licet non ſit condemnatus, uel conuictus, an repellatur à teſtimonio.*
33 *Et quid in excommunicato.*
34 *Teſtis emendatus de crimine, licet ſufficiens ſit teſtis in cauſa ciuili, ſecus tamen in criminali.*
35 *Confeſſio facta in pœnitentia an faciat fidem in iudicio.*
36 *Confeſſio ſi ſit prolata per ſacerdotem cum impoſitione pœnitentiæ, an oporteat probare peractam fuiſſe pœnitentiam.*
37 *Infamis non admittitur in teſtem, etiam contra alium infamem.*
38 *Accuſare quare quis poſſit poſt pœnitentiam, & ſibi non poteſt obijci exceptio.*

CAPITVLVM LIIII.

TESTIMONIVM. ¶ Perſeuerans in crimine, etiam in ciuili, repellitur à teſtimonio: emendatus uero, qui non eſt infamis admittitur in ciuili, & etiam in criminali ciuiliter mota. Fallit in periuro: in criminali uero criminaliter mota, ſecus. H. D. Et habet materiam celebrem ampliatam ab omnibus Scribentibus, & potiſſimè per Pau. de Leaza. & nouiſſimè in quibuſdam Modernis, quibus non curabo addere, nec eos referam, niſi in articulis eſſentialibus, ubi ex ſe aliquid dixerint, & ſequendo ſtylum domi. Abb. inſtabo in declaratione 7. caſuum, quos ponit text. omiſſis non neceſſarijs. ¶ Et ut habeas effectum totius literæ, clarius dicas, quòd ex ipſa determinatur, quando poſſit teſtificar

ficari criminoſus, & quando emendatus. Et primo in cauſa
criminali, uel ciuili ciuiliter mota ponit 3. caſus, quibus re-
pellitur. Primus caſus, quando in crimine perſeuerat. Secun-
dus, quando non perſeuerat, ſed remanſit infamis infamia iu-
ris: ſecus, ſi facti tantùm. Tertius, quando eſt periurus. ¶ De-
inde in criminali criminaliter mota ponit 7. caſus, ſi bene
conſideras, in quibus repellitur. Primus, quando perſeuerat
in crimine. Secundus, ſi eſt infamis infamia iuris, etiam poſt
emendationem. Tertius, quando eſt periurus. Quartus, ſi alia
inſtituta accuſatione de crimine fuit conuentus. Quintus, ſi
fuit confeſſus. Sextus, ſi fuit conuictus aliàs commiſiſſe. Se-
ptimus, ſi pro eo crimine aliàs repulſus fuit, remanſit infamis
infamia facti. Et idem in hoc ultimo, quomodocunque ſit in-
famis infamia facti. Et quia tres primi caſus repetuntur à for-
tiori in iſtis 7. inſiſtendum eſt in ipſis per 7. concluſiones, in
quibus erit tota materia breuiter perſtricta. ¶ Prima con-
2 cluſio. Perſeuerans † in crimine repellitur à teſtificando, tam
in ciuili, quàm in criminali. Text. eſt hic, & probatur in iuri-
bus accumulatis in gloſſ. 1. Dicitur autem perſeuerare, ſecun-
dum Paul. hic, ille qui perſeuerat ſolo reatu, licet non actu,
quod præſumitur, niſi egerit pœnitentiam: uel egerit, ſed ſi-
mulatam. ¶ Item ſi redijt ad peccatum: de pœnitentia, diſt.
3. in princ. & c. ſunt, qui dicunt. Vnde negans perſeuerantiam
habet probare pœnitentiam per regulam, ſemel malus. de
reg. iur. in 6. quod dicit uerum in criminali: ſed in ciuili di-
ſtinguit, utrum crimen ſit publicum, uel occultum. Primo
caſu probari debet correctio: ſecundo non, ut fiat interpreta-
tio in meliorem partem, nec præſumitur immemor ſuæ ſalu-
tis. Et ad hoc alleg. gloſſ. in c. ipſi Apoſtoli. 2. q. 6. & Spec. in
tit. de teſte. §. 1. uer. item quòd eſt criminoſus. Et pro hoc ui-
2 detur, quòd † opponens teſti, quòd non ſeruauit, c. omnis. de
pœnitentijs & remiſ. habeat hoc probare, niſi crimen ſit pu-
blicum, ſecundum Paul. & do. Anton. hic. Sed contrarium te-
nent hic Imol. & domi. Abb. uidelicet quòd omni caſu, quo
conſtat quem commiſiſſe crimen, debet probare de emenda-
tione: quia ex hoc fundata eſt intentio uolentis eum repel-
lere per id, quod habetur in c. ſuper eo. ſuprà eo. Et ideo, cùm
uolens ſe iuuare habeat neceſſario ſe fundare ex emendatio-
ne, illam probare debet, l. 2. ff. de proba. & l. 1. & 2. ff. de excep.
Et licet crimen dicatur occultũ, tamen non fuit ita occultum,
quin probetur per teſtes. Vnde debet doceri de emendatio-
ne, ſecundum eos, & bene. Quomodo autem hoc doceatur, di
3 cetur in glo. fi. ¶ Debet † autem de crimine per partem op-
poni, ut hic in uerbo, opponitur. Et ab aduerſa parte, non autẽ
à producente, ut hic, & in l. ſi quis teſtibus. C. eo. Et ideo ne-
mine opponente ualet teſtimonium criminoſi, ſecũdum Pet.
de Anch. hic, licet iudex poſſit ex officio repellere, ſecundum
ipſum: quem declara omnino ex dictis Bald. in d. l. ſi quis te-
ſtibus in ult. col. quem retuli in c. præſentium. uer. quintò fal-
lit ſuprà eod. Et de officio iudicis dixi in c. intimauit. ad fin.
ſuprà eo. Formam autem excipiendi contra perſonam teſtis,
ponit Bart. in l. 1. C. de teſta. & in l. 2. C. de ſentent. & in l. ad
teſtium. uer. conditionem. & in l. cùm lege. ff. de teſta. dicens,
ꝙ non ſufficit dicere, eſt infamis: ſed debet exprimi & ſpecifi-
cari, ꝙ ita communiter reputat̃. Sed contrariũ tenet Bal. in d.
l. 2. ꝙ ſufficiat opponere ſpecificè exceptionem, ꝙ eſt infamis
ex tali cauſa abſq; eo ꝙ pro tali reputat̃, per c. præſentium. §.
teſtes. de teſti. in 6. Et præſumitur, ꝙ ita erat & reputabat̃, niſi
contrariũ probetur. Et idem tenet Fulgo. ibi, ꝙ ita ponens &
probans habet fundatã de iure communi intentionẽ ſuam, ex
quo probat teſtẽ criminoſum. Vnde ſi aduerſarius uult iuuari,
habet ipſe probare, ꝙ non reputetur talis. Et idẽ tenent Pau.
de Caſt. & Roman. ibi, & etiam Imol. & Paul. de Caſtr. poſt
quendam Franciſcum in d. l. ad teſtium. Et ad d. l. reſponde,
ut per eos. An autem in exceptione criminis oppoſiti contra
teſtem oporteat deducere locum & tempus, uide Bart. in l. 1.
in 3. col. ff. de except. & Sali. in l. atrocem. C. de iniur. & Ang.
in l. libellorum. ff. de accuſ. & domin. Cardinal. in clem. con-
ſtitutionem. §. 1. in 3. quæſt. de elect. Tetigi in c. præſentium.
in 2. notab. ſupra eod. ¶ Et † in hac concluſione not. tria. Pri-
4 mò, quòd licet crimen repellat à teſtificando, non tamen in-
diſtinctè repellit à iudicando, ſecundum Imol. Hoſtien. &
alios hic. Quod declara, ut per Imol. poſt Innocent. & alios
in c. ſciſcitatus in 7. colum. ſuprà de reſcr. & Paul. de Leaza.
in communicato c. fin. infrà de cleri. excommu. & gloſſ. Archi. &
alios, 3. quæſtio. 7. in ſumma: & Imol. & domi. Abb. in c. cùm

ſuper ſuprà de offic. deleg. Dicunt etiam Innocent. Hoſtien.
& Paul. hic, quòd licet criminoſus repellatur à teſtimonio &
ab ordinibus, non tamen repellitur ab eligendo: quia ſuum
officium exequitur, & proſequitur ius ſuum, à quo crimino-
ſus non repellitur, 4. q. ult. c. omnibus. & c. cùm eccleſia ſuprà
de elect. Sed ſecus, ſi capitulum faceret illum electorem, uel
ſcrutatorem: quia repelli poſſet ut indignus, per c. quia pro-
pter ſuprà de elect. & dicit Paul. quòd eligendo nulli paratur
præiudicium: & ideo talis actus non prohibetur criminoſo,
ſed teſtificando & accuſando ſic: adeo ab eis repellitur, ut hic,
& in c. 1. infrà de accuſat. Et hanc differentiam multum not.
5 hic Imol. & domi. Abb. ¶ Secundò not. quòd ſi † ſimul cum
criminoſo examinati ſunt fide digni, confirmatur dictum
ſuum, per id, quòd not. Ang. conſ. 1. dicens ſuſtentari dictum
unius domeſtici habentis teſtes idoneos, per l. ſi quis ex ar-
gentarijs. in princ. ff. de eden. Vnde dicit Bald. in l. præſcri-
ptione. in 18. colum. C. ſi contra ius, uel uti. pub. uer. quintò
quæritur. quòd exceptio contra unum teſtem, in quo non pen
det ſubſtantia probationis per alios deductæ, non impedit pro
ceſſum ordinarij, uel delegati: & alleg. Innocent. in c. ſuper
eo. el 1. ſuprà de offic. deleg. Sed illud intellige, ut per Bald.
& Pet. de Anch. in d. l. ſi quiſquam uidelicet ſi teſtis non eſt in
toto inhabilis: nam aliàs ſuppleri non poteſt, quòd nihil pro-
bet: & alleg. l. maritus. ff. de quæſtionib. & idem not. Sali. in l.
bonæ fidei in 10. col. C. de reb. credi. & Bald. in l. 1. C. de teſta.
facit l. ſed ſi manente. ff. de preca. ubi quod nullum eſt, proro-
gari non poteſt: & dicit Fulg. in l. 1. quòd iſtud notabile pro-
cedit, quando alij teſtes ſufficiebant abſq; illo inhabili: aliter
non: quia ſequeretur aliàs, quòd ſi ſunt ſex teſtes idonei teſta-
mentarij, & ſeptimus non eſſet idoneus, ſufficeret: quod uide-
tur contra l. hac conſultiſſima. in prin. C. de teſta. ibi, ſeptem
ciuibus Romanis & puberibus. Et iſtis adde Imo. in l. qui te-
ſtamento. in 1. col. ff. de teſta. ubi dicit, quòd licet teſtes amici
propter amicitiam non faciant integram fidem, l. 3. in prin. in
uerbo amicus. ff. de teſti. tamen ſi tres teſtes amici producti
ſunt, ubi duo integri ſufficiebant, ſupplebitur tunc defectus
* reſultans ab amicitia ex ipſo numero: * &
eſt gloſſ. notabilis in d. l. 3. §. 1. in uerbo, nu-
merus. & ibi not. Iac. But. Sed in contrariũ,
quòd numerus non ſuppleat, facit c. in li-
teris ſuprà eod. ubi tres teſtes domeſtici
non probant, ubi probarent duo teſtes in-
tegri. Et ita expreſſe ſentit Angel. con-
ſilio 125. incip. In Dei nomine: in facto proponitur, quòd
bella fiore. Sed dici poteſt hoc eſſe in arbitrio inſpecta quali-
tate amicitiæ, ut credo dixiſſe ſuprà eod. quoties. ¶ Tertio
6 not. quòd † iſte text. non intelligitur de crimine, hoc eſt, de
quolibet mortali, ſed de tali crimine, quòd repellat à pro-
motione, & cum eo non fuerit diſpenſatum. Ita dicit hic dom.
Abb. antiquus, quem ſequitur Paul. Ioan. An. & Imol. hic, &
Imol. in c. ſuper eod. el 1. ſuprà eod. & Ang. in l. athletas. §. ca-
lumniator. ff. de his, qui no. infa. & allegant text. optimũ in c.
inquiſitionis. §. tertio. in fi. ĩ. de accuſ. ubi ualet teſtimoniũ ei',
q mentit̃, & tñ mendaciũ eſt mortale, 22. q. 2. §. itẽ ꝙ dicit̃. cũ
capitulis ſeq. Itẽ q2 hic loquit̃ de crimine: ſed aliud eſt crimẽ,
aliud peccatũ, aliud delictũ, c. ſi peccatũ. & ibi glo. de pœ. diſt.
1. & glo. in reg. peccatũ de reg. iur. in 6. Plus. n. eſt in crimine, q̃
in peccato: q2 crimen eſt graui accuſatione & damnatione di-
gniſſimũ, c. 1. in fi. 81. diſt. Cõtrà tenet hic do. Card. dicẽs ſe re-
petẽdo hãc decre. Bononię tex. hũc tenuiſſe, & ꝓcedere in quo
7 libet mortali, cũ generaliter loquat̃. ¶ Itẽ † ſubeſt rõ: quia ꝑ
mortale excludit̃ q1 à Deo. Cũ ergo ſit infidelis Deo, pręſumi
tur, ꝙ nec hominib. ſit fidelis. Et ad c. inquiſitionis. reſpondet,
ꝙ non omne mendaciũ eſt mortale, ut tenet gloſ. in c. ne quis.
22. q. 2. facit c. 1. ea. cauſa & q. Vel ibi non repellitur in odiũ ſe
ſubtrahentis à teſtimonio, ĩ. tit. 1. c. 1. Iſtam partem ſequitur
do. Abb. hic, licet ineptè referat do. Card. Et addit rationem:
quia mortale, non data pœnitentia, æternaliter punitur, in §.
criminis. 25. diſt. Et dicit ſe credere, ꝙ perſeuerantia in quo-
cunq; mortali excludit à ꝓmotione, arg. c. fi. 25. diſt. quia per-
ſeuerantia in mortali ſapit hæreſim propter inobediẽtiã, arg.
c. ſciendum. 8. q. 1. & 81. diſt. ſi quis presbyter. Si enim ueniale
propter perſeuerantiã mortale efficitur, d. §. criminis fortius
mortale efficitur grauius. Ad idem alleg. text. de quo facit fe-
ſtum in c. forus. in fin. ĩ. de uer. ſig. dum dicit, quòd ſi bona fi-
des defuerit in teſte, non probabit. Ad hæc c. nõ poteſt. 2. q. 7.
ubi non

✽ *Numero*] *Ad de Authorem in conſilio. 36. incip. Magnifice prætor. num. 11.*

ubi non poteſt eſſe fidelis homini, qui Deo eſt infidelis. ¶ Itē
quia de iure Canonico omne peccatum poteſt dici publicū,
ut per gloſſ. in c. 1. ĩ. de colluſi. & in §. præuaricator. 2. q. 3. &
reſpondet ad d. c. inquiſitionis. prout reſpondit dom. Card. Et
cum illis tranſeo declarando duobus modis, ſecundum domi.
Abb. Primo, dummodo peccatum mortale ſit continuatum,
ſecus, ſi tranſitorium: quia illud non tantum aggrauat: aliàs
pauci teſtes reperirentur, quia ſepties in die cadit iuſtus, c. ſe-
pties, de pœni. diſt. 3. & facit illud, ſi dixerimus: quia peccatum
non habuimus, &c. & illud, Nemo ſine crimine uiuit. & facit
c. quia tua. 1. diſt. ibi, ſine quo pauci inueniūtur. & loquitur de
crimine fornicationis. Et ita etiam ſenſit Innocen. hic. Et per
hoc tollitur quædã ratio do. Anto. in cùm in tua. ĩ. eo. ubi dixi
8 in ult. concluſ. ¶ Secundo † declara, ut prædicta non proce-
dant de iure ciuili, ſecundum quod oportet teſtem de delicto
eſſe condemnatum, ut per glo. fin. in c. ſuper eo. el 1. ĩ. eod. Sed
de iure canonico ſufficit, quòd nunc probetur crimen, d. c. ſup
eo. & ita lex ciuilis ſeruabitur in foro ciuili, ſecundum ipſum.
Cui adde, ſm Moder. hic. quòd de iure ciuili ſufficit teſtē eſſe
conuictum: & allegant glo. in l. qui iudicio. ff. de accuſ. & quæ-
dam alia ex his, quæ dixi in d. c. ſuper eo. ubi tamen hoc non
expediui. Sed tamen pro hoc alleg. Imol. in l. ſtipulatio. §. ha-
bent aũt. ff. de ope. no. nun. & Bal. in l. 1. C. de delict. defun. Sed
tñ declara, ut per Imol. in d. c. ſuper eod. quem ibi non retuli,
ubi dicit, quòd iura ciuilia, quæ uidentur requirere condem-
nationem, non procedunt in criminibus, quæ inducunt infa-
miam iuris, etiã ante ſententiam: ut quia cum beſtijs qui, pu-
gnaſſet: quia tunc repellitur etiam non ſecuta ſententia ſecun
dum leges, ut in l. 3. §. lex Iulia. in uerbo, coniūctus. ff. de teſti.
Vnde patet, ſecundum ipſum, quòd leges ſimpliciter non re-
pellunt teſtes ratione criminis, ſed ratione infamiæ iuris: ſe-
cus ſecundum canones, ut ibi: & ſic in foro ciuili ſeruabuntur
leges: ſicut in canonico canones, niſi eſſemus in terris eccleſiæ
quia in utroque foro ſeruabuntur canones, iuxta gl. in regula,
poſſeſſor. de reg. iur. in 6. ſm ipſum. Addunt etiam hic Moder-
ni, q; not. Bar. in l. 1. C. de dilat. ubi ponderat conſuetudinē in
delictis aggrauare. Et ita confirmant opinionem prædictam
de perſeuerantia, addendo multa in ſimili, quæ accumulauit
Roma. in l. ſi uerò. §. de uiro in 31. fallentia, ff. ſol. ma. quamuis
ipſum taceant. Et quòd iſte text. poſſit intelligi de mortali cō
tinuato, probatur ex eo, quod not. Arch. in c. infames. 6. q. 1. ubi
refert Azonem dicentem, quòd quodlibet peccatum mortale
dicitur capitale largo modo. Ad idem text. in §. criminis. 25.
9 diſt. ubi large omne mortale appellatur crimen. ¶ Et † per
hoc habes cōſiderare, q; perſeuerantia in crimine capi poteſt
dupliciter. Vno modo pro reatu criminis ſemel commiſſi, non
ſecuta pœnitentia, de qua conſter: & ita ui
det intelligere Pau. hic, ut retuli in princ.
huius concluſ. Alio modo, perſeuerãtia p
continuatione actuali. Et hoc modo uidet
ſumere do. Abb. Sed potes pro concordia
dicere, quòd aut crimen ſimpliciter cōmiſ
ſum, eſt ualde graue: & tūc ex ſolo reatu nō
ſecuta pœnitentia ſatis habetur pro perſe-
uerato per reſpectum ad emendationem.
Et ita procedat prima opi. Si uerò non eſt
ualde graue, procedit ſecūdum. Et ex iſtis
infert hic ſolus do. Abb. quòd clericus con
* cubinarius non poteſt eſſe teſtis * in ciuili
cùm in eo concubinatus ſit graue crimen:
c. ueſtra. & per totum, ĩ. de coha. cle. Et idē
dicit in laico per uerbum Forte: & allegat
c. uenio. 32. q. 4. Et hoc bene not. Et circa
prædicta tangunt hic Paul. & alij, utrùm in
teſte attendatur, ſi ſit criminoſus tempore
iuramenti, & non tempore depoſitionis, &
econtrà. Et in primo caſu dicunt, quòd nō
refert: quia ex quo in iuramento non fuit
oppoſitum, ualebit depoſitio, & iuramentū
eum aſtrinxit. In ſecundo caſu ſecus: quia
debet eſſe idoneus tempore depoſitionis,
ut per eos hic, & Ioan. An. in regula, factū
legitimè. de reg. iur. in 6. & adde Spec. in ti.
de teſte. §. opponitur. uer. quid ſi teſtis cum
alijs, quæ allegaui in c. licet cauſam uer. li
mita. 1. 6. ſuprà tit. 1. Et per hæc ſit expedi-

* *Teſtis*] *Adde quod ſi non ſit clericus ſed laicus habens duas concubinas, uel unam concubinam & uxorē an poſſit eſſe teſtis, dic quod non Bal. in l. 2. C. de inceſ. nupt. quem ſequitur Alex. in l. 1. ff. de inſam. licet ibi Bart. contra ſentiat. col. 12. in uerſ. Quid ſi habet duas concubinas.*

a *Infamia iuris*] *Adde in, & fac regulã, q; teſtis infamatus infamia iuris nō probat: imò non poteſt eſſe teſtis. gl. eſt in l. j. C. de ſumm. tri. & fi. de Catho. ibi Bar. & alij in l. Caſſius. ff. de ſenatori. & eſt text. in c. præ-*

tus primus caſus, & hæc prima concluſio.
¶ Secunda concluſio. Infamis quantum-
cunque emendatus, ex quo eum comitatur
infamia, repellitur à teſtimonio. Ita text.
hic ad cuius intellectum omiſſis multo-
10 rum uarietatibus dicas, quòd † infamia iu-
a ris[a] indubitanter repellit non ſolùm in
criminali, ſed etiam in ciuili: quia funda-
mentum teſtimonij eſt fides, d. c. forus. Sed
iſte etſi caret fide, cùm eius ſtatus ſit dimi-
nutus, & maculatus ex criminibus infa-
mantibus quandoque ipſo iure, quandoq;
per ſententiam, ut per gloſſ. & text. in §.
porro. 3. quæſt. 7. & l. 1. & in l. athletas. §. ca
lumniator. ff. de infam. tamen admittetur
in ſubſidium cum tormentis, ſecundum
* Bart. in l. 1. * C. de ſum. tri. per l. ob car-
men. §. pen. ff. de teſti. & in l. qui ultimò. ff.
11 de pœnis. ¶ Eſt † alia infamia canonica,
quæ cauſatur ex quolibet mortali, ut in c.
infames. 7. quæſt. 1. & ibi gloſſ. in ſumma.
Et illa ſufficit data perſeuerantia in crimi
ne, ut ſuprà dictum eſt: ſed ſublato pecca-
to illa non remanet, ut in iuribus prædi-
ctis, & per Innocentium hic, & gloſſ. in cap.
12 illi, qui. 6. q. 1. ¶ Eſt † alia infamia[b] facti.
b in qua dubitatur, an repellat? & in crimi-
nali eſt clarum, quod ſic: per illum text. in
fin. Et ita Bar. & omnes in d. l. j. niſi in ſubſi
dium, ſecundum Bart. quod intelligunt ibi
Bart. & Salic. & ſequitur ibi do. Card. hic,
quo ad hoc, ut ueniatur ad torturam, non
quo ad ferendam ſentētiam in principali.
Sed in ciuili ſunt opiniones: quia Bartol.
in d. l. 1. dicit, quòd infamia facti non re-
pellit in ciuili: ſed bene facit, ut minus cre-
datur teſti. Et ita intelligit gloſſ. ibi, & in
l. 3. §. duæ autem. in uerbo, eandem fidem.
ff. de Carbo. edi. Et hoc, niſi teſtis ſit multū
uilis: quia in tanta uilitate eſſent neceſſa-
ria tormenta, ut in authen. de teſti. §. ſi uerò
ſecundum eum. Sed Bald. ibi in 5. oppoſi-
tione relatis multis ſubtilitatibus conclu-
dit in effectu, quòd ſi cauſa ciuilis eſt gra-
uis, requiruntur teſtes omni exceptione
maiores: & ſic non infames infamia facti,
in alijs admittentur, non ut per eos fera-
tur ſententia, ſed per uiam adminiculi, ut
ibi per ipſum. Sed do. Card. hic tenet indi
ſtincte, quòd infamia facti repellat in ci-
uili: quia litera illa loquitur generaliter
in uer. ſi uerò. Et appellatione infamiæ in
telligitur tam infamis infamia facti, quàm
infamis infamia iuris, nec reperitur iura cō-
trarium probans, iuxta nota. per Dy. in re-
gula, infamibus. de reg. iur. in 6. Nec obſtat
iſte text. ĩ. in uer. quamuis. quia non loqui-
tur de infamia facti, ſed de aggrauatione
opinionis, quæ minus ſe habet, quam fama,
Itaque dicit ſe diſputando feciſſe, & facere
differentiam. Ad hoc enim, ut quis ſit infa
mis de facto, requiritur, quòd apud tot,
quot ſufficiant ad probandum infamiam:
& requiratur maior pars perſonarum loci,
ut plene not. in c. cùm oporteat. infrà de
accuſ. S. d ut grauetur opinio, ſufficit, quòd
apud aliquos ſit rumor contra eum. Et
pro hoc inducit text. meliorem de cor-
pore iuris in c. ſuper eod. infrà de eo, qui
cogno. conſang. uxo. ſuæ. Vnde dicit, quòd
grauatio opinionis repellit in criminali,
per illum text. in fin. ibi, grauata ſit eius
opinio. Et quòd non loquatur de infamia
facti, not. uerbum, grauata opinio. Item
eum inducens, ut quia fuit alias repul-
ſus, ut dicitur in text. quæ cauſa poteſt eſſe

terea. de teſti. cog. & hoc in iſto text. Imo plus: talis infamatus non facit indicium. Ita Pal. in rub. de ſum. tri. in 5. col. Adde qd fallit hoc, quando teſtis infamatus deponeret in cauſis grauiorib[9], ut putà in crimine hæreſis, ſacrilegij. leſæ maieſtatis, ſymonia. Ita Ican. And. Ant. de Bu. do. Ab. in c. fin. eod. tit. Spe. in tit. de accuſ. §. j. in fin. Item fallit. quàdo infamis eſſet rogatus ab utraq; parte ex cōtrahētibus, ut eſſet teſtis quia iſto caſu conſtituit eius fidei approbata. gloſ. fin. in §. & licet in uerbo, ſuppli. 79. in authen. de teſte. quam tenet Bald. in l. parentes. C. de teſti. tamē in hoc uide Anton. de But. & Imol. in c. ex literis. de trãſa. Itē fallit, quàdo teſtis infamis deponit de facto ſuo proprio, uidelicet de eo quod ipſe facit. Ita Pau. de Ca. in l. 2. §. ſi abſens. ff. ſi ex noxal. cauſa. ag. et ibi uide do. Alexã.

* *In l. 1.*] *Adde Iaſ. ibi. co. fin. & per Ulde. conſ. 192. incip. Viſo diligenter. cir. med.*

b *Alia infamia*] *Adde in, & dic, quod regulariter teſtis infamis infamia facti admittitur in cauſis ciuilibus, ſed uerũ eſt, qđ non habet tantam fidē, ſicut ſi eſſet integer. Ita gloſ. in l. 3. §. duæ cauſæ. ff. de Carbo edi. Bar. in l. 1. C. de ſum. tri. & fide Catho. & in l. Caſſius. ff. de ſenat. Bald. in rub. de ſum. tri. & fid. Ca. in 5. col. do. Abb. in iſto text. in 6. col. in uerb. tertia infamia. Adde, quod hoc fallit, quando quis uellet probare ingratitudinem, quia talis teſtis infamia facti non*

eſt non admittetur, c.1. & ibi Bald. in tit. quot teſtes ſint neceſſa. ad proban. ing. Lud. Rom. in conſ. ſuo 344. incip. Dubitatio eſt magna. Item fallit, quando quis uellet probare contra Cardinalem, c.præſul. in fi. 2.q.4. Adde, quod licet infamis infamia facti non admittatur in teſtem in cauſa criminali, ut hic per Felin. tamen facit indicium. Ita Bald. Salic. & Fulg. in l.1. C.de ſum. trin. & Bart. in l.1.ff. de quæſt. Item admittetur in criminalibus in ſubſidium, Bart. & alij in d. l.Caſſius. & in d. l.1.: ſicut etiam & fœmina. do. Alex. in conſilio ſuo 166. incip. animaduerte in 4.col.

nota minori parti: & tamen ſtabit grauata opinio. Sed in ciuili, uel in criminali ciuiliter mota hæc aggrauatio non repellit, ſecundum ipſum. Sed do. Anton. & Imol. hic tenent cum Bart. in d.l.1. dicentes idē tenendum, licet Ioan. An. hoc non firmauerit, ſecundum, eos. Sed do. Ab. hic dicit, quòd creditur plus & minus ſecūdum qualitatem infamiæ, per c.licet cauſam. in uerbo, modica, uel nulla fides ubi dicit eſſe caſum: & per c.fin. j.eod. inducendo, ut ibi dicetur: & per iſtum text. in uerbo, criminali. ubi ponit ſpeciale in criminali. Ergo in ciuili indiſtinctè non repellitur. Nec obſtat, quòd loquatur de aggrauatione opinionis: quia non differt ab infamia facti, ut not. Dy. in regula, infamibus. præalleg. & Pet. de Ancha. & Hoſt. & Ioan. An. hic. Et ſentit hic gloſſ. in uer. aggrauata. in fin. & eſt bonus text. in c.tantis. 82. diſtin. Nec obſtat d.c. ſuper eod. quia non loquitur in aggrauatione opinionis, ſed rumoris. Rumor enim bene in ſe minus habet, quàm infamia, ſeu fama, ut not. gloſſ. in d.c. ſuper eod. Non obſtat, quòd iſte text. loquitur in principio indiſtinctè de infamia, quādo loquitur in ciuili: & ſic comprehendit utrāque: quia neceſſario oportet intelligere de infamia iuris, non facti. Nam infamia facti tollitur ſaltem quo ad iuris effectum per emendationem, cùm tollatur per purgationem: quod eſt minus, ut in c.determinat. 15. q.5. & c.cùm in iuuentute infra de pur. cano. Cum ergo hic excipiat infa. ab eo, quod dixerat de emendatione, neceſſario ſequitur, quòd non loquitur de infamia facti, cùm non debeat plus operari præſumptio infamiæ, quam ueritas. Sed ſi uerè cōmiſiſſet delictum, & fuiſſet emendatus, non repelleretur in ciuili. Ergo fortius, ſi ſic infamatus. Loquitur ergo de emendato reſpectu delicti, qui remanſit infamis ex ſententia, uel ipſo facto, quando tale erat crimen, quod infamabat: putà, quia palàm exercebat uſuram, l. improbum. C. de infa. ſecundum ipſum. Sed Moderni hic tenent indiſtinctè opinionem do. Card. quod infamia facti repellat in ciuili, per text. in l. Caſſius. in uerbo, teſtimonium. iuncta gloſſ. ff. de ſenator. & in l.3. §. Iulianus. in uerbo, notam uitæ, & in uerbo, ſuſpicione careat. ff. de teſti. & in c. licet cauſam ſuprà tit. 1. uſque adeo malæ famæ & leuis opinionis, quòd eorū nulla, uel modica fides adhibetur: quia dum dixit, malæ famæ: intelligitur de infamia facti: aliàs non dixiſſet ſuprà quòd dicta eorum non erant reprobata expreſſe, ſi erat infamia iuris. Vnde illa uerba, nulla fides. referenda ſunt ad teſtem malæ famæ: & ſic infamia facti: & illa uerba, modica fides. referuntur ad teſtem modicæ opinionis, qui quotidie mentitur. Et ita intelligunt Scribentes ibi, & pro hac parte allegant ipſi Bald. in d.l. improbum. & iſtum text. poſt prin. reſpondendo ad fin. ut hic per do. Card. Sed quidam Alberi. Moder. in tractatu de teſte. in 8. char. diffuſe tranſcribit Bart. & Bald. in d.l.1. & domi. Ant. & Imol. hic, & cum ipſis ſimpliciter tranſit. Et ſi diceretur, quòd teſtificari eſt dignitas, ut in c.præceptum. 32. q.5. not. gloſſ. 2. hic in fin. & omnis infamis repellitur à dignitate, d. regula, infamibus. & l. unica. C. de infamibus. lib. 12. reſpondet ipſe, quòd c.præceptum loquitur de dignitate largo modo ſumpta, non propriè, ut dicit, quòd ex eo, quòd eſt dignitas: ideo licet admittatur tamen minus creditur. Et ex iſtis per te ipſum inueſtigare poteris, quis melius dixerit. Sed licet uteraque opinio ſit ſufficienter ſuſtentabilis, tamen multum conſonat æquitati opinio do. Abb. quam etiā firmat Bald. in d.c. licet cauſam. in 3. col. in 8. notabili, dicens: quòd mala fama de teſte facit ſibi credi, uel non credi iudicis arbitrio. Et dicit non reperiri meliorem text. eo, per quem dicit ſopita eſſe, quæ habentur in d.l. Caſſius. Et adde omnino, quæ dixi in d.c. licet. ubi poſui ſuccinctè certos, caſus. in quibus omnino admittitur, & in quibus nullo modo admittitur: extra quos alij erant arbitrarij. Sed ibi dictis adde Bald. in c. ad noſtram. eod. tit. ubi dixit, quòd in cauſa ciuili ardua nihil probant teſtes infames infamia facti. Et dicit omnes text.
ſingul. in d.c. licet. Et ſic eſt alius caſus, in quo non probant
ſcilicet in ciuili ardua: nec mirum, quia æquiparatur crimi-
nali, c.1. de reſtit. ſpol. in 6. dixi ſuprà eod. inſuper. in 3. fallen-
tia. Et in criminali non probat, ut ſuprà & eſt bonus text. in c.
præſul. in uerbo, ſine aliqua infamia. 2. q.4. Ergo, &c. Adde
13 † alium caſum, uidelicet quando infamis infamia facti habet
ſecum conteſtem bonæ famæ, ſecundum Bald. in l. ſi quis ex
argentarijs. in prin. ff. de eden. & dixi ſuprà in 2. cōcluſ. Adde
poſt aliū caſum uidelicet quādo infamia facti nō cauſatur im
mediatè ex crimine: putà, qa fuit carceratus, ex illa carcera-
tione fuit infamis de facto: quia non repellitur à teſtimonio
propter hoc in ciuili, ſecundum do. Domin. c. ipſi Apoſtoli. 2.
quæſt. 7. Et ita debet intelligi finis huius capituli, ſecundum
ipſum. pro quo facit. quod not. Bald. in l. literæ mandata. C.
manda. ubi dicit, quòd minor eſt infamia reſultans ex con-
tractu, quàm reſultans ex maleficio: & alleg. Innoc. in c. qua-
14 liter. 2. infrà de accuſ. ¶ Quomodo † autem inducatur infa-
mia facti, & in quo differat ab infamia iuris: dic, ut hic per
Bald. & Imol. dicentes, quòd infamia facti eſt, cùm quis eſt no-
tatus apud bonos & graues, l. non debet. ff. de dolo. l. honori. ff.
de obſequijs. ubi text. dicit, quòd licet uerbis edicti non ha-
beantur infames, ſe tamen ipſa & hominum opinione non ef-
fugiunt infamiæ notam. Vnde ſurgit ex ipſo facto non ſecuta
15 ſententia. ¶ Contrahitur † autem infamia ciuilis tribus mo-
dis, ſecundum Bald. hic: nam interdum ipſo facto in quibuſdā
caſibus à iure expreſſis, interdum per ſententiam diffinitiuā,
ſcilicet iudicis, non arbitri. Et quia per interlocutoriam non
contrahitur infamia, ideo ſententia banni cùm ſit interlocu-
toria, non infamat. l. quid ergo. §. ex compromiſſo. ff. de infa-
mibus. Item contrahitur tertiò ex genere pœnæ: ut ſi quis ex
mandato iudicis cauſa cognita fuſtigatus fuerit, l. 2. §. igno-
miniæ ff. de infam. ¶ Tollitur autem infamia iuris per uiam
iuſtitiæ, ut quando maior in integrum reſtituitur per præto-
rem, aut per uiam gratiæ, ut quando princeps in integrum re-
ſtituit, l. 1. §. de qua re. ff. de poſtu. l. imperialis. C. de nup. Sed
infamia facti tollitur ſolo facto contrario, & eam princeps ab-
olere non poteſt: quia ſicut de facto hominum grauium ir-
repſit opinio, ita de facto tolli eam oportet. Qui autem ſint,
qui poſſint infamiam iuris tollere, uide Innocen. & alios in c.
cùm te infrà de re iud. & Domi. in §. hinc colligitur. 2. q.4. cum
concor. ¶ Et not. ſecundum Bald. hic, quòd infamia facti non
poteſt eſſe occulta: quia non eſt aliud, quam uitæ ſordes & ui-
litas diuulgata: & ideo crimen occultum nō infamat infamia
facti, niſi poſt quàm eſt publicè detectum: quia infamia iuris
de iure bene poteſt eſſe occulta, ut not. in l. cùm lege. ff. de te-
ſta. ſecundum eum, & uide ibi gloſ. 2. in fin. quæ dicit, quòd
16 † infamis, de cuius infamia neſcitur, poteſt eſſe teſtis in teſta-
mento. Et ita extendit, quod de conditione ſeruili occulta di-
cit lex 1. C. de teſta. & illam glo. multum ſequitur Bald. in l. j.
in 1. col. C. de ſent. & in l. 1. in 4. col. C. de teſt. & in l. Caſſius.
ad fin. ff. de ſenato. Et per illam glo. dicit Imol. in propoſito in
d.l. cùm lege. ꝙ in actu, uel teſtimonio extra iudiciali teſtis
non repellitur propter infamiā. niſi de ea notoriè cōſtet, & di-
cit illā glo. eſſe notabilē, & fortè ſingularem. Et iſtis adde, ꝙ ſi
17 † cōdemnatus de infamia appellat, & pendente appellatione
teſtificatur, licet poſtea ꝑ deſertionē appellationis ſnia ſit con
firmata, & ſic infamia retrotracta, tn̄ non uitiat illud teſtimo-
niū. Ita elegāter decidit Bar. poſt Guli. de Cu. i l. furti in prin.
18 in 2. col. ff. de infa. ¶ Itē adde, ꝙ ſi † iudex dicat, Cōdemno ſi
eſt probatū, & ſit probatū ꝑ duos teſtes infames, ualet ſnia, qa
ꝓbatio eſt certa, licet ꝑ exceptionē potuiſſet eludi. Ita ad lite
rā dicit Bal. in l. pen. in 2. col. C. de ſent. q̄ ſine certa quant. Al-
legat auth. ē. ſi dicat. C. de teſti. Et de ꝓmiſſis uide et Bart. in l.
ex libero. ff. de q. & do. Flo. in l. 3. in prin. ff. de teſti. & Arch. in
c. ipſi Apoſtoli 2. q.7. & i §. cui' in agēdo. 3. q.8. & uide Pan. hic
late diſtinguentē in q. prędicta, qn̄ infamia facti repellat in ci
uili? & uidetur tenere idē, ꝙ Bald. in d.l. 1. diſtinguēs ulterius
inter crimina excepta, ut latius per ipſum. Et hæc, quo ad ſm
19 caſum literæ. Sequit̄ tertius. ¶ Tertia cōcluſio. Periurus † quā
tumcunq; emēdatus, nō admittitur in teſtē, neq; in ciuili, neq;
in criminali, ut hic in text. & in c. quicunq;. 6. q.1. quia talis
caret eo, ꝙ eſt potiſſimū in teſte, ſcilicet ueritate: quæ in teſte
debet eſſe pura & ſimplex, c. pura. 3. q.9. Et ideo uiolato ſemel
iuramento, quod eſt confirmatorium ueritatis, c. & ſi Chriſtus
infrà de iureiuran. remanet ſemper ſuſpicio periurij, d.c. qui-
cunq;. & c. paruuli. 22. q.1. & uiolato uno officio ſemper ꝓſumi

tur defectus in eodem, l. ſi aliquid. C. de ſuſceptoribus & ar-
charijs. lib. 10. ut iacuit hic per Doct. intelligentes illud in
uiolante iuramentum licitum, ſiue ſit de præſenti, ſiue de
præterito, ſiue de futuro. Idem ſi eſt dubium, an ſit licitum:
quia non erat uiolandum authoritate propria, c. uenerabilē.
ſ. de elec. ſecundum Hoſtien. & omnes hic, excepto do. Card.
qui dicit ſe repetendo in hoc tenuiſſe contrarium: quia in
odioſis accipimus in dubio partem mitiorem. regula, in pœ-
nis. de reg. iur. in 6. Sed non diſcedo ab alijs, per d. c. uenerabi-
lem. iunctis notatis per glo. in c. iuuenis. j. de ſponſ. & in c. il-
lud. j. de cle. excom. mi. ¶ Vbi autem iuramentum eſt illici-
tum, eius uiolatio non repellit à teſtimonio, nec infamat, ſe-
cundum Hoſtien. & omnes hic ſubdentes, quòd ſicut temerarium
iuramentum non repellit à dignitate, c. ſicut noſtris. de iure-
iur. ita nec à teſtificando: de quo dic, ut per do. Abb. poſt alios
in c. conſtitutus. el 1. in fi. ſ. eo. dixi ſ. eod. intimauit. ubi adde,
20 quod not. Bald. in c. tua nos. j. de iureiur. ¶ Sed † eſt difficul-
tas maxima propter iſtum text. utrùm periurus ſit infamis in-
famia ciuili. Et ſcias, quòd de infamia Canonica non eſt du-
bium, quia illa contrahitur in quolibet mortali, ut dicit Inno.
hic, & pulchre Imol. & aboletur pœnitentia, ut ſ. dixi. ¶ Et
quòd non ſit infamis infamia ciuili, aliàs infamia iuris, uide-
tur probari hic, ubi text. primò ponit de infame, poſtea de
periuro, & ſic periurus non uidet infamis: quia exceptio ſit de
regula l. j. ff. de reg. iur. & idem tenet hic do. Anton. limitans,
niſi eſſet iuramentū firmās pactum, quia eius uiolatio inducit
infamiam iuris, quia iuratum erat Deo et homini, & ita intel
ligit l. ſi quis maior. C. de tranſac. Idem Ioan. de Lig. hic diſtin
guens, an periurium offendat ſolum Deum. an Deum et ho-
minem. Primo caſu non ſit infamis, ſecundo ſic. ¶ Idem Bald.
in l. obſeruare. §. proficiſci. in 33. q. ff. de offic. procon. et leg.
dicens, periurum non eſſe infamem, niſi in caſu d. l. ſi quis ma-
ior. ¶ Idem Arch. in c. quicunque. circa medium, 6. q. 1. dicens,
quòd non obſeruans ſacramentum, quod habet rei obſerua-
tionem, putà, quia eſt de futuro conſiſtens in dando, uel faciē-
do, eſt infamis, aliàs non. Idem beatus Tho. 2. 2. q. 99. art. 3.
circa medium, concludens, quòd in iuramento aſſertiuo per-
iurus non eſt infamis ipſo iure, ſed ſolùm per ſententiam dif-
finitiuam latam contra eum in cauſa accuſationis. Sed dicit,
quòd periurus in iuramēto promiſſorio bene eſt infamis, quia
cùm ſit de futuro, in eius poteſtate remanet, poſtquam iurauit
nō deierare, quod nō contingit in iuramento aſſertorio, quod
ſtatim euolat. ¶ Item quod periurus non ſit regulariter infa-
mis, tenet Bald. per text. noſtrum in l. ſi uteris. ante fin. C. de
fid. inſtr. Idem gloſſ. pen. & Bar. in l. Lucius. ff. de infami. dicen
tes, quòd ſiue de re præterita, ſiue de futura deieretur, non eſt
infamis, niſi in caſu d. l. ſi quis maior. Idem Bald. ad literam in
d. l. ſi quis maior. in ult. col. & gloſſ. in uerbo, interuenit. ad fin.
l. quæ ſub conditione. in princ. ff. de condi. inſti. et gloſſ. in uer-
bo, ſi qua omnino. in authen. ſcenicas non ſolùm. §. 1. et Calde.
in tit. de iureiur. et ſentit gloſſ. in d. c. quicunque. ¶ Sed ad-
uerte, quia iſta opinio procedit abſque dubio de iure ciuili, per
d. l. Lucius. iuncta d. l. ſi quis. ſed ſtat dubium, an idem ſit de iu-
re Canonico. Et in hoc prædicti ſentiunt, quòd ſic. ¶ Sed con-
trà tenet hic do. Card. dicens, ſe repetendo tenuiſſe, et nunc de
cidere, quòd uiolans iuramentum licitum et non appoſitū ſup
cōtractu ſemper eſt infamis īfamia ciuili, per c. infames. 3. q. 7.
et quòd no. per c. ſi quis conuinctus. 22. q. 2. et c. ſtatuimus. 3. q.
5. et alle. glo. in c. querelam. infrà de iureiur. Ad iſtum text.
reſpondet, quod appoſita fuit hic exceptio, præter quàm pro
reatu periurij, non ad inferendum de periurio, ſecundum com
munem opinionem, id eſt, præſuppoſito etiam, quod ſit infa-
mis. Et iſtam opi. do. Card. ſequuntur hic Moderni nullo ex
prædictis adducto, ſed allegant gloſſ. quæ appellant periurum
infamem, in c. authoritatem. 15. q. 6. in c. uenerabilem. ſuprà
de elect. in c. fin de iureiur. in 6. in c. quanto. j. de iureiur. Ad
quod dic ſatis eſſe, quòd ſunt text. prædicti. Ponderant etiam
magnitudinem periurij. Vnde uidetur, quòd differt ab alio pecca
to mortali, per quod orit infamia Canonica. ¶ Sed dici poteſt, quòd
periurium eſt graue, quoniam fallit Deum & hominem, ut in
caſu d. l. ſi quis. Addūt etiam quædam faciliè ſolubilia: ex qui-
bus dicūt omnem iuris prudentiā euerſam eſſe. Adde in termi
nis Archi. idem tenētem in c. parualt. 22. q. 5 & do. Car. in cle.
1. in prin. in 1. q. de iureiur. & do. Abb. in c. querelam. in 3. col.
j. de iureiur. & Hoſtien. in ſumma de uſur. §. penult. an quid
de notatijs: quem refert Arch. in c. ſicut non ſuo. 47. diſt. Et
do hoc etiā per Pau. de Caſt. in l. iuſiurandū, quòd ex cōuentione.
in ſi. ff. de iureiur. & do. Car. cōſ. 37. incip. Quidā habēs. in fi. &
Arch. in c. inter cætera. 22. q. 4. & Bal. in d. c. querelā. Nihilo
* minùs prima opi. eſt cōmunior * & uerior, ſm Pau. Imo. & do.
Abb. hic, & ſentit hic gl. in uerbo, periurij. in fin. quòd pœna infa
miæ iuris nō imponit, niſi in caſibus à iure expreſſis, ut tradit
in d. l. j. ff. de arbi. Et ideo cùm reperiatur ſolùm caſus d. l. ſi quis
maior. in quo incurrit infamia, ut fiat extēſio, arg. c. pe. de pœn.
diſt. 3. & reprobat Imo. gl. in d. c. quicunq;. & alios ſentiētes, quòd
ſi iuramentū eſt de futuro, incurratur infamia: quia intelligi
tur de futuro ſolū in caſu d. l. ſi quis maior. Et ita declarat glo.
licet ipſe nō dicat, in l. Lucius. per iura alleg. per do. Car. quæ
appellant periurū infamem, & intelligunt de infamia Canoni
ca, quia connumerāt alia minora, de quibus abſurdū eſſet dicere,
quòd inducerent infamiam iuris, ſm do. Abb. & ita illa iura dicit
intellexiſſe gl. in d. c. quicunq;. & ad gl. in d. c. querelam. & ad
c. conſtitutus. de fide inſtru. dicit, quòd loquunt in cōtrauenien̄te
petitioni iuratæ, ut latiùs per prædictos, cū quibus maneo pro
pter authoritates & alia iura eos allegatas. Et ſi diceretur, teſtis iu
rat, quòd dicet ueritatem igitur, ſi nō dicit ueritatem eſt falſus in promit-
tendo: ergo infamis, d. l. ſi quis maior. reſpōdet hic Bal. tenens
latè communem opi. quòd qui iurat, nihil promittit: quia ex ordinis
neceſſitate hoc facit, nō ſponte, etiā ſi diceret, promitto uerū
dicturū. Vnde teſtis iurando nō contrahit debitū conuentiona
le, nec quaſi cōtrahit. Aliud eſt enim cōtrahere, aliud ex ordi
ne facere, ut dicit text. notabilis in l. cum ſeruus in princ. ff. de
21 bo. autho. iu. poſſ. ſm ipſum. ¶ Sed † in quantū cōis * opi. ha-
* bet, quòd in caſu d. l. ſi quis maior. incurratur infamia, limita no-
uiſſimè nō procedere in debitore, qui iurauit ſoluere uſuras:
quia licet nō ſoluendo incurrat periuriū, c. debitores. j. de iu-
reiur. tñ ſi nō ſoluit, nō eſt infamis, quia dolus creditoris excu
ſat eum ab infamia. Ita dixit eleganter Bal. in c. 1. in 3. col. j.
22 de iureiu. Vnū etiā nota, quòd † Papa diſpenſare poteſt, ut periu-
rus à teſtimonio nō repellatur. Ita dicit Vincentius hic, & ſe-
* quitur Io. An. Pau. do. Ant. Imo. & cōmuniter * oēs hic, & Spe.
in tit. de teſte. §. j. uerſi. ſed quæritur, utrùm Papa. arg. c. cum l.
& A. j. de re iudi. & facit c. accuſatus. de hæret. in 6. ¶ Hoc limi
tāt Moderni hic primò, niſi produceret periurus in conſiſtorio
principis ad teſtificandū, per id quod not. Bal. in l. ſed & milites.
§. ignominiæ. ff. de excuſ. tut. ubi dicit, quòd ſicut infamis non pōt
ingredi urbem, ita nec poteſt ingredi conſiſtorium principis.
Sed certè per hoc nō probatur, quòd Papa nō poſſit etiam hoc ca
ſu diſpenſare. Ideo limitatio eſt impertinens, licet per ipſam
inferri poſſet, quòd diſpenſatus ſimpliciter, nō intelligitur diſpen
ſatus hoc caſu. ¶ Secundò limitāt, niſi teſtis haberet inhabili-
tatem iuris naturalis: ut, quia eſſet inimicus: arg. c. quia ſuſpe-
cti. 3. q. 5. Ideo conſtitutio habilitans criminoſum, nō intelli-
gitur de tali. Et allegant c. per tuas. el grande. infrà de ſymo.
& quod not. Innoc. in c. ſciſcitatus. ſuprà de reſcript. de quo
facit feſtum Ang. in l. cùm prætor. ff. de iudi. ubi dixit, quòd
proceſſus factus coram iudice habente defectum naturalem:
putà furioſo, eſt ipſo iure nullus. Potuiſſet allegare aureum
dictum Hoſtien. in c. j. ſuprà de tranſact. ubi dixit, quòd clau-
ſula, Supplentes defectum, &c. refert duntaxat ad defectum
iuris poſitiui. Et non dicitur naturalis: ex quo exclamat dom.
Ant. do. Abb. & Imol. ibi, & do. Ant. in c. illa quotidiana. ſuprà
de elect. & Imol. in cle. paſtoralis. in 8. col. de re iudi. & dom.
Abb. in c. inter dilectos. in 8. col. infrà tit. 2. & Imol. in l. filius
à patre. §. fin. ff. de liberis & poſthu. cum concor. Et eſt caſus
rotundus in d. cle. paſtoralis. ad fin. ibi, nec prædicta ſupple-
tio, &c. ¶ Tertio limitant, dum modò habilitet criminoſum
ſtantibus alijs adminiculis, ex quibus uerſimiliter præſu-
matur eū non mentiturum, iuxta c. in fidei. & c. licet de hæ-
reti. in 6. Aliàs dicunt non eſſe uerum dictū cōe Doctorum
hic, & allegant text. quem magni faciunt, in cap. alieni. in
uerbo, non poſſumus, nec debemus. 2. quæſt. 7. ut hic uerbo-
ſiùs per eos. Quibus adde omnino domi. Abb. in cap. 1. infrà
de fide inſtru. & quod ibi dicetur. Et uide Archidi. in d. c.
alieni. ubi poſt Hugutionem dicit ſubintelligi. Quia, ante di-
ctionem Nec. Facit cap. requiritis. 1. quæſt. 7. in uerbo, non
poſſumus. & tamen exponitur, id eſt, non debemus. Vnde ſine
hac reſtrictione tranſire poteſt communis opinio, quia hu-
iuſmodi probationes poteſt ex cauſa lex anguſtare. Patet in
multis capitulis, de hæreti. in 6. Et in dubio præſumitur
cauſa, ſecundum gloſſ. et Bartol. in l. ſi legatū. ff. de pœnis. et
do. Abb. in c. ult. ſ. de offi. legati. cum concor. Sed ultra hos
quæri t

quærit optimè Pau.de Leaz.teſti.opponitur periurium & pro
23 batur,quòd † non ſoluit debitum in termino,ut iurauit:repli-
cat,quòd remiſit pecuniam per nuncium, qui egit infideliter,
uel procuratori negotiorum commiſit, qui non expediuit: an
incurrerit periurium? Et uidetur, quòd ſic, per text. in ſimili
in c.ſi commiſſarius.in prin. de elect.in 6.& in c.uenerabili-
bus.§.idem.de ſent.excom.eo.lib. Tandem concludit, quod
ſi non ſeruauit iuramentum ſtatim cùm potuit, poſtquam ſci
uit non eſſe ſatisfactum,eſt periurus: quia in iuramento con-
tinebantur duo.ſ.ſoluere, & in termino ſoluere:& licet excu-
ſetur ab uno,ab alio non. Facit text.in c.dilecti.ĩ. de dolo &
contu.& c.perlatum.88.diſt. & in c.cupientes.in fin. princ.de
elec.in 6.& in c.quamuis.ad fi.de offi.ord.eo.lib. & quod not.
Spec.in tit.de citatione.§.ſequitur.uer.quid ſi non præfixeris.
Si autem ſeruauerit iuramentum ſtatim, cum potuerit, poſt-
quam ſciuit non eſſe ſatisfactum,euitat periurium,argumento
eius,quod not.glo. ordina.in c.apud miſericordem.32.q.1.&
quod not.Inn.in c.ſignificante.j.de pign.& Hoſtien. in c.P.&
G.ĩ.de offic.dele.ubi dicitur, moram poſſe purgari, ut euite-
tur periurium:& per Bald.in l. qui crimen.in 1.col.C.qui ac
cuſ.Et pro hoc etiam facit,quod ſolet dici, difficultatem non
præuiſam excuſare à periurio, ut in c. breui. j. de iureiur.&
ibi per gloſ.Doct.& Bart.in l.continuus.§.cùm ita.ff.de uerb.
ob.& l.quod te.ff.ſi cer.pet.cum concor. ¶ Quarta concluſio.
24 Semel † conuictus de crimine, præcedente accuſatione, re-
pellitur in criminali,licet emendatus.Ita tex. hic. Ex quo no.
quòd atteſtationes factæ in iudicio criminali, faciunt fidem
in alio iudicio,& inter alias perſonas. Quod procedit,ſecun-
dum do. Abb.in caſu iſto,ubi nõ agitur de magno præiudicio:
aliàs autem ſecus,per notata in c.inquiſitione.ſuprà de elect.
& in c.inter dilectos.infrà tit.2.Ex hoc not. quòd acta in uno
iudicio faciunt aliquam fidem etiàm.in alio, interueniente
alia perſona. Et hinc ſumpta occaſione tractat hic ſolenniter
Innoc.quem omnes reaſſumunt, utrùm repellatur excommu-
nicatus à teſtimonio poſt abſolutionem, quaſi ex hoc ſolo ſit
probatum crimen. Et quia Doct.omnes ſatis inſtant dic ergo
25 breuiter,quòd † per hoc non repellit: quia iura repellunt ex
communicatum ſolum à teſtificando in præſenti,ut in c.decer
nimus.de ſen.excom.in 6. Et nihil dicitur de excommunica-
tione in præteritum. Item,quia excommunicatio poſſet ferri
extraiudicialiter,& ſine cauſæ cognitione.Vnde graue eſt di-
cere, ꝙ probat crimen in ea expreſſum. ¶ Item poſſet eſſe, ꝙ
in ſententia excommunicationis non fuiſſet expreſſa aliqua
cauſa,uel eſſet expreſſa talis.quæ etiam per ſe immediatè pro
bata non repelleret teſtẽ,putà,præſumpta contumacia. ¶ Itẽ
petens abſolutionem poteſt petijſſe ex bona conſcientia, non
animo fatendi ſe in culpa,iuxta c. ad eius.5.diſt.& in c. exhi-
bita.j.de homi. Nec abſolutio præſupponit neceſſariò uincu-
lum,c. uenerabilem.ĩ.de elect. & ibi no.in propoſito do. Ab.
in antepen.col.& do. Card. in repe.c.perpendimus.in ult.col.
j. de ſenten. excom.per Bart. in l. decem.ff. de uerb.oblig.&
Inn. in c.2.ĩ.de ordi.cogn. & ibi do. Abb.in 24. col.per Inno.
in c.cùm contingat.ĩ. de offic. deleg. & Io. And.in c.ſolet.de
ſen.excom.in 6.& Cy.& Imo.i l.cùm tale.§.fin. ff.de condi. &
demon. Et ita tenent hic Innoc.Bart.& do.Car.& alij.Conſi-
derat Bald. ex mente Innoc.ꝙ ſententia excommunicationis
non fertur propter crimen,ſed propter contumaciam: & ideo
per ſententiam excommunicationis non probatur crimen,
etiamſi excommunicator dicat: quia furtum feciſti, & moni-
tus ut compareres & ſatisfaceres,non feciſti: excommunica-
mus te.Et dicit Bal.quòd eſt duplex ratio:una naturalis,quia
ſæpe excommunicatur quis iniuſtè, & tamen infertur uincu-
lum abſoluendum, c.1.11. q.3. Alia ratio per punctum iuris
quia immediatã cã excommunicationis eſt contumacia,& nõ
crimen: & contumacia non infamat,ſecundum Innoc. hic. Et
quòd ab homine non feratur excommunicatio,niſi per contu
maciam,uide ultra Doct. gloſ.ordi.in c.de presbyterorũ.17.
q.4.& in c.epiſcopi.11.q.3.per do.Ab.in c.1.in 4.col.ĩ.de iud.
& in c.officij.in 1.notab.j.de ſenten.excom.& in rubri.eo.tit.
cum concor.Et,not.ualde hæc uerba Inn.ſecundum Bald.hic,
ꝙ exbanniti & condemnati propter contumaciam non dicun-
26 tur condemnati de crimine. niſi † ſtatutum hoc dictaret,ꝙ
condemnarentur de crimine & quòd punirentur,ac ſi crimen
eſſet probatum,ut hic per eum reſpondentem ad.d. l.j.ff.de in
litem iuran.Et ſi diceretur, ꝙ abſolutus ab excõmunicatione
adhuc remanet infamis,ſicut cõdemnatus,qui ſoluit cõdemna

tionem ſuam:nam qui ſoluit,confiteri uidetur,ut dicit tex.no
tabilis,ſm eum in l.locũ.§.ſi quis dolo. ff.de tab.exhi.:reſpon
det,ꝙ imò non uidetur fateri propriè: quia reddit in inuitũ.
Allegat.l.j.§.ſi rem.ff.de leg.3. ¶ Iſta tamẽ declara primò,ut
hic ſubtiliter per do.Ab.no.cõtra mentem aliorum, uidelicet
niſi in ſentẽtia excõicatiõis fuiſſet expreſſum tale crimen,qđ
irrogat infamiam,& talis ſententia tranſiuiſſet in rem iudica
tam:nam in caſibus,quibus non ſufficit emendatio,repelletur
teſtis indiſtinctè probata excõicatione: quia non appellando
uidetur acquieuiſſe ſententiæ,& licet non tranſeat in rem iu
dicatam,quò minùs poſſet peti abſolutio,tranſit tamen ad cę-
teros effectus. Et inter alios eſt unus ut præſumatur iuſta, ut
notanter dixit Innoc. in c.bonæ.ſuprà,de elect.& in c.quoniã
contra.ĩ.tit.1.& Io. An.in c.uenerabilibus.de ſen. excom.in
6.& facit c.licet.eod. tit & lib. Et conſidera, quòd in caſu iſto
non procederet exemplum Bald.de quo ſuprà,& credo uerius
hoc,maximè,quia iſte caſus uidetur inducere tantam pręſum
ptionem delicti,quantam cùm aliquis aliàs fuerit ſolum con-
uictus,uel repulſus, qui caſus operantur repulſionem teſtis.ut
in tex. ¶ Quomodo autem ultra contumaciam poſſet excom
municatio hominis deſcendere ex crimine, uide gloſſ.in d.c.
epiſcopi. & in c. de presbyterorum. & plenè glo. & Doct.in c.
ex parte in Chriſto. j.de uerb.ſign.& facit exemplum Bal. de
quo ſuprà. Eſſet autem ſecus,ut dixi, in ſententia excommu-
nicationis,ſi etiam defendens ex crimine infamante non trã-
ſiuiſſet in rem iudicatam,ſed intra 10.dies obtenta fuiſſet ab-
ſolutio,quia niſi aliter probaretur uerè crimen,ſola excõmu-
nicatio ipſum nõ probat,quia ante decendium nõ præſumitur
ſententia excõicationis,ſecundũ Imo.in d.c.quoniam. ¶ Item
ſecus,ſi talis ſententia etiam,quæ tranſiuit in rem iudicatam,
fuiſſet lata in abſentem & ignorantem,quia nõ uidetur acquie
ſcere,ſecundũ do. Ab.arg.c.Apoſtolicæ.j. de cle.excom.mi.&
meliùs per Innoc.in c.innotuit.de eo,qui fur.ordi.ſuſc.ſecũdũ
27 ipſum. ¶ Secundò declara,ut hic per Inn.uidelicet niſi † appa
reret quem excommunicatum à iure, quia illud apparere
non poteſt,niſi appareat crimen, quia à iure immediatè infer
tur excõmunicatio propter crimẽ, c.ſi quis ſuadente. 17. q.4.
Et non debet abſolui,niſi ſatisfaciat,ut eſt gloſſ.in d.c.ex par-
te.de uerb.ſig.Ideo probata abſolutione repellitur,ſecundum
eum,in caſibus,in quibus emendatio non prodeſt,aliàs non re
pelletur.Vnde nec in ciuili,niſi eſſet tale crimen,quod indu-
ceret iuris infamiam,ut hic in tex.ſm ipſum. ¶ Sed contrariũ
tenet hic do.Card.quem alij non referunt,& dicit ſentire.In-
noc.hic,quòd probando ſententiam iuris non inducitur pro-
pter hoc crimen. Quod eſt perpetuò notandum, quia ualet
ad infinita,ſecundum eum,& illud fortè uerius, per l.Celſus.
ff.de arbit. ubi mitiùs agit lex, quàm homo.tum etiam, quia
concurrunt aliquæ rationes ex prædictis, uidelicet quòd petẽ
do abſolutionem non uidetur fateri ſe ligatum, & quia non
præſumitur acquieuiſſe,cùm non appelletur à ſententia legis,
c.quia nos.j.de appel.l.ſi qua pœna.ff.de uerb.ſigni.Sed duo-
bus caſibus fortè procedet opi.Imo. ¶ Primus,quando noto-
rium eſſet incurſam eſſe excommunicationem legis, quia tũc
apparet certitudinaliter de delicto. ¶ Secundus, quando per
iudicem fuiſſet declaratum incurriſſe excommunicationem
legis, & ab illa declaratoria non fuiſſet appellatum, prout
fieri poteſt,ſecundum glo.in c.cupientes.§.quòd ſi.in uerbo,
priuatos.de elect.in 6.quia tunc idem erit,quod in caſu præ-
cedenti,tamen ſuper hoc ab alijs non declarato poteris cogi-
28 tare. ¶ Quinta concluſio.Confeſſus † crimen in alio iudicio,
in quo contra ipſum fuit inſtituta accuſatio, repellitur à te-
ſtificando in criminali. Ita text. hic in c.1.infrà de except.Ex
quo no.do.Ab.quòd confeſſio facta in uno iudicio etiã crimi-
nali,facit fidem in alio contra confitentem, quo ad hæc,ut re
pellatur à teſtimonio, quaſi ſuggillat opinionem ipſius, ſecus
dicit uideri in alijs, nam confeſſio cum uno non nocet, quo
ad alium. Alleg. Innocen. in cap. 2. ſuprà de ordi. cogni. in
quo inſiſte, ut ſufficienter tetigi in cap. cauſam. el 2. in 2.
29 fallentia tertiæ regulæ, ſuprà eod. ¶ Et † aduerte, quia ſi
inſtituta accuſatione aliquis ſolueret pœnam ante condem-
nationem, licet uideatur quodammodo confiteri, tamen
a non efficitur infamis ª, & ex tali confeſ-
ſione non habetur propriè pro confeſſo,
ſecundum Bald. in l. ea,quæ.C. de condi.
ob cauſ.per l.1.§.ſi reus paratus.ff. de
procu. Vnde datur cautela, quòd quoties

a Non efficitur infamis] *Adde aliam cautelã, per quam quis euitat infamiam,*

infamiam, quando dubitat condemnari in actione famoſa, conſultum eſt ut litiget per procuratorem, & euitabit infamiā. Ita Bar. in l. furti. §. ſi quis. in fin. ff. de infami.

ex cōdemnatione quis efficeretur infamis, ſoluat ante condemnationem, & euitabit infamiam, ut per Bar. & Ang. in l. ſi reus. & do. Ant. & do. Abb. in c. dudum. el 2. ſuprà de elec. & Ang. in l. fi. ff. ſi cer. pet. & Bar. & Ant. in l. infamem. ff. de pub. iudi. & l. ictus fuſtium. ff. de his, qui no. infa. & Bald. in l. eos. C. de execu. re iudi. & adde Spec. in tit. de confeſ. & Bar. in l. ſi ſeruum. §. nunc uidemus. in fi. ff. de uerb. obl. & do. Ant. & domi. Abb. & Ana. in c. per tuas. el 1. j. de ſymo. ubi dixi. Ex quo inferunt hic Moder. q̃ talis nō repellitur à teſtificando: ex quo non habetur pro confeſſo. ¶ Sed conſidera, q̃ iſtud operari poteſt, q̃ nō repellatur in ciuili, ac ſi expectaſſet condemnationem infamantem: quia euitat infamiā. Sed in criminali fortè hoc non procederet: non, quia habeatur pro confeſſo: ſed quia uidetur conuictus, per d. c. per tuas. cum ibi notatis. Et eſſe conuictum, ſufficit, ut in conclu. præcedenti. Et adduci po
30 teſt iſte tex. ſecundum do. Ab. ad quæſtionem, nunquid † per ſolam confeſſionem quis infametur? de quo per glo. & Bart. in d. l. ictus fuſtiū. & Ang. & Imo. in d. l. infamem. & Bart in l. non ſolùm. §. fi. ff. de procu. & Bal. & Sal. in d. l. ſi tutor. C. de interdicto matrimo. & Bar. in l. ſi ideo. ff. de euict. & Bal. in l. etiam. C. de furt. & in l. j. in ult. col. C. de hæred. inſt. & Io. And. in Spe. de contumacia. §. ſequit. in prin. ¶ Sexta cōcluſio. Quā-
31 do† nunquam quis fuit de crimine accuſatus, ſed nunc per exceptionem poteſt de crimine conuinci, ſufficit ad repellendū eum à teſtimonio. Ita text. hic, & intellige, etiamſi nunc eſſet de crimine emendatus, ut ponat aliquid ſpeciale, cùm agitur criminaliter: nam ſi perſeuerat, repellit etiam in ciuili, & ſic eſſemus in primo caſu. Et no. hoc, quia eſt ualde durum, ut ſemel delinquens, quantumcunque emēdatus, remaneat ſuſpectus, & non admittatur in teſtem in cauſa criminali, ſecūdum do. Abb. dicentem tamen, ſe putare, q̃ ſi intraſſet poſtmodum religionem, ſublata eſſet omnis cauſa ſuſpicionis, per tex. notabilem in c. pe. 21. q. ult. ubi dicitur, non licere parentibus filios factos monachos exhæredare, licet exiſtentes in ſeculo in cauſam ingratitudinis inciderint. Facit text. in §. humana. in authen. de monachis. Ad idem facit notabile dictū Gul. de Cu. in l. j. C. de ſa. ſan. ec. quem refert Bal. ibi, & Roma. in authen. ſimiliter. in 7. priuilegio, C. ad l. Falci. ubi dicit, q̃ per ingreſſum religionis filius ſpurius efficitur legitimus. Quid autem de conuerſo ad fidem, uide hic Pau. de Leaza. dicentem quòd peccatum & omnis ſequela tollitur per baptiſmum, ut in c. deinde ubi gl. 26. diſt. & j. q. 7. ſi quis crimen. Sed de hoc latiùs per Imo. Archi. in c. ſi quis gentilis. 28. q. j. & Spe. in tit. de legato. §. iuxta. uerſic. pen. & Inn. Hoſti. & alios in c. gaudemus. j. de diuor. Et ibi dicitur, q̃ licet per baptiſmum tollatur peccatum, quo ad Deum & legem promotionis, c. j. 26. diſt. tamen remanet ligatus, quo ad pœnas tēporales: ✱ & ita repelletur in caſu noſtro. Et idē, ſi commiſiſſet antea periurium, ſecundum Paul. hic. dum modò iuraſſet per uerum Deum: ſecus, ſi per deos alienos. Et de iſtis uide omnino Imo. in d. c. de his. in 9. col. j. de accuſ. ¶ Septima & ulti
32 ma concluſio. Quando † non probatur crimen de preſenti, nec alias fuit cōuictus, uel confeſſus, ſed grauata eſt teſtis opinio pro eo, quòd aliàs repulſus eſt ab actu teſtificādi, repellitur teſtis in criminali, licet non in ciuili. Ita tex. hic. Et hanc aggrauationē opinionis declara ex dictis j. in 2. cōcluſio. & uidetur uelle iſte text. quòd ſi non eſt grauata opinio ſua, licet aliàs fuerit repulſus, non ſufficit, ut nunc repellatur, ſecundum do. Abb. & idem clarius Imol. dicens, q̃ ſi nō eſſet infamia exorta ex dicta repulſione, nō repelleretur, niſi iteratò probaretur. Non obſtat, quod habetur hic in uer. in criminali. ibi, cōuictus extitit q̃a loquitur, q̃n fuit cōuictus inſtituta accuſatione contra ipſum, ut hic, quando fuit conuictus per uiā exceptionis. Vnde quia non directè tunc agitur contra teſtem, ut hic in gl. fi. ante fi. attenditur, an exorta fuerit infamia, uel non: ſecus quando directè agitur contra ipſum inſtituta accuſatione: nam tunc eo ipſo, quòd eſt conuictus, uel confeſſus, efficitur inhabilis ad teſtificandum in criminali: ut patet hic: & ideo nocet ſibi etiam in alio iudicio. ¶ Et ratio prædictorum eſt, quia ex illa repulſione orta fuit infamia facti ſequens perſonam, quocunque uadat, iuxta notata in l. ex ea. ff. de poſtulando. Et dicit ibi Ang. poſt Iac. But. quòd exul unius ciuitatis ex famoſo crimine nullibi poteſt poteſtatem patriam in filios exercere. Et ibi etiam dicit Bal. quòd infamia ubi unq; repellitur, & ſequitur. Vnde licet bannitus de illa ciuitate non ſit bannitus de ciuitate Florentiæ, tamen præſumptio eſt, quòd ſit infamis, & quòd pro infame habebitur Florentiæ, quia infamia eſt macula oſſibus inhærens, ſecundum ipſum. Et idem dicit
33 Bal. in c. ſuper eo. el 1. ante fi. j. eo. ¶ Idem† in excommunicatione, quia excommunicatus hic, erit excommunicatus ubique, ut dicit gloſ. in d. l. ex ead. & glo. fin. in capit. ſi quis presbyter. 7. quæſt. 1. et in cap. quiſquis. 4. quæſt. 5. et gl. magna in cap. paſtoralis. §. uerùm infrà. de appellat. not. domi. Abb. in cap. 1. per illum tex. j. de treuga et pace. et in c. poſtulaſti. in 5. col. ubi uide, ſuprà de for. comp. et Inno. in c. qualiter. el 2. prope fi. j. de accuſ. & 1 ed. cōſ. 23. niſi aliqñ quis priuaretur communione cæterorum hominum, iuxta c. ſi quis de alterius. 58. diſt. & c. quorundam. cum glo. fi. 34. diſt. & in c. ſi quis autem. 19. diſt. & facit d. l. ex ea. Et iſtis adde Bal. in l. j. in ult. col. C. de ſumma trini. ubi dicit, q̃ in pœnis q̃ ſunt intrinſecus, quocunque accedat perſona, eò ipſam ſequuntur. Et ideo infert ad quandā mulierem damnatam ad ignem, & raptam à familia poteſtatis imminēte executione: quia quocunque uadat, eſt ſerua pœnę. Et ſunt dicta Bar. ibi in 13. col. uer. ſic. pen. quęro. Et limita hæc, ut per Bal. in l. 2. §. deinde. ff. de origi. iur. per illum text. in uerſic. poſtea. niſi quis commiſiſſet alibi maleficium, quod eſſet ualde utile reipu. hic: quia
34 non erit hic infamis. ¶ In † gloſ. in uerbo, emendatus. in princip. Facit iſta gloſ. relata ad tex. ad quæſtionem, quando emendatus perdat nomen delicti? de qua diffusè p Moder. hic. Sed breuiùs & copioſiùs tetigi in c. 1. in 9. fallent. j. tit. 1. & dicunt ibi, & dicit hic do. Abb. iſtum tex. pulchrum eſſe, & menti tenendum, quòd emēdatus de crimine non remanet omnino integer. Vnde non reſtituitur priſtinæ præſumptioni naturæ, qua quilibet præſumitur bonus, ut in capit. fin. infrà. de præſump. Et quia emendatus licet ſit idoneus in ciuili, non tamen in criminali, in qua requiruntur teſtes integerrimi. Et ita limita allegata in prin. huius gloſ. & ultra Moder. uide omnino. Pet. de Anch. in regula, ſemel malus. de reg. iur. in 6. ubi declarat illā regulā: circa quam uide etiam Bart. in l. ſi cui. §. iiſdem. uerſic. uenio ad ſecundam partem. ff. de accuſ. & ideo Bart. in l. ſi priùs. in 5. oppoſitione tertiæ partis, ff. de ope. no. nun. et in l. Caſſius. ff. de ſena. ubi intelligit in eodem genere mali. Et idem Bal. in l. fi. ff. de hære. inſti. Vide etiam Bald. in l. ex perſona. C. de proba. & Sal. in l. ſi minorem. C. de in integ. reſtit. uinet Bal. in l. non ignorat. C. ad ex lub. & Bar. in l. 2. C. de bo. poſ. infanti delata. & Pau. de Caſ. in l. q̃ intraſſet. §. fi. in fi. ff. de uerei. Aliæ gl. declaratæ ſunt in tex. uſq;

✱ *Temporales*] *Adde not. quod* ✱ *baptiſmus non liberat baptizatum à pœna delicti in præiudicium reipublicæ. eſt tñ* ✱ *opinio omnium Doct. in c. gaudemus. alleg. in text. hic, ut dicunt Im. ibi. col. 2. uerſ. alij dicunt Hoſti. Ioan. And. Anch. col. 3. num. 20. uerſ. Inno. & Hoſt. dicunt. Ant. de Butr. & Abb. ibi nu. 36. uerſ. ibi in glo. Beneficiū alicui competēs hanc opinionem tenent Ab. & Mar. Soci. in c. de his de accuſat. Card. in cle. 1. §. ſanè. q. 14. de uſur. & ipſum ſequntur, commu-*

nem q; fatetur Iod. ut de Ana. in d. c. 1. de his col. 2. Cōtra eam multa facuut & primo glo. in c. 1. 49. diſt. in. ſuper uer. ſi adhuc. ubi gl. ex illo tex. arguit, quod quis non poteſt accuſari de crimine de quo pœnitentiam egit. ut. accedit. c. in c. quicunque. 26. q. 5. & 8. q. 1. c. in ſcripturis. & 40. diſt. c. clericus el 2. & idem tenet glo. 32. q. 1. c. quod autem in glo. fi. quæ dicit, quod per baptiſmū ſit plena remiſſio quo ad omnem pœnam etiam temporalem, & adducit in arg. 1. in c. ſi nepeniteātia. de conſ. d. 4. & ibi gloſ. fin. ſuper uer. in baptiſmate. dicit quod tanta eſt uis huius ſacramenti, quod nec etiam temporalis ſatisfactio in baptiſmo remanet pro peccatis, ideo non eſt mirum ſi infamia quælibet ſibi dimittatur. Ad quod etiam facit c. 1. in fin. 26. d. & c. una tantum ibi. non etiam delicta obeſſe non ſolent ſi lauacro remiſſa fuerint ſacramēto & gloſ. in uer. non ſolent, dicit, ergo infamia ex delicto proueniens nō nocet. accedit c. 2. in fi. de conſecrat. d. 4. ibi dicit, quicquid ab homine dictum, factum, cogitatū eſt, totū abolatur & gloſ. ibi. in uer. totū. dicit. argumentum quod in baptiſmo omnis ſequela & infamia abolatur. et ſic contra commune, baptiſmus liberat baptizatū ab omni crimine. Cal. Ant. Anan. Imol. & Aoth. in d. c. de his uerſ. ſecundo ſalua iſta limitatio. Pro cōcordia diſtingue. Qñ aut loquimur in foro poli. 1. aiæ, aut in foro ſori. i. quo ad iudicia primo caſu pecdūt ad dicta citra. ibem, nam

nam in illo foro ſtatum quod qui eſt baptizatus cõceditur ei plenaria remiſſio omnium delictorũ. Scot. in 4. ſent. d. 33. & habetur de conſecrat. diſt. 4. c. ſine pœnitentia. ſecù do caſu procedit cõmuniter. nam iuriſdictiones ſpiritualis & temporalis ſunt diſtincta unde actus qui à iudice ſpirituali fit in remittendo mediãte baptiſmo, non poteſt in praeiudicium iudicis tẽporalis redundare arg. 96. d. c. cũ ad à uerum. c. nouit. de iudic. c. ſolitæ. de maior. & obed. c. cauſam quę. qui fil. ſint legit. Paul. de Caſt. conſ. xx 6. inc. pſuppoſito. col. pen. baptiſmus ergo nõ liberat à pœna exteriori in prę iudiciũ reipublicæ. cui ſtatim cõmiſſo delicto ius quaſitũ fuit. l. fin. ff. de priuat. delict. l. fin. ff. de furt. baptizatus ergo poterit puniri pro delicto cõmiſſo ante baptiſmũ. qđ etiam eſt de mente. S. Tho. p. 3. q. 69. art. 1. & 4. ſent. d. 39. q. 1. art. 4. ad quartum. & Pet. de palu. dũ dicunt. qđ baptiſmus quãtum eſt de ſe tollit omnem culpam originalem, mortalẽ, & uenialẽ, & omnem pœnam ſolui debitã in purgatorio uel in inferno, non tamen tollit pœnam quę debetur in foro exteriori. unde non tollit ſuſpẽdium à fore, &c. ut per eos ibi.

2 *Confeſſio facta*] *Adde tu, quòd licet talis cõfeſſio facta ſacerdoti non pbet in foro iudiciali, ut p Bal. in d. l. Archigerontes. tamen facta in cauſa matrimoniali probaret. Gloſſ. eſt in cap. tua nos. de ſponſ. quam ad hoc reputat ſing. Ludo. Ro. in l. ſi non ſpeciali. C. de teſta.*

ad fin. gloſſ. ibi, per ſacerdotem ſuum. Ad idem uide glo. in c. nuper. in uerbo, iuratus. in fi. ſupra eo. & Spe. in tit. de teſte. §. reſtat. uer. 16. creditur. & do. Anto, in c. ueniens. el 1. in 2. col. ſuprà, eod. & Spec. in tit. de teſte. §. 1. in 8. col. uerſic. item quòd eſt criminoſus. & Archi. & Domi. in c. quanto. 2. q. 5. & do. Ant. in c. lectæ. ſuprà de renun. & Innocen. in c. qualiter. el 1. infrà, de accuſ. & gloſſ. in c. nemo. infrà, de ſymonia. & in c. ſi peccauerit. 2. q. 1. & Domi. in c. capite. in 1. notabi. l. diſt. & Io. And. in c. quanquam ſuper gloſſ. 2. de uſuris. in 6. & gloſſ. in c. 1. infrà, de excep. & gloſſ. Archid. & Domi. in c. ipſi Apoſtoli. x. q. 7. & Imol. & alios in c. omnis. infrà de pœ. & remiſ. Et intellige,
35 quòd † ſacerdos teſtificetur de conſenſu confeſſi, ſecundum Dom. in d. c. ipſi Apoſtoli. aliàs incurreret pœnam d. c. omnis. Alleg. Io. An. in d. c. lectæ. Et hoc caſu procedet dictum Bald. in l. archigerontes. C. de epiſc. audi. ubi dicit, quòd confeſſio facta ^a in pęnitentia non facit fidem in iudicio; quia ille confitetur tanquam Deo, c. ſi ſacerdos. ſuprà, de offic. ordi. Quòd autem uolente confeſſo hoc poſſit, uide text. & Doct. in c. ſignificaſti. j. de adult. ¶ Sed dicit hic ſubtiliter Hoſtienſ. quòd licet confeſſio & pœnitentię impoſitio probetur per ſacerdotem, tamen ſatiſfactio, uel pœnitentia probatur per illos, qui uiderunt: & ſi crimen ſit occultum, ſufficit, quòd ſit occulta; ſi publicum, debet eſſe publica, non tamen ſolennis, 2. q. 1. ſi peccauerit. & ſequitur hic Pau. de Caſt. & alij. Vnde infert do. Card. quòd dicere emendationem probari per ſa-
36 cerdotẽ, eſt dictũ ineptum. ¶ Sed † utrùm probata per ſacerdotem confeſſione & impoſitione pœnitentię oporteat probare pœnitentiam peractam, eſt pulchrum, & Doc. non bene explicant: ſed do. Ab. hic in lectura antiqua colligit ex prędictis, q ſic, poſtea refert do. Card. dicere hic ex mente gloſſ. quòd ſufficiet probare confeſſionem: quia ex quo confeſſus eſt, infertur, quòd ſit emẽdatus de delicto: & ſic, quòd in eo non perſeueretur: & putat do. Abb. hic, hoc eſſe uerum, per gloſſ. ſing. in ſimili in c. de hiis. el x. l. diſt. qui notabiliter dixit, quòd ſacerdos poſt confeſſionem poteſt celebrare: quia ex quo fuit contritus & confeſſus, remiſſum fuit ſibi peccatum, licet agere debeat pœnitentiam de peccato commiſſo: & deuotius faceret, ſi agat. Et in propoſito, ex quo fuit contritus & confeſſus, remiſſum fuit ſibi peccatum. Vnde non dicitur amplius in eo perſeuerare. Non obſtat finis huius c. quod uidetur innuere, quòd debeat egiſſe pœnitentiam: quia intelligit text. quo ad pœnitentiam interiorem, iuxta c. ſi is, qui. 23. q. 4. Et iſtud mihi placet: qa gloſſ. prędictæ ad probandam emendationem exigunt tantum teſtimonium ſacerdotis, qui teſtificabitur ſolùm de emendatione, quam uidit ex actu coram ſe facto, non autem de actuali ſatiſfactione, quę per ſolum ſacerdotem non probaretur, cum per alios probari poſſit, ut eſt dictum: Erit aũt neceſſe, q ſacerdos iuret, ſecũdum Hoſt. & alios hic: quia in teſtificando non gerit uicem Dei, prout in abſoluendo, ut hic latius per Doc. Pro quibus adduco, quia tenendo aliter concurreret hic duplex ſpecialitas, primò quòd uni crederetur, ſecundò, quòd nõ
37 iurato, cõtra l. j. C. de dotis promiſ. ¶ In † ea. glo. ibi dico, quòd non. No. diligenter ex glo. ſecundum Imo. q infamis non admittitur in teſtem, etiam contra infamem, per rationem quam ponit glo. & reprobat glo. aliter tenentem in l. 3. §. Iulianus. ff. de teſti. & alleg. Bald. in l. cum mulier. circa fi. ff. ſol. mat. ubi tenet idem quod glo. hic allegando Inno. in c. intelleximus. j. de adul. & non allegat hanc glo. quæ in terminis hoc decidit, ideo tene ipſam ſingulariter menti, ſecundum Imol. Sed adde glo. idem tenentem in c. ſignificamus tibi. in glo. 1. in fi. 35. q. 1. & glo. 2. in c. fidei. de hæret. in 6. Idem tenet Spe. in tit. de teſte. §. 1. in 7. col. uer. ſed nunquid excommunicatus. & Bal. pulchrè in repe. l. cunctos populos. in 2. col. C. de ſum. tri. & Bal. allegando iſtam glo. in c. domino guerram. in tit. hic finitur lex. & Bald. & Ang. & Imo. in d. l. cùm mulier. & ibi Ro. in ult. col. allegando iſtam gloſſ. quam etiam approbant hic omnes, & facit glo. in cle. 1. in uerbo, Chriſtianos. & ibi Imo. de teſti. Non obſtat d. l. in arenam. C. de inoffi. teſt. ubi æqualitas inhabilitatis cõpenſatur, quia loquitur de actionibus, quæ ſunt inter ipſos infames, ſed hic teſtimonium proprie dirigitur iudici, cui debet fieri fides, l. quinquaginta. ff. de proba. Non obſtat l. quoniam. §. item ſe. C. de hære. ubi hæreticus contra hæreticum non opponit de hæreſi, quia, ſecundũ Bal. in d. l. j. ibi eſt ſpeciale, ut patet ex uerbo, Concedimus, & ex uerbo, Permittimus, uel ſecundum Bal. hic, illud eſt, quia damnaret in alio, quod approbat in ſeipſo, & ſic eſſet ſibiipſi cõtrarius, ut d. l. in arenam. Ratio autem huius glo. eſt illa, de qua eleganter in ipſa, uidelicet quia dato, q exceptio obijciatur contra teſtẽ, non opponens cauſam cum teſte, ſed cum parte nũ poteſt excipere de iure teſtis, & facit, quod no. Inn. c. uerũ. ad fi. ſ. de foro compe. ubi dixit, q cõtra clericum inductum in teſtẽ de crimine coram laico excipi poteſt, quia propriè excipitur cõtra partem, nõ cõtra teſtẽ, quod eſt notabile, ſecũdum Bal. in d. l. j. ¶ Et ex iſta ratione gl. inferũt hic Io. And. do. Abb. & Imo. q ipſi teſti nõ ſunt neceſſario dãda capitula ſuper exceptione, ſaluo, niſi fortaſſe teſtis uellet ſe defendere per id, quod habetur per Inn. in c. peruenit. j. de fideiuſſ. ¶ Item ex iſta gl. infert hic do. Ab. dictum Inn. in d. c. uerum. ¶ Item infert, q probare poſſum teſtes meos honeſtos, quos aduerſarius dixit, ſeu probauit malæ famæ. Quòd autem ipſe teſtis aſſumere poſſit defenſionẽ, & probare ſe innocẽtem, adducitur, quia fama ipſius grauat. licet directè cõtra ipſum nõ excipiatur, unde alias repelli poterit, ut hic in tex. & facit tex. §. ſi uerò dicat. in authẽ. de teſti. ubi teſtis poteſt oſtendere ſe liberum per chartam manumiſſionis. Et pro cõcordantia ad iſtam gl. uide aliam ualde ſolẽnem in §. ſancimus. in uerbo, ciuitate. in authẽ. de teſti. quæ cõcludit, q ſi homines unius uillæ, uel loci, omnes ſunt, infames, nõ teſtificabũtur inter ſe, Imò dicit, q etiamſi cõſentiãt,
38 iudex tamẽ nõ patietur. ¶ Extra † glo. quærit hic Pau. utiliter, quæ eſt ratio, q poſt pœnitẽtiam quis poteſt accuſari, & p exceptionem nõ? Et quòd poſſit accuſari, eſt tex. cum gl. 3. in c. admonere. 33. q. 2. & gloſſ. in c. qui crimen. 6. q. 1. & in c. gaudemus. j. de diuor. & in c. de his. j. de accuſa. & ibi dixi. Quòd nõ poſſit excipi, eſt tex. hic, & tamẽ regula habet, q cui datur actio, fortiùs exceptio, l. inuitus. §. cui damus. ff. de re iud. c. q ad agẽdum, eo. tit. in 6. Reſpondet ipſe Pa. q illa, quæ reſpiciunt bonum cõſcientiæ reſtituũtur per pęnitentiam, ut uitatio pœnę perpetuæ, ordinum ſuſceptio, ut c. fi. de temp. or. & teſtimonium, ut hic, ſed nõ ea, quæ reſpiciũt ius alterius, ut dicit gl. in uerbo, inter peccatũ. in fi. in c. Deũ. 26. di. Ad §. cũ damus. dic, q procedit, qñ ad idẽ agit & excipitur, ut no. Inn. in c. inter. in gl. 1. in fin. j. de exceſ. prælat. ¶ Vltimò, dũ tetigi ſ. de excõmunicatione, an probet crimẽ, uide etiã glo. & omnino Dominicũ 4. q. j. in ſumma. Et in materia huius decretalis uide ẽt, quod no. Archi. in c. paruuli. 22. q. 5. & Albericus in quarta parte ſtatutorum, q. 21. & gloſſ. fin. & Arch. in c. qui ſine peccato. 3. q. 7. Et ita ſunt tacta omnia neceſſaria.

SVMMARIVM.

2 *Inſpectio teſtificatorum qualis debet eſſe, ut quis repellatur à productione teſtium num. 2.*

3 *Pars licet non uideret atteſtationes ſuas, ſed alterius partis, excluditur tamen à quarta productione.*

4 *Iudex ſi aperuit atteſtationes a parte nondum uiſas, prohibetur eas producere.*

5 *Productio quarta teſtium, quando & qualiter concedi poteſt.*

6 *Dilatio una tantum an dari debeat in cauſa ciuili, an uerò plures.*

7 *Dilatio unica dari debet ad probandum exceptiones dilatorias.*

CAPITVLVM LV.

1 VLTRA TERTIAM. ¶ Quarta productio teſtium non eſt concedenda, niſi cum ſolennitate legali. Hoc dicit, & eſt pro parte expedita ſ. eodem, in cauſis. ¶ In † tex. ibi, percunctatus. Not. quod non ſufficit quælibet inſpectio momentanea actorum, ut quis excludatur à productione teſtium, ſed requiritur, quod fuerit percunctatus: quod idem eſt, ſecundum Doct. quod ualde ſcrutatus: nam dictio Per, auget, l. urbana. §. pernoctare. ff. de uerb. ſig. Et hinc eſt, quòd is, qui uidit teſtificata, tamen illa nõ plene examinauit,* non prohibetur à quarta productione, quaſi didicerit, ſecundũ Io. & omnes hic: quia ceſſat ratio finalis, ex quo non uidit illa taliter, quod poſſit ſubornare: & conſuluit Hoſt. quod quando uidit atteſtationes eſſe ſuas, deſiſtat à lectione. Et hinc eſt, quod ſi non uidit ² atteſtationes, ſed audiuit à teſtibus referentibus, quid dixerant, nõ dicitur ² didiciſſe, quia † nõ eſt iuro cantũ nec æquitas ſuadet, cũ per uiuam uocẽ non potuerit inſtrui. Facit c. cũ perſonæ. de priui. in 6. ibi, ad legẽdum integraliter exhiberi. cum gl. & poſſet eſſe ſecundum Hoſt. quòd teſtis falſum referret, c. inquiſitionis. ſ. de accuſ. ut cõplaceret, ſecundũ glo. in c. præſentium. ſ. eo. quod no. ſecundum do. Abb. ad ea, quæ dixi in c. cum in tua. in ult. concluſ. ſ. eod. & cum iſtis etiam concordat do. Ant. in c. fraternitatis. in 25. col. ſ. eod. Et talis teſtis eſt periurus, ſecundum Archi. in c. nullam. in fi. 22. q. 4. Et no. quod ſi quis ſubtraxit teſtificata, & habuit penes ſe, excluditur à quarta productione, ſecũdum Inn. & alios hic per iſtũ tex. in uerbo, ſubtraxerit. Vel etiam idem, ſi pars interfuit examinationi teſtium, & audiuit eos deponentes, ſecundum gl. in c. in primis. in uerbo, præſente. 2. q. 1. & eam ſequitur do. Abb. hic, & in c. 2. ſ. eo. & ibi dixi ſuper gl. in uerbo, audire. & iſtud approbat Imo. hic reprehendens, quod ipſemet dixit poſt Vincent. contrarium tenentẽ in c. a. ſeries. ſ. eo. quia ex quo pars interfuit, & ſucceſſiuè audiuit teſtes deponentes, uidetur ſufficienter inſtructa. Dicit tamen Domi. in c. ſciendũ. in fin. 22. diſt. quod licet quis audierit legi dicta teſtium tranſeundo, non præſumitur bene inſtructus de dictis teſtium. Allegat Inn. in c. ſciendum. Et dicit Bal. in c. conſtitutis. el 2. in fin. ſ. eo. quod non dicitur quis didiciſſe teſtificata, niſi actis inſpectis & lectis, non caſu fortuito, ſed lectis ad hoc ſciendum, arg. ff. de tranſa. l. de his contro-

3 uerſijs. ¶ Item † ſcias, quod ſi pars nõ uidit atteſtationes ſuas, ſed alterius partis, excludetur à quarta productione, ſm Inn. hic: quia tex. in §. quia uerò. in authen. de teſti. non diſtinguit, an ſuas, an aduerſarij: & idẽ glo. ibi, & Bar. in l. ſi quando. C. de teſti. & Bart. in authen. at qui ſemel. in 6. col. C. de proba. & do. Ant. in c. fraternitatis. in 27. col. ſupra eo. & Spe. in tit. de teſte. §. ſatis utiliter.

4 in ult. col. uer. quod autem dixi. ¶ Item † ſcias, quod ſi iudex aperuit atteſtationes, ſed pars nondũ uidit eas, impeditur producere, ſm Inno. hic: quod intelligit do. Car. quando parte non contradicente aperuit: aliàs admittit, ſi nõ didicit teſtificata, per c. conſtitutis. el 2. ſuprà, eod. ¶ Item ſcias, quòd ſi didicit dicta teſtium ab aduerſario, non debet ei credere: nam poſſet mentiri, ſecundum Inno. hic, & cum prædictis concordãt hic domi. Anto. domi. Card. & Imo. & dom. Abb. Quorum dictis adde Domi. in c. cum perſonæ. ad fin. princip. ſuper gl. in uerb. integraliter. de priui. in vj. ubi dicit, quod ex inuiſione atteſtationum nõ præſumitur quis plenè percunctaſſe dicta teſtium, ut ſic debeat repelli in caſu noſtro. Et adde Bald. & Imol. in l. 2. §. inſpectio. per illũ text. ff. quẽadmo. teſta. aper. ubi dicunt, quod non ſufficit uidiſſe dicta teſtium, niſi quis illa legerit intellectualiter, quo ad hoc, ut dicatur percunctatus. Et adde Bald. in authẽ. at qui ſemel. in pen. col. C. de proba. ubi dicit, quòd qui legit atteſtationes in aliqua parte, ſed non in totum, non dicitur percunctaſſe. Allegat Io. And. hic, quia niſi tota atteſtatione perfecta non poteſt ſciri effectus eius l. in ciuile. ff. de legib. Idem etiam dicit Bal. in d. l. in ciuile ponens de parte quæ incœperat legere, & notarius abſtulit ei de manibus, ut nõ dicatur didiciſſe. Subdit tamen Bald. in d. authen. at qui ſemel. quod ille, qui penes ſe ſpacio temporis habuit atteſtationes, præſumitur eas didiciſſe. Alleg. l. non eſt ferendus. ff. de tranſac. Quod limita, niſi pars portaſſet atteſtatiões ſigillatas ſigillo iudicis, ut dixi ſ. eo. conſtitutis. el 1. Et iſtis adde, quod ſcientia teſtificationum adeò ſufficit, quod etiamſi ſit facta publicatio die feriata, excluderet, ſecundũ Bar. in d. authẽ. at qui ſemel. in 5. col. ſecus, ſi examinatio fuiſſet nulla, ut per glo. in uerbo, ritè. in cle. 2. eo. tit. dixi ſ. eo. fraternitatis. Et de eo, qui legit exemplatũ, ſed non uidit originale, uide Bald. Ang. & Imo. in l. fi. ff. quẽad. teſta. ap. ¶ Et iſta declarat elegãter Bal. hic dicẽs quod ſatis eſt, quod plenè uiderit & intellexerit ſubſtantialia, etiamſi totã ſcripturam non perſpexit: arg. c. cum contingat. ſ. tit. 2. Sic intelligitur d. l. in ciuile. Quod enim ibi dicitur tota l. perſpecta, intelligitur in ſubſtantia uiſa & intellecta, l. j. §. j. ff. de his, quæ in teſta. delentur. Oportet enim percunctantem oculata fide uidiſſe: quia oculus non mentitur inſtit. de gradibus. §. ſed cum magis. Adde tamen Bal. quod etiam cæcus poteſt didiciſſe teſtificata per procuratorem ſuum, uel perſonam interpoſitam. Et hæc omnia dicit Bal. multum quotidiana. Et incidenter no. quod notarius, qui pandit atteſtationes alteri ex partibus ante quã fiat publicatio, tenetur crimine falſi,* per Bal. in c. licet. in pe. col. ſ. de elec. Ad quod etiam uide ipſum in l. fi. in 8. col. uer. extrà quæritur. C. de eden. per text. l. ſi aliquid. §. inſtrumenta. ff. de pœnis. Facit l. qui falſa. ff. de teſti. & uide Bar. in l. j. §. qui rationibus. ff. de fal. & do. Ab. in c. cum olim. el 2. ſ. de offic. deleg. Et talis notarius eſt etiam periurus quia iurat in creatione tenere ſecreta dicta teſtium, ut per Hoſti. & do. Ant. in c. ſicut. ſ. ne cler. uel mona. Et iſtis adde do. Anto. in c. uenerabili. in fi. ſ. eo. ubi poſt Io. An. firmat, quod prædixi, ſufficere partẽ audiuiſſe teſtes deponẽtes. Et idẽ tenet do. meus. in d. c. ſcien in 5. char. ſ. eo. ¶ Vltimò ſcire debes, quod Inn. hic multipliciter ponit ad materiã l. j. C. de dila. cuius dicta abbreuiãt Bald. do. Car. & do. Ab. ſed do. Ant. & Imo. latiſſimè extendũt intrantes etiã materiã l. fi. de ferijs. Sed quia Legiſtæ in dictis locis ordinariè tractãt: ideo pro ſimplici inſtructione noſtra, facias quædã notabilia ad practicã ex ampliſſimè dictis per eos. ¶ Not.

5 primò, quod † quarta productio, de qua hic, nõ conceditur indiſtinctè etiã ſeruata iſta ſolẽnitate: ſed oportet, quod petat intra terminũ, quẽ pro meta dilationũ ponit, l. j. C. de dila. canonizata 3. q. 3. §. ſpatiũ. Ita dicit hic Inn. & oẽs ſequuntur: nã ubi dicit pro producendis teſtibus, qui ſunt in eadẽ prouincia, nõ dantur ultra tres menſes: ſi ſunt in cõtinenti prouincia, nõ dant ultra ſex, ſi in tranſmarina, nõ dant ultra nouẽ. Et iſta tẽpora abbreuiari poſſunt, nõ elongari. Si ergo pars habet breuiorẽ dilationẽ, audiet ſuper quarta productione: aliàs non, niſi ex magna cauſa puta ratione impedimẽti iuſtiſſimè excuſantis: quia illam dilationẽ triũ menſiũ, uel aliã iudex prorogabit, ſaluo, niſi impedimentũ eſſet uerisimiliter diu duraturũ, quia cauſam iudex expediet reſeruato beneficio reſtitutionis in integrũ parti, quod nõ audit petens ſuſpenſionẽ cauſæ ne detur materia malignandi: ſed ſatis eſt ius ſuũ ſaluũ fore. Et iſta dicta Inn. reputant ſolennia oẽs Doc. hic. Si autẽ diceret, ex quo iudex fuit impedimentũ teſtiũ, ſentẽtia erit nulla, tum, quia nõ liquet de cauſa, tum, quia text. hoc uidetur dicere in l. quæſitum. ff. de re iudic.

reſpondet

* *Examinauit*] *Adde glo. in c. cum perſona. in uer. integraliter. de priuil. in 6. & ibi Domi. circa fin. princ. & ideo dicit Bal. & Im. in l. 2. §. inſpectio ff. quẽadm. teſtam. aperi quod ad hoc ut dicatur didiciſſe teſtificata oportet ut dicta teſtium ſint intellectualiter & mature uiſa, unde dixit Dom. in c. ſciendũ. in fi. 19. diſt. quod diſcurrẽs teſtes nõ poteſt dici eorũ dicta percunctatus. quem & Auth. allegat infra. corrupta tamen diſtin. et ut. Bar. ſ. Auth. qui ſemel. colum. 5. verſic. venio ad quartã, & ibi Decio. & ibi Bal. col. pen. uerſi. ſed pone quod quis. & ibi Sal. col. ult. q. 7. & 8. C. quom. et quã. iud. et Ioa. de Imo. in l. fi. ff. quemadm. teſtamen. aperi. & Auth. in proem. decretal. col. pen. verſicul. Adde pri.*

a *Non uidit*] *Adde tu, nunquid ſi abſque dicta teſtiũ didicerit ex relatione aduerſæ partis, iſtud habeat impedire, quòd noui teſtes non poſſint produci ſuper eiſdem articulis? Hoc determinauit expreſſè Bald. in ij. col. poſt Imo. hic. Dicit enim formaliter Bal. quod cum quis didicit dicta teſtium ab ipſis teſtibus, uel ab aduerſario ſuo quòd per hoc non impeditur nouos teſtes producere, cum non dicatur didiciſſe teſtificata, ſed nudas uoces. Facit bene, quod uult Bal. & Imo. in l. ij. §. inſpectio. ff. quemad. teſta. aper. quia oportet, quòd dicta teſtium ſint intellectualiter, & mature uiſa, aliàs non dicuntur didicita. Multo ergo fortius ex ſola aduerſariorum relatione impeditur productio. & iſta eſt ueritas.*

* *Crimine falſi.*] *Adde. l. 1. §. ſi quis & l. ſi quis obrepſerit. ff. de falſ. Bar. in l. 1. ff. de præuaric. glo. in l. ſenatus. ff. de accuſa. l. in quib. ff. de fur. l. 1. ff. de pæn. l. ſaecularij. §. ſunt præterea ff. de extraor. crim.*

reſpondet Bald.hic,ꝙ illa l.loquitur in parte abſente,non in teſte: quia non eſt ſic de ſubſtantia teſtis, ſicut partis. ¶ Item licet non ſit liquidum per hos teſtes abſentes,poteſt tamen eſſe liquidum per alios, ſecundum ipſum. Et in quantum dicit hic Inn.quòd impedito currit dilatio,licet detur in integ.reſti.dicit hic Bal.iſta uerba eſſe multùm utilia ad ſtatutum:per quod accuſatus non comparens intra 8. dies à die banni,habetur pro conuicto,& proprio ore confeſſo:quia ſi non potuit cõparere propter diſcrimina uiarum,currit ei dilatio,ſed datur in integ.reſtitutio. ¶ Item ſi ante lapſum petatur prorogatio, iudex poteſt prorogare, ſecundum ipſum. Faciliùs autem poteris iudex dilationem ſuſpendere de iure Canonico,ſi diutur nitas impedimenti aliud non ſuadet: quàm de iure ciuili, propter inſtantiam,quæ uno iure non perit,alio ſic.c.uenerabilis. ĩ de iudi. iuncta l. properandum. C. de iudi. Ita ſingulariter Imol.hic,qui poſtea præ cæteris eleganter ponit, quot modis capiatur prouincia.& dicit,quòd capitur in propoſito,prout cõprehendit ſub ſe alias prouincias:ſicut eſt Italia, quæ ſub ſe habet Lombardiam,,Romandiolam, Tuſciam, & Marchiam. Et idem Io.An.& alij hic dicentes non intelligi eo caſu de prouincia archiepiſcopali: quia in multis locis non diſtat una ab alia tribus dietis.Non etiam capitur prouincia, prout per glo. in l.fi.C.de præſcrip.longi temporis.quã allegaui poſt do.Ab. in c.cùm cauſam. ĩ. eo. Sed de prouincia,ut Italia,Gallia,Hiſpania,& ſimiles,ut l.notionem.§.1.ff.de uer.ſig.Poſtea ſubdit Imo.ꝙ prouinciæ dicuntur contiguæ in caſu d.§.ſpatium.& ſi diſtinguantur medio mari,ut Sicilia & Italia: ſecus, ſi magno: quia tunc dabuntur 9. menſes, ſecundum eum, de cuius dictis ſuper hoc uerbo,Prouincia.non obliuiſcaris. ¶ No.ſecundo,ꝙ ſi aliquis petit pro teſtibus exiſtentibus in eadẽ prouincia menſes tres,poſtea pro exiſtentibus in continenti prouincia 6.deinde pro ultramarinis nouẽ, non habebit octo menſes,ſed pro qualibet addentur tres,& ſic nouem in totũ. Ita dicit Inn.hic, licet Pet.& Cy. aliter dicant in d.l.j. Sed opinio illorũ ſeruatur,ſecundum Io.An.hic,niſi in prima dilatione. non potuiſſet producere teſtis de alijs locis,ut hic per do. Ab.dicentem hoc totũ reſidere in iudicis arbitrio. Et non credas,ſecundum ipſum, ꝙ immediatè credendum ſit parti aſſerenti ſe habere teſtes ultramarinos, quia hoc ſæpe proponeretur in fraudẽ ad litem differendã,ſed præmittitur ſummaria cognitio, ut hic per eũ,pro quo adde,ſecundũ Imo.tex.in c.ſtatutũ. §.pe.de reſcri.in 6. per quem datur remedium contra allegantem cauilloſe ſe habere teſtes in remotis partibus. Et dicit hic Inn.ꝙ ſi data eſt dilatio minor,q̃ ſint tempora iuris,faciliter prorogabitur,propterea cautũ eſt parti aduerſæ,ut conſentiat,ꝙ habeat alius integrũ tempus,ſm do.Car.hic.Et poteſt iudex ſæpe ſupplere,dũ modò non excedatur dilatio,quã requirit locus unde trahitur probatio. ¶ No. tertiò, ꝙ ſi ille,cui poterant dari tres menſes,habuit unũ, quo finito tranſacto etiã certo tempore habuit aliũ,non cõputabitur tempus mediũ à fine primę dilationis uſque ad principium ſecundæ, ſiue petens fuerit impeditus,ſiue neglexerit, ſecũdũ Inn.imputet ſibi aduerſarius, quare ſibi non prouidit faciendo citari aduerſariũ, ut hic per Doct.dicentes ulterius,ꝙ tempus dilationis eſt continuũ isto caſu,non utile,& ſic omnes dies currunt.Facit gl. in rub. ff. de diuerſis & temp.præſcript.dicens,omne tempus eſſe continuũ, niſi aliud ſpecificè dicatur ĩ iure.Et notant Doc.in cle.1.de reſti.in integ.ubi optima gl.in uerbo, continuũ.Et iſta ſunt ad §. ſpatium.q.3.ſequentia ſunt ad finem gloſſ.fin.hic,& l.fin.ff.de

6 ferijs. ¶ Not. quartò, quòd † in cauſis pecuniarijs non debet dari, niſi una dilatio ad probandum, ✱ ſaluo, niſi cauſa cognita, quia tunc poterit dari ſecunda. Et idem de alijs. Ita gl.hic quã dicit Imo.bene notandã, & eſt tex.in d.l.fi.ſecus dicens in criminali. Et ex hoc infert hic Imo. quòd dilatio data ad probandum,intelligitur peremptoria, etiamſi hoc nõ exprimatur. Facit l.j.ibi,amplius, quam ſemel. C.de dila.No. ibi Bar.in l.mãcipiorum.per illũ text. ff. de optione leg. & in l.ſi finita. §.Iulianus.in 4.col.ff.de dam. infec.& in l. ceſſante.C.quomodo & quando iudex. ubi tractat de alijs dilationibus. de quo etiam per Spe. in tit.de dilatio. §.uidendum.uer. termini autem.& glo.in cle.1.in uerbo,peremptorio.de excep.dicens,terminũ datum ad excipiẽdũ ĩtelligi perẽptoriũ.Et ita ipsã no.Bal.in l.cõſentaneũ ĩ 3.col.C.quo & qñ iudex.Et iſta declara,ut p Bal.in auth.ei,q. in fi.C.de tẽp.ap.& Ang.in §.ſi qs aũt ĩ authẽ.de her.& Fal.& Bal.in authẽ.iubemus. C.de iud.& Imo.hic in alio loco:ubi dicit, ſecus in dilatiõe ad cõparendũ,q non cẽſet perẽptoria, niſi exprimatur ut p gl.in c.de illicita.24.q.3.& probaẽ in l.ad perẽptoriũ.ff. de iudi.& p oẽs poſt Inn.in c.ad petitionẽ. ĩ.de accuſ.& Bar.ĩ d.§.Iulian⁹. ¶ No.quĩto, ꝙ in cõceſſione primę dilatiõis ſufficit leuis cauſę cognitio:putã,an calũnioſe petaẽ & moderamẽ ne excedat. d.l.j.& in 2.dilatione requiriẽ maior, uidelicet ꝙ probeẽ impedimẽtũ pſonæ, ſm Bar.in d.l.fi.& do. Ant.& Imo.hic ſubdẽtẽ poſt multa,ꝙ omiſſio cauſę cognitionis in ſecũda dilatiõe facit eã nullã, p d.l.fi.nõ diſtinguẽdo, prout Bar.facit in d.l.fi.de quo tñ p Bal. in l.pe. in prin. C.de tẽp.in integ.reſt. pet.& dicit Bart.in d.l.fi.ꝙ ſi prima dilatio nõ fuit integra,fortè minor triũ menſiũ,hoc ſolũ nõ inducit iuſtã cãm cõcedẽdi ſecũdã dilationẽ.Et idẽ tenet Bar.in cõſ.incip.ex facto proponiẽ,ꝙ ex cauſa pecuniaria. licet aliud dicat Inn.hic & Bar.in l.j.C.de dila.& in l.2. in 3.col.ff.de re iudi. ¶ Not.ſextò,ꝙ impeditus in j.dilatione, in duob⁹ diebus tñ debet habere ſecũdã dilationẽ, per q̃ tñ ſibi cõcedanẽ duo dies:& ſimiliter,ſi oẽs teſtes iurarẽt,uno excepto, p illo ſolo dabiẽ alia dilatio.Ita dicũt Iac. But.& Bar.in d.l.fi.& do. Ant.& Imo.hic,& Bal.in l.quo tpe.in j. col.C.de reſti.mili.per l.ſed & ſi per priorẽ. §.ſed cùm ferè.& §.quoties.ff.ex quib.cauſ. ma.& facit cle. j.in fi. de reſti.in iteg. Iſtud tñ non procedit in 2.dilatione legis,q cõſueuit eſſe ĩtegra,ſicut prima, iuxta auth.ei q. C.de tẽp.app. Et ita ĩtellige ꝙ not.Sali.in l.j.C. de dila. Et p hac differẽtia facit gl.fi. ĩ c.ſi electio.de elect.ĩ 6.q̃ ita allegãt Ang. & Ro.in l.ſi ita ſtipulatus eſſem à te. ff.de uer.obl.Facit l.Celſus. ff.de arbi. ¶ Secũdo limita', niſi illi duo dies abſorbuiſſent totã diligentiã habitã in j.dilatiõe, ut ſi acta & iura perierũt. Ita dicit Bar. in d.l.ſi ita ſtipulatus. Sequiẽ ibi Ang.& Ro.per illũ tex. & Bald.in l.2.C.de tẽpo.ap.& in d.§.ſed cũ ferè. Non tñ in iſta noua dilatione poterit producere alia iura, q̃ produxerit in prima, ſm Bar.in l.admonendi. in 3.col. ff.de iureiur. niſi de ipſis iuribus nouiter ſciuiſſet, ſm Sali.in d.l.j.C.de dila. ¶ No.ſeptimò,ꝙ

7 † quãuis ſuper principali denẽ prędictę dilationes, tñ ad probandũ exceptiones dilatorias nõ dabiẽ ſecunda dilatio, cũ ſint odioſæ, ex quo nõ perimunt, ſed differunt. Ita uoluit Io. An.in addi.Spec.in tt. de teſte.§. qualiter.uer. ſed cũ ſup. ſecus dicens in perẽptorijs propter magnitudinẽ præiudicij ſui,& ſequunẽ do. Ant.& Imo.hic,per c.prudentiã.§.ſexta.ĩ.de offic. deleg. & c.j. de reſti.ſpo.in 6.& c.j.de excep.eo.lib. Idẽ Ang.in d.l.fi.dicens, ꝙ habens terminũ ad probandũ excõicationẽ,ſi caſu perdidit probationes,non habebit ſm terminũ. Et ita dicit mirabiliter uelle Inn.in d.c. prudẽtiã ſup uer. probari. Idẽ Ang. in l. ſi qs ex argentarijs.§.1.ff.eden. Et poſito,quòd hoc eſſet uerum, tamen in hoc exemplo excommunicationis non multũ refert, cùm excõ-

✱ *Vna dilatio ad probandum.*] *Adde Alexã. in l. fin. per illum text. in pri. not.ff. de fe ri. Alb. in capitul. licet. in 4. not. de probat. Auth. in capitul. paſtoralis. colum. pri. de excep. Iaſo. in dict. l. fin. colum. 6. verſicu. 5. Adde tamẽ, q̃ dilationes ſiue petita fuerint, ſiue non, non ſunt de. ſubſtantia ſed de iuſtitia. Vnde ſiue petita fuerint ſiue non, ſententia dilationibus non conceſſis lata ualebit, cũ ſint medio cauſa, & uice partis, non autem conſtitutionis cõcernãt, ac probationes abſq; termino & dilatione fieri poſſint, ideo ſi non fuerint petita nõ eſt iudici imputandum, ſi autem fuerint petita & denegata imputatur parti quæ acquieuit, & non appellauit. ita concludit Bart. in l. prolatam. C. de ſentent. Licet gloſ. & Bald. ibi uideantur ſentire contrarium, nam ut ſententia dicatur lata cauſa cognita ſufficit quod ferratur parte præſente uel citata, l. in cauſæ. §. cauſa cognita. ff. de minor. et de cauſa poteſt iudici etiam per aſſertionẽ partium liquere, l. fin. ſi per uim uel aliter. Vlterius ſi dilationes non dentur, uel dentur minus breues, non eſt proditum remediũ nullitatis, ſed appellationis c. 1. de dilat. & ita quod dilatio non ſit ordinis ſubſtantialis tenet Specul. in ti. de dilat. in princ. Barto. in c. eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtit. & ibi Im. col. 7. per tex. in c. dilectus filius. de reſcr. & c. ex parte de appel. c. conſtitutus ĩ 3. de teſti. & c. interpoſita de appel. ubi probatur, quod ſi iudex non admittit exceptiones & defenſiones partis, & pars non appellat à denegatione, ſententia ualet. ita Franc. in c. dilecto. de appel. col. 4. & Bald. in l. petenda. in 3. not. per illum text. C. de in integ. reſt. pet. & in l. cum à nobis per illum. text. C. de dilat. nam iudex non tenetur dilationem parti dare, niſi petat l. j. ibi poſtulanti dare cõuenit. C. de dilat. l. 2. & ibi Bal. C. ut intra cert. tẽp. Iaco. de Aret.*

municatio habita probatione ſemper oppo
ni poſſit, d.c.i. in ſi.de exce. in 6. Sed tñ cõ
tra pdicta tenet hic indiſtinctè do. Ab. di
cens, nullibi pbari, q in exceptionib. qua-
leſcunq; ſint, debeat dilatio anguſtari. Et
durum eſſet, quòd ius parti periret, quan- *
do iniuſte fuit impedita, ut hic per ipſum.
Nec obſtant iura præalleg. quia non negãt
poſſe dari ſecundam. Nec Inno. in d.c. pru-
dentiam. illud firmat, ſed ponit in iudicis
arbitrio. Et cum hoc tranſeo. ¶ Poſtremò
ſcias, q non eſt cõſulendum parti, ut petat 2
producentẽ teſtes dare articulos, ſm Inn. *
hic, q pductus teſtis reddit inſtructior. Ita
Inn. hic, & alij ſequũtur. Sed dicit do. Car. q
etiã de iure petere nõ poſſet: licet ciñ pars
poſſit dare articulos nõ tamen tenetur: qa
ſufficit libellus, ut dixi ſuprà eod. per tuas.
Item dicit Inno. hic, quòd poſt elapſas om-
nes dilationes poteſt pars probare per con
feſſionem aduerſarij. Et ſequitur Bald. hic
dicens, quòd in quacunque parte iudicij,
& etiam poſt ſententiam, poſſunt fieri con-
feſſiones: & alleg. glo. 1. in l. Iulianus. ff. de
condi. indebi. Et refert hic do. Card. ſe con
ſuluiſſe in facto, quòd publicatis atteſtatio
nibus poſſint fieri poſitiones etiam ſuper
articulis, ſuper quibus non poſſunt produ-
ci teſtes ad probandum, per c. 1. de confeſ.
in 6. Et per dictum Innoc. hic, & probatur
tenendo, quòd confeſſio non ſit probatio.
De quo dixi in rubri. ſuprà tit. 1. ante fin.
ubi ad hoc allegaui concordantes: quibus
adde iſtas. ¶ Et ſcias, quòd ſolennitas hu-
ius literæ loquentis de quarta productio-
ne teſtium non extenditur ad quartam p-
ductionem inſtrumentorum, ſecundũ Imo.
hic. Monetur optimè per id, quod notat Io
an. And. in c. licet. el 3. ſuprà, eod. & ibi di-
xi, uerſi. fallit tertiò.

de Are. & Bal. in l. fin. ff. de fer. & Bal. in l. cum à no-bis. C. de dila. Etiã ſi ſtatutum daret certam formã ſuper dandis dilationibus, quia debet intelligi parte petente. gloſſ. & ibi Doc. in l. ſi curatoris. in uer. haberes. C. de iure deliber. l. 4. §. hoc autẽ & ibi Bar. ff. de dam. inf. Ant. in c. 1. uenerabilis. de iudic. & pro omnibus prædictis. ui. Bar. in l. in termine. ff. de adul. & in l. unica. §. cogniturum ff. de q. & in conſ. ad reprimẽdum. in uer. figura. Bald. in l. ſi quãdo. C. de dilat. Specul. eo. tit. §. Viſo dẽdum. uerſ. cæterum. & poſt præd. hoc tenet Alex. cõſil. 181. incip. in cauſa & lite. col. 2. uerſ. præterea. uol. 6. & Anth. plura cumulando, in c. licet cauſam. col. 9. uerſ. ex iſtis inferunt. ubi ponit queſt. an ualeat probatio dilatione nõ data, de probat.

Vide tamen clem. ſæpe. in uer. litis cõteſtationẽ. de uer. ſignif. quæ uolunt dilationes deliberatorias ſi petantur, eſſe de ſubſtantia iudicij. nota tamen, quod ſi ſit data dilatio, iudex ea pendente non poteſt ſententiare. l. ſiue pare. & ibi Bald. & alij. C. de dilat. Lap. allegat. 11. uerſ. ad hoc quia pendente &c. ſi ia non ceſſaret cauſa ob quam fuit concesſa dilatio, uel fuerit à iudice reuocata ualet ſententia, Lap. all. g. 81. incip. in cauſa uerſ. ad id qd dicebatur. Mil. ĩ uer. dilatio. Alex. cõſ. 34. Viſo. col. 2. lib. 2. ſeu in caſu de quo p Arg. cõcl. 324. pendente termino. &c.

S V M M A R I V M.

1 *Accuſatus de crimine non admittitur ad teſtificandum pendente accuſatione, item pendente inquiſitione, uel denunciatione.*
2 *Teſtes quot ſunt neceſſarij ad probandam ingratitudinem.*
3 *Statutum ſi dicat, quòd deſcriptus in matricula notariorum non poſſit eſſe prior, & aliquis deſcriptus in matricula fecit ſe deleri, ut poſſit eſſe prior, talis cautela non ei prodeſt.*
4 *Suſpectus recuſari poteſt, qui procurat cauſam ſibi committi.*
5 *Affectans ignorantiam habetur pro ſciente.*

CAPITVLVM LVI.

NON DIXIT. ¶ Accuſatus criminaliter non ad
mittitur in teſtem contra alium in cauſa cri-
minali accuſatione pendẽte, niſi in criminibus
exceptis. H.D. ¶ Et quid aliàs operetur pendẽ a
tia, uide glo. quæ allc. iſtum text. in c. ult. in
uerbo, pendente. de off. deleg. in 6. Et quæ ſint
crimina excepta, uide plenè in Spe. in tit. de accuſatore. in ſi.
Et talis admittitur, ſecundum Io. And. in exceptis indiſtinctè:
quia non eſt criminoſus. Vnde ceſſant obiectiones gloſſ. Dicit
tamen hic Inno. quem ſequitur Bald. hic, q etiam in excepto
crimine non admittetur talis contra eum, qui eſt bonæ famæ.
Et per iſtum text. in uerbo, in criminibus. dicitur ſecus eſſe in
ciuili, ſecũdum gloſſ. & omnes hic: nec attenditur emendatio,
prout dicit gl. quia non quæritur de emẽdatione prius quam a
1 conſtet de delicto. ¶ In † tex. ibi, accuſatione. Idem ſi pende-
ret inquiſitio, uel denunciatio: quia cũ talis prohibeatur pro
ueri, c. oipotens. j. de accuſ. non & teſtificabitur, ut hic latius
per Doc. & dicit Bal. hic. q tabellio pendente accuſatione cõ
ficere poteſt inſtrumenta, de quibus eſt rogatus, argumento l.
q ſi fortè. §. j. ff. de ſolu. ¶ Et per iſtũ tex. no. do. Ab. hic, quòd
* in omni actu, in quo requiritur integer teſtis, uel omni exce-
ptione maior, talis non admittitur. *
Adde tex. in c. 1. quot teſtes ſint neceſſarij
ad proban. ingrat. in uerbo, integræ opinio
nis. per quem Bald. ibi dicit idem per illum
tex. Dicit Roma. in l. admonendi. in 24. col.
2 ff. de iureiu. q † ad dictũ teſtis infamis infa
* mia facti non deferi iuramentũ: de quo
ibi facit text. iuncta glo. in l. 3. ff. de pop.
actio. ubi text. requirit intentantem actio-
nem popularem, eſſe integrũ: & glo. colligit
repelli infamẽ. Et adde Bal. in l. optimam.
in 2. col. C. de cõtrahen. ſtipul. ubi dixit in
famẽ infamia facti nõ eſſe omni exceptione
maiorẽ. ¶ Et hinc eſt, q ſtatutũ uolẽs, q cre
dat dãnũ paſſo, intelligiẽ, niſi ſit infamis in
famia facti, ſecundum Ang. in l. qui iudicio.
ff. de accuſ. Et iſta dant intellectum ad c. j.
cum glo. 1. de conſang. & affi. Et per illum
text. uẽ, q infamis infamia facti non poſſit
accuſare. Cuius tamen contrarium tenent
glo. & Bart. in l. qui accuſare. ff. de accuſa.
niſi dicas, ut per Imo. in c. j. j. de accuſ. ſecus
eſſe de iure Canonico. ¶ Et ſi diceretur, q
p hanc doctrinã datur uia euitandi teſtimo
niũ in criminali, ut procuretur accuſatio te
ſtiũ: reſpondet Io. An. hic, q uel præfigetur
terminus accuſanti, ut expediat, iuxta c. 1.
de reſt. ſpo. in 6. uel teſtis recipietur reſer- *
uata eius fide ab euentu innocentiæ ſuæ:
de qua ſi apparuerit, probabit ſine alio exa
mine, ſecundum omnes hic, & ualde ſignã-
ter: habet tamẽ accuſator timere talionẽ:
ideo ſm Imol. hic raro illud occurreret.
Et ſubdit Bald. hic, q ſi tñ detegeret mali-
gnitas accuſati, qui fecit accuſari teſtes, nõ
habebit locum iſta decretalis. ¶ Ex quib⁹
ſcias allegare doctrinã generalem, q priui
legium, ſeu commoditas data à iure, nihil
operaẽ in eo, qui procurauit, ſeu affectauit
3 habere illud priuilegium. ¶ Et † hinc eſt,
q ſi ſtatutum dicit, q deſcriptus in matri-
cula notariorum nõ poſſit eſſe prior & ali-
quis deſcriptus in matricula fecit ſe cancel
lari, ut eſſet prior: iſta procuratio non pro-
deſt ſibi, ſecũdum Bar. in l. 2. per illum tex.
C. de primiceri. lib. 12. Et hinc eſt, q com-
moditas data monacho capienti medicinã,
non habet locum in eo, qui per ſuperſtitio
nem ipſam affectauit, ſecundum do. Io. An.
in c. ad monaſterium. ſuper uerb. medici-
na. j. de ſtatu mo. Et hinc eſt, q tutela affe-
ctata non inducit aliquam immunitatem,
l. j. & 2. C. de his, qui ſponte munera ſub. &
l. ex ſententia. ff. de teſt. tut. & l. uxori. §. 1.
ff. de falſis. Et abſentia affectata, l. 2. ff. ſi q
cautionib. Et legata affectata non dant pri
uilegium conceſſum legatis, l. qui data. ff.
ex qui. cau. ma. l. pe. C. quo & qñ iudex. Et
a hinc eſt. q ambaſiator [a] derobatus non re-
cuperat à populo damna, ſi legationem af-
fectauit, ſecundum Bar. in l. ſi ſeruus com-
munis. §. quod dãno. ff. de furtis. ubi ita dicit
fuiſſe in perſona Io. And. Similiter, qui affe
ctauit tres tutelas, nõ excuſatur, prout aliàs
habens eas, l. ſpadonem. §. ſi. ff. de excu. tut.
Et hinc eſt, quòd ſi delinquens procurauit
accuſari in curia, in qua imponitur minor

* *Admittitur*] *Adde Rom. ſing. 469. incip. Dubitatio eſt magna. Socin. in reg. 416 fal. 3. Iaſ. in l. cunctos populos. in utraque lect. C. de ſum. trin.*

* *Iuramentum*] *Adde Bal. in l. fin. C. de reuocan. donat. Anch. in rubr. de probat. colũ. 3. Bal. in l. per hanc. C. de temp. appel. & in l. fi. C. de ſicar. nupt. & in l. un. in 3. opp. C. de his qui pœn. nom. Barb. in c. prudentiam. §. ſexto. col. 3. de offi. deleg. & ſ c nouit. de iudic. Arch. Ioan. And. Gem. & omnes ĩ cõtter. in c. pia. in uer. aptiſſimi. de excep. in 6. Socin. conſil. 136. incip. præſtantiſſime doctor. colu. 3. lib. 1. Guid. papa conſ. l, 31. incip. circa donationem ĩ 3. dub. Bar. Imol. et Alexand. in l. an prætor. §. ſi iudex. ff. de re iud. Iaſ. in l. admonẽdi. alleg. in tex. col. 96. Anch. in d. rub. de proba. Im. conſ. 35. col. 6. Card. cõſ. 115. inc. pro magiſtro. Qualiter aũt probetur ingratitudo iuxta terminos Anth. Inc. ui. Spec. ĩ tit. de notor. crim. §. fama. uerſ. Quid ſi agẽti. An aũt pbationes factæ contra ĩgratũ in cã criminali probet ingratitudinem in cauſa ciuili. ui. not. per gloſſ. & Doctor. in c. ueniens. ĩ. hoc tit. Bar. in l. 2. ff. ui bon. rapt. & in l. ea apud quẽ. C. de edi. Anth. in c. cũ qua. hoc eod. tit. & Imol. d. conſil. 35.*

a *Ambaſiator*] *Adde quod in ſimili ponit Bald. in ca. 1. an agna. uel filius in ſimili dicit, ſi uaſallus uadit ad ſeruitia domini, & derobatur in*

pœna,talis præuentio non proderit,ſecundum Bald. in l. ſi ſeruus plurium.§. ſi quis tamen.per illum text.ff.de legat.j.& idem dicit ibi Angel. ſi procurauit accuſari, ut non inquiratur contra eum. Et hinc eſt, ꝙ ſi eſt facta remiſſio omnium commiſſorum tempore guerræ,non prodeſt illis,qui ſciebant remiſſionem futuram,ſecundum Bal. pulchrè in l. j. §. hæc actio. ff.ſi quis teſta. liber eſſe iuſſus fue.& ſubdit Bart.quòd milites ſperantes ſibi remitti tempore pacis, ſi probet eos per hanc ſpem deliquiſſe, nõ dabitur uenia. Et hinc eſt, quòd qui contrahit multa debita, ut poſtea liberetur cedendo bonis,non liberabitur,ſi de hoc apparuit,ſecundum Angel.in l.ſi quis.de ceſ. bo.Et hinc eſt,quòd ſi ſeruus percutiat clericum,ut habeat occaſionem eundi Romã, non reportabit eam commoditatem, c. relatum.j.de ſen. excõ.Et hinc eſt,quòd non prodeſt habere titulum procuratum ad finem expellendi aliquem contra ſe,ſecundum Bar.in l.ſiue autem.§.ſi duobus. ff. de Publicia.Et hinc eſt,quòd citatus ad curiã, qui procurauit,ut caperetur à iudice ſeculari,debet poni in contumacia,cle. 2. §.illis.de pœnis.& ibi glo. in uerb.procurauerint. Et hinc eſt, quòd licet uocato delegato à ſuperiore negotium ſuſpendatur tamen fallit, ſi pars hoc procurauit, capit. paſtoralis.§.ſi.de offic. dele.Et hinc eſt,ꝙ ſi ille,cui ſuperior ſcripſit, ut eum expectaret,procurauit uocari à generali ordinis, non prodeſt ſibi,ſecundum Fede.conſ.3. & ſequitur do.Ab.in c.propoſuiſti.in pe. col. ſ.de foro compe. Et hinc eſt, quod electio religioſi procurata eſt nulla, c. ſi religioſus.de elec.in 6. Et hinc eſt, ꝙ ſi epiſcopus procurauit negligentiam Canonicorum, ut ſuppleret iure deuolutiuo, non deuoluetur ad eum poteſtas,ſecundum Inn.in c.irrefragabili.in medio gl.maioris,ſ.de offic. or.& uidetur tex. in c.poſtulaſtis. j.de conceſ.præben.Et hinc eſt, quòd † qui procu- 4 rat cauſam ſibi committi, recuſari poteſt, ut ſuſpectus, ſecundum Arc.in ca. ſi contra unum:de offi.deleg.in 6.Allegat Inno. ubi proximè.Et hinc eſt,quòd dans alapam teſti,ut eius teſtimonium euitet tanquam inimici,non iuuatur ex hoc,ſecundum Bar.in l.1. §. cùm quis. per illum text.ff. de quæſtio.& Bal.in authen. ſi dicatur.in pen.col. C.de teſti.& in l.ſed & ſi quis. ff. ſi qs cau. & in l.2.§.ſed ſi agant.ubi bonus text. ff. de iudi. & Ro. in l.facere. in 3.col. per illum tex.ff.ſol.ma.Et hinc eſt, ꝙ priuilegia data officialibus non habent locum in procuratib.officia,ſecundum Bar. in l. uniuerſi. C. de legatio.lib.1 n.& Ro. quem uide in l. ſi uerò.§.de uiro.in 36.fal.ſol.ma.Et hinc eſt, quòd ſi quis fideiuſſit pro aliquo,qui aufugit,& fideiuſſor fecit eum bannire, ut excuſetur ab eo præſentando,non iuuatur, ſecũdum Bart. in l.ſi uero, in prin. ff. qui ſatiſ. a cog.De quo tamen ibi per Fulg. [a] qui ſub tali ratione in hoc tenet contrarium. Et 5 hinc eſt, quòd † qui affectauit ignorantiã, habetur pro ſciente, ſecundũ gl. in uerbo, affectata.in c.2.de tem.ord.in 6.& gl. j.in c. ad falſariorũ. ſ. de crimi.fal. Et hinc eſt,ꝙ procurans neſcire citationẽ, habetur ꝓ citato,cle.j.de iud. Et hinc eſt,ꝙ ſi aliqui habent priuilegium nõ ſoluendi quartam de legatis factis pro emẽdis equis,& procurãt, ut relinquatur pro illa cauſa, teneatur ſoluere quartam,per c.in noſtra.cum glo. in

tur in itinere, an dominus teneatur ſibi ad emendam? & ibi dicit, quòd non: quia in hoc contractu nõ ueniunt caſus fortuiti. Sed diſcretus dominus bene faceret compatiendo ſibi ĩ emendando damnum,iuxta glo. in l.inter cauſas.§. ſi ff.mãdat. Adde Imo. in c. ſicut. de iureiurand. Adde ad iſta,quòd ſi aliquis expulit famulum de domo, ut poſtea poſſet pro eo teſtificari, talis cautela non prodeſt ei.Ita Bar.in l.1. § ſi ſeruus. el 2. ff. de quæſtio. Adde Feli. in c.in literis. ſuprà, eod. in quinta fallentia.

a *Per Fulg.*] *Adde in ſuſtinendo Bar. & fac regulam, quæ ſeruiet ad multa.quòd cũ affectata & malitioſè procurata, quæ aliàs prodeſſet, non prodeſſet, etiam quo ad remedia de iure communi competẽtia. Et ad hoc probandum facit text.in l.ſpadonem.§.ſi ff. de excuſ. tu. & §. tria onera. Inſtit. eod.Itẽ facit text. in l. uniuerſi . ubi Bar. C.de legatio. ubi officia publica, uel dignitates publica, quæ aliàs præſtant immunitates ab oneribus, tamen ſi ſunt procurata,nullam immunitatem præſtant. Poteris tamẽ ad omnia iſta reſpondere,et etiã ad l. data . ff. ex quibus cauſ. ma. quòd loquantur, quando immunitates, uel exẽptio cõceditur propter aliquod onus.Quis autem procurauit tale onus, non exímitur.Et ratio ẽ: quia non cenſetur onus , ex quo illud affectauit. Tamen ut regula procedat , adde bonum text. in l.ſi ſeruus*

uerbo,dolo.j.de ſepul.Et iſta ſunt utilia,& non uulgata, contra multos, qui ambitione & affectatione extollũtur,ut carere debeant commodis affectatis. Et ideo non eſt mirum, ſi ea, quæ ſiunt motu proprio principis, latè interpretantur,ut habuimus in c.cauſam.el 2.ſ. eod.Et ita finem faciamus pro hoc anno quarto.Sequentes titulos (Deo fauente) complebimus anno ſequenti,in quo breuior & uobis minus oneroſus eſſe intendo.De multis autem imperfectè & immaturè dictis ueniam dabitis, & non ocio aut inertiæ attribuatur,ſed ætati noſtræ.Si quid autem nouum, aut bene ord natum habuiſtis,Deo in primis attribuatur.deinde accenſo feruori & quotidianæ aſſiduitati ueſtræ:quibus me omnes uobis uniuerſis & ſingulis perpetuò deditiſſimum,& uinculo indiſſolubili obnoxiũ conſtituiſtis.

plurium. §.ſi quis. ff.de leg. 1 .ubi factum, quod aliàs prodeſſet de iure communi, & liberaret, ſi ſit procuratum, nihil prodeſt. Et ideo Bal. Angel. & Mod. ibi dicunt, quòd ſi delinquens procurauit ſe conueniri coram officiali minoris curiæ,ubi minor pœna imponitur pro delicto, iſta procuratio non patrocinatur ſibi. quia proceſſus factus contra eum corã officiali maioris curiæ ualebit.Item facit, quòd licet propter negligentiam capituli,actus deuoluatur ad epiſcopum,c. irrefragabili.§.exceſſus.de offi.or. tamen ſi epiſcopus hoc procurat,ad eum non deuoluitur, ſecundum Inn.& alios ibi.Et per iſta defenditur opinio Bar.

De teſtibus cogendis, uel non.

TITVLVS. XXI.

IN QVANTVM. Goffredus & alij antiqui cõtinuantes hanc rubricam, dicunt, ꝙ officium teſtis eſt quaſi publicum: adde Innocen. in c. nihil eſt ꝑpe ſi.ſ.de elec. ubi dicit, ꝙ licet reddere teſtimonium ſit publicum officium,l.j. ff. de teſti. notat ſingulariter gl.ſi.in l.ſi filium.C. de lib.cauſa. tñ teſtis illud officium non reddit ratione publici officij,qđ hẽt. Et hinc eſt,ꝙ rõne criminis repellit,nec prodeſt tolerãtia,ſicut in alijs officijs publicis, ut c. teſtimoniũ.ſ. ti.j.Et iſta uerba ſequitur do.Ant.& Imo.in d.c.teſtimonium. in prin.& do.Ant. in c.fraternitatis.in 30.col. co.tit.& do.Ab. in d.c.nihil.i ult.col.& hic,& in c.ſciſcitatus.3.col.ſ.de reſcri. & in c.ſi.j.eod.& do.Card. in repe.c.perpendimus.in j.col.j. de ſen.excom.& Bal.in c.j.§.inter pares. in ſi.de l.Corradi. & idem Bal.hic,adducens:quia ſi officium teſtis eſſet omuino publicum,id eſt,principaliter & ſecundario,mulier non poſſet eſſe teſtis,l.fœminæ.ff. de reg. iur.& tamen poteſt,l. qui teſte.§. mulier.ff.de teſta.ut hic latiùs per ipſum ponentem, ꝙ officiũ teſtis poteſt eſſe aliquando autoritate publicum & utilitate priuatum,& etiam autoritate & utilitate publicum, ut in cauſis criminalibus. Et quia de iure ciuili faciliùs compellitur teſtis in criminali,quàm in ciuili,ut dicetur in c.dilectorum. j.eo. ideo dicit ipſe ꝙ de iure Ciuili eſt magis publicum,ꝙ̃ de iure Canonico,ſecundum quod dicit ipſum eſſe quaſi publicum. ¶ Item in quantum in hac rubrica præſupponunt do. Ant.& do.Ab.& alij, ꝙ ad officia publica poteſt quis compelli:declara iſtud ex his,quæ ſcribit Cyn.in l.inuitus. C.de procurat. quem aſſumit Pet.de Ancha.in c.licet.ad ſi. de procur. in 6.& aliquid per Bar.in l.filiusfamiliàs.§. inuitus.ff. de procur.& Inn.do.Ant.& Imo.in c.j.de his,quæ ſi.à ma.parte c. & Ro.pulchrè poſt Imo.in l.dotem.quam legit ſub lege,liberta.ff. ſol.matrimi. in pen.& ult. col. & Bald.poſt gloſſ.in l.præſes.C.de ſuſpe.tut.& gloſſ.in l.2.ff.quod quiſq; iuris.Et in eſſectu dicitur,quòd ſi eſt officium authoritate & utilitate publicum,uel authoritate tantùm publicum,ut tutoris & teſtis,poteſt compelli:aliàs non: procurator autem ★ non compellitur, ★ ut l.inuitus.C. de procur. propter utilitatem officij, ut ibi ꝑ Bal. Ad officia autem eccleſiaſtica quãdo quis poſſit inuitus aſſumi,dic,ut per do.Ant.do. Abb.& Imol.in c.ſi.ſ.de poſtula.præla. per

★ Non compellitur.] *Adde text. in l.1. in princ.ff. mand.inſtitut. eo. tit.§. mandatum. l.in*

l.in commodato. §. ſunt. ff. commod. l. filiusfamilias §. an mi ... ff. de procur. cum ſimil.

gloſ.in c.ante omnia.40. diſt. & in c.fi.3. q. 6 & in c.omnis.7.q.j.& in c.ſcripturis.8.q. j.& in c.diſplicet.23.q.4.& Ioan.And. in c. ſi electio.de electi.in 6.Et concluditur pręciſam coactionem pertinere ad ſolum Papam,& peccare eum qui dignus eſt, ſi non acceptat. Et generaliter, teſtis compellatur teſtificari, dic, ut in Specul.titul.de teſte.§ de teſtium compulſione. per totum,& Bal.hic,Hoſtienſ.& alios Summiſtas in hoc tit. & dicetur in diſcurſu. Et uidetur Bal. hic pro conſtanti finaliter ponere, ubicunque eſſet magnum damnum proximi, & lucrum aduerſarij,uel ubicunque eſſet ſcandali periculum, debent teſtes compelli. ¶ Item ubicunque teſtes ſunt rogati quia tam acceptauerunt officium teſtificandi. unde ipſum recuſare non poſſunt, ut hic per ipſum latius.

SVMMARIVM.

1 *Inducas & moneas: an per hæc uerba datur poteſtas compellendi.*
2 *Examinator teſtium qualiter uocatur.*
3 *Teſtis tacens ueritatem punitur ut dicens falſum, niſi deponat non iuratus, uel niſi promiſerit tantum reſpondere ad interrogata, & num. 4. 5.*
6 *Accuſatus ſi negat ueritatem, an & quando peccet.*
7 *Et in eo, qui falſum deponit contra ſe.*
8 *Priuilegiati ut non cogantur teſtificari, non gaudent priuilegio, ſi ueritas aliter haberi non poteſt.*
9 *Teſtis ſi recuſat teſtificari, eo ipſo præſumitur contra eum.*
10 *Examinatio teſtium an poſſit committi indiſtincte in cauſa ciuili.*

CAPITVLVM I.

CAVSAM. ¶ In cauſa ciuili monendi & inducendi ſunt teſtis ad teſtificandum, &
1 ſi ſe ſubtrahũt gratia & odio,&c.cõpelluntur. H.D. ¶ In † text.ibi, moneas & inducas. ✱ Nota iuncto ſi. ſecundũ do.Ant.Imo.& Ab. per hæc uerba non datur poteſtas compellendi: ad quod uide latiſſimè Domi. poſt Ioan. And.in c.ſi pauper. de præb.in 6.& do. Card.in cle.j.in 6.q.de offi. dele.ubi idem tenent per multa reſpõdendo contrarijs,quamuis Spec.in ti. de reſcri.præſent.§.ratione autem formæ. ad fi. uerſ.item ſi Papa rogat.& Fede.conſil.169. incip.primò quæritur.aliter dicant. Et de hoc latius dixi in quadã mea repe. c. 2. j. de ſpon.ubi do.An.& do.Ab. idem tenẽt, qđ hic. ¶ In text.ibi,nuncio.Not.iudicem poſſe committere receptionem teſtium etiam in cauſa matrimoniali: de quo j. in gl. Et poteſt appellari nuncius,ſecũdum do. Ab. hic: qñ examinatis interrogatorijs & capitulis iudex mittit notarium ad examinandos teſtes:quia nullam habet iuriſdictionẽ, ſed nudum miniſterium,iuxta no.in cle. j. de offi.deleg.& uidetur tex.in c.2. de iudi. in 6.etiam per do.Abb.in c.quoniam con-
2 tra.j.tit.2. ¶ Quandoq; † etiam iudex ſimpliciter committit receptionem teſtium,& tunc ille propriè non appellatur nuncius, ſed iudex,ſeu cognitor, ut d. cle.j. eum ibi no.in uerbo,Iudices. ¶ In gl.j.ibi, committit mortale. Quomodo tacere ueritatem
✱ ſit mortale, ✱ declara ut pulchrè per do. Ant.Imo.& do. Abb. hic, dicentes in effectu latiſſimis uerbis, ſi ueritas aliter haberi poſſet,non eſt peccatum eam occultare. Et idem, ſi taceatur ſolum ad commodũ proximi, putà in criminali: & hoc ante quis ſumpſerit officium teſtificandi. Si enim aſſumpſiſſet, ſemper debet dicere uerum,ut hic per ipſos,& per gl. j. in c.quiſquis.11.q.3.& in c.ne quis in uerb.iocoſitatis.22. q. 2. & late beatus Tho. 2. 2.q. 70.art.2.Imo.& do.Ab.in c.1. j.de crimine falſi.& Bal.in l.presbyteri.la j.in ul.col.C. de epiſ. & clericis. Et uide do. Ant. & Imo.in c.1.in notabilibus.ſ. de proba.ubi dicunt p illum tex. tacere ueritatem non eſt peccatum,ubi

✱ Moneas et inducas] Adde Ant. de Butr. & Abb. in c.2. de ſponſal. & ibi Anth. col.3. verſ.tertio nota ſecundum Dom. Anton. ad quem locũ etiam hic ſe remittit.& no. tex.in c. præterea, & in c. cum tua eo.tit. de ſponſal.in c.cum ſimus.de regular. in ca.excommunicamus. §. moueatur. de hære. & Ioan. And.in cap.ſi pauper.de præb.in 6. Car.in clemen.1. de offi.deleg.q.11. alleg. ab auth. hic.

✱ Mortale] Add. de Specul.in tit. de teſt. §. Qualiter. uer.& nota. & in §.de teſt. compulſ. verſ. quid ſi quis.

quis non arctatur ad illam exprimendam:& ſic in contentioſo foro non neceſſitatur quis ex toto ſequi iudicium animæ. ſecundũ eos ſed intellige, niſi ex occultatione daretur lucrũ cum aliena iactura quia etiam in materia d. cap. j. prouide-
3 retur, ut alias ibi dixi in 5. fallentia. ¶ Vtrum † autem teſtis tacens uerum, puniatur de falſo, ſicut ſi falſum diceret: text. uidetur quod ✱ ſic,in cap. 1. j.de crim.fal.& firmat Bald.in cap.fraternitatis.in fi. ſ.ti. j.& Bar. in l.præſcriptione.per illũ tex.in fi.C.ſi contra ius,
✱ uel uti.pub.& Bal.& Ang.in l.argẽtarius.✱ §.cum autem.ff.de eden. ¶ Sed illud li-
4 mitatur primo, dum † modò teſtis iurauerit dicere plenam & meram ueritatem:ſecus,ſi iuraſſet tñ ad interrogata reſpondere. Ita dicit do. Anto. in c.ſuper literis.ſ. de reſcr. per text. quem dicit eſſe ualde notabilem, in c.cum dilecti. j.de accuſ. ſed Imol.in d.c.ſuper literis.& Apanias in d.c.1.tenẽt contrarium dicentes, text.in d.c.cum dilecti. loquitur in inquiſito reſpondente:ſed nos loquimur in teſte, qui debet dicere ueritatem pro utraque parte,ut dicit glo.fi.in d. c.fraternitatis. Et pro hoc facit:quia forma iuramenti non eſt illa, quæ facit teſtem incidere in falſum magis,quàm ſi non iuraſſet,ut ſolenniter per Io.An.in regula,non eſt ſine culpa.de reg.iur.in 6.in
5 Mercur. ¶ Secundò † limita, dum modò teſtis,qui tacuit uerum, fuerit iuratus, aliàs non tenetur de falſo tacẽdo uerum, ſecundum Bald.in c.ſi qui teſtium.in 2.col.ſ.titul.j. & c.q.ſi de inueſt.inter do.& uaſal.lis ori. & in l.data opera.in 10. col.C. qui accuſ.& in l.presbyteri.la j.in ult.col.præalle.& alleg.glo. in d.c.ne quis arbitretur. Dicit tamen Bal. in d.l. data.& in d. l.presbyteri. ratione doli punietur pœna criminis ſtellionatus,per l.3.in prin.ff.de crimi.ſtellio. Sed illa limitatio impugnari poteſt:quia eo ipſo, aſſumpſit officium teſtificandi,nõ attenditur, an iurauerit, uel non, quo ad hoc, ut puniatur de falſo:ut per Io.An.in d.regula, non eſt.& Bar.in l.ſi quis legatum.ff.de falſis.cum ſi. ¶ Tertiò limita, niſi taceat ueritatem, ex eo quia ſubtrahit ſe à teſtificando quia licet peccet, non tñ punietur,ut falſarius,ut clarè per Bal. in dictis locis, maximè in d.l.presbyteri.quia nondum uidetur eſſe teſtis, ut per gl.in d.c.ne quis.niſi pecuniam accepiſſet , ut ſe ſubtraheret, l.j. §. ſed & ſi quis.ff. de quæſtio. & ibi not.Bart. tradens practicam procedendi contra talem teſtem. Et pro hac limitatione uide glo.plenè in c.notificamus.35.q.6. quæ dicit, quòd teſtis non punitur de falſo ante quàm dixerit teſtimonium: & eam not. Bal.in d.l.data. Et adde, teſtis tacens uerum debet puniri criminaliter,& tenetur ciuiliter ad intereſſe parti, ſecundum Bal.in l.nullum.in j.col.C.de teſti. Cui aũt incumbit onus probandi ueritatem nõ poſſe aliter haberi, dicetur j.eo.ſuper eo.
6 Et in quantum do.Ab.dicit hic incidenter. ſi † accuſatus negat ueritatem,peccat,allegando ſin ſimili Bart.in l.relegati.ff. de pœn.& gl. in cle.paſtoralis.in uerbo,per uiolentiam. de re iudi.ubi dicitur iuſtè cõdemnatum peccare,ſi fugit. Confirma ex notatis per glo.in c.inſgentium.in uerbo,ſeruitutes.j. diſt. & Pet.de Anch.in repe.c.j.in 41.col.ſ.de conſtit.& Inno.in c. quia plerique.paulo poſt prin.j.de immu.eccle.& Pe. de Anc. in cle.paſtoralis.in 14. no.& beatus Tho. 2. 2. q. 69. arti.j. & Ro.in l.ſtipulationes non diuiduntur.in 43.colum.ff.de uerb. obl.& Pe.de Anc.in regula,poſſeſſor.in 7. chart.uerſic.tertiò quæro.& in regula, peccatũ.in 7.char.uerſi.ego credo. de reg.
7 iur.in 6. ¶ Item † in quantũ ipſe dicit,quòd deponens falſum contra ſeipſum peccat,per c.ſi non licet.22.q.5. uidn eundem in c.ex parte.el 2. in j.not. j.de ſepul. ubi dicit, quòd ſi confitentes de ſeipſis falſa crimina, non reuocant confeſſionẽ ſaltem in extremis, non ſaluantur. Allegat d.c. ſi non licet.per quod ſit cautus ſacerdos audiens confeſſionem morituri, qui fortè propter tormenta de ſeipſo mẽtitus eſt & perſeuerauit.
8 ¶ Item † in quantum dicit hic Hoſt.quem omnes multum ſequuntur,quòd priuilegiati ut non teneantur teſtificari,de quibus 4.q.3. §. item l.Iulia.& per gl.pen.in c.ſuper eo.j.eo.non gaudent priuilegio , quando ueritas aliter haberi non poteſt. Adde Spec.eadem tenentem in tit. de teſte.§. de teſtium compulſione.in princ.& do.Ant.in c.cùm à nobis.in ult.col.ſ.tit.j. & gl.in uerbo,occultetur. in c.quicquam.14. q.2. & do.Anto. poſt Hoſt.in c.cùm nuncius.in ult.col.ſ.tit.j. & do.Ant. & do. Abb.in c.dilectorum. j.eo.& Imol.in c.3. j.eod.& Arch.in c. ſtatuendum.2.q.6. Et ita credo limitandam l. nec honore. cũ materia.C.de epiſc.& cler.& ſic erit differentia inter priuilegiatos

✱ Argentarius] Adde ibidẽ Alex. in §.fin. & Bald.in in margar. in uer. teſtis.

ſtatoꝝ ſolum, quando ueritas aliter haberi poterit: quia tunc non compelluntur priuilegiati, ſed alij ſic, & intellige, niſi ali qui eximerentur à teſtimonio: non quia eſſent priuilegiati, ſed aliter inhabiles: quia etiam in anx.lium ueritatis non admittentur, quando materia eſt talis, quæ de ſui natura aliter ſciri poſſet, ut per gloſſ.fin. quam ſic intelligo in l. inuiti. la j. ff. de teſt. Et adde, ꝙ ſi tales perſonæ citantur & compellantur uenire ad teſtificandum, & poſtea non allegantes priuilegium ſponte teſtificantur, ualet teſtimonium: ſecus, ſi in actu teſtificandi cogantur. Et ita dicit Bald. in l. ſi quando in 2. col. C. de teſti. & in l. parentes. in j. col. §. eod. dicens ſe illo mane conſuluiſſe. Ex mente ipſius in dictis locis colligitur ratio, quare dictum metu tormentorum non obligat, l. marius. cum ſi. ff. de quæſtionib. & tamen ualet dictum teſtis coacti: * quia ſi teſtis diceret, ꝙ dicto ſuo fuit illata uiolentia, ut ſic diceret, & probaret, dictum eſſet nullum: ſed ex hoc, ꝙ probet ſe inductum ad teſtificandũ ui, non poteſt dicere dictum fuiſſe meticuloſum: quia diceret ſe periurum, cùm iurauerit uerum dicere, niſi etiã iuramento fuiſſet illata ui, ut iuraret ſic dicere: ille aũt, qui fuit tortus, non iurauit uerum dicere, & ideo allegans metum auditur: & ſi per uim iuraſſet aliquid dicere, etiam in eo iuramentum non ligaret, c. quamuis. cum ſi. de pac. in 6. ¶ Erit etiam alia differentia inter illos: quia territus à tormentis non liberat ſe, niſi confitendo contra ſe: ſed teſtis, quomodocunq; dicat, liberatur, & ideo non excuſatur ex eo ſolo, ꝙ inuitus ad examen uenerit, quia poterat reſpondere, ut uolebat: ſed tortus ſolùm uno modo

Coacti] Adde * *an & quando aſſertio facta metu torturæ ad quam quis poni non potuit probet, & quãdo non, licet in illa perſeueret, uide Socin. conſ. 253. incip. in cauſa domini Ioannis. uerſ. præterea ille teſtis. p. 2. ubi de materia torturæ teſtibus inferenda.*

9 exigebat metum, ideo auditur. ¶ In † gl. 2. ibi, præſumitur contra ipſum. No. ꝙ præſumitur contra teſtem eo ipſo, ꝙ teſtificari recuſat. Idem gl. in c. ſuper eo. & c. cæterum. & c. dilecto-
* rum. j. eo. Sed Inn. Hoſt. & cõmuniter * omnes hic, & do. Ant. & Imo. in d. c. ſuper eod. dicunt hoc eſſe uerum in cauſa ciuili: quia niſi appareat aliqua cauſa, quare ſe ſubtrahat, præſumitur contra ipſum: ſecus in cauſa criminali, quia tunc non præſumitur cõtra ipſum, niſi appareat, ꝙ timore ſe ſubtrahit, iuxta d. c. ſuper eod. cum regulariter in criminali eeſſet compulſio, ut dicetur j. eo. dilectorum. ¶ In glo. fi. ibi, eſſe in præſentia. No. ꝙ in cauſis criminalibus non committitur examinatio teſtium: de quo ſatis diximus in c. cùm cauſam. ante fi.
10 §. ti. j. Sed ibi dictis adde Bal. hic dicentem, ꝙ † in cauſa ciuili quantumcunque graui poteſt committi examinatio teſtiũ, ſicut hic eſt cauſa matrimonialis, ut etiam per do. Car. in cle. 1. de off. deleg. Sed in criminali dicit Bal. ꝙ non poſſunt recipi teſtes ab alio, niſi habeat merum & mixtum imperium: putà, per poteſtatem illius fori non ſunt teſtes ex commiſſione iudicis cauſæ: nam in aliena diœceſi, uel territorio, non poteſt citare eos, ut ueniant coram ſe, niſi hoc habeat conſuetudo, l. 3. in fi. ff. de teſti. & eſt ualde notabile ſecundum eum, ꝙ conſuetudo poteſt inducere, ꝙ quis poſſit in alienos ſuam iuriſdictionem exercere. Et idem probatur ultra ipſum in c. cùm contingat. ſuprà, de foro compe.

S V M M A R I V M.

1 *Excommunicatio non debet ferri, niſi hæc præcedant, culpa, mora & offenſa.*
2 *Iudex an poſſit mulctam imponere in primo præcepto.*
3 *Citatus ad certum terminum non expreſſa hora dici tenetur comparere tali hora, quòd poſſit complere negotium ad quod citatus eſt.*
4 *Iuſſus comparere ſub pœna excommunicationis, ſi impeditus non comparuit, eſt excommunicatus: tamen faciliter abſoluitur.*
5 *Excommunicatio non dicitur nulla, niſi hoc ſit iure expreſſum. Limitatur hoc tribus modis, ut num. 6. 7.*

CAPITVLVM II.

CVM SVPER cauſa. ¶ Vbi teſtimonium eſt neceſſarium, compellendi ſunt teſtes etiam per ſuſpenſionis, excõicationis & depoſitionis ſententiam. H. D. ¶ In tex. ibi, neceſſarium. No. teſtes compelli, ubi eſt eorum teſtimonium neceſſarium: quia ueritas aliter ſciri non poteſt. Sed idem dic, ſi eſſet utile, dato ꝙ aliter ſciri poſſet: quia non priuilegiati compelluntur, ut dixit Hoſt. §. c. pro ſi. & facit gl. fi. in cle. j. de procu. exponens neceſſarium, i. utile, ſecundum do. Ant. & Imo. hic: quibus adde Car. in c. uenerabilem. §. de ele. & ſequitur ibi do. Abb. in pe. col. ubi dixit, ꝙ ubi ſicut ratione neceſſitatis poteſt ueniri contra iuramentum, ita ratione magnæ utilitatis, quando non eſt ſuperior. Et adde do. Ab. in c. & ſi Chriſtus. in 2. no. j. de iureiu. ubi dicit ita eſſe omninò licitum iurare pro magna utilitate, ſicut pro neceſſitate, licet ille tex. ſolum dicat de neceſſitate. Adde etiam Domi. in c. j. in fi. j. de iura. cal. in 6. ubi propter gl. in uerb. utile. dicit, ꝙ utile non importat neceſſarium: & ita excuſant gratias, in quibus pleruq; dicitur neceſſarium, quod eſt utile: nihilo minùs in iſto tex. ſumitur neceſſarium propriè, cum loquatur de clericis, qui nõ coguntur niſi in caſu neceſſitatis, quãdo ueritas aliter, &c. ut dicit gl. 3. in c. ſuper eo. el j. j. eo. ¶ In tex. ibi, ſi uerò. No. bonam practicam, ſecundum do. Ant. & do. Abb. ut contra abſentem. maximè in longinquo, in eadem ſchedula citationis apponãtur tres termini cum tribus pœnis. Et colligit Bal. hic, ꝙ licet pendente una dilatione non poſſit dari alia, l. ſiue pars. C. de dila. uerum eſt diuerſo tempore, ſed ſemel põt dari: quia una pendet ex altera, & dicit eſſe tex. fin. ubi in uno edicto põt fieri plures citationes ſubiunctiuo modo propter difficultatem citationis: & approbat gl. in uer. una. in c. conſtitutionem. de ſen. excom. in 6. de qua per do. Abb. in c. cum ex literis. §. de reſt. in integ. & pleniùs Imo. & Ro. in l. cõtumacia. ff. de re iud. ubi examinat, quando poſſit fieri una citatio pro omnibus. Videtur tñ, ꝙ in tex. iſto fuerit cõminatio, quo ad pœnas, non prolatio pœnæ, ſecundum Abb. hic: cui adde Bal. in rub. C. commina. uel epi. uerſi. modò ego quæro, quomodo cognoſcam. & Sali. in l. j. C. eo. tit. & pleniùs Spec. in ti. de cita. §. pe. uerſic. quid ſi iudex. & omnes Doc. in c. præterea requiſiſti. j. de ap. ex quorum dictis uidetur, ꝙ in iſto tex. quo ad ſuſpenſionem, non eſſet ſimplex comminatio, ſed prolatio: qđ firmant hic do. Ant. & Imo. notantes multum ordinem huius literæ, dum incipit à ſuſpenſione: quia per hoc exclamant contra practicos moderni temporis, incipientes præcepta ſua ſtatim ab excommunicatione: quod etiam reprehendit Pe. de Anc. conſil. 56. dicens, non eſſe incipiendum ab excommunicatione, quæ non debet ferri, niſi præcedat culpa, mora, uel offenſa, c. Romana. §. caueant. de ſen. excom. in 6. & refert Io. de Ana. in c. j. in pe. col. j. de ſag. Et ideo dixit Ro. in
1 l. ſi quis accepto. ff. de cond. ob cau. Quòd ſi † iudex abſoluit à ſententia excommunicationis, uel banni cum adiectione, ꝙ ſi unquam abſolutus talia de nouo attẽtauerit, in eaſdem pœnas reincidat, talis adiectio non ualet, per d. §. caueant. ubi ralia præcepta debent ſequi culpam, non præcedere: & dicit ſe mirari, ꝙ Bal. tantus Canoniſta ibi, & in l. pactum. §. qui prouocauit. ff. de pac. & Bar. in l. ſi unus. §. pactum. ff. de pac. & in l. non ſolum. §. iniuriam. ff. de iniurijs. non allegauerint d. § caueant. Et refert, ꝙ Bal. dum habuiſſet in punctis d. l. ſi quis. fuit in examine interrogatus de hoc: & tu dicas mirum eſſe, ꝙ Ro. dixerit illam adiectionem eſſe nullam: & idem Bal. quem non allegat, in l. j. in 5. col. C. quomodo & quando iudex. quia omnes Doc. in d. §. caueant. ut ibi per Domi. in prin. & glo. in §. in præcedenti. in uerbo, iniuſtas, dicunt illam ſententiam eſſe iniuſtam, ſed non nullam, per c. j. 11. q. 3. Eſt uerum, ꝙ do. Ab. hic reprehendit do. Ant. dum inuehit contra practicos hodiernos: quia poteſt iudex incipere ab illa pœna, quæ magis timetur, c. qm. in fi. §. ut lit. non conteſ. & facit c. j. §. de iud. & gl. in c. duo ſunt, 96. diſt. dicens, ꝙ tanto maior eſt cõtumacia, quanto ex minori reſurgit, ut hic per ipſum: ſed eius dicta nõ ſunt ſimpliciter uera, ubi non præcedunt aliqua de expreſſis, in d. §. caueant. Vbi autem illa præcedunt, bene loquitur, & eadem repetit in d. c. j. de iudi. in 1. col. ¶ Item per iſtum tex.
2 infert do. Abb. quòd † iudex poteſt in primo præcepto apponere mulctam non parenti, & ſic etiam præcipere aliquid ſub certa pœna: quod intelligit, dum modò euidens præceſſerit contumacia, ut tenet Spec. in tit. de ſententiæ prolatione. §. 2. uerſic. ſed nunquid iudex. ut hic per ipſum: cuius dictis multa addi poſſent, ſed remitto ad gloſſ. & Bar. in l. j. C. de uſuris fiſcalib. lib. 10. & Angel. & Imo. in l. 2. ff. de pub. iudi. & Bart. Ang. & Imo. latè in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de leg. 1. & Ioan. And. in Spec. de ſen. prolatione. uerſic. præallegato, & Bart. in l. programma. C. comminationes, uel epiſtolas. & Bart. in l. quid tamen. §. fi. ff. de arbi. & Innoc. in c. cum in tua. qui matri. accuſ.

gloſſ. limita eam primò, niſi talis excommunicatio eſſet lata à delegato: quia docto de impedimento eius excommunicatio dicetur nulla, ſecundum Domi. poſt Lap. in d. §. porro. alleg. c. ſi. j. de præben. ubi ſecundum quoſdam probatur, q excommunicatio iniuſta lata à delegato a eſt nulla, quaſi contra formam mandati, ſed illud non reputo ſuſtentabile, per ea quæ not. Inn. in c. illud. j. de cler. excom. mi. & in c. pro illorum. j. de præben. & in c. ad aures. ſ. de reſcri. & in c. prudentiam, ſ. de off. de leg. uel tenet contrarium, & ſequitur dom. Ab. in d. c. ſi. in 2. col. Eſt uerum, q excommunicatio lata propter actum, quem delegatus geſſit ultra mādatum, eſt nulla ſicut ipſe actus, tanq̄ lata a non iudice. Et ita loquitur d. c. ſi. de quo faciunt ſeſtum oēs ibi ſed hoc non extenditur, ut ibi ſolenniter p

6 Imo. in ul. col. ¶ Secundò † limita, niſi iudex ſciuiſſet b de impedimento præciſo, & ita præcepiſſet, quaſi uolens omnino ligare non comparentem: quia talis ſententia eſt nulla ratione erroris intolerabilis, per d. c. per tuas. ſecundum do. Ab. hic pro quo adduco optimè gl. in d. l. quæſitum. ubi ſnia lata contra impedimentum eſt nulla, ſi apparet iudicem ſciuiſſe de impedimento. Vnde eſt caute a, ut intimetur iudici impedimentum. Ad idem ui de do. Ab. in d. c. Odoardus. in 3. col. ubi contra glo. ibi in uerb. ualentem. dicit poſt do. Ant. q ſi iudex excommunicat non ſoluentem in termino, & ſciat de notoria paupertate illius, ſententia eſt nulla: quod confirma ex notatis per ipſum in c. inter cæteras. in ult. col. ſuprà.

7 de re iud. ¶ Tertiò † limita, niſi ex uerbis ſententiæ comprehenderetur, q iudex excommunicat ſolum in caſu cōtemptus uel contumaciæ: ut quia dicat, ſi contempſeris, uel ſi diſtuleris: quia tunc non incurritur excōicatio, ſm do. Ab. hic, cùm non dicatur contemnere, uel differre, qui non pn teſt, ut p gl. in c. quam ſit. in uerb. diſtulerit. de ele. in 6. p quā dicit ibi Dom. q executori teſtamenti non currit tēpus, in quo non potuit exeq. Sed tñ ēt in caſu iſto poſſet procedere iſta gl. quia etiāſi iudex hoc exprimat, intelligitur uelle ligare ſolùm cōtumacem, arg. d. l. ſi ſeruus x. Ideo expreſſio eius, quod ineſt, nihil operat, l. 3. ff. de leg. j. Cùm ergo ratione præſumptæ contumaciæ incurratur excōicatio egens forma abſolutionis, non eſt opus iſta expreſſione. ¶ Vltimò dicit hic Bald. quædam ad materiam c. præterea requiſiſti. infrà, de appel. quæ ibi referam.

a *A delegato:] Adde tu, & dic, q delegatus principis poteſt mulctare, gl. in c. paſtoralis. in uerbo, puniat. de off. deleg. uide conſil. Ang. xxx. 30. inc. regulares monetarius.*

b *Iudex ſciuiſſet] Adde tu pro clara intelligentia iſtius dubij, utrum ad imponendam mulctā requiratur noua citatio: & utrum iudex in primo præcepto poſſit apponere mulctam? In nomine, quòd Bart. in l. 2. ff. ſi quis in ius uoc. non obtē. in 3. col. in uerſic. ſed quæro. tenet, quòd ad imponendam mulctam requiritur noua citatio: & omnes ibi tranſeunt cum eo. Adde tamen, quòd Bal. in c. grauis. de reſtit. ſpol. dicit, quòd contumax poteſt mulctari abſque eo, quòd amplius ad hoc citetur, & ratio eſt, quia hoc eſt connexum contumaciæ, & alleg. Inn. in c. calumniæ. de pœnis. Adde, quòd pro iſta opi. Bald. facit illud, quod dicitur de contumace, qui non debet audiri, niſi refuſis expenſis, nam in talibus expenſis poteſt condemnari contumax abſque citatione. Gloſſ. eſt in c. conſtitutis. de procur. in gl. pen. Doct. in l. ſancimus. C. de iudi. Eſt uerum, quod Imol. in l. quidam conſulebant. ff. de re iudic. reſpondet ad hoc, & dicit, quòd aliud eſt in mulcta, quæ uenit imponenda ratione contumaciæ, quia cum ueniat extrinſecus, noua citatio requiritur, ut per Bar. in d. l. 2. Secus eſt, dicit ipſe, in pœna condemnationis expenſarum litis, quia eſt pœna intrinſeca. Adde tu, quòd poteſt addi alia ratio, quare aliud ſit in mulcta, aliud in condemnatione expenſarum, & dico, quòd mulcta eſt mera pœna & applicatur fiſco. Ideo cenſetur magis odioſa, & ideo in ea requiritur noua citatio.*

SVMMARIVM.

1 *Notarius ſi ſcribat actum in palatio prætoris ciuitatis Bononiæ, illud ſufficit, licet non exprimat aliter confines. quia notorium eſt.*

2 *Negatio partis facit rem dubiam in facto notorio. Hac regula fallit ſex modis, ut nu. 3. 4. 5. 6. 7. & uer. fallit ultimò.*

8 *Teſtes ſi reddant cauſam dicti ſui per actum proximum ſcitatis, an ſufficiat, licet non reddant per actum immediatum.*

9 *Teſtis ſi ſit priuilegiatus, ut non cogatur teſtificari, & occurrit caſus, cui incumbat probare, quod ueritas aliter haberi non poſſit.*

CAPITVLVM III.

S VPER EO. ¶ Teſtis qui timore aduerſæ partis ſe ſubtrahit teſtificari, compellitur etiam in criminali. H. D. ¶ Et ſic habetur caſus, in quo in criminali teſtis cōpellitur: & hoc eſt in odiū partis, ne ex potentia, uel tyrannide reportet commodum: & habet locum, etiamſi metus eſſet iniuſtus, ſecundum Bal. hic, quia non tractatur de alicuius præiudicio. Secus dicunt Doct. ſi amore ſe ſubtraheret, nolēs nocere reo: quia litera non facit mentionem de amore. Quod intellige, ut dicetur j. eo. dilectorum. ¶ In † tex. ibi, non eget declarari. Per hoc infert Imo. hic, q ſi notarius ſcribat actum in palatio prætoris ciuitatis. Bononiæ, licet aliter non opponat confines, illud ſufficit: quia ſunt notorij: & ad idem allegat tex. & ibi Bar. in l. j. in ſi. ff. de dot. præle. ubi Bar. hoc non dicit. ſed ſimile. Hoc autem de prælle. dixit Bar. in l. demōſtratio. in prin. in pe. col. ff. de condi. & demon. & in l. libellorum. uerſic. quæro, dixi ff. de accuſ. & Ang. in ſimili. in l. hac conſultiſſima. in prin. C. qui teſta. fa. poſ. & Bal. in l. certum. ff. ſi cer. pe. & Bal. & Imo. in l. ſi quis in fundi. ff. de leg. j. & Imol. in l. cū pater. §. ſi. ff. de leg. 2. & in c. ex tranſmiſſa. ſuprà, de renun. & Bal. in l. comparationes. C. de fide inſtrument. Et iſtud limita, niſi ſtatutum requireret tales demonſtrationes confinium p forma: quia tunc uidetur requirere non tantum pro probatione, quantum pro ſolennitate: ut in ſimili no. gloſſ. mag. in ſi. in l. ad teſtium. §. conditionem. ff. de teſta. Ita dicunt Bal. & Imo. in l. j. ff. de lib. & poſthu. & Ro. in d. l. hac conſultiſſima. allegans pro hoc gl. in cle. appellanti. in uerb. aliàs. de ap. Talia enim requiſita pro forma non ſunt omittenda, l. cum hi. §. ſi prætor. ff. de tranſac. c. his, qui. & c. procurator. de elec. in 6. & ſequitur hic Petr. de Anc. in repe. c. j. in 42. char. uerſi. quæro, etiamſi ſtatuto. de conſtitut. Quomodo autem cognoſcatur aliquid requiri pro forma, uide unum modum per Bal. in l. j. C. ne liceat tertiò prouocare. & in l. prolatum. C. de ſentē. & alium per gloſſ. in cle. j. in uerbo, inhibemus. concor. de iur. pat. & alium per Bar. in l. fin. in ſi. C. de uen. rerum ciui. lib. 10. & alium per Bal. in authen. quæ ſupplicatio. per illum tex. C. de preci. impe. offe. & alium per Bald. in c. j. qui ſucceſſ. tenean tur. et alium per Bald. et Bart. in l. uniuerſa. C. de preci. impe. offe. et Barto. in l. ſi ita quis. §. ea l. ff. de uer. obl. et Ioan. And. in c. quanquam. dē uſur. in 6. et eſt unus modus inter alios, quādo lex, uel ſtatutum annullat actum non factum cum certa ſolennitate, ſecundum Bald. ſignanter in d. l. j. de lib. et poſthu. ¶ Nec obſtat, q ſine iſta clauſula geſtum contra legem, uel ſtatutum, eſt nullum, l. non dubium. C. de leg. quod in propoſito conſiderant Ange. & Imo. in l. quoties. §. ſi quis nomen. ff. de hæred. inſti. quia illud non procedit, quando requiſitum à l. non eſt magni præiudicij: nam omiſſum non uitiat actum, l. j. in fin. & ibi Bartol. ff. de uent. inſpi. not. Bartol. in l. ſi. C. de iure delib. cum ſi. Sed ſi actus annullatur, tunc illud, quod eſt modici præiudicij, efficitur de forma. Ideo omiſſum uitiatur per prædicta. Quæ bene no. Et per iſtum text. in eodem uerbo, decidi poteſt, quod not. Angel. in l. 3. in princip. ff. de dam. infect. & Bal. in l. j. in j. col. C. ut quæ deſunt aduo. ubi dicunt, q licet ſtatutum prohibeat fieri condemnationem ſuper cicatrice non adhibitis medicis, tamen fallit, niſi notoriè de cicatrice appareat. Ad idem uulgatum dictum Azonis in ſumma C. ad l. Aquil. in 5. col. uer. in criminali autem. ubi dicit, q ſi per aſpectum oculorum liquet iudici damnum eſſe datum, uel non eſſe datum, poteſt recedere à probatione conquerentis, uel dicto alterius, non obſtante ſtatuto: & ſequitur Bal. in l. j. ante ſi. C. ſi aduer. libert. dicens, q etiamſi ſtatutum uellet ſtari dicto officialis, poteſt hoc caſu ab eo recedi. Sequitur etiā Bald. in l. contra negantem. in ſi. C. ad l. Aquil. Et pro intellectu prædictorum dicit hic Bal. q licet per iſtum tex. ſing. nō uideatur differentia inter delictum notorium & contractum: tamen eſt differentia: quia in delictis non requiritur ordo iudiciorum fauore reip. ſed in contractibus & ſimilibus etiam notorijs requiritur iudiciarius ordo, & libellus, & litis conteſtatio: ubi eſt aduerſarius negans, allegat l. ſin. C. de edic. diui. & ita dicit ſentire Innocen. in c. ueſtra. aliàs, tua. j. de coba. cle. Hinc eſt, q teſtamentum, quod ſit coram principe, eſt notorium: & ſimiliter, quod ſit apud acta alterius iudicis, & tamen indiget probatione, ut l. omnium. & l. ſancimus. C. de teſta. in delictis autem odio delinquentium ſecus eſt, niſi quo ad ea,

ſoſ. ibi.nu. 322. uerſ. item ſequen-tem Bar. ex quo concl. note. quod in dilationibus ap pellatione inſtru mentorum contine-tur teſtes. Spec. tit. de dilat. §. non di-camus. uerſic. item nota quod quãdo datur. & uerſ. ſeq. Bal. in l. 2. col. pen. C. de iuram. ca-lum. & in l. 2. ff. de fi. inſtrum. An au-tem ſtatutum po-nens certa pœna producẽtem inſtru menta falſo conte-datur ad producẽ-tem falſos teſtes. la. Butrig. Albert. & Sal. in d. l. 1. de fi. inſtrum. determi-nant quod non; & idem dicit Iac. Bu. in l. 2. in fi. C. de edendo. Et de ſtatuto imponente pœnam fabricanti falſum inſtrumentum, an comprehendat fa-bricantem falſos teſtes, uide Imo. in Rubr. infra de fi. inſtrum. & Anch. hic.

de inſtrumentis habet locum in teſtibus, cùm appellatione inſtrumentorum contineantur teſtes, dum modò priùs non fuerint eorum dicta publicata: & ſequitur ibi latè Ro. in ult. char. reſpondendo motiuis do. Ant. qui tenet publicationem eo caſu non obſtare, in c. fi. ꝭ. de iureiur. Vbi autem eſſemus in materia ſtatutorum, appellatione inſtrumentorum non uenirent teſtes in materia reſtringibili, attento maximè cõmuni uſu loquendi, ut eleganter per Imol. in rub. ꝭ. de fide inſtr. & ibi dicetur. Et idẽ ubi materia ſubiecta aliud ſuaderet: exemplum in eo, quod colligit do. Ant. in c. contingit. ſuper gl. in uerb. indice. ꝭ. tit. proxi. dum dicitur, ꝙ criminalis examinatio falſi inſtrumenti poteſt aliter committi, & tamẽ ſecus eſt in examinatione teſtis in cauſa criminali, ut in authen. apud eloquentiſſimum. C. de fi. inſtr. quia ceſſat ratio cognoſcendi qualitatem ſermonis ex uultu.
3 An † autem appellatione monimentorum ueniunt teſtes? Vide gl. ꝙ ſic, in c. coram in uerb. munimentis. ꝭ. de teſti. in integ. & eã no. Do. in c. præſentium. §. teſtes. in 2. col. de teſti. in 6. & eſt gl. in c. quamuis. in uerbo, munimentis. de elec. eo. lib. & in c. cupientes. §. j. in eo. uer. eo. ti. & lib. & in c. cordi. in eo. uerb. de appel. eo. lib. ¶ Quod limita primò, niſi fieret mentio de munimentis publicis: quia non ueniunt teſtes. l. cenſus. ff. de proba. & l. 3. §. eiuſdem quoque. ff. de teſti. & 4. q. 3. §. ſi teſtis. in uerbo, ſæpe. ¶ Secundò limita, niſi quis citaretur ad locum maximè remotum, & compareat cum munimentis: quia ſi teſtes non ſunt examinati, non tenetur eos ſecum ducere, ſecundum gl. in d. c. cupientes. §. ſi uerò. in uer. alibi. quæ facit ſing. d. & ſequitur do. Ant. in c. dilectus. in j. col. ꝭ. de procu. & in c. in pertractandis. in 2. co. ꝭ. de iura. cal. Sed bene tenetur portare atteſtationes, ſecundũ Do. in d. §. ſi uero. ad fi. propter gl. in d. c. coram. ¶ In text. ibi, iniquam oſtendit. Ex hoc dicebant fortiùs quidam antiqui, ꝙ ſi quis haberet alium teſtem per ſe ultra ſubtractum obtineret propter fictam depoſitionem ſubtracti: arg. l. ſi de poſſeſſione. C. de proba. Sed hoc reprobat hic Ioan. And. quem alij ſequuntur: quia non dicitur, ꝙ teſtis ſubtractus fingatur depoſuiſſe contra ſubtrahentem: ſed ꝙ cogitur detegere fraudem. Vnde tunc poterit ſibi deferri iuramentum, ſi habet unum teſtem pro ſe, iuxta c. fi. ꝭ. de iureiur. ſecundum ipſos. Quib. adde gl. in uerb. compellas. in c. cum cauſam. ꝭ. tit. 1. quæ dicit, ꝙ imo talis teſtis habetur pro producto: quod eſt forte uerius, per ea, quæ dixi, & per d. l. ſi de poſſeſſione. Dicunt etiam prædicti, quòd talis non perdit cauſam, ſi de iuſtitia ſua aliter doceat, licet ſit præſumptio contra eum. Et eſt gloſ. in l. prouidendum. C. de poſtula. ut hic per ipſos. Quibus adde Innocent. contrarium tenentem in c. intimauit. in fin. ſuprà titul. j. & ibi dixi ſequendo iſtos: & ibi dictis adde omnino domin. Abba. in cap. cum cauſam. in antepe. col. eod. titul. & adde Bal. hic dicentem, quòd qui per uim occultat teſtem in domo, ut non teſtificetur, punitur pœna arbitraria, tanquam contemptor prætoris: arg. huius text. ibi, experiri debet, &c. nec incidit in pœnam falſi: quia non reperitur lege cautum, ſecundum ipſum. Adde etiam, quod not. domi. Abba. in cap. accepimus. infrà. titul. proxi. & quod ibi dicetur. ¶ In gloſ. fi. ibi, ſuper principali debent compelli: iſtam lecturam ſequitur Innocen. ſupra capitul. proxim. & domi. Abba. clarius cæteris hic, maximè per capitu. ſuprà proximum: ubi compelluntur in criminali, quando timore partis aduerſæ ſe ſubtrahunt. Ergo fortiùs, ſi aduerſarij malitia.

SVMMARIVM.

1 *Iniuria clerici appellatur res eccleſiaſtica.*
2 *Res eſt generale, comprehendens ius agendi.*

CAPITVLVM V.

PERVENIT AD NOS. ¶ Si res aliter probari non poſſet, etiam in cauſa criminali compellendi ſunt teſtes. H. D. ſecundum do. Abb. & bene: & per iſtum text. 10 uer. uidentib. inferunt hic do. Ant. & Imola, & do. Abb. ad id, quod dixi in c. ſuper eod. ſuper uerb. fuerint. ¶ In gl. fi. in fi. Putat hic do. Ab. & bene, ꝙ iſte tex. loquitur, quãdo agitur criminaliter, & aliæ probationes deſunt: tunc enim, ne crimina remaneant impunita, cõpelluntur teſtes. Et pro hoc conſidero iſtum tex. ibi, ſi aliter, &c. qđ non conſideratur in cauſa ciuili, ut dixi in d. c. ſuper eo. ¶ Et in quantum Inn. & alij re-
1 ſpondentes incongruitati, de qua in gl. dicunt, ꝙ iniuria † clerici appellatur res eccleſiaſtica: quia intelligitur facta ordini clericali. Colligit hic Bal. & ſequit do. Car. eo non allegato, ꝙ proſecutio iniuriæ clericorum appellatur res eccleſiaſtica & alleg. Bar. in l. j. §. quæ onerandæ. ff. quarum re. act. non datur. & ita do. Car. uerbum Res, † eſt generale comprehendẽs
2 ius agendi: quia eccleſiæ competit actio ratione perſonæ læſæ, ut in §. ex his. 11. q. 1. & in c. ſuper quibuſdam. ꝭ. de uerb. ſig. & per gl. in c. 2. ꝭ. de pœn. Et de hoc uerb. Res, ✱ uide etiam per do. Ab. in c. nulli. ꝭ. de reb. eccl. non alie. & in c. 2. in notabilib. ꝭ. de religio. do. per Bar. in l. Quintus. la 2. §. argumento. ff. de aur. & arg. leg. per Bar. & Bald. in l. 1. ff. de ſta. homi. per Doct. in l. ſi legatus. §. ſi quis bona. ff. ad Treb. p Bal. & Ang. in l. ſi conſtante. §. fi. ff. ſol. mat. per Bar. in l. fi. ff. de uſufr. leg. & p Bal. in rub. C. de uerb. ſig. ¶ Super c. cæterum. nihil eſt addendum: ideo ſequitur c. præterea.

✱ *Res] Adde Alexan. conſil. 39. nume. 10. & conſil. 195. num. 1. uol. 6. Cap. in l. nominis & rei. de uer. ſignif. & Alexan. in l. j. ff. ſi cert. pet.*

SVMMARIVM.

1 *Capitulum an poſſit cognoſcere de cauſa matrimoniali. & nu. 2. 3.*
4 *Teſtis an poſſit corrigere errorem ſuum.*
5 *Officialis qui ſemel denuo ciauit, an compellatur coram alio iudice deponere, uel iurare.*
6 *Actus ſi fiat cum inhabili per eum, qui potuit diſpenſare, an uideatur cum ipſo diſpenſatum. nu. 7. & 8.*
9 *Princeps quando promouet ſcienter inhabilem, quid requiritur.*
10 *Incontinenti hoc uerbum quot modis ſumatur. 11.*
12 *Teſtis quando corrigit incontinenti, non ſtatur correctioni ſimpliciter, ſed iudex debet attendere modum correctionis.*
✻ casum fictum ✻ quando illa fictio eſt inducta à iure communi, & non à ſtatuto, l.3.§. hæc uerba. cum gloſſ. in uerb. hæredis. & ibi hoc not. Bar. ff. de neg. geſt. bene facit l. fin. C. de his, qui ueniam æta. impe. & c. ſuſceptum. de reſcrip. in 6. & latè Imo. l.1.§. lex Falcidia. ff. ad leg. Fal. Ergo ſtatutum loquens de inſtrumentis non extenditur ad teſtes: quia in materia ſtricta diſpoſitum de aliquo non procedit in eo, qui habetur pro tali, l. fin. C. de interdic. matri. Vnde dicit Angel. in l. in teſtamento. ff. de mil. teſta. & in l.2. C. de hære. inſti. & Imo. in l. cẽturio. ff. de uulga. & pupilla. & in cap. cùm tibi in fin. infrà, de teſta. quòd ſtatutum loquens in inteſtato non ✻ habet locũ in inteſtabili: ✻ putà, furioſo quia habetur ꝑ inteſtato, l.1. in prin. ff. de ſuis & legi. Et ſic non propriè, ſed per interpretationem, niſi aliter ſe haberet communis uſus loquendi, ut per Ang. in d.l.2. ¶ Non obſtat. ꝙ in his, quæ non ſunt facti, ſed iuris, prout hic, poteſt lex facere, quòd qui habetur pro tali, ſit uerè talis, ut per Bar. in d.l. ſi is, qui pro emptore. & do. Ant. in c. nuper ſuprà de biga. cum concor. quia illud eſt ex fictione iuris, quæ non habet locum in ſtatuto hoc non fingente, ut dictũ eſt. ¶ Nec obſt. ꝙ illud, quod continetur appellatione alicuius, ſit de propria ſignificatione ut per Bar. in d.§. affinitatis. quia de facili oſtenderetur, illud dictum non eſſe inexpugnabile: quia dicitur in c. nulli
4 ĩ. de reb. ecc. nõ alie. † appellatione alienationis contineri emphyteuſim, & tamen in materia ſtricta appellatione alienationis intelligitur de ea ſola, per quam omne dominium transfertur: quia illa eſt propriè alienatio, ut per gloſſ. in l.1. C. de fun. dota. & in leg. fin. C. de reb. alie. non alie. & Bald. in leg. uoluntas. C. de fideicommiſ. & Paul. de Caſt. conſi. 26. cum ſimi. ¶ Si-
a militer dicitur, quòd appellatione filij [a] continetur filia, l. ſi quis ita. in princ. ff. de teſta. tu. l. ſi ita ſit ſcriptum. de leg. 2. l. filij. ff. de uerb. ſig. & tamen in ſtatutis ſecus eſt: quia non eſt ex proprio ſignificatu, ut latè per do. Card. conſil. 135. incip. Redemptoris, &c. puto filias. &c. & Pet. de Ancha. in repe. c.1. in 45. chart. ſuprà de conſtitut. & Dom. poſt alios in c. generali. de elec. in 6. ¶ Sic etiam appellatione armorum conti-
✻ nentur fuſtes & lapides: ✻ & tamen ſecus eſt in ſtatutis, ut per do. Card. in cle. ne in agro. §. præfatæ. in 5. q. de ſtatu mona. ¶ Et ſi diceretur, quòd illud eſt ex alluſione uocabuli, quia dicitur inſtrumẽtum quaſi inſtruens mentem, & hoc faciunt teſtes, d.
5 l.1. reſponde, quòd † arguitur ex alluſione, ubi non eſt data diffinitio, aliàs non, ut per Barto. in leg. 1. poſt princ. ff. de acqui. ren. poſſeſ. & dominus Abbas in proœmio Gregoriano, §. Gregorius. nam aliàs codicillus eſſet teſtamentum attenta alluſione huius nominis Teſtamentum, quæ eſt mẽtis teſtatio, Inſti. de teſta. in prin. & hoc eſt falſum, d.l.1. C. de codic. quia teſtamentum diffinitur in l.1. ff. de teſta. Sic etiam inſtrumentum, ut in Spec. in iſto tit. §.1. Et poſito ꝙ eſſet uera doctrina Bart. in d.l. cui. eorum. generaliter tamen, ubi eſt una notoria differentia inter æquiparata, ſtatutũ de uno nõ ꝓcedit in reliquo: & ita eſt hic, quia differunt teſtes & inſtrumenta plurimum. Patet ex c. cùm dilectus. ĩ. eod. & ex gl 1. in §. ſi ſcriptum. Inſti. de inuti. ſtipu. & glo. mag. in fi. in l.2. C. de fi. inſtru. Sed in c. peruenit. el 1. ĩ. ti. proxi. æquiparantur large ſumendo, ſecundum Io. An. in Spe. in iſto tit. in prin. ſicut in c. nulli. de reb. ecc. non alie. dicitur alienatio multiplex, quo ad illum effectum. Et licet tex. ibi dicat contineri, non tamen ſemper. & hoc poſſet alijs modis deduci, quos tanquã non neceſſarios omitto. ¶ Tertia concluſio. Appellatione
6 † inſtrumenti in ſtatutis non uenit ſcriptura priuata propter communẽ uſum loquẽdi, ſecundum Bar. Bal. & Sal. in l.3. C. de iu-
✻ ra. cal. & Lud. Ro. pulchrè conſi. 23. ✻ inci. Neſcio, quid dubitationis. per quod infertur ad ſtatutum loquens de gabella ratione inſtrumenti. Ex propria tamen ſignificatione bene comprehenderetur, ſecundum prædictos, & domi. Abb. hic allegantem Bartol. qui mihi hoc non dicit in l. ſi quis legatum. ff. de falſis. & facit cap. cum dilectus. 2. reſponſo. infrà eod. & l. inſtrumenta. C. de proba. & text. infrà cap. prox. iuncta hac rubrica, & eo, quod not. gloſſ. 3. in c. ſi ſuper. de offi. delega in 6. & glo. 2. in c. nolumus. 89. diſt. cum ſimilibus: niſi fieret mentio de inſtrumento publico, ut per Ang. in §. ſi quis igitur. in authen. de fide inſtru. & per Spec. de inſtru. edi. §. nunc dicendum reſtat. in princ. Comprehenditur etiam ex communi uſu loquendi omnes ſcriptura publica, ſecundum Bartol. in l. in fraudem. §. neque. ff. de iure fiſci, inferentẽ latè, quòd falſans acta cauſæ punitur ex ſtatuto loquente de falſante inſtrumenta. Et per hoc idem uidetur de ſcripturis archiui, ut hic per Innoc. & do. Anto. in c. 2. ĩ. eod. ¶ Quid autem ſit inſtrumentũ, & quot modis nominatur, ponit Spe. in iſto ti. in prin.

✻ *Lapides] Adde glo. in l.3.§. armis. de ui et ui arm. gl. in c. ſi perfodiens. de homi. glo. in c. ita quorundam. in uer ferrum de iudæis. Bart. in l. fin. ad leg. Iul. de ui publ. Rom. in l.1.§. eorum. ad Syllan. & hoc eſt utile ad hoc. nam animus occidendi uel non occidendi ex armorum genere ſeu inſtrumenti qualitate colligitur. Vnde percutiens calce, claue, cucuma, uirga, baculo, & ſimilibus non præſumitur habuiſſe animũ occidendi. l.1.§. Diuus. de ſiccari. l. cũ qui C. eo. c. ſignificaſti. il 2. de homic. Bart. in l. Diuus. de ſiccar. Bald. in l.2. C. de emẽd. ſeruor. Aret. cõſ. 8. inci. ſunt decet. & cõſ. 146. inci. uiſa Ale. cõſ. 104. uol. 2. Soc. cõſ. 149. inci. primo aſpectu. Ang. in rotl. malſ. 3 uer. ſcilicet n. 18. Pau. de Caſt. cõſ. 192. quos omnino uide, quia dicta eorũ aurea ſunt in materia intelligendi ſtatuta punientia percutientes cum armis &c.*

✻ *Conſi. 23] Adde eundem Rom. conſi. 77. incip. Pater reuerende. ad fin. Im. in cle. 1. no. 1. de procurat. Aret. conſ. 51. inci. Videtur dicẽdum. num. 2. Socin. conſil. 41. incip. Antequam. col. 5. uer. non obſtat quintum argumentum. conſil. 62. incip. in præſenti cõſultatione. nu. 20. lib. 1. Ant. in proœm. decretal. glo. 2. poſt num. 9. Rota. Beſign. in antiquior. tit. de teſti. 3. incip. Decreta. Dom. in c. præſentium. §. teſtes. col. 1. uerſ. quid ſi Papa. de reſcr. in 6. & ibi Fran. Azo in ſum. C. de fid. inſtrum. Et in. Iaſ. remiſſiue in repet. l. admonendi. num. 325. ff. de iureiuran.*

SVMMARIVM.

1 *Papa non poteſt contra ius diſponere poteſtate ordinaria, ſecus poteſtate abſoluta.*
2 *Inſtrumenta quot & quas ſolemnitates requirant. Vide numero 3.4.8.*
5 *Annus pontificatus debet in inſtrumento ſcribi in terris Papæ.*
6 *Locus in quo conficitur inſtrumentum, an debet ſcribi in inſtrumento.*
7 *Inſtrumentum carens loco, uel tempore, facit ſaltem ſemiplenam probationem, ſi notarius eſſet mortuus.*
8 *Diem in inſtrumenti confectione requiri.*
9 *Inſtrumentum an poſſit confici de nocte.*
10 *Menſis an debet apponi in inſtrumentis.*
11 *Dies in priuilegijs an apponatur.*
12 *Dies an apponatur in libris rationum.*
Hora an ſit apponenda in inſtrumentis. Poſt nu. 12.
13 *Signum notarij an ſit neceſſarium in inſtrumentis.*
14 *Teſtium deſcriptio requiritur in inſtrumento.*
15 *Fallit in quibuſdam caſibus ut nu. præcedenti, hoc & 16.*
17 *Inſtrumentum confectum debet legi partibus.*
18 *Inſtrumentum confectum ab eo, qui communiter reputabatur ut no*

tarius, an ualeat.
19 *Creatio notarij an probetur eo, quòd eſt deſcriptus in matricula.*
20 *Inſtrumētum ut ualeat, requiritur quod notarius ſit rogatus de inſtrumento conficiendo.*
21 *A quibus notarius debet eſſe rogatus, ut inſtrumentum conficiat.*
22 *Notarius quando poſſit inſtrumentum facere de his, quæ aliqualiter ſpectant ad ipſum.*

CAPITVLVM I.

SI SCRIPTVRAM. ¶ Exempla non authentica fidem non faciunt. H. D. ſecundum do. Card. ¶ Operatur tamen productio exempli non ſolennis, quòd ſi poſt terminum producatur originale, non dicitur probatio facta extra terminum, ſecundum Bal. hic argu. l. ſi donante. §. ſi ſponſus. ff. de dona. inter uir. & uxo. quod not. ut dixi in c. licet. uerſic. limita quintò ſuprà de probat. ¶ In
1 † text. ibi, non poſſumus. Hoc uerum in his, in quibus princeps non habet liberam poteſtatem, per clem. paſto. de re iud. In alijs uerò procedit iſtud de poteſtate ordinaria, ſecus de abſoluta: de qua in c. propoſuit infrà de conceſ. præben. ut hic per domi. Abb. & per eundem in ſimili in c. cùm à nobis ſuprà tit. 1. & in cle. 1. ad fi. de proba. & in c. inter quatuor. in 1. col. ſuprà de maior. & obe. & Ro. in l. ſciendum. ff. de uerbo. oblig. ¶ Nec obſt. quòd conſuetudo hoc poſſet, per c. cùm dilectus infrà eod. quia conſuetudo habet principium uoluntarium: ſecus, ubi Papa hoc indulget in præiudicium tertij. Vnde dicit Innocen. in c. inquiſitioni. infra de ſent. excom. quòd ſi Papa præcepit aliquid laico, qui non eſt de temporali iuriſdictione ſua neque ratione perſonæ, neque ratione cauſæ, non tenetur ſibi obedire. Et idem eſt in clerico, quo ad bona patrimonialia, ſecundum domi. Abb. poſt domi. Anton. in c. conſtitutus. infrà de relig. do. Et hinc eſt, quòd Papa non poſſet ſtatuere, quòd inter laicos non ſeruaretur ordo iuris, ſecundum gloſſ. in uerb. eccleſiaſticus. in clem. diſpendioſam. de iudi. ut per domi. Abb. in c. quod clericus. ſuprà de for. compe. & Petr. de Anch. conſil. 25. in 1. col. & Cald. in diſpu. incipiente, ſtatutis. in pen. col. facit c. duo ſunt. 96. diſt. & c. ſi duobus in fin. infrà. de appe. ¶ Sed tamen, ut dixi in d. cap. cùm à nobis. in princ. poſſet Papa, uel alius princeps de poteſtate abſoluta ea magna cauſa ſtatuere, uel diſpenſare, quòd exemplum, uel ſcriptura non authentica probaret, ſicut habuimus in cap. 2. ſuprà de probat. in ſimili: & facit d. c. cùm à nobis. ubi Papa in teſtamentis & cõtractibus uult ſtare ſibi ſoli teſtimonium ferenti. Sic etiam in c. quicunque. 11. q. 1. datur priuilegium, ut credatur ſoli epiſcopo. Et pro hoc adduco, quia nec de iure diuino, nec de iure naturali cauetur, quòd exemplum non probet, ſed ſolo iure poſitiuo, cui papa non ſubiacet, d. c. propoſuit. ¶ In gloſſ. 1. in fi. dicitur publica ſcriptura, quæ eſt facta à notario ſolenniter: authentica uero, quæ non eſt talis, ſed tamen per ſe ſine adminiculo fidem facit, ut plenè per Bald. domi. Card. & Abb. hic: & Innocent. domi. Anton. & Imo. in c. 2. infrà eod. Et propter hoc enumerat hic do. Abb. quæ ſolennitates requirantur ad ſubſtantiam inſtrumenti: de quibus per glo. in l. generali. C. de tabu. lib. 10. & Spec. in tit. de inſtr.
2 edi. in princ. quarum principaliores refero. ¶ Et † inter alia requiritur inuocatio diuini nominis, maximè in arduis & perpetuis, ſecundum Spec. ubi ſuprà & ibi Io. An. & Ioan. Fab. in prin. Inſtitut. & Domi. poſt gloſſ. 1. in c. in nomine Domini. 23. diſ. & Domi. idem dicentem, de ſententia, in c. præter hæc 32. diſt. & idem Ro. in rub. ff. de ope. nou. nun. & Ful. in proœmio C. & faciunt multa iura, in quibus inuocatur nomen Domini, maximè tex. ubi hoc ſentit gl. in authen. ut præponatur nomen Imperatoris. ibi, Deo autore. cum alijs non neceſſarijs de quibus per Ro. ubi ſuprà. ¶ Sed quòd non ſit de eſſentia inuocatio, tenet domi. Abb. hic, & Barto. in l. ſi quis ex argentarijs. §. ſi initium. in repe. ff. de eden. & Bald. in proœmio. C. in princ. & Bald. & Paul. de Caſtr. in l. iuriſgentium. §. quod * fere. ff. de pact. & Imo. in rub. * ff. de oper. no. nun. quia omiſſio leuis ſolennitatis nõ uitiat, ut per Barto. in l. 1. §. fin. ff. de uen. inſpic. & in l. fi. in prin. C. de iure delib. cũ cõcor. ¶ Sed dic, quòd ratione conſuetudinis iſta ſolennitas eſt effecta de ſubſtantia, ſecundum gloſſ. in authen. ut præpo. nomẽ impera. per quã dicit do. Ab. in proœmio Decretaliũ in 12. col. quòd omiſſio ſolennitatis ex ſola cõſuetudine introducta reddit actũ nullũ. Ita ẽt no. Ro. & Inn. in d. rub. ¶ Et ſi diceretur, In nomine, & nõ ſequeretur aliud circa inuocationẽ, adhuc ualeret ſm Bar. in d. §. ſi initiũ per l. 1. §. ſi ea fundo. ff. de hære. inſt. Et idẽ, ſi diceretur Dñi, per eundẽ tex. ut ibi latius per ipſum. ¶ Cui nõ obſt. notata in c. 1. ĩ. de bapti. quia uis illius actus cõſiſtit in ſolis illis uerbis, Ego te baptizo, &c. ¶ Et iſta cõſuetudo debet ſer-
* uari ẽt inter Iudæos * rogantes Chriſtianũ de cõfectione inſtrumẽti, ſm do. Ant. in c. inter dilectos, in 9. col. ĩ. eo. & in d. proœ. in 3. col. & Bart. in d. §. ſi initiũ. in 6. col. quia ſunt ſubiecti Romano imperio, l. Iudæi. C. de Iudæ. Ergo inter eos ſeruandæ ſunt debitæ ſolẽnitates, per d. authẽ. ut præponatur in prin. præſertim cũ tales ſolẽnitates cõcernãt ipſum notariũ, ut per Bal. in l. ſi poſt. in 2. col. C. de iur. & fac. igno. ¶ Si eñ eſſet iurandũ à iudæis, ſecus, ut per Inn. in c. & ſi Chriſtus. ĩ. de iureiur. & Ana. in c. ſi. ĩ. de iudæis. & ibi dixi. Si tñ cõſuetudo nõ eſſet, nõ teneretur notarius ad hoc. Et ita procedit opi. Bar. in proœ. ff. & Bar. & Ang. ĩ proœ. C. & Bar. & Imo. in rub. ff. de ope. no. nũ. & Bal. in rub. ff. de inſti. & iur. ubi utuntur uerbo, Pôt. Et de his per Ana.
3 aliqd. ĩ. in rub. de iudæis. ¶ Itẽ † requiruntur anni Dñi, ſm gl. in c. inter dilectos. ĩ. eo. & in l. iuriſgentiũ. §. quòd fere. ff. de pact. & Bal. in d. l. ſi poſt. & Imol. in l. 1. ff. de his, q̃ in teſta. del. & Spe. in iſto tit. §. inſtrumentũ. uerſ. itẽ quòd nõ eſt. & do. Ant. hic. Sed do. Abb. hic, & bene, tenet, quòd iſtud nõ ſit de neceſſitate: & quòd c. in nomine Dñi cum ſimi. 23. diſt. hoc ponit, ut ea cõſue. & pro ipſo allego gl. idẽ dicentẽ in §. ſi qua uerò. in uerbo, Deo authore. ĩ authẽ. ut præponatur nomẽ Imperatoris. Et hinc eſt, quòd gl. in l. generali. C. de tabu. nõ enumerat iſtã inter alias ſolẽnitates: quia nõ reperitur lex, q̃ hoc dicat: tñ hoc operatur cõſuetudo, ſicut dictũ
4 eſt in præcedẽti requiſito. ¶ Et cõſidera bene: quòd † ubi aliter nõ appareret de tpe cõfecti inſtrumẽti, poſſet incõuenietia euenire ut in caſu l. 2. C. de nõ nu. pecu. uel in caſu l. bene à Zenone. C. de quadr. præſcrip. cũ ſimilib⁹: ubi lapſus certorũ annorũ firmat
5 inſtrumẽtũ prius irritabile. ¶ Et ſcias, quòd † in inſtrumẽtis Papæ nõ apponitur annus Dñi, ſed Põtificatus, ut per Io. And. in data Sexti, uer. hic aduertendũ eſt. & Bal. in proœ. Decr. Et aliqñ in inſtrumẽtis cõputatur ann⁹ à natiuitate: aliqñ ab incarnatione aliqñ à circũciſione Dñi: & attenditur cõſuetudo loci, ſm Io. And. in dicta data, in prin. & Bar. in d. §. ſi initiũ. & Imo. in d. c. inter dilectos. ¶ Quid aũt ſit potius de iure, ſunt opiniones, ut apparet ex notatis per gl. magnã in fin. in l. 1. in uerſ. indictionis. C. de Iuſtiniano C. confirman. & Rotã in
* nou. deci. 1. * & in antiquis, deci. 108. & Imol. in l. de diuiſione. circa med. ff. ſol. ma. & gl. in uerb. ex tpe. in cle. 1. de ſum. tri. & Do. in c. 1. de relig. do. in 6. & ĩ d. c. in noĩe Dñi. & Ang. in authen. ut præponatur nomẽ imperatoris. in prin. ¶ Et adde, quòd utile eſt apponere annos: quia ex ipſis colligitur indictio, ſi eſt omiſſa, uel ſi in ea eſt erratum: ut de ipſa dicetur in c. inter dilectos. ſuper gloſſ. in uerb. indictionis. ĩ. eo. ¶ Item requiritur nomẽ Papæ in terris eccleſiæ: &
• imperatoris in terris imperij, * ſecundum Io. An. in data 6. lib. uer. hic aduertendum & domi. Ant. & do. Ab. hic & glo. pen. in c. quoties. 1. q. 7. & Domi. in d. c. in nomine. & glo. in c. inter infrà eodem & domi. Anto. poſt Ioã. An. ſuprà in proœ. Decret. 1. Valet tamen conſuetudo in contrarium, ſecundum Barto. in d. §. ſi initium & Ange. conſ. 198. & facit text. in c. cùm dilectus infrà eod. Et ſi teneremus non ualere, corrueret multa inſtrumenta. ¶ Ceſſante uerò conſuetudine, utrùm diſpoſitio d. authent. ut præponatur nomen imperatoris, neceſſitet in terris eccleſiæ, quo ad Papam: uide latè do. Ab. in d. proœ. Grego. concludentẽ, quòd ſic, arg. c. 1. ĩ. de ope. no. nun. ut ibi per eum ſubdentẽ, ualere inſtrumentũ, in quo nominatur Antipapa, ſi de eius electione probabiliter dubitatur, ut ibi per eũ, & aliquid per Ro. in d. rubr. de ope. no. nũ.

¶ Item

✻ *In Rubr.*] *Adde ibidem Alexã. & in l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. de pact. & in 2. conſil. C.*

✻ *Iudæos*] *Adde Alex. in 1. conſi. ff. & C. & Ang. in Auth. iuſiurandũ. §. 1. collat. 2.*

✻ *Deciſ. 1.*] *Adde quod eſt deciſ. 3. tit. de iud. incip. à natiuitate. & in nou. deciſ. ſeq. inc. ſecundum curſum quæ eſt illa quam auth. hic refert in antiq. ſed eſt in nou. 6. conſimiles in ant. deciſ. 812. alias 17. ſub tit. de eod. inc. ſciendũ eſt et 809. alias. 2. ſub tit. de uer. ſign. inc. ſciẽdũ eſt per curia.*

✻ *Imperij*] *Adde nunquid inſtrumentum carens nomine Papæ in terris eccleſiæ & nomine Imperatoris in terris Imperij ualeat ui. Socin. conſi. 86. incip. in cauſa cõmunitatis Caſtr. uerſ. primò quia dictũ p. ĩ. ubi ẽt tenet quod tale inſtrumentum non dicatur publicum.*

¶ Item † requiritur deſcriptio loci, in quo conficitur inſtrumentum, ſecundum do. Ant. & do. Ab. hic per text. cum gl. in uer. cenſeretur. in c. abbate. de re iudic. in 6. Et per illum text. dicit Rom. in anti. conclu. 395, incip. utrùm * ualeat conſuetudo. * q non ualet conſuetudo in contrarium: quia eſt contra ſubſtantialia actus: ideo nulla, ut per glo. ord. in c. nõ putamus. in gl. 3. de conſue. in 6. de quo dicto facit ſeſtum Roma. in l. in illa. ff. de uerb. oblig. dicens per hoc notabiliter limitari generalitatem capituli, cùm dilectus. ĩ. eod. & idem Roma. in l. de pupillo §. qui nunciat. ff. de ope. no. nunc. ¶ Sed attentis prædictis, ubi conſuetudo ſemper attenditur, & in propoſito not. Domin. poſt Lap. in d. c. abbate, & do. Ant. in d. proœ. illud fortè non procederet. ¶ Nec obſt glo. in d. c. non putamus. quia iſtud non eſt de ſubſtantia; ſed de ſolẽnitate, quæ differunt, ut per Inn. in c. quod ſicut. in gloſ. mag. ĩ. de elect. & Bald. in l. etiam, in j. col. C. de execu. rei iudi. & in repe. l. j. C. de ſacroſan. eccleſ. Et quòd iſtæ ſint ſolennitates, uide Bar. in l. ſi quis legatum ff. de fal. & Bal. in l. j. §. j. circa medium, ff. de eden. & in l. ſi poſt diuiſionem. in j. col. Vnde non poſſet conſuetudo facere, quòd illud, quod non inſtrueret, eſſe inſtrumentum, l. j. ff. de fid. inſtr.: ſed bene poteſt facere, quod inſtrumentum non ſolenne habeatur pro ſolenni, ſicut etiam ex pacto poteſt omitti dies, l. cùm tabernam. §. j. ff. de pigno. inferendo ad conſuetudinem iuxta glo. in rubrica C. de decre. decu. cum ſimi. nec datur materia delinquendi, quia actus non ordinatur ad hoc & ſcriptura priuata poteſt eſſe ſine loco, ut dicetur ĩ. e. ſeq. ¶ Et quòd de iure circumſcripta conſuetudine requiratur locus, uidetur text. in §. quantum. in authent. qui mo. na. eff. legi. & in c. quoniam contra. in uer. loca. ĩ. de proba. Idem tenet Ang. in l. optimam. circa ſi. per illum text. cum gl. in uer. die. C. de cõtrahẽ. & commit. ſtip. & ibi Bal. & Arch. in c. cùm redemptor. 12. q. 2. & Domin. idem dicens de loco loci, in d. c. in nomine Domini. in j. col. & Imol. idem etiam dicens de dolo loci, in c. inter dilectos. ĩ. eo. quòd intellige, ut ſtatim dicam, & cum prædictis cõcordat etiam Spec. in iſto tit. §. breuiter. uerſic. poſt nomen. & Spec. & Io. An. eod. tit. §. inſtrumentum. uerſic. quid ſi locus. & Bald. in leg. contractus. uerſic. modò quæritur. C. de ſid. inſtru. & do. Car. in proœ. Cle. prope ſi. ¶ De modo autem expreſſionis loci no. primò, q ſi materia, de qua notarius rogatur, non exigit, q conficiatur ſpecificè in certo loco, putà ante tribunal, ſufficit exprimere ciuitatem: nõ autem oportet dicere locum ciuitatis. Ita probatur in glo. §. item uerborum. Inſti. de inuti. ſtipu. & in l. optimã. præal. ¶ An autem ſufficeret, q notarius ſcriberet actũ eſſe in terris imperij, uel eccleſiæ, non expreſſa ciuitate, uideretur, q ſic: quaſi ceſſet ratio glo. in uerb. cenſeretur. in ſi. d. c. abbate. Sed contrarium teneo: tum quia hoc non reperitur iure cautum: tum, quia Domi. poſt Io. An. in d. c. abbate. expreſsè firmat contrarium, dicens non ſufficere, etiamſi exprimat diœceſim, & non eſſet ſapienter dictum dicere, q illa ſola ſit ratio expreſſionis loci, ſcilicet quia fortè notarius non potuit in eo loco conficere inſtrumenta: nec gl. ibi poſuit hanc pro unica, ſed text. in d. l. optimam. & in d. §. item uerborum. aſſignant aliam, uidelicet ut ſit ſalua facultas uolentis ſe defendere ab inſtrumento ſimulato, oſtendendo q eo tempore non fuit in eo loco: quæ defenſio tolleretur, uel ſaltem difficultaretur per hanc incertitudinem ex defectu expreſſionis loci. ¶ Not. ſecundò, q in his, quorum confectio habet determinatum locum, nõ ſufficit exprimere ciuitatem, ſed ponitur locus ciuitatis: unde non ſufficeret dicere, q Ferrariæ coram iudice actum ſit, niſi dicatur ante eius tribunal, ſecundũ Bart. in d. §. qui nunciat. & probatur in d. c. quoniam contra. & in d. c. abbate. Actus enim iudicialis fit iudice ſedente, l. cùm ſententiam. C. de ſent. l. 4. in fin. ff. de interro. actio. Facit, quod de libello accuſationis habetur in l. libellorum. ff. de accuſa. Et ex hoc reprehenditur, quod no. Bal. in l. comparationes. C. de ſid. inſtrum. ubi dicit, q ſi poteſt apparere de loco loci, ut quia conſuetum eſt illum actum fieri in certo loco, & non alibi, nõ eſt opus exprimere locum, per l. j. C. de apochis publicis. Idem ſentit domi. Anto. hic per illum tex. & non bene: quia, ut dixi, actus iudiciales fiunt ad tribunal, & tamen oportet ipſum exprimere. Bene uerum eſt, q in ſcriptura priuata nõ requiritur talis expreſſio, ut not. Ant. ĩ. c. proxi. & de ipſa loquitur d. l. j. Et idem in literis Apoſtolicis, cùm locus, in quo Papa reſidet ſit notorius, nec Papa per loca diſcurrit, ut per Ioan. Andr. & Domin. in d. c. abbate. dicentes, hoc eſſe potius de ſtylo, quàm de iure, ut patet in data 6. lib. & in d. c. cum redemptor. ¶ Et
7 iſtis adde, q † inſtrumentum carens loco, uel tempore, facit ſaltem ſemiplenam probationem, ſi notarius eſſet mortuus, ſecundum Bartol. ſingulariter in l. admonendi. uerſicul. quid ſi in inſtrumento. ff. de iureiuran. & domin. Anton. in c. fin. de
8 iureiuran. ¶ Item † requiritur dies, ſecundum gloſſ. in d. authen. ut præponatur. & in d. cap. inter dilectos. & in d. l. generali. & in l. j. §. editiones. ff. de eden. Facit l. 2. §. diem. ff. quemad. teſta. aper. & text. in §. item uerborum. cum gloſſ. in uerbo, tota Inſti. de inuti. ſtip. & in d. l. optimam. in uerbo, die. Et intellige de die, quo notarius rogatur: non autem de eo, quo conficit inſtrumentum, ſecundum Specul. eodem titul. §. j. in ult. colum. uer. debet etiam inſtrumentum. & Domin. in cap. ut officium. §. ad conſcribendas. de hære. in 6. & Bartol. in d. §. ſi initium. uer. 4. dubi. Et notatur dies, in quo rogatio concluditur, ſi fortè pluribus diebus duraſſet tractatus rei, de qua fiebat rogatio, ſecundum Bal. in l. contractus. uer. quarto de die. C. de fide inſtrum. & Bald. & Imol. in l. ſi quis cum. §. j. ff. de uulga. & pupil. Vnde dicit Bald. in l. ſi uoluntate. per illũ text. ſing. C. de reſcin. uend. quòd ex multis uerbis ad contractum ſola concluſio dicitur contractus. ¶ Et
9 † adde, quòd de nocte * non ſunt fienda
* inſtrumenta, niſi ex cauſa urgenti, ſecundũ Hoſtienſ. Bald. & do. Abb. hic: quibus adde Innoc. & domi. Anto. in c. conſuluit. ubi bo. text. ĩ. de offic. deleg. & Bar. in l. non minorem. circa princ. C. de tranſact. & Angel. in l. more. ff. de ferijs. & Imol. in l. qua ætate. ff. de teſta. Vbi etiam dicunt, q inſtrumentum factum ante mediam noctem denominatur à die præcedenti, poſtea uerò à ſe-
10 quenti. ¶ Et adde, q † menſis ponitur, ut in locis præal. ut ſciatur dies: tamen ſi eſſet dies notabilis, non requiritur menſis, ſecundum Bart. in d. §. ſi initium. uer. quæro, quid de menſe. ¶ Et quando apponitur dies, non requiritur nomen diei, ſecundum ipſum, niſi ſtatutũ aliud diſponat, ſecundum Alber. in 1. parte ſtatu. q. 115. poſt Dy. in conſi. ſtatuto ciuitatis. pro quo facit dictum Bald. in l. j. ff. de lib. & poſthu. cum concor. quas dedi in cap. ſuper eo. el. j. ĩ. titul. proxi. ¶ Et iſtis adde, quòd etiam in priuilegijs apponitur dies, ut in cap. ſi quis. & ibi bona gloſ. 25. q. 2. & no. Spec. eod. titul. §. inſtrumentum. uer. idem quod non eſt. Et idem in libris rationum, ſecundum Bald. in rub. C. eod. uerſic. reuertor
11 ad primum. ¶ Et † adde, quòd ſi dies reperitur in protocollo, ſuſtentatur inſtrumentum carens die, ſecundum Specul. in iſto titul. §. inſtrumentum. uer. quid ſi. in no. & gloſ. in §. fin. in uerbo, protocollum. in authen. de tabel. Et dicetur poſt domi.
12 Anton. in cap. ex literis. ĩ. eo. ¶ Item † adde, q hora non eſt de ſubſtantia, ſecundum Io. An. in addi. Spec. eo. titul. §. 1. uer. poſt indictionem. niſi in caſu legis, aut qui
* aliter. §. 1. ff. quod ui, aut clam. Prodeſſet * tamen ponere ipſam horam ad oſtendendam prioritatem, ubi oporteret, iuxta gloſ. in uerbo, appareat in c. ſi à ſede. de præbẽ. in 6. & in cap. in duobus in uerbo, à nobis. de reſcript. eodem lib. & Bald. in l. fin. uer. quapropter interdum. C. de edic. diui Adria. toll. & in l. perſcriptione. uerſic. & eſt ſimile in inſtrumentis. C. ſi contra ius, uel utili. public. & in l. cùm proponas. in fin. C. de
13 interdict. matrimo. ¶ Item † requiritur ſignum notarij, ſecundum Bart. in 1. conſti. ff. & Iac. de Are. & Imol. in l. ad teſtium. §. ſi quis. ff. de teſta. & glo. in §. ſed & ſi inſtrumenta. in uerbo, oportet. in authen. de fide inſtr. & glo. in §. item lex Cornelia. Inſti. de publi. iudi. & Arch. in d. c. cùm redemptor. Bal. in l. non aliter. ff. de adop. & in l. j. §. editiones ff. de edẽ. & Bar. & Bal. in d. §. ſi initiũ. & Spe. eo. ti. §. inſtrumentũ. uer. item q non eſt ſignatũ. & do. Ab. hic, & ꝓbatur in l. ſi. C. de aſſertio. ¶ Et idem in ꝓtocollo, ſm Bal. in l. Lucius. in prin. ff. de mili. teſt. & ſentit in l. contractus. C. de fide inſtr. & in l. eo, quod à

* *Conſuetudo*] *Adde quod in deciſ. hic alleg. nihil de hoc. Sed uide deciſ. 439. aliàs. 6. de conſuet. inci. nota utrum ualeat conſuetudo. & deciſ. 738. aliàs. 5. de fi. inſtru. incip. nota quod Tabellio. in antiq. & in. Bart. in §. qui nunciat. alleg. ab Authore.*

* *De nocte*] *Adde quod quando fiunt inſtrumenta de nocte, debent accendi tria luminaria, ne de facili perſona ſubducantur. l. 1. de uen. inſpic. alias notarius punietur de falſo. l. iubemus. C. de teſtam.*

* *Prodeſſet*] *Adde Bald. in l. more. de ferijs et in l. non minorem. C. de tranſact. Card. in c. conſuluit de offi. deleg. glo. in l. ſi ex pluribus. §. fin. ff. de ſolu. Bald. in c. licet cauſam. & in cap. quoniam contra. de prob. in c. paſtoralis. & in c. capitulum. S. crucis de reſcr. & in l. imperator. de ſtat. hom.*

multis.in prin.C.ſi cert.pet. Etiamſi faceret ſcribi inſtrumentum per alium, ſecundum Bald.in rubric. C. eod.& in l.ſingulos.ff.de teſtamen. Et poteſt ſignum poni in fine, uel in principio, ut ſe habet conſuetudo, ſecundum Bald. in d.l.non aliter, & in d.§.ſi initium. ¶ Et non mutat tabellio ſignum ſolitum, ſecundum Bald.in proœ. C. niſi ex cauſa & iuſſu ſuperioris, ſecundum Bald. in diſput. accuſatus. Nec poteſt uti notarius ſigno alterius, ut per Bald. ibi, & Bart. in ſimili in tracta. de inſignijs & armis.cum alijs ibi allegatis per Ana.in c.accedens infrà de cri.falſi. Dicunt tamen domi. Ant.& Imo. hic quod omiſſio ſigni ★ non uitiat inſtrumentum, tanquam leuis ſolennitas: & allegant Ioan.An.in Spec.eod.tit. §. 1. in fin. cuius authoritas notaretur in practica, ſecundum domin. Abb.hic, licet ★ præcedens opi.ſit communior. ★ ¶ Item
14 † requiritur deſcriptio teſtium, [a] ut per Spec.in iſto tit.§.2. ad fi.& gloſ. in d.l.generali.& domi.Anto.& domi. Abb.hic limitantes, niſi conſuetudo releuaret ab hac ſolennitate: ſecundum quod not. Innocen. hic, arg.c. cùm dilectus infrà eod. ¶ Item
15 † niſi eſſent acta iudicij, per not.in c.quo-
16 niam cõtra ſuprà de proba. ¶ Item † niſi fieret inſtrumentum in publico parlaméto quia præſumitur, quòd ibi fuerint multi teſtes, ut ſingulariter per Spec. eod. tit. §. reſtat. uerſic. ſed cùm literis. Et idem eſt fortè de inſtrumento facto coram Papa, arg. l.omnium. C. de teſta. iunctis notatis per Pet. de Anchar. in clem. paſtoralis.in 2. notabili, de re iudic.& domi. Anto.poſt Innocent.in c.unico. ſuprà de lit. conteſta. & in c.examinata ſuprà de iudic. Et in iſtis caſibus non requiritur etiam ſubſcriptio notarij, ſecundum prædictos, qui etiam dicũt, quòd ſubſcriptio partium regulariter non eſt neceſſaria, ut per Ioan. An.in iſto titu.§. inſtrumentum.in addi. incip. Dicit Accur. & facit doctrina Innocent. in c. 1. infrà de his, quæ fiunt à præla. ubi dicit, ſubſcriptionem proprijs manibus non eſſe neceſſariam, niſi in caſibus à iure expreſſis. ¶ Teſtes autem deſcripti probant, etiamſi confectioni inſtrumenti affuerunt non rogati, per l.ad fidem. ff. de teſti. niſi in caſibus, de quibus ibi per gloſſ.& in l.hęredes.§.fi.ff.de teſt. & in authen.rogati.C. de teſtibus.& plenè per Specu.in tit.de teſte.§.2. in penul.colum.uer.item quòd non fuit. Extra quos caſus non requiritur rogatio, ſecundum gloſſ. in §.de his.3.quæſt. 9. & Bald.in rubric. C. eod. uerſic. quæro ergo, quid de inſtrumentarijs. Et ubi requiritur ſubſcriptio, quot debeant eſſe teſtes, uide gloſſ.in regula, pluralis. de reg.
17 iur.in 6. ¶ Item † requiritur ex ſolennitate extrinſeca, quòd inſtrumentum legatur partibus, ſecundum Bartol.in l.contractus. C. de fi. inſtru. per illum text. Et hoc intelligit non ſolum de contractibus, qui in ſcriptis celebrantur, ſed etiam de omni alio actu, in quo requiritur ſcriptura & ſequitur hic domi. Abb. dicens ſecus in alijs, quæ rediguntur in ſcriptis, non ut ſcriptura ſit de ſubſtantia, ſed ad probationem conſeruandam, ut hic per ipſum, quẽ limità in caſu cap. appellationis. de appel. in 6. ¶ Et adde, quod in dubio non præſumitur ſcriptura fuiſſe lecta, per l.quæcunque, §. fin.ff. de Publicia. niſi eſſent in ſententia illa uerba, Sententialiter, &c. ut per Bald.& Ang.ibi, & per Bart.in l.ſtipulandum. in fi.ff. de uerbo. oblig. & Bald. in l. fideicommiſſa. §.1. ff.de lega. 3. & in l.ſi is, qui. ff. de teſta. & in l.1. C. de ſentent. ex breuic.reci.& in l.1. in ult.char. C. de fide
18 inſtr. ¶ Item † requiritur, quòd ſit confectum à notario legitimè creato, ut hic per Doct. intrantes maximum & periculoſum dubium, uidelicet ſi negatur illum, qui confecit inſtrumentum, fuiſſe notarium, nec poſſit probari de creatione, an ex eo ſuſtentetur inſtrumentum, quia communiter putabatur notarius? & multi tenent, quòd ſic per not. in l.Barbarius. ff.de offic. prætoris. Et ita tenent Innocent. domi. Anton. domi. Cardi. hic, & Innocent. in c. ueniens. ad fin. gloſſ. maioris infrà de uerbo.ſignifi.& Spec.in tit.de probat.§.1.uerſ.uerum.& in tit. de inſtru.edi.§.reſtat. uer. quid ſi, & in alijs locis allega.per Ioan.An.in eo.§.uer.& ſcias, ubi uide: & idem tenet Bald.infrà cap.proximo.in 1.col.& Bart.in l.2. & in l. Barbarius. in ultim. colum.ff.de offic. præto. & Bald.in l.1. C.ad Maced. & in authen.quas actiones.in fin.C.de ſacr.ſanct.eccle.& domi.Anto. poſt Hoſtienſ. in c.ſignificauit.in pen.col. ſuprà tit.2.& Paul. de Leaza. in c. cùm dilectus. uerſic.circa hoc quæro infrà eodem.& ſentit Bald.in l. data opera.uerſic. quid de bannito.C. qui accuſ. & in l.ſolennibus.C. de res uend.& in l.non ignorat.C.qui accuſ.& domi. Cardinal. conſil.76. incip. Dominus abbas ſancti Benedicti de Mantua, &c. & adducit rationem, quam dicit in propoſito nouam: quia ſcripturam eſſe publicam & authenticam poteſt facere communis reputatio loci & conſuetudo, capitul. cùm dilectus infrà eod. etiam ſine inſcriptione teſtium, ut ibi not. dicit Innocent. alias inhærendo rigori alterius opinionis ruerent multa inſtrumenta: & iſta ratio urget, ſecundum ipſum, qui de dicto conſilio facit etiam mentionem hic, & illam rationem ſentit Paul. licet ipſe non dicat, in d.c.cùm dilectus. dum dicit illum textum habere locum in ſcripturis priuatis. Et pro hac parte adducitur etiam, quia diuturnitas temporis facit præſum. de creatione, ut per Innocent.in c.illud infrà tit.proxi. cum concor. quarum aliquas dedi in cap. Albericus ſuprà tit. 2. ¶ Et loquuntur iſti in eo, qui multa fecit inſtrumenta, & longo tempore, puta 10. annis: ſecus enim, ſi breui tempore, puta tribus annis, ut per Bald.in l.1.uerſi.pone, quidam publice.C.de fideicom. ¶ Item intelligitur in eo, qui non ſolum putabatur, ſed re uera potuiſſet eſſe tabellio: ſecus, ſi non potuiſſet, ut quia ſeruus, uel alias inhabilis, ſecundum Angel. in l. generali. per illum textum. C.de tabula. lib.10. ¶ Et ad d.l. Barbarius. reſpondet, ut per ipſum, & per Bartolum in d. l.actuarios. C. de numera. ¶ Sed fortè etiam in eo, qui non potuiſſet eſſe, procedunt prædicta per rationem domini Cardinal. & adde Cald. in iſto titul. conſilio ſecundo. ubi ponit de inſtrumento confecto à ſpurio reputato legitimo. ¶ Et cum iſtis tranſeo, [b] quamuis Bald. poſt multa aliter dicat in l.3.in 6. q.C. de teſta. cũ quo concordat Petr.de Anch.conſi.209.et Bar. in d.l.Barbarius.in repe.& in l.Herennius. ff.de eui.& Bald. in l.3. C.de manda. princip.& d.l.actuario.de quo etiam per Inno. in cle.1.de procura. Bald. in l.fin.ff.de fid. inſtru. in apoſtillis, & in concluſionibus Spec.in iſto tit.& Angel. in authen. de hæred.& Fal.§.hinc nobis.& in authen.de tabellionib.in princi.& in l.3.ubi bonus tex. ff. ad Macedo.& conſi.138.& Bald.& Imo. in l.ad teſtium. §. conditionem. ff.de teſta. ★ Et pro communi ★ opin.facit glo.in.§.pen. in authen. de tabellionibus. cum concor. quas dedi poſt Ananiam in c. fraternitatis. infrà de hære. quæ dicit, quòd ualent inſtrumenta cõfecta à tabellione priuato, ſi eius priuatio eſt occulta. ¶ Et adde, quòd ſi opponeretur inſtrumento delato de partibus remotis, quòd non ſit confectum à tabellione, oportebit probare, quòd ſit tabellio, ſi res non eſt leuis præiudicij, ſecundum Io. An. latè in iſto tit.§.reſtat. uer.quid ſi producatur.& do.Ant.hic, & Bald. ĩ c.proxi.& aliquid per eundẽ in Spe.eo.ti.& latè p do. Car.in cle.3.in 3.q.de proc. Vnde ſolẽt fieri literæ teſtimoniales prioris, ut hic per Imo.

Omiſſio ſigni] *Adde quod ſignũ notarij eſt adeo de ſubſtantia inſtrumenti ut notarius illud mutans puniatur de falſo per Bald. in l.1. C.de nouo Cod. comp. faciunt notata in l. ſtigmata. C. de fabricens.lib.11. §. item aliena. inſtit. de teſtam.ũ l. Paulus in l. qui teſtamentum in l.ſi falſum in rer.amouet.de falſ. in l.lege Cornelia.C.eo. tit. in l.fi. C.de aſſeſ.in §. oportet. in Auth. de fid. inſtrum. Bald. in l. bonæ fidei. C. de reb. cred. & in l. diſtrahentes. C.de reb. eccl. non alienan. Iac.de Aren. in l. ad teſtium. §. ſignũ.ff.de teſtam. et not. in l.1.C.de commen. ff. deb. lib. 10.*

a *Item requiritur deſcriptio teſtiũ*] *Adde tu, quòd ubi notarius eſt rogatus de actu, non requiritur, regulariter ſubſcriptio teſtium, ſed ſatis eſt, quòd nomina teſtium inſcribantur per notarium, l.in donationibus. & ibi gloſſ. & Bald. C.de dona. & glo. in authen. de hæredi. & Fal. §. ſi uero. in uerſic. ad hoc. & probatur in 1. 2. infrà eod. niſi in caſibus, in quibus requiritur ſubſcriptio expreſſe a lege. Et ita intelligitur, quòd no. gloſſ. in l. generaliter. C.de tabul.lib. 10. & in c.quoniã contra. de probat. in glo.in uer. dum. de quo omnino uide notata per Bal. in l.1. C. ad Vel-leia. & per Ioannem An. in addit. Spec. in tit. de inſtrum.edi §.breuiter. in addi. incip. dicit Accur. & per Card. in cap. cum Ioannes infrà eodem.*

b *Et cum iſtis tranſeo*] *Adde in proclariori intelligentia iſtius q. pone aliquis in ueritate non eſt notarius, neque habet priuilegiũ notariatus, tamen communi opin. reputabatur notarius, & eſt in quaſi poſſeſſione. quæ multa inſtrumenta publica fecit, an inſtrumenta per eum facta ualeant? Multi Doctor. tenuerũt, quòd ſic, tum quorum opin.hic tranſit Fel. Adde tu quod communis ★ opin. eſt in contrarium, & ſic reprobata eſt opin. Felin. hic, & aliorum Doctorum, quos ipſe*

& do. An. Pro quibus faciunt nota. in c. poſt ceſſionẽ. ẽ. de proba. & p do. Abb. in c. corã. ix pen. col. ſuprà de offic. de leg. quem retuli in c. ſeries. ẽ. de teſti. & per do. Card. in d. cle. j.
19 ¶ An † autem per matriculam probetur creatio notarij? Bald. in l. a. C. de ſenten. & interlo. omnium iudic. & in d. l. Barbarius. et Sali. & Ro. i l. ſcrinarios. C. de teſta. milit. & Ro. in l. in illa. de uerb. obliga. dicunt, quòd ſic, per l. matriculam. C. de agentibus in rebus. libro 12. Sed contrarium tenet Ioan. Andr. in Spec. in iſto tit. §. teſtat. uer. ut ſcias. & do. Anto. hic: quia matricula non aſſerit tempore deſcriptionis illum fieri notarium, ſed aſſerit eum de præterito factum eſſe: ergo non probat illum actum præteritum, per notata in authen. ſi quis in aliquo. C. de eden. & per Innocen. in c. quoniam contra. ſuprà de proba. ubi dixi in 5. concluſione. Et illud uerius per hanc rationem: & iura in contrarium præſupponunt, quòd creatio præceſſerit. Si tamen fieret matricula de creatione, quæ tunc agebatur, ſi eſt ſcriptura publica, probat: uel dato, quòd non probet, tamen ſi probetur deſcriptionem eſſe factam præſente notario, & eo, qui poſſet tabellionem creare, ille eſt in quaſi poſſeſſione tabellionatus, ſecundum dominum Antonium hic: cuius dicta intelligo, dum modò deſcriptus in matricula exerceat officium: aliàs non gaudet eius priuilegio, ſecundum Bart. in d. l. ſcriniarios. per l. in honorib. §. j. ff. de uacatione muner. in quo tamen domin. Anto. aliter dixit in capitu. maiores. in princip. infrà de baptiſm. Pro quo faciunt, quę dixi in cap. 1. in 8. fallent. ẽ. de proba. de deſiſtente ab actu, qui non perdit nomen. Sed dictum Bart. eſt uerius quia ſine exercitio perditur nomen, l. j. in princ. ff. de trib. maximè in illis, quæ quia aſſumit licitè à ſeipſo: ſi enim dantur ab alio, uel aſſumuntur à ſeipſo, ſed cum delicto, ſufficit ſemel exercuiſſe, ut in contrarijs: quibus ita reſpondet Bar. in l. legatis. in fi. prin. de leg. 3. ¶ Item oportet, ut ſit ſolenniter ſcriptum, ſecundum Doc. dubitantes, an oporteat, ut ſit ſcriptum in charta pecudina, uel hœdina: & concludo, quòd non, ut * per Bar. in. l. in commodato. §. ſicut. * ff. cõmo. & Spec. in iſto ti. §. poſtremo, uer. item q eſt ſcriptum. & Bar. in l. j. in prin. ff. de bo. poſ. ſecundum tabu. & do. Ant. hic, & Bald. pulchrè in l. donatio. per illum text. C. de donat. & Ang. & Sal. in l. quoniam in dignũ. ubi bonus text. in fi. C. de teſta. Et faciũt, quæ habentur in c. cum cauſam. ſuprà de proba. de ſcriptis in marmore: & per glo. in c. poſtulaſtis. 3. q. 7. etiamſi eſſent chartæ, raſæ, ſecundum Bart. in l. chartæ. per illum tex. cum gl. ff. de bono. poſ. ſecundum tab. & Arch. in c. cùm redemptor. 12. q. 2. Tamen ex hoc detrahitur de fide, ſecundũ do. Anton. hic ſignanter: & non ſeruatur de conſuetudine, ſecundum Barto. in d. l. chartæ. Pro quibus facit, quod not. Bald. in l. contractus. C. eo. ubi dicit, quòd propter uiliſſimam & immundam chartam ſcriptura eſt ſuſpecta: unde bullis perforatis non datur fides in curia Romana, ſecundum ipſum. Pro quo facit c. 2. in fi. infrà de cuſtodia euchariſtiæ. Et quando raſura uitiet, dicetur infrà eod. ex literis. ¶ Item oportet, ut non ſit ſcriptum per notas, uel ſigna, ſecundum Specul. in iſto tit. §. compendioſè. uer. item quòd eſt ſcriptum. & dom.

ipſe ſequitur. Ideo communem opin. intrepidè teneas, uidelicet quòd ĩmo talia inſtrumenta nihil ualent, & communis error nil operatur, & hoc, quando creatio notarij non habuit ortum ab habente poteſtatem creandi notarios. Iſtam opin. tenet Ant. de Pyſis, Guil. Ray. Oldr. in l. Barbarius. ff. de off. præto. & idem tenet Azo in Summa in auth. in tit. de fide inſtr. idem tenet Bartol. in l. aſſinarios. C. de nu. et actua. li. 12. Bart. in l. Heren. ff. de decu. Bal. in repe. d. l. Barbarius. Salic. & do. Alex. in l. 1. C. de teſta. & Ange. in d. l. 1. & cõmuniter Doctores. hic. Specalator in tit. de inſtrum. eod. §. reſtat. uerſic. quid ſi it. ubi expreſſè dicit, quòd ille, qui non eſt notarius, neque priuilegium tabellionatus habet, dato quòd exercuerit officium, communis error nihil pdeſt, quia communis error non poteſt eum facere notarium, c. 1. & 2. de cle. nõ ord. l. priuatorum. C. de iuriſd. omniũ iud. Et teneo, quod per iſta Spec. mihi dicere, quod communis error non facit ius in hoc, cum populus non poſſit diſpenſare cum notario, qui non eſt creatus ab habente poteſtatẽ, cũ ſolũ, creare notariũ ſit reſeruatum ſupremo princips in ſignũ ſupremæ poteſtatis, c. cùm P. tabelho. ẽ. eod. ubi Doc. Ideo error priuatorum, imo conſenſus expreſſus nihil operatur. Idem tenet Io. And. in add. Spec. in illo §. reſtat. in addu. in cip. ad intellectũ, ubi dicit, quod li-

Anto. hic allegantem gloſ. in uer. notarius. in c. monachus. 77. diſt. & l. j. ad fi. C. de emẽdat. Iuſtini. C. cum concor. de quibus per eum, & per Bart. in l. quoties. §. j. per illum tex. ff. de hære. inſti. Vbi hoc limitat, niſi eſſent notæ, uel ziferæ uſitatæ, ut c. pro centum, uel x. pro decem: & dum modò ius expreſſè hoc etiam non prohibeat, ut in caſu authen. quod ſine. C. de teſta. & in d. l. j. in fi. & idem dixit Bart. in l. ſed cum patrono. §. fi. ff. de bo. poſ. tit. generali. & in d. authen. quod ſine. & habetur per Angel. in l. Lucius. in prin. ff. de mili. teſta. & Bal. in l. uerbum, Volo. C. de fideic. & in d. authẽ. quod ſine. aliàs uerba obſcura uitiant inſtrumentum, ut in dictis locis, & per Bart. & Ang. in l. quicquid aſtringendæ. ff. de uerb. obl. & & quod not. Bart. in ſimili in l. ſi quis filiabus. in fi. ff. de teſt. tut. & abſtinendum eſt à periculoſis imbreuiaturis ut in Spec. de re ſcrip. præſenta. §. j. & de inſtru. edi. §. poſtremo, uer. itẽ opponitur, q inſtrumentum. & in §. oſtenſo. uer. quid ſi imbreuiatura. & latè per Archid. 25. q. 2. in ſumma: & aliquid per Angel. in l. bene à Zenone. C. de quad. præſcript. Et in literis Apoſtolicis dictiones numerales, quæ præcedunt immediatè calendas, nonas & idus, debent ſcribi per literas & ſyllabas: aliàs non ualerent, ut in regulis cancellariæ. ¶ Item
20 † requiritur, quòd notarius ſit rogatus de * confectione inſtrumenti, ut in §. nos, autẽ, in authen. de tabellio. & per Barto. in auth. ſi quis in aliquo. in pen. colum. C. de eden. & gloſ. in uerbo, requiſitus. in clem. 1. de iureiur. An autem in dubio notarius præſumatur rogatus, ſi non appareat? dicit, quòd non: quia eſt ſolennitas extrinſeca, quæ non præſumitur, l. quæcunque. §. fi. ff. de Publicia. & dixi in c. Albericus ſuprà tit. 2. & ita tenent Innocen. domi. Anto. & domi. Abb. hic, & Bartol. in d. §. ſi initium. in ult. char. ſicut diximus, quòd teſtis in dubio non præſumitur rogatus: ut per Cyn. in l. hac conſultiſſima. C. de teſt. & Bart. in l. ſciendum. ff. de uerb. oblig. & in l. Domitius. ff. de teſta. & Specul. in tit. de teſte. §. 1. circa. fin. uer. ſed quid, ſi in prædictis. & domin. Anton. in cap. ſicut. infrà de re iudic. cum concor. & reprobatur gloſſ. quæ de notario dixit contrarium in d. §. nos autem. in uerb. iniungatur. quamuis cum ipſa concordet Angel. ibi, & Bartol. in d. l. Domitius. & Bald. in rubrica. C. de fide inſtrum. & in l. 1. in princ. ff. de hered. inſtitu. & in l. ad fidem. in lectura antiqua, ff. de teſtibus. & in authen. rogati. circa medium, C. de teſti. ¶ Eſt uerum, quòd ſi notarius ſcribat ſe rogatum, uel etiam utatur hoc uerbo, Publicauit: tunc præſumitur rogatus: quia illa eſt ſolennitas intrinſeca, ſurgens ex ui uocabuli, ut eleganter per Bart. in d. l. ſciendum. quem retuli poſt dom. Card. in d. c. Albericus. & cũ Bar. tranſit Imol. & Roma. d. l. ſciendum. & Angel. in d. l. quęcunq;. §. fi. & conſi. 26. incipiente, Reperitur quædam imbreuiatura. & do. Ant. & do. Abb. hic et Bal. in l. 1. C. de fide inſtr. lib. 12. & do. Ant. in d. c. ſicut. & Imol. in l. j. ff. de hæred. inſti. & in l. hæredes palam. §. in teſtamentis. poſt Bart. ibi. ff. de teſt. & do. Cardi. in d. clem. j. §. dudum. in 14. notab. de iureiur. Et quo ad hoc, uide, quod tangit Ro. & poſt eum Scribentes in d. l. ſciendum. Et nõ ſufficeret, quòd diceret Scripſi, omiſſo hoc uerbo, Rogatus, ſecundum Card. in d. c. Albericus. quia etiam per priuatum ſcribitur, licet Bart. in d. l. ſciendum, etiam in hoc aliter dicat, quando concurrit ſignum notarij cum alijs ſolenni-
21 tatibus: & fortè eius authoritas præualeret. ¶ Et † debet notarius rogari ab his, à quorum conſenſu actus pendet, & ſi depẽderet à uoluntate unius, ſufficit, q ſit rogatus ab illo, ut in effectu concludunt hic do. Ant. et do. Abb. & Imol. ẽ. c. prox. poſt Io. And. in Spe. eo. tit. §. poſtquã. uer. ſed nunquid in conficiendo. & idem Bal. in rub. C. eod. & Io. And. in regula, ſemel malus. in Mercurialibus. & Bal. in d. authen. rogati. circa prin. & Pau. de Caſtr. in d. §. in teſtamentis. et gloſſ. in d. §. nos. autẽ.

et per

tet quis exercuerit officium tabellionatus longo tẽpore, non ſufficit ad probandum, quòd inſtrumentũ per eũ facta ualeant, niſi de poteſtate ſibi cõceſſa à ſuperiore appareat. Idẽ tenet Imol. in l. ad teſtamentum. §. j. ff. de teſta. Idem tenet Specu. & Ioannes And. in tit. de proba. in §. probare. uerſic. illud. Hoſt. in Summa in tit. iſto. in 2. col. Cyn. in l. comparationes. C. de fid. inſtrument. Anton. de Butr. in c. conſultatio. de iure pat. in 14. col. in uerſic. uenio ad ſecundum. Et ita teneo, quia communis opinio eſt.

* *§. ſicut] Al. de Alexand. ibi & Bartol. in l. qui tabulas. ff. de furt. per text. ibi. ubi tenet quod inſtrumentum in tabula lignea uel terrea ſcriptum ualet.*

& per Imol.in d.clem.j. circa princ.& Angel.in l. fin. in fin. ff. pro derelicto. ¶ De quibus autem actis poſſit notarius rogari, uide ſolenniter Ioan. Andr. in d. uer. ſed nunquid. quem ſufficienter refert domi. Abba.hic.& ſatis memini in c.ſcries. ĩ.titul.2. ¶ Et de quibus ſenſibus corporis poſſit eſſe rogatus, dixi in cap.cum cauſam.eodem titul. ¶ Et de pœna notarij recuſantis ſine cauſa conficere inſtrumentum,uide domi. Card.in d. clem.dudum.cum concor.quas dedi in c. quoniam contra.in 2.no. ĩ.de proba. Et dicit hic Innocen.quòd eſt neceſſe, quòd notarius rogetur publicè: quia publicum eſt eius officium:alias eſt ſuſpicio contra eius inſtrumentum, arg.c.1. infrà,ut eccle.benef. Et iſtud bene no.& intellige, ſecundum Hoſtienſ.& alios,niſi aliud ſuadeat cauſa iuſti metus,arg.cap. fin.ĩ.de appel.& facit ultra eos cap.fin. de hære.in 6.Quando autem dicatur fieri non publicè,non reperio tactum:ſed dixit domin.Card.in clem.1. uer.notarij. in 2. notabili, de hæret. quòd ſecretum dicitur id,quod probari nõ poteſt: & dicit eſſe text. ſing.ibi,& dicit bea.Tho. 2.2. q.67. artic.1. in fin.q̃ non dicitur omnino ſecretum,quod per ſufficientes teſtes probari poteſt: de quo etiam per Bal.in titul. de pace Conſtan.in uer.
21 in nomine Chriſti. ¶ Tangunt † præterea domi. Anton.& domi.Abb.hic,quando notarius poſſit rogari, uel inſtrumentum conficere de pertinentibus aliquo modo ad ſeipſum. Et inter alia dicunt, ualere inſtrumentum, quantum ad hoc, ut ex ipſo notarius obligetur, ut per Bartol.in l.ſeruus communis. ff.de ſtip.ſer.cum quo concor. Bald.in authen.contrà,qui propriam.C.de non nume.pecu.& Bart.& Bald. in l.ſi conſul. ff.de adopt.& Bald.in l.iudices. C.de fide inſtru.& Bartol.in l. pupillus.per illum tex. ff.de autho.tuto.& in l.filiusfamilias.§. ſequens quæſtio. ff.de falſis,& in l.in pubo-rem.§.fin. * eod.titul.& tetigit in l.quanquam. C.de his, qui ſibi aſcrib.in teſt.& in l.ſi ſtolas.§.1.ff.de contrah.emp.& Bald.ĩ.c. proxi.Sed non ualet inſtrumentum ad utilitatem ſuam, ſecundum prædictos hic, & Angel. in repe.l.ſciendum.ff.de uerb. obli. Vnde dicunt Bartol. & Paul. de Caſtr.in l. ſeruus.ff. de teſta.q̃ licet poſſit conficere inſtrumentum mandati, quando conſtituit ꝑ ſe procuratorem,non tamen inſtrumentum probabit,quo ad cautionem de rato. Facit c.per ueſtras.ĩ.de iure pat. cum concor. ¶ An autem de commiſſione ſibi facta poſſit eſſe rogatus,uide Hoſtienſ.& alios in d.c. quoniam contra.& ibi dixi in 1. q. ¶ Et de procuratore meo, qui produxit inſtrumentum à ſeipſo me rogante confectum ante cauſam motam,uide latè Io. And.in regula, cum, qui. de reg.iur. in 6. & domi.Anto.& Imol.in c.ex literis ĩ.de tranſact. ¶ Et de notario conficiente inſtrumentum pro patre ſuo,uide Bartol.in l.ſi pater.ff.de falſis.cum concor. quas dedi in cap.ſuper eod.in fin. ĩ.titul. 2. ¶ Et de patre pro filio uide Bartol.ibidem,& Salic.in l.quæ de teſtam.in fin. C.de iis, qui ſibi aſcrib. & Angel.in l.quod adhibitis. C.eod. ¶ Et de marito pro uxore uide Bartol. quod poteſt.in l. uxori. * per illum text. ff.de falſis.& in ſimili Bald.in l.inſtrumentum. in fin. C.de proba.& per Bartol.in conſi. filiusfamilias, notarius & presbyter. ¶ Item tangit hic Innocent. an inſtrumentum noceat tertio in eius confectione non intromiſſo? de quo dic, ut per eum & alios,& per Bald.in rubri.C.de fide inſtrum.in l.deſiderium. C.depoſiti.& in authē.ſi quis in aliquo. C.de eden.Et dicitur, quòd prodeſt tertio,per d.l.deſiderium.quæ eſt ſingu.Sed non nocet,quantum ad probationem facti non rogantium, ſed bene ad probationem facti rogantium. Et an ſcriptura priuata noceat tertio,dicetur ĩ.cap. proxi. ¶ Cæterum ſi propter dictas ſolennitates dubitaretur,& meritò,utrùm ſi in uno uolumine inſtrumentorum, ſeu protocollorum,ſint omnes ſolennitates appoſitæ in princip.uideantur repetitæ in alijs inſtrumentis eas non habentibus, uide Bartol. ſolenniter in d. §.ſi initium.concludentem, quòd ſic, per illum text. niſi aliquæ chartæ eſſent uacuæ in medio, uel in certis caſibus, de quibus per eum:& aliquid per Bald.in rubrica.ff.ſolut.mat.ubi etiam dicit, quòd ſi ſunt duo uolumina rogituum notarij, & ſermo præcedentis uoluminis continuetur alteri, cenſetur unum uolumen, & præpoſitio indictionis & anni eadem,ut ibi per eum: de hoc etiam per Bald.& Angel. in l. patris & filij.ff.de uulg.& pupil. ubi dicunt idem in teſtibus deſcriptis in præcedenti teſtã, quia intelliguntur repetiti in ſequenti. ¶ Ex quo infertur,q̃ teſtes, qui debent eſſe rogati in teſtamentis, ſufficit q̃ ſint deſcripti & rogati in præcedenti teſtõ, ut intelligantur repetiti & rogati in ſequenti, in quo non erant deſcripti: quod eſt ſing. ſecundum Imol. in d.l. patris. ¶ Et iſta locum habent in ſubſcriptione & ſigno notarij,ſecũdum Bal.& Salic. in l.eo, quod à multis. C.ſi certum pe. & Angel.in l.Lucius.ff. de teſta.mili.& Bald.in rubric.C.de fide inſtru.uer.hinc incidit quæſtio. ubi plus ſing.dixit,q̃ ſolennitates appoſitæ in principio inſtrumenti, uel libri, referuntur ad omnia, quæ ſunt ſcripta etiam in margine.Et hoc etiam no.Bal.in l.Labeo.§.1. ff.de pact.& in conſi.ſuo incip.In libro ſententiarum. Sed tamen in hoc contrarium tenent Ioan. Andr. latiſſimè in addi. Specul.eod.titul.§.oſtenſo.in additione, Dixit Rolandinus.& Bald. Angel.& Paul.de Caſtr.in l.ſi unus. C.de teſta.& Paul. de Caſtr.conſil.26.incip.In Chriſti,& c.dubium facit.concludentes,ſcripta in margine non ualere, ſi notarius non declarauit dicens, qua illa addita fuerunt. Et poteſt reſponderi ad prædicta, q̃ loquuntur in ſcripturis habentibus ordinatam conſequentiam: & de hoc etiam per Bald.in l. noſtram.in 1. & 2. colũ. C.de teſta.& in l.ea,quæ. C.commina. uel epiſto.& Ang.conſ.114.incip.Titius ut hæres,& Bar.in l.in fraudem.§. ſicut.ff.de teſta.mili.& in l.imperator.in fin.ff.de ſta. homi. Et prædictis adde Bald.in l.circa.C.loca.ubi dicit per illum text. q̃ prædicta procedunt,quo ad generales formas:putà anni & conſimiles, ſecus in his, quæ uariantur ad uoluntatem contrahentium, ut ſunt renunciationes, & aliæ clauſulæ: quia non cenſentur repetitæ in alijs inſtrumentis, ſecũdum eum: quem intellige, niſi in ſequenti inſtrumento eſſet appoſita dictio, Etc. quia tunc extenderetur ſecundum clauſulas poſitas in præcedenti ſimili contractu, ſecundum Bald. in l.gallus. §.idem credendum ff.de liber.& poſtu. ¶ In gloſſ.fin. ibi,lege,geſta. Quando ſit adhibenda fides exemplo inſtrumenti, dic, ut hic per Scribentes,& per eoſdem in c.cum.ĩ.eod.ubi dicetur relatis quinque limitationibus. quas ad illum text.colligit hic Imol. ¶ Et tene menti ſingulariter iſtam glo.in fi.q̃ commiſſio, per quam quis refertur ad literas,de quibus nõ apparet,eſt nulla. Simile in reſponſione,quæ fit poſitionibus,ſecundum Bald.in l.2.C.de erro.adno.Quod idem in ſententia,ſecundum Bald. in c.cum cauſa. circa medium,ĩ.de re iudic. ¶ Idem in priuilegio,ut per do.Abb.in c.ex parte.in ultimo no. ĩ.de priui.& in cap.inter dilectos. infrà,eo. ubi dicetur in uer.& iuxta hoc ſubdit.

✱ §. fin.] Adde ✱ ibidem ad hoc poſt Bartol. Alex.in §. ſequens. alleg. in text. & in l. non putauit. §. ſi quis de contra.tab. et in l.ſciendum in text. alleg. poſt Angel. & Lud.

✱ Vxori] Adde ibi ✱ dem Alexand. & Ange.in l.ſi pater. eod.tit. in fi.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum priuatum corruit,ſi teſtes in eo deſcripti ſunt mortui, niſi habeat ſigillum authenticum.*
2 *Scriptura priuata ut probet,quæ & quot requiruntur.*
3 *Teſtes an ſint ſcripti in inſtrumento manu propria,an manu aliena, non refert.*
4 *Teſtes ſubſcripti in inſtrumento,an ſemper debeant eſſe maſculi.*
5 *Scriptura facta à tertia perſona partibus mandantibus, non tamen ſubſcribentibus,an probet.*
6 *Comparatio literarum ſola quando ſufficiat.nu.7.*
8 *Scriptura liberatoria non ſolennizata quando probet.nu.9.*
10 *Scriptura uetus non ſolennizata an probet.*
11 *Scriptura mercatoris,uel campſoris,an probet.*
12 *Confeſſio nullo modo nocet tertio in certo caſu.*
13 *Scriptura non ſolennizata an ualeat pacto ſolenni partium.*
14 *Scriptura priuata quando probet ſemiplene.*
15 *Scriptura nuda & priuata an aliqualem fidem faciat.nu.16.*
17 *Epiſtolæ,ſeu literæ miſſiuæ, quando,aut qualiter probent. Vide numero 18. 19.*
20 *Accipiens literas debiti an uideatur fateri debitum.*
21 *Liber rationum regulariter pro ſcribente non facit fidem. Fallit nu. 22. 23. 24. 25. 26. 27.*
28 *Liber rationum an & qualiter probet contra ſcribentem: & concludit, quòd contra ſcribentem probat. Quæ concluſio reſtringitur ſeu fallentijs,ut hic per ordinem uidere licet nu. 29. 30.& 31.*
32 *Liber rationum pro tertio contra tertium non probat: non enim uere cautum reperitur.Hæc autem concluſio fallit,ut hic nu.33.*
34 *Sigillare quis poteſt ſigillo alieno,ſi proprium non habet. & numero 35.& 36.*
37 *Conſuetudo,quòd prælati & principes concedant ſigillum ſuum alijs, ualet.*

CAPI-

CAPITVLVM II.

1 SCRIPTA. ¶ Corruit † inſtrumẽtum, ſi teſtes
deſcripti deceſſerint, niſi adſit ſigillum authen
ticum. H. D. ibi publicum. ¶ Not. quòd ſcriptu
ra publica ſemper dicitur authentica, ſed non
econtrà: quia ſcriptura priuata cum teſtium
ſubſcriptione fidẽ nõ faciet mortuis teſtibus, *
niſi notata ſit per manum publicam: quia tunc non dicitur au-
thentica. ¶ Et uerſantur dicta Doctorum
hic circa materiam ſcripturæ priuatæ, &
epiſtolæ, & libri rationum, & ſigilli: & quan
to breuiùs poſſibile ſit, reſtringe ſubſtantiã
dictorum ſuorũ per concluſionem. ¶ Prima
2 concluſio. Ad † hoc, ut ſcriptura priuata
* probet, * requiritur, quòd habeat ſubſcri
ptionem partium & trium teſtium, quorum
uoce, uel literarũ comparatione coadiuue-
tur, ut ſcilicet una litera ſit ſimilis alij, eo
ꝙ uideatur ſcripta ab eodem, l. ſcripturas.
C. qui po. in pigno. & text. hic uel, quòd ha-
beat ſubſcriptionem trium teſtium, & iuue
tur ſimul ex eorum depoſitione & literarũ
comparatione, per authen. & ſi contractus.
C. de fide inſtru. Et in hoc ſecundo caſu, ſi
deficit dicta depoſitio & comparatio, ſcri-
ptura non probat etiam ſemiplenè, ſed ali-
qualiter. Si uerò cõcurrat alterum ex ipſis
probat ſemiplenè, ut in §. ſi quis igitur. in
authen. de fide inſtru. & in dicta authen. &
ſi contractus. & eſt gloſſ. in l. in bonæ fidei.
C. de rebus credi. Iſta breuis concluſio col-
ligitur ex diſtinctione, quam ponit Bartol.
in l. nuda ratio, in j. colum. ff. de donat. & in
* leg. admonendi. * ff. de iureiur. & in dicta
authent. & ſi contractus. De cuius dictis fa-
ciunt multa uerba do. Ant. do. Car. do. Ab.
& Imol. hic, & Imol. & Roma. in dicta l. nu-
da. & Roma. in dicta l. admonendi. Ex quo
rum dictis & aliorum pro ſimplici informa
tione nota circa iſta uerba nouem decla-
rationes: demùm undecim limitationes.
3 ¶ Prima declaratio. Non † refert, an teſtes
ſint ſubſcripti propria manu, uel ab alio in-
ſcripti, dum modò uiua uoce coadiuuẽt, ſe-
cundum Bart. in dicta l. ſcripturas. & Bald.
in authẽ. ſi quis uult. ibi poſita, & facit text.
hic in uerbo, inſcripti. & in §. ſi quis igitur.
in authen. de fide inſtr. ubi probatur idem
eſſe, ſi non ſunt inſcripti, dum modò coa-
diuuent uiua uoce, licet aliud ſenſerit Bal.
in authent. & ſi contractus. C. eod. titul. in
antepe. col. uerſic. uiſo, &c. ¶ Secunda de-
4 claratio. Teſtes † ſubſcripti debent eſſe
maſculi, aliàs non probant eorum ſubſcri-
ptiones, ſecundum Bald. in d. l. ſcripturas.
per illum text. in uerbo, trium uirorum.
Facit, quod in ſimili not. Bartol. in l. j. ff. de
legibus. Sed contrarium tenui in c. quoniã.
in 3. fal. ꝫ. de teſti. & ultra ibi dicta in con-
trarium facit, quod no. Bald. in c. licet. el t.
ꝫ. de teſt. ubi ſuper illo tex. in uerbo, trium
uirorum. dicit, ꝙ maſculinum concipit fœ-
mininum: quia mulier poterit eſſe teſtis,
per l. 1. ff. de uerb. ſignif. licet ſecus dicat in
ſtatutis. ¶ Tertia declaratio. Vbi teſtes nõ
deponunt de tenore contractus, ſed ſolùm,
ꝙ uiderunt ſcripturam confici, debet eſſe
tres, ut in concluſione: ſed ſi deponunt de
tenore contractus, uel ſcripturæ, duo ſuffi-
cient: quia in ore duorum, &c. & facit l. ubi
numerus. ff. de teſti. Ita declarat Bart. in d.
authen. & ſi contractus. & do. Car. & domi.
Ab. hic. ¶ Quarta declaratio. Etiamſi unus
ex teſtibus ſubſcriptis eſſet tabellio, non
propter hoc plus operatur, quàm alius ſim-
plex teſtis: quia non ſcribit ut tabellio, ſe-
cundum Bald. hic, & in d. l. ſcripturas. ubi
reprehendit notarios imperitos abutentes
officio ſuo, ut ibi per ipſum: pro quo facit,
* quod notat Ro. conſilio. 105. * & dicetur
j. in 7. declaratione. ¶ Quinta declaratio.
Concurrentibus prædictis in ſcriptura pri-
uata poterit per ipſam probari & conuinci
quis de uſuraria prauitate, ſecundum Sal.
in conſi. inci. In nomine Saluatoris noſtri.
5 ¶ Sexta declaratio. Scriptura † facta à ter-
tia perſona partibus ſibi mandantibus &
non ſubſcribentibus, nõ probat, licet teſtes
ſint ſcripti, ut latè declarat ſolus Imol. hic
contra gl. & pro ipſo uide eleganter Rom.
in d. l. admonendi. ubi pro hoc not. d. l. ſcri-
pturas. requirentem pro forma ſubſcriptio
nem partium. Poteſt tamen ſaluari gl. hic,
ſecundum ipſum ibi, & conſilio. 204. incip.
Pro diſcutiẽda ſcriptura tertij. ſi ſit ſcripta
de partium uoluntate, & hoc atteſtantur
teſtes in ſua deſcriptione, quia dicunt ſe
ſubſcripſiſſe de uoluntate partium, & fuiſſe præſentes, & c. ut
latiùs per eos, & aliquid per Specul. de inſtrum. edi. §. nunc di-
cendum. & Bal. in rubric. C. eod. tit. & in l. in bonæ fidei. C. de
reb. cre. & in leg. inſtrumenta. C. de probat. & in l. inter char-
tulas. C. de conuen. fiſci debitor. lib. 10. ¶ Et ſubdit Ro. in d.
l. admonendi. quòd ſi ſcriptura nullam habet partium, nec
teſtium ſubſcriptionem, ſiue à mercatore,
ſiue ab alio ſit confecta, nullam probatio-
* nem inducit: * quia fides data mercatori
eſt in rationibus librorum ſuorum: unde
non extenditur ad alia negotia, in quibus
non poteſt facere ipſe, quod agit ut merca-
tor: & alle. Ioã. An. in d. §. nunc dicendum.
Et ita ẽt conſuluit ipſe ſolẽniter conſ. 105.
6 ¶ Septima declaratio. Quamuis † Bar. ubi
ꝫ. & quaſi omnes hic, dicant. quòd ubi eſt
ſubſcriptio partium & teſtium, ſola compa
ratio literarum ſufficit, tamen Imol. hic tenet contrarium: qa
paria ſunt, ſcripturam eſſe ſcriptam manu partium, & ſubſcri-
ptam à teſtibus: uel ſcriptam eſſe manu tertij, & ſubſcriptam
à partibus & à teſtibus, d. l. ſcripturas. & no. Ioan. And. in addi.
Specul. in d. §. nunc dicendum. in additio-
ne magna, in tertio ſupplemento. Sed com
* paratio * non facit plenam fidem quando
eſt ſcripta manu partium, & ſubſcripta à
teſtibus, ut in §. ſed & ſi quis. in authen. eod.
tit. Ergo nec quando eſt ſcripta à partibus
& à teſtibus. Et iſtam impugnationẽ facit
etiam Imol. in d. l. nuda. & uidetur clara.
cùm de neceſſitate requiratur ſemper te-
ſtium coadiuuatio, ut probatur hic, & in d.
l. ſcripturas. Imò illa ſola ſufficiat, ut dice-
tur in 7. limitatione: & de hoc etiam per
Bald. in authen. ſed nouo iure. uerſic. & pro
pleniori. C. ſi cer. pet. ¶ Octaua declaratio.
Paria ſunt, aliquem ſubſcribere ſe ſcripturæ priuatę: uel, quòd
ſcribat eam manu propria, & dicat eam eſſe de manu ſua. Ita
eleganter dicit Roma. in d. l. admonendi. in 19. col. per text. in
7 l. cùm antiquitas. §. ſi. C. de teſta. Et † ibi hoc etiam notat Bal.
& expreſſiùs Paul. de Caſtr. & idem tenet do. Ant. hic, & Bald.
in princ. ff. in ultima col. Et econtra ſcriptura ſcripta per aliũ,
& ſubſcripta per Titium, habetur ac ſi eſſet in totum ſcripta
per Titium, ut per Bart. in l. emptor. §. Lucius. per illum text.
cum gloſſ. in uerbo, habebatur. ff. de pact. & dixi in c. quoniam
contra. ꝫ. de proba. Caue tamen: quia licet inſtrumentum ſit
ſcriptum manu tabellionis, tamen requiritur ſubſcriptio ſua,
ſecundum Paul. in d. §. fin. quia ità requiritur pro ſolemnitate,
ut dixi ꝫ. c. proxi. Bene facit l. 1. C. de conuenien. fiſci debitor.
lib. 10. quam in propoſito allegat Bal. in l. 2. C. quando fiſcus,
uel priua. ¶ Nona declaratio. Quod dictum eſt de partium
ſubſcriptione, intelligitur in materia concernente præiudiciũ
utriuſque partis: ſed ſi unius partis tantùm, tunc ſufficeret il-
lius ſubſcriptio, ſecundum Imol. hic. Addunt, quod in ſimili di
ctum fuit ꝫ. c. proxi. de rogatione. ¶ Modò ſunt aliqui caſus,
in

* *Teſtibus*] *Adde Socin. conſilio. 33. incip. proſequendo ordinem. uerſicul. ſecunda concluſio. cir. fin. par. 1. & conſilio. 41. incip. antiquam ad qua ſſ tionem. uerſi. non obſtat tertium argumẽtum. & uerſ. non obſtat quintũ argumentum. par. eo. Et an & quando ſcriptura priuata præualeat publico inſtrumento, uide eum Socin. conſil. 274. inci. in cauſa dominæ lyſſ. uerſic. circa tertium. cum uerſ. ſeq. in 2. par. ſed nunquid ſcripturæ inualidæ & non probãti poſſit inualiditas & uis probationis tribui, uide eum. Socin. cõſ. 275. incip. Viſo publico inſtrumento, uerſic. ſecundo præmittendum, in fi. par. ea. Et adde quod ſcriptura priuata quando probat poteſt appellari publica ſcriptura, cũ generaliter oĩs Scriptura dicatur publica, cui de iure uel ſpeciali conſuetudine creditur, ut per eum. Socin. conſil. 63. incip. in præſenti cõſultatione. uerſic. ſed tunc ſuccedit. cir. fi. cum uerſic. ſeq. par. 1.*

* *Probet*] *Adde circa requiſita in ſcriptura priuata ut probet. Socin. conſi. 25. ad fi. par. 2. & conſil. 113. incip. proſequendo ordinem. uerſic. & an ex eadem ſcriptura. par. 1.*

* *l. admonendi*] *Adde col. 7. & ibi uide Alex. & eũ. Alex. conſilio. 15. incip. Viſo inſtrumento contractus. num. 3. uol. 5. ubi plene de fide ſcriptura priuata. & Socin. conſilio. 63. incip. in præſenti conſultatione. uerſ. præterea clare. par. 1.*

* *105.*] *Adde quod in conſil. iſto nihil de hac materia, ſed in conſilio. 204. incip. pro diſcutiẽda ueritate. & conſilio. 205. inci. in puncto propoſito. in quibus ample tractat iſtã materiam priuatæ ſcripturæ.*

* *Inducit*] *Adde Rom. in conſ. 204. ꝫ. in text. allegato. et in l. nuda ratio. uerſic. ſeptimo in quantum. ff. de donat. & in l. admonendi. ff. de iureiu. nu. 55. cum ſeq.*

* *Comparatio*] *Adde Paul. de Caſtr. conſil. 358. Alexã. conſil. 58. num. 1. uol. 7. & conſil. 110. nu. 2. eo. uol. conſil. 87. nu. 7. & conſi. 58. num. 1. eo. uol. & conſil. 114. nu. 3. & conſil. 184. ſub num. 6. eo. uol.*

in quibus omnino procedunt omnia, quæ ſunt dicta in concluſione: ſed imo illis non concurrentibus ſcriptura probat: &
8 † ideo limitatur primò, niſi ſcriptura liberatoria creditoris reperiatur penes debitorem quia quamuis non ſolennizata, ut ĩ.probat, ſecundum Salian d.l. admonẽdi. & dicit eſſe gl.ſing. in l.inter chartulas.C. de conuen.fiſci debitor.lib. 10. ubi etiã uide Bartol. Bene facit text.in l.tale pactũ.in prin.ff. de pac. Sed hoc non eſt ſimpliciter uerum, ſecundum Roma.in d.l.ad monendi. ſed debet intelligi, quando debitor probat, quòd creditor ſibi tradidit illam ſcripturam liberatoriam, per ea quæ not.Bartol.in l.Labeo.ff.de pac.& facit, quod no.do.Ant. in c.eccleſia.el 2.ĩ.ut lite pen.& Ioan. And. in Spec.de inſtru. edi.§.poſtquam.uer.inſtrumentum. ubi plenè habes, quando probetur cãcellatio debiti ex eo, quod penes debitorẽ reperitur reſtitutum fuiſſe inſtrumentum debiti. * ¶ Secundò limita, niſi
9 † ſit ſcriptura deputata ad locum publicũ: quia talis plenè probat, ſecundum domin. Anto.hic: quem declara, dum modò concurrant ea, de quibus per Innocent.in c. 1. ĩ.de proc.& Ioan. Andr. in d.§.nũc dicendum.in additione magna, & Bald.in l.exemplo.in 1. col. C.de proba.cum alijs allegationibus, quas dedi in c.cum cauſam. ĩ.de proba. & dicetur in c. ad audientiam. j. de præſcriptio. ubi eſt locus proprius ad hoc.

* *Inſtrumentum debiti*] *Adde Rom. conſilio.446.incip. primus propoſitæ. num.13.*

10 ¶ Tertiò † limita in ſcriptura ueteri: quia facit præſumptionem, uel ſemiplenam probationem, ſecundum Specul.in titul. de inſtru.edi. §. nunc dicendum.uer. regulariter. Allegat l. inſtrumenta.& l.rationes.& l.exemplo. C.de proba.& l.3. C. de rebus creditis,& c.ſanè.el 1.24.q.1.& ſequitur ibi Ioã.An. & do. Anto.hic: & facit l.ſi arbiter.cum materia. ff.de proba. & quod not.domi.Anton.& domi. Abb.in c.cùm cauſam. ĩ.de proba.& quod habuimus in cap.ueniens.el 1. ĩ.de teſti. ubi in factis antiquis probatio imperfecta nõ eſt ſemper imperfecta,
11 ut fama,&c. ¶ Quartò † limita in ſcriptura mercatoris, * uel campſoris, quæ continet data & accepta, tam pro ſe, quàm contra ſe: quia cum alijs adminiculis ſemiplenè probabit, ſecundum Bal.in l.rationes.circa med. C.de proba. & clariùs per eundem in l.in bonæ fidei.in 4.col. C.de rebus cred.de quo per eundem in l.inſtrumenta.C.de proba.& per Bart. in l.quædam.§.nummularios. ff.de eden.& in locis primò allegatis, & dicetur infrà, tangendo de libris rationum.

* *Mercatoris*] *Adde Rom.conſ.290. incip.in caſu iſte num.7.conſ.l.192. incip. pro habenda ſubſtantia. num. 3. & conſilio. 373. incip. in caſu propoſito.num.6.*

¶ Quintò limita, niſi is, contra quem producitur ſcriptura priuata non ſolennizata, confiteretur eam ſcriptam eſſe manu ſua, quia tunc probat, ſecundum Bart.& alios in locis allegatis in concluſione per l. Publia. ff. depoſiti.& l. cùm de indebito. ff. de probatio. Et ſic intellige gloſſ.hic, ut per Bald.in l.fin. C.ſi cert.pet.dum declarat l.cùm tabernam.§.idem quæſijt.ff. de pig. ¶ Et hoc intellige, niſi contra dictam ſcripturam produceretur ſolenne inſtrumentum, per d. l.ſcripturas. ¶ Item
12 intellige, quod † dicta confeſſio nocet confitenti. non autem tertio, ut not.gloſſ. magna in fin.in d.l.ſcripturas. & ibi Bartol. Et idem Bar.in l.repetita.ff.de fide inſtrum.per l. ſi ſuperatus. ff. de pigno. aliàs facilè daretur modus fraudi fingendæ ſcripturæ alteri præiudicialis, ut hic per domi. Abb.Facit, quod in ſimili not.Specul.titul.de confeſſis.§.nunc uidendum.uer. ſed nunquid.& domi.Anto.in c. Quintauallis. j.de iureiuran.de patre confitente tantum debitum, quod exhauſta remanet omnis ſpes filij, ut non teneat confeſſio, niſi aliud ſuadeat perſonæ qualitas. Item intellige hanc fallentiam, dum modò confiteatur expreſſe: ſecus, ſi tacitè tacendo, ſecundum Bald. ĩ. c.proximo, in pen. col. quia ſilere eſt ſignum mutum, id eſt, ſine uoce, ut per ipſum: pro quo facit doctrina Bartol.in l. quæ dotis. ff. ſolut. matr.& Innoc.in cap.in geneſi.ĩ.de elect.cum ſimilibus quamuis in propoſito aliud dixerit Innocent. ĩ. c.proxi. cuius opinio poſſet eſſe uera, quando quis non taceret ſimpliciter, ſed acceptaret ſcripturam, per id quod habetur in clem.1. de procur.& dicetur infrà, de epiſtola, quæ acceptatur. ¶ Fallit
13 † ſextò, niſi partium conuentione ſolenni promiſſum eſſet ſtare ſcripturæ priuatæ carenti dictis ſolennitatibus; quia tale pactum ualet, ſecundum domi.Ant.hic alleg.Bartol. poſt Dy. in l.ſi.ff.de præto.ſtipul.& Bartol.in l. Theopompus.ff.de dote præleg.& idem domi.Anton.in c.finem.in ultima charta, ĩ.de dolo & contuma.& ibi Pet.de Anch.in eo.tit.& in cle.1.in 15. notabili, de foro compet. Simile dicemus de exemplo, quod probat ex pacto partium, ſecundum Bart.in authent. ſi quis in aliquo.circa prin.C.de edendo.& in l.in fraudem.§. neque.ff. de iure fiſci.cum conc. ¶ Sic et ualet pactum, quod ſtetur dicto alicuius teſtis etiam non iurati, ut per Bar.in l. Lucius.in fi.ff.de fideiuſſo.& per Bald.in l.bonæ fidei.in pen. col. C.de reb.cred. ¶ Sicut etiam conſuetudo ualidat probationem inualidam, j.eo.cùm dilectus. Vnde ſic & pactum, iuxta glo.in rubri. C.de decre.decurio.cum ſi. Et illud non eſt remittere dolum futurum, contra l.ſi unus.§.illud.ff.de pact. quia non eſt dolus certus, ſed præſumptus, quem remittere non eſt illicitum, ut per domi. Anto. in c.fraternitatis.in 7. charta, ĩ. de teſti.& Bald. in l. cùm antea.in 2.col.C.de arbi. Et pro hac differentia doli facit gl.in l.ubi exigitur.in uer.proximam. ff.de eden. ¶ Contrarium tamen * dixit Innoc.in c.cùm P. j.eo.quem ſequitur Bal. ibi, & in l.Imperator.ff.de ſtatu homi.& in l.de quibus.ff.de legibus Angel.& Paul.de Caſtr.in l.pactum inter hæredem.ff.de pactis.& Ro.in d.conſil. 205. & in d.l.nuda.& in d.l.admonendi. & in rubrica.ff. de arbit. in 10. col. quaſi inuitet hoc pactum ad delinquendum: ergo nullum, c.ſi.cum ſimilib. ĩ.de pactis. Cui rationi reſponſum eſt ĩ. Et pro Innoc.facere uidetur, quia facultas paciſcendi non extenditur ad ea, quæ ſunt iuris publici: l.ius publicum. ff.de pac. & c. ſi diligenti. ĩ. de foro compet. Et ſolennitas ſcripturæ eſt ad utilitatem publicam, l.fin. circa princ. C.ſi cert.pet.præſertim cùm ſit data certa ſolennitas pro forma, d.l.ſcripturas. Vnde illi non uidetur poſſe renunciari, ut per Bart.in d.l.ius publicum. ¶ Quibus non obſtantibus faciliùs ſuſtineretur prima pars, per prædicta: quia non uidetur eſſe minùs conſentire, ut ſtetur dicto unius, quàm nudæ ſcripturæ: & tamen illud poteſt pactum. Ergo,&c. Quòd autem ſit data forma, & quod illi renunciari non poſſet, non uidetur ſemper uerum: quia etiam dicto teſtis datur forma, ut iuret, l.iuriſiurandi. C.de teſti.& tamẽ illi poteſt renunciari, c.Titius. ĩ. de teſti.not.gl.in c.tertio loco. ĩ.de proba. & in l. j.ff.de ſcrip. ¶ Sic etiam eſt data forma à lege, ut ille, cuius induſtria eſt electa, non ſubdelegetur, cap.fin.ĩ.de offic. deleg.& tamen renunciari poteſt, ut ibi per domi. Abba. in §. is autem. ¶ Sic etiam in c. nonnulli. ĩ. de reſcrip.datur forma de dictis.& tamen illi poteſt renunciari, ſecundum Bartol.hic: & præſertim illud ſuaderi poteſt in propoſito, cùm uideamus ceſſante ſubſcriptione ipſam ſcripturam probare, ſi pars eam fatetur, ut in præcedenti fallentia. Ergo tantum operabitur expreſſus cõſenſus nõ curans ſubſcriptionẽ, quantũ confeſſio. ¶ Ex quibus habetur utilis practica in hac materia, ut uolentes aliquid publicè facere præmittant dictum pactum, per quod ſolenniter dicant ſe ratum habituros, quicquid in tali ſcriptura continebitur in eorum manu, & tunc ſi negabitur ſola comparatio, ſufficiet, poſtquam ſubſcriptioni renunciatum docebitur, & hoc modo multa ſuſtinebuntur, quia multi uellent publicè paciſci, ſed non publicè negotium gerere. ¶ Septimò
14 † limita, ut eſt dictum in ipſa concluſione; quo ad ſemiplenã probationem, quia illam facit talis ſcriptura, quando habet uel comparationem ſolam, uel coadiutationem teſtium * ſolam, ut per Barto. in dictis locis, contra quem inſtat hic Imo. latè in duobus locis, & Imol. & Ro. in d.l. nuda. dicentes, quòd imò teſtes faciunt eã plenè probare, quando dicunt ſe fuiſſe præſentes, quando ille ſcripſit, & uidiſſe illum ſcribere, conſiderato quod reddunt cauſam dicti ſui per ſenſum proprium & deputatum actui. de quo quæritur, ut per Innoc. in c.cum cauſam ſuprà de teſti. Et uidetur caſus in propoſito in §. ſed & ſi quis.in authen. de inſtru. cau. ſecundum eos. Et iſta uerba habent magnam uim, quia uolunt comparationem ſemiplenè probare, de

* *Contrarium tamen*] *Adde pro iſta opinione, Rom. in conſilio.204.incip. pro diſcutienda ueritate.num.4. in l. nuda ratio. col. 3. poſt nume. 10. de donat. in l. admonendi.num.56. de iureiur. Iaſ. in l. iuſiurandum quod ex conuentione. in princ.num.2. ff. de iureiur. Bald.in l. de quibus. colu. 2. uerſ. item per pactum non põt dari antiloquax. Alexã. in conſ.l.113. Viſo. poſt num.6. uerſ. præterea ſecũdum Bald.lib.4. Iaſ. in d.l. admonendi. in repet. numero 98. Anth. in c. ſi diligenti. nume. 9. de foro compet.*

* *Teſtium*] *Adde Socin.in conſ.273. incip. in præſenti cõſultatione. uerſ. primo in exigenda, par. 2. ubi quod ſcriptura priuata ſubſcripta manu trium teſtium, facta recognitione à dictis teſtibus plenè pbat. & late Rom. in conſil. citato ĩ. in praced. conſil.*

quo in ſequenti fallentia. ¶ Item q uox teſtium coadiuuet
15 plenè ſcripturam. ¶ Octauò † limita, quo ad aliqualem præſumptionem, quia illam operatur nuda ſcriptura priuata, ſecundum Bart. in dictis locis. & Imol. & do. Abb. hic, propter præſumptionem, quæ eſt, quòd quis non faciat de facili unam falſam ſcripturam. Similiter dicit Bal. in rub. C. eo. in antepe. col. quòd ſcribens poteſt eſſe ita bonæ opinionis, q ſcriptura priuata facit aliquod adminiculum: quod tamen non eſt ſpecies probationis, l. inſtrumenta. C. de proba. ſecundum ipſum. Et ſubdit hic domi. Abb. q licet iſte text. dicat, Nullius firmitatis, tamen poteſt ſolenniter limitari, niſi iuuetur ſaltē comparatione, * quia faciet ſemiplenam probationem, attento q Bart. in d. l. ſcripturas. locutus eſt fortiùs, quam in l. admonendi. & domin. Anton. hic: ubi noluerunt hoc, & malè, etiam ubi non eſt comparatio: & ſenſit glo. in §. ſi tamen quiſquam. in authen. de inſtru. caut. ¶ Sed iſtorum opinio poſſet procedere, ſecundum ipſum, ubi eſt comparatio: quo caſu ſequitur aliud, q ſi ultra comparationem haberetur unus teſtis, qui uiderit ſcribi ſcripturam, uel deferatur iuramentum parti, reſultabit una plena probatio: quod ipſe multum firmat, attento q olim ſola comparatio ſufficiebat, dicta l. comparationes. & etiam hodie ꝉ. unam libram auri, ut per glo. in d. §. ſi quis igitur. ¶ Subdit etiam domi. Abba. q Bartol. & alij, qui dicũt, q ubi eſt ſubſcriptio partium & teſtium, ſufficit teſtium depoſitio, non bene loquuntur: quia ſi cum teſtibus requiritur comparatio, ubi eſt ſola ſubſcriptio teſtium, ſecundum eos, pariformiter ubi eſt ſubſcriptio partis: quia ita poſſet eam contrà facere pars ſubſcribens, ſicut ipſam ſcripturam: unde non differunt illi caſus, ſecundum eum. Sed dic, ut dixi in 7. fallentia, utroque caſu uidentur ſufficere teſtes coadiuuantes.

¶ Nonò limita, niſi eſſet ſubſcripta manu duorum notariorũ, dum modò ſubſcriberent, in quantum notarij: ſecus, ſi tanquã ſimplices amici, ſecundum Bald. in c. cùm à nobis. in fin. ꝉ. de
16 teſti. Quod bene not. ¶ Decimò † limita, niſi tanta eſſet fides teſtium [a] deponentiũ, uel uis comparationis, q iudex alteri ſoli meritò iudicaret eſſe credendum: quia tũc poſſet adhibere plenam fidem, ſecundum Bar. in d. l. admonendi. per text. in authen. de inſtru. cautela & fide. §. ſi uerò. Sed, ut latè oſtendit hic Imol. ille tex. non probat: ſed dicit, q aliquando comparatio tendit ad unum, & teſtes dicunt contrarium, & q tunc magis eſt credendum unius uoci, niſi ex circunſtantijs aliud iudici uideretur. & ſic creditur teſtibus regulariter: & illũ text. dicit hic domi. Abb. ſing. in hoc. ¶ Vltimò limita, niſi habeat ſigillum authenticum, per illum text. qui ꝉ. declarabitur. ¶ Reliqua dic, ut in locis præallegatis: quibus etiã adde Petr. de Anch. conſil. 24. incip. Rationes inductæ ſuperiùs. ubi conſuluit, q d. l. ſcripturas. in eo, quod uult non probari anteriorem hypothecam per ſcripturam priuatam aduerſus inſtrumentum publicum, habet locum, etiamſi probetur per inſtrumentum publicum, q datus fuit priùs procurator ad faciendam obligationem, & poſtea oſtendatur ſcriptura priuata mandantis: quia quamuis uideatur ceſſare fraudis præſumptio, ex quo priùs datus eſt procurator. quia tamē iſtud antecedens poteſt eſſe ſine conſequenti, quod eſt contingibile nõ neceſſarium, non propter hoc probatur ſcripturam priùs cõfectam, ut per ipſum cuius conſilio ſubſcripſerunt Calderinus & Franciſcus de Ramponibus. Adde etiam Bald. in l. 6. C. ſi cert. pet. ubi eſt bonus text. & ibi declarat Bald. q ſcriptura priuata debet continere cauſam, aliàs nunquam probat, per l. cum de indebito. ff. de proba. & idem dicit Bald. in l. inſtrumenta. poſt princ. ubi uide quædã alia C. de proba. & idem Doct. in locis præallegatis. ¶ Quibus nõ obſtat, ſi diceretur, q ubi nõ eſt cauſa, præſumitur donatio inter ſcientes, l. Campanus. ff. de oper. liber. Per quam dicit Bald. in authen. ingreſſi. in 5. q. C. de ſacr. ſan. eccleſ. q qui ſcit profeſſionem non tenerē, & dat bona, non recuperat: quia uidetur donare: quia reſpondet Bald. in d. l. fin. q tunc donatio præſumitur, quando interuenit ſtipulatio, & eſt ſpeciale in ſtipulatione propter eius ſolennitatem, ſecus in pacto & confeſſione, l. iure gentium. §. ſed cum nulla. ff. de pactis. & d. l. nuda. de quo latiùs ꝉ. cod. ſi cautio. Adde etiam Bald. in authē. ſed nouo iure. in pen. col. C. ſi cer. pet. ubi inter alia dicit, q ſcriptura priuata non facit fidem pro hærede mortuo ſcribente, quia à principio nõ ualuit, etiã ſi ei ſuccedat fiſcus, uel eccleſia. Adde etiam Bald. in rub. de contro. inueſt. poſt princip. ubi dicit, q ſcripturæ priuatæ tendentes ad idem, etiamſi eſſent nullæ, nõ faciunt plenam probationem. Et quibus caſibus faciant ſemiplenam, uide hic per do. Anto. egregiè, & aliquid per eundem in c. fin. ꝉ. de iureiur. Et de materia ponit etiam Bald. demonſtrans multiplex genus ſcripturarum, in l. inſtrumenta. C. de proba. ¶ Tan
17 gunt † etiam hic Doct. de epiſtolis, [b] ſeu literis miſſiuis, quãtum probēt, & ex dictis eorum hic & alibi, & Bartol. Imol. & Ro. in locis præallegatis uidetur in effectu, q ſi ſcribens epiſtolam negat ſe ſcripſiſſe, & ſcriptura non habeat ſuum ſigillum eo modo, quo dicitur ꝉ. de ſigillo, non probat. Bene uerum eſt, q hic habet locum comparatio literarum, ſecundum Bartol. in dictis locis, quia diſpoſitio d. l. comparationes. C. de fi. inſtrum. non reperitur mutata, niſi in apodiſſa, ut patet ex tex. in §. ſi quis igitur. & §. ſed & ſi quis. in authen. de inſtr. cau. & fi. & ſequitur Bald. ita dicens obſeruari de uniuerſali conſuetudine, in d. authen. ſed nouo iure. & domi. Anton. hic, & communiter * Doct. in dictis locis, exceptis domi. Card. & domi. Abb. hic, ſecũdum quos eadem ratio concurrit in epiſtola, propter quam eſt ſublatus uſus comparationis in apodiſſa, ſcilicet facilitas falſificãdi, & eſſet tollerabilis illa opin. ſi uerum eſſet ex toto, q non eſſet diuerſa ratio. Sed Bartol. in d. l. nuda. & do. Anton. & Imol. hic dicunt, q in alio differunt, quia in confectione ſcripturæ, nimirũ ſi ceſſat comparatio, quia imputatur parti, quæ nõ fecit eam fieri ſolennē, cùm adeſſet cõſiciens, quæ ratio ceſſat in epiſtola miſſa abſenti. Et illud eſt diligenter menti tenendum, ſecundum Imol. hic. Et q extra caſum apodiſſæ ſola comparatio etiam hodie ſufficiat, uide Imol. in l. ſi ita ſcripſero. poſt Bartol. ibi, ff. de condi. & demon. & eſt de mente glo. fin. in c. cum uenerabilis. ꝉ. de religio. domi. quia lex correctoria non extenditur, niſi ex identitate rationis, quod non eſt hic, cum non poſſit imputari recipienti epiſtolam. ut eſt dictum, ubi autem poſſet imputari, fortè quia ſcribens dat epiſtolam, non differt à ſcriptura priuata, ſecundum Bartol. & alios, & idem crederem, ſi probaretur quē finxiſſe ſibi miſſam fuiſſe epiſtolam. Sed qui de hac fraude diceret, haberet probare, l. dolũ. C. de dolo. ¶ Et

* *niſi in apochis. Adde q idem tenuit Moder. in d. l. admonēdi. Et idem Bar. in l. nuda ff. de donat. Et iſta opinio Bar. uidetur eſſe cõmunis.* *

* *Comparatione*] * *Adde gloſ. in l. admonendi. allegã. in text. Angel. in §. ſi quis igitur. in Auth. de fide inſtr. Alberi. in l. comparationes. allega. in text. Bartol. in l. ſi contractus. colũ. 2. C. de fide inſtrum. Alex. conſilio. 58. & 114. col. 1. lib. 7. Socin. conſil. 4. col. 1. lib. 3.*

a *Niſi tanta eſſet fides teſtiũ*] *Credo, q opinio Bart. hic relata per Fe. ſit mala, & quòd Bartol. male dicat in hoc, dum dicit, quod eſt in optione iudicis, uel dare fidem teſtibus, uel comparationi literarum, quãdo ipſa comparatio cõtradicit dicto teſtiũ: quia ſi ſoli comparationi non datur fides quando ei teſtes non contradicũt, multo fortius, quando ei contradicunt. Tamen tu cõſidera, quia Bar. in loco preallega. uult, quando eſt tanta uis comparationis, quòd iſto caſu probet plenè, quamuis comparatio de ſui natura non ſolet plene probare, fallit, ſecundum Bartol. ubi eſt magna præſũptio. Adde, quòd uerum eſt, quòd text. in §. ſi uerò allegatus p Bartol. non probat intentionem Bart. ſed bene, ſi non uidetur iudici, credēdum eſſe teſtibus, poterit non præſtare fidē eis ut quia comparatio contradicit teſtib. Et hæc nota pro intellectu Bartol. ſciens tamen, quod ipſemet Bartol. in authen. contractus. in fi. de fide inſtru. ſenſit, quod idē ſi in epiſtola, quod in apocha. Et ita tenet Angel. in d. l. comparationes. Et hoc etiã ſenſit Iaco. de Bel. in §. fi. in authē. de inſtru. caut. & fide. Et expreſſè do. Abba. hic in 4. colum. in uer. Nunc uenio. Adde, quod iſtis non obſtantib. uidetur uerior opi. Bar. in d. l. admonendi. quam etiam tenet Ant. de But. & domi. de Imol. hic, & lo. de Imol. in l. ſi ita ſcripſero. ff de condit. indeb. poſt Bartol. ibi, & eſt ratio differētiæ inter epiſtolam & apocham, quia epiſtola mittitur abſenti, & non põt ille, cui mittitur, ibi ad habere teſtes, quando ſcribitur, per quos poſſit probare. Præterea facilius ſtatur cõparationi. Et ita etiam tenet do. Alexã. in d. l. admonendi. in 14. colum. Adde, quod Bal. in fi. C. de edic. diui Adri. tollen. in 14. col. & Salic. ibi in 5. colũ. uidentur tenere cõtrarium.*

b *De epiſtolis*] *Adde tu, quid circa fidem epiſtolæ, ſeu litera miſſiua, et dic, ut per Bar. in l. admonendi ff. de iureiuran. in 6. colũ. in uerſicul. de tertio genere cumis dictis adde, in quo tamen dicit, quòd cõparatio plenam fidem facit, per l. comparationes. C. de fide inſtru. quæ non eſt correcta,*

✱ *Probare] Adde Specul. in titul. de probat. §. fin. uerſicul. 10. Alex. conſ. 100. 78. incip. in cauſa & lite. 1 colum. 1. uerſicul. Accedunt ea. uol. 3. Matheſil. not. 22. incip. nota mirabilem modum. & ſing. 78. incip. nota doctrinam mirabilem. et utrobique habes iſtam materiam ample. Bartol. Bald. & Paul. de Caſtro in l. publia. §. fin. ff. depoſ. Ab. & Imo. in c. bonæ il 2. de poſtul. præl. Angel. in l. ſcriptu. C. de admiſſ. tut. Bal. & Saly. in l. 1. C. de eden. Iaſ. in l. de pupill. §. ſi quis ipſi pratori. ff. de no. ope. nunc. in l. admonendi. in repet. nume. 88. de iureiur. Lanfr. in c. quoniam contra. de probatio. ſuper uer. inſtrumentorum productiones. num. 75. & 76.*

✱ *Ego miſi] Adde quod eſt deciſio. 429. alias. 18. ſub tit. de probat. inc. Nota quod ego miſi.*

¶ Et eo caſu, quo dictum eſt epiſtolam ✱ probare, ✱ dic eſſe uerum etiam in uerbis enunciatiuis, ſecundum Bart. in l. Publia. §. fin. per illum tex. ff. de poſ. & Bal. in rub. C. de conſti. pec. licet aliud dicat in l. non epi
18 ſtolis. C. de proba. ¶ Item † probabit ad utilitatem tertij eo modo, quo inſtrumentum, per l. deſiderium. C. de poſ. quod tamẽ non eſt expeditum: tum, quia illa lex loquitur in inſtrumento: tum, quia illud nõ audet affirmare Rota in antiquis deciſione ✱ 373. inc. Ego miſi, ✱ per l. certum. §. ſi quis abſente. ff. de confeſ. quamuis pro prima opinione ualde faciat gl. 1. in c. quoties. 1. q. 7. & quod de libro rationum dicetur infrà.
19 in 2. concluſione. ¶ Item † probatur per epiſtolam donatio, l. ſi aliquid. C. de donat. Notat Ioan. And. in Spe. de ceſſione actionis, §. conſequenter in prin. licet aliàs donatio facta abſenti nemine recipiente non teneat, ut not. glo. fi. & Barto. in l. illud. C. de ſac. ſan. eccl. ¶ Item operatur effectum etiã poſt mortem ſcribentis, ſecundum Cy. in l. generaliter C. de non nu. pec. & refert do. An. in c. cùm dilectus. j. de ſucceſſ. ab inteſ. ſicut de pacto dicitur in l. ſi pactum. & l. epiſtola. §. j. ff. proba. dum modò ſit præſentata epiſtola ante mortem, ſecundum Ro. in d. l. nuda. & alleg. Inn. de quo exclamat in d. c. cum dilectus. j. de ſuc. ab inteſt. Et illud fortè eſt uerum per l. ſi per epiſtolã. ff. de acquir. hæred. licet do. Anc. in c. fi. ſuprà de confeſ. aliter loquatur, allegando Inn. ineptè in d. c. cùm dilectus. ¶ Et habent iſta locum in literis credentiæ, ut ſolenniter declarat Bar. in l. Lucius. ff. de fideiuſſ. quẽ ſequitur do. Ant. & do. Abb. & Imo. in c. fraternitatis. j. de cle. non reſi. & tradit Bald. in l. fi. C. quod cum eo. & in rubri. C. de conſti. pecu. in 2. col. & i l. inſtitor. ff. de inſtito. & in l. ſi uero. §. cùm quidam. ff. mand. Et dicitur, q obligant ſecundum efficaciam uerborum intelligendo ſemper diſcreto modo. ¶ Quæ omnia intellige, dum modò epiſtola habeat nomen mittentis, aliàs etiamſi haberet ſigillum, non probaret, niſi eſſet errore omiſſum nomen, ſecundũ Bal. poſt Cy. in proœ. ff. in 9. col. Valeret tamen abſque ſubſcriptione, ſi in ea eſſet nomen, ſecundum ipſum dicentem uidiſſe in facto per l. cum antiquitas. C. de teſta. ¶ Item intellige, ſecundum ipſum, dum modò epiſtola habeat ſolita cognomina ſcribentis & ſolitum nomen, non tamen requiritur dignitas illius, cui ſcribitur, ſi contemplatur perſonam, arg. c. quoniam
20 abbas. ſuprà de offi. deleg. ſecundum ipſum. ¶ Et † operari poteſt epiſtola, non ſolùm ex parte ſcribentis in eius damnum, ſed etiam aliquando in eius utilitatem ratione recipientis: unde acceptans literas debiti uidetur fateri debitum, ſecundum Bar. in l. filiusfamilias ſi abſente. per illum text. ff. ad Maced. & in l. Titius Seio. ff. de conſti. pec. & in l. cùm tabernam. §. item quæſiſt. in fin. ff. de pign. & in l. quo enim. & l. procurator. ff. rem ra. ha. & Bald. in l. fin. circa med. C. ad Macedo. & in l. ſi literas. in fin. C. mand. & in rub. C. de fide inſtrumento. in ultim. char. & domi. Abb. in cap. non iniuſtè ſuprà de procur. dum modò ſcienter acceptet, ſecundum Petr. de Anch. in clemen. j. propter glo. ibi in uerbo, ſcienter. de procura. Et ideo debet proteſtari, ſecundum domi. Ab. ibi, & i et. de Anch in cle. j. in uer. notabili. de iureiur. & Bal. in ſimili in l. ſi abſentis. in 3. col. C. ſi cer. pet. Et præſumitur ſcienter accepiſſe, quando eas lectas retinuit, ſecundum Guli. in d. clemẽ. 1. de procu. uel quando præſentans aliud dixiſſet, ut ibi per Imo. & latiùs per domi. Car. ibi, q. 16. ¶ Tangunt etiam hic domi. Anto. do. Car. & Imol. de libris rationum, quantũ probent: de quo etiam per Bart. Imo. et Ro. in d. l. nuda. et Bar. et Ro. in d. l. admonendi. et Bar. in d. authen. & ſi contractus. & in l. quædam. §. nummularios. ff. de eden. Et omiſſo eorum ordine dic clarius per tres concluſiones inſertis aliorum di-
21 ctis. ¶ Prima concluſio. Liber † rationum non probat ✱ pro ſcribente ✱ per l. exemplo. cum concor. C. de probat. ſicut confeſſioni ſcribentis non ſtatur pro ſe, ut in c. fi. ſ. de confeſ. & ita per omnes in dictis locis: & hoc habet locum etiam in habente conficere librum iure publico, ſecundum Bar. in d. §. nummularios. & Imol. hic contra glo. ibi, quia non debet ſtari dicto alicuius pro ſe, ut eſt di-
22 ctum. ¶ Fallit † primò, niſi liber cõtineret aliquid dependẽs merè à uolũtate ſcribentis, ut ſi ſcripſit ſe expendiſſe animo repetendi. nam ſi conſtet de expenſa, credetur, q animo repetendi fecerit, ex quo in libro ſic continetur: quia illud pendebat à ſua uoluntatẽ, ut probatur in l. Neſennius. in fi. ff. de neg. geſt. ſecundum prædictos. ¶ Fallit
23 † ſecundò, niſi ex qualitate & quantitate rei, de qua in ſcriptura fit mentio, ueriſimiliter præſumi poſſet pro ipſa ſcriptura, ut ſi ſcripſit ſe expendiſſe in alimẽtis & doctrina pueri, quem conſtat profeciſſe: nam talia non ſunt ſine expenſa, l. fi. C. de alimẽ. pupil. præſtan. Vnde tam moderata poterit eſſe quantitas, q iudex ſtabit dictæ ſcripturæ, præſertim cum iuramento ſcribentis, ut hic do. Ant. do. Abb. & Imo. & Ioan. An. in Spec. de inſtru. edi. §. nunc dicendum. in ad di. magna. & ſolenni: & Bal. in l. j. in ult. col. C. de eden. ubi dicit, q data difficultate probationum ſtatur libro rationum ſuper ueriſimilibus cũ iuramento producentis, per l. ſi quis pro redemptione. §. pen. C. de dona. Allegat etiam gloſſ. in c. qualiter. el 2. in prin. j. de accuſa. Et hoc pulchre declarat etiam Bald. in rubric. C. de fide inſtru. in 18. col. dicens de ueriſimilitudine poſſe multipliciter conſtare: putà, ex ædificio, & alijs, quæ non ſunt ſine expenſa: quia expẽſa probabitur per librum, ut ibi per eum.
24 ¶ Fallit † tertiò, ſecundum prædictos, niſi fuerit ✱ ſcriptura alicuius defuncti, ✱ q ualde laudabiliter uixiſſe: quia tunc facit aliqualem præſumptionem cum alijs adminiculis immò etiam pro uiuente, quando non eſſet immoderata quantitas, ſecundum do. Ant. & do. Abb. hic: quorum dicta confirmari poſſunt ex his, quæ dixi latè in c. ſuper his. ad ſi. j. de accuſ. & in terminis uide Bald. in l. unica, C. de confeſſ. ubi addit, q immò poterit tali libro ſtari. & idem Imo. hic. dum modò talis iuret: & ſic ſentit, q in defuncto non plenè probaret. ¶ Quòd autem ſit ſecus in magna quantitate, probari poteſt ex dicto Bal. in c. iurauit. in 3. colũ. ſ. de proba. ubi dicit, nihil operari legalitatem perſonæ contra regulas iuris, quando arduitas rei aliud ſuadet. Quæ autem ſit magna quãtitas, eſt in arbitrio iudicis, ſecundum Bald. in d. l. unica, ſubdentem non eſſe hic locum coaceruationi minutarum quantita-
25 tum. ¶ Fallit † quartò, niſi ſcriptura libri, quæ eſt pro ſe, ſit connexa ei, quæ adducitur contra ſcribentem, & ab illa commodè ſeparari non poſſet: nam tunc ſi aduerſarius uult ſtari libro contra ſcribentem, ſtabitur etiam pro ſcribente, per l. etiam. §. 1. ff. de mino. Ita not. Bart. in d. §. nummularios. & Inno. & dom. Ab. hic, & Bal. in d. l. unica, & in l. j. in ult. col. C. de eden. & do. Abb. in c. bonæ. el 2. in ult. col. ſ. de poſtul. præla. & Pet. de Ancha. in cle. 1. §. cæterùm. in 4. col. de uſur. & Ro. in d. l. nuda. in 3. col. & Bald. in rubr. C. eo. ti. in antepe. col. & facit, quod no. glo. do. Ab. & Imo. in c. cùm uenientem. j. de teſti. & Bar. in l. Aurelius. §. idem quæſiſt. ff. de liberatione legata. Si autem ſunt

✱ *Pro ſcribente] Adde ad hanc materiã plene Alex. & Iaſ. in l. admonendi. de iureiur. & Alex. cõſ. 181. incip. in cauſa & lite. nu. 3. 4. 5. uol. 2. conſil. 179. nu. 2. uol. 6. Paul. de Caſtro conſil. 79. & 138. Socin. conſil. 240. inc. circa præſentem conſultationẽ, uerſ. quarto & ultimo. pa. 2. & conſil. 295. incip. in cauſa contra filios. uerſic. tertio principaliter. circa med. in d. par. ſed qd de libris rationum habeatur mutuantium ſub iuramento. Socin. cõſ. 63. inc. in præſenti cõſultatione uerſi. præterea clari. p. 1. ſed qd ſi i libro rõnũ interueniãt ſcripta aliqua ſollemnitates uel cautelæ, in. Alex. d. conſ. 181. Quid autem in libro rationum alicuius cõmunis ſeu ſocietatis, in. Alex. conſil. 386. nu. 1. uol. 2. & alia plura circa iſtos libros rationũ in. apud Alex. conſ. 77. nu. 8. uol. 6. conſil. 245. nu. 2. eo. uol. & quid in libro rationum ſcripto per tertiũ, in. eundem. conſil. 145. nu. 6. et quid in libro rationum mercatoris, an probet in fauorem ab ſentis. in. eo conſil. 245. nu. 4. uol. 6.*

✱ *Defuncti] Adde Socin. conſ. 187. inci. in controuerſia quæ uertitur. uerſ. ad hæc reſpõdeo. p. 2. & qd talis liber et ſcriptura faciat tale præſumptionem cum alijs adminiculis quod probat, in. eũdem Socin. conſil. 262. inc. pro deciſione præſentis cõſultationis. uerſ. nec obſtat ſi dicatur. et uerſ. quinimmo. in d. p. & de hoc uide ampliſſime per Iaſ. in repet. l. admonendi. de iureiur. nu. 120. cum ſeq.*

capitula

capitula ſeparata, poſſint ab aduerſario acceptari pro parte, &
pro parte refutari, ubi eſſet quantitas magna, ut hic per. dom.
Abb. Secus autem, ſi parua: quia nunc licet aliâs ualeat prote-
ſtatio, accepto in parte & in partibus, &c. ut per Inno. & alior
in c. cum olim. j. de cenſib. & Bald. & Pau. de Caſtr. in l. j. C. ut
quæ deſunt aduocatis. tamen in talibus libris non erit locus
huic proteſtationi, ſecundum Bal. in l. unica: quia uidetur li-
ber approbatus, & quaſi mandante aduerſario confectus, ut
ibi per eum: quem commendat do. Ab. in d. c. bonæ. Ex qua
ratione poſtea ſubdit Bal. in ſequẽti col. q; ſicut etiam aliâs eſt
licitum producenti uti pro ſe inſtrumento & non contra ſe,
ut in dictis locis, non tamen hoc caſu licebit hoc producenti
librum, quia ex quo approbat librũ proprium edendo ipſum
ſimpliciter, non decet, ut eum improbet, niſi diceret à princi-
pio, Produco talem codicem, in quantũ facit pro me. & ita ſer
26 uant cauti litigantes, ſecundum eum. ¶ Fallit † quintò niſi cõ
ſuetudo, uel ſtatutũ diſponeret, q; plenè credatur libris mer-
* catorum, uel campſorũ, quia ualet, * ſecun-
dum Imo. & alios hic per c. cùm dilectus. j.
eo. Idem Bal. in l. cunctos. in lectura, in ult.
char. C. de ſum. trin. & in l. comparationes.
C. de fid. inſtru. & Fede. conſil. 119. incipiẽ-
te, nulli dubium. in fi. & Bal. in d. l. j. in ulti.
col. de eden. & Io. An. in d. §. nunc dicendũ.
& Salic. in l. exemplo. C. de proba. niſi eſ-
ſet conſuetudo indiſcreta, quòd crederetur
omni ſcripturæ mercatoris, ut per Bal. in d.
l. unica, & do. Ab. in d. c. bonæ reſpondentẽ
pulchrè ad c. cùm dilectus. j. eo. quòd con-
ſuetudo non operatur indiſtinctè pro ſcri-
bente. Et per hanc fallentiam refert Sal. in
d. l. exemplo. obtinuiſſe quendam de qua-
dam ſcriptura, quam produxit de manu ga
bellarij ſuper certa exactione, non obſtan-
te, quod careret ſubſcriptione notarij, iux-
ta l. fiſco. C. de conuen. fiſci. debit. lib. 10.
quia probauit conſuetudinem eſſe, quòd
cautiones ſolutionis factæ ab officialib. pro
babant abſque alia ſubſcriptione: quod be-
ne not. & caue: quia talia ſtatuta, uel con-
ſuetudines intelliguntur, quando ſcribunt
in factis mercantiæ, uel cambij, aliâs non,
* ut latè per Ro. conſil. 204. * pro quo uide
Bald. in l. fi. ante fi. C. ad Macedo. cum con
cor. quas dedi in c. poſt ceſſionem. in prima
concluſione, ī. de proba. Item talia ſtatuta
non operantur in mercatoribus infamib. in
famia publica, ſecundum Bald. in l. Caſſius.
in ult. col. ff. de ſenatorib. Item operantur
ſolùm corã cõſulibus mercãtiæ, ut per Bal.
in c. fi. ad fi. ī. de confeſ. Quod intellige, ut
per ipſum in l. receptitia. C. de conſti. pecu.
uidelicet ut intelligatur, quantum ad cele
rem modum procedendi in eorum cauſis.
non quãtum ad authoritatem, uel fidem li-
27 brorum. ¶ Fallit † ſextò, in lib. executoris
* teſtamentarij, * quia probat pro ipſo mi-
nutas diſtributiones cum ſacramento exe-
cutoris, ſecus, ſi eſſet magna quantitas, & e-
piſcopus aliter non arbitretur, ſecundum
Bal. latè in l. id, quod pauperib. in pen. q. C.
de epi. & cle. & Spe. in ti. de inſtru. edi. §. nũc
aliqua. uer. ſed nunquid. ¶ Et ſimiliter de
certis alijs generib. librorum uidetur, q; in
eis facilius aliquando procedatur etiã pro
eos conficiente attenta ueriſimilitudine eo
rum, quæ continent, & qualitate perſona-
rum, ut colligitur ex dictis Bald. in rub. C.
* eo. tit. ubi ponit de lib. tutorum, * de quo
etiam in Spe. de inſtru. edi. §. dicto, uer. por
ro. & Nicola. de Neapo. in l. j. §. officio. circa
prin. ff. de tutelis & ratio. diſtrah. Ponit ẽt
Bal. in d. rubrica de libro ſociorum mercã-
tiæ. Sic etiã de libris uectigalium, de quib.
per Bald. in d. §. nummularios. in fi. & in l. 2.
C. de conuen. fiſci debi. lib. 10. Sic etiam de

* libro. maſſarij, * per Bald. in l. imperator.
la 1. in ult. col. ff. de ſtatu ho. ¶ Secunda cõ
28 cluſio. Liber † rationum probat contra ſcri
bentem, ſecundum Bar. in locis præallega-
tis, & Doc. hic. & do. Ant. in c. ſi cautio. j. eo.
& ibi per Imo. in 6. fallentia, per tex. in l. fi.
C. arbitrium tutelæ. & in cle. 1. §. cæterùm.
de uſuris. inducendo, ut hic per domi. Abb.
¶ Non obſt. q; non uideatur probare, quaſi
ſit confeſſio facta parte abſente, iuxta l. cer
tum. §. ſi quis abſente. ff. de confeſ. quia re-
ſpõdet Bar. in l. inter chartulas. C. de cõue
ni. fiſci debitor. & Bal. & do. Ant. in c. fi. ī. de
cõfeſ. & Bar. ĩ d. l. nuda & Bal. ĩ d. l. unica, q;
ſcriptura illa fingitur ſcripta mãdãte eo, p
quo fuit ſcripta, & hẽt actum permanẽtẽ. Et
procedit iſta concluſio, etiamſi in ſcriptura
nulla adſit ſolẽnitas diei, uel conſilij, ut p
Bal. in rub. C. eo. poſt Io. An. in d. §. nunc di
29 cendũ. ¶ Fallit † primò in ſcriptura facta
non in codice rationum. ſed in memoria-
li, quia non plus probat, quam confeſſio
facta ad obligandum coram teſtibus parte
abſente, ſecundum Bald. in rubrica C.
de conſti. pec. in penult. col. uerſic. modò
hic quæritur de libris mercatorum, niſi in
30 caſu dictæ clemen. 1. de uſur. ¶ Fallit † ſe
cundò in libro alterius priuatæ perſonæ
non campſoris, neque mercatoris, ſed con-
ficientis penes ſe librum rationum: quia
tunc habet locum dictus §. ſi quis abſente.
& cenſetur confeſſio nuda, ſecundum Imo.
in d. cap. ſi cautio. in 6. fallen. & in d. l.
nuda. niſi talis eſſet conſuetus ſcribere om-
nia data & accepta, ut ibi latiùs per Rom.
dicentem, quòd etiam contra non con-
ſuetum facit aliqualem probationem.
¶ Fallit tertiò, niſi liber ille contineret
unum actum tantùm, & non eſſet facta
ſcriptura in forma rationis: quia non pro-
deſt ad probandum rationem, ſi confecta eſ
ſet parte abſente, ſecundum Bald. in rub.
C. eo. uer. item dubitatur, an iſta ſcriptura.
Pro quo facit, quod ipſe not. in l. rationes.
31 circa med. C. de proba. ¶ Fallit † quartò, ſi
ſcriptura nõ haberet inſertam nullam cau-
* ſam, * ſm Io. An. in d. §. nunc dicẽdũ. & ſu-
p rubrica de depoſito ĩ addi. Spe. & do. An.
hic, niſi ex præcedentibus præſumatur cã,
ſecundum Ioann. An. in d. rub. & dom. An.
in d. c. ſi cautio. & Bal. in rub. C. eo. ubi di-
cit, ſufficere cauſam coniecturalem. ¶ Fal-
lit quintò, ſi non poſſet probari, q; liber
eſſet de manu conuenti, ut per Ro. in d. l.
nuda. ſufficiet tamen probare librum fuiſſe
repertum penes ipſum: & præſumuntur
omnia conſenſu ſcripta, ſecundum Bald. in
d. rub. uer. ſed hic quæro. & Ioan. And. in
d. §. nunc dicendum. arg. l. fin. C. arbitrium
tutelæ. & facere poteſt, quod not. Ioan. de
Fant. in c. ſanè. el 2. 24. q. 2. & Ana. in ca. ſi
quis epiſcopus. ī. de heretic. nec etiam re-
fert, ſi eſſet ſcriptus liber per alium, ut hic
per dom. Ant. & do. Abb. niſi ſtatutũ aliud
diſponeret, ut per Ro. ita ſaluantem Bart.
ibi in d. l. nuda. Erit etiam hic locus compa
* rationi * etiam ſoli, ſecundum omnes: per
id, quod ſuprà dictum eſt de epiſtola. ¶ Fal
lit ultimò, ſi agens dixiſſet rationes illius
libri non eſſe authenticas, & non probare:
quia tunc non probabunt pro ipſo contra
conficientem. putà, ſi primò produco ſimilẽ
libellum, uel baſtardellũ in iudicio, & ad-
uerſarius dicat, Ego nolo ſtare tali libro,
& poſtea ductus pœnitentia dicat, Sum contentus ſtare libro
tuo: ſi producens non uult, ille liber nõ probabit contra ſe, ex

Marginal notes (left):

✱ *Quia ualet*] *Ad de Socin. conſi. 87. incip. in præſenti conſultatione. col. 8. cir. prin. p. 3. Alex. in l. quidam. §. nummularios. de eden. & in conſil. 53. uol. 1. & conſ. 85. uol. 2. & cõſi. 3. inc. in cauſa inter Abraham. col. 4. uol. 2. & late Iaſ. in l. admonendi. de iureiur. ſub num. 120. in repetit. uerſ. Vltra Bar, tertio &c. ubi ex mente Paul. de Caſt. & aliorum refert quod in hoc ſeruet conſuetudo Venetijs, Florentiæ, & alibi.*

✱ *204.*] *Adde qd incipit. pro diſcutiẽda ueritate. col. 2. uerſ. quod & ſi mercator & cõſil. 205. inci. in pũcto ꝓpoſito. col. 2. uerſ. nihilo minus hoc non procedit. & in l. nuda ratio col. 3. ff. de donat. Aret. conſ. 33. inc. conſultatio. poſt princ. conſil. 44. incep. in ꝓpoſito. ante med. Iaſo. in l. age cum Geminiano. nu. 4. C. de tranſac. Iaſ. poſt Ro. & Alex. in l. admonendi. in prima lect. poſt nu. 81. uerſ. ſecũdo limita. et in repet. poſt nu. 123. uerſ. tertio diligenter. ff. de iureiu. Auth. in c. cum ordinem. col. 5. de reſcr.*

✱ *Teſtamentarij.*] *Adde Pau. de Caſ. conſil. 15. Cyn. in l. id quod pauperibus. q. 7. C. de epiſ. & cler. & ibi Bal.*

Marginal notes (right):

ad fi. & Sal. Bart. poſt Cy. in l. Dumm. ad fi. ff. ſi cui plus quam per leg. falc. Iaſo. poſt alios. in repet. l. admonẽdi. nu. 127. de iureiu.

✱ *Tutorum*] *Adde Bart. in Rubr. C. de fi. inſtru. & in conſil. inc. factũ ſic ſe habet. Are. in §. Actionũ. inſtit. de act. in materia tutellarum. q. 12. Iaſ. latè in repet. l. admonendi. num. 126. de iureiur.*

✱ *Maſſarij.*] *Adde Bal. in l. impera tor. la 1. col. ult. ff. de ſtat. hom. ubi tenet hoc quod ponit hic Auth. niſi notarius ſe ſubſcribat. per l. 2. C. de conuen. fiſ. debit. lib. 10. uel niſi lex municipalis aliud inducat. l. 1. C. de emanc. lib. Ioan. And. in c. cum. P. tabellio. hoc tit. in nouel. & late Iaſ. in repet. l. admonendi. de iureiur. num. 132. Alex. conſil. 136. par. 2. ſed quod de libris Archiuij, dic quod eis datur fides ĩter ſubditos, ſecus autẽ contra nõ ſubditos extra territorium. Soc. cõſ. 187. uer. iam ergo tempus. ibi, quod autem di cti officiales. cum uerſ. ſeq. p. 2.*

✱ *Cauſam*] *Adde Ro. conſi. 373. incip. in caſu propoſito. col. 1. uerſic. ſecũda dubitatio. Bal. in rubr. C. de fid. inſtrum. col. 12. uerſ. ſed quæro ſi in libro mercatorum. & plene Iaſ. in d. l. admonendi ſub nu. 115. uerſ. Limita iſtum primum caſum.*

✱ *Cõparationi*] *Adde Lanfran. in c. quoniam cõtra. de probat. ſuper uer. inſtrumentorum productiones. nu. 80. Alex. conſ. 76. per tot. p. 3. conſ. 83. & 122. par. ea.*

eo quòd aduerſarius ſemel dixit, ſe nolle ſtare tali libro, ſecundum Roma. in d. l. nuda allegantem. Spec. in tit. de depoſito. §. 6. & Bart. in l. poſt legatum. in princ. ff. de his, quibus ut indignis. ¶ Tertia concluſio. Liber † ratio-
32 num pro tertio, ✱ & contra tertium non probat: quia non reperitur iure cautum, & æquipollet ſcripturæ priuatæ. Ita regulariter uidetur per notata per Bartol. in locis
33 prædictis. & Doct. hic. ¶ Fallit † primò in libro rationum confecto ab habente authoritatem & officium de publico, ut erant olim libri argentariorum, qui de publico deputabantur & iurabant fideliter facere officium: quia tunc faciebant plenā fidem, d. §. nummularios. cum materia. Et ideo campſores & mercatores hodierni cùm non deputentur de publico, non probant eorum libri in præiudicium tertij, ut hic per do. Anto. & Imol. & Bald. in rubrica C. eod. uer. ſequitur uidere de ſcriptura mercatorum. Libri autem exigētium gabellas uel collectas, ✱ probabunt plenè, ex quo ipſi deputantur de publico, ſecundum Bartol. in d. §. nummularios. niſi ultra officialē deputatus eēt etiam notarius, q haberet ſcribere, uel ſubſcribere, ut per Salic. in l. exemplo. C. de proba. & Bald. pulchrè in l. fi. C. de conueniendis fiſci deb. & in l. imperator. ad fin. ff. de ſtatu homi. ¶ Fallit ſecundò, quo ad ſemiplenam probationem: quia illam ſaltem operantur libri rationum prædictarum perſonarum, ſecundum gloſſ. & Bartol. in d. §. nummularios. de quo facit ibi ſeſtum Paul. de Caſt. & hoc approbat conſuetudo, ſecundum domi. Anto. & domi. Abb. hic, & Bal. pulchrè in c. fin. in ult. col. ē. de confeſ. & in d. rub. C. eod. & aliquid per domi. Card. in c. fi. j. de iureiur. ¶ Sed ceſſante conſuetudine contra iſtam fallentiam tenet Imol. hic, & in d. l. nuda. quia non reperitur iure cautum: imo potiùs oppoſitum, cùm iure caueatur, q ſcriptura priuata non facit probationem etiam ſemiplenam, licet aliqualem, l. inſtrumentes. C. de probat. Et quia tenentes contrarium fundant ſe in iuramento, quod præſtant tales de exercendo artem iuſtè: item q crederetur unius uoci, quo ad ſemiplenā probationem, ſicut uni teſtium, ergo & mortuæ: reſpondet Imol. hic, q etiam teſti datur ſemel iuramentum: & tum, ſi iteratò deponit ſuper eod. in alia inſtantia iterum iurat, ut dictum fuit in c. præterea. ē. tit. prox. Item ſi deponeret coram iudice, deponeret cum iuramento & ſub forma teſtimonij: ſed ſcriptura priuata fit extra iudicium: ideo non facit ſemiplenā probationem, ſicut nec dictum teſtis depoſitum extra iudiciū, præſertim quia text. in §. ſi uerò. in authen. de inſtr. cau. & fide. uidetur nelle magis credendum eſſe unius uoci, quàm priuatæ ſcripturæ. Et illud etiam ſentit Bald. in d. c. fi. dicens, q per ſua ſiue per iſtos libros reſultat ſemiplena probatio de conſuetudine, non de mero iure ſcripto. Et illud puto ſuſtenabilius, licet communis opinio ſit in contrarium: & conſidera, q ubi conficiens talem librum iuraret in iudicio in ſpecie de contentis in eo, fortè ceſſarent rationes Imol. ¶ Cætera in materia librorum dic, ut per Ioan. Andr. in d. §. nunc dicendum. & per Bartol. in rubr. C. de eden. & per Imol. hic, & aliquid dixi in c. 1. in 6. fallentia, ē. de proba. ¶ Tangunt etiam hic plenè oēs Doct. de ſigillo, in qua materia omittendū eſt, quid probēt literæ ſigillatæ ✱ tam prælatorum, quàm iudicum: quia omnia habuimus in c. poſt ceſſionem. ē. de proba. Sed circa principalia dicta Innoc. hic collige certas concluſiones omiſſis alijs. ¶ Prima con-
34 cluſio. Poteſt † quis ſigillare alieno ſigillo, ſi proprium non habet, ſecundum Inno. & omnes hic. Et intellige primò, dū modò exprimat ſe alieno ſigillo ſigillare, ſecundum ipſos, & Domi. poſt alios in c. ſi Canonici. in fi. prin. de offic. ordi. in 6. & Salic. in l. ſi unus. C. de teſta. & glo. magiſtralis. in fi. in c. nobiliſſimus. 97. diſt. & Paul. de Eleaz. in c. 3. loco. ē. de pba. & in c. cùm dilectus. j. eod. & addit Bal. hic eſſe cauendum: quia ✱ tabellio non poteſt alieno ſigno ſignare, ✱
35 & dixi ē. c. proxi. ¶ Secundo † intellige concluſionem de cōtractibus non magnis: quia in priuilegijs & alijs contractibus magnarum rerum opus eſt proprio ſigillo, ſecundum glo. in c. inter dilectos. in uer. fuerant. j. eo. quam ſummè no. Bald. ibi & hic, dicens, principes & epiſcopos in magnis negotijs debere uti proprio ſigillo. Nec obſt. q in ceſſatione à diuinis aliud dicatur in d. c. ſi Canonici. quia nō cenſetur ille actus magnarum rerū: maximè, ex quo eſt finiendus ceſſante cauſa, quæ debet eſſe rationabilis, ut ibi in gloſſ. Nec etiam contrarium ſentit Innocent. in c. innotuit. ſuper uerbo, decreto. ē. de elec. dum dicit, decretum electionis poſſe alieno ſigillo ſigillari: & tamē electio eſt res ardua, c. quāuis. de elect. in 6. quia ipſemet poſtea ſubdit, q decretum illud non eſt authentica ſcriptura, neque ſufficiens probatio, ubi lis eſt ſuper electione eccleſiæ: & ita remanet uera illa gloſ. cum authoritate. Bald. quæ non exeat mentem
36 tuam. ¶ Tertiò † intelligo concluſionem, dum modò utatur alieno ſigillo ✱ de uoluntate illius, cuius eſt, & hoc exprimat, ſecundum domi. Anto. poſt Hoſt. in c. ut noſtrum. circa fin. j. de appel. & Bald. hic: alias dicitur falſarius, ſecundum gl. in c. memoriam. 19. diſtin. cum concor quas dedi in c. tertio loco. in princip. per illum text. ē. de
37 proba. ¶ Secunda concluſio. Valet † conſuetudo, q prælati & principes concedant ſigillum alijs, & q illi poſſint ſigillare literas etiam non uiſas à dominis, ſecundum ✱ Innocent. hic, quem ſequuntur omnes. ✱ & Bald. in rubr. C. eo. uer. quid de eo. & in l. 2. C. de rebus alienis non alie. & in authent. ſi quis in aliquo. C. de eden. Et ex quo princeps committit ſigillum ſuum cancellario, uidetur omnia ei committere, quæ conſueuerunt committi cancellario illius principis, ſecundum Bald. hic: quia dominus uidetur ei committere, quæ ipſe facere conſueuit, arg. l. Titianus. ff. quod cum eo. Et ideo ſub tali ſigillo poterit reuocare feuda: quia ſic ſe habet conſuetudo, ſecundum ipſum. ¶ Secus eſt, quando datur ſchedula uacua impreſſa ſigillo cum poteſtate ſcribendi, quidquid alteri placuerit, quia non tenet actus, niſi ſpecificentur articuli, ſecundum Innoc. hic, quem ſequuntur alij. & ſequitur Angel. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. de uerb. obli. & Imol. in c. ſi quorundam. j. de ſol. Vnde ſigillū dr̄ eſſe teſtis mutus, & ſine literis non probat cōmiſſionem, maximè ſpecialem, ſecundum Bald. in extraua. de pace Conſtā. in uerbo, muniri. cum alijs allegatis per Ananiam in c. fin. j. de accuſ. quia ſigillum appoſitum ab ignorante materiam non obligat, l. 2. & ibi Bald. C. de rebus alienis non alie. & gloſ. in uerbo, abſentium. in c. quanto. j. de his, quæ fiunt à præla. ſecus, ſi à ſciente, ut per glo. & Bal. in d. l. 2. & gloſ. in c. ex literis. in uerbo, teſtamentis. ē. de tranſact. & in l. Caius. ff. de pigno. Et ideo ſigillantes, uel ſubſcribentes debēt aduertere, quid contineat materia. Pro quo uide oīno, q dixi de ſubſcribente, qui non legit, in c. quoniam contra. in 4. q. ē. de proba. Et ſubdit ex iſtis Bald. hic, q ſi mittitur principi per communitatem charta alba cum notario & ſigillo, poteſt notarius ſcribere uoluntatem domini. Et de iſtis faciunt ſeſſā Bald. & do. Ab. hic, quos uide. ¶ Tertio generaliter circa uirtutem ſigilli

✱ *Tertio] Adde Alex. conſil. 145. incip. Viſa narratiua. col. 1. nume. 1. uol. 6.*

✱ *Collectas] Adde Alex. conſ. lib. 53. uol. 1. & conſ. lib. 186. uol. 4. ſed num quid libri gabellarum probent uenditionem inter priuatos factam. dic quod non, ſed ſolum quod fuerit ſoluta gabella, & ſimilia ſpectantia ad eorū officium, et non ultra ſecundum Socin. conſ. lib. 208. incip. Viſis actis. uerſic. tertio & libris. cū uerſic. ſeq. par. 2.*

✱ *Sigillata] Adde tamen an & quando literæ ſigillatæ probent, & quando non glo. & Bal. poſt antiquos, in l. ſi qua p calumniā. C. de epiſc. & cler. Bartol. in l. 1. §. ſi quis neget. ff. quemadm. teſta. aper. & in l. quæ dotis. ad fin. ſolut. matr. & text. in tit. de pace conſtan. ad fi. in uer. ſigillo munari. & ibi Bald. no. Bal. in l. falſum. ad fin. C. de furt. Spec. in tit. de citatione. uerſic. literis. & nota, quod ſi ſcriptura priuata haberet aliquod ſigillum publicis & authēticū, faceret plenam fidem. Bal. in rubr. C. de fide inſtrum. col. penul. uerſ. ſecundum ſupplementū eſt. dummodo officium ſigillantis ſit ad hoc inſtitutum, aliás nō, ut ibi per eum. Io. And. in addit. Spe. in d. uerſic. literis. & no. Iaſ. in l. admonēdi. de iureiu. in repetit. nu. 93. cum ſeq.*

✱ *Signare] Adde Bald. in l. 3. C. de nouo cod. cōp. uen. in l. ſtigmata. C. de fabricēs. li. 11. §. item aliena. inſtit. de teſta. in l. Paulus. in l. qui teſtamentum. in l. ſi falſum. in uer. ammonet. ff. de falſ.*

✱ *Alieno ſigillo] Adde not. utrum quis ſibi poſſit aſſumere inſignia & dic quod communiter tenetur quod ſic. Abb. in c. dilecta. de excēſ. prælat. An autem poſſit ſibi aſſumere inſignia aliena. & Abba. ubi ſ. dicit quod ſic. niſi illi cuius ſunt prætenderēt aliquod damnum. An autem quis uti poſſit ſigno proprio in præiudicium alterius, dic quod non. ita Ant. in c. ad noſtram. cir. fin. de appel. Bald. in cap. quanto. colu. 2. de iureiur. ubi ponit; an mercator poſſit ſub ballis ſuis apponere ſignum alterius mercatoris. An aūt quis poſſit aſſumere inſignia dignitatis, quam non habet, & dic quod non, aliàs eſt falſarius. l. eos. cum ibi not. ff. de falſ. quod facit contra dicen-*

ſcire debes, quòd epiſtola, uel ſcriptura ſigillata non nocet tertio, niſi habeat ſigillum authenticum, ut hic in text. Et quod dicatur authẽticum, latè proſequitur Spe. in titul. de proba. §. fin. uer. 10. Sed contra ipſum ſcribentem priuatum ſigillum ipſius ſigilli iuuabit ſcriptura, uel epiſtola, ſecundum Specul. ibidem per d. l. 2. C. de reb. alienis. de quo meminit Ro. in d. l. admonendi. & Imo. hic, dicens eſſe diligenter notandum. ¶ Item ſcias, quòd appoſitio ſigilli denotat concluſionem contractus, ſecundum Bald. in l. contractus. C. de fide inſtru. ¶ Item per ſigillum delegantis probatur delegatio, ſecundum Dominic. poſt Archi. in c. ſi à ſubdelegato. in princ. de offic. deleg. in 6. & Rotam in formis deciſ. ✱ 348. ✱ incip. uoluerunt. & Ange. in l. conſentaneum. in ult. col. C. quomodo & quando iudex. ¶ Item ſcias, quòd ſigillum non probat mandatum ✱ procuratorium, ſecundum do. Anton. & Imo. in c. ſi quorundam infrà de ſol. & Bald. in extrauaganti, de pace Conſtantiæ in fin. principij, & in l. j. in ult. col. C. de procur. & in l. ſi procuratorem abſentem. ff. de procur. & Paul. in c. tertio loco ſuprà de proba. & Imol. in c. 1. de procur. ¶ Licet Goffredus aliter dixerit in d. c. ſi quorundã. cuius opinio procedere poſſet in tribus caſibus. ¶ Primo, quando ſigillum eſt deſtinatum ad talia, & præſentatur à fide digno, maximè præſtante cautionem de rato, ut per do. Anto. & domi. Abb. in d. c. ſi quorundam. ¶ Secundo, quando conſuetudo aliter ſe haberet, ut per Domin. in c. quamuis. de procurat. in 6. & latè domi. Anton. in c. ſignificauit infrà de appel. ¶ Tertio, quantum ad hoc, ut faciat dubium de mandato, adeo quòd admittatur cum cautione rati probando ſe habuiſſe eum à domino, ut per Domin. in d. c. quamuis. ¶ Sed licet duo ultimi caſus poſſint procedere per rationes ſuas, tamen in primo uidetur ſtare cõmunis ✱ opin. quia ut ſcriptura priuata probet, requiritur ſigillum authenticum: & ideo ſi mittens procuratorem non haberet ſigillum authenticum, & ex ſigillo daretur omne robur mandato, iſtud non procederet per ſtatim dicenda. ¶ Et adde, quòd etiam ubi ſigillum eſſet authenticum, non ualeret mandatum ſine die: ut latè per domi. Card. in c. inter dilectos infrà, eo. Mouetur maximè, quia tollit defenſionem aduerſario, per quam fortè probaret tempore mandati facti, procuratorẽ, uel conſtituentem fuiſſe excommunicatũ. ¶ Item non eſt neceſſe, quòd ſigillans dicat in ſcriptura ſe ſigillaſſe, ſecundum Innoc. & alios hic, & Paul. in d. c. tertio loco. & plenius in c. cùm dilectus infrà, eod. ubi tamen dicit aduertẽdum, quòd ſi ſigillum eſt deputatum ad certum uſum, præſumitur propter ipſum apponi, cap. ſignificante infrà, de appel. Si autem eſt ſigillum generale, & apponitur ſcripturæ formatę nomine ſigillantis, non requiritur expreſſio uerbalis mentionem faciens de ſigillo: alias autem requiritur ſecundum ipſum: & facit l. ſi unus. C. de teſta. ſecundum Imol. hic, qui etiam dicit, quòd teſtis ſubſcribens teſtamento debet de ſigillo facere mentionem, per l. hac conſultiſſima. C. de teſta. ¶ Et oportet ſigillum eſſe authenticum, quando per ipſum principaliter datur robur ſcripturæ, & non refert, qualis ſit ſcripturam faciens, uel rex, uel infimus homo: ſi autem non principaliter, ut det robur ſcripturæ, tunc ſufficit ſigillum etiam non authenticum, ut cùm teſtis ſuo ſigillo ſignat, l. ad teſtium. §. penul. ff. de teſta. & ſic contrahens obligat ſe proprio ſigillo, l. Publia. ff. depoſiti. nec ſibi nocet, ſi ab alio apponatur, c. iam literis. in fin. ſuprà tit. 2. dicta l. 2. C. de rebus alienis. Ita dicit domin. Card. hic poſt Innocent. & Specul. in dicto uer. 10. & latius Paul. in d. c. tertio loco. ¶ Dicunt etiam prædicti, quòd non refert an ſigillum aliquando appelletur annulus. ¶ Item, quod ſigillum debet habere ſculpturam: nec eſt neceſſe, quòd habeat literas, ſed ſi habeat, debent poſſe taliter legi, quòd habeatur earum ſignificatio, per c. inter dilectos infra eod. ¶ Quæ autem hic deſunt, quo ad ſigillum, dixi in d. c. poſt ceſſionem ubi uide. ¶ Tangitur etiam hic aliquid de compa- ✱ ratione, ✱ de qua ſuprà dictum eſt. Et adde, quòd pro comparatione fienda poteſt quis cogi ſcribere, ſecundum domi. Cardi. & domi. Abb. hic per tex. in §. 1. in authen. de inſtrum. cau. & fide. Idem Bald. in authen. ſi quis uult. ad fin. C. qui po. in pig. hab. & in l. comparationes. C. de fid. inſtru. ¶ Et nedum fit comparatio literarum, ſed etiam ſtyli, ſecundum Bald. in l. 1. in fin. C. de emenda. Iuſti. C. facit c. licet. cum gloſ. in uerbo, ſcripturæ infrà de crimine falſi. ¶ Et examinatio comparationis non ſubdelegatur, ſecundum gloſſ. in uerbo, abſcondere, in authen. de inſtrum. cau. §. 2. Reliqua uide per Bald. in d. l. comparationes. ¶ Adde, quòd ad probandum ſigillũ eſſe alicuius, eſt locus comparationi, ut eleganter per Hoſtienſ. & alios in cap. quod ſuper his, infrà eod. Et dum ſuprà tetigi de libro rationum, adde omnino Pet. de Anchar. conſil. 38. incip. Primò de uiribus. ubi ponit, utrum liber capituli, in quo ſunt deſcripti cenſuatij & emphyteutæ, probet? & concludit, quod probat contra Canonicos, non contra tertium, niſi aliud haberet conſuetudo, ut ibi per eum. Dic tamen, quòd ſigillum capituli dicitur authenticum, ut hic in gloſſ. fin. quam ſequitur. Imol. hic, & Spec. in d. uer. 10.

SVMMARIVM.

1 *Error in omittendo ſpectantia ad notarium, per ipſum corrigi poteſt, ueluti ſi eſt omiſſa dies.*

2 *Error notarij in pertinentibus ad partem & ſubſtantiam contractus, non poteſt ex interuallo corrigi per notarium.*

3 *Error notarij non præſumitur ex dolo, niſi probetur.*

4 *Error in ſolennitate teſtamenti an inducat præſumptionem falſi contra notarium.*

5 *Notarius an teneatur de falſo, probato dolo contra eum.*

6 *Notarius non poteſt errorem corrigere, nec defectum ſupplere, niſi authoritate iudicis, uel officialis ad hoc commiſſi. Et hæc concluſio uera eſt exceptis quatuor caſibus hic enumeratis. nu. 7. 8. 9. 10.*

11 *Clauſula, Cum conſilio ſapientis, quid operetur.*

12 *Notarius non ſolum poteſt corrigere errorem ſuum, imò etiam poteſt addere clauſulas conſuetas, licet de ipſis nihil ſit dictum in rogatione.*

13 *Poteſtatem habens uendendi bona fiſcalia poteſt dare fideiuſſorem emptionis, & apponere omnia pacta pœnalia ſecundum morem regionis.*

14 *Abraſio quando noceat poſita in inſtrumento.*

15 *Raſura in loco ſuſpecto quando noceat, ſi agatur poſſeſſorio, ſeu petitorio.*

16 *Raſura an noceat in diſpoſitione fauorabili.*

CAPITVLVM III.

EX LITERIS. ¶ Reſcriptum Apoſtolicum propter raſuram in loco non ſuſpecto non præſumitur uitioſum. H. D. ¶ In text. ibi, priuilegia. Per hoc infert domi. Abb. hic, quòd reſcriptum ad lites non dicitur priuilegium: quia reſcriptum eſt ſecundum ius, cum mandet ius fieri impetranti: priuilegium uerò eſt contra ius. Et ad hoc uide notata in c. olim infrà de uerb. ſign. & per domi. Abb. in rub. ſuprà de reſcript. & p Bal. in l. 1. in 1. col. ff. de conſtit. princ. & in c. 1. §. inueſtitura. ad fin. de noua forma fidel. & in l. fin. C. de re iud. &

dicentes ſe eſſe doctores cum nõ ſint ſecundum Abb. in cap. 1. de cler. non ord. miniſt. & in gloſ. in c. ut apoſtolicę. de priuil. lib 6. & adde, quod ſigillo alterius authenticum ad corroborandum ſcripturam meam poſſum uti ſimpliciter ſine aliqua declaratiõe uſus huius ſigilli alieni. c. 2. de of. ordin. in 6. accedant not. in c. ſignificauit de appel. Alex. conſ. 87. nu. 9. uol. 7. Arch. Dom. & Franch. in d. c. 2. in fin. ubi tenent contrarium.

✱ *348.*] *Adde quod eſt deciſ. 10. titul. de probat. in nou. & adde deciſ. 1. eo. tit. & incipit fuit dubitatũ utrum credatur.*

✱ *Mandatum*] *Adde quod oſtenſio ſigilli perſonæ principalis abſque probatione traditionis eiuſdem facta per perſonam non domeſticam, neque habitantem cum domino ſigilli probat ipſum oſtendentẽ eſſe procuratorem, non plene, ſed præſumptiue, adeo quod admittetur cum cautione de rato. Ioã. And. & Hoſtien. in cap. 2. de ſolut. per illum text. in nouel. & Roma. ſingul. 643. incip. nunquid per productionem numer. 4. & in. Bald. in l. 1. colum. penult. uerſic. item quæro. C. de procurat. & in ſpecie in. Rom. conſil. 446. incip. primum propoſi. te. colum. fin. uerſic. ſecũdo ex eo quod in ſimili.*

✱ *Comparatione*] *Adde Iac. de Aret. & Cyn. in l. comparationes. alleg. in text. Rom. in l. admonendi. de iureiur. col. 20. & ſeq. et ibi Alex. col. 23. & ſeq. Aret. conſ. 64. incip. diligenter & mature. Alexa. conſ. l. 322. incip. in cauſa & lite. uolum. 2. & Lanfran. in c. quoniam contra de probat. ſuper uer. inſtrumentorum productiones. in fin. uerſi Attende circa hanc cõparationem. cum uerſ. ſequen.*

glo. in c.3. in uerbo, noſcatur de conſtit. in 6. ¶ Tangit hic domi. Anton. plene, ſed parum in propoſito, & aliquid domi. Abb.& Imol. an & quando notarius poſſit errorem ſuum corrigere: & eſt materia, quam ſolenniter ponit Bart in l.ſi librarius. ✱ ff. de re iudi. & etiam plene Spe. de inſtru. edi.§. inſtrumentum. uer. ſed nunquid. confecto. & latè Ioan. And. ibi, & in data 6. libri, in ult. col.& Bald. plenè in c. publicato. in col. ſuprà, de elec. & pleniùs poſt Bart. in l. imperator. ff. de ſtatu ho. & in extrauag. de pace Conſt. in uerbo, pacta. & Bald. & Imol. in l.cùm proponeretur. ff de leg. 2.& in l.j.§.ſi autem. ff. de hære. inſt. & Doct. in locis infrà allegandis. ¶ Sed ut rei ſummam habeamus, tamen intrando extenſè no. quatuor concluſiones cum ſeptem declarationibus. ¶ Prima concluſio.
1 Error † in omittendo ſpectantia ad notarium poteſt per ipſum corrigi. Vnde ſi eſt omiſſa dies, & recordetur de die, creditur ſibi, & poteſt emendare: quia creditur officiali in officio ſibi cõmiſſo, l.apparitores. C. de exactor. tribut. cum alijs allegatis p Bar. qui hoc tenet in dicta l. ſi librarius.& in d.l.imperator. ne ſcribentis error noceat partibus, l.ſi quis in nomine.& l.errore. C. de teſtam. Et idem dicit de errore in dictionis. ¶ Eſt autem dictum in omittendo: quia ſecus, ſi imponendo. Vnde ſi ponit unum diem, uel menſem, cùm deberet ponere alium, non poteſt ſe corrigere niſi de errore conſtet per teſtes, uel modis, de quibus infrà tum p l.quicquid aſtringendæ. ff. de uerb. ob. tum quia functus eſt officio ſuo, l.iudex. ff. de re iudi ſecundum Bart. in d.l.ſi librarius. & ſequitur do. Anto. hic. ¶ Contra quod dictum, licet alij tranſeant, adduci poteſt, quod not. Innoc. in c. in literis. ſuprà, de offic. deleg. ubi dicit, quòd ille, cui incumbit aliquod factum ſine iuriſdictione, nunquam fungitur officio ſuo, donec ſolenniter perfecerit. Sed officium tabellionatus non eſt officium iuriſdictionale. Ergo non eſt functus officio: ſed dictum Innoc. intelligitur in his, quibus permittitur uariare: non in teſte, uel tabellione. quibus eſt uariatio interdicta, ſecundum Bal. in propoſito. in l. fin. in penult. col. C. de eden. Ex quo uidetur, quòd poſſit ſatis incontinenti talis error corrigi, arg. c. præterea. ſuprà ti. 1. quod ſatis ſentit Bart. in dicta l.ſi librarius. Et in hoc etiam uide, quæ not. Imol. in d.c. in literis. dum alleg. c. ſi compromiſſarius. poſt princ. ibi, ſuo functus officio. de elect. in 6.
2 ¶ Secunda concluſio. Error † notarij in pertinentibus ad partem & ſubſtantiam contractus non poteſt ex interuallo corrigi per notarium, ſed incontinenti ſic, per proximè dicta, & qui parando notarium teſti, iuxta l.Domitius. ff. de teſta. Ita Bart. in locis præallegatis. & Bald. in l.generaliter. in ultimo notabili, C. de non numera. pecu. niſi aliquo legitimo modo probaretur coram iudice de errore: putà, producendo originale alterius, unde ſumpſit exemplum dicta l. ſi librarius. & dicta l. errore. Idem, ſi ex proprio protocollo, non erroneo, ut etiam no. do. Card. in c. inter dilectos. ad fin. infrà, eod. quia ad illud recurritur, ut dixi plenè in c. quoniã. in notabilibus, ſuprà, de probat. & not. gloſ. in §. penult. in authen. de tabellionibus. per quam dicit do. Car. in dicto capitulo, inter. quòd cum Florentię protocollum & inſtrumentum, quamuis antiquum, diſcordarent, & unum diceret legatum eccleſiæ ſanctæ Marię, aliud ſocietati ſanctæ Mariæ, fuit conſultum ſtandum eſſe protocollo, per d. glo. quam ſemper not. ſecundum ipſum. Et adde ad ea, quæ dixi in d.c. quoniam. Et remanens apud notarium, in dubio præſumitur originale, arguendo à ſolitis, l.certi conditio.§. ſi nummos. ff. ſi cer. pet.& per Bar. in d.l.ſi librarius. Item ſi appareret errore per teſtes deſcriptos in inſtrumento: de quo in c. cùm Ioannes. infrà eod. Item per ipſos facientes inſtrumentum, ut in c. tertio loco. ſuprà de prob. uel per mediatores contractus, ut per gloſſ. in §. ſi uerò. in authen. de inſtru. cau.& fide. Et quod dixi, Coram iudice, declarabitur in quarta concluſione.
3 ¶ Tertia concluſio. Error † notarij non præſumitur ex dolo, ✱ niſi probetur: arg. l. quoties.§. qui dolo. ff. de proba. Ita Bart. in d.l. ſi librarius. Vnde ſi probatur aliter, dictum, quam ſit ſcriptum, præſumitur ſcriptum per errorem, & non falſo, ſecundum Bart. & Bald. & Imo. in l.quoties.§.1. ff. de hære. inſti. & Bald. in l.j. ff. de legi.& Ang. in l.iuriſgentium.§.quod fere. ff. de pac.& Bar. in l.ſi quis obrepſerit. ff. de fal.& Bald. in l.errore. C de teſta. Vnde dicit Bar. in l.pen. C. de his, qui ſibi aſſcrib. quòd regulariter, ubicunque error ſit tollerabilis, præſumitur magis error, quam malitia, per tex. elegantem ibi, dum dicit, pœna legis Corneliæ tibi remittitur, in quam credo te magis errore, ꝙ malitia incidiſſe. Et iſta cõfirmantur ex notatis pulchrè per Bald. in l.unica, uer. modò ſequitur alia quæſtio. C. de confeſ. & Bart. in l.j.§. ſi quis neget. ff. quemadmo. teſta. ape. & in conſ. incipiente, Tudertinus quidam. & in l. nec exemplum. C. de falſis.& Bald. in l.captatorias. uer. quintò oppono. C. de teſta. milit.& do. Ant.& do. Abb. in c.ad audientiam. infrà de præſcri.& Bald. in l.2. in princ C. de erro. aduo.& Raph. in l.non fatetur. ff. de confeſ.& Bal. in l.j. uer. in glo. ibi, omnibus. C. cõmunia de legatis. Ex quibus colligitur, quòd talis notarius errans non punietur de falſo: quia falſum non cõmittitur ſine dolo, d.l. nec exemplum. Et dolus non præſumitur in notario, ut eſt dictum. Et hoc bene no. ¶ Sed † limita aduertenter, niſi
4 eſſet de factus ſolennitatis teſtamenti: quia error in tali ſolennitate inducit præſumptionem iuris, & de iure contra notarium de falſo, l.iubemus. in fi. C. de teſta. licet, quo ad alios effectus, teſtamentum non habeatur pro falſo, ut elegantẽr per Bal. in l.ſi poſt. C. de iuris & fac. ign. Et dicit Inno. in d.l.quoties. quòd in ſolennitatib. aliorum actuum, quam teſtamentorum, talis error non attribuitur dolo, arg. d.l.iubemus. à contrario. & per regulam, in pœnis. de reg. iur. in 6. Et idem uidetur tenere Salic. & Fulgoſius in d. l. iubemus. dicentes, quòd extra caſum illius legis propter defectum ſolennitatis nõ uidetur præſumendum eſſe falſum. ſed imperitia potiùs, uel error: arg. l.poſt legatum.§.1. ff. de his, quibus, ut indig. Idẽ Bald. in l.ſuper chirographarijs. C. ſi cer. pe. dicens, quòd propter inſtrumentum non ſolenne notarius non punitur de falſo, niſi in caſib. à iure expreſſis. Alleg. tex. in §. quia uerò leonina. cũ gl. in uerbo, proferre. in authen. de non alie. Dic tamen ꝙ quantum ad uim probationis, paria ſunt inſtrumentum non eſſe ſolenne, uel eſſe falſum: ſed non, quo ad uim punitionis. Cum prædictis etiam concordat Bar. in l.omnes. C. de petit. bonorum ſublat. li. 10.& Pet. de Anch. conſi. 280. inci. Tria principaliter. Et ibi etiam dicit, quòd ſi notarius omittat ſcribere inſtrumentum ſecundum ordinem conſuetum, non per hoc eſt ſuſpectum de falſo: & iſta pars eſt ſuſtentabilis, licet ſint alij dicentes, quòd omiſſio ſolennitatis ſemper inducat præſumptionem doli, ut per Bart. in l.nulli. C. de nume.& actua. lib. 12.& Bal. in l.quoties.& in d.l.iubemus. & per Paul. de Caſtr. cõſi. 213. inci. Ad primum quæſitum. ¶ Vbi † autem probatur
5 de dolo ex coniecturis, nõ tenetur de falſo, niſi dolus commiſſus fuerit in ſolennitatib. ſubſtantialibus, ſecundum Pet. de Anch. in d. conſi. Si autem in ſubſtantialibus, punitur & tenetur parti læſæ ex dicto errore ad intereſſe, ſecundum Bart. & Bal. in l.fi. per illum tex. C. de magiſtra. conue.& per Bar. in l. fi. ultra medium, ff. de tabulis exiben.& Bald. poſt Bart. in d.l. imperator. in pen. col.& Bar. in l.generali. C. de pecu. libta &c. & Ioã. And. in Spe. de inſtrumen. edi.§. oſtenſo. additione ineo ad materiam. ubi etiam tangit, an notarius, uel eius hæres teneatur, ꝙ nimis abbreuiatè & confuſe ſcripſit: & de his etiam per Bal. in l.presbyteri. la 1. in fi. C. de epiſc.& cler. Et ibi ſubdit idem eſſe in errore teſtis: quia error notarij & teſtis dicitur eſſe lata culpa, ſecundum eum, pro quo uide, quod no. Bal. & Ang. l.ubi exiguus. ff. de eden. ubi dicunt arg. illius text. ꝙ notarius tenetur ſolùm de dolo & lata culpa: & ſic imputent ſibi partes, quæ talem aſſumpſerunt, ſicut in menſore dicitur in l.j.§. hæc actio. cum ſequenti. ff. ſi menſor fal. mod. dixerit. Et ſic intellige, quod dictum eſt, notarium teneri ad intereſſe.
6 ¶ Quarta concluſio. Non † poteſt notarius errorem corrigere, nec defectum ſupplere, niſi interueniat authoritas iudicis, uel officialis ad hoc deputati, ſecundum Ioan. And. in data 6. lib. in ult. col. dicentem, quòd aliàs caueat, quia poſſe ſibi impingi falſum, per l.eos. ff de falſis. Eſt enim functus officio ſuo. Et ſic de facto ſeruatur, ſecundũ ipſum, & ſequitur Imo. hic, & in c. inter dilectos. infrà eo. pro quo uide omnino Ioan. And. in Spec. in d. uer. ſed nunquid confecto. & Bald. in l. ambiguitates. in fi. C. de teſta.& in l. ea, quæ. in prin. C. communia. uel epiſtolas. Et ibi dicit, ꝙ ſi poſt publicatum inſtrumentum adderet, in fi. Caſſiui in tali loco: quia per errorem, &c. iſta uerba uitiantur, & non uitiant. Et de hoc etiam per Bald. in rub.

✱ *Librarius*] *Ad. de Alex in l. imperator. de ſtat. hom. & in conſ. l. 105. incip. Reuerende domine. 1. uol. 2. Socin. conſ. 94. inc. præſtantiſſime. p. 1. ſed an notarius poſſit petere ſibi reddi illud ſumptum ad corrigendum errorem, dic quod ſic cũ authoritate iudicis. Alex. in l.ſi quis. §. prætor. de eden. & ibi Pau.*

✱ *Dolo*] *Adde Soc. conſ. 22. incip. præſtãtiſſime. uerſ. at ea ſecundum uiſ.*

in rub. C. eo. ubi dicit, quòd non poteſt cancellare protocol-
lum, niſi diceret cancellatum: quia reſtitutum parti. Et de hoc
etiam per Cald. in iſto tit. conſi. 1. & omnino Do. in c. abbate.
in ult. col. de re iudi. in 6. & Card. in proœmio Cle. §. 6. ¶ Et
* uidetur iſta concluſio communiter * teneri, niſi in quatuor
caſibus, in quib. non requiritur iuris authoritas. ¶ Primus ca-
7 ſus eſt, quando † eſſet error non uitians inſtrumentum, ut fal
ſa Latinitas, ſecundum Bart. in d. l. ſi librarius. per d. l. impera-
tor. & l. actorum uerba. ff. de re iudi. de quo in ſequenti caſu.
8 ¶ Secundus caſus eſt, quando † inſtrumentum nondum eſt p
ductum in iudicio, & ſic non eſt de ductum in controuerſia, nec
quo copia data eſt parti aduerſæ: nam tunc bene poteſt etiam
ſine iudice corrigi, ſecundum Ioan. And. in data 6. lib. & Dom.
ubi ſuprà & Imo. hic, & Bald. in rub. C. eo. uer. ſed pone, tabel-
lio. Et ex his dicit Bal. hic, quòd reſtituto inſtrumento tabel-
lio eſt adeò functus officio ſuo, quòd nec punctum, nec ſylla-
bam intellectualiter mutare poſſet, niſi iudicis mandato. Al-
leg. d. l. imperator. Ex quo dubito de præcedenti caſu, ne ſub
prætextu Latinitatis fieret fraus. ¶ Tertius caſus eſt, quando
9 † errore eſt notorius: quia iudicis authoritas non requiritur:
uel ſi requiritur, non eſt neceſſaria partis citatio, ſecundum
Bal. in d. l. imperator. Alle. Cy. in l. j. C. de ll. Secus dicit in er-
rore latenti: quia exigitur & iudex & pars. ¶ Quartus caſus
eſt, quando uult corrigere eo modo, quo corrigit lex, ut erro-
rem indictionis. quia poteſt propria authoritate, cum habeat
iuris præſumptioné pro ſe: quia non nocet
* alicui, * cùm et ſine hoc ius ſic præſume-
ret, et ita eſſet, ſecundum Bal. laté in l. uni
ca, in fi. C. de iuſt. C. compo. licet in hoc de
indictione referat alios contrarium tene-
re, cum quib. concor. Ioan. And. in d. data 6.
et Imo. in d. c. inter dilectos. Sed eorú opi-
nio poſſet fortè ſaluari, quando de tépore
confecti inſtrumenti appareret ſolum de
indictione: aliàs autem, ubi anni exprimun
tur, teneo cum Bald. quia ipſius calculatis
habetur indictio, ſecundum do. Card. in d.
c. inter. ¶ Modò recipiunt iſta 7. declara-
10 tiones. Prima declaratio. Non † poteſt no-
tarius corrigere errorem etiam cum licen-
tia iudicis, quando contractus eſt celebra-
tus in ſcriptis, ſecundum Bart. in l. contra-
ctus. in prin. per illum text. C. de fide inſtr.
Vnde infert, quòd ſi notarius fuit rogatus
de appellatione, uel de ſententia, quæ de-
bent emanare in reſcriptis, non poteſt ali-
quid addere, uel detrahere: quia ante om-
nia debet eſſe dictata, et poſtea lecta, et contrafacientes er-
rant, ut ibi per ipſum, et Bar. et Bal. in d. l. imperator. et Bart.
in l. gallus. §. idem credendum. ff. de libe. et poſth. et Sal. in d.
l. contractus. Vnde dicunt Ang. et Imo. in l. quicquid aſtringé-
dæ. ff. de uerb. obl. quòd illa uerba, quòd inſtrumentum exten-
datur ad conſilium ſapientis, nihil operantur in actibus de ſui
ſubſtantia requirentib. ſcripturã: & ſentit Bal. in d. l. cótractus.
¶ Secúda declaratio. Licet poſſit notarius emédare erroré ſui
gentem ex inaduertentia, non tamen ſurgentem ex falſitate:
quia ex hoc priuandus eſt authoritate ſcribendi, l. ſi aliquid.
C. de ſuſcep. & arca. lib. 10. Ita Bal. in rub. C. de fide inſtru. uer.
ut ſcias unum. ¶ Tertia declaratio. Ad hoc, ut dicatur conſta-
re de errore, requiruntur tot teſtes, quot exigit contractus, in
quo dicitur cómiſſus error. Vnde in errore teſtamenti exigun
tur 7. & codicilli 5. & ſic de ſimilib. Ita eſt gl. ualde ſingularis
in l. cùm proponeretur. in glo. 2. ff. de leg. 2. & eam ſummè no.
Bal. in c. ſi quis feudum. in prin. ſi de inueſti. inter do. & uaſal.
lis ori. & in l. ſi. in pen. col. C. de eden. & in l. 2. C. de bon. poſſ.
ſec. tab. & in l. j. §. pro ſecũdo. C. de cad. tol. & in l. j. in ult. col.
C. de fideicómiſſis. & in d. l. imperator. Et ibi etiam concludit,
q non poterit deferri hoc caſu iuramentũ in ſupplementũ pro
bationis. Sed tñ illam gl. declara, ut latè & ſubtiliter per Bal.
in l. errore. C. de teſtam. ubi in effectu dicit, q habet locum,
quando probationes erroris concernunt errorem ipſius teſta-
menti, ut quia dicatur erratũ in omittendo mutuã ſubſtitutio-
nem in fideicommiſſo, ut l. cùm proponeretur. præall. uel ſimilis
ſecus, ſi ſint probationes extrinſecæ nó uenientes ex teſtamen
to, ut q inſtitutus ſit incapax, uel ſpurius, uel inimicus, uel q
tabellio in ſolemnitate inſtruméti errauit, q talia poſſunt exa
minari ſeorſum à principali: unde non ſunt eiuſdem naturæ,
ut ibi latiùs per eum. ¶ Quarta declaratio. Si error non cor
rigatur, & concernat aliquam de ſolennitatibus neceſſarijs
omiſſam errore, uel imperitia ut qa non fuiſſet adhibitus nu-
merus debitus teſtium, talis imperitia nocebit, & actus uitia-
bitur, ſecundũ Cyn. Bal. Ang. & Salic. in l. ambiguitates. pro-
pter gl. ibi. C. de teſta. Vnde dicunt, q ſi ex forma ſtatuti ban
na debent exemplari per tabellionem in libro cõmunis, aliàs
nó ualeant: & ſi contingat, q per erroré tabellionis bannum
fuit omiſſum exemplari, uitiabitur bannũ, poſtquã exempla-
tio erat de ſubſtantia. Et idem dicit Bal. in l. ſi. in ſi. prin. C. de
temp. ap. et in d. l. imperator. in ſi. et Ange. et Imol. in l. j. §. ſin
autem. ff. de hæred. inſtit. Non obſt. l. erróre. C. de teſta. ubi er
ror ſcribentis nó nocet ueritati: quia procedit, quãdo ille, qui
diſponebat, ſeu cóficiebat actũ, putã teſtator coram teſtib. ex-
preſſit uoluntaté ſuam, et de ea rogauit notarium, ut ſcribe-
ret: nam: ſi omiſit ſcribere per erroré, quãuis ſcriptura eſſet de
ſubſtantia, tñ ualet teſtamentũ: ſed in caſu prædicto eſt actus,
in quo non cõueniebat rogitus, ſeu expreſſio deponétis, ut in
exemplatione banni. Et illud reputatur dictum ſolenne, pro
quo faciũt etiam no. per Bal. Sali. et Ro. in l. iuris. C. qui admit.
ubi dicunt, q in his, quæ cõcernunt formam actus, uel rigoré
iudiciarium, nemo excuſatur propter ignorantiã iuris. Vnde
inferunt, q teſtamentũ ruſtici factum non ſeruata forma erit
nullum, per l. ſi. C. de teſta. ut ibi latiùs per eos, et aliquid per
gl. in §. 1. 38. diſt. & credo dixiſſe in c. quoniã. j. de ſymo. Sic in
propoſito ignorantia, uel error tabellionis non excuſat in
his, quę ſunt de forma: & ſic intelligitur gl. ſi. in l. ſi. C. de fideiuſ.
Et ideo dixit Bald. hic, q ubi per errorem ſubſtantialia ſunt
omiſſa, uel neglecta, etiam ceſſante dolo non ualet, quod ſcri
ptum eſt: quia imperfectum: alle. gl. Cyn. & ſeipſum in d. l. am-
biguitates. & tex. in l. ita ſtipulatus. la grande, ff. de uerb. obl.
¶ Quinta declaratio. Vbi notarius facit aliquam interlinea-
turam, uel abraſionem ſi uult ut omnis ceſſet ſuſpicio, atteſte-
tur in fine inſtruméti, q ipſe illam interlineaturam, uel abra-
ſioné fecit. Ita dicit Bar. in l. j. per illum tex. ff. de his, quæ in te
ſta. dele. & Arch. in §. j. 35. q. 9. & ſequitur do. Ant. & do. Abb.
hic: &, licet ipſi non exprimant, iſtud eſt neceſſariũ, ut latè p
Imo. in d. l. j. per illũ tex. quem dicit nó eſſe alibi: & hanc pra-
cticã cõmendat Bart. in l. ſi unus. in ſi. C. de teſta. & in l. edicto.
§. ſin autem in 2. col. C. de edicto diui Adri. tol. & in l. diuus. §.
item ſenatus. ff. de falſis. & in l. j. §. ſi. ff. de bo. poſ. ſecundũ tab.
& do. Abb. in c. cùm uenerabilis. in ſi. j. de religio. dom. niſi ex
præcedentibus, uel ſequẽtibus poſſet elici ueritas eorum, quæ
ſunt cancellata, ſecundũ ipſum propter gl. ibi: & dicit Bart. in
d. §. ſin. q creditur notario ita ſubſcribenti. ¶ Vbi ĝſit atteſta-
ret hoc in margine, non aſit in ſubſcriptione, uel corpore in-
ſtrumenti, nó adhiberetur fides tali apoſtillæ, etiãſi uideretur
eadé manu ſcripta, ut latè per Ioã. And. in Spe. de inſtr. edi. §.
oſtenſo. addi. inci. dixit Rolandinus. maximè, q apoſtilla non
habet requiſita, ex quib. mereaĩ fidem, uidelicet dié & alias ſo-
lennitates: & qa de facili daretur uia fraudibus diſſimulatis
literis: & idé tenet eleganter Bal. in l. ſi unus. C. de teſta. & ibi
Ang. & Pau. de Caſt. q dicit ita de facto fuiſſe obtentum: & ita
cóſuluit Pau. de Caſt. cóſ. 36. inci. In Chriſti nomine: dubiũ fa
cit: & idem no. Bald. in l. noſtrã. in 1. & 2. col. C. de teſta. & in l.
ea, quæ in prin. C. cómi. uel epiſtolas. & Bar. in d. l. imperator.
in ſi. & do. Ab. ſi bene legatur, in d. c. cùm uenerabilis. in ſi. quã
quam cótrariũ dixerit Bal. i rub. C. eo. & in l. Labeo. ff. de pac.
& in conſi. inci. In libro. ſententiarũ. motus per authoritatem
Bar. qui non loquiĩ in his terminis. in l. in fraudé. §. ſicut. ff. de
teſt. mili. & per l. ſi quis ex argentarijs. §. ſi initiũ. ff. de edé. Sed
illa lex loquiĩ in ſcripturis habentib. ordinatã cóſequentiam
ſm Bal. ibi. Vnde ſecus in filcis, & alijs quinternis, uel ſcartafa
cijs non ligatis: in quib. ſcribitur ad placitũ nó ſeruato ordine
temporis. Et ita poteſt eſſe in his, quæ ſcribuntur in margine:
quia non modè ſcribi poteſt quandocunque, nó ſeruato tépo-
ris ordine. Et ideo deciſio Io. And. remanet uerior. ut etiã di-
xi, ſed nó ita clarè, in c. 1. in ſi. ĩ. eo. ¶ Et iſtis adde, q ſi dubita-
retur, utrùm notarius emédaſſet ex interuallo, uel incótinen
ti, ſtaretur iuraméto ſuo, arg. c. ad audiétiam. cum materia, j.
de præſcr. & eorũ, quæ no. Spe. in ti. de teſte. §. 1. uer. ſed pono:
cũ cócor. quas dedi. in c. cùm cauſam. in ſi. ĩ. de teſti. in quæſtio
ne, qñ teſtis dicit ſe nó dixiſſe, ut notarius ſcripſit, qa nó præ-
ſumiĩ in officio delinquere: & eſt imputádũ parti, quæ tpe pu
blicationis inſtrumenti non inſpexit diligenter, an eſſet

* Non nocet ali-
cui.] Adde quod
falſitas quæ nemi-
ni eſt nocibilis non
poteſt de iure com-
muni puniri pœna
falſi ordinaria, per
quæcunque com
miſſis Bart. in l. ſi
quis legatum ff. ad
leg. cor. de falſ. &
eſt communis doct.
* cõmunis opinio
ſecundum Alex.
conſil. 145. incip.
Viſis mil. 6. & Soc.
conſil. 103. inc. in
facto. et conſ. 104.
inc. poſt reditum.
uol. 2.

abraſum, uel cancellatum: & ſi dicit factum ex interuallo, habet hoc probare, per no. per glo. in cle. ſi. de reſcri. & Bar. in l. non ſolùm. §. ſed ut probari. ff. de oper. no. nun. & Ro. plene in l. in illa. ff. de uerb. obl. ubi fundant ſe ex prioritate, uel poſterioritate temporis, habet probare tempus, præſertim, quādo opponit delictum, ut in d. §. ſed ut probari. Et illud bene nota, & in eo cogita, quia tactum non reperio. ¶ Sexta declaratio. Error commiſſus à notario propter conſilium ſapientis, cui notarius ſubmiſſus fuerat, non imputatur notario, etiamſi falſum cōmiſerit, ſecundum Bal. in l. captatorias. C. de teſta. mili. Unde debet ad cautelam ſubſcribere, quod ſic fecit conſilio ſapientis, ★ ſecundum ipſum ibi: cuius dictum intellige in conſiſtentibus in iure: ſed ſcientia facti debet eſſe plena penes notarium, ſecundum eundem in l. contractus. C. de ſide inſtr. ¶ Quid autem operetur iſta clauſula, quod inſtrumentum extendatur ad conſilium ſapientis, ★ uide ſolenniter & meliùs quam alibi, per Io. And. in d. uer. quid ſi à contrahentib. & per do. Ant. & aliquid per Imo. hic, Ioan. And. in data 6. lib. & Bar. in l. illa inſtitutio. ff. de hære. inſti. & Bald. in d. l. imperator. in ult. col. & Sal. in d. l. captatorias. & Bal. in l. humanitatis, in 4 opposit. C. de impube. & alijs ſubſt. & do. Ant. in c. clericus. de iureiu. & Bald. in l. ſancimus. C. de uerb. ſig. & in l. pen. C. de execu. rei iudic. & in rubrica, de reuoc. his, quæ in frau. credit. in ult. col. & Ang. conſi. 209. ¶ Et † pro nunc dicas, quod operatur in teſtamētis, quod uoluntas teſtatoris & id quod ſcribit, deſcribatur ordinatiori & clariori modo, & magis proprio, & in dubio opinionum tutiori: & hoc fortius in contractibus, qui magis conferri poſſunt in alterius arbitrio, quam ultimæ uoluntates, ut no. glo. ı. in ſi. in l. 3. ff. de teſta. In illis ergo ſapiens ſupplere poteſt de conſuetis, licet non dictis, etiam apponendo pœnam extraneando, uel accidentialia, quæ bonus uir non arbitraretur: uel ſubſtantialia contractus ſupplere non poteſt, neque aliquid in facto, ſed ſolum in iure, ut in dictis locis, in quibus eſt longa contentio, ſi teſtator ſimpliciter dixi, Relinquo: an notarius de conſilio ſapientis poſſit addere iure inſtitutionis? & in effectu concluſio eſt, quod ſic, ut latè per Imo. in l. 9. §. ſi ex fundo. ff. de hære. inſtit. & per Oldrad. conſ. 276. & facit, quod dicetur in ſequenti declaratio-

12 ne. ¶ Septima & ultima declaratio. Non † ſolùm poteſt ex ſe notarius corrigere errorem modis prædictis, ſed etiam poteſt addere clauſulas conſuetas, ★ licet de ipſis non fuerit dictum in rogatione, ſecundum do. Anto. hic. Allegat Ioan. Andr. de inſtru. edi. §. inſtrumentum. uer. quid ſi à cōtrahentibus. ubi dixit ualde ſolēniter, quod ubi contractus uenditionis, uel donationis notarius poteſt addere precarium, quia illud conſueuit fieri: efficaciùs peruenit ad mentē contrahentiū: & allegat quædā, de quibus hic per do. Ant. Pro quo licet pluri ma adduci poſſint, tū potiſſime facit tex. elegans in l. ſi. in ſi. ff. de fideiuſ. per quē dicit ibi Bal. quod notarius ſimpliciter rogatus, intelligit rogatus cum clauſulis cōſuetis. Et per illū text. dicit Bal. in l. 1. ad ſi. ff. ſol. mat. quod notarius in inſtrumento dotis dēt apponere obligationē hypothecariam, etiamſi ſibi non fuerit dictum: quia conſueta eſt apponi. Et per illum text. dicit Bal. in Rub. de fi. inſt. quod ſi partes dicunt ſe rogaſſe notarium, ut amicum, & notarius dicat ſe rogatum, ut notarium: creditur ſibi: quia ita conſueuit fieri. Et per illum text. dicit Bald. in l. fideicommiſſa. §. ſi ſeruo. ff. de leg. 3. quod ſi clericus ſecularis impetrat beneficium non conſuetum dari clerico ſeculari, non ualet impetratio: quia Papa etiam motu proprio non præſumitur uelle aliter, quàm ſit conſuetum reſcribere. Et per illū tex. dicit Bal. in l. ita demū. §. 1. ff. de procur. quod notarij poſſunt apponere clauſulas conſuetudinarias, quando ſunt plenè rogati: quod ultimū no. & intelligitur fortè, ut ipſe dixit in rubr. C. de reuoc. his, quę in fraud. cred. ubi dicit, quod tunc poteſt hoc facere, quando habet facere cum conſilio ſapientis. Et hoc modo uidetur loqui Ioan. And. in d. additione. ¶ Sed tamen illud non uidetur neceſſario ſic intelligendum, ſed quod imo ſimpliciter rogatus, intelligatur rogatus de conſuetis, ★ per d. l. fin. attenta etiam una magiſtrali doctrina Inn. in c. olim poſt princ. ī. de uerb. ſig. ubi dicit, quod omnis diſpoſitio, ſiue legalis, ſiue ultimarum uoluntatum, ſiue contractuum, recipit interpretationem à conſuetudine. Facit c. cùm dilectus ſuprà, de conſue. & ſequitur do. Ab. in c. certificari. in princ. ī. de ſepul. ¶ Et hinc eſt, quod ſi tecum contraho, uel te procuratorem conſtituo, uideor tibi expreſſe mandare, quod facias ea, quæ ſunt de conſuetudine, l. ſi pignore. §. fin. in uerbo, uſu. & ibi not. Doct. ff. de pignor. act. facit c. ceterum cum ſimilibus infrà de dona. & no. Bar. pulchre in l. ſi procurator. in prin. ff. de iure fiſci. & in l. fin. in princ. ff. de his, quæ in frau. cre. & plenè Ang. in l. bene à Zenone. C. de quadri. præſcrip. & eleganter. Rom. conſil. 114. incip. Viſis ſuprà conſultis. Et quod notarius rogatus, intelligatur rogatus de conſuetis, tenet Bar. in l. ſi prius. §. recte. ff. de aqua plu. arc. per l. quòd ſi nolit. §. quia aſſidua. ff. de

13 ædil. edic. ¶ Et † hinc uidemus, quod habens poteſtatem uendendi bona fiscalia, poteſt dare fideiuſſorem euictionis, & apponere omnia pacta pœnalia ſecundum morem regionis, ſecundum Ang. in l. 5. ff. de iuriſdi. om. iu. per d. l. bene à Zenone. ¶ Et promiſſio prælati de renouanda emphyteuſi intelligitur ſecundum quod eſt conſuetum, ut per Ang. in §. emphyteuſim. in autben. de non alienand. ¶ Et præceptum iudicis de cogendis debitoribus fiſci pro arbitrio exactoris intelligitur de coactione inducta de conſuetudine, ſecundum Bald. in l. 1. C. ſi propter publicas penſitationes. ¶ Et conducens ſimpliciter domum, uel fundum, intelligitur pro penſione conſueta, ſecundum Sal. in l. excepto. C. locati. quæ eſt lex in hoc ſingularis, ſecundum eum. ¶ Et conducens operarios tenetur eis miniſtrare uictum & ferramenta, ſi ſic eſt conſuetum, pro domo conficienda, ſecundum Bald. in l. liberti. de ope. libe. ¶ Et ſi habentes uendere bona alicuius communitatis faciſſe pacta contra id, quod eſt conſuetum, non tenent, ſecundum Bart. in l. 1. C. de paſcuis publicis, uel priuatis lib. 12. ¶ Et colonus ultra penſionem tenetur ſoluere illud, quod eſt cōſuetū ultra penſionem, ſolui, licet hoc non fuerit dictum, ſm Bar. in l. diù prædio. C. de agrico. & cenſi. li. 10. ¶ Et ſi epiſcopus citat non expreſſo loco, intelligitur ut compareat in conſueto, ſecūdum Pet. de Anchar. in c. cùm epiſcopus de offi. or. in 6. Et multa dicta in ſimili extendere potes uidendo quod not. Bar. in l. cum hæres. §. cum ita. ff. ad Treb. & quod not. Bart. in l. ut iuriſiur. §. ſi liberi. ff. de ope. libe. & quod no. Bald. in addi. Spec. tit. de locato. & in l. 1. C. de iure. & liti. expen. & in l. quicunque. C. de ſer. fug. & in l. ſi. C. de fideicōmiſ. & Imo. in c. potuit in ult. col. ī. de loca. cum multis alijs. ¶ Sed ad hæc & ſimilia adhibendā eſt duplex conſideratio, prima eſt, quod ea, quæ ſunt conſueta, aliquando concernunt ſubſtantiam actus, aliquando ſolennitatem: ſi ſubſtantiam, & tunc ſi pars non exprimit, licet ſint conſueta exprimi, non poteſt notarius ea exprimere: nam ſine illis contractus non ualet. ita declarat Ioan. And. in d. uer. quid ſi à contrahentib. per l. ult. in ſi. C. de teſta. & c. tua. cū ſeq. ī. de ſpon. ¶ Et quod omiſſio ſubſtantialiū conſuetorum in reſcriptis uitiet, bene probatur in c. ad noſtram. & in c. porrecta. ī. de confirma. utili, uel inutili. Si aūt concernūt ſolennitatē, & ſi non exprimant, habentur pro expreſſis, ut eſt text. in c. cum M. Ferrarienſis ibi, ſicut conſueuit expreſſum. ī. de conſtitu. & illum ſolenniter not. ibi do. Ant. do. Abb. & Imo. & dicit ibi Bald. non eſſe meliorem tex. in iure: quod illud, quod ſolet apponi in contractu, habetur pro appoſito, etiamſi non fuerit ſcriptū. Ad idē tex. in c. 2. ibi, & ſi nō apponat. ī. de reſcri. quē ibi no. do. Car. & Imo. Ad idē tex. in c. quo ad tranſlationē ibi ſæpe fuere. & ibi, iā licere. ī. de offi. leg. & ibi ſolēniter do. Ab. & ad hoc tēduot multa ex prædictis. Et ad hāc differentiā inter ſubſtātialia & ſolēnia uide Arch. in §. nūc ſutr. 16. q. 7. & pendēt multū ab alia quæſtione. ¶ An & quando tacitū habeatur pro expreſſo: de quo diſtingue ut ſubtiliter per Bar. in l. quicquid aſtringēdæ. ★ ff. de uerb. ob. ¶ Et ideo cogitabā, quod attenta hac conſideratione non uidetur mul-

Sapientis] *Adde Alex. in l. ſi quis obrepſerit. de falſ. & Bar. in l. illa in ſtitutio. alleg. ī tex. de hæred. inſtit.*

Conſilium ſapientis] *Adde Alex. in l. 1. ff. quiſ ſatiſd. cogan. & in l. quod quod aſtringendæ. de uerb. oblig. Old. conſil. 139. nunquid ſi uenditor promittat emptori facere chartam ad conſilium ſapientis, in limine contractus ſiue in ipſo cōtractu. an antequam fiat charta ſecundum ſenſum ſapientis, dicatur contractus perfectus, dic quod non ſecundum Socin. conſ. 169. incip. circa primum. uerſic. cōfirmatur. par. 2.*

Conſuetas] *Adde Socin. conſ. 94. incip. præſtantiſſimi. uerſ. præterea p. 2.*

Conſuetis] *Adde Pet. de Suz. in l. non omnibus. ff. de arbitr. Paul. de Caſtr. in l. 2. ff. de iur. om. iud. Alex. in l. ſi ſuncta. in prin. de damno infect. & in l. prim. §. 1. de acq. poſſ. arcen.*

Aſtringendæ] *Adde Alexa. ibidē col. 2. in fin. in uer. oppono de l. cum quid & in l. 2. de uerb. oblig. & in l. 3. eod. tit.*

cum

tum importare, quòd notarius cenſeatur rogatus de conſuetis & pondero uerba Ioan. And. in d. uer. quid ſi à contrahentibus dum dicit, ꝙ exprimuntur conſueta ad dubitationem tollendam, per l. qui mutuã. ff. manda. ſentiens per hoc conſueta ſubintelligi: facit cle. 1. in ſi. de pœnis. Et cogitabam, an dici poſſet, ꝙ iſta conſideratio in eo, quod dixi de omiſſione ſubſtantialium, intelligatur de ſubſtantialibus ipſius contractus, ſ. ꝙ exigant expreſſionem, ſed ſubſtantialia inſtrumenti, licet omiſſa à notario uitient inſtrumentum, ut habuimus in c. 1. §. eod. tamen omiſſa à partibus non uitiant, & cenſetur notarius rogatus, puta de indictione & ſimilibus, per prædicta. Et iſta nota: quia non reperi per alios opportune tacta. ¶ Secunda conſideratio eſt, ꝙ ubi in aliqua diſpoſitione uidentur mandata ea, quæ conſueta erant fieri, intelligitur de conſuetis communiter & utplurimum: ſecus, ſi rarò, ut ſingulariter probatur in l. Seio. §. medico. ff. de annuis legatis. & ibi not. Bart. ita limitans, ꝙ conſueuit dici, procuratorem poſſe conſueta: & alleg. in ſimili, l. fiſtulas. §. frumenta. ff. de contrah. empt. & bene facit d. c. quo ad tranſlationem in uerbo, ſæpe. ¶ Et in hac materia not. ultimò incidenter, ꝙ ſi notarius ob multitudinẽ eorum, quæ dicta fuerunt in contractu, uel alia iuſta cauſa, oblitus eſt de aliquo ſubſtantiali, poteſt inſtare coram iudice, ut examinentur teſtes, qui interfuerunt, ſecundum Barto. ſignanter in l. ſi. ante finem, ff. de tab. exhiben. ¶ Item dum tetigi ſ. in ſi. 6. declarationis, quis habeat probare, cùm dubitabatur, quo tempore ſit facta emendatio: adde, ꝙ ſi uera eſt opinio Imo. in d. l. 1. de his, quæ in teſtamento delentur. ꝙ in ſubſcriptione requiratur mentio abraſionis, illa dubitatio nõ poterit occurrere. Sed tenendo, ꝙ non ſit neceſſaria mentio, prout expreſſe omnes ſentiunt, & ipſe Imo. hic, dubium procedit: & conſidera, quia non ſine cauſa Barto. in d. l. ſi quis obrepſerit: noluit affirmare, ꝙ talis mentio ſit neceſſaria, ne fortè multa inſtrumenta corruerent. Et ad text. in d. l. 1. in quo ſe fundat Imol. dici poteſt, ꝙ narrat ita fuiſſe, ſed non diſponit, uel ſpecialiter loquitur in teſtamento, in quo in hac materia ſpecialius proceditur, arg. l. iubemus in ſi. C. de teſta. ¶ In gl.
14 2. in ſi. Quando † abraſio * noceat, diſtingue, ut hic per Imo. concludentẽ in effectu, ꝙ raſura non uitiat, quando literæ emanant clauſæ, ut eſt gloſ. hic, & in c. licet in uerbo, tenuẽ. ſ. de crimine falſi. et hoc bene no. & ſequitur Imo. in l. proximè. ff. de his, quæ in teſta. delen. & Bal. hic, dicens eſſe optimum tex. in l. tribunus. §. ſi. ff. de teſtamento mili. ¶ Idem, ſi eſt raſura in nõ ſubſtantialibus, ut in iſto text. ¶ Idem, ſi in ſubſcriptione dicitur de raſura, ut ſ. in 6. declaratione. ¶ Idem ſi ex præcedentibus & ſequentibus poteſt colligi, quòd ita debet ſtare, put in raſura, ut ẽt per do. Ab. in d. c. cũ uenerabilis. ¶ Idem, ſi per aliam ſcripturã publicam appareat raſurã fuiſſe bene factam. ¶ Idem, ſi ex cõparatione literarum apparet raſuram de eadẽ manu, ſm Goſ. do. Ant. Card. Bal. & Imo. hic, licet do. Ab. contra ꝓpter gl. in d. c. cùm uenerabilis dicentẽ, locum eſſe cõparationi, ſolùm, qñ raſura eſt in loco nõ ſuſpecto. Sed certè uidetur, ꝙ ubi non eſt locus ſuſpectus, non ſit locus cõparationi: q̃a, ut in alio loco dicit hic do. Ab. poteſt pars radere inſtrumentũ continẽs ſuperfluitatẽ extra circũſtãtias negotij, allegando Inn. in c. fraternitatis. ſ. de hær. & eſt de mẽte iſtius tex. Propter quod ſi locus eſt hic cõparationi, nõ uidetur eſſe, niſi circa locum ſuſpectũ raſum. Vnde pendet illud à quæſtione, utrum ſit locus cõparationi extra apodiſſam: de quo ſ. c. prox. Et attẽto, ꝙ pauca uerba facilè fieri poſſent diſſimulatis literis abraſis, illud non tranſit ſine dubio. ¶ Et circa prædicta not. primò, ꝙ abraſio in loco nõ ſubſtãtiali, neq; periculoſo, nunq̃ nocet, ut etiam per Bal. in l. edicto in 4. oppoſitione. C. de edicto diui Adr. & ibi clarius Bar. in. §. ſin autem. in j. col. ſentit gloſ. in d. l. licet. Secus, ſi in loco ſuſpecto etiam in uno uerbo, ut ibi, & facit c. inter. infrà, eod. ¶ Not. ſecundò, ꝙ raſura dicitur fuiſſe incontinenti: ſi enim notarius emendat in ſenio, quod ſcripſit in iuuentute, inſtrumentũ eſt ſuſpectũ, ſecundum Bald. hic, arg. c. præterea ſuprà tit. proxi. niſi intellectus, quem ſonat ſcriptura in loco abraſo, ſurgeret neceſſario ex præmiſſis, ubi non eſt uitium, ſecundum ipſum: cum dictum declara, ſecundum ea quæ ſuprà di-
15 cta ſunt. ¶ Not. tertiò, ꝙ † ſi raſura ª eſt in loco ſuſpecto, & agatur poſſeſſorio, reijcitur ſcriptura abſque alia inquiſitione ueritatis, l. edicto. C. de edicto diui Adriani. ¶ Si uerò agitur petitorio, ſcriptura cenſetur ſuſpecta, & propter hoc proceditur ad inquiſitionem ueritatis, ſecundum Bald. in l. ſi unus. C. de teſtam. Cui adde Petr. de Ancha. conſil. 422. incip. Præmiſſa ſine allegationibus. ubi declarat hoc procedere ſolùm in poſſeſſione adipiſcendæ. ¶ Not. quartò, quòd ſi inſtrumentum meum, quod non ſolebat eſſe raſum, reperitur penes aduerſarium, et coactus ipſum reddidit, ſed raſum in aliquo loco etiam ſubſtantiali, iſtud non nocet. mihi, ſecundum Bald. in l. j. ante ſi. C. de fid. inſtru. Allegat Ioan. Andr. infrà cap. proximo, qui hoc dicit, et ſequũtur ibi omnes. ¶ Not. quintò, quòd illud, quod eſt raſum, poteſt per uiuam uocem corroborari: et uidetur ſufficere unus bonus teſtis. Ita uidetur dicere Bald. licet habeatur corruptus in hoc, in l. ſi ueritas. in 1. col. C. de fideicommiſ. Sed quòd per duos poſſit probari tenor ſcripturæ uituperatæ, tenet Bal. quem uide, in l. fin. de fideicommiſ. ad quod uide eundẽ in l. iubemus. quaſi in ſi. C. de proba. & reincidit in illam quæſtionem, quomodo probetur tenor inſtrumenti perditi: de qua per Bart. in l. ſicut iniquum. C. de fide inſtru. & Bal. in c. 1. quot teſtes ſint neceſſ. ad proba. nouæ inueſt. per gl. ſi. do. Anto. & do. Ab. in c. cùm olim. el 1. infrà de priuil. & dom. Card. conſi. 27. & Bald. in l. geſta. C. de re iudi. cum concor. ¶ No. ſextò iuxta hoc, ꝙ ubi ſufficit ſummaria cognitio, debet inſtrumentum eſſe ſine macula & abraſione, & non ſufficit, quòd iuuetur teſtibus: aliàs autem procedit notabile præcedens. Ita dixit Iac. But. in authen. ſi quis in aliquo. C. de eden. quem allegat & ſequitur Bar. in l. j. poſt prin. C. ut in poſ. legat. & in d. l. ſi. C. de fideicommiſ. Et ideo ubicunque ſtatutum dicit niſi inſtrumẽto ſiat ſic, dicitur eſſe ſcriptura ſine uitio uiſibili, ſecundum Bal. in d. l. ſi. ¶ No. ſeptimò quòd raſura in uno loco ſuſpecto non uitiat totum inſtrumentum in capitulis ſeparatis, ſecundum Bal. do. Card. & dn. Abb. hic, dicentes: ſecus in dicto teſtis propter periurium amplectens totum teſtimonium, ut per Bald. in l. ſi. in 4. oppoſitione, C. de edicto diui Adrian. de quo ſatis dixi aliàs in c. fraternitatis. infrà de hæret. ubi poſui de utroque. Et de reſcripto uide bonum text. in c. ſi eo tempore. de reſcript. in 6. ut latè do. Ant. & Imo. in c. conſtitutus. ſuprà de reſcrip. & ibi aliquando dicetur. ¶ Not. octauò,
16 quòd † in diſpoſitione fauorabili, ut in legato libertatis, nulla cancellatio uitiat, l. proximè in ſi. ff. de his quæ in teſta. del. & hoc, quando dubitatur, an teſtator noluerit debere an inconſulte hoc proceſſerit. Si autem apparet de uolũtate, tunc in dubio tolleretur legatum, l. cancellauerat. eod. tit. Et quod dictũ eſt de legato libertatis extenditur ad legatum pro anima, ſecundum Bart. eleganter. in d. l. ſi unus. & in d. l. proximè. in ſi. & ſequitur dn. Ab. hic, & Ro. in authen. ſimiliter. in primo priuilegio ultimarum uoluntatum, C. ad l. Fal. æquiparando utrũque legatum, ut per Bar. & Bal. in l. j. C. de ſac. ſan. eccl. & Bal. & Ang. in l. opeatorias. C. de teſt. milit. ¶ Not. nonò, quòd ſi inſtrumentum fuit productum ſine macula, & poſtea reperitur maculatum, non perit fides inſtrumenti, ſecundum Bald. in d. l. ſi unus. in ſi. per l. j. ff. ſi tabulæ teſtamenti extabunt. ¶ No. decimò & ultimò, quòd in propoſito dicitur locus ſuſpectus, quãdo quis releuaretur per ſcripturam in loco abraſo ab onere probandi. Et uſt locus non ſuſpectus, quando quis habet docere de ueritate, ſecundum Bald. hic, qui ponit quædam alia non multùm utilia.

* *Abraſio*] *Adde ad materiam, Rom. conſil. 369. incip. circa primũ. col. 12. uerſ. quo ad octauum & col. 13. uerſ. cum ergo ex his apparet.*

a *Si raſura*] *Adde to, & dat. ꝙ Fe.* *ito. hoc malè dicit nam unic., quod in poſſeſſorio uidiſtin ctè propter cãcellationẽ ſump rentia tur ſcriptura & malè, dic, aut cancellatio eſt in parte ſubſtantiali, aut in ca. de quo erat quæſtio, et tunc nõ proceditur ad inquiſitionem ueritatis. per d. l. ſi. C. de edic. diui Adrian. tollẽ. quæ loquitur in iſtis terminis. Aut cãcellatio nõ eſt in parte ſubſtantiali, ſeu c. de quo erat quæſtio, & tunc etiam in poſſeſſorio iudicio non nocet cancellatio, per gloſſ. in d. l. fin. in uer. uitiatum. quam omnes Docto. ibi ſequuntur hoc modo, & debes intelligere Bart. in l. ſi unus. C. de teſta. ꝙ tenet opin. iſtam, quã tenuit hic Feli. ſed omnes Scribentes reprehendunt Bar. in d. l. ſi unus. & per conſequẽs ſublata eſt iſta opin. Feli. quã habuit à Bar. quã in de eo nullã faciat mentionem.*

SVMMARIVM.

1 *Citatus de remotis partibus ut deferat munimenta, an teneatur deferre inſtrumenta.*

2 *Appellari an poſſit a præcepto periculoſo, uel difficili.*
3 *Difficultas excuſans a præcepto inferioris, an excuſet à præcepto Papæ.*
4 *Papa ſi præcipit aliquid religioſo, quod eſt contra regulam ſuam, an teneatur obedire.*
5 *Tantum iudicatur de eo, quod pôt fieri abſque magna difficultate, quantum de impoſſibili.*
6 *Sententia diffinitiua poteſt ferri lite non conteſtata in caſu hîc poſito. Et hoc amplius declarat infra num. 7. 8. & 9.*
10 *Sententiæ ſi opponitur, quòd ſit lata per falſos teſtes, uel falſa inſtrumenta, ſtatur ei, quandiu cognitio pendet. nu. 11.*
12 *Lacerans inſtrumentum in præſ. coram iudice, quod intendit arguere de falſo, qualiter puniatur.*
13 *Et quid de lacerante iura aduerſarij.*
14 *Et quid de ſubtrahente inſtrumentum aduerſarij, & proijciente in ignem proprium inſtrumentum.*
15 *Subtrahens aduerſario facultatem probandi, debet perdere cauſam.*

CAPITVLVM. IIII.

ACCEPIMVS. ¶ Redarguenti priuilegium de falſo iudex facit illud exhiberi coram iudice, & paucis perſonis in loco congruo & ſecuro: & interim ſtabitur ſententiæ latæ per illud. H. D.
1 ¶ In † tex. ibi, difficile & periculoſum. Per hoc declarari debet glo. in c. cupientes. §. ſi uerò. in uerb. alibi. de elec. in 6. dum requirit, quod citatus ex remotis partibus ut deferat munimenta, teneatur deferre inſtrumenta: & dixi in c. peruenit. el 1. ſ. tit. 1. ut non procedat in originalibus. Sed ſufficit portare exempla facta ſolenniter, ſecundum formam c. ſi. ſ. eo. ut hic per do. Ab. pro quo facit lex, unum teſtamentum. ff. de teſta. ubi nauigaturus pôt de teſtamento ſuo facere fieri exemplum: & facit, quod dixi poſt alios in c. Albericus. ſ. de
2 teſtib. ¶ Et per hoc intelle. Hoſt. hic. poſſe. † appellari à præcepto periculoſo, uel difficili, quod cognoſcetur ſuperioris arbitrio, ſecundum ipſum: pro quo uide Bald. in l. ſi decceſſerit. in lectura antiqua, & ibi et Ang. ff. qui ſatiſdare cog. ubi dicit, quod præceptum iudicis continens quid impoſſibile non tenet non facta diſtinctione, an iudex ſciuerit, an ignorauerit: ut ibi & l. pen. & fi. ff. quæ ſententiæ ſine appel. reſcin. Si aût præceptum contineret aliquid multum difficile, adeò quod ratione difficultatis excuſationem habebat ille, cui præcipiebatur, tunc bene diſtinguitur, aut præcepit ſcienter, & eſt nullum: aut ignoranter, & ualet, ſed habet locum reſtitutio in integrum, l. quæſitum. cum gl. in uerbo, iudicata. & ibi per Bar. ff. de re iud. & de hoc per Dom.
3 in c. serui. 13. diſt. & gl. & Arch. 11. q. 3. in ſumma. ¶ Et † addit hic do. Ab. quod nô oîs difficultas excuſans à præcepto inferioris à Papa excuſaret à præcepto ipſius Papæ: nam iugum ab eo impoſitum, etiamſi eêt durum, ferêdum eſt. per c. in memoriã. 19. diſt. licet gl. ſ. ibi aliud dicat, ut hic per do. Ab. pro quo licet multa adduci poſſent, tñ ſimpliciter remitto ad Petrum de Monte in ſua monarchia, ubi exclamat de text. in d. c. in memoriam. dicens per ipſum multum temperari tritum dictum Inn. in c. inquiſitionis. ſ. de ſen. exc. dum dicit, laicum, qui non eſt de temporali iuriſ. eccleſiæ, non teneri ad obediendũ Papę in non concernentibus aîam: licet ad illum text. poſſet dici, quod non probat indiſtinctè quem teneri, dato quod ille patientiam propriam commendet: & illud dictum Inn. approbat do. Abb. in c. 2. ſ. de uoto. & in c. cõſtitutus. ſ. de reli. domi. & in c. ſi quã do. ſ. de reſcrip. & uide Hoſt. quem oẽs ibi ſequuntur, in c. ſignificauit. ſ. de offi. ord. ubi dicit, non eſſe obediendum Papæ, ubi immineret peccatum per ipſum non remiſſibile. ¶ Et idem dicas, ſi ſcribat pro notoriè indigno, ſecundum Io. An. in c. cùm adeò. ſ. de reſcri. de quo per oẽs ibi, & in c. ſi quã eo. tit. & de iſtis uide, quod no. Inn. in c. quanto. prope fin. ibi, Et cũ in omnibus. ſ. de conſue. & Imo. in c. qui in eccleſiarum. ſ. de conſti. & latè per Car. ſancti Sixti in tractatu de poteſtate Papæ, q. 14. 25. & 49. poſt beatum Tho. in quarto contra gentiles, c. 76. & ſecunda ſecundæ. q. 2. arti. 3. ubi inuenies, an ſit hæreticus recuſans obedire Papæ, quaſi non ſit uerus ſucceſſor Petri, & uide Domin. in §. hinc et. 17. diſtin. ubi dicit, quod Cardinales diſcedentes à uoluntate Papæ ante depoſitionem ſunt ſchiſmatici, & infert ad Cardinales, qui deceſſerunt à Gregorio undecimo, & de Luca iuerunt Piſas ante depoſitionem, contra c. nonne. 8. q. 4. & uide Innoc. in c. nec Dei. in gloſ. 2. ſ. de ſymo. ubi dicit, quòd
4 ſi † Papa præcipit aliquid religioſo contra regulam ſuam, non tenetur obedire: & uide gloſ. Deuterono. 18. ſuper illis uerbis. Prophetam ſuſcitabo de fratribus ueſtris: quicunque illum non audierit, illius ego ultor exiſtam: & gloſ. dicit, quòd reſiſtentes Pontifici ſunt graui pœna puniendi. ¶ Et nota, quòd Papa non poteſt facere, quod illud, quòd eſt peccatũ ueniale, ſit mortale: poſſet tñ per præceptũ obligare, ne illud fiat, & contraueniens peccabit mortaliter ratione, quia contra præceptũ, non quia ueniale ſit effectum mortale, ut ſubtiliter per Franciſcum de Marone in 4. diſt. 19. q. arti. 1. & ad de Petr. de Anch. conſi. 235. incip. Per prædicta ſubtiliter. ubi eleganter conſuluit, per excõmunicationem latam per executores uigore reſcripti Apoſtolici ipſo facto excõmunicatũ ſuſpendi per appellationẽ præcedentẽ appoſitis legitimis exceptionibus. ad quod uide do. Card. Imol. & do. Ab. in d. c. ſi quã. Et ita not. de quib. aliàs diffuſius. ¶ Et per illũ tex. uidetur, quod
5 † tantũ iudicetur de eo, quod poteſt fieri abſq; magna difficultate quantũ de impoſſibili: & ad hoc et adduci poſſet elegans deciſio Domi. in c. ab exordio. in fi. 35. diſt. & in c. in Canonicis. circa medium, 19. diſt. ubi dicit, quod ſicut inferior à Papa poteſt conuertere in alium uſum illud, quod eſt relictũ pro pio uſu, ſi eſt impoſſibile. ★ c. nos quidem. ſ. de teſta. ita ſi eſt multũ difficile. Et eſt deciſio Bar. licet non dicat, in l. apud Iulianũ. §. ſi. in princ. ff. de leg. 1. Et hinc eſt etiã, quod ſicut de iure ciuili poteſt appellari ab interlocutoria habente grauamen irreparabile, aliàs ſecus, ut per Bar. in l. 2. ff. de appe. recip. ita etiam, ſi eſt reparabile, ſed cum magna difficultate, ſecundum Bar. in l. 1. §. quæſitum. ff. de app. recip. Ad idem, quod no. Bar. in l. pe. in pria. ff. ſi cer. pe. ubi dixit quod ſicut poteſt conueniri principalis, & grauari fideiuſſor, quñ impoſſibile eſt, quod principalis ſoluat, ut per Bar. in l. decẽ. ff. de uerb. obl. ita etiam, ſi ſit ualde difficile, forte propter eius impotentiam: tamen ita recipiunt inſtantiam, ex dicto Hoſt. hic, dum dicit à præcepto difficili poſſe appellari: & tñ ſi eſſet impoſſibile, nô oporteret appellare, d.
6 l. ſi. ff. quæ ſententiæ ſine appel. reſcin. ¶ In † text. ibi, ſi uerò non uenerit. Nota, quod impugnanti priuilegia poteſt ſtatui terminus, quo elapſo ſilentiũ ſibi imponatur: & ſic fertur diffinitiua lite nô conteſtata, cùm uideatur agi condictione ex l. diffamari. C. de ingenuis manumiſſis. quod intelligit hic dom. Ant. quñ in aſſignatione termini ſit cõminatio de ſilẽtio imponẽdo. Et de huiuſmodi edictis, quibus poſt tempus ſilentium inducitur, uide Inn. do. Ant. & alios in c. cùm in tua. ſ. qui matrim. accu. poſ. ubi bonus tex. & Ang. & Sali. in l. ſi ea. C. qui accuſ. non poſ. & Bal. in authẽ. ad hæc in pe. col. C. de uſuris. & in d. l. diffamari. & in l. 1. C. ut nemo inuitus. & omnes in c. ſi. per illũ tex. de elec. in 6. & Imo. plenè poſt alios in l. quàdiu. ff. de acqr. hære. & Bar. in l. Titia. ff. de accuſ. cum concor. Et quãuis Ang. in §. ſi quis aũt nô implens in authẽ. de hære. & Falci. & in §. ſi quis aũt pro redemptione. in authẽ. de eccleſiaſticis tit. dicat, requiri binam monitionẽ ante impoſitionem talis ſilentij, tñ hoc nô uidetur neceſſarium, ubi præceſſit cõminatio, ut dixi poſt do. Ant. & ſentit Bart. in l. manciporũ. in fi. ff. de optione legata. ¶ Et non ſolũ uidetur imponi ſilentiũ prælato, de quo hic, ſed et ſucceſſoribus ſuis, ſecundum Hoſti. & alios hic c. 1. ſ. de ſol. & ſic nedum ſnia deſcendens ex diſcuſſis iuribus eccleſiæ nocet eccleſiæ, ſed et deſcendens ex negligẽtia extendẽdi iura. Ex quo exclamat hic do. Ab. & facit, quod no. Inno. in c. fraternitatẽ. ſ. de dona. & glo. in c. quoniam 16. q. 6. & in regula, delictũ de reg. iu. in 6. ubi delictũ in omittendo, uel in actibus iudicialibus, nocet eccleſiæ, ★ ut latius per do. Ant. & do. Ab. in c. 1. ſ. de dolo & cont.
7 ¶ Sed † illud declara primò, ut nô procedat quàdo ex impoſitione dicti ſilẽtij eccleſia pateretur graue præiudicium: quia delictũ prælati non nocet eccleſiæ, ut per do. Ant. in c. 1. de dolo & cont. & facit, quod ipſe no. in c. ſi. ſ. de dona. inter uir. & ux. & do. Abb. in c. uerum. ſ. de condi. appo. dum dicunt, negligentiam in omittendo non nocere eccleſiæ in legato ſibi facto, niſi delinquere-

★ *Impoſſibile] Ad de clem. quia contingit. de reli. dom. & ibi Card. q. 3. ubi habes, quod ſolus Papa poteſt mutare legatũ ad alium pium. fallit tamẽ ut hic in tex. ad quam materiã uide Paul. de Caſt. conſil. 16. & Petr. de peruſ. in tract. quar. epiſcop. c. 9. col. 5.*

★ *Nocet eccleſiæ] Adde Cyn. Bart. Bald. & Saly. in l. meminerint, & in l. ſi quis in tantam. C. unde ui. Cyn. Bar. Bal. & Sal. in l. iubemus nullam. C. de Sacroſ. eccleſ. Inn. & Abb. in c. 1. ut lit. non conteſtata. Bart. in l. ante ſacta. §. fin. ff. de pæn. Abb. in conſi. 40. col. 3. uol. 1. prælatus enim æquiparatur tutori uel curatori*

ratori, gloſſ.fin.in t.ex præſumatū. & ibi Ab. de præuori. Abb.in c.cū depo- tatis in fin. de iu- dici. quo tutor uel curator non poſ- ſunt nocere pupillo uel adult. Roma. conſil. 425. incip. quoad primum & conſil. 179. incip. pro propoſito. Ad- de tamen Angel. conſil. 241. incip. omne datū. & An th.in c. cū uenera bilis col. 4 uerſ. ad intellectum regulæ delictū. de excep. dicentes delictum prælati nō nocere eccleſiæ in iudicia- libus & in. Auth. in c. cum accesſiſ- ſent col. 16. uerſ. & pro intelligētia. &c. de conſtit. ubi ponit duos caſus quibus prælatus tacitè poteſt præiu- dicare eccleſiæ & ad præmiſſa uide Alex. conſ. 23. uol. 1. & Bald. in præ- lud. feud. col. fi. & uoi. hic Auth. late ſeipſum declaran- tem.

tur cum conuentu, * iuxta glo. in c. cùm di
lectus. in uerbo, dolum. 𝔷. de ord. cogni. Sed
fortè iſta declaratio procedit in extraiudi-
cialibus, nō autem in iudicialibus, ſicut hic
per notata in locis primò allegatis. ¶ Secū-
dò declara, ut nō procedat ullo modo, qn̄
plātus cū conuento doloſe diſtuliſſet cōpa
rere, ſm Hoſti. & alios hic: & dic, q̄ tunc ēt
poſt quadriennīū eccleſia poterit petere re
ſtitutionē in integrū, per c. 1. de reſt. in in-
teg. in 6. Et idē ceſſante dolo, qn̄ de banno
cooſtaret euidentiſſimè, ſm gl. fi. in d. c. 1. 𝔷.
multū no. do. Ab. in c. 1. in 1. col. 𝔷. de reſtit.
in integ. Et ita p hoc remediū ſaluari poſſet
8 præcedens declaratio. ¶ Et † idem, ſi eſſet
grauamē ſucceſſiuū: arg. eius, q̄ not. do. An.
in c. ex parte. 𝔷. de reſtit. ſpol. ubi dicit, q̄
ſup continua læſione ſemper pōt peti reſti
tutio i integrū: utputà, i cā matrimoniali, i
qua ſemp ſubeſt periculū animæ, ſicut & di
citur, q̄ à grauamine continuò conſiſtente
in facto, nō in uerbo, putà carceratione,
ſemper pōt appellari, ſm Bal. in l. 1. circa fi.
C. ſi nam reſcin. nō poſſ. & do. An. in c. cum
ceſſante. j. de appel. & Imo. poſt Pao. in cle.
9 cūm de ele. cū cōcor. ¶ Tertio † declara: q̄
cōtra prælatū negligentē in omittēdo pōt
* eccleſia agere, * ut de ſuo ſoluat, ſm gl. in
§. pōt in uer. puenīāt. 16. q. 3. quā facit ſing.
do. Ab. in c. ſi de terra. j. de priuil. no. Arch.
in c. quicūq;. 12. q. 4. & pōt agere cōtra oēs
hæredes plati, ut p do. Ab. io c. 1. 𝔷. de reſti.
in integ. etiāſi eſſet damnū lucri ceſſantis, ut
per gl. in uerbo, neglecta in d. c. quicūq;. &
ſentit gl. fi. in c. placuit 7. q. 1. Et de his per
do. Ab. in d. c. 1. uer. nota bene. de dolo &
cōtu. & in c. cōſtitutus. in pen. col. j. de reli-
gioſis domib⁹. ¶ In tex. ibi, ſniam quę corā
10 obtētu. Not. † bene, q̄ ſi opponiť ſniæ, q̄ ſit
lata p falſos teſtes, uel falſa inſtrumēta, ſta
tur ei donec pēdet cognitio, q̄ inducit do.
Car. hic ad quæſtionē, quā habuit in facto:
nā Iuriſtæ habebāt ſniam latā ſuper iurib⁹
præeminētiæ in uniuerſitatē Medicorū &
Artiſtarū: & illi Artiſtę, ſ. opponebāt nulli-
tatē ex defectu procur. q̄ dicebať mādatū
falſum, q̄ interim debet ſeruari ſnia. Quod
11 bene no. ¶ Si † aūt uigore iſtorū priuilegio
rū nō fuiſſet lata ſnia, an lite pēdente eſſet
locus exceptionis? uide Inn. in c. ex parte di-
lectæ in Chriſto. j. de uerb. ſign. & do. An.
& do. Abb. io c. uenerabili. in ult. col. j. de
cēſi. poſt Inn. ibi: de quo meminit Dom. in
c. cū perſonæ. §. fi. in ult. col. de priuil. in 6.
cōcludens, q̄ ſic, ſi priùs abbas fuiſſet in poſ
ſeſſione exemptionis: aliàs non, per illum
tex. Et ſi de poſſeſſione non apparet, præſu
mitur pro epiſcopo: arg. d. c. cum perſonæ.
in fi. & c. cum uenerabilis. j. de excep. ¶ Et
ſi de paritate poſſeſſionis cōtēditur, recur-
riť ad notata in c. licet. 𝔷. de pb. & uide Bal.
in l. fi. uer. ult. ſcias. C. ſi ex falſis inſtru. ubi
dicit, q̄ inſtrumētū, licet pēdeat qō falſi, nō
efficiť ſuſpectū p ſolā litis pēdētiā: ſed ſi ali
ter eēt ſuſpectū, nō dareť ei fides. Alle. Inn.
12 hic. ¶ Vltimò † omiſſis his, q̄ ſup gloſſis cla
rè ſcribūtur, tene mēti, qđ dicit Hoſti. hic,
q̄ ſi archiepiſcopus iſte pſente iudice lace
raſſet iſta priuilegia, fuiſſet punitus acriter
& extraordinariè. argu. c. puenit. el j. 𝔷 ti. j.
Et p hoc refert hic do. Car. ſe dixiſſe in qō
ne facti, quòd reus, qui lacerauit libellum
actoris in præſentia iudicis, debet puni-
ri ex officio iudicis, qui uidetur fuiſſe elu-
ſus: ex qua ratione refert etiam ſe dixiſſe
in alia q. quòd epiſcopus, qui eſt præſens,

c. 11.

* *Cum conuen- tu*] *Adde Dyn. ad regulam, Deli- ctum. in fi. uer. ubi ponit, ſolere cōmu niter dote, quod de lictum commiſſum à prælato & col- legio communica- to conſilio rędun- dare poſſet in dā- nū eccleſiæ, l. ſubē- mus nullam. C. de ſacroſ. eccleſ. Deli- ctum uere prælati tantū ſm aliquos de collegio eccleſiæ non preiudicat per reg. ibi.*

* *Eccleſia agere*] *Adde hoc eſſe ex ratione quā ſuprà poſui, in addit. ad uer. nocet eccleſiæ. uerſ. qui tutor uel curator & ultra ibi dicta, adde hic Rom. conſ. 28. inc. uiſa facti ſerie col. 1. ubi dicit quod tutor negligens te- netur ad intereſſe & adde cum ſin- gul. 176. incip. ut hodierno Bal. in l.*

quando quis doctoratur, uel eius uicarius,
ſi alius, quàm qui ſolet, uult exigere iura-
mentum à doctorando, poteſt & debet ex
officio prohibere: nam ubique in ſua diœ-
ceſi habet ſedem, capitul. cùm epiſcopus
de offic. ordina. in 6. & ſic tenetur ex offi-
cio impedire ſcādala in actib. eccleſiaſticis: qualis eſt ille, cùm
uniuerſitas ſcholarium propter mixturam clericorum dicatur
eccleſiaſtica: ut per ipſum & alios, ut in c. ex literis. ſuprà de
conſti. Et de iſto lacerante uide etiam Bal. in l. j. C. eo. tit. ubi
13 allegando Hoſt. hic, dicit, ſtandum † eſſe iuramento aduerſa-
rij de contentis in inſtrumento lacerato, per l. ſi de poſſeſſio-
ne. & ibi etiam hoc dicit Bal. C. de prob. & uide eundem in l.
qui accuſare. circa mediū, C. de edē. & Spe. in ti. de teſte. §. ſatis
oiliter, in fi. ubi dicit, q̄ ſtatur iuramēto partis, q̄ perdidit p-
bationem dolo aduerſarij & exemplificat Bal. in eo, qui dele-
uit inſtrumentum. Et de comburēte publicas ſcripturas, ut pri
die in creatione excelſi ducis noſtri D. D. Herculis Eſtenſis fa
ctum fuit, qui principatum obtinuit die 20. Auguſt. Anno
M.cccclxxj. uide tex. cū gl. in l. Paulus. in uer. ſurripuerit. ff. de
falſis. & in l. j. §. qui in rationibus. ff. de falſis. & Sali. in l. eū, qui.
C. de falſis. & Bal. in c. peruenit. el 1. 𝔷. ti. 1. ubi dicitur, quòd ſi
hoc fit, ut ueritas nulli appareat, imminet pœna falſi alias au-
tem extraordinaria, per l. 3. §. ſi quis dolo. ff. de tabulis exhi-
ben. & conueniri poteſt Aquilia, l. in lege Aquilia. ſi deletum.
14 ff. ad l. Aquil. & l. qui tabulas. in fin. ff. de fur. ¶ Et † de ſubtra-
hente inſtrumentum aduerſario, uide Bald. & Sali. in d. l. eum,
qui per illum tex. cum gl. ¶ Et de occultante teſtem dixi poſt
Bald. in d. c. peruenit. el 1. ¶ Et de proijciente in ignē pro-
prium inſtrumentum, quando arguebatur de falſo, uide pul-
chrè Pet. de Ancha. conſi. 169. inci. Circa primum. ubi conſul
uit ualde eleganter eum teneri de falſo: quia non potuit pœ-
nitere in præiudicium aduerſarij: cui ex productione erat quę
ſitum ius redarguendi, & per conſequens obtinendi, quòd ille
caderet à cauſa: & loquitur in eo, qui dicebatur fabricaſſe fal-
ſum: in eo autem, qui ſimpliciter uteretur, uidetur diſtingue-
re, an poſt proteſtationem aduerſarij adhuc dixerit ſe uelle
uti: & tunc idem, quod in præcedenti propter ius aduerſario
quæſitum, argu. c. ab eo. de elec. in 6. Aut redargutus ſtatim cō
buſſit, & excuſatur: quia re integra potuit pœnitere, forte igna
rus uitij, per l. qui falſos. ff. de falſis. ut ibi latiùs per eum. ¶ Et
15 † ſubdit hic do. Abb. q̄ de iſtis inſtrumentis laceratis coram
* iudice * ita iudicatur, ac ſi plenè probaſ-
ſent, per d. l. ſi de poſſeſſione. Et facit ad quę
ſtionem, an ſubtrahens aduerſario facul-
tatem probandi perdat cauſam, de quo di-
xi in d. c. peruenit. el 1. Et dicit hic do. Ab.
q̄ laceratio iſti⁹ archiepiſcopi, licet in alio
operaretur, q̄ illa probatio deſtructa ha-
beretur pro facta, tamen in ipſo hoc non
operabitur: quia ſua temeritas noceret ec-
cleſiæ: & licet in iudicialib. prælatus præ-
iudicet eccleſiæ, ut per gl. in d. regula, deli-
ctum. tamen talis actus non attinet ad or-
dinem iudicij, & dicit eſſe bonum text. in c.
cùm uenerabilis. j. de exce. ſed puniet ad in
tereſſe partis, per c. ſi quis de clericis. 12. q.
2. Et iſtud intelligitur, qn̄ illud, quod cōti-
netur in inſtrumentis laceratis, pōt etiam
aliter probari. Sed ſi ex hoc periiſſet corū
uirt⁹ putat do. Ab. ultra alios, ita poſſe pce
di, ac ſi plenè continerent, quod pars allega
bat: ex quo eorum probatio eſt facta impoſ
ſibilis ex facto archiepiſcopi, ut hic per
ipſum: cuius dictum nō procedit ſine dubio
propter rationem. d. c. cùm uenerabilis. &
quia delictum conſiſtit in omittendo, ideo
ſtat regula, q̄ nō nocet eccleſiæ dicta regu
la, delictum. & non ſumus in iudicialibus,
16 ut dictum eſt. ¶ Et † illa poſſunt induci ad
notariū, qui negat ſe fuiſſe rogatū, & cōuin
citur de mēdatio: de quo per Bar. in l. eū, q
C. de falſis. & in l. fi. uer. ſextò quęriť. C. de eden. & in rub. C. de
fi. inſtr. & Ang. & Imo. in l. j. ff. de publi. iud. & Io. An. ſolēniter
in Spe. in iſto ti. §. inſtrumētū. in prin. Et eſt concluſio, q̄ ſi con
uincitur, & factū non ſit antiquū, præſumitur negaſſe, & puni-
tur

1. ad fi. uerſ. dein- de uemo. C. de cōd. ind. Barb. conſ. 10. uer. illud oſſerā in mediū col. 9. lib. 4.

* *Laceratis coram iudice.*] *Adde ad dicta hic, & ad ſu prà pximè dicta. in uerſ. Et de iſto lacerante, Bald. in l. ſi de poſſeſſione. C. de probat. Sal. in l. §. qui in rationi- bus. ff. de falſ. & ui. tex. in l. 3. §. ſi quis dolo. de tab. exhiben. Alex. in l. reſpiciendum. §. de linquunt. de pœn. Auth. in c. ſicut. col. 5. uerſ. quarta concluſio. de re iud. & in c. ſi cauſam. num. 16. de teſti. Rom. ſingul. 381. incip. Dum contra aliquem. & Cor- ſet. in ſuis ſing. in uer. falſum. 1. inci. Quidā produxit. & diſtingue ſecun dum eum ibi.*

tur de falſo. Si autem factum eſt antiquum,ſecus,niſi eſſet fa-
ctum notabile,ut per do. Ant.in c.ab excommunicato. ſ. de
reſcrip.per tex.in c.cum illorum.ad fi.ibi,niſi graue. j. de ſen.
excom.& uide Fed.conſi.113. incip. legitimus conſtituit. ubi
dicit, q ſi notarius dicit ſe confeciſſe inſtrumentum,tamen di
cit,q amiſit imbreuiaturam,non creditur iuramento ſuo,ſed
debet caſum amiſſionis probare,& dicit eſſe gl.no.in l.ſi quis
ex argentarijs.§.fin.ff.de eden. quia eſt in culpa,ſi nõ retinuit
penes ſe cum diligenti cuſtodia, & agitur de magno præiudi-
cio.Facit glo.in clem.1.§ cæterum.de uſuris.& quod no. Ang.
in l.2.C.de teſta.¶ Non obſt.l.fi.C.de fid. inſtru.quia ibi pars,
quæ produxit inſtrumentum ſuum, poſteaquam fuit illi adhi-
bita fides, non fuit in culpa,ſi diligenter ulterius non cuſtodi
uerit , cum inſtrumentum ad alium non pertineret, nec ipſe
ratione alicuius officij tenebatur ad cuſtodiendum, ut alteri
exiberet,meritò ſtatur iuramento ſuo.Tamen dicit Bald.in l.
fi. C.de eden.& in l.fi.in fi.C. de fi.inſtru. q ſi notarius perdi-
diſſet originale propter incendium, audiretur hoc iurans con
currente ueriſimilitudine. Et intellige, dum modo caſus fue-
rit præter eius culpã,ut per Bal.in l.ſi creditor. circa fi.C.de
pig.ac.& Sal.in l.quæ fortuitis.C.eo.& Imo.in c.j.j.de cõmo-
dato.& Bar.in l.quod Nerua.ff depoſi.¶ Vltimò reprehẽdi põt
quod dicit do.Ab.q ſtãte periculo potuiſſet hic fieri exempla
tio parte nõ uocata,qa iſtud nõ fuiſſet ſufficiẽs,cũ falſitas ori-
ginaliũ cõſiſtere poſſit & in raſura,& i ſigillo,ut ſ.c.prox.& j.
eo.inter dilectos.Et ita tenet Dom. in c.ut ueterũ.in fi.9. diſt.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum originale ſi ſit productum in iudicio, an debeat di-
mitti apud acta iudicij.*
2 *Statutum allegans, an teneatur producere totum ſtatutum.*
3 *Solummodò,Tantummodò, Tantum, hæ dictiones quid ſignificent.*
4 *Priuilegium & indulgentia qualiter differunt.*

CAPITVLVM V.

CONTINGIT. ¶Inſtrumentum, uel priuilegium
quo quis utitur aduerſario, ab eorum iudice le
gi debet, & in eo ſolo capitulo, de quo agitur,
edi. H. D. ¶Et per iſtum text. maximè iuncta
1 gl.j.dicit do.Abb. eſſe bene notandum, q † u-
tens priuilegio, uel alio inſtrumẽto in iudicio,
non tenetur originale dimittere apud acta, ſed ſatis eſt præ-
ſentare, in iudicio præſente parte, & copiam capituli in quo
★ eſt quæſtio edere ★. & facit c.cum perſonæ.
in prin.de priui. in 6.& uidetur tex.iuncta
glo.in l. fin.& ibi Bart.C. de fide inſtru.;Et
quamuis per iſtum text. ſufficiat legere au
diente parte contraria,tamen hodie ſecus,
per d.c.cum perſonæ.ubi traditur ad legẽ-
dum:& integraliter aduerſario. Et ita te-
nent Inno.do.Car. & do.Ant.hic,dicentes,
iſtum text.in hoc. eſſe correctum, & idem
glo.in d. c. cum perſonæ. in uer. integrali-
ter. propter quod uerum uidetur etiam prooemium eſſe legen
dum, cum ex eo plurimum arguatur intentio diſpoſitionis. l.
regula.§.1.ff.de iuris & facti igno. & l. fi.ff. de hære.inſti.& no.
do. Abb.in c.ex.multa. j. de uoto. & in c.examinata.ſ. de iud.
& Lapus allegatione 101.& do. Card.in c. pe. j.de clericis cõ-
iug.& Bal.i c.ſcdõ requiris. j.de ap.& Ang.in l.itẽ qa.§.idẽ Iu
lianus.ff. de pact.& Dom.in c.quoniam. de immu. eccle. in 6.
cum fi.¶ Et fit iſta traditio expenſis priuilegiati, ut per Dom.
in c.cum perſonæ.poſt prin. ¶ Quid autem de alijs inſtrumen
tis,dixi in c.1.in 9. fallentia,ſ.de prob. ¶ Et prædicta limita,
niſi in priuilegio,uel inſtrumento ultimo capitulum, de quo
eſſet quæſtio,eſſet aliquod aliud capitulum, ſine quo non poſ
ſet bene intelligi capitulũ,de quo eſt quæ
★ ſtio,quia tunc etiam illud editur ★,ſecun
dum do.Card.hic,allegat l.qui filiabus. in
prin.& ibi etiam hoc tenent Bart. Bald. &
Ang.ff. de leg.1.& ſentit Bart.in l. gallus.
§.idem credendum.ff. de libe.& poſthu. dũ
allegat l.ſi quis ex argentarijs.§.ſi initium.
ff.de eden. quia una oratio ſæpe declaratur
per aliam poſitam in eodem inſtrumento,
d.c.ſecundò requiris.¶ Et adde,q ſi iudici,
uel iſtis deputatis uideretur iſta electio nõ
neceſſaria, poteſt omitti, ſecundum Hoſt.
& Bald.hic.tum,quia non intereſt.tum, ut
euitentur iurgia.¶ Item per iſtum tex.tra-
ctant hic do.Ant. do.Abb.& aliquid Imol.
2 utrum † allegans ſtatutum teneatur pro-
ducere totum uolumen,an ſtatutum tantũ,
an particulam ſtatuti? & ſimpliciter refe-
★ runt Bart.in rubr. ★.ff.de ope.no.nun.Sed
quia ipſi etiam poſuerunt in c.1.prope fin.
ſ.de proba.& ibi opportunè ſcripſi ad finẽ,
ideo non repeto.Sed adde unum,q ubi al-
legatur ſtatutum continens idem,quod ius
commune habet,nõ eſt opus ſtatutum ede
re.Ita ſignanter no.dom.Abb.in c. paſtora
lis.j. eod.¶ Item per iſtum text.dicit Bald.
in l.eo,q a multis.in fi. C.ſi cert.pet.quòd
aliud eſt oſtẽdere inſtrumentum, aliud uti
inſtrumento,ex quo infert eleganter, q ſi
ſtatutum dicat,q utens inſtrumẽto, in quo
filiusfamilias obligatus ſit abſque conſen-
ſu patris,incidat in pœnam,q in eodem in
ſtrumento nous habeat obligatum filium-
familias , & alium correum, certè ſi utitur
inſtrumento contra correum,non incurrit
pœnam.¶ Nec obſt. q utatur inſtrumento,
in quo eſt obligatus filiusfamilias, quia nõ
dicitur uti contra eum , contra quem non producitur. Aliud
eſt enim oſtendere, aliud uti, ut hic ſecundum ipſum. ¶ Item
per iſtum text.probantem, q ex ſola lectione alicuius rei nõ
præſumitur tanta inſtructio,ſicut ex commodiori uiſione, in-
fert do.Abb.ad eum, qui uidit ſimpliciter atteſtationes,an ui
deatur eas percunctatus? & remittit ad dicta per ſe in ca. ul-
tra tertiam.ſ. de teſt. & ibi etiam ſatis dixi. ¶ Item per iſtum
tex.in uerbo,Tantummodò.dicit hic.do.Card. q dictio Tan-
tummodò,eſt dictio taxatiua, & ſic concludit negationem in
3 alijs.¶ Et † idem dicit de dictione Solummodò, & alle.l. Lu-
cius.§ quæ habebat.ff.ad Treb.& c.cum eccleſia.ſ. de cau.poſ.
de quibus remittit ad Bar.& bene,in l. 1 . ff. ſi quis ius dicenti
non obtẽperauerit.¶ Et de dictione Tantummodò,idem dicit Dom.
in c.nos eſt.10 1.col.1. diſt.de quo etiam per glo. fi.in c.cum
ad uetum.96.diſt.¶ Et de dictione Tantùm, uide etiam Bart.
in d.l. 1.& Bal.in repe.l. cum mulier.in pe.char.ff.ſol. matr.&
Ang.conſi.288.& do. Anto.in d.c. cum eccleſia.§.1.in 1.col.&
Dom.in c.quãuis.circa prin.de ꝓcu.in 6.& Bar. in l.mutus.§.
pœnã.ff.de ꝓcu.& in l.ſeruũ quoque.§.ait prætor.eo.ti.& Imo.
in cle.nõ põt.de ꝓcu.& Bar.in l.rationes. C. de proba.& in l.
3.§.cũ Titio.ff. de adimen.lega.& in l.cũ ita legatũ ff.de cond.
& demon.& Bal. in l.ſi quis ex cõſenſu.circa prĩnc.C.de epali
aud.& in c.1.§.ſimilis.de l.Conradi.& gl.in uerbo,immobiliũ.
in c.is cui.de ele.in 6. ¶ Et dic,q dictio ta-
xatiua nõ ita excludit, qn includat cuncta
ad ſe ptinẽtia,ut eſt tex.in cle.causi. §. cũ
aũt natura.de uer.ſig.quẽ Rom.facit ualde
ſing.in d.l.1. in prin.ſi qs ius dicẽti.& in l.
ſtipulatio iſta. in prin.ff.de uer.obl.& cõſi.
★ 134.ante fi.★& facit qđ no.Bar.in d.§.pœ-
na & Im.in d.cle.nõ põt. & Rota in antiqs
★ decis.362 ★.inc.an procur.ubi dicit q ꝓcu
rator datus audiẽtiã ſniam dũtaxat,põt ẽt
appellare, licet nõ poſſit appellationẽ pro
4 ſeq.¶ Itẽ facit iſte tex.ad † differentiã inter
priuilegiũ & indulgẽtiã: de quo p Arch. &
Dom.10 §.fi.2.q.1.ubi maximè de uerbo In
dulgẽtia de quo ẽt p Bal.& Sal. i l.fi. C.de
ſniam paſſis.& Bal.in c.1 .ſ. de iud.& in c.at
ſi clerici.eo.ti.& gl.in uerbo,indulgẽtia in
c.ex inſinuatione. j. de ſymonia.& Ana. in
c. uergẽtis.in 2. notabili, j. de hære.& ibi
tetigi.¶ Vltimo iſtũ tex.alle.no.Bal.in l.fi.
C.de ꝑcib.impera.offer.q licet totũ inſtru
mentum edat iudici,tñ ſufficit edere parti,
quod ad eã ſpectat, & idẽ dicit Ang.in l. fi.
ff.de bo.autho.iud.poſ.& Bart.in l.argenta
rius.§.edi.p illũ tex.ff.de eden.Et ſimiliter
nõ tenet tutor edere totũ inuentariũ,ut per Bar.& Bal.in l.fi.
C.de ali.pupillo præſtand. & Bal.in §.nouiſſimè in fi. Inſt. de
ſuſpec.

Edere] Adde Sal. in l. 1. C. de eden. Alex.in l.argentarius. §. edi. ff.eo. & adde quæ habentur ad hanc materiã per Phil. in c. 1. ſ. de prob.

Illud editur] Adde ad hoc propoſitum not. quod ſi notarius facit copiã alicuius penes ſe productorũ parti aduerſæ ſine licẽtia et uoluntate partis producentis,tenetur pœna falſi l. pœna legis. §. ii qui peruerterit.ff.de falſ. & non ſolum requiritur licentia partis ſed etiã iudicis ad hoc ut notarius poſſit dare acta cauſæ alteri parti.Bald. in l.ii apud quem. in princ. C. de eden. & ibi Pa. de Ca. pro quo facit gloſ. in c. prudentiam. in uer.nuntium.de offi.deleg.quam dixit ſingul. Barba. ibi ī 7.char.col.2.

In rubr.] Adde ibidẽ ad hoc plenè per Alex. & in l.in tantũ.poſt Bar. ff. de leg.1.& in l.ſi conſtante.ſol. mat. col.13.

Ante fini] Adde omninò Rom.conſil.456. inc.in propoſito caſu.nu.1.

362.] Adde quod nõ reperitur deciſio ſub hoc numero & iuſto de quo in tex. ſed ui. deciſ. in antiq. ſign. deciſ. 2.incip. An conſtitutus uel ſubſtitutus ꝓcurator. ubi cõcluditur id qđ ponit Auth. hic.uide tamẽ Rot. in antiq. cõtrariũ tenentẽ deciſ.511. de ꝓcurat. inc. nota quod ubi ꝓcurator.& ui..Auth.in c.cũ olim.col.fi.uer ſi. adde deci. ſ. de offi.deleg.

ſuſpec. tut. niſi accuſaretur ut ſuſpectus propter non confectū inuentarium, ut per Bal. in d. l. fi. Et adde, q uolens redarguere inſtrumentum de falſo, non cogitur tantùm editionem dicere, in qua parte uelit opponere, ſm Bal. in l. fi. uer. tertio, notat per illum tex. C. de fi. inſtr. ¶ Quid autem, ſi diceret eum ſimulatum? an teneatur exprimere ſpeciem ſimulationis? dic, q ſic. ſm Bar. in conſi. Petrus Nicol. & Pau. de Caſt. in l. iuriſgentium. §. pactorum. ff. de pact. & Bal. in l. ab Anaſtaſio. in fi. C. mandati. Et debet redarguturus de falſo ſe inſcribere, ſecūdum Bar. in d. l. fi. & Bar. & Ang. in l. 1. §. editiones. ff. de eden. etiamſi exciperet, ut per Bald. in l. fi. C. ſi ex falſis inſtru. Nec obſt. c. ſuper his. ĵ. de accuſ. ubi excipiens non inſcribit, q2 ſalſit hoc caſu, per d. l. fi. C. de fi. inſtr. ſimpliciter loquentē. Et eſt ratio, quia ſit talis editio cū die & conſule cōtra edictum prætoris, de quo in l. 1. §. editiones. ff. de eden. & dixi in c. 1. prope fi. ſ. de proba. Ideo talis grauatur neceſſitate inſcriptionis ſm Bal. in d. l. fi. C. ſi ex falſis inſtr. quod no. ad d. c. ſuper his. ¶ In gl. ſuper uerbo, iudice. in prin. & tenendo, q hic ageretur criminaliter, colligit hic do. Ant. q illud, quod de teſtibus dicitur in auth. apud eloquentiſſimum. C. eo. non habet locum in ★ inſtrumentis, licet alias æquiparentur ★, ut in c. peruenit. el 1. ſ. tit. proximo, & ibi hoc dictum retuli, pro quo facit, quia d. auth. apud. corrigit legem, iudices. C. eo. titu. quæ etiam loquitur in inſtrumentis, & tamē nihil dicitur in ipſa auth. de inſtrumentis. Et hoc admitterem ſaluo eo, quod de examinatione comparationis dixi in c. 2. in fi. ſ. e. ¶ Et per hanc gl. relatam ad tex. poteſt tangi, an ſufficiat producere iura notario, an uerò oporteat producere iudici? de quo ſatis dixi in c. quoniam contra in 1. q. ſ. de proba. ¶ Et per eandem gl. inferri poteſt, utrum in productione inſtrumentorum requiratur citatio partis, ſicut in productione teſtium, de quo dixi in c. 2. in 4. q. principali, ſ. de teſtib. ¶ Vltimò ponit hic Bal. quædam pulchra in materia editionis, de quibus aliquid dixi in c. 1. ad fi. ſuprà de proba. Plura non cadunt hic neceſſaria.

★ *Aequiparētur] Addo Lanfran. in repet. c. quoniā contra de proba. in uerſi. inſtrumentorū productiones. nu. 1. 3. 4. & 5.*

SVMMARIVM.

1 *Libellus, uel petitio ſi continet petitorium, ſiue rei uendicationem an debeat peti reſtitutio, uel reum primò condemnari.*
2 *Reſtituere, uerbum deſignat poſſeſſorium. Et ibi de uerbis Pertinere & competere.*
3 *Miles, uel eques factus epiſcopus, an amittat primam dignitatem.*
4 *Epiſcopus, uel alius prælatus, an poſſit eſſe delegatus principis.*
5 *Inſtrumenti fidei per quæ diminuatur.*
6 *Confirmatio non tenet, ſi confirmatum eſt nullum.*
7 *Priuilegium confirmatorium continens ſeriem priuilegij confirmati, utrum probet, ita ut non ſit neceſſe producere confirmatum.*
8 *Locatio an probet dominium.*
9 *Clauſula, Saluo iure addendi, minuendi, &c. quæ ſolet poni in libellis quare nihil operetur, rationem reddit.*
10 *Vaſallus an poſſit legare feudum pro anima ſua.*
11 *Indictio an ſit neceſſaria in inſtrumentis.*
12 *Chronica, uel hiſtoria an faciant fidem in iudicio.*
13 *Confirmans quando uideatur de nouo dare & concedere. Et ponit regulam, quod confirmare non eſt de nouo dare.*
14 *Fallit niſi actus confirmatus non tenuiſſet. Alias duas fallentias uide nu. 15. & 16.*
17 *Meum ex una cauſa nō poteſt fieri meum ex alia cauſa. Fallit tribus modis, ut nu. hoc 18. & 19. per ordinem.*
20 *Conductor non poteſt exceptionē dominij opponere locatori. Et qualiter hoc intelligatur, nu. 21. & 22.*
23 *Conductor an poſſit opponere locatori exceptionem præſcriptionis. Et quid in emphyteuta.*
24 *Conductor an poſſit domum conductam locare alteri, & cui.*
25 *Notarius an poſſit inſtrumentum ſcribere per alium.*
26 *Ponit autem de hoc opiniones, ut nu. hoc & 27.*
28 *Notarius an poſſit protocollum per alium ſcribere, uel dictare.*

CAPITVLVM VI.

INTER dilectos. ¶ Inſtrumentum manu publica non confectum, habens ſigillum, cuius literæ non ſunt legibiles, uel ſculpturæ deletæ, uel enormem fracturam, non probat. H. D. ¶ Et ut dicam ĵ. in uerſi. ult. ad plura colligi poſſent multa notabilia in diuerſis materijs: ſed quia aliquæ ſunt alias tactæ, & aliquæ in ſuis locis tangentur, ideo noto textum ſolum in his, quæ hic naturaliter cadunt, quanto breuius poſſibile ſit. ¶ In text. ibi, reſtitui monaſterio. per iſtum tex. dicit Arc. in c. redintegranda. 3. q. 1. & in §. ſunt, quorum uerſ. de poſſeſſione. 2. q. 6.
1 q † ubi agitur petitorio, uel rei uendicatione, ſufficienter concludit libellus, ſi petit rem reſtitui; dato, q non dicatur prius reum cōdemnari: quia illud ſub intelligitur. Et idē no. Bar. in l. ex diuerſo. §. ubi autē. ff. de rei uen. ubi dixit, q eo ipſo, quòd agens petitione hæreditatis, uel rei uendicatione petit reſtitutionem rei, uidetur petere, quòd iudex pronunciet ipſum hæredem uel dominum: quia petito conſequenti uidetur peti antecedens, l. illud. ff. de acq. hær. quod multum no. do. Abb. in c. accedens. el 1. ſ. ut lit. non conteſt. Bene facit gl. no. ualde in c. conſtitutus. in uerb. iuxta ratam. ĵ. de relig. do. quæ probat, quòd ubi quis petit rem ſibi reſtitui, & ad reſtitutionem illius rei obtinendam erat neceſſe primò reſcindi contractum, cuius occaſione reus rem tenebat, ſatis uidetur actor petendo reſtitutionem rei, petere primò contractus reſciſſionem, quæ erat præambula. ¶ Et infert ibi. do. Ant. q ſi minor tanquam læſus, uel eccleſia in contractu uenditionis petat rem, quam uendidit & tradidit, ſibi reſtitui, ſatis uidetur petere per reſtitutionem in integrum reſcindi contractum. Ad idem, quod no. Bal. in addi. Spe. tit. de ſent. & do. Ant. in c. examinata. ſ. de iudi. & latè do. Abb. in c. unico. ſ. de lit. conteſt. ubi dicunt, q ſi in concluſione libelli dico, quare peto Titium cogi ad danda mihi dicta x. quamuis in eodem libello non petierim eum primò condemnari ad dandum x. quàm cogi tamen, quia primò debet condemnari, quam cogi, per l. 3. C. de execu. rei iud. l. ſi cum nulla. ff. de re iudi. uideor primò petiiſſe eum condemnari, poſtea cogi: arg. d. l. illud. licet alij dixerint aliter, ut per do. Abb. in d. c. unico. Et pro iſtis facit quia ſufficit libellum præſumptiuè concludere, l. omnes. §. Lucius. ff. de his, quæ in frau. cred. Vnde dixit gl. no. in c. quia præſulatus. 1. q. 4. q ſatis eſt ſpoliato in libello conqueri ſe ſpoliatum: quia ſatis præſumitur concluſiſſe, q. reſtituatur, & aliquid dicetur ĵ. eo. ſi cautio. Et per iſtū text. dicit Bal. hic, q in reali libello ſufficit concludere rem ad ſe ex cauſa dominij pertinere, quia idem eſt, ac ſi peteret ſe dominum declarari, quia uerba enunciatiua cauſæ proferuntur principaliter pp ſe. & ideo cōcluſionē inducūt, quod eſt notādū, ſm ipſum. Et p iſtū tex. in eiſdē uerbis colligit hīc do. Car. q ualet libellus, etſi cōcluſio præponatur narratiōi, ut ſi dico, peto Titiū cōdēnari ad 10. quę debet ex cā mutui, ſicut hic petij: abbas reſtitui in monaſterio hęc iura, quæ dixit ptinere ad monaſteriū, tñ regulariter ex ordine debito narratio debet præcedere, ſecundū ipſum. ¶ Et iſtis etiam adde Io. An. in Spe. de actione & petitione. §. 1. uer. ſed quem uocat. ubi dicit,
a q † uerbum Reſtituere, pertinet ad poſſeſſorium, & etiam ad petitorium, & refert do. An. in c. cū ad ſedē. ſ. de reſtit. ſpo. ¶ In tex. ibi, ad monaſteriū oīa pertinere. Per hoc uerbū Pertinere, intētari pōt petitorium & poſſeſſorium,
42 *Conſuetudo, de qua hic, an nedum inter laicos, ſed etiam inter eccleſiaſticos poſſit operari.*

43 *Notarius laicus an poſſit rogari de negotijs ſpiritualibus.*

CAPITVLVM IX.

CVM DILECTVS. ¶ Publicatis atteſtationibus uſque ad concluſionem in cauſa poſſunt inſtrumenta produci. H.D. primò. Conſuetudo facit inſtrumentũ authenticum. H.D.ſecundò. ¶ In text.ibi, concluſum. Nota † terminum 1
excluſiuum omnium probationum: uidelicet concluſionem in cauſa: quæ quomodo fiat, dicitur infrà: & ratio eſt, quia facta concluſione dicitur omnino liquere de cauſa, ut per gloſſ.in cap. ſignificarunt. in uerbo, liquere. & ibi dixi, ẽ. de teſti.& multoties eoſdem effectus producit concluſio in cauſa, quos producit ſententia, ut per Ioan. Mona. Ioan. Andr.& Domin.in cap.2.de reſtitu.in integ.in 6. & Bald.in l. error. C.de iur.& fac. ignor. & in l.incerti. C.de interdict. & eſt bonus tex.in cap.auditis.de procur.& in c. auditis.de reſti. in integ.& cap.paſtoralis.de cau.poſſeſ. & proprie. ¶ Et hinc eſt, quòd poſt concluſionem in cauſa non eſt cognoſcendum, ſed cognitum eſſe, ſecundum Bald.in authen.at qui ſemel.in fin.C.de prob. ¶ Sed poſt concluſionem in cauſa non prodeſt emptori denunciare litem uenditori, ſecundum gloſſ. in l. ſi
2 rem.§. quolibet tempore.ff.de euict. Et † poſt concluſionem in cauſa poteſt quis comparere per procuratorem in cauſa criminali, ſecundum gloſſ.in l.quamuis indubitati. C. de adulter.
3 Et † poſt concluſionem in cauſa nõ admittitur exceptio, quòd accuſator ſe non inſcripſerit, ſecundum Bart.in l.ſi, qui reus. ff. de pub.iud. Et poſt concluſionem in cauſa non tenetur reus reſpondere poſitionibus, ſecundum Domi.in cap.1. in penul.
4 colum.de confeſ.in 6. Et † poſt concluſionem in cauſa non poteſt opponi exceptio excommunicationis, ſecundum domi.
5 Card.in clemen.1. in 1. oppoſi.de excep. Et † poſt concluſionem in cauſa non poteſt peti deferri iura-
* mentum, * ſecundum Bald.in l.in bonæ fidei. C.de iureiuran. Et conſuetudo noua diſponens de deſcendentibus non extenditur ad ea, in quibus eſt concluſum in cauſa, ſecundum Imol.in cap. fin.ẽ. de conſti. Et poſt concluſionem in cauſa non iuratur de calumnia, ſecundum gloſſ.in cap.ex
6 literis.de iureiuran. Et † non dicitur iudex ſuſpectus, ut plenè per omnes poſt Lapum
7 in cap.iudex.de offic.deleg.in 6. Sed † non emendatur libellus in repe. l. edita. C.de
8 eden. Et † non fit reconuentio.ut per gloſ. mag.in cap. 1. de mut.peti. Et exceptio ſuperueniens poſt concluſionem in cauſa poteſt opponi, ſecundum Ioan. Andr.domin. Anton.& alios in cap. cùm dilectus. ſuprà, de ordi.cog.& in cap. paſtoralis.de except. cum concord. Et non dicitur ueniſſe, qui uenit poſt concluſionem in cauſa, ſecũdum Bartol.in l.ſi orater. §. eandem.in fin. ff.de

* *Iuramentum Adde ſi fuerit petitum poſt, ſed ſi fuerit petitum ante concluſionẽ poterit deferri poſt. ita Iaſ. in repet.l. admonendi.colum. 154.de iureiuran. & ita debet intelligi quod dicit Alex.conſilio.53. colum. fin. uol. 1. Rom. conſil. 176. incip. iſta ſunt reſponſiones.col.pen. ſub num.12.uerſic. præterea & quarto.*

except.rei iudi. Et poteſt fideiuſſor petere liberari poſt concluſionem in cauſa, ſecundum Bald.in l.ſi pro ea.in 6.quæſtio. C.man. Et poſt conclu.in cauſa nõ poteſt peti compromiſſum inter conſanguineos, ſecundum Bald.in l.j. ff.de tranſact. Et non poteſt attentari remedium attentatorum lite pendente, ſecundum domin. Anton.in cap.1.in ult.colum.ut lite pen. Et
9 † non poteſt reuocari confeſſio, ſecundum Domin.in cap. 2. in ult.colum.de reſtit.in integ.in 6.& domi. Anton.in cap.fin. de confeſ. Et non poteſt opponi exceptio peremptoria, ſecundum gloſſ.& Innocent.in cap.exceptione.de except. Et non fit aliqua productio probationum, ſecundum domi. Anto.in cap. auditis.uer.not.nouò.de reſtit.in integ.& in cap.fraternitatis.

l.de

io ī. de teſti. Et † ſi litigans ſuper beneficio probat Canonicam
inſtitutionem, & poſt concluſionem in cauſa probat de literis
ordinum, ſuccumbit: quia non probauit, quòd probare opor-
tebat tempore debito, ſcilicet ordines, qui non præſumuntur,
cap. ex literis. de tranſact. ſecundum domi. Card. in clement.
conſtitutionem in princip. in 6. quæſtio. de elect. ita dicentem
11 in facto obtinuiſſe Arch. contra Iac. de Arc. ¶ Et † amplia
primò iſtum text. prohibentem productionem inſtrumento-
rum poſt concluſionem in cauſa, ut habeat locum etiam co-
ram arbitro, uel arbitratore, ſecũdum Rom. in l. j. ff. de arbitr.
¶ Secundò amplia, etiamſi producantur non ad probandum,
ſed ad declarandum priores probationes, ſecundum Roma.
in l. admonendi. ff. de iureiuran. dicentem eſſe tex. ſingularem
in cap. auditis. de reſtitu. in integ. Sed ibi hoc non probatur.
Ideo fortè contrarium eſt uerius, ſicut uidemus, quòd prohi-
bitus probare non prohibetur probationem factam declara-
re, ſecundum Domin. in proœ. 6. in fin. princ. & in cap. ſi quis
uiduam. 34. diſtin. cum concor. quas dedi in cap. licet cauſam.
in 10. limitatione, ī. de proba. & intellige, ut ibi dixi. ¶ Tertiò
amplia, etiamſi ſtatim poſt ſententiam quis uellet producere,
ſecundum Bald. hic: mouetur, quia cùm eſt quæſtio momenti,
ea quæ fiunt pòſt, licet incontinenti, non uidentur in eſſe. l.
Thais. §. intra certa. ff. de fideicom. liber. Secus dicit, ſi iudice
incipiente loqui antè quàm profert uerbum Abſoluo, uel
condemno, producta ſint inſtrumenta. Sed aduerte: quia ſi
intelligitur hoc dictum Bald. de productione, quæ fit in actu
ſententiæ poſt concluſionem in cauſa, eſt contra iſtum text.
Vnde poteſt intelligi dupliciter: uel de productione facta in
ſententia, quam concluſio non præceſſit fortè ex natura cau-
ſæ, uel de productione facta in interlocutoria, per quam iu-
dex facit concluſionem in cauſa eo modo, quo aliquando po-
teſt, ut dicetur in gloſ. ¶ Quartò notabiliter amplia, etiam
ſi ſit talis probatio facti, quæ poteſt opponi poſt ſententiam:
quia non ſequitur, quòd poſſit opponi poſt concluſionem in
cauſa, ut ſingulariter per domin. Card. in cap. licet cauſam. in
princip. in pe. quæſtio. de prob. ubi dicit, ſe uidiſſe obtineri in
facto, quòd poſt concluſionem in cauſa non poteſt opponi
exceptio falſitatis, per iſtum text. Nec obſtat, quòd poſſit poſt
12 ſententiam: quia † tunc eſt noua inſtantia, & nouus modus
procedendi. Sed quòd poſt concluſionem poſſint produci con-
ſiſtentia in facto, repugnat iuri, ſecundum ipſum: & pro hoc
facit: quia, ſecundum ipſum hic, & dicetur in cap. ſequenti, con
cluſio in principali non nocet in appellatione, in qua non de-
ductum deducitur, &c. Ex quibus uerbis tolli poteſt una ratio
in contrarium, uidelicet quòd cui non nocet ſententia, non
nocent acta, cap. inter dilectos. ſuprà, eodem ut non procedat
in concluſione in cauſa: aliàs ſequeretur, quòd ſicut omnia
non deducta in principali poſſent produci in appellatione nõ
obſtante ſententia, ita poſt concluſionem: quod eſt inconue-
13 niens. Et illud bene no. ¶ Modò † iſtum text. limitat primò
domin. Abba. hic, non procedere in caſibus, in quibus iudex
procedit ex officio, ſi uiderit expedire, per text. in d. cap.
Paſtoralis. de cauſa poſ. & proprie. ibi, niſi
iudex. & notat Rota deciſio. 5. in formis *
incip. Si poſt concluſionem. & domi. Anto.
in cap. auditis. ī. de procur. & domi. Abba.
in cap. cùm clamor. ī. de teſti. & Specul. de
renunc. & concluſio. §. 1. uer. & ſcias. & Bald.
in l. j. circa fi. C. ſent. reſcin. non poſ. & Rom.
in l. j. ff. de arbitr. & in ſuo eleganti conſilio.
175. * incip. Iſtæ ſunt reſponſiones. ad fin.
& in l. admonendi. ff. de iureiuran. facit tex.
j. cap. proxi. & quod ibi dicetur. In quibus
locis habes, quòd concluſio in cauſa non
ligat iudicem. Et dicit domi. Card. conſilio.
72. incip. Titius: nunc ſunt decem & nouem
14 anni &c. quòd † in cauſis, in quibus uerti-
tur periculum animæ, poteſt iudex ex of-
ficio recipere probationes poſt concluſio-
nem in cauſa. Alle. Hoſtienſ. & Ioan. Andr.
in ca. ad petitionem. j. de cauſ. poſ. ad quod
uide omnino Rotam d. deciſio. 5. in add.
nouis, ubi dicitur, quòd in cauſa beneficij
curati iudex etiam inuita parte poteſt reci-
pere probationes poſt concluſionem in cau
ſa. Et illis adde domi. Anton. in cap. 1. circa

* *In formis] Adde & dic in nou. & eſt concl. 1. tit. de teſti. & in deci. ſeq. in eiſdem uer. per eadem uerba.*

* *175] Adde quod eſt conſilium. 176. col. pen. ſub nu. 12. uerſicul. & primo poteſt iudex. & ad de eundem Rom. conſilio. 20. incip. Viſo puncto. ſub num. 2. uerſic. poſt concluſionem. & in l. 4. §. hoc autem iudicium. col. pen. uerſic. 11. aduerte. et ibi Alex. nu. 18. de damno infect. Auth. in c. 1. col. 2.*

ſi. ut lit. penden. ubi dicit, quòd in remedio
attentatorum lite pendente iudex ſupple-
re poteſt poſt concluſionem in cauſa. Et ad
de Bald. in l. cùm propria. in fi. C. ſi quis alt. uel ſibi. ubi dicit,
quòd fructus percepti poſt concluſionem in cauſa debentur,
ſicut alij, cùm debeantur iudicis officio. Et adde Petr. de Anc.
poſt Ioan. And. in cap. 1. de iur. cal. in 6. ubi dicit, quòd iudex
ex officio poſt concluſionem in cauſa poteſt exigere iuramen
tum calumniæ. Et iſta confirma ex dicendis infra, cap. proxi.

uerſ. utrum iudex. de iudici.

15 ¶ Secundò † limitat domi. Abba. iſtum text. non procedere
in cauſa criminali. Alleg. Bartol. in l. diui fratres. ff. de pœnis.
& in l. j. §. ſi quis ultimò. ff. de quæſtio. & idem Bal. in l. j. uer.
quartò quæro. C. de cond. inde. & Roma. in d. l. j. ff. de arbi. &
in locis allegatis in limitatione præcedenti, dicens, quòd in
cauſa criminali non concluditur, quia ſemper uſque ad ſen-
tentiam poſſit deduci innocentia rei, per d. §. ſi quis ultimò.
licet Angel. aliud dicat, & non bene, ſecundum eum in l. pa-
ctum inter hæredem. ff. de pact. & reprobat gloſ. in d. l. quam-
uis adulterii. C. de adulr. de quo etiam per Bald. in authent.
iubemus. in ult. colum. C. de iudi. & in l. ſi accuſatoribus. circa
fi. ubi uide, C. de accuſ. & in cap. paſtoralis.
* de cauſ. poſſ. & uide Rot. in formis * deciſ.
30. incip. fuit dubitatum. ubi poſt princip.
uidentur expreſsè tenere contra iſtam li-
mitationem, ſed in additionibus nouis ap-
probatur dictum Bartol. in d. l. j. & dicitur
perpetuò tenendum menti: & pendet hoc
ab alio dubio, utrùm in criminalibus liceat renunciare defen
ſionibus, quæ renunciatio eſt concluſio, ut j. dicetur: & in hoc
regulariter dicitur, quòd non, per rationem l. ita uulneratus.
ff. ad l. Aquil. cum concord. quas dedi in c. cùm uenissent. in 2.
concl. de teſtibus ī. ubi etiam dixi circa nouem fallentias: &
16 ſecundum illas adaptanda eſt hæc limitatio. ¶ Tertiò † li-
mitat domi. Abb. non procedere hoc in inſtrumentis de nouo
repertis poſt concluſionem in cauſa: & idem dicunt domin.
Anto. & Imol. hic: allegant omnes Bartol. in l. admonendi. ff.
de iureiuran. & idem Bal. in l. j. C. de cond.
indeb. Roma. in d. l. admonendi. & in d.
* conſilio. 175. * & domi. Card. d. conſil. 72.
facit, quod not. Bald. in l. inuitus. in ult. col.
C. de proc. ubi dicit, quòd ſtatutum prohi-
bens in cauſa nullitatis nouas probationes
recipi, non intelligitur de emergentibus
de nouo: & ita dicit notabiliter conſuluiſſe
Dy. ¶ Sed contra iſtam limitationem ui-
detur tenere Paul. de Caſtr. in d. l. admo-
nendi. dicens, eam non probari in iſto text. Sed poſt multa
adducuut opin. Bartol. quando cauſa eſſet talis, in qua poſt
ſententiam non poſſet appellari. Et pro hac parte facit, quod
not. domi. Anto. & do. Abb. in c. paſtoralis.
de except. ubi allegantes Rotam deciſio.
* 29. * dicunt, quod poſt concluſionem in
cauſa non admittitur exceptio etiam noui
ter ſuperueniens, per c. auditis. de reſtit. in
integ. & idem ſentit Ioan. And. in d. c. cùm
dilectus. de cauſa poſſ. & propri. ſecundum
eos. ¶ Sed poteſt ſaluari iſta limitatio, ubi quis nullam ne-
gligentiam commiſit in perquiſitione inſtrumentorum nunc
nouiter repertorum poſt concluſionem in cauſa, ut quia pro-
babiliter ea ignorauit: nam poſſunt produci poſt cõcluſionem
mediante reſtitutione in integ. talis enim producere poteſt
inſtrumenta nouiter reperta, ne dum poſt concluſionem in
cauſa, ſed etiam poſt ſententiam, ex clauſula generali, Si qua
mihi, &c. ut not. Ioan. Andr. poſt Specul. in tit. de exec. ſent. §.
fin. uerſicul. illud. & Bartol. in l. j. C. de ſent. aduer. fiſ. latis: &
facit, quod not. Imol. in l. imperatores. ff. de re iudic. Et hoc
poteſt procedere, etiamſi eſſemus in caſu, in quo ſi fertur ſen-
tentia, poteſt appellari: quia pinguiùs ſubuenitur per reſtit. in
integ. quàm per remedium ordinarium appellationis. Vnde
unum non tollit aliud, ut not. in l. fin. C. ſi aduer. rem iudic. &
tanto magis: quia utilius eſt intacta iura ſeruare, quàm poſt
cauſam uulneratam remedium exhibere, l. fi. C. in quibus cau.
in integ. reſtit. non eſt neceſ. Ergo utilius eſt prouidere, ne fe-
ratur ſententia, contra quam appellatur aduerſus eam latam.
17 ¶ Quartò limitat domi. Abb. niſi † inſtrumenta recipiantur
poſt concluſionem in cauſa præſentibus partibus, & non con-

* *In formis] Adde et dic in nou. et eſt deciſ. o. 2. ſub titul. de ſequeſt. poſſeſ. & fruct.*

* *175] Adde quod eſt 176. in penul. colum. ſub nu. 12. uerſicul. quinimo poſſint. & uide Auth. in cap. paſtoralis. nume. 9. de reſcript.*

* *29] Adde quod eſt in nouis deciſ. 5. titul. de appel. & incip. fuit dubitatum.*

✻ *Receptio] Adde Lanfran. in cap. quoniam contra. de probat. in uer. inſtrumentum productiones nu. 42. 43. & ſuper clem. ſæpe. de uer. ſignif. ſuper gloſſ. libellus. nu. 26. cum aliis ſequen.*

tradicentibus, quòd ualeat receptio, ✶ &
uidetur iudex reuocare tacite interlocuto
riam. Idem Pau. de Caſt. in d. l. admonendi.
& domi. Abba. eleganter in cap. quoniam
contra. de prob. & ibi dixi ſuper gl. in uer-
bo, productiones. & iudex ſciens eſſe con-
cluſum in cauſa, ſi admittit probationes, ui
detur reuocare concluſionem, & pro reuo-
cata habere, concurrentibus his, quæ neceſ
ſaria ſunt in reuocatione interlocutoriæ,
ſecundum Rotam in d. concluſione, arg. l.
illud ff. de acq. hær. & ſequitur Io. de Imol.
poſt domi. Anto. in c. auditis. in fi. de procu. & Bald. in l. perem
ptorias. C. ſent. reſcin. non poſ. & domi. Card. in clem. 2. de te-
ſtibus & domi. Ab. in d. c. quoniam contra. licet aliud dixerit
Paul. de Caſt. in d. l. admonendi. ¶ Quintò limitat Roma. in
18 d. l. admonendi. niſi † in cauſa pupilli, uel eccleſiæ, & eſſent
inſtrumenta de nouo reperta. quia in talibus cauſis etiam nõ
obſtaret ſententia, quin poſſint produci inſtrumenta de nouo
reperta, l. imperatores. cum gloſ. ff. de re iudic. & not. gloſ. fin.
in c. inter monaſterium. ĩ. de re iudic. Vnde multo minùs con
cluſio, ſecundum ipſum: cuius dictum intelligi poteſt etiam
data negligentia in perquirendis ipſis inſtrumentis, ad hoc ut
ſit differentia inter tales perſonas & alias, per id quod dictũ
eſt in 3. limi. Quòd autem etiam tales perſonæ ſint ſub regula
huius literæ in inſtrumentis non de nouo repertis, probatur
in c. auditis. de reſtit. in integ. ubi eſt opus remedio reſtitutio-
nis in integ. ¶ Sextò limitat Roma. in d. l. admonendi. niſi
producantur inſtrumenta de nouo celebrata, propter quæ nõ
expectata ſententia intendunt partes à lite recedere: quoniã
etiam illa poterunt produci poſt concluſionem in cauſa, &
iudex tenetur ea admittere, ſecundum ipſum dicentem ita
expreſsè probari in l. j. §. unde quæritur. ff. de ope. no. nunc. &
idem latiùs dixit in d. conſilio. 176. Sed ſi hoc dictum intelli-
gitur, quando utraque pars producitur, parum importat atten
ta quarta, de qua ſ. Si autem loquitur, quando una pars pro-
ducit, & alia opponitur de concluſione facta in cauſa, tunc eſt
dictum ualde pulchrũ. ¶ Septimò limitat

✻ *Summarij] Ad de Socin. in conſil. 190. inci. memini. in fin. uol. 2. Anch. in c. ad petitionẽ. § 4. no. de accuſat.*

19 Roma. ubi ſ. illum † text. non procedere in
✶ cauſis ſummarijs. ✶ per id, quod in ſimili
not. glo. in uerbo, interrogauit. in cle. ſæpe.
de uerb. ſignif. dicens, in talibus iudicem
poſſe interrogare poſt concluſionem in cã.
etiam ad inſtantiam partis: & idem in pro-
poſito dicit Roma. per illam gl. d. conſilio.

✻ *Deciſ. 10] Adde quod eſt deciſ. 9. alias. 8. ſub tit. de probat. & inci. Nota quod poſtquam.*

✶ 176. & Rota in antiq. deciſio. 10. ✶ incip.
Item, quòd poſtquam. & in nouis, deciſio.
30. præallegata: licet ſecus dicant in cauſis
profanis, in quibus etiam de æquitate ſer-
uatur iſte text. per multas rationes, quas
ipſi adducunt, licet aliud dicant incidenter
✶ deciſione 165. incip. latis tribus. ✶ in fin.
& non bene: quia nimiùm eneruaretur hæc
decretalis. ¶ Octauò limitat Bald. in l. j.

✻ *Latis tribus] Adde quod eſt deciſ. 2. tit. de reſtitu. in integ. in nou. & ad eam in. Caſſad. deciſio. 2. numer. 1. eod. tit.*

20 in fi. C. ſenten. reſcin. non poſſ. niſi † ſubeſſet
aliqua euidens ratio, propter quam admit-
tenda eſſent inſtrumenta: quia eorum pro-
ductioni non obſtabit concluſio in cauſa.
Allegat Spec. de renunc. & conclu. §. 1. uer.
& ſcias. Idem Rom. in l. j. ff. de arb. per c. ad
noſtram. el 2. ĩ. de iureiur. & ſentit Bal. in l. j. C. ut quæ deſunt
aduo. Simile not. domin. Anton. in c. dudum. el 1. in 4. not. de
elec. dicens, exceptionem notoriam ſuperuenientem poſt con
cluſionem in cauſa poſſe opponi. Sed quòd iſta limitatio nihil
importat, oſtenditur hoc modo: quia Spec. in d. uerſic. & ſcias.
& Bald. in d. l. j. loquuntur in iudice mouente ſe ex officio. Et
hoc dictum eſt poſt domi. Abba. in prima limitatione text. in
d. c. ad noſtram. qui loquitur in probatione notoria: & ita Bar.
in d. l. j. Sed attento, quòd probatio reſultans ex inſtrumento,
eſt notoria, c. licet. in uerbo, euidentiſſimè. & ibi dixi in 6. not.
de probat. ſi illud eſſet uerum, ſemper poſſent produci inſtru-
menta cõtra illum text. Vbi aũt ſuperuenirent de nouo, ſecus,
ut ſ. dictum eſt. Et hic adde, quæ dixi in c. quoniã contra. uer.
fallit ſecundò, niſi appareat. ¶ Nonò limitat Spec. in d. uer. &
21 ſcias niſi †. agatur de probanda excommunicatione: quia nõ
obſtabit concluſio in cauſa: & ſequitur do. Abb. in c. exceptio-
nem. de except. & facit text. in c. pia. de except. in 6. & in cle.
unica, cum gl. fin. de except. & quod no. Spec. io ti. de except. §.
nunc uidendum. uerſicu. porro exceptio. quia ſemper imminet
periculum animæ propter communionem, ut dicit text. in d.
c. exceptionẽ. ¶ Sed quòd iſta limitatio ſit falſa, uide expreſsè
Card. in d. clem. 1. in prima oppoſi. ubi ad literam dicit, quód
licet dicat, quòd excommunicatio opponi poteſt uſque ad ſen
tentiam, ut in dictis iuribus, non tamẽ per hoc ſequitur, quòd
poſt cõcluſionem proponi poſſit, cùm poſt eam ſtatim debeat
ferri ſententia: & ita dicit ſentire Innoc. in c. paſtoralis. ad fin.
de except. dum loquitur de termino dato ad peremptorias pro-
ponendas: quo lapſo dicit non poſſe opponi excommunicatio
nem: quia, ſecundum domi. Car. ille terminus uidetur habere
uim concluſionis, poſt quàm nihil poteſt proponi conſiſtens
in facto, per iſtum text. & non admittit ipſe illam differentiã,
quam in hoc ſenſit domi. Ant. in d. c. paſtoralis. in penult. col.
an proponatur tanquam dilatoriæ, uel peremptoriæ: quia utro-
que caſu ſtat regula huius decretalis: ſed bene dicit, ubi non
eſt terminus ad peremptorias, ſed terminus ad dilatorias, illo
elapſo adhuc poſſet opponi, non ex eo, quia differant iſta eo
modo, quo dixit domi. Anton. ſed quia terminus ad dilatorias
non habet uim concluſionis in cauſa, prout aliàs: & ad pericu-
lum communionis prouidetur: tum, quia expectantes ſenten-
tiam amplius in iudicio non communicant de neceſſitate fa-
cta concluſione: tum, quia iudex ex officio prouidere poteſt,
d. c. pia. in fin. & ita not. quia ſic debent intelligi, & ſunt ſingu-
laria, ſecũdum do. Bar. in d. cle. 1. ¶ Decimò uidetur limitari,
ut non procedat, ubicunque obſtat ſententia, ut ibi etiam non
obſtet concluſio, per regulam c. inter. ſ. eodem & dixi in cap.
cauſam. el 1. ſ. de teſti. Sed illud non credo uerum, quo ad
concluſionem in cauſa, per ea quæ dicta ſunt ſ. in 4. amplia.
22 ¶ Vndecimò † limitat domi. Anto. in c. tam literis. in 1. col.
de teſtibus niſi uolens aliud probare ante concluſionem in cã
fuiſſet à iudice iniuſtè repulſus, per illum text. & per gloſſ. in
uerbo, & poſt. in c. ex conqueſtione. de reſt. ſpol. Idem, ſi pro-
pter negligentiam iudicis, ſecũdum Spe. de renun. & conclu. §.
1. uer. & ſcias. per c. per tuas. ĩ. de teſtib. Sed aduerte quia ſi in-
telligitur iſta limitatio de concluſione, quæ ſit per renuncia-
tionem probationum factam ſponte à partibus, non credo, quòd
ſit uera: quia imputatur parti, quæ ſponte concluſit, ſciens ſe
non probaſſe: unde uidetur renunciaſſe beneficio probationis
omiſſæ. Facit regula, damnum. de regul. iur. in 6. & c. cùm ue-
niſſent. cum ibi alleg in 1. gl. ſ. de teſti. Vbi autem cogeretur
concludere, uel à iudice, uel à ſtatuto, procedere poſſet hæc
limitatio, circa quam dubitatur, an tũm in eo tempore, in quo
taliter excluſus probat poſt concluſionem, poſſit etiam alia
pars probare? & uidetur, quòd ſic, arg. l. petendæ. C. de temp.
in integ. reſtitut. petendæ. etiamſi ipſe, qui poſſet producere,
nollet producere, per id, quod dicit Specul. in titul. de dila. §.
uidendum. uer. quid ſi reus petita. dum dicit, partem non poſſe
renũciare dilationi in præiudicium alterius, cui eſt quæſitum
ius beneficio d. l. petendæ. Sed utrũque dictum indubitanter
eſt falſum. Primum: quia beneficium l. petendæ. non habet lo-
cum in parte, quæ iam renunciaſſet probationibus, ſecũdum
Iaco. Butri. & Bald. in authent. iubemus. per illum text. C. de
iud. & ita eſt hic: quia renunciatum eſt mediante concluſione.
Secundum dictum non procedit per eandem rationem: & etiã,
quia Specul. loquitur, quando eſt acceptata dilatio: ſed hic
non dicitur, quòd ſit acceptata, ſed quòd non curat de iſta fa-
cultate producendi: & etiamſi curaret, ſtat dictum Bald. in d.
23 authent. in contrariam, &c. ¶ Duodecimò † limitat Spec.
de inſtru. edit. §. nunc uidendum. in princip. niſi ex beneficio
reſtitutionis in integrum ſubueniretur eccleſiæ, uel minori:
& probatur in c. auditis. ubi omnes ponunt de reſtit. in integ.
Et idem poſſet dici de maiore, cui competere poſſet benefi-
cium reſtitutionis ex clauſula, Si qua mihi iuſta cauſa, ut dixi
ſuprà. in 3. limitatione. Et not. pulchrè domi. Card. in propoſi-
to conſilio. 25. incip. In cauſa Amareti. & ſo ſimile habetur in
cap. antimaur. ſ. de teſtibus ubi uide, quæ dixi ſuper gloſ. 1.
Idem etiam dicit Specul. ubi ſuprà. ſi capitula noua oriretur
ex ueteribus: quod intellige, ut dixi in ſecunda ampliatione.
¶ Tertiodecimò limitant hic Ioan. Andr. domi. Anto. & alij,
niſi eſſemus in cauſa appellationis: quia ea, quibus in principa
li obſtabat concluſio, poterunt nunc produci, per l. per hanc.
C. de temp. appel. Et idem tenet domi. Anton. & domi. Abba.
in c. cùm ueniſſent. ĩ. de teſti. & alij, quos ibi allegaui in tertia

concluſione, niſi † in [a] renunciatione pro-
24 bationum fieret mentio etiã de cauſa ap
pellationis, ſecundum domin. Cardin. hic.
25 ¶ Vltimò † limitat domi. Card. d. conſilio
74. niſi poſt concluſionem producant pro-
bationes iuris: putà, allegationes, uel conſi
lia Doctorum: quia iſte text. cum ſimilibus
loquitur de probationibus conſiſtentibus
in facto: & idem conſuluit Roma. conſilio
175. in 5. colũ. & nihil allegant, * ſed addo
Bald. idem tenentem in c. ſi. in ult. colũ. de
probat. & ibi per hoc notãter decidit, quòd
poſt concluſionem in cauſa reus poteſt di-
cere, quòd non fuit lis conteſtata: quia hæc
allegatio conſtat ex actis: nam quòd in cor
pore actorum non continetur, non uidetur
factum: & talis allegatio eſt potiùs iuris,
quàm facti: quia probatur per rationem di
ſputandi, & acta loquuntur: & ubi non lo-
quuntur acta, nec nos loquimur, ut ibi per
ipſum: cuius dictum eſt notabile in materia
huius capituli. ¶ Sed contra iſtam limita-
tionem tenet Specul. in titul. de renunc. &
concluſ. uer. & not. & Innocent. in d. c. pa-
26 ſtoralis. quòd † poſt cõcluſionem in cauſa,
nec in iure, nec in facto aliquid proponi
poteſt. Idem gloſſ. in cap. quoniam contra.
in uerbo, renunciationes. ibi, uel allegatio.
de prob. & gloſſ. hic in uerbo, concluſum.
ibi, allegationibus. Idem Baldus in d. cap.
paſtoralis. dicens, quòd ſi poſt cõcluſionem
producantur conſilia ſapientum & magno-
rum Doctorum, iudex non debet ea facere
poni in actis. ¶ Item dicit, quòd licet poſ-
ſit ex forma ſtatuti peti conſilium ſapiẽtis,
tamen poſtquam eſt concluſum in cauſa,
non poteſt peti. ¶ Item nec debet dari ali-
qua dilatio ad allegandum: quia concluſio
eſt ultimum uerbum ſcriptum, uel proba-
tum, arg. l. fin. C. de fide inſtrumentorum.
Et illud eſt ultimum, poſt quod nihil ſequi
tur, l. qui duos. ff. de reb. dub. Et hanc partẽ
tenet etiam Bal. in l. ne cauſis. C. de appell.
¶ Sed poſſet diſtingui, ut per Bald. in d. c.
paſtoralis. ꝙ aut partes renunciant proba-
tionibus, & intelligitur de conſiſtentibus
in facto, non in iure: ſed ſi concludunt in cauſa, comprehendi-
tur utrunque, ſecundum eum, uel poſſet dici, ut per Bald. in
authen. iubemus. in ult. col. de iudi. quòd non poteſt fieri alle-
gatio in iure, quæ amplius producatur inter acta, ſed tamen
non poteſt claudi os, quin poſſint allegari leges, uel, ſecũdum
domi. Card. in d. c. paſtoralis. dictum Innocent. ibi intelligitur
ſuper producendis, quia ſuper productis bene poteſt allegari
etiam in ipſa prolatione ſententiæ, quia nihil repugnat, ſecun
dum ipſum, uel meliùs dici poteſt, ut per do. Card. in d. conſil.
utrùm uidelicet ad allegationes iuris petatur dilatio, & pro-
cedant contraria, quia nulla dilatio amplius danda eſt, l. cùm
à nobis. C. de dil. aut non petitur dilatio, & procedit iſta limi-
tatio. Et iſta bene not. ¶ In gl. in uerbo, concluſum. Concludit
27 † autem in cauſa uno modo, ſcilicet cùm partes renunciant
allegationibus, ſecundum Inno. Io. An. & alios in c. paſtoralis.
de cauſa poſ. & propr. & Ioan. And. & alios in c. 2. de reſtitu. in
integ. in 6. & Arch. in c. indicantem. 30. q. 5. & Bal. in l. ſi ſuper
delictis. C. de rela. & in authent. iubemus. in ult. colũ. de iudi.
Et non omnis renunciatio habet uim concluſionis, quia ſi eſſet
renunciatum teſtibus, poſſent produci inſtrumenta, ut hic ſe-
cundum domi. Card. in d. c. paſtoralis. Vnde oportet, quòd ſit
renunciatum omnibus probationibus, ad hoc ut renunciatio
habeat uim concluſionis, ſecundum ipſum, & Spec. in titul. de
28 renunc. & conclu. in princ. ¶ Alio † modo fit concluſio in
cauſa à lege, ut l. properandum. in princip. in uerbo, concluſit.
C. de iudi. uel à ſtatuto, per quod datur terminus concluſionis
in cauſa poſt certa tempora, & uult eam haberi pro facta. Et
iſtum modum ponit Bal. in l. ſi accuſatoribus. in fi. C. de accuſ.
Et dicit Bald. in d. cap. paſtoralis. quòd quando ſtatutum dicit
uſque ad talem terminum debet eſſe probatũ, lapſus termini
habetur pro concluſione. Alleg. l. ſi de meis. §. fin. ff. de arbitr
Similiter dicit Innoc. in c. ſuper eo. el 2. ſuper uerbo, certum.
in princip. de appe. quòd quando præfixus eſt certus terminus
partibus ad probandum, peremptorius, ille habetur pro con-
cluſione in cauſa. & idem domi. Car. in cle. unica, de excep. ut
retuli ſ. in 9. limitatione. ¶ Alio modo fit concluſio in cauſa,
ut per gl. in cle. ſæpe. in uerbo, concluſione. de uerb. ſignif. quę
29 extendendo authen. iubemus. dicit, quòd † ſicut quando una
partium renunciauit allegationibus, iudex quo ad alteram,
quæ non uult renunciare poſt certas dilationes, poteſt pro-
nunciare concluſum eſſe in cauſa, ita quòd ſi nulla partium
renunciauit poſt ſufficientes dilationes, iudex poſſit pronun-
ciare concluſum eſſe in cauſa inuitis partibus. ¶ Alio modo
concluditur etiam tacitè, putà ſi de conſenſu partium com-
30 mittitur cauſa cõſilio ſapientis, quia † coram eo poſſunt fieri
allegationes ſolùm ſuper productis, & nihil poteſt[b] de nouo
produci, ſecundum domi. Card. in d. c. paſtoralis. per l. cùm à
nobis. C. de dila. & ibi etiam omnes Bart. & Bald. in l. ne cauſas.
b circa princi. C. de app. Et quòd conſultor [b]
non poſſit nouas probationes recipere, ſed
ſolùm ſuper actis cõſulere, tenet Bartol. in
l. j. §. 1. ff. de app. & in l. j. C. de rela. & in l. j.
in fi. ff. de fer. & latè habetur per do. Card.
conſil. 55. incip. In cauſa Amareti. ¶ Et in
hac materia ſcias primò, quòd licet iura
utãtur uerbo Renunciatũ, uel Concluſum,
d. c. paſtoralis. & c. quoniam. de prob. tamẽ
concluſio importat renunciationem, ſed
ponitur Et, pro id eſt, ſecundum do. Car. in
d. c. paſtoralis. Sed Ro. in d. conſil. 176. intel
ligit dictos text. ꝙ innuant concluſionem
poſſe fieri ẽt aliter, quàm renunciatione, &
in hoc facit magnũ fundamentum ad intel
lectum ſtatuti uolentis, ꝙ poſt certum tẽs
nulla fiat probatio, qa dicit per hoc induci
tacitè cõcluſionem abſque renunciatione,
& per hoc facit, ꝙ dixi ſ. de conſil. & ita ẽt
no. do. Ab. in c. paſtoralis. dicens concluſio-
nem fieri poſſe ẽt abſque renunciatione in
uitis partibus, ut per glo. in d. cle. ſæpe. quã
31 facit ſing. ¶ Secundò ſcias, ꝙ † in conclu-
ſione in cã non requiritur de neceſſitate
conſenſus iudicis, & hoc eſt, quod latè pro-
* bat Ro. conſil. præallegato, * maximè per
regulam l. ſi conuenerit. ff. de re iudi. & per
rationem l. j. §. unde quæritur. ibi, quid enim
aliud prætor, &c. ff. de ope. no. nunc & dicit
uideri caſum in l. duobus. §. fi. ff. de iureiur.
ubi ualet cõſenſus partium abſque iudice,
inducens probationem iuramenti litis de-
32 ciſiuã. ¶ Tertiò † ſcias, ꝙ ſi partes uolunt,
poſſunt cõcludere in cã ſuper uno articulo,
& non ſuper alio, ſecundum Bald. in l. ſi ac-
cuſatoribus. in ult. colũ. C. de accuſ. & dicit
eſſe glo. ord. in §. quia uerò ſæpe. in authen.
33 de teſti. ¶ Quartò ſcias, ꝙ † concluſio in
cauſa eſt de ſubſtantia iudicij in foro eccle
ſiaſtico in cauſis plenarijs, ſecũdum gl. do.
Car. & do. Ab. in d. cle. ſæpe. in uerbo, con-
* cluſione. & Rotã concl. 5. in formis. * ubi
maximè in additionib. dicitur, ꝙ eius omiſ
ſio reddit ſententiam nullam, & allegat ibi
Bal. in ſuo Repertorio Inn. in uerbo, renun
ciatio. in 7. q. Sed in ſummarijs non eſt ne-
ceſſaria, ut in d. cle. ſæpe. nec in foro ciuili,
ut ibi per gl. & do. Ab. & per eum in d. c. pa
ſtoralis. & Bald. in d. l. ne cãs. Et ſecundum
hæc intellige Bald. in c. 1. circa medium, ſi
de inueſtit. inter do. & uaſ. lis ori. dũ dicit,
partem poſſe compellere aliam partem, ut
concludat in cã, qñ eſt plenè probatum, &
iuxta hoc tangit hic ſolus do. Abba. utrùm
publicatio atteſtationum ſit de ſubſtantia,
de quo erit dicẽdum in c. cùm I. & A. de re
iudi. ubi oẽs ponunt per illum text. cum gl.
34 probãtem, ꝙ non. ¶ Vltimò † ſcias, ꝙ iſte

a Niſi in] Adde & dic, quòd idem eſt, quando eſt facta generalis renũciatio in principali cauſa, ut putà concluſum eſt in cauſa cum generali renũciatione probationum: quia tunc talis renunciatio in principali cauſa, nocet, etiam in cauſa appellationis. Vide Ang. in authen. de teſtibus. §. quia. Bald. in authent. iubemus. in 2. colũ. C. de iudi. & Ang. in authent. ut cùm de appel. cognoſc. §. ſed hoc.

* Allegant] Adde rum. Rom. conſ. 10. 20. incip. Viſo puncto. nu. 2. conſ. 100. incip. in praeſenti. ante fin. conſ. 346. incip. in hac cauſa. nu. 7. Barb. 3 tract. de Card. leg. a. lat. q. 5. nu. 6. Bald. in cap. ſi. in text. alleg. uerſicul. quæro hic utrum poſt concluſionem in cauſa. Card. conſilio 72. incip. Titius nunc ſunt in 4. dubio. ubi iſtud declarat, dummodo ad eas producendum dilatio non petatur, ut ibi per eum.

b Conſultor] Adde tu, quòd iſtud eſt uerum, quòd conſultor non poteſt nouas probationes admittere: & ratio eſt, ſecundum Bal. in l. final. ff. de fer. in 7. col. quod committendo cõſultari uidentur partes renunciare probationibus. Et idem tenet Bartol. in l. in offerendis. C. de appellat. Bald. in l. j. C. de dilatio. Adde, quòd nedũ ipſe conſultor non poteſt nouas probationes admittere, imò nec ordinarius. Text. eſt ſingu. in l. ex illo. & ibi ad hoc not. Bart. C. de appella. Adde Bal. in cap. cæterùm. de reſcript. ubi dicit, quòd conſultor, cui commiſſus eſt unus articulus ad conſulendum, de partiũ uoluntate, nullum alium articulũ debet admittere. Itẽ adde, quòd talis cõſultor non poteſt cognoſcere de errore, ſi aliqua partiũ allegaret, & diceret, ſe erraſſe. Ita Bald. in c. ſi. in ult. col. de confeſ.

* Præallegato] Adde tu. 176. colũ. 3. uerſicul. Tertio eſt caſus expreſſus.

* Informis] Adde & dic in nouu. & eſt deciſio. 1. titul. de teſti. incip. ſi poſt concluſionem. nu. 3. & 4. & nu. Rom. conſilio. 176. num. 11.

tex. intelligitur, quando ante cõcluſionem non fuit datus ter
minus ad producenda inſtrumẽta. Si aũt fuit dat᷒ & elapſus,
an poſſint amplius produci? dic, ut hic per Bal. do. Ant. domi.
Car. & do. Abb. quib. nihil addo, cùm ſatis ſcripſerim alio an-
no poſt eos in c. licet cauſam. de prob. tenẽdo, ꝙ etiam re inte
gra, i. dato ꝙ ius aduerſarij ſit integrũ, nõ ualebit ꝓbatio poſt
terminũ regulariter, & limitaui plurib᷒ modis. Et ꝑ hæc ſit ex
35 pedita prima pars huius capituli. ¶ In † ſecũdo ibi, ſi cõſuetu
do illios patriæ. no. tex. meliorẽ de iure, & ſingularẽ, ſm oẽs
ꝙ conſuetudo poteſt facere probationẽ inualidã ualidam, &
iſtum tex. in hoc ſufficienter declaraui in c. 2. ĩ ſecũda cõcluſ.
poſt dom. Abb. ibi de prob. ubi uide, & inuenies per illum tex.
examinatũ, quid ecõtrà utrùm probationẽ ualidã poſſit facere
inualidã? & de iſto tex. fuit facta mẽtio ſæpe in c. 1. ſ. eo. dicẽ
do, ꝙ cõſuetudo põt diſponere ſup ſolẽnitatibus inſtrumẽtorũ
ibi enumeratis. Itẽ memini in c. 2. ſ. eo. in prima concluſiõe,
uer. fallit quintò tangẽdo de cõſuetudine, quæ dat fidẽ libris
mercatorem. Et repetere habita in dictis locis, eſſet ſolùm im
plere folium. Sed circa iſtum tex. collige quatuor declaratio
36 nes. Prima † declaratio eſt ad hoc, ut ex cõſuetudine ſcriptu
ra ſimplex habeatur pro inſtrumẽto, requiritur ꝙ ſit introdu
cta à tãto tempore, cuius initij memoria nõ exiſtat. Ad illud
moueor, licet alij nõ tãgant, quia do. Abb. no. iſtum tex. quòd
cõſuetudo poteſt eſſe reſeruata principi, nam poteſt dare ali-
cui poteſtatẽ tabellionatus, ut hic. Probatur autẽ iſta declara
tio ex tex. in c. ſuper quibuſdam. ĩ. de uerb. ſig. ubi probatur,
ꝙ cõſuetudo nõ diſponit circa reſeruata principi, niſi ſit talis,
qualẽ ſ. dixi, & ita per illum tex. no. do. Abb. ibi, & in c. quo ad
tranſlationem. in 1. col. de offic. leg. & in c. cùm à nobis. in 1.
col. de præſcri. & Doct. in locis, de quibus aliàs reprobantes
glo. in c. 1. de cler. ægro. in 6. Et per hanc declarationem ap-
paret, ꝙ nõ ſufficeret id, quod dicit Bal. in ſimili, in l. j. C. ad
Velle. & ſufficiat plures in loco datam fuiſſe fidem talibus ſcri
37 pturis. ¶ Secũda declaratio. Extra † locum, in quo uiget talis
cõſuetudo, nõ haberetur pro authẽtica ſcriptura, de qua hic,
ſecũdum Io. And. in Specu. in tit. de inſtru. edi. §. nunc dicen-
dum. in addi. mag. uerſi. ſextum eſt, temporis obſeruatio. &
Bal. hic, & Pet. in repe. c. canonum, in 27. char. uer. ſequitur
alia quæſtio. de conſti. & Bal. in l. exemplo. in 1. col. de prob.
ubi hoc limitat, niſi extra territorium uerteretur quæſtio in
ter homines loci, ubi eſt cõſuetudo. Et idem fortè dici poſſet,
ubi eſſent ciuitates cõfœderatæ, per id, quod in ſimili not. Bal.
in rub. C. co. in fi. per l. nõ dubito. in fi. ff. de capti. Et ad hanc
declarationem uide not. per Bart. in l. cunctos. C. de ſum. tri.
38 ¶ Tertia declaratio. Si † res, de qua in text. nõ fuiſſet tantæ
authoritatis & honeſtatis, ſed infamis, conſuetudo iſta non ua
luiſſet, ſecũdum Hoſt. & do. Ant. & alios hic, ex quorum dictis
infertur, ꝙ tabellio infamis nõ poteſt conficere inſtrumenta,
ſicut de teſte dicitur in l. 3. ff. de teſti. Et ita de tabellione te-
net glo. in l. j. §. miles. ff. de his, qui no. infa. quod procedit, ma-
xime, ſi eſſet tabellio principis, qui habet dignitatem, l. j. &
ibi hoc no. Bar. C. de mand. prin. & idem de notario ad ban-
chum iuris, ſecũdum Bar. in l. eadem. ff. ad leg. Iul. repe. ubi ui
de. & Cald. in iſto tit. conſil. 2. & domi. Abb. hic. ¶ Sed ta-
men in certis caſibus ualerent inſtrumenta facta ab infame.
Primus, quando eius infamia eſſet occulta, ſecundum Bald.
in l. cunctos. in lectu. in 5. oppoſi. de ſum. tri. & gloſſ. in §. pen.
in authen. de tabell. cum concord. quas ad eas dedi in cap. fra
39 ternitatis. infrà de hæret. ¶ Secundus caſus eſt, quando † in
famia non deſcendit ex delicto, ſed ex aliqua actionum
ciuilium infamantium, de quibus in §. porro. 3. quæſtio. 7.
& per gloſſ. in §. ex quibuſdam. Inſt. de pœna teme. litig. & in
l. furti. §. pen. ff. de infa. Ita declarat Bald. in l. qui depoſitum.
C. depo. quia, ſecundum Innoc. in cap. qualiter. el 2. in ult.
colum. de accuſ. minor eſt infamia ſurgens ex contractibus,
quàm ex maleficio, & ſequitur Bald. in l. in re mandata. C.
40 manda. ¶ Tertius caſus eſt, quando † eſt infamis infamia
facti, non iuris, quia creditur ſibi, licet minùs, quam ſi
non eſſet infamis, ſecundum domi. Abb. hic ſignanter per
ea, quæ ipſe dixit in cap. teſtimonium. de teſti. & in cap. ſciſci-
41 tatus. de reſcrip. ¶ Quartus caſus quando † infamis etiam ex
delicto & notorius rogatur à partibus, ut cõficiat inſtrumenta,
quia ex quo partes eum habilitant, ualebit inſtrumentũ. quia
poſſunt partes cõi cõſenſu ſibi præiudicare, ſicut teſtis inhabi
lis de conſenſu partiũ poteſt effici habilis, iuxta gl. in §. & licet
in uerbo, ſupplicij. in authen. de teſti. Ita not. Bart. in d. l. ea-
dem. & Cal. in d. conſi. & domi. Car. hic. Et intellige, niſi eſſet
priuatus propter delictum, & ſciretur, ut per Bal. in d. l. qui de
poſitum. & l. Caſſius. ff. de ſena. Item intellige, quòd con-
ſtet, quòd partes ſcienter rogauerunt eum inhabilem, ut hic
per do. Abb. qui non intelligit ſimpliciter, quòd conſtare de-
beat de rogatione: quia etiam ſine infamia, ſi de rogatione nõ
conſtat, inſtrumentum non tenet, ut dixi in c. 1. ſuprà eod. ſed
dicit, quòd conſtet, de rogatione facta de eo, tanquam inha-
42 bili. ¶ Quinta declaratio. Nedum † inter ſeculares, ſed etiã
inter eccleſiaſticos poterat operari conſuetudo: de qua hic, ſe
cundum Hoſt. domi. Card. domi. Ant. & domi. Ab. hic contra
43 quoſdam antiquos. Vnde † inferunt illi, notarium laicum poſ
ſe rogari de negotijs ſpiritualis: pro quo etiã facit. c. 1. de pro-
curat. in 6. Et quia tabellio dicitur teſtis, l. Domitius. ff. de te-
ſta. Et ita etiam not. Io. And. Bald. & domi. Anto. in c. Maſſa-
na. ſuprà de elec. & Bald. in c. decernimus. in ult. col. ſuprà de
iudi. & in c. paſtoralis. in 1. col. ſuprà eod. in proœmio Grego-
riano, & domi. Abb. in c. quia propter. ſupra de elec. & in c. ſi-
cut. in pe. col. infrà ne cle. uel mona. Et ex eo, quod dictum eſt
tabellionem eſſe teſtem, uideri poſſet, quòd ſicut laicus non
* poteſt eſſe teſtis in criminali * contra cle-
ricum, c. de cætero. ſuprà de teſtibus. ita nec
tabellio, quod tamen non concedo, tum,
quia non reperitur iure cautum: tum, quia
crimen probatur teſtibus. Ideo lex uult te-
ſtem non ſuſpectum contra clericum, ſed
per inſtrumentũ, uel acta, nõ probatur deli
ctũ, ſed refertur ꝓbatio facta. ¶ Vltimo, dũ
dixi ſuprà in prima declaratione, quòd in
caſu huius decretalis requiritur tempus,
cuius initij, &c. ſi diceretur, quòd non pote-
rat eſſe decurſum etiam tantum tempus in
uita huius regis, poſſet dici, quod iſta præ-
rogatiua erat data, non tam perſonæ, quam
regiæ maieſtati. Sed ſi inſtares, quòd text.
notat honeſtatem hominis tunc uiuentis,
oportet tollere dictam declarationem, &
dicere, quòd notata in d. c. ſuper quibuſdã.
nõ procedãt in caſu iſto. Et ideo cogitabis.

* *In criminali.*] *Adde not. in c. lator. cum ſeq. 2. q. 7. & in c. ueniens. el 3. de teſt. dicas tamen quod ſi clericus delinquit in loco ubi non erat copia clericorum & ſic à clericis ueritas haberi non poſſit poterit conuinci per laicos, ſecundũ Abb. in c. de cætero. alleg. in tex. col. 1. Alex. conſil. 64. lib. 4. col. 3. uol. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Compenſatio poteſt opponi per reum, etiam de non liquido.*
2 *Modus large loquendo poteſt ſumi pro conditione.*
3 *Verba ſententiæ ponentis aliquid ut conditionem pro modo, poſſunt ſaluari impropriando.*
4 *Onus annoxum in contractu minuit pretium rei, de qua agitur: eſt enim pretij pars.*
5 *Res tantum ualet quantum uendi poteſt.*
6 *Cautela ad probandum unitatem actus ponitur.*
7 *Pluralitas actuum non præſumitur in dubio, niſi probetur. Fallit duobus modis, ut num. 8. 9.*
10 *Probatio unius partis dubia dilucidatur, & clarificatur per confeſſionem alterius partis.*
11 *Iudex poteſt uſque ad diffinitiuam ſententiam, & poſt litem conteſtatam interrogare partes. Adde num. 12.*
13 *Iudex appellationis poteſt primam ſententiam nõ ſolum ſimpliciter, ſed expreſſe reformare.*
14 *Iudex appellationis tenetur pronunciare ſententiã iuſtam, uel iniuſtã.*
15 *Iudex appellationis ſi inueniat primam ſententiam, qualiter debeat pronunciare.*
16 *Iudex appellationis debet exprimere cauſam in ſua ſententia.*
17 *Cauſa appellationis eſt huiuſmodi, quòd non deductum, uel non probatum in prima cauſa poteſt deduci, uel probari in cauſa appellationis: & num. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25.*
26 *Appellatio ſi fiat ab interlocutoria illa iuſtificatur tantùm ex actis primò factis.*
27 *Non probatum in cauſa principali poteſt probari in cauſa appellationis, niſi id quod deducitur, fuiſſet ſcienter omiſſum, & doloſe. nu. 28. 29.*
30 *Iudex appellationis poteſt ſententiam primi iudicis pro parte infirmare, & pro parte confirmare.*
31 *Poſſeſſio non dicitur uacua, ſi alius eam detineat, poſito quòd non poſſideat: quia forte ſit in poſſeſſione cauſa rei ſeruandæ.*
32 *Et ſi tradatur res, quæ alteri debet aliquam ſeruitutem realem, adhuc dicitur poſſeſſio uacua.*

[illegible]

33 *Venditor ſi dixit rem nemini obligatam, cùm eſſet obligata, tenetur crimine falſi.*

34 *Venditor ſi habet rem, tenetur eam tradere praeciſè. & ſi venditor eſt dominus, tenetur emptorem facere dominum rei venditæ.*

35 *Teſtes duo non deſcripti in inſtrumento, poſſunt ipſum reprobare: nu. 36. 41. 42. 43. 44. 45.*

37 *Probatio poteſt fieri contra inſtrumentum in certis caſibus, licet inſtrumentum non recipiat impugnationem. 38. 39.*

40 *Simulatio ubi poteſt opponi, an etiam poſſit opponi exceptio falſitatis: & econtrà.*

46 *Inſtrumentum poteſt reprobari per teſtes deſcriptos in inſtrumento. num. 47. 48. 49.*

50 *Teſtis unus ſolus contradicens inſtrumento, an & qualiter noceat inſtrumentum.*

51 *Notarius an examinari poſſit pro ſupplenda ſolennitate inſtrumenti, quando dicta teſtium annullantur.*

52 *Compenſatio ſi non fuit oppoſita ante ſententiam, an poſſit opponi poſt ſententiam in executione.*

CAPITVLVM X.

CVM IOANNES. ¶ Falſitas inſtrumenti, uel id, quod deeſt in inſtrumento, poteſt probari per teſtes. H. D. & habet aliqua multum utilia, quorum maior pars ſecundum ſtylum domin. Abb. & Imol. expedietur cum gloſſ. ¶ In tex. ibi, compenſare. Not. ſecundum domin. Abb.
1 quòd † quando debitum eſt liquidum ex parte actoris per confeſſionem rei, admittitur compenſatio oppoſita per ipſum reum, licet debitum ſuum non ſit liquidum. Hic enim debitū ex mutuo conſtabat per confeſſionem rei, debitum uerò ipſi reo uigore uenditionis trahebatur in litigium, & tamen admittitur compenſatio. Et quamuis ad iſtum text. poſſet dici, quòd hic non eſt contentio ſuper pretio domus uenditæ, ſed ſolùm dilata traditione rei differebatur traditio pretij, l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. emp. tamen iſtud uoluit Cyn. in l. fi. * C. de compen. ſecundum domi. Abb. hic: quia ſubuenitur reo, ex quo per confeſſionem ſuam ſubleuauit actorem ab onere probandi. Vnde conceditur, quòd opponat compenſationem de non liquido, ſed liquidando. Et idem dicit gloſſ. in d. l. fin. in uerbo, conuicta eſt. & in l. nemo ex his. ff. de reg. iur. & clarè not. domi. Abb. in c. bona fides. infrà de depo. Et ibi etiam ponit alium caſum, in quo de non liquido fit compenſatio, uidelicet quando non liquidum liquidatur intra tantum tempus, quantum daretur pro ipſius executione, ſi ſuper eo emanaſſet condemnatio. Et idem not. Bart. in l. auferetur. §. qui compenſationem. ff. de compenſ. & Pet. de Anch. & Imo. in d. c. bona fides. Sed dicit Bal. in d. l. fi. quòd ſiue creditum actoris conſtet per probationes, ſiue per confeſſionem rei, in arbitrio iudicis eſt, intra quantum tempus ſit liquidandum. ¶ Item facit iſte text. ad dictum Bart. in l. in rebus. §. fi. ff. commo. & gloſſ. 2. in l. cùm Papinianus. C. de ſent. & interlo. om. iud. & Bald. in l. ſi tutores. C. de compenſ. ubi dicitur, quòd ſi quantitas, quam deducit reus in compenſatione, eſt maior quantitate, cum qua uult compenſare, licet iudex approbet compenſationem, non tamen condemnat actorem in illo pluri, quod excedit com-
2 penſationem. ¶ In † text. ibi, tali adiecta conditione, ut tu, &c. Not. primò ex iſtis uerbis, ſecundum domi. Abb. hic, quòd modus largè ſumendo poteſt appellari conditio: quia hic non interuenit uera conditio, quæ de ſui natura habet ſuſpendere effectum actus, ut plenè habetur in c. uerùm. infrà de cond. appo. & in l. 1. C. de cond. inſer. ſed propriè fuit modus, qui non ſuſpendit, ſed qualificat actum geſtum, prout erat hic: quia emptio habebat certum modum, quo non obſtante pretium ſtatim debebatur. Et ideo dicit Bald. hic, quòd modus non facit contractum conditionalem: quia conditio eſt præadiacens rei determinatæ, ita quòd ſe habent ut extrema oppoſita tempore. Item modus inducit obligationem, per quam poteſt peti modi impletio, ſed conditionis impletio peti non pôt. Et ideo dicit gloſſ. in l. ſi quis cum debitore. ff. de iureiur. quòd modus eſt obligare ualens, ſcilicet de ſe impleno, & de obligando: ſed cōditio non eſt obligare ualēs de ſe implenda, ut hic latius per Bal. ¶ Secundo not. ex eiſdem uerbis, quod etiamſi dictio Ut, * quid importet, ſequitur poſt illa uerba, adiecta conditione, tamen importat modum. Et idem not. Bald. in l. cùm res. per illum text. C. de dona. & Angel. in l. 2. per illum text. ff. de dona. & Barto. in l. quibus diebus. la 2. ff. de cond. & demonſt. Et ibi late ponit de natura huius dictionis Ut, de qua etiam per Dominic. in c. ſæpe. circa medium, L. diſt. & gloſſ. & Doctor. in c. uerùm. infrà de condit. appo. cum concor. ¶ Tertio not. ex eiſdem uerbis iuncto
3 fine ibi, conditionaliter celebratam. quòd † uerba ſententiæ ponentis abuſiue conditionem pro modo, poſſunt ſaluari etiam impropriando: quod tenuit etiam gloſſ. in l. & puto. §. Iulianus. in uerbo, communicari. ff. famil. hercis. quam ſequitur Bald. in c. contingit. ſuprà de dolo & contu. & in cap. fin. ſuprà de tranſla. præla. & idem dicit domi. Anton. in cap. cum Bertoldus. uerſic. ultimò dicunt. infrà de re iudic. & in c. cùm ad ſedem. ſuprà de reſtitut. ſpoli. facit l. ſi uno. ff. loca. & quod not. Bartol. in l. ſi olei. C. eod. & domi. Cardinal. conſil. 17.
4 cum multis alijs ſimilibus. ¶ In † textu ibi, cuius conditionis intuitu, &c. Not. ſecundum domi. Abb. & Imol. quòd ratione oneris annexi res ualet minus iuſto pretio. * Et idem probatur in l. fundi partem. ff. de contrahen. empt. not. gloſſ. & Bartol. in l. mortis cauſa capimus. §. fin. ff. de dona. cauſa mor. Et propter hoc dicit Bald. in d. l. fundi. quòd ſi prohibitus uendere frumentum pro maiori pretio, uendat cum pacto, quòd alia res ematur pro certo pretio, incurrit pœnam: quia illud onus eſt pars pretij frumenti, ut hic. Vnde dicitur ipſum uendere plus, quàm ſtatutum uelit. Et idem dixit Bald. in l. non dubium. C. de legibus & in l. ab Anaſtaſio. C. mand. & Petr. de Anch. in repe. c. 1. ſuprà de conſtit. Facit regula, cùm quid una uia. cum ibi allegatis in gloſſ. de regul. iur. in 6. ¶ In text. ibi, potuit habere, & cætera. Not. ſecundum domi. Anton. & domin.
5 Abba. & Imol. quòd † res tantum ualet, quantum uendi poteſt: quod tamen non probatur hic, ſecundum eos: quibus adde, quæ diximus in c. cùm cauſa. ſuprà de teſti. ubi hoc declaratum fuit: de quo ultra ibi dicta uide etiam Bartol. Paul. de Caſt. & Imo. in l. pretia rerum. ff. ad l. Fal. Barto. Angel. & Rom. latè in d. l. mortis cauſa capimus. & late Petr. de Ancha. in repe. clem. 1. in 2. nota. de conceſ. praben. & Albe. in prima parte ſtatu. quæſtio. 117. & Sal. in l. hac edictali. §. his illud. C. de ſecund. nupt. Bartol. & Bal. in l. fin. C. de mag. conue. & Bal. in repetit. l. data opera. C. qui accuſ. & Sal. in l. 2. C. de reſcin. uend. & Flor. latè in l. ſi ſeruum. ff. ad l. Aquil. & late Paul. de Caſt. in l. in lege Falcidia. §. corpora. ff. ad l. Fal. ¶ In text. ibi, anni uerò, uel menſis. Nota, quod non ſolùm ualet dictum teſtis dicentis ſe non recordari de die, ſed etiam, ſi dicit ſe non recordari de menſe, uel anno: de quo facit feſtum Bald. hic, & in c. cùm cauſam. ſuprà de teſtib. Et non inſiſto hic, quia ſufficienter dixi ibi poſt omnes Scribentes. ¶ In text. ibi, unica tantùm uenditio. Not. perpetuò cautelam optimam,
6 quòd † ad hoc, ut conſtet de unitate actus, fiat poſitio, quòd plura deducta fuerunt facta eodem tempore. Vnde per iſtum text. docet Specul. in tit. de teſte. §. iam de interrogatorijs. uerſicul. quid ſi unus teſtis. quod ad euitandum, ne teſtes diſcordantes concordentur per multiplicationem actuum fiat interrogatio de unitate actus & retuli in cap. cum tu. uerſicu. modò iſtis decurſis. ſuprà de teſti. Sic etiam per iſtum text. dicit Bartol. in l. 1. §. ſi quis neget. circa fin. ff. quemad. teſta. ape. quòd quando eſt diſcordia inter inſtrumentum & teſtes in eo non deſcriptos, fieri debet articulus de unitate actus. Sic etiam Barto. & Bald. in l. 2. C. de bon. poſ. ſecundum tab. latè not. iſtum text. quòd ex confeſſione aduerſarij poteſt probari unicum fuiſſe teſtamentum, etiamſi probationes uiderentur innuere de diuerſis teſtamentis. ¶ Dicunt tamen hic Innoc. domi. Anton. & Imo. quòd in caſu huius decretalis interrogatio de unitate non fuit neceſſaria: quia licet in inſtrumento diceretur domum uenditam, non negabatur, quin potuiſſet interuenire conditio: & ex quo inſtrumentum ſimpliciter loquitur, & teſtes addunt illum contractum fuiſſe conditionalem, licet non recordentur de tempore, debet præſumi, quod de eodem deponant: quia potuit eſſe contractus conditionalis, & tamen notarius non fuit rogatus

l. fin.] *Adde ibi Paul. de Caſtr. & Pet. de Suz. tenentes contrarium & Capol. cautel. 163. incip. cautela quod confeſſio.*

Dictio Vt] *Adde de hac dictione, Vt, & ut, Ange. in l. cum aliis. C. de ſecun. nupt. & ibi glo. in uer. promi.*

Pretio] *Adde Socin. conſi. 15. incip. Viſis praedictis publicis inſtrumentis uerſ. praeterea taciturnitas. cir. fin. par. 2.*

rogatus de conditione, uel per oblinionem notarius omiſit: & ideo cùm inter inſtrumentum & teſtes non ſit contrarietas ſed habeant ſe tanquam ſupplens & ſuppletum, admittenda erat probatio inſtrumento non contraria: nec erat opus præſumere multiplicitatem contractus, quæ aliàs præſumitur, ubi eſt contrarietas, ut ſtatim dicetur, ſecundum eos, cum quibus tranſit hic domi. Abb. addens, quòd ſi fuiſſet contrarietas aperta, quia inſtrumentum dixiſſet contractum purum, & teſtes conditionalem, tunc debuiſſet præſumi actus multiplicatus, ex quo non recordabantur de tempore, ne aut teſtis, aut inſtrumentum reprobentur, arg. c. cùm tu. ſuprà de teſti. ¶ Sed domi. Card. hic, & forte melius, dicit ſe omnino tenere contra prædictos: quia probatio inſtrumenti erat ſimplex & ſufficiens ad inferendum intentionem Ioannis, & probatio Petri de directo non interrupiſſet hanc probationem ſine interrogatione iudicis, de qua hic, & ſic ſuccubuiſſet per c. in præſentia. ſuprà de probat. Et ſecundum hunc intellectum text. probat expreſsè, quòd oportet probari identitatem contractus: & ſic licet non præſumatur pluralitas, l. idem Pomponius ſcribit, ſi frumentum. in fi. ff. de rei uendi. nec etiam præſumitur identitas, ſeu unitas: niſi enim confeſſus fuiſſet aduerſarius, quòd uenditio erat unita, teſtes excipientes non concludebant: & in hoc dicit iſtum text. eſſe ſingularem, & dicit ſe putare, quòd imò ad ſaluandum utramque probationem fuiſſet præſumendum de pluralitate contractuum per d. c. cùm tu. poſtea ſignanter dicit per iſtum text. quòd cùm in difficillima lite productum eſſet inſtrumentum teſtamenti, & pars aduerſa ad ipſum reprobandum produxiſſet aliquos teſtes nominatos, prout nominabantur aliqui inſcripti in teſtamēto, qui dicebant ſe non interfuiſſe, ipſe dixit, teſtamentum nō reprobari: quia non erat probatum, quòd eſſent illi ijdem deſcripti, cùm multi reperirentur, qui uocabantur eodem nomine, & per iſtum text. non præſumitur identitas. Item dicit ſe dixiſſe, quòd fuiſſet opus probari, quòd inducti ad probandū uocarentur illis uocabulis: aliàs non ſtaretur aſſertioni partis nihil inducentis, ſed ſimpliciter aſſerentis, quòd ſic uocarentur, cùm potuiſſent falſò mutare ſibi nomina, l. 1. C. de fal. nomi. muta. quod etſi non præſumatur, non tamen, quòd ſic uocentur, poteſt præſumi in præiudicium aduerſarij, & in caſu tam arduo, in quo ad reprobationem inſtrumenti tenditur, & maximè teſtamenti, quod fit cum multa ſolennitate, ſecundū ipſum, qui aliud non dicit. Et ſunt dicta ualde ſignanda, & nō

7 uſitata. ¶ Sed primò, in quantum ipſe dicit, quòd † non præſumitur pluralitas actuum, * adde Bald. latè idem tenētem per plures leges in l. 2. C. de erro. aduo. poſt Ia. But. & gloſſ. ordi. in l. eum, qui. §. in popularibus. ff. de iniur. & Bal. in l. 1. C. quando prouo. non eſt nec. & in l. neque natales. uerſic. circa hoc tamen. C. de proba. & domi. Anton. in c. in præſentia. ſuprà de proba. per illum tex. in uerſic. uerùm cùm conſtet bis. & Bald. in l. conuenticulam. C. de epiſ. & cle. & Imol. & Ro. pulchrè in l. ſcire debemus. in fin. prin. ff. de uerb. obl. & Iac. But. in l. optimam. C.

8 de contrah. ſtip. ¶ Fallit † primò niſi actus appareat factus ſub duplici forma: quia præſumitur fuiſſe iteratus, ſecundum Bald. hic per iſtum text. in uer. ad hoc autem. & iſte text. non habet comparem iure, ſecundum ipſum: & ad hoc non aduertit domi. Cardinal. qui licet ſapienter notet iſtum text. quòd non præſumitur unitas contractus, niſi probetur, non tamen not. quòd præſumitur pluralitas, ubi apparet de duplici actu per iſtum text. conſiderando, quid ſi interrogatio non fuiſſet facta. Et pro hac fallentia facit, quod not. Bald. & Ang. in d. l. ſcire debemus. ubi dicunt contra Barto. quòd ſi petij quinquaginta, tanquam mihi promiſſa, & probaui centum fuiſſe promiſſa, non obtinebo: quia de diuerſitate & pluralitate ſtipulationum conſtat ex diuerſitate ſummarum, ut per Barto. & Bald. in d. l. 2. C. de bo. poſ. Vnde debet actor facere poſitionem, quòd non interuenit duplex ſtipulatio, ut docet iſte text. Facit etiam pro prædictis, quod not. Bart. in l. edita. C. de eden. ubi dicit, egi contra te dicens, quòd tu promiſiſti mihi purè, & probo ſub conditione quæ extitit, uel ſub die quæ præterijt, an ſit probatus libellus? & dicit, quòd non; quia non conſtat, quòd ſit idem actus: & allegat iſtum text. licet in hoc aliud dixerit Ang. conſ. 20. inci. Viſo libello. Et aduerte: quia contra hunc text. poteſt ſubtiliter opponi, quòd rō Papæ non concludat: quia poſſibile eſt quòd fuiſſet unica uēditio, & tamen ex interuallo poſt, uel ante ipſam fuiſſet appoſita conditio. Sed respondet hic Bal. quòd teſtes probauerunt, quòd interfuerunt eidem contractui, & poſtea conſtat unicum fuiſſe contractum: ergo in contractu fuit appoſita con

9 dictio. ¶ Fallit † ſecundo, quod eſt dictum non præſumi in dubio pluralitatem actuum, niſi ageretur de concordandis dictis teſtium contrarijs, per c. cùm tu. ſuprà de teſti. qui tex. ſecundum domi. Card. ibi in prin. & ante fin. ponit caſum ſingularem, in quo præſumitur pluralitas actuum: & hoc, quia ita ſuffragantur atque ſuadent coniecturæ ſtantibus dictis contrarijs teſtium, qui non præſumuntur falſum dicere. Vnde una præſumptio tollit aliam. Et illum modum ſaluandi teſtes declara ſecundum ibi dicta, quibus adde Bald. in l. in exercēdis. uerſicul. adde in iſta materia. C. de fide inſtru. ubi dicit, quod per diſtinctionem temporum, uel locorum in actu iterabili ſaluantur probatiōnes, niſi per confeſſionem partium, uel teſtium conſtet de unico actu, nam tunc interdum facit probationem concludentem trahendo dictum ad dictum, ut in iſto text. interdum facit eam contrariantem, ut in teſtibus Suſannæ, ſecundum ipſum. ¶ Secundo in quantum domi. Card. hic dicit, quod oportet probare, quòd teſtes, qui ſic uocantur, prout deſcripti in inſtrumento, ſunt illi, qui ſunt deſcripti, adde optimè, quod no. Bartol. in l. 3. C. ſi unus ex plu. ubi dixit, ſe docuiſſe aliàs unam practicam: quòd ſi producitur inſtrumentum, ſuper quo iam fuit facta condemnatio, ego poſſum tibi facere articulum, quòd inſtrumentū illud de quo fit mentio in ſentētia. & id inſtrumentum, quod hodie producit, eſt unum & idem: & idem de confinibus, ut ibi per eū. Vnde docet ipſe Bar. aliam cautelam in l. demōſtratio. in pe. col. ff. de cond. & demon. & in l. inter ſtipulantem. §. ſi Stichū. de uer. oblig. & in l. diuus. circa prin. ff. de cuſto. reo. & Ang. in l. ſi. C. de ſen. quæ ſine cer. quā. & Bal. in c. 1. de feu. ſine cul. non amit. et Bald. et Ang. in l. hac conſultiſſima. C. qui teſta. fac. poſ. et Ange. et Imo. in l. nominatim. ff. de lib. et poſthu. quòd quando captus eſt Titius bannitus, debet ante omnia iudex facere, quòd confiteatur ſe eſſe illum Titium, de quo loquitur bannum *. ¶ Sed dictum do. Card. hic et prædicta procedunt, quando conſtat plures eſſe eiuſdem nominis: ſecus, ſi non conſtat, ſecundum Bald. in ſuo breui conſilio inc. cum apparet de condēnatione Petri. ubi dicit, quòd ſi apparet de cōdemnatione Petri Gulielmi de tali loco, quamuis non ſit articulatum de corporis unitate, ſi non conſtat plures eſſe eiuſdem nominis, non præſumitur pluralitas, aliàs ſemper ſequeretur, ſententiam tanquam obſcuram non ualere, quod eſt ridiculum, et ubi eſt nominis conformitas, præſumitur corporis idētitas, ſecundum ipſum, per l. qui habebat. ff. de manu. teſt. et dicit, quòd Bar. in dictis locis loquitur de cautela, et ſi aliter intellexiſſet, malè conſideraſſet, ſecundum eum, et ita in caſu do. Car. hic, ubi non eſſent alij eorundem nominum, non requireretur alia probatio. Quòd autem non ſtetur ſimplici dicto producentis, quòd teſtes illis nominibus uocentur, niſi aliter cōſtet, credo eſſe uerum, et bene notandum.

10 ¶ In † tex. ibi, in iure confeſſa. Not. ſecundum do. Abb. quòd probatio unius partis dubia clarificatur et certificatur ex confeſſione alterius partis, ex quo ſumit ipſe limitationem ad dictum Inn. in c. cum contingat. ī. de of. deleg. ubi dicit, quòd dicta teſtium obſcura non reuelātur per confeſſionem, ſeu articulum per partem formatum, debet. n. intelligi in confeſſione propria, quæ nō procedit cōtinenti, 13. q. 1. in prin. et probatur clarè dictū Inn. in c. in

Actuum] *Ad de Socin. conſ. 24. inc. viſis diligenter verſ. tertio principaliter par. 1. ubi, quod licet non fiat præſumptio pluralitatis factorū tamen ratione diuerſitatis actuum per ſonarum locorum, & temporum diuerſitas factorum præſumitur ad quā materiā adde quæ habentur per Bal. in conſil. incip. cum appareat & Paul. de Caſtr. conſ. 35. Alex. in l. Diuus. de cuſt. reor. & in l. ſi in rem. de rei uendica. & in l. is qui reus. de pub. iudic. & in conſil. 19. par. 1.*

Bannum] *Adde, Quidam commiſit homicidium, & ſe abſentat quo caſu iuxta formā ſtatutorum eſt bānitus, poſt aliquod tempus capitur, & iudici præſentatur quæritur an iudex poterit exequi ſententiam contra illum ſine alio requiſito, & dic quod non. Sed debet formare proceſſum declaratorium. Viſo & reperto quod ille uere ſit ille bannitus, alias teneretur in ſindicatu. Aret. in tract. maleſic. in uer. Caium Sempronij. in pri. ubi ponit practicā formandi proceſſum ſuper banniti recognitione, & Nel. in trac. ban. in ſecunda q. 2. temp. q. 34.*

in præſentia. ſuprà de prob. ſecus in confeſſione alterius partis, quæ ualet contra eam, ut hic, per quam dicta teſtium alterius partis poſſunt declarari. Etiam ponit domi. Abb. in c. cauſa. ſuprà de teſti. & ibi late inſteti in §. conclu. Ideo tranſeo. ¶ Et ex hoc, & ex tex. not. quòd ubi ad probandum unum totum, uel quid certum, inducuntur teſtes, non eſt neceſſe, quòd deponant ſuper toto, ſed ſatis eſt, quòd ex dictis omnium teſtium & partium confeſſione eliciatur id, quod erat neceſſariò probandum, ut hic not. probatur ſecundum do. Abb. cui in hoc adde, quæ dixi latè in c. cùm cauſam. ſuprà de prob. ¶ In text. ibi,
11 quoties aliquid dubitationis occurrit. Nota † accuratè, ſecundum omnes, tex. qui quotidie allegatur, quòd iudex potes uſque ad ſententiam, & ſic poſt concluſionem in cauſa, partes interrogare ad clarificanda dubia circa merita cauſæ, etiamſi procedat ad utilitatem priuatam, quod tamen limitat hic ſolenniter Ium. in quadam additione, dum modò interroget circa dubia eorum, quæ acta ſunt ante concluſionem, de alijs uerò quærere non poſſet, licet alij contrà, ſecundum eum. Et dicit hic do. Card. quòd hoc dictum eſt ignotum, & quòd ſæpe uidit etiam inter eos, qui reputabantur in iure peritiſſimi, hoc ignorari, & non eſt alibi, & eſt ſignandum ſingulariter, ſecundum ipſum, & cum hoc dicto Inn. concordat Spec. in tit. de poſit. §. 4. uer. ſed ſi ante. & Bal. in l. per hanc. circa prin. C. de temp. appe. & Pet. de Anch. dicens ſe ita conſuluiſſe in c. 1. in 1. col. de confeſ. in * 6. & Ro. in l. 4. §. hoc autem iudicium. * in ult. col. ff. de dam. infec. & ſentit Domi. in c. 2. in ult. col. de reſti. in integ. lib. 6. & Spe. in ti. de teſte. §. ſatis utiliter. uerſic. quid ergo ſi peto. Et ita conſuluit domi. Car. cõſi. 73. inci. Titius, nunc ſuit. ad idem allegans gloſ. mag. circa medium, in §. illud. in auth. de teſti. quæ dicit, iudicem poſſe interrogare, non ut addat, ſed ut rationem dictorum habeat. Et iſta intelliguntur in iudicijs ordinarijs, quoniã in ſummarijs iudex interrogat quandocunque etiã ad partis inſtantiam ſecundũ gl. no. in cle. ſæpe. in uerbo. interrogabit. de uer. ſig. & facit text. ibi per locum a ſpeciali, & not. Ro. in l. admonendi. ff. de iureiuran. & Domi. in c. 1. in pen. col. de confeſ. in 6. & in c. 2. in ult. col. de reſtit. in integ. eod. lib. & Imo. in l. hactenus. §. fi. ff. de aqua plu. arc. & do. Ab. ſuprà c. prox. & hic. ¶ Sed etiam in plenarijs dicunt hic Io. An. do. Ab. & do. Ant. in c. 1. ē. de iudi. & ibi Imol. & do. Anton. & Imo. in c. cùm cau-
12 ſam. ē. de iura. cal. & Ro. in d. l. admonendi. quòd † etiam ad fundandam nouam intẽtionem poteſt iudex interrogare poſt concluſionem in cauſa. per d. l. ubicunque cum ſi. & facit optimè c. paſtoralis. ſuprà de cauſa poſ. & propri. & quòd dixi ſuprà c. proxi. in prima limitatione, ſ. quòd iudici non concluditur ſed partibus tantùm. Et iſta pars eſt æquior, ſecundum Imo. hic: ſed propter authoritatem Inno. hic, & gloſ. in d. §. illud. prima opinio eſſet in practica ſuſtentabilior, quàm confirma, ut per Ro. in d. §. hoc autem iudicium. Et in materia uide do. Car. in c. ad petitionem. infrà de accuſ. ubi dicit, ſecundum quòd refert ibi Ana. quòd ipſe obtinuit in quadam cauſa uſuraria, ut ſtaretur probationibus factis poſt concluſionem in cauſa: quia concluſio intelligitur facta, quo ad partes, non quo ad iudicem: & dicit, quòd concluſio eſt quædam interlocutoria, quæ poteſt per iudicem reuocari tacitè & expreſſe: & ideo dicit, quòd etiam in alia materia, in qua non exuberat officium iudicis, ſi poſt concluſionem in cauſa recipiantur probationes, intelligitur receſſum à cõcluſione, & ualent probationes, niſi appelletur ſecundum ipſum, qui hæc eadem poſuit conſil. 15. incip. in cauſa Amareti. ex quibus prædicta confirmantur. ¶ In text. ibi, pronunciauimus uenditionem. Not. ſecundum
13 do. Ant. & Abb. & Imo. quòd † iudex appellationis poteſt pronunciare non ſolum ſimpliciter dicendo bene, uel malè appellatum, ut l. eos. C. de ap. ſed etiam poteſt primam ſententiam reformare declarãdo melius iura partiũ: & hoc, quando ex nouiter deductis in cauſa appellationis apparet primã ſententiam mutandã, ſecundũ Imol. hic, & Bal. in d. l. eos. Ex iſtũ text. not. etiã Imo. in c. in præſentia in 2. not. ē. de renun. & do. Abb. in c. cùm inter. in ult. col. ē. de cõſue. Idem Bal. in c. fraternitatis. ē. de teſtibus allegando c. Raynaldus. ē. de teſta. ubi idẽ tenet domi. Anto. Sed dic, quòd poteſt etiam condemnare, uel abſoluere ex primis actis, ut concludit gloſ. in l. in ſumma. ff. de re iud. & probatur in l. cùm apud. ff. de iudi. ſol. & in l. creditor. §. 1. ff. de ſolu. & in c. Raynutius. ē. de teſta. per quẽ text. ita dicit ibi domi. Abb. latè, & allegat etiã c. cùm cauſam. infrà de re iudic. addens, quòd iudex appellationis poteſt reformare ſententiam, ubi perpendit eam de iure reformandam, etiamſi non allegaretur per partem. Et idem ſentit hic domi. Abb. in fi. Et ſunt hæc notanda ad intellectum d. l. eos. in uerbo, tantum. quod non excludit ea, quæ ſunt de natura ſententiæ, ut eſt condemnatio, uel abſolutio, ut dixi in c. contingit.
14 ſuper uerbo, tantummodo. ſuprà eod. ¶ Quòd † autem dictũ eſt ſufficere regulariter pronunciare appellationem eſſe iuſtam, uel iniuſtam, habet locum, etiamſi præceſſerit abſolutoria & iniuſta: quia ſufficeret dicere bene appellatum, per d. l. eos. in prin. in uerbo, omni cauſa. & ibi glo. Cy. Bartol. & Bald. & Imol. in d. l. in ſumma. & in l. ex conſenſu. §. 1. ff. de appell. quamuis gloſ. reputata ſingularis dicat contrarium in l. Offidius. in uerbo, appellare. ff. de leg. 3. quam ſequitur Bart. in l. cùm apud. in princ. ff. iud. ſol. & in l. 1. §. libelli. in ult. col. ff. de appel. & Io. And. in Specul. de ſentent. §. 1. uerſicul. in iudice. ubi etiam per Specul. in uerſicul. ſed pone, ecce. & idem tenet domin. Anton. in c. cùm cauſam infrà de re iudic. Sed domi. Abb. ibi eleganter tenet primam opin. per d. l. eos. & per rationes ibi allegatas per Bart. Et ad d. l. cùm apud. & d. c. cùm cauſam. reſpondetur, quòd licet dicant iudicem appellationis poſſe condẽnare, non dicunt, quòd nõ ſit æquipollens pronũciare iuſtè appellatũ: rectiùs tñ facit iudex addendo uerbũ Cõdemno, & maximè, ubi ueniret pro parte condemnandus, & pro parte abſoluendus, tunc enim ſpecificare debet iudex, ut ſua
15 ſententia ſit iuxta, ut per d. c. Raynutius. ¶ Quid † autem, ſi iudex appellationis inueniat primam ſententiam nullam, qualiter debeat pronunciare, uide per glo. & Doc. in l. 1. C. quando prouo. & pleniùs Bar. in l. ſi expreſſim ff. de appell. & Ioan. An. in d. §. ut aũt. et Imo. in d. l. ex cõſenſu. §. 1. Et iſtis adde, quòd ſi ille, pro quo eſt lata ſñia, appellat, poteſt iudex appellationis pronunciare, ſi ei uidebitur malè appellatũ et bene iudicatum in præiudicium appellantis, ut eſt tex. in l. Titiæ amicæ. ff. de aur. et argen. leg. de quo facit feſtum Bald. in l. præſens. C. de ſen. et bene faciunt no. per Bald. in l. j. C. de erro. aduoc.
16 ¶ In † tex. ibi, cùm huius exceptio. Not. ſecundum dom. Ant. quòd quando in cauſa appellationis fertur ſententia, in ea eſt primenda cauſa, et ita per iſtum text. tenet gloſſ. in c. ſicut. infrà de re iud. et ibi Bald. dom. Anto. et alij, et Dom. in c. in tantum. 21. diſt. et Imol. in clem. ſæpe. de uerb. ſign. et Spec. in tit. de ſen. §. qualiter. uer. uerum. et eo. tit. §. ut autem. uerſi. ſed pone, ego oppoſui. et idem probatur in c. cùm Bertoldus. circa fi. infrà de re iud. et in d. c. Raynaldus. Et hoc propter honorem primi iudicis conſeruandum, ut hic, et in c. cùm olim. el 2. in fi. infrà de priuil. ſecundum prædictos. Illud tamen fit ad cautelam, ſecundum Imo. hic, et do. Abb. in c. ſicut. infrà de re iudi. quæ cautela non uidetur neceſſaria, quando uel prima ſententia confirmatur, uel ex primis actis infirmatur, cùm tunc ceſſat ratio de honore iudicis, ut expreſsè declarat domi. Card. in
17 d. c. ſicut. in 1. col. uerſic. ut concludas. ¶ In † tex. ibi, nec probata fuerit, nec obiecta. No. quòd coram iudice appellationis poteſt deduci et probari, quod non fuit deductum, neque probatum in cauſa principali. Et ad hanc regulam quotidie allegatur tex. hic, et in l. per hanc. C. de temp. appell. et in l. Scio. ff. de appell. et in c. fraternitatis. ſuprà de teſti. Et ideo dicit Bald. ibi, quod ſi in prima cauſa recepti ſunt teſtes et reprobati, quia infames, in cauſa appellationis poterit probari, quòd fuerunt famæ reſtituti. Item, ſi in cauſa principali non fuit probata exiſtentia conditionis, poterit ſuppleri in cauſa appellationis, ut hic. Itẽ ſi in prima cauſa nõ fuit probatũ mandatum ſufficiens, poterit probari in cauſa appellationis, ut dicit eſſe caſum, l. Titianus. ff. quod cũ eo. Et dicit breuiter cõcludendũ, quòd omne faciens ad cauſam omiſſum examinari põt in cauſa appellationis ſuppleri, ſuper ueteribus autem actis teſtes non producuntur, ſi præceſſerit publicatio in principali, ut ibi per eum ponentem de eo qui in prima cauſa dixit rem ad ſe pertinere iure dominij, quod intelligitur de naturali, l. 1. ff. ſi ager uectig. uel emphy. pet. & in appellatione allegauit præſcriptionem, per quam non inducitur dominium naturale, ſed ciuile, & dicit, quòd poteſt, allegando gloſſ. quam dicit ualde nota. in d. l. per hanc. quia præſcriptio non minus operatur, quàm ueritas, ut ſing. not. in l. 1. C. de ſerui. & aqua. ſecundum ipſum ponentem etiam quædam alia, de quibus ibi latiùs per eum. ¶ Amplia primo illa regulam, non deductum,
18 &c. ut † procedat nedũ in appellante, ſed etiã in appellato,

ſecu-

* *Iudicium] Ad de Alex. ibi & glo. in l. ubicunque ff. de inter. act. & Lã fran. in clem. Sæpe. § uer. interrogabit. de uerb. ſignificat.*

365.] *Adde* * *quod eſt deciſ. 414. & eſt. 59. ſub ti. de appel. in non.*

ſecundum Rot. in formis deciſ. 365. * incip. ſi à diffinitiua. & ſequitur hic domin.
Anto. Imol. & do. Abb. & etiam do. Abb. in
c. ſignificauerunt infra de excep. quia cùm
per appellationem ſententia ſuſpendatur,
c. uenientes. ℸ. de iureiuran. ipſe, qui non appellauit, conſequitur cômodum ex facto partis, iuxta l. petendæ. C. de temp.
in integ. reſt. pet. & facit d. l. per hanc. in uerb. tam appellatori
quam parti aduerſæ. & in l. amplioꝛem. in princ. C. de appell.
ubi eſt caſus: & idem no. Arch. Io. de Fantu. & Domi. in §. biduum. uer. quandoque. 2. q. 6. & Ioan. An. & Spec. in tit. de ap
pell. §. 1. uerſ. ſed pone. dicentes, appellatum poſſe uti nouis
probationibus: quod eſt clarum per dictas leges. Sed fortius
dicunt do. de Rota in d. deci. quòd poteſt inſtare, ut reformetur ſententia in aliquibus ſibi iniuſte nocentibus, uel omiſſis,
à quibus dato quòd non appellauerit, tamen propter generalem appellationem aduerſarij impeditus fuit tranſitus in rem
iudicatam, ut ibi per eos multum ſingulariter loquentes: & ad
duci poteſt gloſſ. 1. in §. ſi uerò neutrum. in authen. de his, qui
ingred. ad appell. quæ dicit, quòd uictor poteſt petere aliqua
alia plura in cauſa appellationis, dummodo ſint acceſſoria
19 principalis. Quod not. ¶ Hanc † ampliationem reſtringo
primò, niſi appellans renunciaſſet appellationi ante quàm incipiat eam proſequi, cùm ſibi liceat renunciare, c. ſi quis libel
los. 2. q. 6. Ita no. Io. An. in d. uerſi. ſed pone. & Domi. in d. §.
quandoq; ſentientes, quòd ſi cœpit proſequi appellationem,
nequeat renunciare in præiudicium appellati: quod confirmari poteſt ex dicto Specul. in tit. de dilat. §. uidendum. uer.
quid ſi reus petita. & Bald. in d. l. petendæ. in ult. col. & in l.
poſtquam liti. in ult. col. de pac. & in l. amiciſſimos. §. Lucius. ff.
de excuſ. tu. cum ſi. In quibus dicitur acceptantem dilationem
non poſſe ei renunciare in præiudicium aduerſarij, cui eſt
20 quæſitum ius beneficio d. l. petendæ. ¶ Secundo † reſtringe
dictam ampliationem, niſi eſſet ſententia continens duos articulos, unum cõdemnatorium, & alium abſolutorium: & condemnatus non appellet, niſi ab articulo condemnatorio: nam
tunc appellatus non poteſt petere reuocationem illius abſolutionis: quia ex quo non appellauit, ſententia reſpectu illius
articuli tranſiuit in rem iudicatam, c. quo ad conſultationem
infrà de re iud. Et d. l. ampliorem. intelligitur, quando ſimpliciter appellauit à ſententia. Ita dicit ad literam Domi. in d. §.
quandoq; pro quo facit optime ſequens reſtrictio, parum dif-
21 ferens ab illa. ¶ Tertiò reſtringe, niſi † appellans reſtrinxiſſet
ſe in appellando ad ea, quæ faciunt contra ſe tantùm, ut hic
pulchre per Imol. & do. Abb. & Bald. in concluſ. Spec. in tit. de
appel. Ex quibus datur practica, ut dicatur, Appello in parte
& partibus contra me faciente & facientibus: propter quod
tollitur appellato remedium appellationis ceſſante ſuſpenſione ſententiæ in facientibus contra ipſum, ſecundum domi.
Abb. hic, & Imol. in c. ex parte S. ℸ. de reſcript. & in c. Rainutius infrà de teſta. licet contra illam cautelam ſit alia, ut idem
dicat appellatus, ut hic per do. Abb. ¶ Amplia ſecundo dictã
22 regulam, non deductum, &c. ut † habeat locum etiam coram
iudice recurſus, qui habet reuidere arbitramentum, tanquã
boni uiri, ſecundum Feder. plenè conſ. 286. incip. Petrus rector eccleſiæ. in pen. & ult. col. & do. Anton. in c. Quintauallis.
uerſic. uenio ad ſextum. & ibi Imo. in 33. chart. in co. uer. de iu
23 reiur. ¶ Hanc ampliationem reſtringe primo, niſi † ageretur
de probando dolo arbitratoris: quia non probabitur ex nouit
actis, ut per Bar. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſoc. &
do. Anton. & Imol. in d. c. Quintauallis. niſi factu arbitratoris
occurriſſet, quòd non fierent probationes: quia illæ poterunt
modo fieri ad probandum eius dolum, ſecundum ipſos: pro
quibus facit, quòd ſolenniter no. Arch. Io. And. & Domi. in c.
uenerabilibus. §. ſecus. de ſent. excõ. in 6. limitantes. cle. appel.
de app. ut non pcedat in probationibus prius non adductis ex
facto iudicis, ſicut in ſimili dicit glo. in c. ex conqueſtione ſuprà de reſt. ſpol. Exceptionem dilatoriam poſſe opponi poſt
litem cont. quando facto iudicis, uel partis fuit quis impeditus ante. Et ſimiliter no. domi. Anto. in c. cum literis. per illum
tex. ℸ. de teſt. quòd poſt terminum fieri poteſt probatio nõ ad
miſſa iniuſtè per iudicem in termino. Et hæc not. ¶ Secundo
24 reſtringe, niſi † pars ſcienter & doloſe omiſiſſet producere
probationẽ corã arbitratore: quia nõ deducet corã iudice recurſu, ſic in Bar. in d. §. ſi ſocietatẽ. & do. Ant. in d. c. Quintaual
lis. & Fed. in d. cõſ. Ubi ſecus dicit, ſi ex quadã negligentia, uel eo
ſimplicitate omiſiſſet. Et huic reſtrictioni adde, quod ſtatim
dicetur in ſecunda limi. ad regulam. ¶ Amplia tertiò dictam
regulam ex eo, quod ſcribit Bart. in l. inuitus. in ult. col. C. de
25 proc. dum dicit, quòd † licet ſtatutũ, uel ius commune dictet,
quòd in cauſa nullitatis, uel appellationis non debent recipi
nouæ probationes, tamen debent recipi ſi emergant de nouo
quia cùm non potuerint claudi in præcedenti iudicio, ne fruſtra oriantur, poſſunt de nouo allegari: arg. l. ſi fiſſo. ff. de condic. ſine cau. Ita dicit conſuluiſſe Dyn. & eſſe dictum ualde
notandum. ¶ Amplia quarto, ut procedat, etiam ſi ſit dictum
de nullitate ſententiæ: quia poteſt non deductum deduci, ſecundum Bald. in l. 1. in antepe. col. C. quando prouo. non eſt
neceſ. ¶ Modo dictam regulam, non deductum, &c. limita
26 primo, niſi † ſit appellatum ab interlocutoria: quia illa iuſtificatur ſolum ex actis primo factis, clem. appellanti. de appel.
Et dicit Bald. in l. eos. §. ſi quid autem. ad fi. C. de app. quòd appellatio ab interlocutoria, etſi aliquando eſt tolerabilis, ſemp
tamen eſt odioſa, quia derogat ordinariæ iuriſdictionis: ſed
appellatio à diffinitiua eſt magis fauorabilis: ideo magis adiuuanda per quaſcunque probationes. Et iſtam dicit eſſe rationem d. cle. appellãti. Item appellatio ab interlocutoria trahit
oculos retro deducens iudicis, ut traditur in c. ut debitus. ℸ.
de ap. Sed appellatio à diffinitiua habet oculos in ſupremum
finem, ut ibi per ipſum. ¶ Hanc limitationem intellige, niſi
ipſe iudex impediuiſſet uolentem probare, ut per Dom. in. in
d. §. ſecus. Item intellige, ut per Bald. in l. generaliter. §. 1. in
pen. col. C. de reb. credi. niſi grauamen illatum ab interlocutoria diſcutiatur cum appellatione à diffinitiua, per illum
text. quem dicit procedere in terris imperij: ſed in terris eccleſiæ adhuc tenet illud, quod eſt dictum per d. cle. appellãti.
¶ Secundo limita dictam regulam, non deductum, &c. niſi
27 † id, quod deducitur, fuiſſet ſcienter & doloſè omiſſum in cau
ſa principali: quia non deducitur in appellatione, ſecundum
glo. maiorem circa med. & ibi do. Anto. in c. ad audientiam. el
2. ℸ. de reſcrip. & gloſ. & do. Ant. in c. inter monaſterium. ℸ. de
re iud. & do. Anto. & do. Abb. in c. exceptionem. ℸ. de excep. &
domi. Abba. in c. 1. eod. tit. & Ro. in l. admonendi. ff. de iureiur.
& domi. Ant. in d. c. Quintauallis. & facit glo. fin. in c. paſtoralis. ℸ. de excep. ¶ Sed contrarium tenet Imo. in d. c. ad audien
28 tiam. & in d. c. Quintauallis. quia † regula huius text. & alioꝛum ſimpliciter loquitur, & quantũ ad hoc, non reperitur per
alia iura declarata, poterit tamen talis condemnari in expẽſis
iuxta c. exceptionẽ. ℸ. de except. & iſtud eſt fortè uerius. ¶ Sed
29 poſito, quòd † iſta limitatio eſſet uera, procedit, ubi de dolo
conſtat: ſecus, ſi ex negligentia, uel ſimplicitate probationes
eſſent omiſſæ, ſecundum Fede. in d. conſi. & do. Ant. & Imo. in
d. c. Quintauallis. licet aliud ſentiat Rom. in d. l. admonendi.
Item non procedit in prælato omittente probationes doloſè,
ſecundum eoſdem ſentientes per hoc non eſſe ueram gloſſ.
in regula, delictum lib. 6. quòd in iudicialibus illa regula
non procedat. Et contra illam gloſſ. ſentit etiam gloſſ.
quam ad hoc ibi not. domin. Abb. in capitul. cum uenerabilis.
infrà de except. dixi aliquid ſuprà eod. accepimus. Tertiò
limita dictam regulam, ut non procedat in exceptionibus dilatorijs, per text. in l. ita demum. C. de procu. ubi exceptio
dilatoria, quæ non fuit oppoſita in cauſa principali, non poteſt opponi in cauſa appellationis, & non eſt alibi, ſecundum
Bald. ibi, & rationem ponit ibi Bald. quia appellatio non
reſtituit ad eum caſum, in quo cauſa erat ante litem conteſt. ſed ad eum, in quo erat poſt litem conteſt. ut ibi. Hoc
tamen limitabat domi. Anton. in capitul. paſtoralis. infrà de
exceptio. non habere locum in termino præfixo ab homine, id eſt, à iudice ſtatuente terminum ad opponendas dilatorias: nam ſi non oppoſuit pars in cauſa principali, poteſt proponere in cauſa appellationis, per d. l. per hanc.
ſed in termino legali procedit, d. l. ita demum. Sed domin.
Abb. ibi in ultim. colum. tenet contrarium, & melius: quia terminus hominis ſuccedit loco termini legalis. & allegata
per domin. Anton loquuntur in exceptionibus peremptorijs. Et per hoc facit, quia dato, quòd iſte non ſit excluſus
rigore termini præfixi à iudice, ſaltem erit excluſus propter
litis conteſtationem factam in cauſa principali, per d. l. ita
demum. Item facit l. Celſus. ff. de arbit. Crederem tamen,
quòd his caſibus, quibus dilatoria poſſet opponi poſt litem
conteſt. de quibus in d. cap. paſtoralis. eiſdem poſſet in cauſa
30 appellationis. ¶ In † text. ibi, infirmantes. Not. ſecundum
Imol

Imo. et domi. Abb. quòd iudex poteſt ſententiam primi iudicis pro parte infirmare, & pro parte confirmare. Idem probatur in c. Rainutius. & c. Raynaldus. ǰ. de teſta. & in l. Carmelia Pia. ff. de iure pa. & in l. quædam mulier. ff. fami. herci. dummodo ſententia habeat plura capitula ſeparata: ſecus, ſi connexa, iuxta l. ordinariam in l. hoc iudicio. ff. fa. her. & in c. cum tempore. ǰ. de arbit. & in c. placet. ǰ. de conuerſ. coniug. & Barto. in l. ſi. ff. de iur. om. iudi. facit in materia tex. & gloſſ. in l. etiam. §. ex cauſa. ff. de min. & in §. ſi quis ex pluribus. 2. q. 6. & latè per Bald. in l. 2. C. de re iud. & domi. Anto. poſt Innoc. in c. dilecti. el 2. ǰ. de appel. & Bald. in c. breui. uerſi. quid ſi in ſententia. ǰ. de iureiur. Et quomodo cognoſcatur, quòd ſententia, uel actus contineat unum, uel plura capitula connexa, uel ſeparata, declarat Barto. in l. Aurelius. §. idem quæſiji. ff. de lib. lega. & gloſſ. in d. l. etiam. §. ex cauſa. & Bal. in l. ampliorem in prin. uerſic. quæro, quæ dicantur. C. de appel. & in l. 2.
31 uerſi. ſed hic dubitatur. C. de re iudic. ¶ In † gloſſ. 2. ibi, quod fieri debuit. Et dicit hic Imo. quod poſſeſſio non diceret uacua, ſi alius detineat eam, dato quòd non * poſſideat: * quia fortè ſit in poſſeſſione cauſa rei ſeruandæ, per l. 2. §. 1. alleg. in glo. & idem domi. Anto. & domi. Abb. hic quibus adde Bart. in l. ratio. §. 4. ff. de act. emp. ubi dicit, quòd ſi promittens reſtituere quoddam caſtrum uult poſtea ibi erigere fortilicium, etiam tanquam ſimplex detentator non poteſt: & dicit eſſe expreſſum in c. Piſanis. ſuprà de reſti. ſpo. & idem latè Ange. in l. in conuentionalibus. §. ſi quis uacuam. ff. de uerb. oblig. Et per hoc de fortilicio intulit generaliter Bald. in l. ſi C. de pac. inter emp. & uend. quòd non ſufficit rem plenè tradere, ſed tutè. Vnde dicit, quòd qui in uenditione reſeruat ſibi certum locum, non poteſt in eo facere fortilicium prædominans loco
32 uendito. ¶ Subdit † etiam Imo. hic, quòd ſi tradatur res, quæ alteri debet aliquam ſeruitutem realem, adhuc dicitur poſſeſſio uacua. Allegat Iac. Buti. & Bar. in l. Mæuius. §. fundum. de leg. 3. & quæ habentur per Bar. in d. l. 2. §. 1. alleg. in gloſſ. iuncta l. quod ad ſeruitutes. ff. de euic. Sed non dicetur libera poſſeſſio, & ideo practici notarij apponunt in inſtrumento, quòd uenditor promittit dare rem uacuam liberam & expeditam: alias non committeretur ſtipulatio de euictione, ſi alius euinceret ſeruitutem, ſecundum ipſum.

* *Poſſideat] Ad. de Capol. in tract. de ſeruit. urb. præd. c. 12. inc. circa iſtas ſeruitutes, & in trac. de ſeruit. ruſt. præd. c. j. incip. uer eſt ius, nu. 19.*

33 ¶ Et † iſtis adde, quòd ſi uenditor a dixit rem nemini obligatam, cùm eſſet obligata, tenetur crimine falſi, ſecundum Bar. in l. qui duobus. & expreſſius in l. ſi à debitore. ff. de fal. & ibi limitat, niſi uenditor luat, id eſt, ſatisfaciat, ante ſententiam: quia tunc fidem implet: & ſequitur Bald. hic allegando l. 1. C. de dol. ¶ Et adde, quod ſi quis promiſit plenam poſſeſſionem tradere, intelligitur cum fructibus. Idem, ſi uacuam: ſecus, ſi ſimpliciter. Ita dicit Bald. in l. ſi plures. C. de condi. inſer. per text. in l. ſi ſtipulatus ſis. ff. de uſur. ¶ Et adde, quod ſi fit mentio de poſſeſſione pacifica, intelligitur, ubi ceſſat controuerſia iudicialis, uel extraiudicialis iuris, uel facti, ſecundum Paul. in clemen. gratiæ. de reſcript. & ibi per domi. Cardinal. aliquid in 13. quæſt. ¶ Et adde, quòd locus interdum dicitur plenus, ut quando fundus poſſidetur: interdum ſemiplenus, ut tùm quis poſſidet cauſa legatorum, uel cauſa rei ſeruandæ: interdum uacuus, ut propter abſentiam, uel negligentiam domini, uel quia deceſſit ſine ſucceſſore. Ita dicit gloſſ. in uerbo, uacantis. in §. quod autem. Inſtitut. de uſuc. de qua facit feſtum Angel. in l. ſi me in uacuam. ff. de acquir. poſſeſ. Et adde Salice. in l. ſi pro fundo. C. de tranſact. ubi dicit per illum text. quòd fundus dicitur dari liber, quando non eſt alteri obligatus, nec eſt * alienus in totum, uel in partem. * Et adde, quòd ubi ſimpliciter promittitur dari fundus, tamen ſubintelligitur liber, l. ex prædijs. & ibi per Bald. C. de euict. & l. j. §. 1. ff. de act. em. & l. quoties. la ultima, ff. de ædil. edict. & l. cùm uender res. cum ibi not. ff. de contrah. emp. ¶ Et per prædicta tangunt hic domi. Anton. Ab. & domi. Imol. utrùm uenditor cogatur præciſè rem tradere, an uerò liberetur præſtando intereſſe: de quo per glo. ordi. in §. pretium. in uerbo, tradatur. Inſt. de emp. & uend. & Ioan. An. in Spec. de emp. & uen. §. in anterioribus. circa prin. & Archi. in c. qui ſtudet. 1. quæſt. 1. & Bartol. & alios in l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de uer. obli. & pulchrè Bar. in l. j. in prin. in pe. col. ff. de actio. emp. & in l. certi condictio. in prin. ff. ſi cer. pet. & Bald. in l. contractus. C. de fide inſtru. & in l. traditio. in 1. col. C. de act. emp. & in l. unica, C. de ſen. quæ pro eo, quod intereſt. & Inno. in c. olim. circa prin. infra de cenſi. * Et magis communis * opinio eſt, ſecùdum
34 Imol. hic, quòd ſi † uenditor habet rem, * præciſe compellitur ad eam tradendam, * per iſtum text. cum gloſſ. & ſi uenditor eſt dominus, non ſufficit ſimpliciter tradere, ſed dare, id eſt, dominum facere, ſecundum Bart. in d. l. certi condictio. & in l. j. & in l. ex empto. ff. de act. empti. Si uerò non habet eam, ſed dolo, uel culpa deſijt habere, tenetur ad intereſſe. Si autẽ ſine dolo, uel culpa deſijt habere, ad nihilum tenetur. Vtrùm autem debeat priùs tradi res, an pretium, uide gloſſ. in uer. priùs. in c. in tantum. infrà de ſim. & quod ibi dixi. ¶ Subdunt etiam hic domi. Anto. & Ino. quòd emptore condemnatus ad ſoluendum uenditori, pôt in executione ſententiæ obijcere exceptionem rei ſibi non traditæ: * & hoc, quando nihil fuit diſceptatum in iudicio de hac exceptione, et illa nõ impugnat ſententiam: quia fatetur emptor ſe debere prætium, ſed dicit rem ſibi tradi: ideo tunc poterit opponi. Facit, quod habetur in l. Neſennius. ff. de re iudi. ſecùs, ſi fuiſſet deducta in iudicio dicta exceptio, et illa non obſtante ſententia lata, quia tunc uidetur reiecta. Vnde non opponetur in executione, ſed ſalua remanet actio emptori, ut poſſit petere rem ſibi tradi, ut per Spec. de execut. ſen. §. ſi. uer. item pone. Cuius dictum ſic debet intelligi, ſecundum prædictos.

¶ Quibus adde not. altiùs per Bald. in l. peremptorias. C. ſen. reſcin. non poſ. et in c. cùm inter. in pen. col. infrà de excep. et in l. j. C. de iur. et fac. igno. et in l. j. §. non tantùm. ff. de tute. et rat. diſtrahẽ. et in eõ clo. Spe. de excep. circa fin. et in l. p hãc. C. de temp. appell. et in l. ſi pater. in fi. C. de act. empt. et Paul. de Caſt. poſt Bart. in l. cum, qui. §. qui ita. de uerb. oblig. & in l. ſi duo patroni. §. ſi quis iurauerit. el 1. ff. de iureiur. & conſil. 241. ubi de hac materia fiunt multa uerba. Sed uidetur indiſtinctè dici, quòd imo talis exceptio dilatoria non oppoſita tempore debito, non impediat executionem ſententiæ, quæ tranſiuit in rem iudicatam. Et ita etiam dicitur, ſi uenditor condemnatus tradere, opponat in executione pretium non ſolutum. ¶ In gloſſ. in uerbo, ad audientiam. in fi. Et ſic, ubi non eſſemus in terris eccleſiæ, non teneret appellatio ad Papam, per d. c. ſi duobus. quod limitant Hoſt. & alij hic, niſi ſuperior illius loci non recognoſceret ſuperiorem: quia appellabitur ad Papam, per c. per uenerabilem. §. rationibus. infrà qui filij ſint legi. cum concor. quas dedi in c. 1. in 2. no. ſuprà de prob. Alias limitationes ad d. cap. ſi duobus. ponam ibi in gloſſ. in uerſic. pendebat. in fi. ¶ Et ſi diceretur, quòd hoc cap. erat directò contrarium capitulo antiquo, cùm Ioannes aſſeruiſſet domum uenditam purè, & ſic erat pronunciatum, & ſuper directò contrarijs non admittuntur teſtes in appellatione, c. le. teſtibus. de teſtibus. reſpondet Inn. quòd non debet ponderari, quid includat petitio, ſicut hic petitio Ioannis includebat uenditionem fuiſſe purã, ſed debet ponderari, quid

a Quòd ſi uenditor] Adde, quòd qui uendit rẽ duobus, punitur pœna falſi, l. qui duobus. ff. de falſ. Adde, & intellige legem illã, niſi emptor ceſſaſſet in pretij ſolutione: quia tunc ſi ceſſat, impune res poterit uendi alteri emptori: Bald. in l. quoties. C. de rei uend. in 1. col. in uerſic. aut reſpectu delicti. Item limita, ſi facta eſt prima uenditio pro executione ſententiæ non præſentis pecuniæ: quia ex quo pretium non eſt ſolutum, poteſt iterum uendi. Ita Imol. in l. a diuo Pio. §. ſed ſi emptor. ff. de re iudic. in 2. col. in uerſic. item not. & ibi etiam Angel. Adde d. l. qui duobus. utrum habeat locum in pignorante eandem rem duobus? & Bart. in l. ſi quis. §. ſed & ſi quis teneat, quòd non quia iure non eſt cautum, quòd in alijs contractibus committatur. pœna falſi, niſi in uendente duobus. Item adde An. in d. l. qui duobus. an habeat locum in petente iterũ debitũ ſolutum? Et Bald. in l. j. C. de condict. indeb. in 2. col. in uerſi. ſecundo remoto in dubium. tenet, quòd non, niſi ipſe petens ipſis fuiſſet falſis probationibus.

* *In partem] Adde Alex. in l. in conuentionali. §. 1. de uerb. obligat.*

* *Tradendam.] Adde Socin. conſil. 253. incip. in cauſa domini Ioannis. uerſ. circa tertiam in fi. in 2. par.*

* *Non traditæ] Adde qualiter & quo remedio ſuccurratur uenditori ſi emptor obijcit rẽ nõ liberè tr ditã, ui. Socin. in conſil. 208. incip. Viſis factis & actitatis, uerſ. ſecunda defenſio eſſe poterit. cum uer. ſeq. in 2. par.*

quid capituletur. Ex quo dicto ualde not. do. Card. hic maxi-
mam differentiam, an aliquid ſurgat ex petitione, an ex capi
tulis, unde dicit, quod ſi in petitione narrauit Ioannes uen-
ditionem fuiſſe puram, poſſe dici arg. huius literæ quod ſi pro
duxiſſet teſtes ſuper petitione, qui probauerunt, quod fuit pu
ra, admittetur capitulans de conditionalitate. Et d. cle. non
obſtat, quia ſolùm prohibet ſuper capitulis directo contra-
rijs, & ſic ratio differentiæ, ſecundum eum, quia quando ſpeci-
ficè aliquid capitulatur, faciliùs poteſt fieri ſubornatio, ideo
magis timetur, ſi admitterentur teſtes ſuper capitulis contra-
rijs, quam ſi admitterentur ſuper contrario, quod eſt in peti-
tione. Et ex hoc dicit iuſtificari intellectum c. ex tenore. ſu-
prà de teſti. Et iſtud dictum fuiſſet optimum alio anno in c.
fraternitatis. ſuprà de teſti. ubi hoc adde. ¶ In gloſſ. in uerbo,
inſtrumentum. in ſi. Tractant hic omnes difficilem materiam
huius capituli, quando per teſtes reprobentur inſtrumenta, &
ut habeas potiora dicta Doctorum hic, & alibi, omiſſo laby-
rintho opinionum, faciam duas plenas concluſiones, quarum
prima demonſtrabit, quando producũtur teſtes non deſcripti
in inſtrumento, ſecunda, quando producuntur deſcripti. ¶ Pri
35 ma concluſio. Duo † teſtes non deſcripti in inſtrumento poſ-
★ ſunt ipſum reprobare, ★ ſecundũ Inn. Cald.
do Ant. domi. Card. Imo. & do. Abb. hic, &
Pau. de Leaz. domi. Ant. & do. Abb. in c. ter
tio loco. ſuprà de prob. & Specu. & Io. And.
de inſtr. edi. §. reſtat. uer. ſed quæro, quot te
ſtes & Cy. & Sal. in l. in exercendis. C. de fi.
inſtru. & Imol. latè in l. j. §. ſi quis neget. ff.
quemad. teſt. ape. & do. Ant. in c. cùm à no-
bis. in 6. col. ē. de teſti. & Bartol. in l. hære-
des palàm. in prin. ff. de teſta. non diſtinguẽ
do, ut quidam, inter factum recens, & an
tiquum: & inter probationem directam,
uel indirectam: quia inſtrumentum habet
authoritatem ab authoritate tabellionis,
cui authoritati æquum & iuſtum eſt præfer
ri dictum duorum teſtium, per quos induci-
tur probatio uera & naturalis merito exce
dens probationem inſtrumenti, quàm Inn.
dicit miraculoſam in c. cùm P. j. eo. & eius
uirtus ſtat in præſumptione, quæ eſt pro no
tario. c. ad audientiam. j. de præſcri. quam
præſumptionem tollit fortior præſumptio
teſtium, c. propoſuiſti. ē. de proba. ut hic la-
tiùs per prædictos reſpondentes ad iſtũ tex.
& hanc cõcluſionem perſuaſiuè confirman
tes, licet alij ponant hoc in arbitrio iudicis,
ut per Bar. Bal. et Ang. in d. §. ſi quis neget.
et Ang. in §. ſi quis igitur. in authẽ. de inſtr.
cau. et fide. et Bald. in d. l. in exercendis. et
hic, de quo etiam per Arch. in §. ſi teſtes. 4.
queſt. 3. et Bald. et Ang. in l. optimam. C. de
contrah. ſtipu. et Bal. in l. ob carmen, in apo
ſtil. ff. de teſti. et Flor. in l. cum de ætate. ff.
de proba. et Bal. in l. 2. C. de bo. poſ. ſecun-
dum tab. & Bal. Sali. et. Flor. in l. cenſus. ff. de proba. Et habet
locum iſta concluſio, etiamſi teſtes deponant per probationes
diuerſi generis adductas ad concludendum unum totum, ut
latè per Pet. de Anch. conſi. 73. inci. Viſa limitata commiſſio-
36 ne. ¶ Declara primò iſtam concluſionem, ut † non Procedat,
quando eſſet caſus in quo ex diſpoſitione legis inſtrumentum
non admittit probationem in contrarium, ut in caſu legis an-
tiquæ. C. ad Vellea. et l. fin. C. arbitrium tute. Vult enim lex.
in dictis caſibus eſſe præſumptionem iuris et de iure, contra
quam non admittitur probatio in contrarium, ſaltem per te-
ſtes, per ea, quæ habentur in c. is. qui fidem. de ſponſa. et in
clem. ē. de proba. licet per confeſſionem partis poſſit inter-
dum admitti, ut per gloſſ. in authen. iam neceſſe. et in cor-
pore, unde ſumitur. C. de dona. inter uir. et ux. et Innocẽ. in
capitu. quia plerique. infrà de immu. eccleſ. cum concor. Et
iſtud extendit domi. Anto. hic pari ratione ad ſtatuta diſpo-
nentia, quòd contra inſtrumentum guarentigiatum non ad-
37 mittatur probatio in contrarium. ¶ Sed enumerat † hic ele
ganter do. Ant. certos caſus, in quibus contra inſtrumentum
non recipiens impugnationem poteſt fieri probatio. Primus
eſt de mente Innoc. hic, quando quis non uult probare con-

✻ *Reprobare*] *Adde Socin. in conſil. 170. incip. dio praeſ. ho anceps. uerſ. confirmatur. p. 2. & in conſil. 184. incip. in cauſa uerſ. poſtremo. cir. prin. p. ea. & conſil. 94. inc. præſtantiſſimi. & illuſtriſſimi. j. prin. ſecundo nam. cum uerſ. ſeq. in 1. p. & adde quod opinio* ★ *communis* ★ *& uera, contra glo. in d. c. tertio loco. ſ tex. alleg. q̃ dicit quatuor requiri, eſt, quod per teſtes inſtrumentum reprobatur, quod limita ut per Specul. in ti. de inſtrum. edit. §. reſtat. uerſ. ſed ſi alij & no. Ant. de prato. in conſ. incip. non puto hunc notarium. quod eſt conſil. 73. in 1. uol. conſil. Alex.*

tra contenta in ipſo inſtrumento, fatendo inſtrumentum ue-
rum eſſe: ſed uult dicere inſtrumentum eſſe falſum & falſo fa-
bricatum: quia talis probatio per teſtes non reijcitur à dictis
legibus, ſecundum ipſum, quem ſequitur hic Imo. & not. Bart.
& Bald. in l. diuus. ff. de mili. teſta. & Barto. in l. 1. §. prætor. in
fi. ff. qui ſatiſda. cog. quia nulla uis uerborum tollit exceptio-
nem, quæ funditus negat eſſentiam actus, ut per Bart. in l. j. §. &
parui. ff. quod ui, aut clam, & gloſſ. in clem. ē. in uerb. nullate-
nus. de ſequeſtra. poſſ. & fruct. & domi. Abb. & Imo. in cap. ex
parte el. 2. ſuprà de offi. deleg. cum concor. ¶ Secundus caſus
38 eſt, quando † quis non uult reprobare factum directè, ſed
dicit ſolennitatem facti, uel aliud non interceſſiſſe, per quod
annihilatur factum in iuris effectu ſtante facto. Talis enim
auditur contra inſtrumentum, non recipiens de iure, uel ſta-
tuto probationem in contrarium, ſecundum domi. Anton. &
Imo. hic, per ea, quæ not. gloſſ. ord. in cle. ē. in uerſ. feciſſe. ibi,
quod intellige. de proba. Per quam gloſſ. limitatur etiam re-
gula c. is, qui fidem de ſpon. ut ibi per domi. Anton. & do. Ab.
& do. Ant. in c. uidua infrà de reg. & in c. fi. in pe. col. ſuprà de
confeſſ. & Domi. in c. ferrum. circa fin. l. diſtin. ¶ Et hinc eſt,
quòd quando lex, uel ſtatutum dicit, non admitti probatio-
nem in contrarium, intelligitur de probatione directo con-
traria: non autem de illa, per quam remanet eliſa intentio
aduerſarij ſecundum Domi. in c. filij. de hære. in 6. dicentem
hoc ſingulariter notandum: quia quotidie occurrit. ¶ Sic e-
tiam conſuluit Pet. de Anch. conſi. 265. incip. in primo dubio.
quòd ſtante ſtatuto, quòd bona adiudicata creditoribus mer-
catorum deficientium ſint poſt tempus pleno iure ſua, & non
audiantur ipſa repetentes, tamen audiretur ille, qui diceret,
quòd bona adiudicata non erant deficientis. ¶ Similiter dicit
Domi. in cap. cupientes. §. quòd ſi per 20. de elect. in 6. quòd
ſtante ſtatuto, quòd qui non ſeruat talem ſolennitatem certo
tempore, non audiatur, tamen ſi tempore elapſo uis probare,
quòd caſus tuus non erat ille, cui ſtatutum dat legem, audie-
ris, propter glo. ibi in uerbo, comparere. quod dicit eſſe practi
cabile. ¶ Similiter dixit Bar. in l. quicunque. per illum text.
C. de apochis publi. & in l. ſciendũ. ff. & de uerb. ob. & ibi Ro.
& glo. in uer. uidebantur. & clarius ibi Ang. & Imo. in l. reos. §.
cùm in tabulis. ff. de duob. reis. & Bald. in l. generaliter. in 2.
oppoſitione, C. de non num. pec. quòd quando contra inſtru-
mentum non poteſt fieri probatio per teſtes, poterit tamen
reprobari præſumptio reſultans ex inſtrumento. Vnde dicit
Bart. in l. iuriſgentium. §. quod ferè. ff. de pac. quòd ſtatutum
uolens, q̃ contra inſtrumentũ non admittat probatio p teſtes,
intelligitur de probatione, quæ fieret contra tenorẽ ipſius in-
ſtrumẽti: ſed contra ſolennitatẽ inſtrumẽti bene poterit fieri
39 probatio per teſtes. ¶ Tertius caſus eſt, quando † præcluſio fa
cultatis probãdi eſſet nutritiua peccati, quia audiretur uolens
probare contra inſtrumentũ ſaltem per uiam denunciationis
Euangelicæ, ſm domi. Ant. hic ualde ſingulariter per no. in c.
nouit. ē de iudi. & hoc dictũ retuli in c. 1. in 3. concluſi. uerſ.
quartò intellige. ē. de proba. ubi etiam late habes, quòd ille, qui
non poteſt probare, niſi per inſtrumentum, poſſit ſe iuuare
alia probatione. ¶ Quartus caſus eſt, quando excluſus à fa-
cultate probandi contra inſtrumentũ fatetur inſtrumentum
proceſſiſſet in forma, prout eſt conditum, ſed uult probare
per teſtes ſimulationem: quia non detrahitur probationi, ex
quo non concluditur inſtrumentũ ſine forma deſcriptum. Ita
dicit do. Ant. hic, & etiam Bald. dicentes eſſe gl. ſingularẽ in
d. §. quod ferè. & ſenſit gloſſ. in l. illicitas. §. ueritas. ff. de offic.
præſi. & no. Bal. in l. 1. uer. ſubſequenter. C. plus ualere, quàm agi-
tur. & Iac. Bu. & Bald. late in l. generaliter. in 3. oppoſitione, C.
de nõ nu. pec. eadem dicentes, etiamſi ſtatutum dicat, quòd con
tra tale inſtrumentum non poſſit fieri probatio, niſi per aliam
ſcripturam: quod etiam ſenſit Bar. in d. l. 1. C. plus ualere. licet
gloſſ. & Bar. in hoc de ſimulatione aliter ſentiant in d. l. gene-
raliter. per illum tex. quorum opi. dicit hic Imo. in fin. eſſe ue-
riorem, ſed iſtam procedere de æquitate. ¶ Sed iſta procedũt
quando ſtatutum ſimpliciter diſponeret, quòd contra tale in-
ſtrumentũ non admittatur probatio: uel ſi dicat, non admit-
tatur, niſi per aliam ſcripturã: alias uerò, ſi ſtatutũ diſponeret, ut
contra inſtrumentũ non admittatur aliqua exceptio, niſi falſi-
tatis, uel ſolutionis, tunc non poterit opponi exceptio ſimu-
lationis, cùm & ipſa uideatur reiecta, ſicut & aliæ, ex quo non
eſt permiſſa. Ita in terminis no. Bart. in d. l. j. §. j. ff. quod ui, aut
clam, & Bal. in l. ita pudor. C. de adul. in d. l. 1. C. plus ualere.
quod

quod eſt uerum, quando allegatur ſimulatio contractus: aliàs ſi allegaretur ſimulatio rogitus, ut quia diceretur, quòd partes ſimulauerunt rogare notarium, ut conficeret instrumẽtum, quem tñ nõ rogarunt, talis exceptio bene admitteretur, cùm in effectu concludat illud nõ eſſe inſtrumentum, ex quo in ueritate non fuit rogatus, ſecundum Bald. in d. l. j. quem ſequitur Imo. hic dicens, eſſe bene notandum ad intellectũ Bar.
40 in d. §. & parui. ¶ Et † licet cum iſtis tranſiri poſſe, tamen. Bal. in l. fi. §. in computatione. ad fi. C. de iure deli. apertiſſimè ſentit, quòd ubi poteſt opponi exceptio falſitatis, ibi etiam poſſit opponi ſimulatio: & dicit, quòd talia ſtatuta debent intelligi de inſtrumentis efficacibus, non de nullis. Et quòd inſtrumentum ſimulatum non eſt inſtrumentum, cùm non faciat fidem ſimulatione probata, quinimò dicit, quòd ſi ſtatutum expreſſe remoueret exceptionem ſimulationis propter iniquitatem ſtatuti, recurreretur ad ſubſidium eccleſiæ. Ex quibus uerbis non dubito eum ſenſiſſe contra Bar. in d. §. & parui. Et hoc ultimum de ſubſidio eccleſiæ no. contra Ang. in l. j. §. pueritiam. ff. de poſtu. quem allegaui in d. c. 2. in 3. concluſ. de proba. Itẽ contra Bar. in d. §. & parui. expreſſe tenet Bald. in l. ſi non uerum. C. de do. inter uir. & uxo. dicens, quod contractus ſimulatus eſt non uerus. & quòd ſtante ſtatuto, quòd non poſſit opponi, niſi exceptio ſolutionis, uel falſi, poterit opponi ſimulatio, quæ largo modo eſt falſitas. Et iſta bene not. tanquam alibi non reducta. ¶ Et iſti quatuor caſus habent locum, ſecundum do. Ant. hic, etiam quando contra inſtrumentum non admittitur probatio, niſi per aliud inſtrumentum. Sed hoc caſu adde, quòd etiam tunc per quinque teſtes poterit inſtrumentum reprobari, ſecundum do. Ab. in c. 2. ſuprà de proba. per l. teſtiũ. C. de teſti. Idem, ſi aduerſario præſente & tacente admitterẽtur teſtes, ſecundum Bald. in l. certi condictio. §. quoniam. ff. ſi cer. pet. Idem, ſi eſſet inſtrumentum aſſumens partem iurium à depoſitionibus teſtium: quia ad illud poterunt produci teſtes in contrarium, ſecundum Bald. in l. generaliter. in pe. col. C. de non nu. pec. Idem, ſi inſtrumentum impugnaretur per ſcripturam priuatam coadiutam uiua uoce teſtium, ſecundum Bald. in d. l. certi condictio. Idem, ſi fieret probatio per teſtes & inſtrumenta ſimul, ſecundum Angel. in d. §. quoniam. pro quo facit cap. ſeries. & quod ibi dixi, ſuprà de teſti. Et illis adde, quæ dixi in d. cap. 2. de proba. & quod no. Bald. in l. 3. in poſtil. ff. de uſufru. & in l. quoties. §. fi. in lec antiqua, C. de proba. & glo. in c. t. de ſen. excom. in 6. & glo. & Bald. in §. idem uerborum. Inſt. de inut. ſtip. & gloſſ. & Domi. in cap. Romana. §. poſtquam. de cenſi. in 6. & gloſſ. in l. pactum, quod bona fide. C. de pact. & Bald. in l. geſta. C. de re iud. & Bartol. in l. emancipatione. in fi. & in l. ſicut iniquum. C. de fide. inſtru. & Hoſt. in iſto tit. §. quid ſit inſtrumentum. & §. ſequẽti. & hæc quo ad primam declarationem. ¶ Secundò declara dictam [illegible] concluſionem primam, ut † habeat locum, quando ex parte actoris eſt inſtrumentum, ex parte uerò rei producuntur duo teſtes illi contradicentes: ſed ſi econtrà ex parte actoris producerentur teſtes, ex parte uerò rei inſtrumentum, dixit Goffre. in c. cùm à nobis. ſuprà de teſti. quòd ſtandum eſt inſtrumento, niſi plures, quàm duo, contra ipſum producantur: quia parem uim habent teſtes & inſtrumenta, ut hic dicitur, & licet teſtes præponderent, ut eſt dictum in concluſione, tamen attento fauore dato reis uidetur inſtrumentum præponderatum, per id, quod in ſimili dixit gloſſ. uulgata in cap. clerici. 81. diſt. de qua dixi in cap. ex literis. ſuprà de proba. Et licet hoc dictum ſit coloratum, tamen ipſum non admittit domi. Abb. in cap. tertio loco. ſuprà de proba. neque Bald. in d. l. in exercendis. quia uirtus teſtium prædominatur ultra fauorem datum reo, per rationes dictas in concluſione. ¶ Ter-
42 tio declara dictam concluſionem, dum † modò teſtes deponentes cõtra inſtrumentum, aſſignent rationem dicti ſui etiã non interrogati, aliàs enim non reprobarent inſtrumentum, etiamſi deponant ſuper talibus, ſuper quibus alias non teneretur reddere rationem dicti, ſecundum Bald. in l. presbyteri. la. 2. in ult. colum. C. de epi. & cle. allegando Ia. Bu. in quadam diſputatione, & idem ſenſit Imol. hic ſæpe, & Bald. in c. ad audientiam. el 1. circa medium, de reſcri. Quod limita non procedere, ubi reprobaretur ſcriptura authentica, non tamen publica, per text. in c. tertio loco. de prob. ſini unam ponderationem, quam facit ibi dominus meus in 2. char. nam illi teſtes non aſſignabant concludentem cauſam dicti ſui, dicendo quòd capitulum nunquam fuit congregatum, quin
43 ipſi non interfuerint. ¶ Quarto declara, ut † habeat locum, quando pro inſtrumento non eſt probatio coadiuuans: aliàs ſi aliquis teſtis deſcriptus, uel non deſcriptus coadiuuaret inſtrumentum, requirerentur plures ad probandum inſtrumentum, ſecundum qualitatem & numerum adiuuantium. Ita declarat do. Abb. & Imo. hic per iſtum text. & dicit Imo. ſecus, ſi ſolus tabellio deponeret uiua uoce pro inſtrumento à ſe confecto: quia omnis uirtus inſtrumẽti dependet ab authoritate tabellionis: ideo eius teſtimonium non geminat eandem probationem, & ſic duo teſtes contrarij ſufficient. ¶ Quinto de-
44 clara, dum † modo teſtes reprobantes inſtrumentum ſint undiq; idonei, & omni exceptiõe maiores: * non enim ſufficeret, quod eſſent aliàs ſimpliciter idonei, ſecũdum Cal. do. Ab. Imo. & alios hic allegantes tex. in l. optimam. C. de contrahen. ſtip. facit text. cum glo. in uerbo, idoneos. in §. item uerborum. Inſti. de inut. ſtip. & ſentit gloſ. magna in c. tertio loco. ꝟ. de proba. & firmat. Sali. in d. l. in exercendis. & Bald. hic, qui declarans iſtud uerbum, Omni exceptione maior, dicit, quòd exceptionum quædam omnino perimunt teſtimonium, quædam debilitãt, & neutri iſtarum debet hic eſſe locus: unde modicus defectus uitiat tales teſtes, ſecundum ipſum: cui pro intellectu huius uerbi adde glo. in c. t. in uerb. maiores. ꝟ. de conſan. & affi. & in d. §. item uerborum. in uerb. idoneos. & do. Ab. in c. at ſi clerici. §. de adulterijs. ꝟ. de iudi. Et dicit Bal. in d. l. optimam. quod ille eſt omni exceptione maior, qui ſuperat omnem friuolam exceptionẽ, adeo quòd nulla exceptio uera uel legitima opponi poteſt. Et in hoc multum uerſabitur arbitrium iudicis, ſecundum do. Ab. hic ſignanter. ¶ An autem oporteat articulare & probare, ꝙ teſtes producti in tali caſu ſint tales? Ange. dixit, quòd ſic, in d. §. ſi quis neget. dicens eſſe optimã cautelam: ſed in contrarium facit, quia quilibet præſumitur idoneus & ſine defectu, c. ſi. ꝟ tit. proxi. Ergo fruſtra probatur: & ita fert tenere Franciſ. de Rampo. in authen. ſed cùm teſtator. C. ad l. Fal. ¶ Sextò & ultimò declara ex eo, ꝙ
45 no. Sali. in d. l. in exercendis. ubi dicit, quòd † quamuis duo teſtes ſufficiant, ad reprobandum inſtrumentũ, non tñ ſufficient adeò quòd per hoc notarius poſſit condẽnari de falſo: quia in criminalibus exigũtur probationes ualde claræ. l. fi. C. de proba. ſed ſufficient, ut fiat acerrima indagatio de falſo, ſecũdum ipſum ſentientẽ per hoc, ꝙ operabuntur torturã, & faciũt not. per Bar. in l. fi. ff. de quæſtio. & Sal. in l. fi. C. eo. ¶ Poſtea ſubdit Salic. in d. l. in exercẽdis. ꝙ ſi eſſent tres, uel plures teſtes omni exceptione maiores deponentes contra inſtrumentum aliter non coadiutum, bene ſufficient ad puniendum notariũ de falſo: * quod eſt notandum, ſi eſt uerũ.

Maiores] *Ad. de Ant. de prat. in d. conſil. 73. inter conſil. Alexd. in 1. col. uol. 1. et Alex. conſil. 43. incip. Viſis & ponderatis. num. 20. in 4. uol.*

¶ Sed forte pendet à longiori dubio, uidelicet uerum acta, uel ſententia ſuper falſitate inſtrumenti noceant notario non conuento? ꝙ decidi poteſt ex notatis per Bar. in l. denunciaſſe. §. quæritur. ff. de adul. & Bar. & Bald. in l. ſi ueteris. C. de fid. inſtru. & Bal. & Ang. in l. Luci⁹. ff de inſa. ubi tractat, an ſñia lata cõtra aliquẽ, ꝙ produxit falſos teſtes, noceat teſtibus? & dicitur, ꝙ non. Similiter dicit Spec. in illo tit. §. reſtat. uer. quid ſi unus. & in tit. de teſte. §. 1. uer. ſed pone, cccc. quem ſequitur domi. Anton. in capitul. ad audientiam infrà de præſcript. & idem Sali. in l. ſi quis decurio. C. de fal. quòd his caſibus, quibus ſtatur dicto teſtis dicentis ſe aliter depoſuiſſe, quàm ſcripſerit notarius, uel econtrà, hoc non ſufficiet ad puniendum alterum de falſo: * & etiam dicetur in d. c. ad audientiam. Ex quibus uidetur, quòd de dicto Sali. in d. l. in exercendis. non ſit multum clamandum.

De falſo] *Ad. de Soci. conſ. 171. incip. dum profecto anceps. uerſ. confirmatur etiam p. 2.*

De falſo] *Ad. de Alex. alios reſerentem in conſ. 74. incip. Viſo teſtamẽto colum. 4 ſub nu. 10. uerſ. fortificantur prædicta. uol 1.*

46 ¶ Secunda concluſio. Sicut † per teſtes non deſcriptos poteſt reprobari inſtrumentum, ut eſt dictum, ita, & fortius, per ipſos teſtes deſcriptos, ſecundum Innocent. & omnes alios hic per text. in cap. tam literis in fin. ſuprà de teſti. & in d. cap. tertio loco. quia ſtatim quòd teſtes impugnat inſtrumentum, remanet ſine ſolennitate teſtium. Ergo non probat, ut per Bartol. & alios in d. §. ſi quis neget. & Doctor. hic in uerbo, abundantes. * Sed ſuperflua reiecando collige dicta eorum primò ampliando

pliaodn conclu. poſtea limitando. ¶ Amplio primò iſtam cõ-
47 cluſionem: ſiue † teſtes in inſtrumento deſcripti reprobantes ipſum, ſint de teſtibus neceſſarijs inſtrumenti, ſiue de non neceſſarijs: quia fortè ultra competentem numerum alij fuerunt deſcripti: licet iſta diſtinctio aliter fiat, quando unus ſolus contradicit, ut infrà dicetur. Ita ſentit Bal. in d. l. in exercẽdis. in ult. col. uer. uenio ad ſecundum membrum. ¶ Amplia
48 ſecundò, ut † procedat non ſolùm, ſi reprobent aliter narrando, quàm ſit ſcriptum: ſed etiam, ſi ſimpliciter dicat ſe non interfuiſſe, quia inſtrumentum corruit, non quia contractus nõ probetur per teſtes, qui remanẽt, ex quo ſunt tot, quot ſufficiunt ad inſtrumentum, ſed quia ſcriptum eſt in eo fuiſſe præſentes, qui fuerũt abſentes, quæ pars falſa totum ipſum uitiat, c. quanto. de his, quæ fiunt a præla. & cap. ſi ad ſacras. 9. diſ. dixi poſt Inn. in c. fraternitatis. infrà de hære. Ita dicunt Inn. & alij hic. ¶ Hanc ampliationem limita primò, niſi alij teſtes deſcripti, uel non deſcripti, iuuando inſtrumentum dicant, imò illos fuiſſe præſentes, quia ſtaretur inſtrumento, ſecũdũ do. Ant. hic, niſi ex altera parte eſſent probationes luce meridia-
49 na clariores, per d. l. optimam. ¶ Secundò limita, dum † modò teſtes dicentes ſe nõ interfuiſſe, probent hoc per alios teſtes, ſi enim hoc ipſi ſoli dicerent, non probant tanquam ſingulares, ſecundum Inn. & do. Ant. hic, quia licet aliàs teſtes dicantur conteſtes, quando affirmãt ſe uidiſſe, uel audiuiſſe, quia reſpectu ſenſati, licet non reſpectu ſenſus, ſunt concordes, & illa appropinquatio ſenſati attrahat ſenſus plurium in unum, tamen hæc abſtractio, ſcilicet non interfuiſſe, non poteſt abſtrahere, niſi ſingulariter, quia illud, de quo agitur, non fuit appropinquatũ ſenſui meo, nec tuo, nec etiam omnibus in ſimul, niſi, ſecundum ipſos, dicerent ſe fuiſſe omnes in certo loco. Et iſtam opi. ſequitur do. Abb. hic, ubi teſtes non ſunt de neceſſarijs. Si autem ſunt de neceſſarijs, tunc procedit opinio, de qua ſtatim dicetur, nam contradictio etiam unius neceſſarij facit
* uacillare, *ut infrà dicetur. ¶ Sed quòd iſti non dicantur ſingulares, & per ipſos indirectè reprobetur inſtrumentum, firmat Bar. in d. §. ſi quis neget. & Cal. & Imo. hic, & Imo. in l. cùm ab initio. ff. quemad. teſta. aperi. quia teſtes deſcribuntur in inſtrumẽto, ut per eos illi imponatur fides, & ideo non imponitur, quia ſi negãt ſe interfuiſſe, remanet inſtrumentum ſine debita ſolennitate. Ad rationem de ſingularitate reſpondet hic multipliciter Imol. ſed maximè, quia dicti teſtes non cenſetur ſingulares, quia concordant in dicto, quia quilibet dicit inſtrumentum falſum, & ideo non curatur, licet ſint ſingulares, per id, quod no. Inno. in c. qualiter. el 2. infrà de accuſ. & dixi in c. licet ex quadam. ſ. de teſti. quia coniungũtur eorum dicta ad unum integrale, ut hic per ipſum, pro quo facit, quod no. Bal. in l. 2. uer. hic quæro. C. de ſecundum tabulas. & in l. j. ad fi. C. ſi unus ex pluri. & idem tenet do. Car. hic dicens, quòd nõ omnis ſingularitas uitiat, & quòd dicta iſtorum inferunt, quòd ſi interfuiſſent, ſeu uidiſſent, & ſic ſunt conteſtes de eadem intereſſentia, ut hic per ipſum. ¶ Amplia tertiò concluſionem,
50 etiamſi † eſſet unus ſolus teſtis de deſcriptis in inſtrumento contradicens inſtrumento, quia ſi probat per alios ſe non interfuiſſe, ſiue ſit de neceſſarijs, ſiue non, uiciat inſtrumentum, ſecundum omnes hic, quia ratione partis falſæ, ſcilicet quod falſo ſit deſcriptus, uitiatur totum inſtrumentum, ut ſuprà dixi. ¶ Hanc ampliationem intellige primò, ut dixi, dum modò per alios probet ſe non interfuiſſe. Si autem diceret ſolus hoc, uel ſolus impugnat, concludunt Cald. domi. Anto. & domi. Abb. quod ſi non eſt de deſcriptis, uel eſt ultra numerum neceſſarium, non uitiat inſtrumentum, ſi autem eſt de neceſſarijs, eius contradictio facit uacillare inſtrumentum, l. j. §. fi. ff. quemadmo. teſt. aper. Ideo inſtrumentum non probabit, niſi aliter adiouetur, l. iubemus. C. de proba. Et idem Spec. in iſto ti. §. inſtrumẽtum. uer. item quòd teſtis inſcriptus. & Ang. in §. ſi quis igitur. authen. de inſtrumen. cau. & Bartol. in l. j. ff. quemad. teſta. aper. & domi. Abb. & Imol. hic, dicentes, hanc
* eſſe communem, * quæ procedit, ſecundum Imol. non ex ea ratione, quòd ſemiplena probatio confundat plenam, ſed quia inſtrumentum remanet ſine debita ſolennitate: & hoc, ſiue impugnet dicendo non interfuiſſe, uel rem aliter ſe habuiſſe: ſed tunc dicunt Cald. & domi. Card. hic, quòd utile eſſet facere examinari alios teſtes, ſi uiuunt. ¶ Secundo intellige, quòd unus impugnare poteſt, quando eſt ſcriptura, quæ non innititur proprijs uiribus, ſed eget coadiuuatione teſtiũ, ut ſcriptura priuata: quia illa nõ faciebat fidem ſine teſtibus: ergo data repugnantia unius neceſſarij ceſſat eius uirtus: ſed ſi ſcriptura innititur uiribus ſuis ex authoritate ſcribentis, ut inſtrumentum publicum cum ſuis ſolennitatibus: & illud non eneruatur per unum teſtem etiam deſcriptum & neceſſariũ: quia remanet authoritas notarij, qui poſſet, ut teſtis, & examinari ad confirmationem inſtrumẽti. Ita ad literam dicit Imo. in d. §. ſi quis neget. in 3. & penul. col. dicens, hanc opinionem fortè eſſe ueriorem & notabiliorem de iure. ¶ Sed contrarium, & melius, tenent hic Cal. domi. Anton. & domi. Abb. & Salic. in d. l. in exercendis. & Barto. Bald. & Ang. in d. §. ſi quis
* neget. Et ibi fatetur Imo. hanc eſſe communem: & hanc ipſe
51 uidetur tenere hic, quia † deficientibus teſtibus neceſſarijs deficit ſolennitas inſtrumentis, & fides: & non eſt uerum, quòd notarius poſſit examinari, ut ipſe dicit: quia contrarium ipſe tenet hic, ut retuli ſuprà in 3. declaratione. ¶ Tertio intellige dictam ampliationẽ in materia præiudiciali, in qua unus teſtis impediet uictoriam, ut ſi ageretur petitorio: ſecus in his quæ ſunt leuis præiudicij, ut in poſſeſſorio: quia propter unum teſtem inſtrumentum non uacillabit, ſecundum Bald. & Ang. ſingulariter in d. §. ſi quis neget. Pro quibus facit, quod not. Bart. in l. admonendi. in pe. col. ff. de iureiur. dicens, iuramentum ſemper poſſe deferri in ſupplementum, quando agitur poſſeſſorio: ſed contra eos tenet Imo. ibi, dicens, quòd præſuppoſita communi opinione nõ uidetur uerum, quod dicunt de poſſeſſorio, per tex. in §. cõmodum. Inſtitu. de interdi. & iſtud eſt uerius. Secus ſentit, ubi eſſet omnino leue præiudicium.

¶ Ex prædictis ampliationibus limita primò dictam concluſionem, niſi teſtes deſcripti producti ad impugnandum non dicerent aliud, niſi quòd non recordantur ſe interfuiſſe, uel de his quæ dicuntur in inſtrumento fuiſſe geſta: quia dubitatio, uel ſuſpicio extrinſeca non facit uacillare inſtrumentum: pro quo i dubio fit interpretatio, ut ualeat, arg. c. abbate. de uerb. ſig. Ita not. Innocen. domi. Ant. & Imol. hic, & Bald. & Imo. in d. §. ſi quis neget. & Salic. in d. l. in exercendis. C. de fid. inſtru. Et dicit Bald. in l. 1. in princip. C. de ſent. quæ ſine cert. quant. quòd ſi teſtes dicerent, notarius errauit, quia non audiuimus hæc uerba, ſed
* quædam alia, de quibus nõ recordamur, * probant negatiuum, ſed non affirmatiuam, dummodo ſint in numero ſufficienti. ¶ Sed hanc limitationem intellige, quando teſtes ſunt deſcripti in ſcriptura publica, quæ ex ſe facit fidem, ſi autem eſſet priuata, ſecus eſſet: quia oportet, quòd coadiuuetur teſtibus, ſecundum Bal. in d. §. ſi quis neget. de mente gloſſ. ibi, & ſequitur ibi Imo. dicens, hoc eſſe bene notandum: & licet nõ aperiant, intelligo, quãdo iſti non recordantur de confectione ſcripturæ: ſecus, ſi nõ recordantur de tenore, ſed bene de confectione. quia tunc non uidetur deficere in coadiuuatione ſufficienti, per no. in c. 2. cod. Fruſtra enim exigeretur ſcriptura, ſi de tenore oporteret eos recordari. Poſſet etiam dici, quòd eo caſu, quo non recordantur de confectione, illa ſcriptura tantum probat, quantum alia mortuis teſtibus in ea deſcriptis, iuxta not. in d. cap. 2. Sed hoc non admitterem, quia ubi ſunt mortui, eſt aliqualis præſumptio, ex quo non diſcrepant, ſed ex quo dicunt non recordari, ſtatim ſcriptura ſpoliatur eorum auxilio. ¶ Limita ſecundo, niſi pro inſtrumento eſſent duo teſtes, quia eis ſtabitur & probabitur ſaltem eius tenor, ut hic per Cald. domi. Anton. & Barto. in d. l. ſi quis neget. etiamſi illi iuuantes non ſint de deſcriptis, neque fuerint aliàs in contractu rogati, ſecundum Cyn. Bald. & Salic. in d. l. in exercendis. quia non adhibentur ad originalem eſſentiam probationis teſtamenti, ſed ad illius coadiuuationem: quia facilius admittitur coadiuuatio, quàm fundatio, l. fin. C. de eden. ¶ Sed hanc limitationem intellige primo ſecundum Angel. in d. §. ſi quis neget. dummodo impugnantes non excedant numerum coadiuuan-

* *Vacillare*] *Adde quod unus non probat, & uide Soci. conſil. 171. incip. dum profectò. uerſ. quibus præſuppoſitis. p. 2. & conſil. 213. inci. in præſenti cõſultatione. uerſ. circa aliud dubium par. ea. et ad materiã adde quæ habentur per Pau. de Caſt. in conſil. 205. & Alex. cõſ. 43. incip. Viſis & ponderatis. nu. 13. 14. 15. 16. & 17. uol. 4. & conſ. 73. nu. 2. par. 1.*

* *Recordamur*] *Adde quod teſtes inſtrumentarij ſi deponant rem non fore geſtam prout inſtrumentum cantat, licet nõ recordẽtur prout res fuerit geſta, ſatis eſt ad reprobandũ inſtrumẽtũ. Soci. conſil. 171. inci. dum profectò. uerſ. multũ eſt mihi. circ. fi. par. 2.*

impugnantium: quia tunc reiecta authoritate notarij ſtaretur impugnantibus, ſed ſi coadiuuantes ſunt plures, uel numerus hinc inde æqualis, ſtabitur inſtrumento propter authoritatem notarij, ſecundum ipſum, cum quo tranſit ibi Imo. intelligens, ut ſi ſtantes pro inſtrumento etiam pauciores eſſent maioris meriti: quia præferuntur per ea. in noſtra ſuprà de teſt. ut ibi per eum poſt Ang. Quibus adde, quod dicta eorum procedunt, ubi impugnantes uariando ſeriem facti dicunt rem aliter fuiſſe, uel non interfuiſſe, ſed ubi uterentur uerbis merè negatiuis, etiã ſi eſſent plurimi, non præualerent duobus affirmantibus & ſuſtentantibus inſtrumentum, ſecundum Inn. & do. Ant. hic, quia plus creditur duobus affirmantibus, quàm pluribus negantibus, ſecundum gl. in l. diem proferre. §. ſi plures ff. de arbit. & Inn. in c. ſuper hoc ſ. de renu. & in c. quid per nouale. j. de uerbo. ſig. Quod intellige & declara, ut dixi in d. c. in noſtra. ¶ Secundò intellige hanc limitationem, dummodò teſtes coadiuuantes deponant de directo contra impugnantes: quia ſi illi dicant ſe non interfuiſſe, iſti dicent interfuiſſe: & ſi dixerunt rem ſe aliter habuiſſe: iſti dicent ſic ſe habuiſſe tempore confecti inſtrumenti, ut eſt in eo deſcriptum: alias enim, ſi coadiuuantes ſimpliciter atteſtarentur rem ita fuiſſe, & non dicerent tempore ſcripturæ, non probarent pro inſtrumento. quia iſta ſtant ſimul, factum a principio ſic ſe habuiſſe, & tamen tempore confecti inſtrumenti non ſic fuiſſe dictum a partibus, uel nõ ſic a notario lectum, ſecundum Sal. in d. l. in exercendis. in pe. col. Quod no. pro formandis capitulis. ¶ Tertiò intellige, dũmodo coadiuuantes deponant in numero ſufficienti: nam ſi eſſet inſtrumentum, in quo requirerentur quinque teſtes, ut codicillus, non ſufficeret ad ipſum coadiuuandũ producere duos ſed debent eſſe quinque, ſecundum Inn. & alios hic: quod uidetur procedere, quo ad hoc, ut tenor inſtrumenti & eius continẽtia probetur, adeo quod ex illa probatione obtineat, ſed quo ad hoc ut ipſum inſtrumentum adiuuetur in tantum, quod probet, ſatis uidetur ſufficere, quod duo deponant ſuper præſentia ipſorum cõtradicentium & negantium ſe interfuiſſe, etiam ſi ſit talis actus in quo requirantur plures, quam duo teſtes: quia talis ſolennitas, uidelicet quod duo teſtes fuerunt præſentes, poteſt per duos teſtes probari, l. ij. C. de ſecundum tabu. ¶ Limita tertiò dictam concluſionem, niſi factum ſic ſe habendo, prout dicunt teſtes impugnantes, poſſet ſtare cum inſtrumento, & non contradiceret ſibi, ſed potius in ſcriptura probetur omiſſio, quia tunc ſtatur inſtrumento & teſtibus, ſecundum Inn. & Doc. hic, & Sal. in d. l. in exercẽdis. dicentem eſſe caſum hic, dum inſtrumentum ſtat cum teſtibus ſupplentibus. ¶ Limita quartò & ultimò, dummodò probetur, quod reprobatorij ſint illi, qui ſunt deſcripti in inſtrumento, & quod uocentur eiſdem nominibus. nec ſufficit, quod pars hoc dicat, niſi probet, ſecundum do. Card. hic, quem retuli ſuper tex. & ſequitur ſimpliciter do. Abb. hic, ex quibus remanet iſta materia reſtricta longè clarius, quam antea conſuetum fuerit. ¶ In gl. ibi, quod in diem. §. 1. No. iſtã glo. ſecundum Imo. hic, quæ uidetur uelle, quod quando non fuit oppoſita compenſatio ante ſententiam, poterit opponi etiam poſt ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam ad impediendum executionem ſententiæ, quia cui datur actio, multo fortius exceptio, l. inuitus. §. cui damus. ff. de reg. iur. Et eſt caſus de hoc in l. ij. C. de compenſ. Et rationem aſſignat ibi Bal. quia ille, qui compenſat, uidetur exequi, cum compenſatio ſit quædam ſolutio, l. ſi debitor. in fi. ibi, nihil intereſt, ſoluerit, an cõpenſauerit. ff. qui pot. in pig. hab. & idem dicit Bal. in l. peremptorias. C. ſenten. reſcin. non poſſe. Item, quia talis exceptio non eſt impugnatiua ſententiæ, ideo poteſt opponi, ut per Ange. conſi. 19*. incip. Iudæi, &c. uiſis dictis dubijs. Et dicit Bal. in l. filium. C. famil. erciſc. quod ſatis reſtituit, qui compenſat. Et dicit Bal. in l. ſi. C. de eden. quod obijciens compenſationem, non dicitur proprie excipere. Et ſecũdum prædicta dicit hic Imo. ſe iudicaſſe in facto, & etiam dixiſſe partem aſtringi poſſe ad reſpondendum poſitionibus factis ſuper compenſatione, quia ſi poteſt probare, poteſt etiam facere poſitiones, per no. in c. 1. de confeſ. in 6. dixi ſuprà. in rub. de prob. Et ſi negetur poſitio, debet intra breue tempus probari, quia in executione ſẽtentiæ non admittuntur requirentia altiorem indaginem, ut per Barto. in l. ſacta. §. condemnationes. alias in l. ſi is, a quo. ff. ut in poſſeſ. lega. & maxime compenſatio, quæ uult de facili poſſe liquidari, l. ſi. C. de compen. Quod autem actio compenſat & remaneat ſalua, ut hic in glo. probatur in l. ſi cum dos. in princ. ff. rerum amo. & in l. quod dicitur. la prima, §. ſi dos data. ff. de impenſ. not. Petr. de Ancha. in capitulo primo, in ultim. column. de reſtitutio. ſpoliato. in ſexto allegando Innocen. in capitul. fin. ſuprà, de reſti. ſpol. Idem Arch. in c. Oſius circa fi. 6. q. 4.

* *conſ. 19.] Adde quod in alleg. conſi. nihil de hoc ſed eſt conſ. 132. incip. Quidam Nicolaus etc. uiſis dictis dubijs nu. 1. ubi de materia hic tacta.*

Finita eſt die XXII. Februarij hæc decretalis.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum non uitiatur propter defectum literæ, per quam ſenſus non mutatur.*

2 *Latinitas falſa an uitiet inſtrumentum.*

CAPITVLVM XI.

1 EX PARTE. ¶ Defectus † literæ, per quem ſenſus nõ mutatur, non uitiat reſcriptum. H. D. Et ſic ſecus ſi mutatur. Quod no. ¶ Not. ſummarium & declara generaliter in omni defectu, ſiue ſyllabæ, ſiue dictionis*, dummodo ſenſus ſcribentis non mutetur, quia literę ſortiuntur effectum ex ipſa bulla, per cuius ſolennitatem, conſtito de conſenſu, tales defectus non ſunt in conſideratione. Vnde conſuluit dom. Card. conſi. 95. incip. Nobilis & præſtans amice. quòd non uitiatur literæ dicentes præſentibus & futuris temporibus duraturis, cum deberent dicere, duraturæ, quia per alia uerba conſtabat de ſenſu literarum, & ſic procedit ille tex. nedum ſi litera omittatur, ſed etiam ſi una ponitur pro alia. Vnde reſtringitur c. ad audientiam. el 1. ſupra de reſcrip. ut procedat, quando falſa Latinitas procedit ex alio defectu, quàm unius literæ, quia talis exiguus defectus poteſt contingere etiam ſi, ſæpe inſpiciatur unum reſcriptum, niſi uariatio unius literæ induceret uariationẽ ſenſus, ut faciebat in c. inter dilectos. ſuprà eodem, ſcilicet an eſſet Loitardus, an Loiardus, & ſubdit domin. Cardina. in eodem conſil. quòd curia Romana hodie non admittit tales exceptiones, maximè Latinitatis, ſed de rigore iuris, quòd plures in illo caſu conſulerent contrarium, ad quod euitandum ſuadet, ut reficiantur literæ, quod ultimum uerbum non refert domi. Abb. hic, facta implicitè mentione de dicto conſilio. ¶ Sed tamen hanc declarationem expreſſè firmant hic domi. Card. & domi. Abbas, dantes etiam exemplum de literis, in quibus dicebatur, eccleſiã Sancti Pancratij & de illis, in quibus dicebatur, inducas in corporalem & deficiebat poſſeſſionem: ut hic per eos poſt Innocen. reprobantes Hoſtien. hic, qui diſtinxit inter literas gratiæ & iuſtitiæ: & cum eo tranſit hic Ioann. Anton. Bald. domi. Anton. & Imola. ſed opinionem Innocen. ſequitur Archid. in capitu. Apoſtolicæ. 35. quæſt. 9. & Domini. in capitu. in memoriam. 19. diſtinctio. & pro ipſo allegat dom. Abba. notata in capitu. cum uenerabilis. infrà de relig. domi. & in l. j. & ij. ff. de his, quæ in teſt. delen. concludens, quòd dicto capitu. ad audientiam loquitur, quando contingit falſa Latinitas apparenter, non autem ex tranſcurſu pennæ, ſeu mutatione unius literæ loco alterius: quod facilius contingit. 2 ¶ Et† iſta habent locum etiam in inſtrumentis: imo falſa Latinitas non uitiat ipſa eo caſu, quo uitiaret reſcriptum. quia non tranſeunt per tot manus, ut per Guil. de Cun. & Angel. in l. qui habebat. in princip. per illum text. ff. de manumiſ. teſta. per Bal. in l. cum ante. C. de dona. ante nup. & hic per Specul. de reſcrip. præſent. §. primò igitur. uer. item quòd litera. per Bal. in l. j. C. de formulis. & in peream. C. in fin. principij, per Bartol. in l. demonſtratio. in fin. princip. ff. de condi. & demonſtratio. per Bald. in l. imperator. la. 1. in 1. colum. ff. de ſtatu homi. & in l. contractus. uerſic. quæro circa iſtam regulam. C. de fide inſtrum. & glo. in uerb. ſi cognouiſſet. in c. & hæc diximus. 16. quæſt. 7. & gloſ. & Bald. in d. c. ad audientiam. el 1. ¶ Sed contra id, quod dicit hic do. Car. ſe obtinuiſſe defectum

* *Dictionis] Adde ad materiam huius decretal. Roma. in conſi. 376. incip. quæſt. eſt nume. 10. 11. ubi ponit ſtylum Rom. curiæ.*

illius uerbi, Poſſeſſionem non uitiare, adduci poteſt, q ſcribit Bar. in l. præſes. C. de ſent. & Roma. in repe. l. j. ff. de re iud. & Bal. & Ang. in l. j. §. fi. ff. de hæred. inſti. ubi per multa dicunt, q diſpoſitio l. Verbũ, uolo. C. de fideic. & in d. §. fi. & l. Titia. §. qui Marco. ff. de annuis leg. cum ſimi. ubi dicitur, defectum unius uerbi non uitiare ultimam uoluntatem, procedit fauore ultimæ uoluntatis preſertim quia teſtatores affecti debilitate nõ ſemper proferunt omnia uerba. Sed in alijs materijs ſecus eſt, ſecundum eos nam diſpoſitiones, quæ alias ſolenniter fiunt, non recipiunt ſubauditiones, ſed truncatus ſermo uitiat eas, p l. ij. C. de conſt. pecu. Vnde dicunt, q ſi in ſententia ſint omnia uerba excepto uerbo Cõdemnamus, erit nula, nec ſubintelligitur, propter quod non uidetur dictum do. Car. procedere, niſi quando ſcriberetur in materia merè fauorabili, ſicut dicitur de ultimis uoluntatibus. ¶ Nihilominus ubi ex alijs uerbis clare conſtat de mente ſcribentis, uidetur in reſcripto, quamuis odioſo, poſſe ſubaudiri unum uerbum omiſſum, per rationes do. Car. hic. Quibus nõ obſtãt proximè adducta, quia non ſunt uera uel ſaltẽ abſq; dubio, quoniam Bar. Raph. Cuma. & Pau. de Caſt. in d. §. fi. & Nic. de Matarellis, Bal. & Pa. de Caſ. in l. errore. C. de teſt. tenet contrariũ, q ualeat ſentẽtia cãrens uerbo Condemnamus, ſi per alia uerba comprehenditur, per id quod dicitur de ultima uoluntate, q eſt ex duplici ratione, tum fauore teſtamenti, & iſta ceſſat in ſententia, tũ propter reliqua uerba teſtamenti denotantia mentem teſtatoris & iſta ratio non ceſſat in caſu noſtro, ergo nec lex, ut in §. affinitatis. Inſtit. de nupt. & per gl. in uerſ. malignantium. alias in uerb. periculoſis. in c. cupientes. in princ. de elec. in 6. Et ſicut poteſt ſententia per impropriationem ſaluari, ut dixi ſ. c. proxi. ſuper tex. ita per ſubauditionem. ¶ De falſa autem Latinitate, an indiſtincte uitiet, non eſt locus hic, ſed in d. c. ad audientiam. el 2. ubi uide.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius perpetuus ordinari poteſt in eccleſia habente rectorem.*
2 *Vicarij perpetui ſunt alij temporales.*
3 *Vicarius an poſſit dare uicarium.*
4 *Vicarius poteſt agere pro iuribus concernentibus ſuam uicariã abſq; alio mandato. Hæc concluſio declaratur quatuor modis, ut nu. 5. 6. 7. & uer. declara quartò.*
8 *Vſufructuarius an debeat facere expenſas neceſſarias in re, qua fruitur.*
9 *Debita hæreditatis quis ſoluere teneatur, hæres, an proprietarius.*
10 *Appellatus iuſſus a iudice ut ſententiam exhibeat, & ipſe negat ſententiam latam, qualiter pronunciare debeat.*
11 *Appellatio ſi eſt interiecta a ſententia, ſufficit, quòd contineat tenorẽ ſententiæ. nu. 12. 13. 14.*

CAIPTVLVM. XII.

G. PERPETVVS. ¶ Licite appellatur a iudice, q parti petenti non facit edi communia inſtrumẽta. H. D. ¶ Et de materia editionis dicunt Docto. hic, ſe oportunè dixiſſe in ca. 2. ſ. de proba. ideo ex toto omittunt, & ibi etiam alio anno dictũ, fuit per regulam cum fallẽtijs rememoratũ dictis quibuſdam Bal. & Imo. hic. ¶ In tex. ibi, perpetuus uica-

1 rius. no. † q in eccleſia, quæ habeat rectorem, poteſt eſſe uicarius perpetuus: & de hoc loquitur cap. primum, fm, & fi. ſ. de offi. uic. & c. extirpandę. §. qui uero. j. de præb. & uide gl. in cle. unica, in uer. ſacerdotium. de offi. uicarij. quæ dicit, q ius pmittens diſpenſari cum obtinentibus eccleſias ſm formam c. cum ex eo. de elect. in 6. habet locum in uicarijs perpetuis: & eam facit ſing. do. Car. hic, dicens per hoc habere, q uicarij perpetui obtinent eccleſias, & per conſequens poſſunt pro ipſis agere. Et q iſti æquiparentur uero rectori, facit c. conſtitutus. & c. Michael. ſ. de fil. presby. & c. poſtulaſti. ſ. de reſcr. Vnde poteſt quis ordinari ad titulum uicariæ perpetuæ, ſm do. Card. in d. cle. unica, in 8. q. Et talibus debetur quarta Canonica ſecundum do. Car. in cle. dudum. §. uerum in 22. q. de ſepul. & Pe. de

2 Peruſio. in 4. c. Canonicæ parochyalis. ad fi. ¶ Alij † ſunt uicarij non perpetui ſed temporales, ut ſubſtituti loco rectorũ legitimè abſentium: de quibus in c. peruenit. j. de appe. & in d. c. cum ex eo. & in c. nemini deinceps. de elect. in 6. Et iſti nõ ſunt propriè uicarij, ſecundum Vinc. do. Ant. & do. Abb. hic. Vnde appellatione uicariorum nõ intelligitur de talibus, ſed de his qui authoritate ſuperioris ponuntur ut perpetui, iuxta d. §. q uero & facit c. ad hæc. ſ. de offi. uic. Vnde uidetur, q appellatione uicarij non ueniat uicarius epiſcopi cum nõ ſit perpetuus. Sed poteſt dici contrarium, quia tantum eſt, quod aliquid ſit aptum eſſe perpetuum, quantum quod dicatur perpetuum, l. iuris peritos. in princip. & ibi Barto. ff. de excuſat. tut. & glo. in uerbo, perpetuas. in fi. in c. fi. de reſcrip. in 6. & ibi Dom. & per do. Abb. in c. unico, j. de cogna. lega. & do. Car. in cle. 1. in 10. q. de elec. cum ſimil. Sed ubi poneretur expreſsè ad tempus, adhuc fortè idem ex alia ratione, ſcilicet propter communem uſum loquendi, qui etiam in ſtatutis præualet, ut per Barto. & alios in rub. ff. de oper. no. nun. & do. Ant. & do. Abb. in proœmio Decretal. dixi in c. per tuas. ſ. de proba. ¶ Et in quantum

3 dicit hic dom. Anto. quod † uicarius non poteſt dare uicarium adde, quod not. Bald. in c. fi. in 1. colum. ſ. de offi. deleg. & in l. aliquando. ff. de offi. procon. & leg. & glo. in uerb. ipſius. & ibi Dom. & alios in c. Romana. de offi. uic. in ſexto, & late domin. Car. in clem. 1. in 12. 14. & 19. q. de offi. uicar. & in cle. & ſi principalis. in 2. q. de reſcrip. & dom. Ant. in c. clericos. ubi eſt tex. ſupra, de offic. uic. Et dicitur, quòd abſentaturus ſe ex magna cauſa non ſæpe & pro modico tempore, poteſt alium uicarium dare, ut per gl. & Docto. in clem. 1. in uer. uel loco aliorum. de regula. & Dom. poſt Ioan. Andr. in d. cap. cum ex eod. §. porro. ¶ In gloſſ. 1. ibi. ſicut uſufructuarius. Illa non eſt mala ſolutio, ſecundum Imo. hic imo talis uicarius perpetuus habet tantum ius, quantum emphyteuta, uel feudatarius, & iſti omnes poſſunt conueniri, ut not. in cap. quoniam. allegato in gloſſ. Et ſimiliter potuit iſte uicarius agere propter utile ius, quod habet etiam ſine mandato, nam cenſetur habere mandatum a principali rectore, quatenus eſt ſibi expediens pro iure ſuo conſequendo, cum & fructuarius cenſeatur habere mandatum a domino etiam deducendi ius proprietatis in iudicio, quatenus eſt ſibi expediens pro iure ſuo conſequendo, l. 1. in fin. cum ibi notatis, ff. uſufruct. quemad. caueat. not. Bartol. in l. quamuis. ff. de dam. infect. Nec ſententia contra ipſum lata nocet domino, niſi ſciat cauſam agi, & non contradicat, per not. in l. ſæpe. ff. de re iudic. ¶ Et quod iſti æquiparentur emphyteutæ, uide dom. Card. in clem. 1. in prin. in 1. oppo. de offi. uicar. ¶ Ex

4 † quibus naſcitur concluſio, quam firmant hic do. Car. do. Anto. & do Abb. q uicarius poteſt agere pro iuribus concernentibus uicariam ſuam abſque alio mandato, quia habet titulũ d. cle. unica, & d. §. qui uero. Sicut Canonicus agit nomine præbendæ ſuæ, licet præbenda ſit capituli. ut in ca. 3. & ibi dixi, ſ. de proba. Et ideo per illum tex. dicit Rota in antiquis, deciſione 345.* inci. itẽ no. qđ cũ uicarius. q talis uicarius habet fundatã intentionẽ ſuã pro decimis ſibi ad ſuſtentationẽ deputatis, & pro ipſis agere poteſt. ¶ Quam cõcluſio-

5 nem declara primò niſi eſſet uicarius temporalis, & non perpetuus, quia ſine mandato non poteſt agere, quia non habet titulum in eccleſia, uel adminiſtrationem, licet aliquid detur ſibi pro ſua ſuſtentatione. Facit per locum a ſpeciali, d. cle. unica.

345. *Adde q non eſt bona allegatio, Sed eſt deciſ. 341. alias 5. ſub ti. de offi. Vicar. in antiq. & incip. Nota quod cum Vicarius.*

6 ut hic per do. Abb. ¶ Declara † ſecundò, niſi uelit agere, non pro iuribus uicariæ, ſed pro alijs iuribus eccleſiæ, quæ remanſerunt apud rectorem, quia in illis nullum titulum habet, &

7 ita procedit iſta gl. ¶ Declara tertiò, niſi † rector eccleſiæ uellet ſibi aſſiſtere in lite ratione præiudicij, quod ſibi ex contrario litis euentu irrogari poſſet, nam perdito bonis uicario deputatis habet de alijs prouidere iudex, c. de monachis cũ materia, j. de præb. facit l. a ſententia. ff. de appel. ſm do. Ab. in c. 2. in fi. de procur. in 6. Si tamen ignoraret cauſam agi, acta ſibi non obeſſent ut ſ. poſt Imo. ¶ Declara quartò ampliando, ut etiam tales agendo pro iuribus ſuis præferantur uero rectori, quia ſatis dicuntur domini ratione utilis iuris, quod habent, ut ſingulariter per Imo. i d. cle. unica, ſicut de procuratore in rẽ ſuã dicit tex. & ibi Bar. in l. procuratore. ff. de procur. & Bart. in l.

8 3. C. de noua. ¶ In † ea. gl. ibi, ad refectionem. Hoc eſt uerum, ſecundum Imo. hic, quando expenſa eſt modica, ſed ſi eſſet magna, non teneretur reficere ſuis expenſis, ut l. hactenus. allegata in glo. no. Bar. in l. etem. §. qui maximos ff. de publicanis. Si autem domus totaliter deſtrueretur, extinctus eſſet uſuſfructus, ut traditur in l. quid tamen. ff. qui. mo. uſuſfr. amitt. Et de materia per Bartol. in l. quæro. per illum text. ff. de uſu-

9 dſufruct.leg. ¶ Et † quis ſoluere debeat debita hæreditatis, an hæres, an uſufructuarius, uide Bar. in l. ſi. circa ſi. ff. de uſufruc. leg. & Pau. de Caſt. in l. ſi. §. ſin autem æs alienum per illū tex. C. de inr. de li. & conſi. 385. ¶ Et an prædicta de refectione & impenſa procedant in colono, uel inquilino, uide latè Bar. in l. pe. ff. de impenſ. & in l. prædia. §. pe. ff. de fund. inſtr. & Barto. ponentem de purgatione uiæ publicæ, in l. ædiles. ff. de uia publi. cum ſimi. Et uidetur in effectu, q non tenetur niſi ad impenſas momentaneas & modicas, niſi aliud habeat conſuetu-
10 do. ¶ Extra † gl. dicit hic Inn. q ſi appellatus iuſſus a iudice, ut exhibeat ſententiam, negat eam fuiſſe latam, iudex pronūciabit, q ſi qua ſententia unquam apparuerit pro ipſo in ea re lata, nullas uires habeat, argumen. l. non alienum. ff. de interrog. actio. Et hoc dictum ſequuntur late omnes Doct. hic, & ſequitur Lap. alleg. 10. in fi. & Bal. in repe. l. ij. in 6. char. ff. de iureiur. & in Repertorio Inn. in uerbo, appellatio. In 37. q. & Spec. tit. de inſtr. edi. §. nunc dicamus. uer. ſed pone, coram iudice. & Ioan. And. & Dom. in c. Romana. §. ſi uerò. de appel. in 6. & Ange. conſi. 193. circa fi. & Pet. de Anch. in ca. 1. de appel. in 6. & Bar. in l. 1. §. edenda. ff. de eden. & in l. ſi appellationem. in fi. C. de app. Et ſi diceretur, prout dicebat Feder. conſi. 202. inci. Audiui ſæpe uos. q non uidetur iudex appellationis eſſe competens, niſi conſtet ſibi de appellatione, & q appellans debet exprimere ſententiam & iuſtificare appellationem, d. §. ſi uerò. quæ non uidentur fieri poſſe non habita ſententia: reſpon-
11 de, ſecundum Bal. in l. 2. C. ut lit. pen. q † ſufficit in appellatione ponere ſubſtantiam ſententiæ, licet non ponatur tenor, al le. l. ij. & ſi. C. de preci. impe. offe. ¶ Et iſtud uulgatum dictum Inn. ampliа primò non ſolum, ſi appellatus dicit ſententiam nō fuiſſe latam ſed etiam, ſi fateretur eam latam: ſed dicit ſe non habere. Ita dicit Bar. in l. 2. C. de eden. & alleg. Inn. hic, q hoc non uidetur dicere ſecundum Pau. de Caſtr. ibi. Sed mihi uſ, q Inn. idem dicat in prin. Et pro hac ampliatiōe facit textum glo. in l. ſed & ſi p prætorem. §. ſed ſi dum decreto. ff. ex quibus cau. maio. & quod no. Lap. alle. 59. inci. in Dei, &c. prælatus eccleſiæ. ubi dicit, q quando actor confitetur de debito confectum inſtrumētum, & iudex iubet, ut ipſum exhibeat: ſi non exhibet, poteſt iuriſdictionem ei denegare & licentiare reum. Ad idem, quod no. Bar. in l. Ariſto. poſt prin. ff. de acqui. hær. ubi dicit, q iudex poteſt præcipere, q habens inſtrumentum de certa materia, utatur eo: alias non proſit ſibi in poſterum: & idem no. in c. cum in tua. ī. qui mat. acc. poſ. & per Cy. & alios in l. ſi ca. C. qui acc non poſ. & Bar. & alios in l. ſi ſi
12 ni ta. §. ſi de uectigalibus. ff. de dam. infect. ¶ Amplia † ſecundo, etiam quando petens reductionem ad arbitrium boni uiri peteret per aduerſarium exhiberi laudum contra ſe latum cum iſta ſit ſpecies appellationis, l. non diſtinguemus. §. cum quidam. ff. de arbitr. Ita ampliat Bart. in d. l. ij. C. ut lit. pend. ¶ Amplia tertiò, etiam quando iudicium proceſſit ſine aduerſario, ne quia iudex ex officio proceſſit per uiam inquiſitionis: quia tunc, ſi iudex appellationis ſentit pro appellante, pronunciabit: q ſi qua ſententia apparuerit in tali forma, ſit nulla. Si autem ſentit contra appellantem, pronunciabit, q ualeat. Ita docet Bal. in d. l. 2. C. ut lit. pen. dicēs, hoc pure colligi ex dicto Inn. hic. Bene facit quod no. idem Bald. in l. noſtram. in ult. col. C. de teſta. ubi dicit, q ſi bannum debet cancellari, & non reperitur, practica eſt, ut pronuncietur, q ſi aliquod bannum de tali homine reperiretur non habeat uires, &
13 alleg. Inn. hic. ¶ Amplia † quartò in omnibus caſibus, in quibus non dico, q negaretur, ſed eſſet quis contumax in edēdo, ubi tenetur, quia poterit iudex pronunciare, q editio habeatur pro facta, ac ſi probaſſet per omnia contra contumacem. Ita ampliat Pet. de Anch. in cle. 1. §. cæterum. in fi. de uſur. dicens, uidendum eſſe Bart. in l. ſi prius. ff. de no. ope. nun. & facit gl. in c. cum cauſam. in uerb. compellens. ff. de teſti. & quod ibi dixi. ¶ Sed tamē iſtud dictum Inn. limitatur primò, niſi appellatus diceret ſententiam fuiſſe latam, ſed q non recordatur, qualiter, & iurat penes ſe eam non habere, nec dolo deſiiſſe habere, quia non imponetur ei iſtud ſilentium, ſecundum Baldus in l. 2. qui ad curia. in 3. col. C. de appel. per l. ſi. C. de fid. inſtrum. ¶ Secundò limita, niſi quis probabiliter deceptus falſum reſpondiſſet, quia ſuccurritur ſibi, ſatisfacto tamen aduerſario de intereſſe ſuo. Ita dicit ipſemet Inn. hic, cum quo alij tranſeunt, per l. de ætate. §. ex cauſa. ff. de interro. act. ¶ Limita
14 † tertio. & fortiter, niſi appellans potuiſſet alias habere copiā ſententiæ, & non curaſſet: quia fuiſſet in culpa, & ſibi imputabitur, & ſtabit regula, Actore non probante reus abſoluitur. Ita dicunt hic Ioan. And. do. Car. do. Abb. & Imo. quia debet appellans ire cum inſtrumentis ſententiæ, iuxta d. §. ſi uerò. Et ideo dicit hic do. Car. ſe putare, q in omnibus exemplis ſimilibus tunc demum competat remedium prædictum, quando, non ſubeſt alius modus habendi inſtrumentum, cum ſit remedium non ordinarium. ¶ Ex quibus uerbis infero, quòd oportebit appellantem probare ſe uſum fuiſſe omni remedio ad cogendum notarium primi iudicis ſuper editione. & non potuiſſe eam conſequi: nec in hoc ſtaretur ſoli aſſertioni ſuæ cū non præſumatur notarius denegaſſe. per c. quoniam. ſuprà, de proba. iuncto c. ad audientiam. infrà, de præſcript. nec pars tenetur edere acta a ſe redempta, quandiu originalia extant, ut hic per Imol.

SVMMARIVM.

1 *Contrarietas ſicut uitiat, ita & incertitudo.*
2 *Contrarietas literarum & ſigni notarij, qui recepit duo inſtrumenta facit uacillare fidem utriuſque.*
3 *Contrarietas ſi eſt inter ſcripturam publicam et priuatam, uitiatur.*
4 *Scriptura cōtrariæ ab eodem productæ fidem non faciunt in omnibus ſcripturis, quarum contrarietas preuideri poteſt.*
5 *Reus licet poſſit uti exceptionibus & allegationibus contrarijs, non tamen auditur uolens probare contraria circa idem.*
6 *Scriptura una ſibijpſi contraria non ualet & nu. 7.*
8 *Scriptura contraria quando producuntur a diuerſis, in dubio fertur ſententia abſolutoria.*
9 *Contrarietas ſcripturarū tollenda eſt per aliquam interpretationē, aut commodam diuiſionem ſententiarum, locorum, & temporum, nume. 10.*
11 *Producere in iudicio factum inſtrumentorū, licitum eſt, nec erit probatio incerta.*
12 *Comparitio procuratoris dicentis, Compareo pro omnibus meis cauſis ceram nobis pendentibus, ualet.*
13 *Proteſtatio talis, Produco in parte & partibus pro me facientibus, an ualeat.*

CAPITVLVM XIII.

IMPVTAAR. ¶ Sripturæ contrariæ ab eodem productæ fidem non faciunt *.

H. D. Et ideo dicit Spec. in illo titu. §. uidendum reſtat. circa prin. q habens producere inſtrumenta, debet ea accurate perlegere. ¶ Et hanc decretalem expedies per declarationes, quarum prima
1 ſit hæc: Sicut † uitiat contrarietas, ita incertitudo. Vnde ſi dati ſunt duo procuratores ab eadem perſona per duo inſtrumenta diuiſim, nec apparet, quod ſit confectū prius nullum ex ipſis fidem facit ſecundum gl. in uer. nominatus in c. ſi quis iuſto de elect. in 6. & Io. And. in Spec. de proc. §. ratione aūt formæ. uer. itē q licet plures & Dom. in c. ſi duo in prin. in 3. col. de proc. in 6. & Old. cō
* ſi. 1 in 3. col. & Ro. in ſingu. 261. * incip. tu habes. & facit, q no. Bar. in l. j. circa mediū. ff. de proc. allegando. l. duo ſunt Titij. ff. de teſt. tut. & hoc procedit, niſi in uno inſtrumento daretur minor poteſtas quā in alio, ſm Bal. in l. falſus. in 13. col. uer. ſcias ēt. C. de furt. per l. Sempronius Proculo. de leg. 2. nā in minori ambo concordant l. idem. §. ſi plures. ff. de arbi. ut ibi per eū. Item procedit, niſi in aliquo illorū inſtrumētorū eēt clauſula de non per hoc reuocādo aliquē aliū ſuum procuratorē, ſm Io. And. in d. uer. item q licet plures. quam ſequitur Dom. in d. c. ſi duo. ¶ Secunda declaratio. Si-
2 cut † contrarietas contentorum in inſtrumentis uitiat, ita cōtrarietas idētitatis inſtrumentorū: puta, ſi ſub nomine eiuſdē notarij producuntur duo inſtrumenta nullam conformitatē literarum habentia, & in ſigno notarij diuerſa, nā iſta ſimilitudo tollit fidem utriuſque. ſecundū Bal. & Sal. in l. ſcripturæ.
3 in ult. col. C. de ſi. inſt. ¶ Tertia declaratio. Etiamſi † eſſet cōtrarietas inter ſcripturas priuatas, & unam publicā & aliā priuatam habet locum iſte tex. ſecundum Io. An. & alios hic cōtra gl. in l. ſcripturas. C. qui po. in pig. hab. quæ dixit, ſtandum publicæ ſcripturæ nam tex. hic, & in d. l. ſcripturæ. utuntur hoc uerbo Scripturæ, quod uerificatur in omnibus prædictis, &

* Faciunt] *Adde ad materiam huius decretal. Alex. in l. inter ſtipulantem. §. 1. de uerbo. oblig. & in cōſ. 19. incip. Ad medum præclare nu. 1. 2. 3. uol. 2.*

* 261.] *Adde quod uult dicere. 254. & incipit in habes quod per cōſtitutionem ſecundo ubi ui.*

4 idem Sal. in d. l. ſcripturæ. ¶ Quarta declaratio. In † omnibus
ſcripturis, quarum contrarietas præuideri poteſt, habet locum
iſte tex. Ita dicit Bal. hic. Vnde etiam in teſtibus contrarijs
aliquando poteſt habere locum, puta, quando actor fecit capi
tula ſibijpſis contraria, ſecundum ipſum dicentem glo. hic pro
cedere, quando teſtes primò motu deponunt contraria. Ex
qua declaratione ſequitur, q iſte tex. procedit in producente
atteſtationes alias publicatas contrarias, quia potuit præui-
dere, quod not. & facit præcedens declaratio notando uerbū
5 Scripturas. ¶ Quinta declaratio. Quamuis † reo liceat uti ex
ceptionibus & allegationibus contrarijs, regula, nullus pluri-
bus. de reg. iur. in 6. tamen in eo procedit hæc decret. quia nō
auditur uolens probare contraria circa idem, ſecundum om-
nes hic contra Goffr. & Hoſtien. & idem Bal. & Sal. in d. l. ſcri-
pturæ. ad fi. quod limitat dom. Car. niſi in eodem inſtanti uel
let producere contrarias ſcripturas condicionales, puta, unā
ut probet ſe non obligatum, & in quantum eſſet, producit aliā
per quam dicit ſe fuiſſe abſolutum per acceptilationem. Alle
gat no. per Dy. in d. regula, nullus & Bal. in l. j. C. de fur. & idē
6 ſentit Imo. hic. ¶ Sexta declaratio. Etiamſi † eſſet una tantùm
ſcriptura ſibijpſi contraria, habet locum iſte tex. ſecundū Bar.
& Bal. in d. l. ſcripturæ. & Doct. hic, nam licet iſte text. loqua-
tur de pluribus, tamen eius ratio, q potuit præuidere, habet
locum etiam in una, & facit c. inter dilectos. ſ. e. ubi reprobat
inſtrumentum, quod dicebatur confirmatorium & noui iu-
ris conceſſorium, quia reſpectu eiuſdem rei repugnabat.
7 ¶ Septima & ultima declaratio. Etiamſi † quis uellet reuoca-
re talem productionem, quaſi erroneam, non poteſt: quia im-
putatur ſibi, cùm potuerit præuidere, & eſt acquiſitum ius ad-
uerſario, cui præiudicaretur, ut latè per Specul. & Ioan. Andr.
de inſtrum. edi. §. uidendum. uerſi. quid ſi aliquid. & do. Anton.
hic, & Imol. ſuprà c. prox. & Innocent. in c. cùm olim. infrà de
cenſi. & ibi do. Anton. in ult. col. licet aliud ſentiat Bald. in l.
alia. in 1. col. C. de ijs, qui. ut indig. & in c. præſentium. in 2.
col. ſuprà de teſti. Eſt uerum, quòd ubi quis produxit unum in
ſtrumentum tantum, & non uult directè ipſum improbare, ſed
per aliud oſtendere primum male productum, poteſt, ut per
do. Anton. in d. c. cùm olim. & Bald. in d. l. alia. & domi. Anto.
in c. fin. in penult. charta, ſuprà de confeſ. ubi etiam dicit, quòd
poſt productionem inſtrumenti poteſt quis dare intellectum
dubiæ confeſſioni reſultanti ex productione, per c. cùm dile-
cti. infrà de accuſ. Directè autem reprobare non poſſet: quia
uidetur confeſſus, quæ ſunt in inſtrumento, ſecundum Innoc.
in c. cùm uenerabilis. infrà de excepe. & confeſſio ſcripta non
reuocatur, ut per do. Abb. poſt alios in c. fin. ad fin. ſuprà de cō
feſ. niſi pars aduerſa impugnaſſet talem productionem, per id,
quod ſingulariter not. Innocent. in c. mulieri. infrà de iure-
iuran. cum concor. quas ibi dicam: & in ſpecie hoc not. Bald.
in d. c. fin. in 6. col. uer. quæro, produxi. ¶ Modò iſtam decre-
8 talem limita primò, niſi † ſcripturæ contrariæ producantur à
diuerſis perſonis: quia tunc non procedit ſimpliciter diſpoſitio
huius capit. ſed cæteris paribus fertur abſolutoria, quòd ha-
bens probare non probauerit, cùm inuicem ſe elidant proba-
tiones, ut latè p Spe. in iſto titu. §. poſtremo, uerſicu. ſed pone,
produco. & Bart. & Bal. & Salic. in d. l. ſcripturæ. & do. Anto. &
do. Abb. hic. Eſt autem dictum, cæteris partibus, quibus ſi u-
na eſſet ſcriptura priuata, alia eſſet publica, præferretur pu-
blica, per d. l. ſcripturas. C. qui potio. & l. optimam. C. de con-
trah. ſtipu. ſecundum prædictos niſi illa priuata pluribus teſti
bus coadiuuaretur, ſecūdū Sal. in d. l. ſcripturæ. in pe. col. Item
ubi ex una parte concurrerent aliqui caſus fauorabiles, de qui
bus in c. fi. j. de re ind. non dicerentur omnia paria, & pro illa
parte iudicabitur. Item ſi poſſent ſcripturæ aliquo modo con
cordari. ut etiam in ſequenti limitatione, & de alijs etiam ali-
quid per Bart. in l. Sempronius Proculo. de leg. 2. & Bald. in l.
imperator. la 1. ff. de ſtatu ho. & Bal. & Imo. in l. cum propone
retur. de leg. 2. & in l. a iudice. & in l. iudices. C. de iud. & in l.
9 fi. C. comminationes, & epiſtolas. ¶ Limita ſecundò, niſi † con
trarietas ſcripturam poſſet tolli per aliquam diuiſionem, uel
* ſanam conſiderationem, * putà, per diſtin
ctionem temporum & locorum, quia tunc
utrique ſcripturæ creditur in ſuo caſu & tē
pore, ſecundum Bald. in l. in exercendis. in
4. col. C. de fid. inſtru. Alleg. l. item uidendū
& l. illud. ff. de peti. hære. & quædam alia.
& ſequitur Sal. i d. l. ſcripturæ. in ult. co. pro

Conſideratione] *Adde Soc. cōſi. 93. inci. circa primum præſentis uerſi præterea in 1. par. ubi habes, quod ſcripta*

quibus eſt tex. no. in c. inter dilectos. ad fi.
ibi, eo modo, quo magis. ſ. eod. per quem
notant ibi Docto. quod inſtrumentum ha-
bens in ſe repugnantiam in uerbis ſub di-
* uiſione, ad concordantiam reducitur, * &
not. Bart. in l. fi. §. idem quæſijt. ff. de cond.
inde. & do. Anto. in c. cum. tu. in 6. col. ſ. de
teſti. per d. c. inter facit c. periculoſè. de pœ
ni. diſtin. j. & cap. cum dilectus cum gloſ. in
uer. iuri cōi. ſ. de cōſue. Et hoc ſiue ab uno,
ſiue a diuerſis producantur, ut per do. An.
10 in d. c. cum tu. Et hæc no. ¶ Limita † tertio,
niſi producens ſcripturas contrarias eſſet,
mulier uel ruſticus, & non potuerit conſu-
lere peritiores, quia parcitur eorum ſimpli
citati, ſecundum Bal. in d. l. ſcripturæ, uer-
ſus fi. arg. l. cum de indebito. circa medium
ff. de proba. Per quam l. dicit Bald. idem de
ruſtico non reuocante confeſſionem aduo-
cati, in c. fi. in 7. col. ſ. de confeſs. & ſimilem
dixit Bal. per illam l. ſ. c. proxi. in 2. co. Sed
quia difficile eſſet probare, q non potuit,
conſulere peritiores, præcipuè in hoc ca-
ſu, in quo acceſſit ad iudicium plenum peri
tis, ideo fortè melius dicit Sal. in d. l. ſcri-
pturæ. tenens contra hanc limitationem.
Et generaliter, quando ruſticitati parca-
tur, uide etiam per glo. & Bar. in l. j. C. de
interdict. matri. & gloſſ. in l. athletæ. §. fi. ff.
de excuſ. tut. & do. Ant. & Imo. in cap. 2. de
conſti. cum multis alijs. ¶ Limita quartò &
ultimò, niſi contrarietas notata in unica
ſcriptura eſſet inter milleſimū & indictio-
nem, quia talis non nocet, ſed præſumitur
error in indictione, tanquam minus nota,
ſm Sal. in d. l. ſcripturæ. in ult. col. Allega.
Dy. & Io. And. in data Sexti, & facit, quod
no. Bart. in l. ſi librarius. ff. de regu. iur. & q
dixi ſ. eo. inter dilectos & in c. ex literis. ſ.
eo. Ex quibus idem uidetur generalius dici
poſſe in omni contrarietate procedente ab
errore tolerabili. ¶ Vltimò dicit hic do. An
to. & ſequitur hic do. Abb. in lectura anti-
11 qua, & Imo. ſ. c. prox. & q † licitum eſt pro
ducere in iudicio ſaccum inſtrumentorum, ut latè notauit Io.
And. poſt Spec. in iſto tit. §. uidendum. uer. item uo. exhibens.
Et non dicitur probatio incerta, ex quo eſt reſtricta ad con-
tenta in ſacco, iuxta l. pen. C. de ſent. quæ ſine cer. quan. facit,
quòd no Bart. in l. accepimus. ff. de autho. tut. & in l. ſi finita. §.
12 Iulianus. ff. de dam. infec. dicens, ualere † comparitionem pro
curatoris dicentis, Compareo generaliter pro omnibus meis
cauſis coram uobis pendentibus. Ad idem, quod dicebat Bar.
de reproductione omnium ſcripturarum coram nouo iudice,
in l. 2. C. de eden. ¶ Et ſubdunt prædicti, quòd ſi talis produ-
cens dicat ſe producere ſolum facientia ad cauſam, admitti-
tur talis proteſtatio, ſi eam excuſat iuſta cauſa, puta difficul-
tas in eis præuidendis ob termini anguſtiam, & loci diſtan-
tiam, alias talis proteſtatio non ualeret, quin in aliquo
ex illis inſtrumentis poſſet alius ſe fundare. Quæ dicta pen-
13 dent ab alia quæſtione: ¶ Vtrùm ualeat † proteſtatio, Pro-
duco in parte & partibus pro me facietibus. Quam quia Do-
cto. hic non examinat, ideo de ipſa dic, ut
* per Rotam in formis*, deciſio. 282. inci-
piente, Licet quis producat. per domin.
Anton. in c. cùm uenerabilis. j. de except.
& in c. cùm olim. infrà de cenſib. per Bald.
in c. præſentium. in 2. colum. ſ. de teſti. per
Bald. & Paul. de Caſt. in l. j. C. ut quæ de-
ſunt aduoc. per Iacob. Butr. in l. nimis graue. C. de teſtibus.
per Bald. in cap. cum dilectus. in ult. colum. ſ. de conſue. & in
l. unica, in 5. col. C. de confeſ. per Imo. in cap. cum uenerabi-
* lis. j. de except. Et communis * opi. eſt illa, quam ponit Imol.
ſ. c. prox. q proteſtatio iuuet producentem inſtrumentum e-
tiam proprium in certis capitulis omnino ſeparatis. Et ita ſen
tit Bar. in l. Publia. §. fi. ff. depoſiti. remittendo ad dicta ſua in
l. Aurelius. §. idem quæſijt. ff. de lib. leg.

ra ſunt interpretāda, ne contineant repugnantiam. ſed quid ſi ſcriptura, due ſunt manu eiuſdem, & una ſit plenior altera, cui ſtari debeat & dic quod plenior ſecūdum Soc. conſ. 94. incip. præſtantiſſimi uerſi. præterea. in fi. par. 2a.

* *Reducitur*] *Adde Soc. conſilio 295. incip. in cauſa contra filios uerſic. Quintus caſus circ. med. par. 2. & qualiter inſtrumenta publica quæ producuntur a diuerſis partibus ſi reperiātur contraria, probent & an debeāt in quantum fieri poteſt reduci ad concordiam ut. Soc. cōſil. 277. inci. Viſo publico inſtrumento uerſ. ſecundo quando par. 2. ubi etiam in uerſ. tertio principaliter habes quod quādo inſtrumenta ſunt eque originalia, et ſunt contraria nec poſſunt ad inuicem cōcordari illud p̄fertur quod continet minus obligationem.*

* *In formis.*] *Adde, & dic in nou. & ult. deciſ. 3. ſub tit. de fid. inſtrumen.*

Die

Die xxvij. Februarij, Mcccclxxij.

SVMMARIVM.

1 *Cautio ſine cauſa eſt omnino inefficax. & nu. 2. 3.*
4 *Cautio ſine cauſa eſt inefficax, niſi quis diceret, Promitto tibi donare decem, nam tunc liberalitas donatoris eſt cauſa promiſſionis.*
5 *Donatio quando colligitur ex coniecturis.*
6 *Cautio ſine cauſa non uitiatur, quando quis promiſit dare alicui pio loco uidetur enim ſe obligaſſe fauore pij loci.*
7 *Item fallit in confeſſione liberatoria.*
8 *Item in reali nã ſi confiteor rem meam eſſe tuam, non adiecta cauſa, praeiudico mihi confitendo.*
9 *Confeſſio facta in ultima uoluntate etiam ſine cauſa, ualet.*
10 *Confeſſio facta in iudicio ſine cauſa, an ualeat, & nu. 11. & 12.*
13 *De confeſſione ſcripta habente cauſam conuentionalem, quid iuris? Cõfeſſionis non ſcripta probanda eſt ueritas.*
14 *Confeſſio facta ſine cauſa, & geminata, an ualeat.*
15 *Confeſſio facta in inſtrumẽto guarentigiato, ualet etiam ſine cauſa.*
16 *Idem in ſtipulatione conditionali, quia talis ualet facta ſine cauſa.*
17 *Confeſſio facta ſine cauſa ualet, ſi ſtipulationẽ praeceſſit aliqua cauſa ad quam poſſit ſtipulatio referri. & nu. 18. 19. 20. 21.*
22 *Confeſſio facta etiam cum cauſa abſente parte non probat. nu. 23.*
24 *Confeſſio facta in ultima uoluntate, an & quando noceat.*
25 *Confeſſio facta abſente parte extra iudicium, regulariter nõ ualet. Fallit, niſi confeſſio talis ſit iterata. & nu. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39.*
40 *Geminatio uerborum quid operetur. nu. 41. 42. 43. 44.*
45 *Confeſſus ſe pecuniam mutuam recepiſſe, poteſt nihilominus intra biẽnium opponere exceptionem non numeratae pecuniae. et nu. 46. 47. 48. 49. 50. 51.*
52 *Exceptio non nu. pe. non habet locum, quando ex tenore inſtrumẽti conſtaret de actuali numeratione, & recipiens non ſimpliciter cõfiteretur, ſed notarius hoc aſſereret.*
53 *Exceptio nõ numeratae pecuniae poteſt opponi, ſi ex priuata ſcriptura nõ conſtet de uera numeratione.*
54 *Exceptio non numeratae pecuniae ceſſat in confeſſione facta in extremis.*
55 *Exceptio non nu. pec. non poteſt opponi, ſi in loco ſit ſtatutum, quod non poſſit opponi exceptio non nu. pe. intra biennium.*
56 *Exceptio non nu. pe. an ceſſet in confeſſione geminata.*
Exceptio non nu. pe. ceſſat, quando ex interuallo poſteriori confeſſionis confitens ſoluit partem debiti. Poſt nu. 56. uer. fallit ſexto.
Exceptio non nu. pe. ceſſat in confeſſione debiti facta ex aliqua cauſa, puta uenditionis, uel ſimilis. Poſt nu. 56. uer. fallit ſeptimo.
57 *Exceptio non nu. pe. non poteſt opponi poſt biennium.*
58 *Eccleſia poteſt leges accipere pro ſe, & recuſare contra ſe.*
59 *Exceptio non nu. pec. an competat clerico in patrimonialibus poſt biennium.*
60 *Exceptio non nu. pe. non competit poſt biennium, ſi debitor uult probare pecuniam non fuiſſe numeratam.*
61 *Fallit haec regula de aequitate Canonica.*
62 *Item in foro conſcientiae.*
63 *Item fallit in confeſſione mutui facta, de qua conſtat per teſtes, et nõ per ſcripturam quia poteſt opponi etiam poſt biennium. Ad nume. 64.*
65 *Item fallit, quando debitor moleſtatus poſt biennium a creditore, implorat officium iudicis, nam ſuccurreretur eidem.*
66 *Item fallit, ſi conſtat creditorem confeſſum fuiſſe non numeraſſe pecuniam, nam hoc dicto non obſtat confitenti lapſus biennij.*
67 *Inſtrumentum qualiter probatur eſſe ſimulatum. Vide hic remiſſiue.*
68 *Venditio ſimulata qualiter probetur.*
69 *Notarius ſi hodie conficit inſtrumentum mutui, & aſſerit, quòd heri fuit numerata pecunia, an probet.*
70 *Dicens contractum a ſeipſo celebratum, eſſe fictum, an ſit audiendus.*
71 *Maritus ſi conſtante matrimonio confiteatur ſe dotem recepiſſe, quã non recepit, non praeſumitur confiteri animo donandi. numer. 72. & 73.*
74 *Maritus confitens dotem ſibi numeratam, non ſibi praeiudicat, quando eam non recepit. Fallit niſi contingit inter quos fit talis confeſſio ſint inaequales genere, uel aliter.*
75 *Fallit etiam, niſi ſimplex confeſſio fieret in ultima uoluntate.*
76 *Maritus confitens in ultima uoluntate ſibi dotem numeratam, ſi ſuperuixerit, an poſſit confeſſionem reuocare.*
77 *Maritus confitendo dotem ſibi fuiſſe numeratam, ſibi praeiudicat, quã do euidenter conſtat, quòd confeſſus eſt animo donandi.*
78 *Maritus confitens dotem ſibi fuiſſe numeratam, quam non recepit, poteſt intra decem annos opponere exceptionem non numeratae dotis.*
79 *Fallit haec concluſio aliquot caſibus. Vt num. hoc & aliquot ſequentibus.*
80 *Exceptio non numeratae dotis non poteſt opponi, quando ſtatutum loci diſponit, quod inſtrumenta confeſſionis dotis habeant uim rei iudicatae.*
81 *Exceptio non numeratae dotis non competit marito, ſi confeſſio eius ſit per coniecturas confirmata.*
82 *Exceptio non numeratae dotis non competit marito, quando confeſſionem ſuam de accepta dote praeceſſit inſtrumentum dotale, uel alia legitima probatio.*
83 *Exceptio non nu. pe. non competit marito, quando poſt confeſſionem receptae dotis interuenit aliud ſcilicet quod tertius promiſit iſtam dotem, & eius promiſſionem maritus acceptauit.*
84 *Item ſi interuenit iuramentum.*
85 *Agens ex cauſa mutui ſi non probat de numeratione, ſed de confeſſione recepti mutui an obtinere debeat.*
86 *Actio an oriatur contra dominum, qui conſtituit procuratorem ad accipiendum mutuum ſi de mutuo conſtat per confeſſionem procuratoris. Adde ad hoc nu. 87.*
88 *Confeſſio procuratoris habentis ſpeciale mandatum, praeiudicat domino.*
89 *Creditor ſi confiteatur fideiuſſori ſe recepiſſe pecuniam, pro qua fideiuſſit, an fideiuſſor poſſit agere contra debitorem principalem non aliter edocto de numeratione.*

CAPITVLVM XIIII.

SI CAVTIO. ¶ Si in inſtrumento debiti exprimatur cauſa, condemnabitur debitor, niſi probet indebitum, ſed ſi non exprimat, neceſſe eſt, ut creditor probet debitum ¶ Not. regulam, quòd
1 † cautio omnino nuda eſt ineſficax de iure Canonico, & idem de iure ciuili, per l. cum de indebito. in fi. ff. de proba. ex quo no. limitationem ad c. 1. ſuprà, de pact. & c. iuramenti. 22. quaeſt. 5. ut pactum nudum obliget, ſcilicet quando exprimitur cauſa, alias praeſumitur per erro-
* rem promiſiſſe *, & ſic non poteſt allegari conſenſus naturalis, cum nihil ſit tã contrarium conſenſui, quam error, 29. q. 1. §. 1. l. ſi quis per errorem. ff. de iuriſ. om. iud. ſecũdum do. Abb. hic. ¶ Et ampliatur primò dicta
2 regula, ut † procedat non ſolùm, ſi ſit cõfeſſio, uel promiſſio ſimplex redacta in publico inſtrumento, ſed etiam ſi eſſet per ſimplicem confeſſionem, uel ſcripturam priuatam, ut hic per do. Abb. poſt gl. in d. l. cũ de indebito. & reſpondent ad rationes Hoſt. tenentis hic contrarium, ut hic per eos, tñ ad aliũ finẽ, an obligatio ſit ſcripta, uel nõ, q͂a ſi eſt ſcripta, & habeat cãm, non probatur contra illam cãm, niſi per aliud inſtrũ d. l. cum de indebito. in fi. Et hoc, q͂n ſcriptura fuit de ſubſtantia ex pacto, ut in caſu l. contractus. C. de fi. inſtrumen. alias etiam per teſtes contra inſtrumẽtum probari poterit, per iſtum text. in fi. nõ exigentem ſcripturam, ut eſt de mente Bar. in l. generaliter. C. de non nu. pec. ſecundum do. Ab hic. ¶ Ampliatur ſecundo non ſolum, q͂n eſt nuda promiſſio, ſed ẽt ſi interueniſſet ſtipulatio, uidelicet, ꝓmittis, ꝓmitto, quia ſi non expreſſa eſt cauſa, non oritur obligatio, ut ſolenniter per Ioa. An. in Spe. de confeſſ. §. nunc uidendum. uer. ſed quae eſt ratio. & ultra omnes ampliſſimè per Rom. in l. generaliter. ff. de uerbo. obli. cum pluribus concor. allegatis per eum, & idem do. Ant. do. Abb. & Imo. hic, neq; praeſumitur donatio, ſecundum praedictos hic, & Bal. in l. generaliter. in 6. q. C. de non nu. pe. & gl. in l. nunquam nuda. ff. de acq. rer. do. & in l. j. in fi. ff. de interro. act. & in l. j. ff. de po
* lici. in l. ij. §. circa. ff. de doli excep. Et eſt opinio communis *, de qua diſputatur per Rom. in d. l. generaliter. & Imo. in l. a Titio. ff. de uerb. oblig. Et declara ea ſtatĩ dicendũ. ¶ Regula
3 autem iſtius decretalis fallit primò, niſi † quis diceret ꝓmitto

* *Promiſſe*]. *Adde ad hanc materiam plene Alexand. in l. cum de indebito allega. in tex. & in l. a Titio de uerb. obl. & plenius in l. publici. §. 1. depo ſ. & in conſ. 19. incip. in his que in themate no ſ. 4. quod conſiliũ totum facit ad hoc quod dicit Authobis: ſed quid quãdo cauſa a principio uereſimiliter incognita uideatur an promiſſio extẽdatur, dic quod nõ ſecundum Soc. conſ. 215. incip. Viſa praedicta facti uerſ. facit ẽt & quarto in 2. par.*

tibi donare 10. nam tunc liberalitas donandi eſt cauſa promiſſionis, cap. 1. infrà, de dona. ſecundum do. Abb. hic, cui adde, quòd ſi per uiam ſtipulationis aliquid promittitur, & utraque pars ſcit nullam cauſam ſubeſſe, ualet actus, & præſumitur donatio, ſecundum Imol. hic, & in dict. l. a Titio. & gloſſ. in l. qui cum alio. in gloſſ. mag. ff. de regu. iur. & in l. 3. §. primo, & in l. actenus. §. fin. ff. de conſtit. pec. & probatur in l. Campanus. ff. de ope. lib. & in l. 3. & in l. ſi as, qui perpetua. ff. de condit. indeb. & l. cuius per errorem. ff. de reg. iur. iuncta l. fi. C. ad l. Falc. ubi ſolutio & promiſſio a pari procedunt. Si autem ſtipulator putaret cauſam ſubeſſe, & promiſſor ſciret non ſubeſſe, ad hoc ut ex promiſſione ſcienter facta agi poſſet, tanquam facta ex cauſa donationis, neceſſe eſt, quòd ſtipulator poſtea certificatus, quòd nulla ſuberat cauſa, ratificet promiſſionem, per l. ſi ego. ff. ſi cer. pet. Donatio enim non poteſt cenſeri facta nō conſentienti, l. abſenti. ff. de dona. & in propoſito not. Bartol. in l. 3. eod. titu. & Bal. in l. falſus. uer. quartò quæritur, nunquid
5 ſolutum. C. de furt. ¶ Cognoſceretur † etiam donatio ex coniecturis non expreſſo hoc uerbo Dono, puta ſi diceretur, Tolle hanc pecuniam, & recipiens eſſet pauper, uel coniuncta perſona: uel eſt aliquid modicum, uel præceſſerunt merita recipientis, ſecundum Barto. late in l. cum quid. ff. ſi cert. pet. & gl. in l. ſi ego. ff. ad Vellean. & in l. ſi ſibi. C. de dona. inter uir. & uxo. & in l. uxori. §. fi. de leg. 3. & per do. Abb. & Ioan. de Ana. in c. & ſi quæſtiones. ĩ. de ſimo. & Bald. in l. ij. in 1. q. C. de iure dot. & in l. etiam. C. de fideicommiſ. Et pro coniectura conſanguinitatis uide Bal. in l. 3. C. ad Vellea. Et idem, ſi diceret, Concedo tibi hanc rem: quia etiam nulla expreſſa cauſa præſumitur donatio. ſecundum Bart. in d. l. uxori. §. fi. per illum tex. cū glo. & Bal. in l. cum uirum. C. de fideicommiſ. & dn. Abb. late in ca. cum uenerabilis. ĩ. de except. niſi alia coniectura aliud ſuaderet, ut ſi petenti equum commodato dico, Concedo tibi ipſum, ut ibi per ipſum. Item ſi pecunia daretur ſimpliciter ad refectionem domus, quam quis alias nō fuiſſet refecturus, præſumitur donatio, ſecundum Pau. de Caſt. in d. l. cum quid. per tex. no. in l. ſed ſi mors. §. fi. ff. de dona. inter uir. & uxor. ¶ Ceſſantibus autem talibus coniecturis per illa uerba, Tolle, &c. nunquam præſumitur donatio, ut per Barto. & omnes alios in d. l. cum quid. & dn. Ant. hic, etiamſi diceretur Do tibi: quia licet Dare importet dominium tradere * , §. ſic itaque. Inſtit. de act. tamen intelligitur cauſa concurrente, ſecundum Imol. in l. ſi fundum certo die. ff. de uer. obl. Et de præſumenda & non præſumenda donatione uide etiam not. per Bart. in l. 3. §. nec caſtrenſe. ff. de collat. bonn. per Bart. & Bal. in l. filiæ. C. famil. erciſc. & Bal. in l. ſi donationi. in fi. C. de colla. & Pet. de Anch. conſi. 19. cum ſimilibus. ¶ Si autem non eſt donatio, quia dicitur Tolle, &c. an ſit mutuum uel depoſitum, uariant Legiſtæ in d. l. cum quid. & unus non dicit, prout alius. Ponit etiam Cyn. & Bald. in l. incendium. C. ſi cert. pet. & Ioan. de Ana. in d. c. & ſi quæſtiones. & do. Anto. hic, qui etiam non pertinenter reaſſumit alia dicta Bart. in d. l. cum quid maximè dum dicit, quòd non ſufficit libellum præſumptiuè concludere, niſi præſumptio allegetur, quando ſurgit ex facto libellantis: in quo uide, quod not. do. Abb. in c. aſſerte. ĩ. tit. 1. & ibi aptius dicetur. ¶ Fallit ſecundò regula hu-
6 ius tex. ibi † quis promiſit dare alicui loco pio: nam uidetur ſe obligaſſe fauore piæ cauſæ, non enim præſumitur ibi error, ſecundum do. Abb. hic, arg. c. fi. ĩ. de ſucceſ. ab inteſt. non diſtinguendo, an fiat hoc in ultima uoluntate, uel non, prout hic facit do. Ant. quia alias non eſſet aliquid ſpeciale in pia cauſa per id, quod dicetur in 5. fallentia. Et pro his faciunt notata, per Roma. in repe. auth. ſimiliter. C. ad l. Falci. in ſpecialibus circa contractus, ubi tamen iſtud non reperies. & facit c. ſunt, qui opes. 17. q. 4. ubi obligatio contracta cum pio loco nō regulatur, prout aliæ: quia non uitiatur calore iracundiæ, ſicut de alijs dicitur in l. quicquid calore. ff. de reg. iuris. ¶ Fallit ter-
7 tiò in confeſſione a liberatoria, quia † illa ualet ſine cauſæ adiectione, l. tale pactum. in prin. & ibi glo. et Bar. ff. de pact. & firmant hic Bal. do. Ant. Imo. & do. Abb. & Spec. in tit. de confeſſ. §. nunc uidendum. uerſ. hoc autem certum eſt. & Bal. in conclu. Specul. in titu. de confeſſ. & in cap. 2. ſupra, eodem facit glo. in l. inter chartulas. C. de commenien. fiſci debi. lib. 10. quam allegaui in ca. 2. uet. fallit primò ſuprà, eod. & ita etiam not. Feder. conſi. 128. incip. creditor præſente. dicens, quòd imò plus dicit glo. in l. non ſolum. ff. de liber. lega. quod confeſſio emiſſa ad liberandum prodeſt abſenti, & parat contra emittentem doli exceptionem: ſed dicit, quod audiretur uolens probare, quòd per iocum ita dixit, ſed in dubio præſumitur diſpoſitiuè dixiſſe ſecundum eum. ¶ Fal-
8 lit quartò in reali: quia † ſi rem meam confiteor tuam, non adiecta cauſa præiudicat mihi confeſſio: quia ex hoc ſurgit habitus pro derelicto, ff. pro derelicto. per tot. & l. ſi quis ui. §. differentia. ff. de acquirē. poſſeſ. & de hoc per Cyn. in dicta l. generaliter. & in Specul. de confeſſio. §. nunc uidendum. uerſicul. in ſumma. & uerſiculo quid ſi confiteor rem meam. & ita tranſeunt domi. Ant. & do. Abb. hic: ſed Spec. in locis per eos allegatis, & Imo. hic, tenent contrarium: ideo uide, quod repetam de hoc ĩ. ſuper gl. in una fal. ad illud, quòd confeſſio abſente parte non
9 nocet. ¶ Fallit quintò in ultima uoluntate. nam † tunc confeſſio ſine cauſa ualet, quia inducit ſaltem legatum, l. Lucius. §. quiſquis. de leg. 2. & l. 3. & ij. C. de fal. cau. adiecta leg. Et hoc ampliant do. Ant. & dom. Abb. hic, qualitercunque proferatur ab exiſtente in extremis: ſufficit enim in talibus uoluntas qualitercunque patefacta. arg. c. cum tibi. cum glo. ĩ. de teſtam. Et idem tenet do. Flor. in l. cum de ætate. ff. de prob. Et generaliter de confeſſione facta in extremis, uide omnes in c. fin. ĩ. de ſucceſ. ab inteſt. & aliquid dicetur ĩ. ſuper gloſſ. Sed dicit hic Imo. quòd talis confeſſio non probat, niſi eſſet iurata, per l. cum quis decedens. §. codicillis. de leg. 3. & l. rationes. & auth. ibi poſita, C. de proba. & l. Aurelius. §. pen. & fi. ff. de liber. leg. uel niſi eſſet in præſentia partis. ut l. 3. C. de falſa cauſa ad leg. Sed ubi fit in abſentia, & non iuratur, illa non probat debitum, ſed habet uim legati, ut patet in dictis iuribus, & in d. c. cum dilectus. ſecundum ipſum: neque aliud ſenſerunt Doct. hic. ¶ Fal-
10 lit ſextò † in confeſſione facta in iudicio: illa enim præſumitur deliberatè facta, & in iudicio quaſi contrahitur, l. iij. §. idē ſcribit. ff. de peculio. Ideo non exigitur cauſa ad ſui ualiditatem, ſecundum do. Ant. do. Abb. & Imo. hic ita dicentes ſentire glo. in c. 2. in fi. ſ. de confeſ. & in l. certum. ff. eod. & Cyn. in d. l. generaliter. Ita etiam firmat Bal. in l. ſicut. per illum text. C. de repud. hæred. & do. Ant. & do. Abb. in d. c. fi. & Roma. in l. nuda. in 1. col. ff. de dona. & glo. in l. 3. §. fin. in uerbo, iudicem. in fi. ff. de interro. act. & Dynus in regula, quod ſemel. & Bal. in Spe. tit. de confeſ. Et idem de confeſſione emanante corā arbitro, dixit glo. in d. §. fi. in uerbo, iudicem. ¶ Sed contra iſtā fallentiam eſt deciſio Ioan. And. in Spec. in d. §. nunc uidendum. in additione incipiente. Rofredus. ubi ſ. ubi refert & ſequitur Rofredum tenentem, quòd confeſſio ſine cauſa non noceat in iudicio. Et pro hoc facit: quia nō reperitur iure cautum. Nec obſtat ratio, quòd præſumatur fieri deliberatè in iudicio: quia non eſt uerum. Et per hoc adducit, quæ habentur per gl. in c. ex literis. in uerb. admonita. in fi. ĩ. de diuor. per Bal. in l. ſi quis. C. de excep. & in l. cum precum. C. de liber. cau. & in l. unica, C. de confeſ. & per Arch. & Domi. in c. fi. de iureiu. in 6. cum ſimilibus. In quibus in confeſſione iudiciali fit differētia inter confeſſionē factam deliberatè, & nō factā deliberatè, ut prima nō poſſet reuocari, ſecunda ſic. Per quod apparet non eſſe uerum, quòd confeſſio in iudicio dicatur deliberata, putà,
11 quia ita inconſideratè reſpondit. Item ſequeretur, quòd † confeſſio ſine cauſa ſcripta ualeret, quia illa cenſeretur deliberata, & ſi fit in iudicio, non poteſt reuocari, ut per Doct. in c. fi. ſ. de confeſ. quod eſſet contra iſtum textum. Non obſt. quòd in iudicijs quaſi contrahatur, quia non debet plus operari ille quaſi contractus, quàm uerus, ſed uerus ſine cauſa non ope-
★ ratur, ut hic, ergo nec fictus. Tamen non recedo a communi * opinione propter authoritatem Doctorum. ¶ Fallit ſeptimò,
12 quo † ad ſemiplenam probationem, quia ſi aliqua cauſa allegatur per agentem, probat ſemiplenè, ſecundum Specu. in tit. de confeſſis. §. nunc uidendum. uerſicu. ſed nunquid ſemiplenam. & dom. Anton. Imol. & domi. Abb. hic, & gloſſ. in l. cum de indebito. §. fina. in uerbo, ſtari, ff. de probationibus. & Roman. in dicta l. nuda ratio. & in l. admonendi. ff. de iureiurando.

* *Tradere*] *Ad de Soc. conſi. 58. in tip. caſus l. municipalis uerſi. in alienatione cir. prin. in 2. par.*

a *In confeſſione*] *Adde, quod hoc uerum eſt, quando confeſſio fit ab eo, qui iure proprio ſuo facit, ſecus ſi nomine alieno, ut in procuratore & adminiſtratore, quia eorum confeſſio ad liberandum ſine cauſa non ualet, l. non abſoluit. C. de noua. Adde, quod ſi principalis, & qui proprio ſuo iure facit, dicit, Cōfiteor te non debere, dicitur pactū. Ita Bar. in l. idem in duobus. ff. de pactis. Limita tamen, ut per Barto. & alios in l. tres fratres. ff. de pac.*

Marginal note: ✻ 14.] *Adde quod eſt no. 13. & infra ... Nota quod regula uulgaris legis ... Thomam ubi no. hic materiam amplißime.*

ran. & Mattheum notabili 14. dicentem eſſe gloſſam in d. l. inter chartulas. C. de cō uen. fiſci debit. lib. 10. & in l. 3. §. eiuſdem. in uerbo, ſpecies. ff. de teſtib. & tex. in l. inſtrumenta. C. de proba. Sed contrarium, & fortè melius tenet Flor. in l. in bonæ fidei. C. de rebus creditis. quia non debet plus operari uox mortua, quam uiua confeſſio ſine cauſa, quæ non probat, ut hic: tamen communis opi-

13 nio præualeret. ¶ Fallit octauò, niſi † confeſſio ſcripta haberet cauſam coniecturalem: ſed ſi non eſſet ſcripta, oporteret, quod probaretur uera ſecundum Bald. ſolenniter in rub. C. de fide inſtrument. uerſi. ſed quæro, ſi in libro. quod dicit notandum, & facit, quod no. Ioan. And. in Specul. ſuper rubrica, de depoſito. quem ſequuntur do. Ant. & do. Ab. hic, ubi dicit quod ſi in libro nummularij reperitur ſcriptum, debeo Titio centum, nec exprimitur cauſa, non intelligitur depoſitum, uel alia cauſa: & ita dicit diſputaſſe quendam antiquum: quod limitat, niſi ex præcedentibus præſumatur cauſa, arg. l. ſi quis ex argentarijs. §. ſi inſtitum. ff. de eden. & l. Titia. §. item reſpondit. ff. de uerb. oblig. & facit quod dicetur in 12. fallentia. ¶ Fallit nonò, niſi

14 † confeſſio ſine cauſa ſit geminata, quia præſumitur cauſa, ſecundum Rom. in d. l. nuda. per id, quod ſingulariter dicit Bar. in l. cum ſcimus. C. de agricolis & cenſitis. lib. 11. cum concor. quas ponam infra, in fallentijs dādis ſuper alia materia. ¶ Fal

15 lit † decimò in confeſſione facta in inſtrumento guarentigiato: quia non requiritur cauſa, ſecundū Bal. in l. ſicut poſt principium. C. de repud. hered. cum ſit ibi præceptum iudicis chartularij factum in confeſſum, quod uidetur factum in iudicio. Allegat l. 1. C. de confeſ. & ibi Cyn. quæ fallen. pendet ex dictis

16 in ſexta fallentia. ¶ Fallit † undecimò in ſtipulatione conditionali: quia illa ualet abſque alia cauſa, quaſi conditio ſuccedat loco cauſæ. Ita textus in d. l. a Titio. & in l. cum ad præſens. & ibi hoc no. Bar. ff. ſi cer. pet. & ibi probatur hoc eſſe uerum, etiamſi conditio eſſet impropria: putà de præſenti, uel præterito. Et per hæc refert Pau. de Caſt. in d. l. a Titio uidiſſe declarari Florentiæ ualere cautionem, qua ſæpe utuntur Florentini, uidelicet promitto decem, ſi imperator hoc anno morietur ✻, & ſi non morietur, promittis mihi cētum, nam ſi morietur, agi poteſt ad decem, ſi non morietur, ad centum, faciebat dubiū ſecundum eum, quia nulla iuſta cauſa uidetur ſubeſſe, ſed potius turpitudo, ſicut dicimus de ludo taxillorum, tamen fuit iudicatum, ſecundum eum, quod ualeret: quia iuſta eſt conditio. Et ad illud de taxillis reſpondet, quod eſt prohibitum propter blaſphemias quæ ſæpe fiunt in ludo, iuxta notata in ca. pen. ✻ de uita & honeſt. & adde text. in l. in naue Saupheli. ff. locati. & ibi gl. in uerbo, oneris. per quem tex. dicit ibi Pau. de Caſ. ualere talem conuentionem: promitto decem, ſi nauis mea mercibus onerata ad talem locum ſalua appullerit, ſin autem promittis reddere mercium ualorem, nam talis contractus ualet ratione prædicta, per illum textum, de quo non perpendunt gl. & Doctores: & non reperitur improbatum de iure Canonico, ſecundum ipſum, & idē tenet Lauren. in tract. uſurarum in 3. part.

Marginal note: ✻ *Morietur] Adde quod iſta materia uulgo appellatur Scomeſſe, & quod ualeant uide tex. in l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit. ff. de uerb. oblig. Ioa. de Ana. in c. nauiganti. de uſur. Maria. in c. inter dilectos q. 6. de exceſ. prælat. S. Thom. 2. 2. q. 32. art. 7. quem ſequuntur Im. & omnes canoniſtæ cōmuniter ✻ in ca. pe. de uit. & honeſta. cleric. Barb. cōſ. 65. in 3. uol. & iſta materia quotidie practicatur.*

17 q. 3. ¶ Fallit † duodecimo, niſi ſtipulationē præceſſiſſet aliqua cauſa, ad quam poſſet ſtipulatio referri, per tex. iuncta gl. in uerbo, cogitauit. in l. triticum. ff. de uerb. oblig. per quem dicunt ibi Bart. & alij, quod ſtipulatio ſequens non expreſſa quantitate, in dubio intelligitur facta de quantitate, in qua præceſſerat contractus: puta, mutuum à ſtipulante datum: & idem, ſi in ſtipulatione ſequenti fuit facta mentio de quantitate, ſed non de cauſa: nam intelligitur facta ex cauſa, quæ præceſſit, per illum textum, & notat Bart. in d. l. cum quid. & dicit Ang. in l. petens. C. de pact. quod licet ſtipulatio facta ſine cauſa non ualeat, tamen ſi pactum nudum præceſſerit ſtipulationem ſine cauſa, ualebit ſtipulatio

18 rigore illius præcedentis pacti. ¶ Fallit decimotertiò, niſi † concurreret coniunctio perſonarum, & paruitas rei ſine cauſa promiſſæ: quia tunc præſumitur donatio, ſecundum Iac. Butri. & Bald. in d. l. generaliter. arg. l. ſi ſeruus communis. ff. de donat. inter uir. & uxo. & facit, quod dixi in prima fallentia poſt Bar

19 to. in d. l. cum quid. ¶ Fallit decimoquartò, niſi † aliqua liberalitas ſtipulāris antea præceſſiſſet: quia tunc promiſſio intelligitur facta cā remunerandi, l. ſi uerò non remunerādi. §. idē Papinianus. ff. mandati. ſm Bal. in rubric. C. de confeſſ. & Imo. in l. ſi fundum certo die. ff. de uerb. oblig. & facit quod di-

20 xi in 12. fallen. ¶ Fallit decimoquintò, niſi † notarius, in inſtrumēto ſtipulationis diceret, quòd promiſſor ſtipulanti promiſit ex certa ſcientia, quia tunc præſumitur donatio ✻, ſecundum Pau. de Caſt. in l. hoc iure. ff. de donat. ¶ Fallit ultimò, niſi

21 † ſtipulatio haberet cauſam ſatis perſuaſiuam, uel impulſiuam, licet non ſit obligatoria, ſeu finalis, ſecundum Bal. in l. generaliter. in 4. q. C. de non nu. pec. & in l. pactum, quod dotali. in 17. q. C. de colla. per l. creditor. §. 1. ff. mandati. & d. l. a Titio. Imò dicit Bal. in l. 2. C. de com. quod ſufficiens cauſa eſt obligatio naturalis, uel naturale motiuum ad obligandum, & ideo ſufficit obligatio remuneratiua etiam ad antidora, dicit etiam Bald. in d. l. generaliter. in 5. & 7. quæſtione, quòd agens ex ſtipulatione, licet non exprimat cauſam, obtinebit, ſi poſtea in proceſſu probet cauſam. ¶ In glo. in uerbo, cauſam in fi. Nota regulam,

Marginal note: ✻ *Donatio] Adde Im. in l. a Titio ff. de uerb. obl. Pa. de Caſt. in l. dimiſſo. ſol. mat. Alex. in l. cum de indebito. de proba.*

22 quòd † confeſſio etiam cum cauſa facta abſente parte non nocet cōfitenti ✻, & eſt tex. in l. certū, §. ſi quis abſente. ff. de confeſ. & gl. in c. fi. de cōfeſ. & in l. unica, C. de cōfeſ. ¶ Et iſtā regulā declara primò ſic: etiāſi cōfeſſio cum cā fieret in iudicio abſente parte, non nocet, per d. §. ſi quis abſente. Ideo dicit Bart. ibi, & do. Cardi. hic, facias ſemper poni in actis præſente parte, & hoc etiam no. glo. magna. in d. c. fi. & ibi hæc ampliatio latè declaratur per Pau. de Caſt. do. Ant. & do. Abb. & per Io. An. in Spe. tit. de cōfeſ. §. ſequitur. uerſ. ſup 7. & per Cy. Bal. & Sal. i d. l. generaliter. & Salic. in l. unica, in 15. oppo. C. de confeſ. & Bal. in auth. generaliter. in pe. col. C. de epiſ. & cle. ¶ In quibus locis iſtud in effectu

23 reſtringitur primò, niſi † fiat confeſſio iudici per uiam uoluntariæ iuriſdictionis, putà ſi nulla mota cauſa quis dicit iudici ſe teneri Titio, per d. l. generaliter. ¶ Secundo, niſi pars eſſet citata, & eſſemus in caſibus, in quibus poteſt procedi contra abſentem, per l. properandum. §. 1. & 2. C. de iudic. ¶ Tertiò, niſi quis confiteretur in libello, uel poſitionibus, uel exceptionibus, per c. fi. de iureiuran. in 6. ¶ Quartò, niſi confiteret in criminali abſente accuſatore, quia iudex ſupplet, ſecundum Bal. in l. ea, quæ. in ult. col. C. quō & qn iudex & in d. l. generaliter. in pe. col. Vnde dicit Bal. in d. auth. generaliter. de epiſc. & cle. quod d. §. ſi quis abſente. loquitur de confeſſione, cuius receptio nō pertinet ad officium iudicis, ſed partis. Secus autem, ſi agereē de crimine ciuiliter, ſm do. Ab. poſt do. Ant. in c. olim. ad fi. ē. de reſc. & ibi eſt caſus ſecundū intellectum, quem ibi ponit Imo. Et iſti quatuor caſus probantur diuerſis modis, ut in dictis locis uideri pōt. ¶ Sed not. quod in iſtis & ſimilibus caſib. præſentia iudicis nunquam ſupplet defectum partis abſentis, niſi expreſſè appareat, iudicem uelle ſupplere abſentiam, & acquirere abſenti, ſecundum Barto. in l. poſtquam liti. ad fin. ibi, quæro, utrum iſta renunciatio. C. de pact. & Cyn. in authent. ſacramenta. 10. quæſt. C. ſi aduerſus uendit. ¶ Secunda declaratio. Si pars eſſet præſens in iudicio, confeſſio alterius partis tunc demum noceret confitenti, quando per partem non impugnatur, ſecus, ſi impugnatur. Ita probatur in capitulo mulieri. de iureiuran. & ibi clarius Innocen. & alij. & ibi dicetur, & bene facit gloſ. in capit. cum ueniſſent. in uerbo. coram eo. ibi dicas, ex quo. de eo, qui mittitur in poſſeſ. ¶ Fortius dixit Salicet. poſt Cyn. in l. unica, in 15. oppoſitione, C. de confeſſ. quòd non ſufficit, quod confeſſio non ſit impugnata per partem præſentem, ſed oportet, quòd fiat partem inſtante & petente, uel ſaltem acceptante, quia alias non poſſet dici confeſſio, quia non eſſet ſimul faſſio, quia propriè confiteri idem eſt, quod ſimul fari, & idem uult Salicet. in lege iubemus. in fin. C. de liberali cauſa. & expreſſius in d.

Marginal note: ✻ *Confitenti] Adde Ang. in Aut. de her. & falc. §. ſi uero expreſſè tolle. t. in 4. col. uerſi. ex hoc patet quod dicta confeſſio. et Abba. in c. ex parte co lum. 7. de confeſſ. uerſi. ſexto requiritur cum concor. ibi per eum ſignatis. Lanfran. in c. quoniam contra ī. de probat. in uer. confeſſio Pau de Caſ. conſ. 81. & conſi. 172. ubi tenet non ſolum ſi fiat extra iudicium. ſed etiā ſi in iudicio & Alex. in conſi. 19. in 4.*

in d.l.generaliter.in 6.q. C.de non num. pec.referens ſe ita tenuiſſe patruum ſuum do. Ricard. de Salic. Vnde communiter ſcribitur, parte præſente & acceptante. ¶ Fortiùs etiam dixi Sali.in d. l. generaliter.in 7.q. quod etiam ſi confeſſio fieret in ultima uoluntate parte præſente, non ualeret, niſi eſſet acceptata a parte, uel ab eius nuncio, uel a notario publico, uel alia ✱ perſona nomine abſentis ✱. Vide tamē do. Abb.in c.ſi.in notabilibus, j. de ſucceſ.ab inteſt.ubi per illum tex. in uerbo, abbatis præſentia dicit, quod in caſu iſto ſufficit præſentia partis etiam accidentalis, id eſt, fortuitæ niſi dicas quod ultra præſentiam requiritur illa acceptatio, ſicut in l.1 .ff.de autho.tut. præſentia ſuppletur intelligentia ſicut etiā do. Abb. ibi per illum tex.ad ampliationē huius materiæ, quod confeſſio etiam declaratoria actus præteriti requirit præſentiam partis ad ſui ualiditatem. ¶ Tertia declara

✱ Abſentis] Adde quid de ea confeſſione quæ fit in teſtamento non iurata nec præſente parte & recipiente, an probet ut. Soci.conſi.294.incip. uiſo teſtamento. uerſi. ſecūda ratio eſt in 2.par.

24 tio. Etiamſi † in ultima uoluntate quis confiteatur, confeſſio non probat id, ſuper quo emanat, ſecūdum do. Anto. & Imo.hic.& Bart. in l.non ſolùm.§. ſi liberationis. ff.de lib.leg.& in l.Lucius.§. quiſquis. el 2.per illum tex. de lega. 2.& in l.cum quis decedens.§.codicillis.de leg. 3 & Bal.in l.rationes. C.de probat. & dom. Ant. & Abb.in c.ſi.per illum tex .de ſucceſ.ab inteſt.& Bal.in l.generaliter.in 10.q.C.de nō numer. pecu.& ibi Sal. in 13.q.& ideo, ſi talis ſuperueniret, nō probaret confeſſio contra eum, ſecundum Barto. in d.§.quiſquis. niſi in quinque caſibus. ¶ Primus, quando nomine abſentis interueniſſet nuncius, uel epiſtola, ut per Bart.in d.§. quiſquis.& nuncius ſeu alius acceptaſſet nomine abſentis, ut per Sal.in l.generaliter. ¶ Secundus, quando iuraſſet: quia probatur illud, quod confitetur, d.§.codicillis.& ibi Bart. & dicetur j. in 1. fallentia. ¶ Tertius caſus eſt, quem ponit Cal. in tit.de teſta.conſi.25 .incip. Teſtator.de eo, qui in teſtamento detexit hæredi ſe rogatum ab alio teſtatore de reſtituendo bona filio ſpurio, nam talis confeſſio prodeſt fiſco, licet facta ſit in abſentia procuratoris fiſci: de qua etiam per Sal.in d.l.generaliter. in 6.q. Sed quia nituntur rationibus parum urgentibus, fortè uerius, quod probet ſemiplenè, per id quod dicetur in 3.fallētia. ¶ Quartus caſus eſt, quando teſtator confitetur in foro pœni✱ tentiali ✱ etiam abſente parte, ſecundum Sal.in d. q. 13.per c. quanquā. de uſuris.in 6. ¶ Quintus caſus eſt, ubi non attenditur rigor, ſed æquitas: quia tunc debet ſtare hæres confeſſioni teſtatoris fauore animæ, ſecundum Bal. ſapienter in d. l.generaliter. in 10. q. per l. ſi ego.§. 1. ff.de iure dot.& quod no.in c.quoties.3.q.7.& in c.parochiano.de ſepul. ubi debet hæres exonerare animam defuncti. Et hoc dictum ualde mihi conſonat per rationes ſuas. Eſt uerum, quod poteſt difficultari ex his, quę dicuntur in 2. fall.ſed ex alio capite exoneratur defunctus: quia dato, quod confeſſio non probet debitum, tamen illud debet non ut debitum ex ea cā, ſed ut debitum ex teſtamento iure legati, uel fideicō.d.§.quiſquis. ¶ Quarta declaratio. Sicut confeſſio extraiudicialis facta cū cauſa præſente parte probat in ciuilibus, ita in criminalibus, ſi fiat ſpecialiter & parte præſente. Ita dicunt domi.Anton. Imol. & clarus domi. Abba.in capitu.olim.de reſcrip.alleg.do.Abb.tex.in d.l.generaliter.& c.per tuas.de proba. Secus dicunt ipſi, ſi fiat parte abſente: quia tunc in criminalibus facit indicium ad torturam. Allegant Bart. in l.capite ✱ quinto ✱. ff.de adult. & iſtud etiam latius firmat do. Abb. in c.at ſi clerici.in princip. uerſ. quæro, quem effectum de iudic.& idē tenuit ibi do.Anto. Tamen Imo.ibi dicit, ✱ communem ✱ opinionem eſſe, quod in criminalibus confeſſio extraiudicialis nullo caſu operetur aliud, quàm indicium ad torturā. & ita dicit ſimpliciter intelligi gl. & Bart. in d.l.capite.& Bart.in l.ictus fuſtium.ff.de infa.& hoc etiam ſentit Rot.maximè in additionibus deciſ. 180.incip.licet confeſſio ✱ in formis ✱: pro qua parte facit, quia in criminalibus non habet ſemper eundem effectum confeſſio, quē habet in ciuilibus. Vnde in ciuilibus parte abſente probat ſemiplenè, ut j. dicetur, ſolum ad torturam, ut eſt dictum. ſicut etiam in ciuilibus confeſſus non appellat, c.quodcunque.6.q. 1.ſed in criminalibus ſic, ut §.ſunt, quorum. 2.q.6.& c.cum ſpeciali.§.porro.de appe. Et in ciuilibus confeſſus habetur pro cōdemnato, l.unica.C. de confeſſ. ſecus in criminalibus, ut per

✱ Pænitentiali.] Adde quod confeſſio extraiudicialis, facta coram ſacerdote et teſtibus pluribus facit aliquē publicum reum criminis ita cōfeſſati ſecundum Abb.cōſil. 2.colū. 1.lib. 2. Anth.in c.audito col.pen. de præſcr. & eſt opinio communis ✱ ſecundum Soc.conſi.127.col. 2.lib.3.

✱ Capite quinto] Adde Ale.ibi paulo poſt prin.et l.aſſ. l. magiſtratibus. col.2.& ibi Alex. de uerſi.cum tūdi.

✱ In formis] adde, & dic ut not. et eſt deciſ.sti.de confeſ.quæ incip.quod licet confeſſio.

25 Bar.in l. 1.ff.de confeſſ. ¶ Modò † prędicta regula fallit primò niſi cōfeſſio facta abſente parte ſit iurata: quia probat ſm Barto. in d.§.codicillis.ad ſi.& do. Ant.in c.cum dilectus.in antepe.col. j.de ſucceſ.ab inteſt.& Bald.in l. rationes.circa ſi.C.de probat.& in l.ſi creditores.C. de fideicommiſ.& ſentit Barto. in l.ex hac ſcriptura. in ultim.column.ff.de don.& Bald.in authē.quod obtinet.C.de probat.per illum tex.& no.Imo.in repe.c.cum contingat in 31 .char.de iureiur. & ſentit gl. Bart.& Bal.in auth.ſacramenta.C.ſi aduerſus uendit. etiamſi in uenditione quis uſus fuiſſet uerbo, In ueritate, ſecundum Bal.in rubri.C.res inter alios acta.in ult.col.& facit c.& ſi Chriſtus. de iureiur. & non ſolum, ſi iuraret, ſed diceret ſe iuraſſe, per d.§. codicillis. ibi patruo ſuo iuraui. & ſentit Sal.in d. l.generaliter.in 12.q. Tantum enim operatur confeſſio de præſtito iuramento, quātum etiam ipſa præſtatio, ut probatur in l.ne in arbitris.& ibi multū notat Bal. C.de arbit.& no.Bar.in l.ex hac ſcriptura. in ult. col.de probat. Et ratio prædictorum eſt multiplex, ſed maximè, quia obligatio acquiritur Deo, c.debitores de iureiurand. & Deus ipſe ubique eſt præſens, ētſi iuret quis, ut cōplaceat parti, quia Deus recipit uices partis, ſm quod eleganter no.do. Abb. in c.ſicut. de iureiur. licet pars poſſit remittere, c.2. de ſponſalib. ¶ Item, quia iuramentum poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ, & iſtud procedit, niſi confeſſio etiam iurata emanaret in fauorem in✱ capacis ✱, ſecundum Bal. in d.l.rationes.& Sal.in d.l.generaliter.in 16.q.& in l.hac edictali.in 6.q. in ſi. C.de ſecund. nup. ¶ Et cū prædictis concordat etiam Bal. in auth.ſacramenta in ult.col. C.ſi aduer.uendi.& in l.pactū in 9.q.C.de colla.& Pet.de Anc.in cle.1 .de iureiur. in c. licet in pe.col.de iureiur.in 6.in cle.1.in prin.de uſuris. ubi pro hoc allegat notata per Spec.in tit.de legato.§. nunc oſtendendum. uerſic.hoc quoque.& idem Ro.in l. ſtipulatio iſta.§.ſi ſtipuler.in ult.col. ff.de uerb.obl. ¶ Non obſtat tex.in d.§.ſi quis abſente.ibi, nec qui iurat quia ſecundum Imol.in d.c.cum contingat loquitur de iure ciuili, quo non oritur obligatio ex iuramento, ut per Bar.in l.ſi quis pro eo.circa princ. ff.de fideiuſſ. Secus de iure Canonico, ut notatur in illo c. cum contingat. & dicit, quod cum quæſtio iuramenti ſit ſpiritualis, etiam in foro ciuili ſeruabitur hæc opinio Canonica, ut eſt gl.licet non dicat, in regula,

✱ In capacis] Adde Soc.conſi.294. incip.uiſo teſtamē to uerſ. primo quæſer Iacobus. in 2. par.

26 poſſeſſor.de reg.iur.in 6. ¶ Non † obſtat l.3.§.1 . ff. de iureiur. ubi iuramentum litem deciſiuum non tenet abſente parte, quia eſt ad commodum iurantis, ſed hic ad incommodum. Nec obſtat c.ſicut.el 3.ibi, aſſenſu utriuſque partis. j.tit.2.quia loquitur, ubi agitur de iuramēto præſtito, ut alius ad certum finem reciprocè obligetur, quia ſi alius non conſentit, non obligat iuramentum, ut ibi per do.Abb. Et ita ſuſtinetur hæc notabilis fallentia contra Ang. in auth.de iureiur.a moriente præſt.

27 circa ſi. ¶ Fallit † ſecundò dicta regula de æquitate Canonica, ſecundum quam poſſet dici, quod ualet confeſſio etiam abſēte parte, quia ſecundum æquitatem Canonicam ſola mens uidetur ſufficere, & hoc uidetur uoluiſſe glo.ſingularis in c.quoties.in uerbo, promitto.in ſi.2 .q.7. Ita ad literam dicit do.An. hic ſub dubio fortè, de quo facit feſtum hic Imo. dicens, eſſe dictum multum ſingulariter notandum, & uerè ita eſt. Et hanc partem expreſsè firmat do. Car.hic, dicens de iure Canonico ualere confeſſionē parte abſente, & alleg.gl. in d.c.quoties.& idem per illam gl.tenet Dom. in §.de his.ad ſi. 3.q.9. & facit, quod no.Bal.in c.innotuit. in 1 .col.ſuprà, de elect.ubi dicit, quòd in cauſis eccleſiaſticis & ſpiritualibus ualet confeſſio abſente aduerſario. Ad idem, quod not.Bald. in l.rationes. C.de probat.ubi dicit, quòd confeſſio facta in foro pœnitentiali, uel ſpirituali, non requirit præſentiam partis, & ideo nō poteſt reuocari. allegat not.in capitul.quanquam.de uſur. in 6.& gloſſ.in dicto capitul.quoties. Ad idem, quod not. Bald. in authen.ſimiliter.in 1 .colum. C.ad l.Falcid. ubi dicit, quòd confeſſio in piam cauſam non requirit pręſentiam partis. Ad idem, quod not.Bal.in l.illud.in 1 .col. C. de ſacroſanct. eccl.

ubi

ubi dicit,ꝙ in pijs cauſis ualet ſtipulatio facta pro abſente e-
tiam uerbis directis in ipſos abſentes. Ad idem,quod no.Bal.
in l.generaliter.in 10.q.C.de non nu.pec.ubi dicit,ꝙ confeſ-
ſio in teſtamento abſente parte ualet de æquitate fauore ani-
mæ. Ad idem,quod no.Arch.in c. ſunt nonnulli.1.q.j.ubi di-
cit, quòd licet incertitudo uitiet promiſſionem, quia libera-
tur dando muſcam,l.ſenatus.§.legatus.de legat.j.tamen de æ-
quitate Canonica non uitiat, ſed taxatur aliquid arbitrio bo
ni uiri,de quo exclamat dom.Abb. in c.j.infrà de decimis. &
in c.ex parte.poſt dom.Ant.ibi,infrà de cenſi. et Bald.in l.qui
mutuam.§.ſalarium. in lectura antiqua,ff. mandati.et Ioa. de
Ana.in c.cum in iuramento. j. de homici.Et limita,ut ibi di
xi allegando c.cum ueniſſent. infrà,de inſtitut. Ad idem quod
notat do.Card.in clem.j.in 28.q.de teſta.cum ſimilib.¶Et eſt
uerum,ꝙ dom.Abb.hic,& in c. fi.ē.de confeſſ. Impugnat hanc
differentiam inter ius Canonicum & ciuile per rationes ſatis
eutabiles,& tandem concludit,ꝙ glo.in d.c.quoties.non pro
cedit,quando quis dicit coram tertio,ſe uelle dare,uel debere
alteri decem: quia non oritur obligatio etiam naturalis,cum
non ſit,cui quæratur per illa uerba,& hoc etiam latius per ip
ſum in proœmio Decretalium,§.Gregorius.in ult. colum.Sed
quando diceretur Titio,promitto tibi,ꝙ dabo Sempronio de
cem, potero cogi ad ſoluendum per uiam denunciationis, nō
autem uia directa, cum nec abſenti quæratur actio, uec præ-
ſens pro alio ſtipulari potuerit,§.alteri.Inſti.de inut.ſtip.Et ꝙ
nullo modo ex iſto actu quæratur actio probatur a ſpeciali in
c.quanquam.de uſuris.in 6.ibi,actio acquiratur. & facit c.ſi ti
bi.ibi,ut tuum dici ualeat.de præb.in 6.ut hic per dom. Abb.
¶Et re uera negari non poteſt,ꝙ utraque pars non ſit ſuſten-
tabilis:tamen ſuſtentabiliorem pro nunc puto opinionem cō
munem, propter authoritates primò allegatas , quia ſi nullo
modo eſſet uerum, ꝙ confitens abſente parte intenderet ſe o-
bligare,quando aſſignat cauſam, fruſtrarentur multæ limita-
tiones ſequentes,& dicta allegata in hac fallentia,quæ deno-
tant legem Canonicam iudicare de intentione ex uerbis cui
cunque prolatis,& facit c.1.ē.de pact. Item ſicut iuramentum
facit, ꝙ non procedit dicta regula, ut in præcedenti fallen-
tia,ita etiam de æquitate ſimplex & ſerioſus ſermo,iuxta c.iu
ramenti.22. q. 5. dum modò non prolatus cauſa complacen-
tiæ.Item quia ita poſſet quis confiteri præſente parte ex abru
pto,& ad ſe alteri excuſandum,ſicut abſente,iuxta c.cum ue-
niſſent. j. de inſti. Et indubitanter admitto hanc fallentiam
ſaltē in confeſſione facta in extremis,in qua ſtatim,quod con
fitetur quis debitum, præſumitur non mentiri, & ſicut dicitur
in c.parochiano.j.de ſepult.ꝙ non obſtante rigore iuris ciui
lis hæres tenetur ex delicto defuncti ad exonerandum eius
animam, ita hic,ubi ſatis clarè conſtat de debito ex teſtamen
to, ſicut ſi in libro rationum teſtatoris eſſet ſcriptum eum eſſe
debitorem,certè hæres teneretur de æquitate,ut ſentit Bald.
in d.l.rationes.¶Et pro pleniori intellectu gloſſ.in d. c. quo-
ties.uide Roman.& Imol.in l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de uer.
oblig.& do. Anto.& do. Abb. in d. proœmio Decretalium, &
Bald.in l. illud.in 1.col.C.de ſacroſan.& Pet.de Ancha.in clo.
1.ad fin.de uſu.& in c.licet.in pe.col.de iureiur.in 6.& Angel.
in l.1.ff.de pact.& Bal.in authen.ad hoc.uerſi.ſed hic dubita-
tur. C.de uſur.& do.Ant.in c.nouit.ē.de iudi. & do.Abb.in c.
conſtitutus.ē.de procur.& Imo.in c.cum contingat.in 6.char.
j.tit.2.& dom.Abb.in c. dilecti.in pen. col.ē.de arbit. & Bal.
in l.cum procurator.ff.de procur. et dicetur aliàs in alio loco
minus onerato,ſoleo enim tenere contra Ro.in authen.ſimi-
liter.in 5.priuilegio contractum,C.ad l.Fal. & in d. §. alteri.
ubi dicit,ſe ſolum reprobare glo.in d.c.quoties. per d.c.quan
quam.a ſpeciali, nam cum fauor animæ fuerit cauſa illius ſpe
cialitatis, idem dicam, ubicunque eſt promiſſio alteri facta ,
quia agit de peccato ex eius uiolatione,d.c.iuramenti.& con
ſtitutio etiam exorbitans ex tali reſpectu ſemper extenditur,
ut per Ioan.And.& alios in c. ex tenore.j. qui filij ſint legiti.
cum concor.Sed poſito,ꝙ glo.in d.c. quoties.non eſſet uera ,
adhuc ſtant prædicta,quia non dicitur,ꝙ quæratur actio ab-
ſenti,prout dixit gl.ſed erit uia denunciationis,ut hic per do.
28 Ab.& do.Ant. in d.proc. ¶Fallit† tertiò dicta regula,niſi con
feſſio fieret, non quidē rectè ad obligandum confitentem ei ,
cui ſit confeſſio,uel cui prodeſt,ſed fieret aliàs ad probandum
aliquid, ex qua probatione abſenti quæritur obligatio, nam
tunc illa præiudicat,ſecundum Ang. in auth.de hære.& Falc.
§.ſi uerò expreſſim.per illum text.quem facit Ang. ſing.Vn-
de infert,ꝙ ſi quis approbat inſtrumentum,tanquam uerum,
uigore huius approbationis omnes,quorum intereſt agere po
terunt contra approbantem,licet non fuerunt præſentes. Sed
in hoc aliter ſentit Bar.in l.admonendi.ff.de iureiur.& dom.
Ant.in c.ſi.j.de iureiur.ubi dicunt, ꝙ ſi fr. tre. in inſtrumen-
to diuiſionis apponit,ꝙ unus debeat ſatisfacere de certo mu-
tuo recepto a tali, & poſito in domo, illud inſtrumentum nō
probat pro illo tali,niſi ſemiplenè.Et ita uideretur hic.Vnde
pro Angelo multum facit l.deſiderium.C.depoſiti.ubi per in
ſtrumentum factum inter te & Titium, in quo dicis mutuaſſe
ei centum,quæ tibi depoſueram, probatur depoſitum inter te
29 & me,& multum no.ibi Bal.¶Fallit† quartò in his, quæ de-
pendent ex uoluntate unius,non duorum, quia ualet confeſ-
ſio, putà ſuper ratihabitione,uel hæreditatis aditione & ſimi
libus,in quibus non requiritur præſentia partis,cui ex tali de
claratione uoluntatis quæritur ius aliquod, ſecundum Bar.in
d.§.ſi quis abſente.& dom.Anto.& Imol.hic per nota.in l.ſi.ff.
de interro.actio.& in l. Pomponius ſcribit,ſi negotium.& in
l. Neſennius.ff.de nego.geſt. & ita etiam not. Bartol. in d.§.
codicillis.& dom.Anto.in c.ſi.in antepen. col.j.de ſuc.ab in-
teſta.& in cap.fin.ſuprà, de confeſ.& ibi dom. Abb.allegantes
Bar.in d.l.nuda.& in l.non ſolum.§.ſi liberationis. ff. de libe.
legat.& not.Bal.in rub.C.res inter alios acta.& Sal. in l.uni-
ca.in 15.oppoſ.C.de confeſſ.& in d.l.generaliter.in 6. quæſt.
30 ¶Fallit † quintò,quo ad ſemiplenam probationem, ut no.uo
luit Bar. in d.l.admonendi.& ſequitur Imo.& do. Abb. hic.&
do.Abb.in c.ſi de ſucceſ.ab inteſt. & do.Ant. in d.c.ſi.infra de
iureiur.per not.in l.capite quinto. ff.de adult. Sed contrariū,
& fortè melius,tenet Bal.in l.in bonæ fidei. uerſi.modò quæ
ro de uiua noce.C.de reb.cred.& dicit,ꝙ in caſu legis, capite
quinto.illa cōfeſſio erat adiūcta alij uerisſimilitudini ratione lo
ci & temporis:& ſic etiam reſpondet ad l.quæro.in ſi.de ædil.
31 edic. ¶Fallit † ſextò in confeſſione facta in epiſtola , per l.
Publia.ff. depoſi. nam per epiſtolam uidetur quis alloqui ab-
ſentem:arg.l. Arriani.C.de hæret.dummodo præſentetur ab-
ſenti,ſecundum do.Ant.& Imo.hic,& Bar.in d.§.codicillis.&
do.Ant.in c.ſi.de confeſ.& ibi do.Abb.& Bar. in l.cum taber-
nam.§.idem quæſijt.ff.de pig.niſi mittens reuocet epiſtolam ,
ſecundum Bal.in l.unica,in 2.col.C.de confeſ.ubi hoc limitat
niſi alteri reſultaret iniuria,uel illuſio iudicij.Alleg.l.ſi pro-
hibuerit.ff.de Publicia.& l.ſi mandaſſet.ff.mandat. & bene lo
quitur:quia ſiue epiſtola,ſiue nuncius reuocetur,poſtquam al
teri reſultaret iniuria , id eſt contractus eſſet perfectus , actus
non reſcinditur, ſi prius fuit ignorata reuocatio , ut in dictis
iuribus,niſi in caſu c.ſi. de proc.in 6.ut ibi per Domi. in §.fin.
& per glo.in clem.1.de renun.& omnes Doct.in l. eius,qui in
32 prouincia.ff.ſi cer.pet.cum concor.¶Fallit† ſeptimò,ſecundū
aliquos,in confeſſione,quæ fit ad liberandum:quia non requi
rit præſentiam partis:& ita not.gl.in l.non ſolum.§.ſi libera-
tionis.el 2.de libe.leg.ſed Bar. ibi ſolenniter diſputando con
cludit contrarium,& fuit opinio gl.in l.idem in duobus.ff.de
pact.& idem Imo.hic,& Barto.in d.§.ſi quis abſente. & in d.l.
in duobus.§.ſi.& Sal.in l.unica in 15.oppo.C. de confeſ.& Pa.
de Ca.cōſi.83.inc.In Chriſti,&c.ad id,quod quæritur. de quo
etiam per Bal. in l.generaliter.in 12.q. C.de non nume. pec.
& i l.& hæredi.§.nos autem.de pact. & in l.rationes in 2.col.
C.de proba.& in rubr.C.res inter alios acta.in ult. col. & Ro.
in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acqui.poſ.& Ange. in
d.l.in duobus.& Fede.conſil.230. incip. in l. poſtquam liti. &
33 Salic. in l.actionem. C. de pact. ¶Fallit † octauò in reali,
quia poteſt quis habere rem pro derelicta in præſentia par-
tis,l.1.& per totum,ff.pro derelicto.ſecundum Imo.hic,& Do
mi.poſt Io.de Fant. in §.de his.3.q.9.& facit, quod not. Inno.
in c.ueniens.ē.de renun.& Io.And.in c.cum pridem.ē.de pac.
& ſentit Bar.in d.§.ſi liberationis.& not.do.Ant. & do.Abb.in
c.ſi.ē.de confeſ.ſecundum Imo.in d.c.ueniens.in 31.col. uerſi.
circa tertium.Et hic intelligit iſtud,quando propriè quis re-
nunciat iuri in reali : quia uidetur poſſe fieri in abſentia par-
tis.& uidetur haberi pro derelicta,ut etiam ſentit gloſſ. in l.
poſtquam liti.C.de pact. Sed quando quis confitetur rem eſſe
alterius ſecus eſt : quia per hoc non uidetur habere rem pro
derelicta , ſed uidetur potius uelle in alium transferre , ideo
tunc non perdit dominium,ſi non transfertur, l. ſciendum. &
l.conuentiones.ff.ex qui.cau.maio. & eſt de mente Bart. in l.
cū teſtamentū.aliàs in l.cum falſa. C. de iuris & facti igno. &
abſque traditione nō transfertur dominium,l. traditionibus.
C.de

C. de pac. ut latius per Imol. in dictis locis, & in l. ſi rem aliquam. poſt Bart. ff. de acqui. poſ. & in d. c. cum pridem. poſt do. Ant. et Arch. in c. quàm periculoſum. 7. quæſt. 1. et Bald. in c. accepta. ſuprà, de reſtitut. ſpo. & in repertorio Innoc. in uerbo, renunciatio. in 6. quæſt. et omnes in d. l. poſtquam liti. cum
34 concord. ibi allegatis. ¶ Fallit † nonò in confeſſione facta in ſcriptura libelli, uel exceptionis producta per partem, l. cum precum. C. de liberali cauſa. et not. Bart. in d. §. ſi quis abſente. cum talis ſcriptura offeratur iudici, ut detur parti, ut in auth. offeratur. C. de lite conteſta. ut hic per Imo. et Bald. in l. unica, in pe. col. C. de confeſ. et in d. l. poſtquã liti. in fi. C. de pac. et Bart. in l. 2 * in fin. ff. de iure fiſci. et Imo. in d. l. nuda. et Salic. in l. unica, in 15. oppoſ. C. de cõfeſ. et do. Ant. et do. Abb in c. fi. ĩ. de confeſ. ubi idem dicunt depoſitionibus. Et idem generaliter dicas de omni alia ſcriptura, quæ producitur, ut parti aduerſæ tradatur, ſecundum Imol. hic. ¶ Illud aũt de libello intellige primò, qñ in ipſo comprehenditur tale quid, quod inducere pender a ptãte libellantis, quia aliàs oino eſt ſtandũ uerbis narratiuis libelli, ut l. non epiſtolis. et ibi Bart. C. de proba. Ita not. domi. Anto. in d. c. fi. et Bal. in l. prædia. ĩ. de prædijs mino. allegando l. qui familiæ. ff. famil. herciſ. et dicit Bald. in c. cum uenerabilis in pen. col. ĩ. de exce. ꝙ producens inſtrumentum uidetur conſiteri illud eſſe uerũ in uerbis diſpoſitiuis, non in uerbis enunciatiuis. ¶ Intellige
35 † ſecundò, dum modò libellus ſit ſcriptus manu confitentis, ſecus, ſi manu alterius, ſecundum Bart. in l. nuda. C. de donat. quẽ tñ impugnat hic Imo. quia nimis eneruaretur, d. l. cũ precum. cũ pauci hodie ſcribãt talia ꝓprijs manibus, & dicta l. cũ precum. loquitur indiſtincte & attenditur productio, quæ fit,
36 ut deueniat ad alium, ut hic per eum, & bene. ¶ Fallit † decimò in confeſſione facta in libro rationum, quia ſi peruenit ad partem ſcriptura, uidetur loqui uice partis, & ideo præiudicat, ſecundum Bart. & Paul. de Caſt. in d. l. nuda. & Bald. in l. unica, C. de confeſ. de quo etiam per Bald. in rubr. C. de conſti. pec. in ult. col. & Pau. de Caſt. in d. l. Publia. Sed intellige, ut hic per Imol. dum modò talis liber ſit confectus parte mandãte tacitè uel expreſsè, ut ſunt communiter libri mercatorum, quibus ex conſuetudine tacitè mandatur ut ſcribant, ſed ſi eſſet liber confectus a mercatore pro ſui memoria, ſecus, ut hic per eum, de quo ſatis memini declarando hoc Idem in c. 2. ſuprà, eo. in materia libri mercatorũ, in 2. concluſione. ¶ Fal
37 lit † undecimò quando confiteor me debere aliquid Titio ex aliqua cauſa in præſentia alicuius recipientis nomine & uice ipſius Titij, nam etiamſi ille non habeat mandatum, & etiãſi non ſit tabellio, ſi tamẽ Titius poſtea ratum habet, prodeſt talis confeſſio. Ita ad literam dicit hic Imol. per id, quod habetur in tex. & glo. in l. huiuſmodi. in princi. ff. de leg. 1. & in §. alteri. Inſti. de inut. ſtip. & not. Bar. in d. § ſi liberationis, & facit, quod not. Ioan. And. in Spec. de confeſ. §. nunc uidendum. uer ſi. quid ſi confiteor. ſecundum ipſum. Sed iſtud puto intelligendum ſolum, quando acceptatur confeſſio, ubi autem quis uellet ſtipulari pro alio, ad hoc ut abſenti quæratur actio, non ſufficit quilibet, ſed debet eſſe perſona publica, ut expreſsè no. Bar. in l. 2. C. ut in poſ. leg. & dom. Abb. in c. fi. ĩ. de confeſ. & bene probatur in d. c. quanquam. & per Bart. in l. 3. ff. rem pupil. ſal. fore. & Inno. in c. dudum. ĩ. de conuer. coniug. niſi eſſet perſona, cuius intereſt, quia poteſt alteri ſtipulari, l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuler. ff. de uerb. oblig. & ibi latè per omnes.
38 ¶ Fallit † duodecimo, niſi confeſſio fieret præſente fideiuſſore, ſecundum Bald. conſilio incipiente, In Chriſti &c. In primis uidendum eſt, an confeſſio facta per fideiuſſorem poſſit acquiri parti exceptione doli, ut ladem in duobus. §. fi. ff. de pac. Idem, ſi confeſſio fiat præſente negociorum geſtore, ſecundũ Franciſcum Tigrini in conſilio incipiente, Titius confeſſus fuit. & Salic. in l. unica, in 15. oppoſi. C. de confeſſ. dicentẽ. hoc uerum, etiamſi negociorũ geſtor acceptans abſente parte ſit priuata perſona, per regulam legis, ſoluendo. ff. de neg. geſt.
39 ¶ Fallit † ultimò in cõfeſſione facta abſente parte, ſi fuit geminata *, per id, quod no. Bart. in l. cum ſcimus. per illum textum. C. de agric. et cenſi. lib. 11. ubi colligit ſingularem theoricam, ꝙ ubi non præiudicat confeſſio ex defectu præſumptæ uoluntatis, ſi fuerit geminata, ualet. Et idem dicit Bal. de uerbis enunciatiuis, & ſequitur Pa. de Caſt. in d. l. Publia. & Ro. in d. l. nuda. & ita in propoſito, cũ non ualeat talis confeſſio, quia quis non præſumitur uelle ſe obligare abſenti, ſic defectus uoluntatis tollitur ratione geminationis, & pro hoc facit, quia aliquando uidemus tantum operari geminatum conſenſum, quantum iuratum. Patet ex c. cum cõtingat. & ibi latè per do. Abb. ĩ. tit. 2. iuncta authen. ſiue a me. C. ad Velle. ubi in alienatione fundi dotalis tantum operatur geminatus conſenſus mulieris, qui aliàs ſolus non ſufficeret, quantum ſi eſſet iuratus. Item probatur ex gl. pe. in 3. reſolutione, in c. ex reſcripto. ĩ. tit. 1. iuncta l. ſi mulier. C. ad Velleia. ubi ſicut ceſſat exceptio Vellei. ubi eſt iuramẽtum, ita ubi eſt conſenſus geminatus. Modò ſuprà, in 1. fallen. dictum eſt, talem confeſſionem iuratam ualere. Ergo, etc. Iſtud tamen de actu geminato & iurato non eſt ſemper uerum, per id quod dicetur ſuper gloſſ. ſequenti in prima ampliatione primæ regulæ, iuncto dicto dom. Abb. hic, ꝙ ſtatim dicam propter diuerſam rationẽ. ¶ Et propter dictam doctrinam Bart. infert hic do. Abb. in fi. ꝙ qui bis ex interuallo confitetur pecuniam, uel dotem ſibi numeratam, non poteſt opponere exceptionem nõ numeratæ pecuniæ *, niſi uelit in ſe aſſumere onus probandi. Et idem in dote dixit Io. And. ultra ipſum in addi. Spe. in tit. de dona. inter uir. & uxo. Unde uidemus, ꝙ uerba enunciatiua geminata probant ſecundum Angel. in l. 1. per illum tex. C. de plus peti. & do. Abb. in repet. c. per tuas. ĩ. de arbi. aliàs non, l. ex hac. ff. de donat. quoniam tales geminationes arguunt magnam firmitatem propoſiti *. ¶ Et hinc eſt, ꝙ licet hæreticus paratus corrigi, non tradatur curiæ ſeculari, c. per. §. ſi qui. ĩ. de hæreti. tamẽ ſi geminata uice ceciderit, non auditur de correctione, c. ſuper eo. & c. accuſatus. de hæret. in 6. ¶ Et hinc eſt, ꝙ licet nullo iure caueatur decretum bis interponendum, tamen eſt optima cautela, ꝙ bis interponatur, ſecundum Bald. in l. magis puto. §. ne paſſim. ff. de reb. eorum. ¶ Et hinc eſt, ꝙ ſi in uenditione bis dicatur, & ſi plus ualet, donat, ceſſat remedium l. 2. C. de reſcind. uendit. ſecundum Bal. ibi, ſecus dicentem, ſi ſemel dicatur. ¶ Et hinc eſt, ꝙ licet ſufficiat obijcere crimina teſti in genere, ut habetur in capitulo præſentium. ſuprà, de teſti. tamen ſi lex dicit, Omnia & ſingula, propter hanc geminationem requiritur ſpecificatio induidua, ſecundum glo. in capitulo ut circa. in uerbo, omnia & ſingula. de electio. in 6. ¶ Et propterea dicit Bal. in tract. ſchiſmatis, in 18. colum. quem ponit in rubric. C. ſi quis aliq. teſta. prohib. ꝙ qui bis aliquid facit, non poteſt contra id opponere: quia ubi interuenit geminatio, ibi præſumitur plena deliberatio. Alleg. tex. in auth. ut nulli iudic. §. & hoc uere iubemus. facit glo. elegans in uerb. reiterato. in c. ſi quis iratus. 2. q. 3. dicens, ꝙ reiteratio præſupponit deliberationem. Allegat d. l. ſi mulier. la 2. Et dicebat Bal. in procem. ff. in fi. prin. ꝙ licet illa uerba, Quem haberi pro ciue, importent fictionem, ut per Bar. in l. ſi is, qui pro emptore. ff. de uſu cap. fallit, niſi dicatur, Sit & habeatur: quia illa geminatio importat ueritatẽ: facit tex. in l. 2. §. furioſum. ff. de iure codicil. in uerbo, per omnia & in omnibus. quem Ang. facit ſingularẽ
40 in l. negotijs. ff. de reg. iur. ¶ Et † hinc eſt, ꝙ licet uidua nubens non perdat legatum, etiamſi teſtator dicat, ſi caſtè uixerit, ut per Bar. in l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebel. per c. Nicena. 31. diſt. tamen fallit, ut ſi bis nubat, ſecundum Ang. in §. hoc ideo. in authen. quomodo oport. epiſcopos. ¶ Et hinc eſt, ꝙ ſi Papa committit cauſam uni dicendo, Tu, tu: illa geminatio facit electam eſſe induſtriam perſonæ: ſecundum Bal.

* *in l. 2.*] *Adde Alex. in l. 2. col. 2. C. de inſtitut. & ſubſtit. ſub cond. fact. Abb. in c. ex parte. de cõfeſ. col. 6. uerſic. prædicta intellige in confeſſione. & Bald. in addit. ad Specu. ti. de confeſ. uerſ. confeſſio in abſentem & Alex. conſi. 94. inc. clariſſime domine. p. 4.*

* *Geminata*] *Adde Iaſ. in §. in perſona. inſti. de act. col. 17. Flor. in l. 1. ff. de itin. actiq. priu. Alex. in l. publia. §. 1. depoſ. & in l. capite. de adult. Rom. in l. ſed ſi poſſeſſori. §. ſi cũ de hæreditate. ff. de iureiur. ubi refert ita in facto obtinuiſſe, Pau. de Ca. conſi. 173. & conſ. 81. & conſi. 286. inc. Viſo proceſſu. col. pe. & cõſ. 329. inc. uiſa petitione. & Rom. cõſ. 290. incip. in caſu propoſita conſultationis. & Auth. inc. olim. de reſti. ſp.*

* *Pecuniæ*] *Adde Alex. in l. pe. §. ſi uir. ſol. matrim. Pet. de Sanc. Cyr. & Bal. in l. in contractibus. & ſupra in tex. alleg. C. de non nu. pecu.*

* *Propoſiti*] *Adde Soc. conſi. 244. incip. circa primũ conſultationis articulum. uerſi. confirmatur ex legi. in 2. par. ubi habes, quod ſi ſtatutum per uerba geminata diſponat quod contractus, a minore geſtus ualeat et teneat, non competet ei reſtitutio.*

Actionem] Ad de Alex. in rubr. ff. de uer. oblig. & in l. iuriſgentium. §. ſed cum nulla de pact. & ibi etiam uide per eu de pacto nudo geminato.

Bal. in c. fi. ſ. de offic. deleg. ¶ Et hinc eſt, ꝙ
geminata obligatio naturalis parit actio-
nem *, ſecundum Ang. in l. fi. C. ad l. Falc.
Et idem de pacto nudo geminato proba-
tur in l. 3. §. debitum. ff. de conſti. pec. & per
Bal. in d. l. fi. C. ad l. Fal. not. Ang. & Salic.
41 in l. petens. C. de pact. ¶ Et † hinc eſt, quòd
geminatio reſcripti habet uim clauſulæ nõ
obſtante lege & clauſula, Ex certa ſcien-
tia *, ſecundum do. Ant. in c. quæ in eccle-
42 ſiarum. in pen. col. ſ. de conſtit. ¶ Et † hinc
eſt, ꝙ uerbum futuri temporis geminatum
importat latam ſententiam, ut ſi dicitur, Ir
ritetur, irritetur: ſecundum Bald. in tit. de
pace Conſtan. in uerbo, omnia priuilegia.
43 ¶ Et † hinc eſt, ꝙ interlocutoria bis con
firmata effecta eſt irreuocabilis *, ſecundũ
glo. ad uerb. ſuper ea. in fi. in cle. fi. de appe.
¶ Et hinc eſt, ꝙ bis carceratus pro eodem
delicto amplius non relaxatur, ſecundum
Barto. & Bald. in l. iij. C. de epiſcopa. audi.
44 ¶ Et † hinc eſt, quòd impetratio legitima
tionis. in qua dictum eſt quem natum ex
adulterio, non prodeſt. ſi fuiſſet natus ex
adulterio geminato, id eſt, ex duobus con-
iugatis, ſecundum Oldr. conſ. 8. & Ioan. And. in Spe. in rubr.
qui filij ſint legi. & Bald. in l. eam, quam. C. de fideicom. Et li-
cet multa ex iſtis ſint uulgata, tamen ſunt omnia utilia ual-
de, & aliqua ponit Ro. in l. ſi uero. §. de uiro. in 31. ſol. ff. ſolu.
mat. Sed unum nouiſſime. not. ꝙ uirtutes geminationis pro-
cedunt, quando actus geminatus eſt ex interuallo, ſed ſi actus
eſſet geminatus incontinenti, talis geminatio nihil operatur,
imò dicitur actus unicus, ſeu ſimultaneus, ut not. glo. fin. in l.
3. ff. de pigno. act. & in c. ab eo. in uerbo, inſtantis. de app. in 6.
et Bal. in l. cum fidem. C. de non nu. pe. quod procedit in acti
bus factis una uoce tantum, ſed ubi uerba ſcribuntur geminata, cum uideantur ſerioſe replicari, non ex tranſcurſu linguæ,
procedent dictæ uirtutes geminationis. Quas etiam declara
ſecundum notata in l. fi. ff. de quæſtio. ubi confeſſio quantum-
cunque geminata non præcedentibus indicijs non nocet, quia
una non poteſt aliam iuuare, cum in qualibet ſubſit timor in-
iuſtæ torturæ, & idem in ſimilibus. ¶ In glo. pe. ibi, in contra-
ctibus. Propter iſtam gl. tractant hic. Hoſt. do. Anto. do. Abb.
& Imol. quando opponi poſſit exceptio pecuniæ non nume-
ratæ, & quando non, de quo etiam ſatis per eos in c. fi. ſ. de
ſol. Et iunctis ſimul dictis principalibus ſuis, & aliorum,
no. duas regulas cum opportunis declarationibus & fallẽtijs.
45 ¶ Prima regula eſt, ꝙ † quantuncunque quis ſit confeſſus ſe
mutuò recepiſſe pecuniam, nihilominus poteſt intra biẽnium
opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, d. l. in contra
ctibus. Et non eſt inducta illa præſcriptio biennalis in odium
debitoris, imò inducit priuilegium limitatum in eius fauorẽ,
ut liceat uenire contra propriam confeſſionem, contra c. per
tuas. ſ. de probat. & grauare creditorem onere probandi nu-
merationem pecuniæ, & ratio fuit, quia de facili quis confite
tur mutuum ſpe futuræ numerationis, ideo huic facilitati ſuc
46 curritur. ¶ Amplia † primò dictam regulam, etiamſi recipiens
mutuum iuraſſet ſe recepiſſe, per tex. not. in l. fi. C. de non nu.
pec. & non eſt neceſſaria abſolutio a tali iuramento, ad hoc
ut poſſit excipi, ſecundum Bald. ibi, quia iuramentum habet
conditionem tacitam, Si mihi fidem ſerua-
neris *, l. quæro. §. inter locatorem. ff. lo
ca. & creditor non numerans non ſeruat fi
dem debitori, l. ſi uoluntate. C. de dotis ꝓ
miſ. ut ibi per ipſum, & allegatur illa l. fin.
ꝙ iuramentum intelligitur ſecundum na-
turam materiæ, ſuper qua præſtatur, ut e-
tiam dicetur in c. ad noſtram el. 1. ſ. tit. 2.
¶ Sed hanc ampliationem intellige, niſi iu
raſſet pecuniam uerè numeratam, ſecundũ
Sal. poſt Bald. in d. l. fi. circa princ. & do. Ant. in c. fi. ſ. de ſolu.
ubi tamen ſubdit hoc uerum, niſi peteretur abſolutio a iura-
mento. Et ita dicit tenere Dyn. in regula, locupletari. Et hic
adde, quod dicetur ſ. ante quintam ampliationem ſequentẽ.
47 ¶ Amplia † ſecundò, etiamſi confeſſio & receptio mutui fie-
ret in iudicio apud acta, quia adhuc contra ipſam poteſt debi

Ex certa ſcientia] Adde Bal. in l. nec damnoſa. C. de prec. imp. of.

Irreuocabilis] Adde quod operetur geminata interlocutoria. & in de Alex. in l. quod iuſſit. in fin. poſt Bar. ibi. de re iudi. & in l. cum proc. §. 1. ff. de non. ope. nunc.

Seruaueris] Adde Innoc. in c. quemadmodũ. de iureiur. & Bal. in margar. uer. conditio & Phil. in c. peruenit. el 2. de iureiur.

tor uenire, quia eadem eſt ratio, ac ſi extra iudicium fieret, ſe
cundum Bald. Inſti. de liter. oblig. in ult. col. & in d. l. in con-
tractibus. in fi. principij, & ibi Sal. niſi confeſſio in iudicio fie-
ret per uiam contentioſæ iuriſdictionis, quia in iudicio debi
tor facit quicquid poteſt, ne confiteatur. Sed tandem iuramẽ
to aſtrictus confitetur, quia tunc ceſſat præſumptio, ꝙ gratifi-
cetur creditori: & ideo ceſſat dicta exceptio, ſecundum prædi
ctos. Hanc fallentiam no. quia aliter non replicabitur cum a-
lijs. ¶ Amplia tertiò, etiamſi eſſet campſor, qui promiſiſſet ſol-
uere pro confitente, quia poteſt opponere exceptionem, ꝙ pe
cunia non fuit numerata illi, pro quo promiſit, ſecundum Sal.
de mente glo. in l. fruſtra. C. de non nu. pec. per tex. in l. tam
mandatori. C. eo. Secus, ſi campſor uellet opponere exceptio
nem ex perſona ſui, ꝙ ſibi non fuiſſet numeratum, per tex. in
d. l. fruſtra. ubi qui pro alio conſtituit ſe debitorem, non po-
teſt opponere exceptionem pecuniæ ſibi conſtituenti non nu
48 meratæ. ¶ Amplia † quartò, etiamſi renun
ciatum eſſet tali exceptioni * quia qua fa
cilitate quis inducitur ad confitendum, ea
dem inducitur ad renunciandũ l. dol. uerſ.
diuerſum. ff. de exceptione doli. ſecundum
Cy. Bart. Bald. & Sal. in l. ſi ex cautione. C.
de non nu. pec. & do. Abb. hic, & quia uide
tur remitti dolus futurus contra l. ſi unus.
§. illud. & §. ante omnia. ff. de pact. Et iſta o-
pi. de rigore iuris eſt uerior *, ſecundum
Imo. hic, licet aliter dixerit glo. in d. l. ſi ex cautione. & dom.
49 Card. in c. fin. ſ. de ſolu. ¶ Hoc † intellige primò eſſe uerum,
quando renunciatio fit eodem tempore, ſecus, ſi ex interual-
lo, quia ualet. ſecundum Bar. in d. l. ſi ex cautione arg. l. Titius
ff. de pig. act. & ſequitur do. Anto. in c. fi. ſ. de ſolu. dicens face-
re, quod ipſe dixit de renunciatione. Velleiani in c. ſi diligen-
ti. ſ. de fo. comp. & ſequitur do. Abb. hic. Effectus autem huius
renunciationis non eſt alius, niſi quia grauat debitorem one-
re probandi non numeratam pecuniam, ad quod aliàs non te
nebatur, ſed non tollit, quin poſſit intra biennium opponere.
Talis enim renunciatio plus non debet operari, quàm ipſum
biennium, quod operatur ſolam omiſſionem oneris probãdi,
ſecundum Imo. in c. fi. in ult. char. ſ. de ſol. & Salic. in d. l. ſi ex
cautione. in 1. & 3. q. addentem, ꝙ ſi renunciatio fieret poſt
biennium, bene noceret ex toto nedum in onere probandi,
ſed in opponendo ipſam exceptionem, ad hoc ut pactum ali-
quid operetur, & de iſta conſideratione ſeipſum extollit Sal.
in d. l. ſi ex cautione. & idem dicit in l. cum fidem. C. de nõ nu.
pec. Sed ille in hoc ultimo, ꝙ non obſtante renunciatione poſ
ſet officium iudicis poſt biennium miſericorditer implorare,
ſecundum Bal. poſt Odoff. in l. illicitas. ff. de offi. præſi. De eo
autem, quod eſt dictum, poſt biennium quem audiri aſſumpto
onere probandi, uide ꝙ dicetur in ſequenti regula in tertia
50 ampliat. & in prima fallen. ¶ Secundò † intellige, niſi in renũ
ciatione etiam facta incontinenti interueniſſet iuramentum,
ſecundum Bart. in l. fi. C. de non nu. pec. Sed ſi ſoluit, bene po-
terit repetere per c. debitores. ſ. tit. 2. Non obſtat. illa l. fi. quia
non loquitur, ubi quis iurat non excipere, ſed ubi iurat ſe ha-
buiſſe mutuum, quia poteſt excipere ut in prima ampliatio-
ne, & ratio poteſt eſſe, quia ubi iurat ſe recepiſſe, iurat de eo,
cuius ueritas non eſt in poteſtate ſua, ſed ubi iurat non excipe
re, iurat de eo, qđ eſt in poteſtate ſua. Et, ut dixi in præcedẽti
articulo in ult. fallen. per hoc apparet, ꝙ non ſemper gemina
tio operatur tantum quantum iuramentum. Sed cogitabam,
ſi attentari poſſet, ꝙ etiam confeſſio iurata de receptione ua
leat, per d. c. debitores, ſicut confeſſio iurata abſente parte ua
let de iure Canonico, ut ſ. in prima fallentia, non obſtante le
ge ciuili, de qua in d. §. ſi qui. auſente. in uerbo, iurat. Et ita
etiam dicendum hic, ꝙ iuramentum ualidet confeſſionem de
iure Canonico non obſtante d. l. fi. quia eadem facilitate non
uidetur quis iurare, qua confitetur, ſed magis conſultè, ſicut
ipſa geminatio ualidat confeſſionem, & ideo iuramentum o-
peretur, ꝙ ſibi incumbat onus probandi. Item quia, ut dixi in
prima ampliatione, Doctores fatentur, ꝙ ſi dicat, Verè rece-
pi, non procedat d. l. fi. quæ differentia non uidetur importare,
quia etiamſi ſolum dicat Recepi, intelligitur cum effectu, c.
relatum. cum uulgaribus, ſ. de cleri. non reſi. & iſta eſſet opi.
noua, & ideo iuxta morem meũ eam non affirmo. Sed ſi tene
retur, poſſet peti abſolutio a iuramento, ſicut dictum eſt ſ. de
eo, qui dixit, Verè recepi, & uide, quod dicetur ſ. in 5. fallen.

Exceptioni] Adde quæ ad hanc materiam late ponit Aret. in c. ſi diligenti, ſ. de foro compet. per tot. & præſertim nu. 16. 17. 18.

Et iſtis

¶ Ex iſtis adde Bal. & Sal. in d. l. ſi. ubi dicunt, q ſi minor iuraſſet ſpe futuræ numerationis, poſſet etiam poſt biennium opponere exceptionem, quia ei non currit * biennium, l. fin. C. in quib. cauſis in integ. reſt. non eſt neceſſa. nec iuramentum facit eum haberi pro maiori, quia in eo de eſt conſenſus, ſecundum eos. Pro quibus facit, quod no. gl. & do. Ant. in c. cum cauſam. de
51 empt. & uendi. ¶ Amplia † quintò & ultimò, non ſolum, ſi quis ſimpliciter confiteatur habuiſſe & recepiſſe, ſed etiam ſi addat neque confiteor ſpe futuræ numerationis, ſecundum Bart. in d. l. ſi ex cautione. contra Iac. But. in l. generaliter. C. de non nu. pec. per rationem. de qua ſ. ſcilicet q eadem facilitate hoc diceret, & ſequitur hic
52 Imo. ¶ Modò † dicta regula fallit primò, niſi ex tenore inſtrumenti de actuali numeratione conſtaret, & recipiens non ſimpliciter confiteretur recepiſſe, ſed notarius hoc aſſereret, ſecundum Inno. & do. Ant. hic ita intelligentes l. ſi. C. de dote cauta non numer. Modum autem uerborum ponit plenè Bald. in d. l. ſi ex cautione, dicens, q debent taliter concludere, q probent numerationem tunc interueniſſe, putà, quæ decem habuit in ueritate in præſentia mei notarij & teſtium infrà ſcriptorum, & non ſufficeret dicere, quæ habuit & recepit, & non aliud, quia potuiſſent partes hoc dixiſſe, & eorum confeſſionem ſcripſiſſet notarius, niſi diceret confeſſus fuit habuiſſe, & habuit & recepit, quia tunc ad confeſſionem referri non poteſt. Diceret enim, & dixit ſe habuiſſe & recepiſſe. Item illud Recepit, non refertur ad participium Confeſſus, ſecundum ipſum, quem ſequit Bal. ibi in 3. q. cum duabus ſequen. & ibi Sal. in penul. col. & Bald. in l. ſi ex pretio. C. ſi cer. pet. & Iuſti. de literar. obliga. in princ. & Ro. in l. prædia. in ult. col. ff. de acqu. poſ. & do. Ant. & Imo. hic: qui tamen in uno impugnant Bar. dum dicit, q illa uerba, Quæ habuit & recepit, non probant numerationē, quia imo probant, ſecundum eos, nam intelligēdo, q ſint uerba partis, requiritur una ſubauditio, ſcilicet, id eſt, dixit ſe habuiſſe, uel, ut dixit: Vnde dicunt probari numerationem ceſ-
53 ſante tali ſupplemento. ¶ Sed † circa hanc fallentiam nota primò, quòd non procedit in ſcriptura priuata, in qua diceretur, habui & recepi decem mutuò a Caio: quia non probatur uera numeratio, ſed ſolum confeſſio, cum ſint uerba partis, ſecundum Imol. hic, & Ro. in d. l. prædia. ubi alleg. gloſſ. in l. ex pluribus. in uerbo, proponeretur. ff. de ſol. & in l. ſi non ſinguli. C. ſi cert. pet. Idem Barto. Inſtit. de literar. obligat. circa princip. & Salic. in d. l. ſi ex cautione. in antepe. col. quia debitor atteſtatur ſolū de facto ſuo antecedente confeſſionem emiſſam. Vnde dicit ſe inferre, q etiamſi dicat illa ſcriptura, habui & recepi in præſentia teſtium infrà ſcriptorum, non ſequitur neceſſariò q numeratio fuerit facta in præſentia teſtium, ſed confeſſio. Sic etiam, ſi teſtes atteſtentur in ſubſcriptionibus prædicta uera eſſe non facta ſpeciali mentione de numeratione. Secus, ſi ipſe debitor dicat, habui & recepi, quæ mihi numerata fuerunt in præſentia teſtiū infra ſcriptorum: quia probatur numeratio, ſecundum ipſum. Sed certè quando dicit, recepi in præſentia teſtium j. ſcriptorum, nō uidentur illa uerba ſalua ratione recti ſermonis, poſſe intelligi, q in actu confeſſionis non interuenerit traditio in præſentia teſtium, per id, quod not. Bart. in l. ſingularia. ff. ſi cert. pet. de quo dicam j. uerſic. nota tertiò. ¶ Not. ſecundò, q ſi inſtrumentum dicat, Fuit confeſſus habuiſſe & recepiſſe a Titio dante & numerante decem, per hoc non probatur numeratio, q a iſti ablatiui poſiti in conſequentiam confeſſionis, non ſunt niſi confeſſio, eo q notarius aſſerat numerationem, quam heri non uidit. Ita not. Bald. in l. unica, C. de confeſ. allegando Iac. But. in quadam diſput. & idem tenet Bal. in l. ſi ex cautione. in 4. quæſt. C. de non numer. pec. & ibi Salic. in penult. col. uerſi. quæro, quid ſi notarius. ¶ Subdit tamen ibi Bald. in uerſi. quinto quæro. ſecus eſſe quando notarius atteſtatur de numeratione, non per participium, ſed per gerundium, quia dicat, a Titio dando & numerando, &c. q a gerundia ſonant in actu, q oculo ſubijcitur, l. item facit. ff. de ui & ui arma. & not. in rubr. C. de eden. ¶ Not. tertiò, q ſi notarius ſcripſit, pecuniam fuiſſe mutuatam, & teſtes probant, q tempore contractus nulla pecunia interuenit, et hoc inſtrumentum non reprobatur, ſecundum Bart. in l. ſingularia. in pen. col. ff. ſi cert. pet. Et ſequitur Bald. in l. ſi ex pretio. C. de non numer. pec. & in rubric. C. de fide inſtrum. et Imo. hic, et Ro. in d. l. prædia. contra Ang. ibi, quia quomodocunque poſſunt uerba tolerari, ut euitetur falſum, illud debet fieri, ut eſt glo. quam ponderat Bald. in l. intelligentium. §. quod fere. in uerbo, prohibetur. ff. de pact. ¶ Similiter dicit Bar. et fortius, in d. l. ſingularia. q ſi inſtrumentum dicit, habuit et recepit in mei notarij præſentia et teſtium infrà ſcriptorum, poſtea teſtes dicūt, q non uiderunt Titium recipientem, licet ibi eſſet pecunia, non redditur inſtrumentum falſum, nā ſi pecunia fuit præſens, pōt dici, habita et recepta, allegat l. ſi pecunia. ff. de ſol. ētſi alteri pecunia fuit numerata in præſentia cōſētētis, arg. l. falſus. §. ſed ſi is. ff. de furt. et ſequūtur alij in d. l. ſingularia. de quo etiam per Bar. in cōſi. inci. In q. propoſita ſolum ad hoc allegare & conſulere intendo. etc. ¶ Et adde, q ſi notarius diceret numeratam, & non eſſet uerū, non excuſaretur a falſo, ſecundum Bart. in d. l. ſingularia. & Bald. in d. rubr. C. de fide inſtrument. Imò uidetur, q inſtrumentum utens uerbo Recepit, non poſſit iuuari ex eo, q interuenit ſola oſtēſio pecuniæ, quæ potuit eſſe ficta, ut per Pet. de Anch. conſi. 9. incipien. plurimæ coniecturæ. & Bald. in d. l. ſi ex pretio. ante fi. ¶ Subdit etiam Bart. in d. l. ſingularia. q ſi teſtes dicunt, q Titius habuit pecuniam, ſed incontinenti reddidit, per hoc inſtrumentum non eſt falſum, neque inc † cax, niſi probetur, q ita actum fuit de reddendo: quia potuit aliàs reddere ex liberalitate, ut ibi per eum ſolenniter, & per Ange. in l. ſi tibi pecuniam. eod. tit. & Bal. in l. per diuerſas. in ultima q. C. mandati. Vbi limitat hoc ultimum dictum non procedere in actu, in quo non ſufficit confeſſio de recepto, ſed requiritur uera traditio: quia non erit neceſſe probare, q fuerit actum de reddendo, per l. ab Anaſtaſio. eo. tit. ibi, nec occultè, nec per artes clandeſtinas. Conſulitur tamen notario, ut cautè ſcribat, nec dicat interueniſſe pecuniam, licet uiderit ſacculum, niſi ipſum aperuit & uiderit pecuniam, nec dicat numeratam, licet uiderit partem numerari, ut in dictis locis, & per Imo. hic, & Ioan. And. in Spec. ſuper rub. de inſtrum. edi. in fin. Sentit tamen Bal. in rub. C. eo. & Roma. in d. l. prædia. ualere conſuetudinem, quòd ſcribatur, Habuit & recepit, etiam quando nihil numeratur, dummodo interueniat pecunia: & facit
54 c. cum dilectus. ſ. eo. ¶ Fallit † ſecundò prædicta regula in cōfeſſione mutui emanante in ultima uoluntate: quia contra ipſam non opponitur exceptio pecuniæ non numeratæ etiam intra biennium, ſecundum glo. & Bal. in l. j. C. de falſa cau. adiecta leg. & Bal. in tit. de pace Conſtan. in uerbo, uaſalli. in fi. & in l. ſi. in ult. col. C. de non num. pec. & Inſtit. de liter. oblig. in prin. & Cyn. & Sal. in l. in contractibus. in prin. eo. tit. quia tunc in confitente non præſumitur fuiſſe ſpes futuræ numerationis, cum ſperet non indigere mutuo propter dubium uitæ, ſecundum prædictos non habentes contradictorem. ¶ Sed conſidera, q non omnis infirmus, etiam grauiter, dubitat de morte, & ideo rectè poſſibile eſſet, q etiam infirmus neceſſitate aſtrictus faceret confeſſionem de mutuo ſpe recipiendi, etiā iacendo, & ſatis faciendi creditoribus, niſi ſaluetur iſta fallentia in confitente in ultima uoluntate facta per exiſtentem in extremis. ¶ Fallit tertiò in alijs contractibus, quam in contractu mutui: nam in illis confeſſio ſtatim præiudicat, l. Publia. §. fin. ff. depoſit. & l. generaliter. C. de non nume. pecun. Et ita not. glo. in d. l. ſi ex cautione. & in l. in contractibus. in princip. C. de non numer. pecu. Specialitas autem in mutuo eſt, quia homines ſunt faciles ad confitendum propter neceſſitates, ut per Bald. in dictis locis. ¶ Et ſubdit ipſe in dicta l. ſi. in contractibus. quòd in alijs contractibus, uel rebus, confeſſio præiudicat, niſi probetur negatiua, putà, error, uel ſimulatio. ¶ Dicit etiam, quòd ſimilis eſt ratio in dote, quæ in mutuo. Ideo etiam ibi habet locum exceptio intra ſua tempora, ut dicetur infrà. Iſta etiam ponit Bald. in l. pecuniæ. in princip. C. de ſolu. ubi dicit, q in nullo contractu habet locum exceptio iſta, niſi in mutuo & in dote. Quod intelligit, quantum ad transferendum onus probandi in creditorem, ſed ſi excipiens uult probare, bene auditur, ut ibi per ipſum, & eſt text. hic. ¶ Et in tantum eſt uera iſta fallentia, q etiamſi ſit depoſitum, q egrediatur notiſſimos terminos depoſiti, licet in tali uideatur eadem ratio, quæ eſt in mutuo, arg. l. Lucius. & l. dies ſpōſaliorum. ff. depoſi. tamen in tali depoſito non poterit opponi exceptio pecuniæ non numeratæ, niſi probetur

* Currit] Adde Spec. in tit. de reſtit. in integ. §. 2. uerſ. hoc autem. & ſeq. & Bal. in Auth. hoc ius porrectum. col. 5. C. de ſacroſ. eccle. ubi dicit, quod eccleſia in perpetuum petit. & in Addit. ad Spec. in tit. proxi. ſub num. 22. in uerſi. prælatus antē. ſuper uerſ. Papiam.

tur factum in fraudem de contractu ad contractum, ſecundũ Bald. in d. l. in contractibus. §. 1. in 2. q. & ſequitur ibi Sal. ¶ Fallit
55 † quartò, niſi in loco eſſet ſtatutum, ꝙ non poſſit opponi dicta exceptio intra biennium, quia ualet inter laicos, ſecundum Bald. in d. l. ſi ex cautione. in ult. q. per l. 2. in fin. C. de conſti. pecu. Nec obſtat, ꝙ potentia pacti & ſtatuti æquiparẽtur, ut per gloſſ. in rubr. C. de decretis decur. cum ſimilib. & pactum hoc non poteſt, ut in quarta ampliatione, quia reſpondet Bald. ꝙ illud dicitur ex ſimilitudine, non proprietate, licet enim ſtatutum ſit conſenſus ciuium, tamen eſt conſenſus non ſimplex, ſed lege munitus, ſecus dicit in foro epiſcopali, in quo non operabitur tale ſtatutum, & multo minus in foro conſcientiæ, ut ibi per ipſum. ¶ Fallit quin-
56 tò, niſi † confeſſio ſit geminata *, ſecundũ do. Abb. hic ſing. licet in contrarium fortiter faciat, quod ipſe not. in c. cum contingat. ſ. tit. 2. dum dicit, ꝙ tantum operatur iuramentum, quantum geminatio, & tamẽ hic iuramentum non operatur, ut ſ. in prima ampliatione, ergo nec geminatio. Unde ſaluando ipſum oporteret dicere, ut dixi in quarta ampliatione, uel ꝙ iuramẽtũ idõ non ualidat, quia eadẽ facilitate extorquetur, qua cõfeſſio ſed ſa cõfeſſio uidetur tollere illam promptitudinẽ, per quã præſumitur quis moueri ſola ſpe numerationis, ſed quicquid ſit propter illam ſpem, eadem facilitate quis induceretur ad ſæpe cõfitendum, ſicut ſemel. Nec obſt. dictũ Bart. in l. cum ſcimus. hic allegata per dom. Ab. quia loquitur in confeſſione habente defectum ex conſenſu, qui ſuppletur per geminationem, ſed defectus confeſſionis hic cauſatur in dicta ſpe. Unde de hac fallentia non curo, niſi quantum ualet authoritas do. Abb. quæ adiuuari poteſt ex dictis in ult. fallen. præcedentis materiæ. ¶ Fallit ſextò, niſi ex interuallo præteritæ confeſſionis confitens ſoluat partem debiti confeſſati, quia uidetur agnoſcere fidem cautionis, & non auditur opponens dictam exceptionem. Caſus eſt in l. cum fidẽ. C. de non nu. pec. niſi expreſſiſſet ſe non ſoluere animo recognoſcendi, ſecundum Bald. ibi per l. 1. ff. de condi. indeb. & dicit, ꝙ in dubio præſumitur agnoſcere bonam fidem, & præiudicat ſibi, per text. ibi, & l. 2. C. quod met. cau. Poſtea ſubdit ſignanter Bal. ꝙ ſi ex pacto actum eſt in inſtrumento de recognitiõe fienda ex interuallo, ut ſæpe faciunt fœneratores, nõ prodeſt, quia apparet quædam colluſio, ſeu fraus. & ideo ſoluens coactus ex tali pacto ſibi non præiudicat & dicit facere. quod not. Inno. in c. grauis. infrà, depoſiti quod not. ¶ Fallit ſeptimò & ultimò in caſu l. aduerſus. C. de non nu. pec. quando debes mihi 10. ex uenditione, & cõfeſſus fuiſti ſolenniter illa 10. te debere ex cã mutui, nã ſi ago cõtra te ex cõfeſſione non opponens exceptionem non nume. pecu. quia illa habet locũ, ubi origo petitiõis fundatur in numeratione: ſed ubi fundatur in cã præcedentis debiti, oportet probare, an illa cã ſit inſta, uel non, ut ibi. Et aliæ fallentiæ fortè colligerentur ex dictis Doctorum in illo tit. ſed iſtæ ſufficiant. ¶ Secunda regula
57 eſt, ꝙ † poſt biennium non poteſt opponi exceptio non nu. pec. l. in contractibus. allegata in gl. quia non eſt uerisimile, ꝙ qui indebitè fuiſſet confeſſus, tanto tẽpore tacuiſſet. ¶ Amplia primò iſtam regulam, ut habeat locum etiam in clericis nomine eccleſiæ contrahentibus, nam poſt biennium non poſſent opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, ſecundum. dom. Anto. do. Card. do. Abb. & Imo. in c. fin. ſ. de ſolu. & idem tenet do. Abb. hic quia lex, in contractibus. non induxit præſumptionem biennalem in odium debitoris; imò induxit priuilegium in fauorem ipſius, cum enim aliàs non audiatur contra propriam confeſſionem, ut hic, & in c. per tuas. ſuprà, de probat. illa lex induxit, ut debitor poſſit intra biẽnium inducere exceptionem prædictam, ita ꝙ onus probandi pecuniam numeratam incumbat creditori. Si ergo eccleſia uult uti beneficio illius legis, oportet ꝙ utatur cũ præfinitione tẽpis ibi ꝑfixi. ¶ Eſt uerũ, ꝙ Hoſt. in d. c. fi. & Hoſ. & do. Ant. & Imo. hic, & Bal. in authen. hoc ius porrectum. C. de ſac. ſan. eccle. & Ro. in authen. ſimiliter. in 7. priuilegio iudiciali, C. ad l. Fal. & Bald. in l. 2. §. fi. ff. ſi cert. pet. & Angel. conſil. 242. incip. quia omne datum optimum, etc. tenẽt contrarium, primò, quia tunc demum eccleſia tenetur ad mutuum, quando probatur, quòd ſit uerſum in eius utilitatem *, d. authen. hoc ius porrectum. Ergo illud onus probandi ſemper incumbet credi-
58 tori. ¶ Secundò, quia † eccleſia poteſt leges accipere pro ſe, & recuſare contra ſe, ut dixit Hoſt. in c. nouit. de iudi. & ibi do. Abb. & dom. Anto. in c. ex parte decani. in ult. col. ſ. de reſcriptis. & facit gl. in uerbo, mò. in fi. in c. 2. de mutuis pet. & ibi do. Ab. Ergo in quantum lex priuilegiat debitorẽ in biennio, poteſt pro ſe recipere: & in quãtum priuilegiat creditorem, non recipere. ¶ Tertiò, quia olim tempus iſtius exceptionis erat quinquennium, d. l. in contractibus in princ. & mutatio temporis non nocuit eccleſiæ,* cui erat ius quæſitum, iuxta doctrinam Inno. in c. nouit. in uerb. Theodoſius. ſuprà de iudi. ¶ Nihilominùs procedit ampliatio prædicta: quia poſtquam prælatus confeſſus eſt mutuum, non reperitur decretalis indulgens ſibi: quòd, ſi opponit exceptionem non nu. pecuniæ, ipſe non habeat hoc probare, imò reperitur, quòd contra confeſſionem ſuam uenire non poteſt, niſi probet eam indebitam, ut in iſto tex. Item quòd allegans aliquid debet illud probare. 6. q. ult. c. actor. cum ſimilibus, modò ꝙ utatur auxilio legis in grauando creditorem onere probandi, non eſt, niſi ꝓpter fauorem d. l. in contractibus. qui fauor ſolùm durat biennio, Cùm autem bienniũ eſt elapſum, quomodo dici poteſt, quòd eccleſia non uult recipere contra ſe illam legem? quia poſito, quòd lex non emanaſſet, ſtat lex Canonica prædicta, ſimpliciter dicens onus probandi incumbere impugnanti propriam confeſſionem, & in hac l. remanet ſtatim prælatus lapſo biennio, & hæc eſt illa, quam cogitur recipere contra ſe, opporteret enim ad hoc, ut diceremus, ꝙ non uult legem cõtra ſe, quòd poſita illa l. ad partem remaneret in priuilegio ex l. Canonica, uel alia, ſed hoc non eſt, imò ſtatim reincidit in regulis utriuſque iuris. Unde flecti non poſſunt, ut recedam à prima opi. Et iſta tollunt rationes prædictas. ¶ Bene fateor, quòd aliquando, ſed non ſemper, oportet quòd creditor probet mutuum fuiſſe conuerſum in utilitatem eccleſiæ, putà, quia non mutuauit ſolenniter prælato, iuxta c. quod quibuſdam. infrà, de fideiuſ. & diffuſiſſimè per domi. Maria. conſil. 60. incip. Viſis prædictis. & tunc ſi ſit lapſum bienniũ, oportebit, quòd hoc probet, ſed iſtud non eſt, quòd biennium illud non excludat eccleſiam, ſed ex eo, quia mutuans grauatur iſto caſu a lege beneficiante eccleſiam, in alijs autem caſibus, quibus nõ eſt opus hoc probare, ſtabit dicta ampliatio, ſecundum dom. Abb. hic. Et iſtis adde Bal. in c. in præſentia. ſuprà, de proba. ubi dicit, quod quando confeſſus ſpe futuræ numerationis tranſiiſſet ad religionem, ex illa confeſſione monaſterium non tenetur, & etiam poſt biennium poteſt opponere dictã exceptionem, quia tenetur ſolùm ex mutuo uero, non chirographario, ut ibi per ipſum, cuius dictum pendet à ueritate prædictorũ. ¶ Ex
59 † per hæc apparet, quòd multo minùs etiã clerico in patrimonialibus competeret dicta exceptio poſt biennium, quod tenent hic Hoſt. dom. Anto. & do. Abb. & do. Ant. Imol. & do. Abb. in d. c. fi. & Spec. in titul. de reſti. in integ. §. quis autem. uerſic. ſed nunquid procurator. ubi dicit, quòd Papa

✠ Geminata.] Adde ad hanc materiam Lud. Rom. in l. ſi uero. §. de ui ro. ſol. 31. & in l. ſi conſtante. in prin. ſolu. matrim. Alex. in l. ſi duo. §. marcellus. de iureiur. Pet. de Suza. in l. in contractibus. §. ſed quoniã. C. de non num. pe. & ibi gloſſ. Bald. & Ang. & Ioan. Andr. in Addit. Spec. in tit. de donat. int. uir. et ux. in rubr.

✠ Utilitatem] Adde nunquid ſi mutuatum ſit prælato uel c. neceſſariũ ſit probare uerſũ eſſe in utilitatem eccleſiæ & an ſi fuerit factum prælato tantum ſi qd ſi fuerit factũ alijs habentibus mãdatum, & de omnibus plene tractat, quomodo, & cui incumbat onus probandi, in. Soc. conſ. 15. inci. uiſis prædictis publicis inſtrumẽtis. uerſ. nec eſt uerum cum uerſ. ſeq. & quaſi per totum conſ. in prima part.

✠ Eccleſiæ.] Adde Soc. conſ. 241. incip. circa primã difficultatẽ. uerſ. cõſiſtemo hoc per ea quæ in 1. par. ubi tenet idẽ quod ex quo ſemel cõpetijt eccleſiæ & perſonæ eccleſiaſticæ poteſtas opponendi exceptionem non numeratæ pecuniæ infra quinquenniũ ex diſpoſitione legis antiquæ, hodie etiã poterit opponere infrà quinquenniũ, quia nõ potuit quinquennium ad biennium reduci in præiudicium eccleſiæ & perſonæ eccleſiaſticæ, quod dicit eſſe ſingulare, item adde quod de iure canonico etiã põt opponi poſt biennium quandocunque de æquitate ſecundum Dyn. in reg. locupletari. in 6. Ioan. de par. in rubr. ff. ſol. matr. col. ult. & in l. ſi ex cautione. C. de non nume. pecun. & in l. cum quis. col. 11. & 13. C. de uer. & ſalſ. ignor. & in l. in contractibus. C. de non nu. pecu. in prin. ubi dicit, quod tunc datur officium iudicis niſi calumnia p̃ſumatur, quo caſu poteſt opponens per iudicem denegari ſed ſ excep. opponitur, ſ. propter præſumptionem

ſumptam calumniam non excludit. Bald. ibi in 1. not.

Clemens tulit ſententiam contra Treue-
renſem electum, q́ poſt biennium non poſ
ſet contra mercatores opponere dictam ex
ceptionem, & illos mercatores non debere
cogi ad reſpondendum poſitionibus electi
cauſam illam tangentibus, de qua ſententia Clementis me-
minit Bald. in l. cum quis. in ult. char. C. de iuris & fac. igno.
¶ Amplia ſecundò, ut curſus biennij non ſolum noceat debi-
tori recenti, ſed etiam eius ſucceſſori, etiam ſi eſſet pupillus,
& etiam contra hæreditatem iacentem, ſecundum. Bald. in l.
ſi intra. C. de non nu. pecu. reſtituitur tamen pupillus aduer-
60 ſus illam præſcriptionem, ſecundum ipſum. ¶ Amplia † tertiò,
etiamſi debitor uellet poſt biennium aſſumere in ſe onus pro
bandi pecuniam non fuiſſe numeratam, quia nõ auditur. Ita
firmat hic Imo. & in c. ſi. in penul. char. j. de ſolut. & facit d. l.
in contractibus. in uerbo, nullo modo. & l. ſi intra in uer. omni
modo. & l. aſſeueratio. in uerſ. penitus euaneſcat. C. de nõ nu.
pec. Et idem dicit Bal. in l. ſi ſub ſpecie. circa med. C. de po-
ſtu. & Bal. & Sal. in l. ſi non ſinguli. C. ſi cer. pet. Imò dicit tex-
tus in d. l. in contractibus. §. de illo. q́ creditor poſt biennium
non tenetur reſpõdere poſitionibus debitoris, an dederit, uel
non, & ſic uidetur ſublata omnis facultas probandi. & per hoc
facit. quod ſi poſt biennium audiretur uolens probare, fruſtrà
fuiſſet datum priuilegium minoribus, de quo in l. ſi. C. in qui-
bus cauſis in integ. reſtit. etc. Et ſi diceretur, q́ priuilegium
eorum operatur, q́ ſemper poſſint opponere grauando credi-
torem onere probandi, hoc non uidetur de mente iuris. Eſt er
go priuilegium in hoc, q́ ipſi opponendo quandocunque &
uolendo probare audiuntur non obſtante biennio. Ergo ſecus
61 in alijs. ¶ Modò † fallit primò d. regula de æquitate ſaltem
Canonica, ſecundum quam auditur poſt biennium uolens p
bare pecuniam non numeratam, ut fuit uulgatum dictum Dy
ni in regula, locupletari. de reg. iur. in 6. de quo meminit Ro. in
l. ſi diuortio. ff. de uerb. oblig. & Angel. conſ. 154. incip. Iudæi.
et et uidetur prima fronte. & not. do. Ant. & Imo. in c. ſi. in pen.
char. j. de ſol. & Bald. in d. l. ſi ex cautione. in 9. q. & ibi ampliſ
ſimè Sal. in 2. q. & Bald. in d. l. in contractibus. in princip. & in
repet. in l. 2. in 23. char. uerſic. quintò quæritur. ff. de iureiur.
dicens exceptionem non nu. pec. ſemper poſſe opponi de iure
Canonico, ſed debet intelligi, quo ad hoc, ut onus probãdi in
* cumbat opponenti. Et hanc dicit Imol. eſſe communem * opi
nio. in d. c. ſi. & idem dicit Sal. in d. l. in contractibus. in princ.
quanquam. Spec. in d. tit. de reſtitu. in integ. & do. Ant. in cap.
quia plerique. j. de immuni. eccleſi. & Bald. in d. l. cum quis. in
ult. char. ſimpliciter uelint, q́ lapſus biẽnij inducit totale ſi-
lentium etiam de iure Canonico. Sed pro communi opinio.
facit, quia hoc modo reſiſtitur peccato, ne creditor ditetur cũ
aliena iactura contra dictam regulam, locupletari. quia tale
lucrum eſt iniuſtum, ut in ſequenti ſallentia. Item pro com-
muni facit, quia iſta non eſt præſumptio iuris & de iure, ſed
iuris tantum, contra quam admittitur probatio. Patet in l. ſi-
ue poſſidetis. C. de proba. ſecundum Imol. hic. Sed hanc ratio
nem non firmo, per text. in d. §. de illo. dum prohibet fieri po
ſitiones, & ſic prohibet probationem, unde uidetur præſum-
62 ptio iuris & de iure, in quo aliter non cogitaui. ¶ Fallit † ſe-
cundò in foro conſcientiæ, quia ſi forte in contentioſo non po
tuit debitor probare pecuniam non numeratam, eſt tamen tu
tus in conſcientia, nec tenetur per hoc aliquid ſoluere, imò po
teſt ſuum totum dare in eleemoſyms, & nihil dare illi credi-
tori ciuili, & ſi aliquid ſolueret, ille tenetur reſtituere, quan-
tumcunque lex ciuilis uideatur fingere & diſponere ſuper ta
li debito, tanquam uero, ex ſola taciturnitate biennali debi
toris. Ita dicit Innoc. in c. quia plerique. prope princip. de im-
muni. eccleſ. & ſequitur ibi do. Anto. & dom. Abb. Idem dicit
Bald. in l. ſi ex cautione. in ult. q. C. de non nu. pec. & in l. cum
quis. in ult. col. C. de iur. & fac. igno. & in diſpu. ſtatuto caue-
tur. in l. unica, C. de confeſ. Et eſt ratio, quia lex ciuilis fun-
dat ſe hic ſuper præſumptione, quia præſumit datum mu-
tuum, & lex fundans ſe ſuper præſumptione nõ habet locum
in foro conſcientiæ, ſecundum uulgatam theoricam Bald. in
d. l. cum quis. uerſic. poſt hoc ſciatis. q́ Bononiæ in ſcholis Præ
dicatorum, etc. & in l. ea, quæ. C. de condi. indeb. & ſequitur
Pet. de Anch. in reg. nõ. poſſeſſor. in 13. char. & Ioan. de Ana. in
in c. in literis. in 11. q. j. de rapt. & in c. in ciuitate. j. de uſuris.
Bene facit c. inquiſitioni. j. de ſenten. excom. Et idem ſoleo di-
cere de lege Canonica propter ſingulare dictum Ioan. And.
ſtatur.

63 in c. is, qui fidem. j. de ſponſa. ¶ Fallit † tertiò in confeſſione
mutui non facta per literas, ſed de qua conſtat per teſtes, quia
in iſta non nocet confitenti lapſus biennij, qui fundatur in
præſumptione, quæ eſt pro ſcriptura, & ſemper poterit oppo-
ni exceptio non nu. pec. ut eſt gloſſ. reputata ſing. in l. ſi non ſin
guli. in uerbo, rei geſtæ. C. ſi cer. pe. quam approbant Iac. But.
& Cyn. ibi, & Cy. in l. generaliter. in 15. q. C. de non nu. pecu.
& Bal. in l. ſi ex cautione. in 10. q. eo. tit. & Imol. hic, & in l. 1.
§. ſi quis ita. & in l. ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. de uerb.
oblig. & Gul. de Cu. & Bald. in l. qui pecuniam. ff. ſi cert. pet.
& Bald. Inſtit. de literar. oblig. in ult. q. & in repeti. l. 2. in 27.
char. ff. de iureiur. & Imol. in c. ſi. infrà, de ſolut. & Roma. in
l. ſi mandato. ff. de fideiuſ. & idem uoluit gloſſ. in l. non figura.
ff. de actio. & obli. ſecundum Imo. hic, facit text. Inſti. de lite-
rar. oblig. in rubro & nigro, ubi apertè innuitur, q́ ſint literæ
neceſſariæ ad hoc, ut biennium pariat actionem, aliàs fruſtra
ille titulus requireret ſcripturam, & appellaret obligationem
literarum, ſi ſine literis confeſſio poſt biennium noceret. Nec
obſtat q́ teſtes & inſtrumentum æquiparentur, quia reſpon-
detur per illos: q́ contrarium procedit, quo ad probationem,
64 non quo ad obligationem. ¶ Contrarium † tenet Bartol. in l.
ſi ex cautione. C. de non num. pec. & ibi Bald. in 10. q. & ſen-
ſit Spec. in tit. de teſte. §. 4. uerſi. ſed pone, egi. & alleg. Bar. gl.
in authen. rogati. C. de teſti. quam dicit eſſe contrariam gl. in
d. l. ſi non ſinguli. Et hanc partem putat ueriorem de iuris ri-
gore dom. Abb. hic, quia ex quo confeſſio emanauit cum de-
bitis ſolennitatibus, ei ſtandum eſt, donec contrarium pro-
betur, ut hic, & in l. cum de indebito. in ſi. de prob. Exceptio
uerò non numeratæ pecuniæ indulgetur intra biennium ex
quadam æquitate, quia debitores anxietate conſequendi mu
tuum ſunt faciles ad confeſſionem ante habitam pecuniam,
Vnde confitens uiua uoce debet aut ſtare confeſſioni, aut pro
bare contrarium, aut capere indulgentiam legis cum ſua limi
tatione, ſecundum ipſum: cum quo tranſeo per rationem ∴
ſtã. Sed quamuis do. Ab. dicat, onus probandi incumbere poſt
biennium confitenti uiua uoce, non bene aperit, utrum in-
tra biennium gaudeat beneficio dictæ legis in contractibus,
q́ onus probandi incumbat creditori, ſicut ſi fuiſſet facta ſcri-
ptura, & uideretur, q́ non: quia illud beneficium contra regu
lam c. per tuas. cum ſimi. j. de probatio. eſt datum confeſſioni
ſcriptæ: ut in iuribus ſupra allegatis. Ergo extra caſum illum
non uidetur ſienda extenſio. Sed contrarium eſt uerius, primo
quia unius ratio, per quam indulgetur iſta exceptio contra
confeſſionem ſcriptam, habet locum in non ſcripta. Imò mul-
tò fortius, quia maiori facilitate quis confitetur uoce, quam
ſcriptis. & tamen uenit contra ſcripturam: ergo & contra uo-
cem. Secũdò, quia ita apertè firmat Bar. in d. l. ſi ex cautione,
dicens, q́ quocunque modo quis confiteatur, ſiue in ſcriptis,
ſiue ſine ſcriptis, habet locum iſta exceptio. Tertiò per tex. in
l. cum ultra. in uerbo, ſtipulatione interpoſita. C. de non num.
pec. ubi apparet idem eſſe in confeſſione non ſcripta. Et illum
textum not. Bar. in d. l. ſi ex cautione. dicens ita debere intel-
ligi l. in contractibus. in prin. eo. tit. Quartò, quia illud latè
firmat Sal. in d. l. ſi ex cautione. in 2. oppoſi. dicens, q́ etiã quã
do ſola confeſſio mutui interuenit coram teſtibus ſine ſtipula
tione & ſine ſcriptura, & creditor agit nõ ex confeſſione, ſed
ad pecuniã tãquã creditã & mutuatã, & ad eius probationem
inducit probationẽ factã corã teſtibus ſine ſcriptura, obſtabit
intra bienniũ exceptio non nu. pe. per l. aduerſus. in uerb. qua
ſi creditam. C. de non numer. pec. Et cum illis tranſeo, licet in
65 locis prædictis plura ſint inculcata. ¶ Fallit † quartò, niſi de-
bitor moleſtatus poſt biennium a creditore imploraret offi-
cium iudicis, quia ſuccurreretur ſibi, ſecundum Bald. in l. illi-
citas. in princip. ff. de offi. præſi. quia prohibitus agere, non
prohibetur officium iudicis implorare, ut dicit Bar. in l. 3. §. &
parui. ff. quod ui, aut clam. & Bald. in l. 5. §. nouiſſimè. ff. nau.
cau. ſta. & Bald. Inſti. de act. in prin. & Pet. de Anch. in clem.
2. de ſequeſt. poſ. & fru. & do. Abb. in c. ex parte. el 2. in ult.
col. ſuprà, de offic. delegat. cum concordan. ¶ Sed eſt aduer-
tendum, quia ſi iſte poſſet probare exceptionem, non poteſt
implorare officium iudicis, per l. planè. & l. ſi. ff. de petit. hære.
Sed ubi non poteſt probare, uideretur hoc dictum importare,
q́ poſſet implorare officium iudicis, ut non permitteret eum
moleſtari, niſi creditor probaret pecuniam numeratam, ad
quod non tenetur ad inſtantiam partis. Et hoc ſentit Sali. in
dicta l. ſi ex cautione. in 3. col. & procedit de æquitate, per ea,
quæ

66 quæ dixi in ſecunda fallentia. ¶ Fallit † quintò, niſi doceretur creditorem confeſſum fuiſſe non numeraſſe pecuniã, quia hoc dicto lapſus biennij non nocet debitori, ſecundum Hoſt. & dom. Abb. hic. & gloſſ. in d. l. in contractibus. in priu. & ſequitur ibi Bald. in 3. q. quia ſicut debitor ſibi præiudicat agnoſcendo bonam fidem. l. cum fidem. eodem tit. ita & creditor. Itẽ quia propter confeſſionem partis receditur ab omni præſumptione iuris, ut per gloſſ. io authen. de æqualitate dotis. §. 1. et in auth. ſed iam neceſſe. C. de donat. ante nupt. cum ſimilibus quæ poſui in c. quoniam. uerſi. fallit quintò. niſi per confeſſionem, ſuprà, de probatio. Et hoc etiam in propoſito notat do. Ant. in c. quia pleriſque. in 8. col. infrà, de immunitat. eccleſi. amplians, etiamſi iuraſſet ſoluere. Et de his latè ponit Salic. in authen. quod locum. C. de dote canta non numer. ubi etiam ponit, niſi poſt terminum ad proponendam exceptionem non numeratæ dotis uxor per publicum inſtrumentum confeſſa eſt ſe non dediſſe, nec numeraſſe marito illam dotem confeſſatam, iſta confeſſio præiudicet mulieri, maximè ſi iuraſſet, & refert Bal. conſuluiſſe, q non, quin ſaltem poſſit petere abſolutionem a iuramento, quod tamen non affirmat Sal. ¶ Fallit ſextò & ultimò in caſu, quem ponit hic Hoſt. dicens, q licet poſt biennium non admittatur dicta exceptio, poterit tamen de dolo & fraude creditoris excipi, ſcilicet q repetit pecuniam non numeratam, & poterit hoc probari per confeſſionem creditoris, ut eſt dictum, uel ſaltem propoſ. ex ceptione doli cum aliquibus probabilibus coniecturis, auctò q onus probandi transferetur in creditorem, ſecundum eum. Et hoc dictum eſt ualde notandum & menti commendandũ,
67 ſecundum do. Abb. hic. ¶ Vltimò † in hac materia opportunè annecti poſſet de modo & practica probandi inſtrumentum ſimulatum, quia multipliciter doceri poteſt de ſimulatione ultra exceptionem non numeratæ pec. in alijs contractibus, quàm mutui. & conueniret, ante quàm exeamus hunc titulũ, ſed quia cæteri nõ tangunt, ideo habeant bonæ remiſſiones.

* Et ſigna ſimulationis collige p no. per Bar.* in l. poſt contractum. ff. de dona. ubi ponit coniecturas cognoſcendi uenditionẽ fraudulentam. Ad idem uide Bar. plenè in conſil. inci. Petrus Nicolæ, ubi inter alia ſignãter dicit, q niſi allegetur, uel probetur ſpecies ſimulationis, non ſufficit, q probatio concludat in genere contractum ſimulatũ: & ſequitur Paul. de Caſt. in l. iuriſgentium. §. pactorum. ff. de pact. & idem not. Bald. in l. ab Anaſtaſio. in ult. col. C. mandati. Et de materia uide etiam Bart. in l. ſicut. §. ſuper uacuum. ff. quibus modis pig. uel hypo. ſolui. & ibi dicit. q ex quo emptor nunquam accepit poſſeſſionem, eſt coniectura ſimulationis. De materia etiam per Bart. in l. ſi ex pretio. C. ſi certum pet. & in l. ſub ſpecie. C. de poſtul. & in l. emptor. ff. de acqua plu. arcen. & in l. Lucius la 2. ff. depoſiti. & in l. multum. in princip. & ibi latè Bal. C. ſi quis alteri, uel ſibi. & Bal. in l. j. in 10. q. C. ſi ſeruus extero. & in l. ſi cum pater. C. ad Velle ia. & in l. ſi ex cautione. in 1. q. C. de non nu. pec. & per Imol. latè in c. illo nos. infrà de
68 pigno. ¶ Et † modum cognoſcendi, q uenditio fuit potius pignus ſuper mutuo, & ſic in fraudem uſurarum, ne fructus computentur in ſortem, uide per Bart. & alios in l. pacta nouiſſima. C. de pactis. ubi dicunt, q ſi probetur ſtatim præceſſiſſe pactum, q eſſet pignus, inſtrumentum uenditionis, cenſetur ſimulatum, ſecus, ſi ex interuallo: de quo etiam per Bald. in d. l. multum. in j. & 2. col. & Bald. Ang. & Imol. in l. ſi quis cũ alter. ff. de uerb. oblig. & Bart. & Ang. & Imol. in l. item quia. §. 2. ff. de pactis. & Ang. & Imol. in l. quoties. §. ſed ſi cum primum. ff. de hæred. inſtit. & Bald. in l. cum allegas. C. de uſur. & in l. illud. in pen & ult. col. C. de ſacroſanct. eccleſ. ¶ Et de uenditione facta cum pacto de retrouendendo certo tẽpore, an cenſeri debeat potius mutuum &

Per Bart.] *Adde ad hanc materiam not. Iaſ. in l. cum ea quæ. C. de tranſac. num. 1. & 2. ubi ponit multa utilia, & Soci. conſ. 264. inci. Viſis per totum in 2. par. ubi in uer. ſeptimo & ultimo, circa ſi. dicit quod cum ſimulatio occulte fiat, ſufficit probatio per coniecturas, ex quo probationes requirũtur ſecundum ſubiectã materiam, & aliquid per Sal. in l. ſi filij. C. de donat. inter uir. & uxo. & Socin. etiam in conſi. 162. inci. in causa Mag. Petri. uerſi. præterea & ſecundo. circa pri. cum uerſ. ſeq. par. ea. ubi multa ad materiam & qualiter contractus ſit ſimulatus in. Bart. Cep. in tract. de ſimul. contract. & præſertim. c. 2. & Bal. in conſil. 114. inci. ſecundum ea. uol. 3. & in conſil. 487. inc. apparet. uol. 1.*

* traditio pignoris*. uide gloſſ. 2. in c. conqueſtos, j. de uſuris. & do. Anto. & Imol. in c. ad noſtram. infrà, de empt. & uendit. & Bald. in c. 1. de feudo dato in uic. legis commiſſ. & Pet. de Ancha. in regula, poſſeſſor. de regul. iur. in 6. & conſil. 28. incip. Dubitari ſolet. & elegantiſſimè Cal. in diſ. incip. Vſurarius emit. & dicitur attendi debere quantitatem pretij, & perſonarum qualitatem. Vide etiam Bald. in c. quoniam. ſ. de probat. ubi tenet, quod dixi ſ. in 2. nota. de
69 ablatiuo dante & numerante. ¶ Et † unum perpetuò not. ad ea quæ dixi in 3. notab. q ſi notarius hodie conficit inſtrumẽtum mutui, & aſſerit, q heri in ſua præſentia fuit numerata pecunia, nihil probat de numeratione, quia tempore numerationis non fuit rogatus, ſed hodie, & non poteſt atteſtari in inſtrumento, niſi de uiſis tempore rogationis, ut dixi poſt Inno. in d. c. quoniã. uerſic. quinta concluſio. & ideo licet falſum dicat, non punitur de falſo, quia loquitur ut priuata perſona, non tãquam iurata. Illa ad literam dicit Bald. in l. ex his. C. de teſta. milita. q nunquam exeat mentem tuã ad ea, quæ dixi in prima fallent. primæ regulæ, ut non ſemper uerba notarij probent
70 numerationem. ¶ De † materia etiam uide Pet. de Anch. conſilio 223. incipiente, ad corroborationem prædictorum. ubi ponit, utrum dicens contractum a ſeipſo celebratum fictum debeat audiri? & dicit, q non. Et utrum per teſtes ſingulares probetur ſimulatio, & utrum ad eorũ teſtimonium ſit deferendum iuramentum in ſupplementum? & in utroque dicit, q non, & uide eundem conſil. 252. incip. ex ordine contractuũ, quos baptiſta. ubi ponit plures notabiles coniecturas ad conuincendum inſtrumentum uſurarium, uel ſimulatum, de quo per eundem conſilio 9. incip. Plurimæ coniecturæ. & uide Laurentium in tractatu de uſuris, in ſecunda parte, quæſtio. 60. ubi dicit, q hodie eſt difficillimum cognoſcere contractus ſimulatos. Vnde non ſufficiunt coniecturæ iuris, quæ iam ſunt notæ, & per callidos contrahentes fraudatæ, ſed ſufficiunt aliæ coniecturæ illis ſimiles, & ita dicit ſe obtinuiſſe. Et de materia uide etiam Paul. de Caſt. conſil. 94. incip. Viſis his, quæ ſuperius. & conſil. 326. incip. In cauſa mota per dominam Dorotheam. & conſil. 329. incip. Viſa petitione. & ibi dixit, quidam agebat pecunia mutuata, & fuit probatũ. q requiſierat illum, cui poſtea uẽdidit rem pro paruo pretio, & decidit quòd eſt contractus pignoris, non uenditionis. Idem Pet. de Anch. in regula pactum. in 11. chart. concludens, quòd qui emit uili pretio ab indigente pecunia, non eſt tutus in cõſcientia, & idem Sal. in authen. ad hæc. in 21. q. C. de uſur. Et iſtis adde Bald. in l. 3. C. plus ualere, quod agitur. ubi dicit, q ſi in inſtrumento dicitur, uendidit & tradidit non in fraudem uſurarum, præſumitur inſtrumentum ſimulatum. Idem dicas, ſi diceretur, nihil intendens ſimulatè agere, q a per hoc probatur ſimulatio & cõſ. inc. Ex ordine contractuũ. Bene facit notabile dictum Bal. in l. j. C. de colluſ. deteg. ubi dicit, q ſi quis confitetur coram epiſcopo inſtante creditore, q inſtrumentũ eſt de uero & mero capitali, præſumitur eſſe de uſuris receptis: & præſumptio iuris præualebit illi confeſſioni. Et propterea dixit Bal. in c. j. de feud. dato in uic. legis commiſ. q pacta inſolita & alteratio naturæ contractus, & q quis ſit ſolitus fœnerari, ſtatim concludunt contractum uſurarium. Vnde dixit glo. ordi. in l. 7. ff. de condi. inſti. q ex renunciationibus inſolitis inſtrumentum eſt ſuſpectum, & ſequitur multum Bald. in c. tertio loco. in ult. col. ſ. de proba. Quinimò dicit eleganter Bar. in l. nemo poteſt. ff. de lega. 1. q etiamſi in inſtrumento renunciatur exceptioni ſimulationis, tamen poterũt dici omnia ſimulata, & ipſam renunciationem. Quod amplia, etiamſi eſſet iuratum non dicere, ſecundum glo. quam Ang. facit ſing. in l. iij. C. plus ualere, quod agitur. ualeret tamen. d. renunciatio facta ex interuallo, ſecundũ Bar. in d. l. nemo. De iuramento autem dicetur in c. cum contingat. j. tit. 2. Et adde, quòd ſi principalis actus eſt factus in fraudem, omnis clauſula cenſetur etiam in fraudem, ſecundum glo. in l. ſi patronus. §. patronũ. ff. ſi quid in fraud. patro. not. do. Ab. in c. ſignificantibus. in fin.

Pignoris] *Ad de Soci. conſi. 15. incip. Viſis prædictis publicis inſtrumentis. uerſi. Vnde dicendum. etc. ſin. in uerſ. ſeq. par. 1. & conſil. 258. incip. nunquid via duobus in prin. cũ uerſ. ſeq. uſque ad ſi. in 3. par. ubi nũ quid ex duabus præſumptionibus. 9. ex pacto de retrouendo, & pretij paucitate ſimulatus & uſurarius iudicari debeat. & ibi etiam nota qualiter intelligatur. c. ad noſtram. de empt. & uendi. & cap. illo nos. de pig. & in. omnino Alex. conſil. 109. col. ult. uol. 4.*

fin. de offi. deleg. Iſta ſunt notanda, tanquam alibi non reſtricta, & dabunt facilimam uiam conſulendi et lucrandi. ¶ In eadem glo. ibi, C. de dote cauta non numer. Circa confeſſionem de dote recepta, quæ non fuit numerata, conueniunt multa ex prædictis, ſed tamen pro ſpeciali informatione notarij poſſunt apponi duæ concluſiones plenæ et quotidianæ. ¶ Pri-
71 ma concluſio. Si † maritus conſtante matrimonio confitet ſe recepiſſe dotem, quam non habuit, non præſumitur confiteri animo donandi, ſed ſpe futuræ numerationis, ſecundũ Dy. in conſi. incip. quæritur, utrum inſtrumentum dotis. et Bald. in conſi. incip. Conſtante matrimonio uir confitetur. et Ang. conſi. 5. incip. Andreas Ioannis. & Pet. de Anch. conſil. 302. incip. nulli dubium. & Sal. in l. . C. de dote cauta non numer. * & Imol. & Ro. in l. ſi diuortio *. ff. de uerb. oblig. & Ro. late conſil. 430 *. in proconſultatio præſens. & ſentit Bart. in l. aſſiduis. C. qui po. in pig. hab. ex rationes ſtatim dicen-
72 tur. ¶ Alij dicunt, quod in dubio præſumitur animo donandi, & in fraudem donationis prohibitæ inter uirum & uxorem *: & ita tenet Ioan. And. in Spec. ſuper rubr. de dona. inter uir. & uxo. & Bald. in l. j. C. de do. ante nup. & Ang. in l. ſi ita ſtipulatus fuero. §. ſi tibi nupſero. ff. de uerb. obli. & latè Pa. de Caſt. conſil. 120. incip. Viſis & conſideratis omnibus. & Cald. in tit. de donat. inter. uir. & uxor. conſil. 3. & dom. Maria. conſil. 125. incip. Circa primam q. quæ quæritur. ubi ad hoc facit 30. maxima, & ſentit Bart. in l. cum quis decedens. §. Titia. de leg. 3. & Bald. in l. 2. §. creditum. ff. ſi cer. pet. & not. Bart. in l. ſi forte. ff. de caſtrenſi pec. & Bar. & Bald. in authen. ſi qua mulier. C. ad Velleia. & Ang. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſ. & Bart. in l. Papinianus. ff. de dona. inter uir. & uxo. & Imol. in l. ſi conſtante. ff. ſolu. mat. & Ioan. Andr. pulchre in addit. Spec. in dicta rubr. de donat. inter uir. & uxo. ad ditione incipiente, Scias, quod Lambertus. & do. Abb. in c. & ſi neceſſe. infrà, de donat. inter uir. & uxo. ¶ Et utraque opinio eſt di-
73 uerſi & magni effectus. Si † enim præſumatur ſpe futuræ numerationis, nõ cõfirmabitur morte mariti, ſed poteſt opponi exceptio dotis non numeratæ uſque ad tempora præfixa in l. fi. & authen. ibi poſita allegatis in glo. & onus probandi dotem datã incumbit mulieri, l. j. C. de dote cau. Poſt illa tempora ceſſat exceptio dotis non datæ, & neceſſaria eſt reſtitutio in caſu reſtituendæ dotis, omni exceptione remota. Si autem eſt donatio, poteſt maritus eã quandocunque reuocare, ſed morte ipſius confirmatur *, iuxta c. fi. j. de dona. inter uir. & uxo. ¶ Et pro hac ſecunda opin. quod præſumatur animo donandi, adducitur potiſſimè l. qui teſtamentum, ff. de proba. & l. cum quis decedens. §. Titia. ff. de leg. 3. ibi inter perſonas, inter quas eſt prohibita donatio, confeſſio debiti cenſetur in fraudem donationis. Et quamuis dicta iura loquantur in cõfeſſione, quæ fit in ultima uoluntate, propter quod gloſſ. in d. l. qui teſtamentum. dicit, ſecus, ſi inter uiuos, tamen Iaco. de Belui. diſputãdo tenuit contrariũ, uidelicet quod nõ minus præſumat fraus in cõtractibus inter uiuos, quàm in ultima uolũtate, quã opinionem ſequitur Bartol. in d. l. qui teſtamẽtũ & in l. ſi is, qui. in fin. ff. de iureiu. & Ang. in l. ſi donatione. C. de collat. & Pa. de Ca. in d. conſil. ¶ Nihilominus ſuſtineri poteſt cõcluſio, quòd præſumatur in dubio ſpe futuræ numerationis, quia, ſecundum Pet. de Ancha. in d. conſilio. tex. in d. l. fi. et auth. ibi poſita allegati in glo. dicit, quod ſi decennium tranſiret a die conſtitutæ dotis: om-

* *l. diuortio.* Ad *de Alex. ibi. & in l. ſi quis pro eo. poſt Bart. de fideiuſ. & conſil. 26. inci. Viſo & conſiderato. per tot. uolum. 2. et an & quando confeſſio dotis recepta, uel augumenti præſumatur facta animo donandi, et an & quando ſub ſpe futura numerationis fiat traditione & quando præiudicet & quando non, in. Soci. in cõſ. 62. inc. in præſenti conſulatione, & conſi. 68 inc. fruſtra plenitudinẽ uerſ. ſed præmiſſis. cum uerſic. ſeq. in 1. par.*

* 430. *] Adde quod uult dicere. conſil. 445. & ibi uide quaſi omnia quæ author ponit hic in hac materia.*

* *Vxorem] Adde & ideo non ualet & eſt opinio * magis cõmunis * ſecundum Alexã. conſil. 45. incip. habita. col. 1 in fin. uerſi. ſed præmiſſis. uol. 1.*

* *Confirmatur] Adde quod donatio facta a uiro uxori, uel econtra, licet confirmetur ſequuta morte donantis. l. donationes quas parentes. C. de donat. int. uir. & uxo. non tamen hæc confirmatio trahitur retro ad tempus factæ donationis reſpectu dominij, licet reſpectu fructuum perceptorum ex re donata trahatur retro, eſt cõmunis * opinio cum glo. in*

nino querela denegatur, et glo. intelligit, ſiue id tempus effluxerit conſtante matrimonio, ſiue ſoluto, ex quo patet, quod iſta confeſſio non habet uim donationis inter uirũ et uxorem, quia tunc omnino diceret text. quod non poſſit poſt decennium de hoc conqueri, cum talis donatio non firmetur curſu temporis, ſed morte, ſi traditio ueniat: aliàs nec etiam morte, leg. Papinianus. ff. de don. inter vir. & vxo. Oportet ergo inferre, quod dicta confeſſio non habet uim donationis, quia fruſtra eſſet limitatum dictũ tempus. ¶ Item quia, vt dicit Ro. in d. conſi. ſequeretur, quòd nunquam, uel rarò eſſet locus exceptioni non nume. dotis: reſpondet ipſe ad d. l. qui teſtamentum. & §. Titia. quod loquuntur in confeſſione facta in ultima uoluntate, in qua non poteſt cadere præſumptio ſpei futuræ numerationis, ut dixit gl. ſingu.
74 in l. j. C. de falſa cau. adiect. lega. Vel † poteſt dici, quod non procedit, ubi per alia iura confeſſio ſimpliciter facta habet aliã naturam, quàm donationis, ut eſt in caſu iſto per prædicta, pro quibus etiam facit, quia ubi eſt alia coniectura, quàm donationis, illa nunquam præſumitur, l. ſi cum aurum. ff. de ſol. & in l. cum de indebito. ff. de proba. Et hanc partem in puncto iuris crederem ueriorem, licet tuum ſit tenere, quam uis. ¶ Fallit tamen primò dicta concluſio, niſi coniuges, inter quos emanat dicta confeſſio, ſint inæquales genere *, uel aliter, quia, quamuis ſit ſimplex, præſumitur facta animo donandi, & ualet remuneratoria, arg. l. ſi uerò non remunerandi. § idem Papinianus. ff. manda. ut per Bart. in l. ſi diuortio. ff. de uerb. oblig. cum concor. quas dedi in c. ſuper eo. el 1. ſuprà, de teſti. Vbi etiam tetigi, an tunc confeſſio operetur ſolum, quod maritus non curat de dote, ſed de honore, an uerò uideatur
75 conſtituere dotem de ſuo. ¶ Fallit † ſecundò, niſi ſimplex confeſſio fieret in ultima uoluntate, quia tunc non præſumitur facta ſpe futuræ numerationis, ſed animo donandi, propter glo. in d. l. 1. C. de falſa cauſa. & dixi in 2. fall. primæ regulæ præcedentis, & ita no. Ro. in d. cõſi. & in d. l. ſi diuortio. dicens, ita eſſe caſum in d. l. qui teſtamẽtum. & in d. §. Titia. & tunc mors mariti confirmat talem donationem, ut in ſequenti concluſione. ¶ Sed eſt aduertendum in modo petendi, quia per hanc cõfeſſionem non probatur, quod receperit, ſed illud debetur, ut legatum, uel ut donatio morte confirmata, per l. Lucius. §. quiſquis. el. 2. ff. de leg. 2. & dixi in prin. huius c. uerſic. fallit quintò. & in propoſito no. Ro. in d. conſil. 445. niſi teſtator iuraret recepiſſe, quia tunc præſumitur pro ueritate illius cauſæ, per l. cum quis decedens. §. codicillis. de leg. 3. & dixi, ubi & dum tamen, non iuret de eo, ad quod mulier eſt incapax, ut in caſu l. hac edictali. C. de ſecun. nup. quia tunc confeſſio inter incapaces, quamuis iurata, nihil operatur, neque ut confeſſio, neque ut legatum, per l. qui teſtamentum. ff. de proba. & d. §. Titia. & ibi in propoſito hoc eleganter not. Bart. & idem Bartol. in l. Aurelius. §. fina. ff. de libe. leg. & Bald. in l. j. C. de inoffic. dona. licet in hoc Imo. ſe inuoluat in repe. c. cum contingat.
76 in 39. char. j. tit. 2. ¶ Et adde, quòd ſi † maritus confeſſus in ultima uoluntate ſuperuixeret poſt confeſſionem, & ſic donationem reuocaret, quia ſola morte confirmabitur, ſecundum Barto. in d. §. Titia. Si autem iuraſſet, uidetur pendere ab alio dubio, an iuramentum ualidet donationem coniugum? de quo aliquid in fin. huius materiæ. Sed tamen Barto. in d. §. Titia. & Bald. in d. l. j. dicunt, quod etiam illa poteſt reuocari, & eſt uerum, licet Ange. in l. penul. §. mulier. ff. ſolut. matrimo. dicat, non poſſe reuocari, ubi eſt iuratum, per not. per Bartol. in l. ſi quis pro eo. in 10. membro, ff. de fideiuſſo. Sed illa opinio Bartol. cum concord. procedit in iuramento aſſertorio, id eſt, interpoſito ſuper expreſſa donatione de ea non reuocanda, ſed nos loquimur in iuramento interpoſito ſuper confeſſione reſpiciente actum de præterito, ut fiat fraus legi. ¶ Fal-
77 lit † tertiò, niſi appareat euidenter, quòd confeſſus eſt animo donandi, & tunc dic, quòd ſi uxor præmoritur, eius hæres nihil poteſt petere, quia infirmata eſt donatio, nec ipſe aliquam habet confirmationis, ex quo mortua eſt donataria: ut eſt caſus ſecũdum unum intellectum in l. 4. C. de dona. ante nup. & de hoc late per domi. Maria. d. conſilio 125. Si autem moritur maritus ante uxorem non reuocata donatione, talis donatio eſt ualida: quia ſicut confirmatur donatio morte donantis

l. 1. §. 1. pro donato. & dicit communem Alex. in l. tamen ſcriptura. col. 3. ff. de lega. 1. licet quod ſemel ibi dicat contrariam eſſe ueriorem.

* *Genere.] Adde Rom. in d. cõſi. 445. nu. 7. ubi ad hoc ponit multa notabilia.*

uantis, quando præceſſit uera traditio, c.ſi.de dona.inter uir. & uxo.ſic etiam,ſi præceſsit ficta traditio,ut not.glo.& Bartol. in l.2. C.de dote cau. non nume.& Bart.in d.l.Papinianus. Et eo ipſo,quòd uir confitetur ſe recepiſſe animo donandi,quod non recepit,fingitur tẽpore ipſius confeſsionis tradidiſſe,l.3.§. ſciendum. uerſicul.ſed ſi debitorem.ff.de dona.in.uir.& uxo.l. ſingularia.ff.ſi cer.pet. Ita not.Bald.in l.j. C.de do. ante nup. & Bar.in d.l.Papinianus.& Ro.in d.l.ſi diuortio.& in d.conſi.

78 ¶ Secunda concluſio. Sicut † confeſſus ſe recepiſſe mutuò põt opponere exceptionem non numer. pecuniæ, ita & maritus confeſſus ſe recepiſſe dotem ab uxore poteſt excipere de non numerata dote:dum modò excipiat intra tempora, de quibus in l.fi.& authen.ibi poſita, C.de non numer. pec. & ſi ponitur intra illa tempora, onus probandi eam numeratam incumbit mulieri,uel hæredi,l.j. C.de dona.caut.non numer. Et ratio, quare iſta æquiparantur,eſt facilitas in confitendo, per quam ita facilè confitetur maritus ſuper dote non habita,ſicut recepturus mutuum ſuper mutuo non recepto, uel ut habeatur uxor,uel habitæ complaceatur,cùm mulier erubeſcat dici in-

79 dotata,& talem confeſsionem magnificat. ¶ Fallit † primò dicta concluſio in illis caſibus, in quibus non poteſt opponi exceptio nõ numeratæ pec.& etiam fallit poſt lapſa tempora in illis, in quibus poteſt opponi: de quibus ſ.per text.in d.l.in contractibus.§. fin.in fin.ubi Sali.dicit eſſe caſum notabilem, quòd omnia, quæ ſunt ſtatuta in exceptione non numeratæ pec.habent locum in exceptione non numeratæ dotis, in his quæ ſunt utriſque proportionabilia. Et pro hoc ultimo uerbo facit text.in ſimili in c.ea,quæ. in fin.de ſtatu mona.& gloſſ. 2. in clem.1. de elect.& quod not.Domin.in c.non ſolum. de ſta. mona.in 6.domi. Abb.in c.poſtulaſti.de foro comp.& text. in c.indemnitatibus.ad fin.ibi,eò quòd de electio.in 6.cum alijs alleg.per Ana.in c. 2. j de maledicis. Et ideo Salic.in l.quod de ſuo.in fi.C.de non numer.pec.dicit,quòd tantum operatur renunciatio exceptionis dotis non numeratæ,quãtum renunciatio exceptionis non numeratæ pecuniæ,licet Bal. diſtinxerit in rub. C.de fun.dot.& aliquid Bart.in l.j. C.de dote cau. non nume.& Spec.in titul.de confeſſis.§. ſequitur.uerſicul.15.

80 ¶ Fallit † ſecundò,niſi ſtatutum loci diſponeret,quòd inſtrumenta confeſsionis dotium habeant uim rei iudicatæ: nam tunc ſequitur,quòd ab initio habentur pro ueritate, l.res iudicata. ff.de re iudic. & ideo tunc non poterit opponi exceptio dotis non numeratæ,ſecundum Bald.in d.rubrica, de priuilegio dotis:& Angel.conſilio 5. & Bald.in l.pecuniæ.C.de ſolu. ubi uult, ꝙ quando ſtatutum dat tali inſtrumento robur rei iudicatæ,probat ueram numerationem. Sed aduerte: quia ex dictis Bart.in l.ſi ex cautione.in ult.q. C.de non numer.pec. relatis in prima regula, ſ.uerſic.fallit quartò. poſſet tale ſtatutum per uiam fori eccleſiaſtici euitari: & hoc no. Imò reperio domi.Maria.d.conſil.125.conſuluiſſe,quòd non obſtante tali ſtatuto,& in foro ſeculari, ex quo principalis contractus prætenditur ſimulatus, clauſula guarentigiæ & omnes aliæ præſumuntur ſimulatæ. Alleg.not.per Bart.& Salic.in l.ſi donationis. C.de contrahen. empt.& ſingula.per Bald.in rubric.C.qui admit.& in l.ab Anaſtaſio.C.mandati. Faciunt, quæ dixi in c. cùm Ioannes.uer.quartus caſus.ſ.eod. Dicit etiam,quòd fortè iſta fallentia non eſt uera,per not.per Bart.l.Titia.ff.de uerb. oblig.& domi.Ant.& domi. Abb.in c.gemma.j.de ſponſalib. Sed tutiùs eſſet adhærere Bald.in d.l.ſi ex cautione. ¶ Fallit

81 † tertiò, niſi confeſsio dotis ſit indiciata per aliquas coniecturas,ut quia poſt confeſsionem de dote recepta maritus exhibuit uxori alimenta: nam tunc coniecturas, ſeu indicium concurrens cum confeſsione facit dotem cenſeri numeratam: imò tunc confeſsio taliter indiciata habet priuilegia dotis: Ita formaliter limitat Bald.in d.rubr.de priuileg.dot.& facit, quod dixi ſuprà,in 6. fallen. primæ regulæ,de eo qui poſt confeſsionem mutui non recepti partem ſoluit. Sed iſta fallentia poſſet procedere in confeſsione facta ante traductam uxorem ad domum:ſed ſi fieret pòſt, accedentibus alimentis, putarem ſecus: quia non arguitur præſumptio habitæ dotis, ex eo quòd etiam prius fiebat:arg.l.j. cum materia, C.quod met.cau.ubi dicitur,quòd actus ſequens metum, quamuis ſpontaneus,non purgat metum,quando actus habet aliam coniecturam,& quando etiam fieret ante traductionem, iſta indicia operabuntur ſolùm, quòd onus probandi incumbet opponenti intra tempora,& audietur de æquitate, per Dictum Dy.in reg.locupletari.quod etiam in dote applicat Ro.in d.l.ſi diuortio. ¶ Fallit

82 † quartò, niſi confeſsionem non receptæ dotis præceſsiſſent dotalia inſtrumenta,uel aliæ probationes, ex quibus efficaciter probaretur dotẽ fuiſſe commiſſam: * quia tunc aduerſus uxorem agentem pro reſtitutione dotis non obſtabit exceptio dotis nõ numera. Ita lattiſsimè cõſuluit Ro.d.conſil.445. quod conſil.ſi in hac parte reaſſumpſit in l.ſi conſtante.uerſ. item in quantum.ff.ſolut.matr. & ibi dicit, hoc membrum eſſe addẽdum ad dicta per ſe in d.l.ſi diuortio.& hanc dicit fuiſſe opinionem Cyn.in l.in contractibus.C.de non numer.pecu.per illum text.dum dicit, illis ſecuritatibus,quæ poſt confectionem dotalium inſtrumentorum de ſoluta dote exponuntur,nullam exceptionem non nu.pecu. opponi poſſe:& aſsignat Ro.rationem:quia iſte talis non præſumitur confiteri,ut uxorem faciliùs reperiat,poſtquam eam habet, & habet promiſsionẽ de dote. Vnde uerisimile eſt,quòd quando confitetur,ſit ſibi ſolutum: & ideo ceſſat beneficium excipiendi de dote non numera. ¶ Sed contra iſtam rationem inſtari poteſt: quia ſi eſſet uerum, quòd ceſſante deſiderio reperiendæ uxoris ceſſaret cauſa dictæ exceptionis, deſtruerentur dicta ſ. in 1. concluſione, & per ipſum Ro. in d.conſilio quòd etiam conſtante matrimonio confeſsio præſumatur in dubio ſpe futuræ numerationis. Vnde dici poteſt,quòd ubi præcedũt dotalia inſtrumenta, & poſtea confeſsio, uideatur geminata confeſsio, prout dicit gloſſ.in d.l.in contractibus. hic intelligens illum text.& ita etiam in dote no.hic domi. Abba.in fin. uel quòd iſta fallentia procedat per d. l. in contractibus potius, quàm per dictam rationem Romani: quem tamen uide, quia multa in hoc dicit. ¶ Fallit quintò, niſi ultra confeſsio-

83 nem receptæ dotis interueniſſet alius, uidelicet † quòd tertius promiſit iſtam dotem, & eius promiſsionem maritus acceptauit:quia tunc uxori,uel eius hæredibus non obſtabit amplius in repetitione dotis dicta exceptio. Ita latè not.Bartol. in l.pe. §. ſi uir.ff.ſolut.matri.& Bald.in l.legem.in 1.colum. C.de pac.& in l.j.in 1.col. C.ad Velleia. & in l.pollicitatione. C.de don.ante nup. Mouentur: quia licet ex promiſsione ſequenti appareat dotem non fuiſſe numeratam,tamen uidetur confeſſus non ſpe numerationis,ſed promiſsionis: & ideo ſecuta promiſsione, & ea acceptata,ita habetur dos pro ſoluta, ac ſi mulier aliunde promiſiſſet animo delegandi,l. dotem.la 2. & l.uir ab eo.ff.de iure do. Qui enim delegat,ſoluit,l.quãuis.§. interdum.ff.ad Vel.& non opponitur de non nume.pecu. ubi aliquid acceptatur loco numerationis, l. pretij. C.de reſcin. uend.& licet quis non delegetur,ut debitor,ſufficit ꝙ tanquã expromiſſor, l.inter caſus. §. abeſſe.ff. mand. Et illud intelligitur in extraneo promittente nomine mulieris: ſecus in patre:quia cùm actio de dote ſit communis patri & filiæ, reputatur pater & filia una & eadem perſona. Et ſic non poteſt peti dos,arg. l.ſi extraneus.ff.de iure dot. Et hac ratione Bal. in d. l.pollicitatione.idem putat in eo, qui ſit curator,uel negotiorum geſtor mulieris,quia ille reputatur eadem perſona ratione officij, l.fin. C.de dotis promiſsione.

84 ¶ Fallit † ſextò, niſi interueniſſet iuramentum, * quia tunc,ſi conſtat,quòd fuit ſpe futuræ numerationis, idem per omnia reperio, prout de exceptione non nu.pec. dictum eſt ſ. in 1. & 4. ampliatione primæ regulæ, & de hoc etiam in ſpecie per Petr. de Anch.d.conſilio 300.& Imo.in d.c.cùm contingat.in 39.char. Si autem animo donandi,& fiat confeſsio inter uiuos,pendet ab alio dubio, utrùm iuramentum confirmet donationem inter uirum & uxorem, de quo ſunt opiniones, ut latè per Imol.in d.c.cùm contingat.ubi tandem tenet,quòd ſic,& fuit opi.poſita latè per Fed.conſ.140. incip. Punctus queſtionis.et Bar.in l.ſi quis pro eod.ad fin.ff.de fideiuſſo.& in l.Seius & Augerius.in fin. ff.ad l. Falcid.quia poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ, nec eſt contra bonos mores iuris naturalis, licet contra bonos mores iuris ciuilis, ut pleniùs

* Commiſſam] *Adde an & quando uera numeratio dotis per confeſsionem in publico inſtrumento factam probet. Socin.conſi. 61.inc.in præſenti conſultatione,perſ. & in primis. in 1. par. & circa hanc materiam confeſsionis factæ de dote nu. aliquid per Specul. in titul. de confeſ. §. 2. in fine.*

* Iuramentum] *Adde duas not. concl. pro dictis ab auth.hic.prima donatio inter uirũ et uxorẽ præſumpta ex confeſsione dotis recepta non ualet, nec firmatur iuramento,* Rom. *conſil.44. incip.ex ſuprà narrato colũ. 2. nu.4. & conſil. 293. incip. præſuppoſito quod dictũ. legatum. nume. 3. figuerol.conſ.106. Mar. Socin. conſ. 65. colum. 8. & conſilio 66.colũ.7.*

dicetur in d. c. cùm contingat. ¶ Fallit ſecundò dicta concluſio in eo, quod dictum eſt, exceptionem iſtam lapſis iuris diebus temporibus expiraſſe, ut non habeat locum, quando poſt confeſſionem certæ quantitatis apparet, quòd recepit quinquaginta tantùm poſt ipſam confeſſionem: quia præcedens confeſſio ſimulata præſumitur: unde repeti non poteſt, niſi illud, quod apparet ſolutum. Ita eleganter dicit Bartol. in leg. ab Anaſtaſio. prope fin. C. mand. per illum text. limitãs, niſi dictum fuiſſet pro reſiduo: quia tunc præſumitur totum ſolutum. Et idem Angel. de hoc uerbo Reſiduum, in l. ſi ex pluribus. ff. de ſol. propter gloſſ. ibi in uerbo, reliquum. de quo etiam per Bartol. in l. 2. per illum text. C. de hære. inſt. & in l. fin. §. 1. in pen. col. C. de rei uxo. ac. & Dom. in c. quanquam. §. cæterùm. in fin. de uſur. in 6. ubi de hoc uerbo, Reſiduum. ¶ Fallit ultimò iſtud idem, quod eſt dictum, certa tempora obſtare, ut non habeat locum, quando uxor, uel eius hæres ageret hypothecaria contra poſſidentem bona mariti ex beneficio legis, aſſiduis. C. qui potio. in pig. hab. quia quamuis cõtra maritum, uel eius hæredem decurſa eſſent dicta tempora, tamen aduerſus illum tertium non ſunt decurſa: imò ipſa uxor cogitur probare numerationem dotis, cuius uigore ad bona mariti regreſſum habet, ſecundum Roma. plenè d. conſilio 405. dicentem, ſe ſemper ita indubitanter tenuiſſe per text. in leg. ſi cui. C. de non nume. pecu. & in l. ſi quis poſt hac. C. de bonis proſcript. & in leg. aſſiduis. in uer. datæ. quæ iura bene hęc probant. Et idem tenet Imol. in l. ita ſtipulatus. §. Gryſogonus. ff. de uerb. obligat. reprehendens Iaco. Butri. & Bartol. in d. l. aſſiduis. qui dixerunt beneficium illius legis habere locum in

85 dote confeſſata. ¶ Extra † gloſſ. quærunt hic Docto. primò, utrùm debeat obtinere ille, qui agit ex cauſa petitã. mutui: & non probauit de numeratione, ſed de confeſſione recepti mutui? in quo aliqui tenent, quòd non. & fuit opin. Specul. in titul. de teſte. §. 1. uerſicul. ſed pone, egi. quem ſequitur Imol. & dominus Abba. hic, & Bald. in leg. fin. in penult. colum. C. communia utriuſque iudicij. & Angel. in l. ita ſtipulatus. §. Gryſogonus. * ff. de uerb. obligat. & conſilio 152. incip. in q. uertente inter domi. Micheletum. & in l. certi condictio. §. 1. ff. ſi cer. pet. & Paul. de Caſtr. in leg. 2. §. fin. & ibi ſentit Bartol. ff. ſi cer. pet. & Imol. in clément. ſępe. de uerb. ſignif. & Bald. in concluſionibus Specul. in titul. de teſte. & dominus Anton. & Imol. in cap. ſi ſacerdos. ſuprà de offic. ordin. quia non dicitur probata intentio agentis: quia deponunt teſtes extra articulum: ergo non probant, cap. de teſtibus. & ibi dixi ſuprà. de teſt. Non enim deponunt ſuper uera numeratione, nec dicunt ſe uidiſſe numerari. Et ideo ſi iudex condemnaret reum, non iudicaret ſecundum probata, neque conformaret ſe libello contra iura uulgaria. In hoc tamen uidentur diſtinguere certos caſus domin. Anton. & Imol. hic, & omnia quę dicit hic Imol. poſuit etiam in d. §. Chryſogonus. ¶ Sed quòd talis debeat obtinere, uidetur tenere Bartol. in d. l. certi condictio. §. ſi nummos. in 2a colum. ff. ſi cer. pet. & Bald. in l. 2. §. fin. eodem titul. & Bald. & Imol. in l. j. §. ſi quis ita. ff. de uerb. obligat. & Bald. in leg. ſi ex cautione. in 10. q. C. de non nume. pecu. & ibi Sal. multum animoſè in ult. colum. & Bald. in l. j. in princip. C. de rei uxo. actio. & in l. pecunia. C. de ſol. & in leg. Publia. §. fin. ff. depoſi. & Ro. in leg. prędia. in ult. colum. ff. de acquir. poſſeſſ. quia ſi eſt elapſum tempus opponendi exceptionem non nume. pecu. uel eſt illi exceptioni ſolenniter renunciatum, ex tali confeſſione orta eſt obligatio, & actio tanquam ex mutuo ciuili, leg. 2. §. fin. & ibi doc. ff. ſi cer. pet. Item per confeſſionem probatur numeratio, d. §. Chryſogonus. & ibi Bart. & d. l. pecuniæ. & ibi Bald. & Imol. igitur libellus de numeratione facta, quę reſultaret ex tali confeſſione, ſecundum Bald. in d. l. j. de rei uxo. act. & improprientur uerba libelli, ſecundum Bartol. in l. ſi olei. C. loca. cum ſi. & uerba ambigua interpretantur ſecundum intentionem libellantis, l. ſi quis intentione. ff. de iudic. & dicit text. in §. ſi debitum. 3. quęſtio. 4. quòd ſi aſſeruit ſolutionem factam, ſufficit probare confeſſionem de ſolutione & ipſum allegat Feder. conſilio 53. incip. Titius fecit procuratorem. etiam ſi in libello dictum eſſet, numeraui: quia, ſecundum Salic. in d. l. ſi ex cautione. uerba, quę ſunt in confeſſione, habuiſſe & recepiſſe, probant pręſumptiuè numerationem etiam intra biennium, ſi non opponatur exceptio nõ nume. pecu. d. l. ſi ex cautione. & ſufficit libellum præſumptiuè concludere, l. omnes. §. Lucius. ff. de his, quę in fraus. cre. & multo fortiùs probabit poſt biennium, ſecundum eos, qui dicunt, quòd tunc dicta exceptio non poteſt opponi: & multo fortiùs, ſecundum eos qui dicunt, quòd poteſt opponi, ſed reus tenetur probare pecuniam non numeratam. Ad quid enim teneretur probare pecuniam non eſſe numeratam, ſi oppoſitum eius non eſſet probatum uerè, uel preſumptiuè per confeſſionem cum lapſu biennij. poſtea ſubdit Sali. ſileãt, qui ſcripta tantùm diſcurrunt, & propter frigiditatem ſtomachi in eis contenta non digerunt. Et cum illis tranſeo, licet in locis prędictis plura effundantur, quorum relatio nimiam ſcripturam exigeret. ¶ Et iuxta hoc tangit Ioan. Andr. in d. uer. ſed pone, egi. & domin. Anton. domin. Abba. & Imol. hic, utrùm debeat obtinere ille, qui fundat ſe ſolùm in confeſſione, & eam probat? & uidetur, quòd non, quia petitio debet continere cauſam talem, quę pariat obligationem, l. licet. §. ea obligatio. ff. de procur. & cauſa uicem actionis repręſentat, ſecundum gloſſ. in l. j. ff. de eden. & ſi cauſa non eſt talis, non ſequitur condemnatio, l. ſiue apud acta. C. de tranſact. hic autem petens non aſſerit, quòd reus receperit depoſitum, ſed quòd confeſſus eſt ſe recepiſſe, ex tali autem confeſſione extra iudicium facta etiam cum cauſa, non naſcitur obligatio, quia confeſſio non obligat, ſed obligationem probat l. Publia. ff. depo. & ideo poſt multa concludit tale non obtinere. Fatetur tamen, quòd ſententia abſolutoria non nocebit poſtea ſibi agenti meliùs ex contractu, quem probat confeſſio. ¶ Et cum illis dictis tranſeunt hic prędicti, ſed limitant primò, niſi confeſſio eſſet non quidem probatoria obligationis tantùm, ſed etiam inductiua obligationis, ut in confeſſione facta in teſtamento & probata, per l. j. C. de falſa cauſa adiecta leg. ¶ Secundò, niſi loqueremur in ęquitate quadam, quia allegans confeſſionem allegat probationem obligationis, & per conſequens tacitè allegat ipſam obligationem, & libellus latè interpretatur, ut in pręcedenti quęſtione, ut hic per do. Abba. ¶ Tertiò, niſi eſſet in libello illa clauſula, Omni meliori modo, * &c. quia per illa ſuſtentabitur dictus libellus, ſecundum Imol. hic. ¶ Quartò, niſi eſſet alia clauſula petens * ut prędictis & eorum quolibet ſibi ius & iuſtitiam miniſtrari, ſecundum Imol. hic, per not. per Cald. in cap. 2. ſuprà, de ordine cogni. quas limitationes alter nõ confirmo, ne longior ſim. ¶ Et adde. quòd ad hoc, ut probatio teſtium ſit efficax in probando mutuo. num ſufficeret unus teſtis de numeratione, & alter de confeſſione tanquam ſingulares ſecundum Bald. in d. l. ſi ex cautione. in 12. quęſtio. & ibi Sal. in ult. quæſtio. qui idem dicit, ſi libellatum eſt de numeratione. & unus teſtis aſſerat numerationem de uiſu, alter ſolùm de confeſſione Et cum iſtis concordat Bald. in alijs locis, de quibus meminit in cap. cùm cauſam. ſuprà, de proba. et in cap. licet ex quadam. uer. ultimò eſt ſciendum. ſupra, de teſtib. tamen tales teſtes faciunt indicium, ſecundum Bald. in d. l. ſi ex cautione. per cap. fin. j. de ſucceſſ.

*& eſt communis opinio * ut teſtatur idem Marian. conſilio 61. colu. 3. par. 1. Secũda cõcl. Donatio facta inter uirum & uxorem conſtante matrimonio firmatur iuramento, eſt communis * opinio ſecundum Iaſ. in l. pacta quæ contra. colum. penul. C. de pact. Alex. conſilio 8: uol. 2. Marian. Socin. conſil. 125. incip. Ioannes de Ciriguanis de Luca. & in Authorem in conſil. 30. incip. Nemini tam exercitatum. nume. 5. quare autem iſta ualeat, & p. non, dic, quia iſta uera, illa ficta. ut habes ex ſupra notatis doct.*

Gryſogonus] Adde Alexan. ibi in 4. char. Paul. de Caſtr. conſilio 48. & Anto. de Butri. conſilio 5. incip. Viſis dictis punctis.

Omni meliori modo] Adde quod iſta clauſula poſita in libello alternatiuo uel incerto facit ualere libellum ſi poſtea ſequatur electio ... c. 1. §. ſi. de poſtul. prælat. & habet uim ſtipulationis & conſenſus. Bald. in l. 1. C. commodo. et Alex. in l. ſecundum. de uerb. obligat. Quid autem iſta clauſula operetur, ut not. in l. cum pater. §. ſiliq. de lega. 2. Imol. in l. ſi cum nulla. de re iudic. Bartol. in Auth. ex cauſa. & ibi Alex. colum. 10. C. de liber. præter.

Clauſula petens etc.] Adde Lanfr. in c. quoniam contra. de probat. in §. exceptiones. nu. 8. in fin. Doct. in cap. examinata. de iudic. et ibi Authoris colum. 6. uerſic ul. ſaluat tamẽ. Aret. conſilio 17. Bartol. in extrauag. ad reprim. uer. ſiue ſ. gura. colum. 3. Paul. de Caſtro conſilio 163. Ioan Cald. & Butri. in cap. 2. de ord cogn. Alexã. conſilio 42. uol. 4. & conſ. 121. uol. ... in quibus locis habes e ... iſtius clauſulæ.

ab inteſt. & idem Bald. in cap. fin. ē. de conſuet. & in authent. rogati. C. de teſtib. & p. teſt deferri iuramentum, ſecundum Bald. in cap. 1. circa princip. de contro. inueſti. Nec obſt. quòd ad dicta teſtium ſingularium non deferatur iuramentum, ut per Bald. in l. de quibus. ff. de legi. quia non procedit in ſingularitate, quæ tamen tendit ad eundem finem, licet per diuerſa media, ut per eundem Bald. in d. cap. 1. ſed in illa, quæ non

86 tendit ad eundem rei finem. ¶ Secundò † quærunt hic do. Anto. Imol. & dom. Abba. Titius fecit procuratorem ad accipiendum pecuniam mutuò, & procurator fortè accepit pecuniam mutuò, tamen in inſtrumento non dicatur, quòd acceperit. ſed quòd confeſſus fuit ſe recepiſſe, utrùm poterit agi contra dominum ex tali inſtrumento, ſi non probetur de receptione pecuniæ? & tenent, quòd non, ut hic per eos, cum quibus concordant Bartol. Bald. & Paul. de Caſt. in l. 2. §. fin. ff. ſi cert. pet. & Ioan. Andr. in Specul. d. uer. ſed pone, egi. & Feder. dicto conſilio 53. & Bartol. in l. à diuo Pio. §. ſed ſi emptor. ff. de re iudic. & in l. non abſtulit. per illum text. C. de nouatio. & Angel. in l. 2. §. fin. C. de quadr. præſcrip. & Imol. in d. §. Chryſogonus. & Paul. de Caſtr. conſi. ult. & Petr. de Ancha. & Domin. in cap. qui generaliter. §. fin. de procur. in 6. & domin. Abba. pulchrè in capit. cùm olim. el 1. ſuprà de offic. deleg. & Bartol. in l. ſi debitorem. ff. de noua. & Angel. & Imol. in d. §. ſed ſi emptor. & Roma. in l. prædia. ff. de acquir. poſſeſſio. quia aliud eſt numeratio, & aliud confeſſio, l. j. & fin. C. de dote cau. non nume. & d. l. ſi ex cautione. cum gloſſ. & l. aſsiduis. cum gloſſ. parua, C. qui potio. Et ſic mandatum ad primum non comprehendit ſecundum, l. diligenter. ff. manda. ¶ Item confeſsio procuratoris ſponte facta non nocet domino, l. ſi defenſor. in princip. cum gloſſ. ff. de interrog. act. l. certum. §. ſed an & ipſos. ff. de confeſſis. ¶ Item per iſta uerba. Ad mutuum recipiendum, uidetur dominus conſenſiſſe de mutuo naturali, argu. l. fin. C. de his, qui ueni. ætatis impe. confeſſio uerò de recepto probat ſolùm mutuum ciuile, cui natura non cooperatur, l. 2. §. fin. ff. ſi cert. petat. Ergo confeſſio eſt ultra mandatum. ¶ Et cum iſtis tranſeo, licet contrarium teneat Imol. hic, & in d. l. ſi debitorem. & in d. §. ſed ſi emptor. & Salic. in d. l. 2. §. fin. quia confeſsio probat numerationem, ut dixi in 1. quæ. Sed iſtud tollitur: quia illa loquuntur in confeſsione domini probante contra ipſummet dominum: nos de confeſsione procuratoris, ut probet contra dominum, à quo non habuit ſpeciale mandatum confitendi. Et iſta tollunt quaſdam aliàs perſuaſiuas rationes ipſorum, quarum conſilictus tranſcribere non expedit. Et ſatis inſtat Ro. in d. l. prædia.

87 ¶ Et † iſta habent locum in procuratore conſtituto ad recipiendas ſolutiones à debitoribus, & ad eos quitandum & liberandum: quia non præiudicat domino confitendo, niſi appareat de ſolutione, ut propriè loquitur Ioan. Andr. dicens ſic fuiſſe iudicatum in d. uerſicul. ſed pone, egi. maximè quando in mandato eſſet uerbum De receptis, ut per domin. Abba. in d. cap. cùm olim. Vbi autem non eſſet, fit dubitatio, de hoc, ut per Angel. & Imol. in d. §. ſed ſi emptor. ¶ Plus dixit Bart. in d. l. 2. §. fi. ff. ſi cer. pet. quòd ſi dixero, facio te procuratorem ad recipiendum pecuniam mutuò, & ad confitendum te recepiſſe, adhuc non ſufficeret dicta confeſsio quia illa uerba, Ad confitendum, debent intelligi de receptis uerè: & hoc non probat confeſsio, niſi atteſtetur de numeratione: aliàs uideretur procuratori data poteſtas donandi: & hoc non uenit in mandato, niſi exprimatur: & cum opinione Bartol. tranſit dominus Antonius hic, & Angel. in d. l. non abſtulit. & in l. oés. §. fin. C. de quad. præſcrip. ¶ Sed contrarium in hoc tenent, quaſi omnes, in d. leg. 2. & Angel. Imol. & Paul. de Caſtr. in d. l. ſi debitorem. & Angel. & Imol. in d. §. ſi emptor. & Paul. de Caſtr. in d. conſil. ult. & Roma. in d. l. prædia. & Salic. in d. l. non abſtulit. & Angel. in l. ſi conſenſib. ff. quibus mod. pig. uel hypo. ſol. quia aliàs illa uerba poſita in mandato, uidelicet. Et ad confitendum, eſſent ſuperflua intelligendo modo præ-

88 dicto. ¶ Item † confeſsio procuratoris habentis ſpeciale mandatum ad confitendum, præiudicat domino, * ac ſi ipſe confeſſus eſſet, l. proinde. la 2. §. 1. & ibi gloſ. in uerbo, abſentem. ff. ad l. Aqui. & d. §. ſed an ipſos. Et non eſt uerum, quòd eſſet donatio, prout dicit Bar. in d. l. 2. quia, ſecundum prædictos, non fit præiudicium domino, quin ſi intra biennium producatur illa confeſsio procuratoris contra dominum, poſsit dominus opponere exceptionem non nume. pec. Sed poſt biennium habebit recurſum contra procuratorem, arg. l. Lucius. §. tutelę. ff. de admi. niſt. tut. & l. uir ab eod. ff. de do. inter uir. & uxor. & ibi hoc in ſpecie not. Bald. in lectura antiqua, dicens, quòd non poterit tunc procurator opponere contra dictam exceptionem non nume. pecu. per leg. generaliter. C. de non nume. pecu. & in ſubſidium procuratore non exiſtente ſoluendo putat Rom. in d. l. 2. & in d. l. prædia. quòd reſtitueretur actio domino contra debitorem, à quo procurator confeſſus eſt recepiſſe debitum, arg. l. fin. in princip. ff. de eo, per quem factum erit. & l. fiſco. C. de conuent. fiſci deb. lib. 10. & facit gloſſ. in d. l. in contractibus. in uerbo, penitus. Dicit tamen Innoc. hic, quòd ad opiniones euitandas aliàs uſus eſt cautela, quòd dicatur in inſtrumento procurationis ad confitendum ſe recepiſſe, etiam ſi aliter de receptione non conſtet: quia tunc indubitanter ſimplex confeſsio nocebit domino. ¶ Et

89 † iſta faciunt ad quæſtioné, utrùm ex inſtrumento confeſsionis facto per creditorem fideiuſſori de recepto poſsit fideiuſſor agere cõtra debitorem, aliter non docto de numeratione? in quo Bartol. poſt gl. in l. duobus. §. à fideiuſſore. ff. de iureiur. & Ro. in d. leg. prędia. tenent, quòd non, per l. idemque. §. fin. cum l. ſeq. ff. mandati. & idem Bartol. in l. cùm filius. in fin. in princip. de uerb. obligat. ¶ Sed contrarium tenet Paul. de Caſtr. in d. §. à fideiuſſore. & conſilio 87. incip. Quòd præfata ſententia. & Bartol. in conſi. incip. Titius promiſit Sempronio eum indemnem: quia iſtud inſtrumentum prodeſſet debitori: ergo ſimiliter fideiuſſori, arg. l. deſiderium. C. depoſi. & allegat Paul. in d. conſi. c. 2. infrà de fideiuſſo. Et iſtud eſt neruus, quando eſt ſolenniter renunciatum exceptioni non nume. pec. uel ſunt lapſa tempora, de quibus ē. Aliàs ſtaret prima opinio: quia illa confeſsio non eſt irrefragabilis, ut in dictis locis.

Domino] *Adde* Old. *conſilio* 126. *incip. natura cuiuſque mãdati. quaſi per totũ. et Alex. conſilio* 176. *incip. in cauſa & lite. uol.* 6. *nume.* 2. *in quibus locis multa pulchra uidens in hac materia.*

Die xvj. Martij, M. cccclxxij.

SVMMARIVM.

1 *Protocollum an per ſe probet.*

2 *Protocollo non exiſtente, an inſtrumentum perdat uires ſuas.*

3 *Citari an debeant omnes, quorum intereſt, quando aliquod inſtrumentum reaſſumitur notario mortuo.*

4 *Notarius, cui relicta ſunt in teſtamento inſtrumenta leuanda, an poterit ipſa leuare ſine licentia iudicis, & abſque partium rogatione.*

5 *Notarius an debeat ponere ſignum ſuum in protocollo.*

6 *Imbreuiatura quando fuit facta ſuper contractu celebrato in ſcriptis id eſt, in quo requiritur inſtrumentum de neceſſitate, tunc nullo modo poteſt extendi per alium notarium, nec per ipſummet tabellionem. Certis tamen caſibus poteſt extendi imbreuiatura, ut num.* 7. 8. & 9. 10. 11.

12 *Notarius prohibitus conficere inſtrumenta an poſſit proprias rogationes & imbreuiaturas non leuatas extendere.*

13 *Notarius commiſſus ad leuandum imbreuiaturas notarij mortui ſi eas leuauerit, cui debeatur ſalarium, an notario leuanti, an heredi notarij mortui.*

14 *Tabelliones à quibus poſſunt creari.*

15 *Tabelliones creandi is, qui habet poteſtatem à principe, an poſſit eam alteri delegare.*

16 *Inſtrumenta facta in loco ſubiecto creanti tabellionem, an probent ubique.*

17 *Tabellio imperialis an poſſit conficere inſtrumenta in terris eccleſiæ, & econuerſò.*

18 *Tabellio creatus à conſuetudine, uel ſtatuto uniuerſitatis, uel rectorum, an poſſit conficere inſtrumenta inter ſubditos illius loci extra territorium.*

CAPITVLVM XV.

CVM P. TABELLIO. ¶ Authoritate ordinarij poteſt notarius exemplare & in publicam formam redigere notas alterius notarij defuncti. H.D. Et omiſsis ſuperfluis reaſſumo materiam per 5. q. ¶ Primò quæritur, utrùm protocollum, ſeu imbreuiatura per ſe probet? & uidetur, q ſic: quia ex protocollo extrahitur ipſum inſtru-

 mentum,

mentum, quod probat: ergo fortiùs probabit ipſum protocollum, iuxta illud, Propter quod unumquodque tale, & illud
2 magis tale. ¶ Item, quia † quando dubitatur de fide inſtrumenti, ſemper recurritur ad protocollum, c. quoniam contra. & ibi latè dixi, ſ. de proba. Ad idem text. hic, ubi facit fidem, ut alius poſſit publicare. Et ita tenet gloſ. in l. argentarius. in princip. ff. de eden. & Spec. in titul. de inſtru. edi. §. uidendum. uer. & not. quòd tabellio. ¶ In contrarium facit: quia protocollum eſt principium inſtrumenti nondum completi. Unde, niſi compleatur, pro nihilo habetur. Ad idem l. contractus. C. de fide inſtrum. ubi ante completam ſcripturam contractus non probatur. Ad idem text. hic in uer. defunctus non perficit per quem apparet, quòd ante publicationem uidetur ſcriptura imperfecta, quo ad præiudicandum tertio. Ad idem text. hic in fi. in uerbo, fidem perpetuam. quæ uerba innuunt, quòd priùs non faciebat fidem in iudicio. Et hanc partem tenent Bald. & domi. Anto. hic, & Io. And. in d. uer. & not. quòd tabellio. ¶ Sed ex dictis domi. Abb. & Imol. hic, & Bal. in l. contractus. C. eod. tit. & in rub. C. eod. tit. uer. ſed tertiò quæritur. & Inſt. de emp. & uendi. §. 1. in ult. colum. & in l. Lucius. in fin. ff. de militari teſta. & do. Anto. in c. ex literis. ſ. eo. & Bart. in l. ſi is. qui teſtamentũ. circa med. ff. de teſta. cõſiderantur duo caſus. ¶ Primus eſt, quando protocollum eſt adeò imperfectum, quòd non habet conſonantiam efficacem: putà, ſi in eo dicitur, Titius uendidit his pactis, uidelicet & non eſt aliud. & tunc nihil probat, per d. l. contractus. & l. in ciuile. ff. de legibus & d. l. ſi is, qui. ¶ Secundus caſus eſt, quando apparet, quòd notarius non intendebat ibi aliud ſcribere, tamen quædam erant truncata per dictionem, Etc. & tunc ut ſ. dicetur, ſi contractus erat per alia uerba totaliter perfectus, probat: ſecus, ſi non erat perfectus. Et iuxta hoc tangit hic domi. Abb. an protocollum debeat legi partibus de neceſſitate? & concludit, quòd non, niſi in caſu l. contractus. C. de fide inſtru. quia iura exigunt ſolam rogationem: & quia in protocollo ſunt multa abbreuiata, adeò quòd malè poteſt partibus legi, ut hic per ipſum, & tetigi in c. 1.
3 ſ. eod. ¶ Secundò † quæritur, ſi protocollum non apparet, an inſtrumentum perderet uires? & dic, quòd non, ſecundum Bald. in rubric. C. eod. uer. ſecundò quæro. niſi in caſu. §. fin. in authẽ. de tabellio. uel niſi cõtractus ſit celebratus in ſcriptis: quia primò ſcriptura eſt de ſubſtantia: & niſi probaretur caſu fortuitu perdita, non ſtaretur ſumpto, per l. contractus. C. de fide inſtru. & l. publicati. C. de teſtamen. Imminet tamen periculum notario non curanti de protocollo, ad cuius conſeruationem ex conſuetudine tenetur, adeò quòd poteſt puniri pœna arbitraria. Et ſi de inſtrumẽto dubitatur, poteſt ipſe torqueri, ſecundum Bald. pleniè in rub. C. eod. Imò incurrit periurium, quia contrauenerit uni ex capitulis iuratis in creatione, ut per Hoſt. & alios in c. ſicut. ſ. ne cleri. uel mo. Sed tamen docto de amiſſione protocolli competit ei notario actio contra habentem inſtrumentum, ut edatur. Et ex eo reaſſumere poteſt ipſum, ſecundum Bald. in l. fi. C. de eden. & Ang. in leg. uelut. in princip. ff. de eden. & Paul. de Caſtr. in leg. ſi quis ex argentarijs. §. prætor. eodem titul. uel poſſunt examinari teſtes, qui interfuerunt contractui, ſecundum Bartol. in l. fin. uerſus fi. ff. de tabul. exhiben. & Angel. in l. edicto. C. de edicto diui. ¶ Et adde, quòd ſi imbreuiatura reperitur cancellata, non nocet inſtrumento, ſecundum Bart. & Imol. in leg. fi. ff. de his, quæ in teſt. del. Imò poteſt cancellari imbreuiatura, quando ex ea non eſt amplius faciendum inſtrumentum, & ibi tunc eſt dicendum, Cancellatum, quia reſtitutum parti: ſecundum Bald. in rubrica C. eod. uerſicul. iuxta hoc quæro. ſed nullo
4 caſu debet abradi, ſecundum eum. ¶ Tertiò † quæritur, utrùm in hac publicatione debeant de neceſſitate citari omnes, quorum intereſt? & uidetur, quòd ſic, per iſtum text. in uerbo, ad quos pertinet. & per notata in cap. ſignificauit. & c. Albericus. ſuprà de teſti. ubi fit mentio de citatione, ut dixi in d. c. Albericus. in prin. & ita tenet Rota in formis, * decis. 10. incip. fuit dubitatum. & Ange. in l. quædam. §. nihil. ff. de eden. & Spec. de inſtrum. ed. §. oſtenſo. uer. qualiter. * & Bal. domi. Anto. & Imol. hic. ¶ Contrarium, & melius, tenent hic do. Car. & Abb. & domi. Card. conſilio 74. incip. Titius nunc ſum. in tertio dubio. quia illa citatio eſt neceſſaria, quando unum publicum inſtrumentum, quod conſumatur, exemplatur, ut in dictis

In formis] Adde dic in non. & eſt deciſ. 2. ſub tit. de fide inſtrumẽ.

Qualiter] Adde Bald. ibi in addit. in uer. publicatio. & Socin. in conſil.

iuribus, & dicitur ſ. e. proximè ſecus in hac publicatione: ſicut ſi ipſo uiuens exemplaret, non requireretur dicta citatio, ut per Bald. in l. fi. ad fi. C. de eden. quem ſequitur domi. Car. in d. conſil. Ratio diuerſitatis in utroque caſu eſt: quia in primo caſu ſtatur exemplato, ſicut originali, nec poteſt amplius detegi falſitas, ſed in caſu noſtro, cùm ſemper poſſit recurri ad protocollum, d. c. quoniam contra. non ſubeſt dicta ratio: & maximè iſta opinio procedit loquendo de omni exemplatione ſucceſſiuè fienda in caſu huius capituli, ſed ubi iudex generaliter committit, fiat, poteſt fieri una generalis citatio eorum, quorum intereſſet, ſecundum do. Abba. hic. Nec prædictis obſt. iſte text. quia bene uerum eſt, quòd imbreuiatura non poteſt leuari, niſi petentibus, quorum intereſt: ſed quòd ultra hoc alij ſint citandi, non dicitur hic, & ita ſentit Rota in addit. d. deciſ. 10. ¶ Quartò
4 quæritur, utrùm habeat locum iſte text. in notario, cui ex teſtamento relictæ ſunt rogationes defuncti: & in hoc Bartol. & Angel. in l. ſi quis ex * argentarijs. §. nihil. * ff. de eden. & domi. Abb. hic, dicunt, quòd non: ſed quòd iſte text. loquitur in eo, ad cuius manus alio modo peruenerunt notæ. Mouentur per d. §. nihil. cum concord. ubi hæres, uel legatarius non tenetur edere rationes, ſicut argentarius defunctus. ¶ Contrarium, & meliùs, tenent Ioan. And. domi. Anto. & Imol. hic, & Hoſt. in ſumma huius tit. §. ult. uer. quid ſi tabellio. & Specul. & Ioan. Andr. in tit. de inſtru. edi. §. oſtenſo. uerſicul. quid ſi aliquis tabellio legat. & Bald. & Paul. de Caſtr. in d. §. nihil. & Paul. de Caſtr. in 1. §. eiuſdem legis. quia iſte text. ſimpliciter loquitur: iura autem in contrarium adducta loquuntur in caſu diuerſo, uidelicet in editione rationum; quæ poteſt fieri per quemcunque, non autem in publicatione inſtrumenti, quæ non poteſt fieri, niſi per tabellionem, ut hic. Et ſecundum illa iura ſequeretur, quòd hæres, qui non eſſet tabellio, poſſet authenticare inſtrumentum. Dicit tamen Imol. hic, quòd practicatur, quòd notarius, cui legatæ ſunt rogationes, uel cui hæres eas concedit, petit generaliter licentiam à iudice redigendi eas, & habita licentia ad requiſitionem, quorum intereſt, leuat eas in formam publicam: & dicit domi. Abb. quòd cautum eſt, ſed non neceſſarium, in hac generali commiſſione citare, quorum intereſt.
5 ¶ Quintò † quæritur, nunquid in protocollo requiratur ſignum notarij? & Angel. dixit, quòd ſic, conſilio 298. dicens, quòd etiamſi deficit indictio, uel locus generalis caſtri, uel uillæ, non poteſt ex eo leuari publicum inſtrumentum. ¶ Sed domi. Card. hic dicit ſe conſuluiſſe, quòd ualet inſtrumentum releuatum, licet in protocollo nõ ſit ſignum notarij, quia etiam in inſtrumento non eſt de neceſſitate, * ut per Io. An. in Spec. de inſtr. edi. in fi. & Bart. in l. ad teſtium. §. ſi quis. ff. de teſta. Et hoc tenet indiſtinctè, quando mandatum erat à iudice, ut protocollum leuaretur, aliàs autem dicit ſtandum conſuetudini, quæ etiam in protocollo poteſt facere tale ſignum de ſubſtantia, ſicut in inſtrumento, & pro hac appoſitione ſigni dicit eſſe unum tex. in mundo, uidelicet in l. fi. C. de aſſeſſo. ibi, conſiliarijs, ſignumque ſolitum eſt chartis imponi. ¶ De alijs ſolennitatibus inſtrumenti, ut eſt indictio, locus, & ſimilia, non apparet, ſed in illis Ang. bene loquitur, per ea, quæ allegaui in c. 1. quaſi in fi. ſ. eo. & ita expreſſè not. Io. An. in Spe. de inſtru. edit. §. oſtenſo uerſ. quid ſi imbreuiatura. & oẽs Doctores hic, dicentes, quòd per iſtum notarium ſuppleri non põt defectus ſolennitatis, de quibus in authen. ut præponatur nomen imper. ¶ Sextò quæritur, utrùm iſta decretalis habeat locum, quando illæ notæ ſunt ualde imbreuiaturæ, maximè per dictionem, Etc. ut fit communiter. Et in hoc con
6 ſidera tres caſus. ¶ Primus † eſt, quando imbreuiatura fuit facta ſuper contractu celebrato in ſcriptis, id eſt, in quo exigitur inſtrumentum de neceſſitate, uel ex natura contractus, uel partium conuentione, & tunc nullo modo poteſt extendi per alium notarium, quia etiam per ipſummet tabellionem non

incep. ſubtiliter & eleganter abſoluta eſt præſens conſultatio. verſi. & iſta duæ reſponſiones. cum verſ. ſeq. p. 2. ubi habes quod inſtrumentum exemplatio debet fieri ex iuſta cauſa ab eo cuius intereſt, & ad eius inſtantiam fieri parte citata, iudicis authoritate, & ibi de, an & quando præſumatur ſolenniter facta.

§. Nihil] Adde Fulg. ibi & Alex. in §. cogi. in add.

Neceſſitate] Adde Alex. poſt Bartol. in rubr. ff. in 1. colum. & in l. ita ſtipulatus. §. Gryſogonus & uer. obligat. & ibi. in c. 1. ſ. hoc co. tit.

non poteſt extendi, niſi à principio fuiſſet perfectè ſcriptum, per text. in l. contractus. C. eod. tit. Ita concludunt Hoſt. domi. Anto. Imol. Abb. & Bald. in d. l. contractus. & Ioan. And. in d. uerſi. quid ſi imbreuiatura. & Imo. in l. quicquid aſtringendæ. ff. de uer. obl. licet Ang. aliter dixerit in l. gallus. §. idem credendum. ff. de lib. & poſthu. quem impugnat Imol. ibi. Et propter hoc Bart. ibi, & in d. l. contractus. reprehendit notarios, qui ſcribunt appellationes, uel ſententias cum abbreuiaturis: quia tales ſunt actus, qui in prima forma debent eſſe integraliter ſcripti. Tamen iſti poſſent ſaluari, ubi hoc facerent ex cōſuetudine, per c. cùm dilecti. ſuprà eod. ſecundū Imo. hic. Nec obſt. licet non dicat, q talis conſuetudo uideatur cōtra ſubſtātialia actus. Ergo nulla, iuxta gl. in c. non putamus. de conſuet. in 6. quia quòd appellatio ſcribatur primò integra, eſt potius de ſolennitate, quàm de ſubſtantia, ut per Bart. in l. ſi quis legatum. ff. de falſis. & Bal. in l. 1. §. 1. ff. de eden. circa princ. & in l. ſi poſt. C. de iur. & fac. igno. Et aliud eſt ſolennitas, aliud ſubſtantia, ut not. Inno. in c. quod ſicut. in glo. mag. ſuprà de elect. & declarat Bald. in l. etiam. in 1. col. C. de exec. rei iudic. & in repet. l. 1. in 3. col. C. de ſac. ſanct. eccleſi. Vnde conſuetudo nō poteſt facere, quòd ſententia, quę neque abſoluit, neque condemnat, ſit ſententia: quia illud eſt contra naturam & ſubſtātiam ſententiæ: nec poteſt facere, q appellatio de pari ad parem ualeat, ſed quòd ſcriptura, quæ in iſtis habet interuenire, poſſit per notarium extendi, eſt contra ſolennitatem: & hoc
7 poteſt conſuetudo, d. c. cùm dilectus. ¶ Secundus † caſus eſt, quando imbreuiatura fuit facta imperfectè, adeò q de mente ſcribentis dubitatur, ut quia dixit renunciauit, &c. & eſt materia, in qua bene poteſt dubitari, attento iure communi, uel conſuetudine loci, uel notarij in ſimilibus contractibus: & illo modo poteſt extendi, ſecundū prædictos, & Bart. in l. 2. ad fin. princ. ff. ſol. ma. & aliquid per Imol. in c. fi. in fin. ſ. eod. ¶ Et ſi extenſio fit ſecundū clauſulas conſuetas, poteſt fieri nō habita ſecundo loco authoritate iudicis: quia de ipſis cenſetur tacitè fuiſſe rogatus abbreuians, ut dixi in c. ex literis. in 7. declara-
8 tione, ſuprà eo. ¶ Si † autem de diuerſitate ſtyli, uel clauſularum, erit neceſſaria ſecundo loco authoritas iudicis, ſecundū Hoſti. hic. & Bald. Ang. & Imo. in d. §. idem credendum. & Bal. in rub. C. eod. uerſi. quartò quęro. ¶ Et ſi notarius uno modo ſolebat interpretari abbreuiaturas ſuas, & alio modo interpretatur conſuetudo, præponitur interpretatio notarij, ſecundum Bal. in l. fi. in ult. col. C. de eden. & dom. Ant. in repet. c. fi. ſuprà de conſuet. ¶ Et ſi notarius ipſe nō habebat firmum ſtylum, attenditur ſtylus cōſuetus per ipſum in materia, de qua agitur per alia inſtrumenta leuata ab eo, ſm Bald. Inſtit. de emp. & uendit. §. 1. ad fi. per l. reos. §. cùm in tabulis. ff. de duob. reis. ¶ Et ſi uariabit in eadem materia, attenditur ultimus ſtylus ſuus, ſecundum Bald. & Angel. in d. §. idem credendum. per l. ſi mater. & ibi uide Bal. C. ne de ſtatu. defunct. ¶ Et ſi de ultimo ſtylo non apparet, recurritur ad ſtylum communem, ſecundū Bald. in d. l. 2. in ſi. principij, ff. ſol. mat. ¶ Et in iſtis caſibus dubijs requiritur etiam authoritas iudicis, ut dictum eſt. ¶ Sed ſi de ſtylo eſt certitudo, ſufficiet iudicem ſemel requiſitum fuiſſe, ſecundum do. Ant. & Imo. hic, & Bart. in l. argentarius. in prin. ff. de edē. Et ubi cōtractus eſt totaliter pfectus, licet aliæ clauſulæ ſint inchoatæ etiam ſine dictione, Etc. poteſt inſtrumentum leuari apponendo ſolita, ſecundum do. Card. hic dicentem, ſe conſuluiſſe, quòd ualeret leuatio unius protocolli, in quo dicebatur, Petrus dedit tale prædium pro centum, & promiſit: & non erat ibi aliud, nec dictio, Etc. quia intelligitur promiſiſſe conſueta. Secus, ſi contractus non fuiſſet totaliter ſcriptus, ſecundum ipſum, qui per hoc tentat Bart. in l. ſi is, qui.
9 ff. de teſta. ¶ Tertius † caſus eſt, quando imbreuiatura nullo modo eſt interpretabilis, niſi abſque mera diuinatione: & tūc debet transſcribi ad literam, prout iacet, ſecundum Io. An. & alios hic, & Bald. in rub. ſ. eo. uer. & hoc apparet, q in protocollo. & Arch. in c. iudicet. 3. q. 8. & Bar. in l. ſi is, qui. uer. quero quando dicatur. ff. de teſt. & Arc. in c. iudicet. 3. q. 7. ¶ Et ſi notarius adderet de capite ſuo, uitiaretur inſtrumentum in illo addito ſolùm, ſecundum Bald. in d. rubri. per l. ſi ex falſis. C. de tranſactio. Si autem de interpretatione iudicis extenderetur, ualeret actus, ſecundum Bart. in d. §. idem credendum niſi appellaretur, ſecundum do. Anton. hic. ¶ Et ubi propter magnam obſcuritatem nihil elici poteſt ex imbreuiatura, habebit ille, cuius intereſt, regreſſum contra hæredes notarij, ut latè per Io. An. in d. uerſic. quid ſi imbreuiatura. Quibus non exiſtentibus ſoluēdo compelleſt teſtes, qui de cōtractu ſciunt, ut dicant de contractu, & fiat inſtrumentum ſecundum formā c. ſignificauit. ſuprà de teſti. Item, ſi in imbreuiatura diceretur Caſſum & cancellatum de uoluntate partium, hoc non nocet parti inſtanti ad publicationem, ut diffuſè per Ioan. An. in
10 d. uer. quid ſi. ¶ Septimo † quæritur,
a quæ [a] poſſunt ſubintelligi per dictionem Etc. poſitam in protocollo: & in hoc dicas, q ſi alijs protocollis & inſtrumentis apparere poſſet, quid eſſet conſuetus ponere ille abbreuians, ubi poſuit, Etc. tunc illa omnia poterunt apponi: quo non apparente extendi poſſunt ſolum ſubſtantialia contractus, non autem accidentalia. Ita docuit Do. in
* d. §. idem credēdum, * & ſequitur ibi Bar. & Imo. & ideo in contractu mutui, uel depoſiti ſub dictione Etc. non comprehendetur receptum guarentigiæ habens à ſtatuto executionē paratam: quia eſt accidentale, non eſſentiale, ſm Imo. ibi, qui etiam infert, q ſi notarius ſcripſit teſtamentum, & dixit hanc ſuam ultimam uoluntatē, &c. non poterunt extendi uerba derogatoria præcedentis teſtamenti: quia nō ſunt de eſſentia, ſed de derogatione debet clarè conſtare, l. ſi quis in principio teſtamenti. ff. de leg. 3. Bald. tamen ibi dixit in hoc tacendū: quia quæſtio erat in facto, & fortè conſiderauit, q imo clauſula derogatoria erat de eſſentia: quia ſine ipſa teſtamentum non tenebat. Valeret etiam conſuetudo, q ſub dictione Etc. intelligātur aliqua accidētalia conſueta apponi, ut eleganter per Io. An. de inſtru. ed. §. inſtrumentum. uer. quid ſi a cōtrahentib. quē retuli in d. c. ex literis. in 7. declaratione. Et ita not. Bald. in authen. ſi quis in aliquo. in fin. C. de eden. Et iſtis adde Bald. in l. hac conſultiſſima in princ. C. de teſta. ubi dicit, q natura huius dictionis, Etc. eſt ampliare, uel roborare. Vnde ſi diceretur in inſtrumento, præſentibus talibus teſtibus, &c. ex interpretatione huius breuiloque locutionis præſumerentur teſtes eſſe rogati. Et uide dō. Ant. & Imo. in c. ſignificante. in notabilibus, ſuprà de reſcr. ubi dicunt per illum text. q ſub iſta dictione comprehenduntur uirtualiter ea, quæ ſunt de natura ſubiectæ materiæ: & idem dicit dom. Ant. in c. ex multa. in 1. col. infrà de uoto. Et ubi refertur alia diſpoſitio pro parte, & poſtea dicitur, Etc. cōprehenduntur ſequentia in illo relato, ut per gloſſ. & do. Ab. in c. eſtote. infrà de reg. iur. & dom.
11 Ant. in c. j. in ult. col. ſ. de prob. ¶ Si aūt † eſſet dictio, Etc. extenſè, dic, q importat idē, quod dictio Et alia, uel Reliqua, ut per gl. 1. & Dom. in c. deinde. 27. diſt. & glo. 2. in c.
12 & ſi illa 1. q. 7. ¶ Octauo † quæritur, utrùm prohibitus conficere inſtrumēta poſſit proprias rogationes & imbreuiaturas non leuatas extendere? & in hoc dic, quòd ſic, ſecundum gloſſ. in cap. accuſatus. §. ad conſcribendas in uerbo, ad præmiſſa de hæret. in 6. & Specul. titul. de ſtat. mo. §. t. uer. 27. & Barto. in l. 1. §. ſi penes. ff. de tab. exhiben. & Bald. in l. 2. in fin. C. de ſent. & interl. om. iud. & in l. neque. C. de oper. lib. & Ange. in l. prætor. §. is etiam. ff. de edē. & Bald. in l. 1. C. de teſt. et Floria. in l. 2. circa fi. ff. de fide inſtr. & Bald. in l. ad teſtium. §. cōditionē. ff. de teſta. & Cal. in tit. de magiſtris cōſ. 2. & Sali. in l. ſi qs decurio. in j. col. C. de falſis. Sed nō dicunt iſti, an in caſu huius decr. ubi requiritur notarius ad leuandas iſtas notas, poſſit rogari notarius priuatus officio tabellionatus, sed loquuntur

a *Quæ] Adde, q iſta opinio Felini nō eſt uera, quā & antea tenuit Bar. in l. argētarius. in j. col. in uerſ. itē no. ff. de edē. ubi dixit, q ſi tabellio ponit ī abbreuiaturis dictionē Etc. quod intelligitur, quod in charta debet, uel ſolet apponi. Adde quòd cōtter tenetur cōtra Bart. q nullus tabellio pōt ſupplere, quātum poſita ſit dictio. Etc. quia pſumitur, q alius notarius, tanquā nō informatº, non pōt talē abbreuiaturā extēdere, ſed ſpectat ad iudicē, uel ex cōmiſſione uel mādato iudicis quia nemo, ſi hæres, pōt declarare mētē defuncti. gl. 3 l. Pōponius ſcribit, ſi frumētū in prin. ff. de rei uēd. Not. Bar. et alij in l. inter ſtipulantem in priñ. ff. de uerb. obl. Ita tenēt Bar. Bal. et Ang. et Mod. in l. Gallus §. idē credendū. ff. de lib. & poſthu. do. Ant. & alij in iſto text.*

* *Idem credēdū] Addē ibi Alex. latiſſime in 1. col. cū ſ ſeq. & in l. quę quid aſtringenda. ubi etiā per Ang. de uerb. oblig. & in l. ſi duo. §. ſi quis iurauerit. de iureiur. & in l. argentarius. in prin. & in §. ſi initium de eden. Soci. conſ. 94. incip. præſtantiſſimi. uerſic. præterea. Sed nunquid notarius publicans protocollū notarij mortui habens uerbum, &c. poſſit addere clauſulam, quod uenditor conſtituit ſe poſſidere nomine emptoris, uide Alexand. conſil. 28. incip. Viſo & prehabito. num. 1. uol. 2.*

de extendente propriam rogationem: & in hoc non cogitaui,
13 ſed fortè eſt idem. ¶ Nonò † quęritur, cui debetur ſalarium,
an hęredi defuncti notarij, an illi leuanti? & reſpondet Bald.
hic, q pro prima ſcriptura habebit hæres, pro ſecunda uerò
notarius tranſcribens. Allegat l. argentarius. in princip. ff. de
eden. & c. 1. & ibi Innoc. j. de ſymo. & quia labor & pecunia
recipiunt diuiſionem, l. Scio amico, ff. de annuis leg. Et iuxta
hoc dicunt Bart. & Ang. in d. l. argentarius. in princ. q ſi idem
tabellio, qui fuit rogatus, leuat inſtrumentum, debetur ei duplex
ſalarium, per l. fin. C. de præp. agen. in reb. lib. 12. Quã
autem actione agat notarius ꝓ ſalario, & quomodo ſibi taxetur,
uide Innoc. & quod ibi dixi in d. c. 1. An autem, quod percipitur
ex protocollo, dicatur fructus, uide Bar. & omnes in l.
diuortio. §. ſi uir. ff. ſolut. mat. & Bald. in l. j. C. de fruc. & litium
expen. & dicitur, q non: quia non dicitur fructus ille, qui non
14 renaſcitur, d. §. ſi uir. ubi latiùs per eos. ¶ Decimò † quęritur
intrando gloſ. Innoc. quis poſſit creare tabelliones? & omiſſis
uarietatibus Doctorum dic, q de Papa, imperatore, uel de habentibus
poteſtatem ab eis, & de alijs nõ recognoſcentibus ſuperiorem,
clarum eſt, q poſſunt, * ſecundum Innoc. & omnes
hic. Item dic de conſuetudine, per c. cum dilectus. ĩ. eo. Sed de ſtatuto an poſſit quẽ
facere tabellionem, dicit hic Innoc. q non;
quia, quòd credatur pelli mortuæ, eſt probatio
miraculoſa, & ſupra ius naturale. Vnde concedere
hanc exorbitantem poteſtatem non eſt permiſſum inferiori. Nec mirum,
ſi conſuetudo poteſt: quia in ea interuenit conſenſus principis,
ſecundum eum dicentem, neque ex pacto partium dari
poſſe hanc poteſtatem, ſicut reſtituere famę, legitimare & ſimilia non competunt inferiori: & illud de
pacto partium tactum fuit in c. 2. ĩ. eo. ¶ Sed Hoſt. Ioan. And.
Anton. & Imol. hic tenent contrarium in ſtatuto: quia non eſt
uerum, q in conſuetudine debeat interuenire conſenſus principis,
ut no. glo. in c. leges. 4. diſt. & ibi Domi. dicens poſt alios
ſufficere tacitum conſenſum, qui concurrit ex eo, quòd lex
approbat conſuetudinem rationabilem cõtra ius: quod etiam
poteſt dici in ſtatuto, per l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. Et
dicit Hoſt. q hoc poteſt conſuetudo: quia concurrit conſenſus
plurium, quæ non habet locum in ſtatuto uniuerſitatis: &
ideo ita poterit tale ſtatutum, ſicut conſuetudo. Secus dicit in
ſtatuto unius perſonę. Negant etiam prędicti poteſtatem tabellionis
eſſe contra ius: imò ſecundum iura uolentia inſtrumento
tabellionis fidem adhiberi. Et cum iſtis dictis diſtinguendo
inter ſtatutum ciuitatis & unius perſonæ tranſit Spe.
in titul. de inſtr. edi. §. reſtat. uerſicul. ſed quis poteſt facere. &
do. Ant. dicens, hanc eſſe communem * in c. per uenerabilem,
in ult. char. j. qui filij ſint legit. Sed q ſtatutum poſſit, tenet
Bald. in c. cùm dilectus. ĩ. eod. & l. reſcripta. C. de prec. imper.
offer. & in l. inſtrumenta. in ult. col. C. de probat. & in tractatu
ſuo de tabellionibus in 1. & 2. q. & in rubrica ĩ. de conſue. &
in l. cunctos. in lectura, uer. ulteriùs quęritur circa ſtatuta. C.
de ſum. trinit. & Bart. in l. j. ff. de offic. proconſ. & leg. & tamen
non exprimitur in iſtis locis de ſtatuto ſingularis perſonæ,
ſed uniuerſitatis. ¶ Sed domin. Card. hic ſolenniter loquens,
dicit nullam eſſe differentiam in hoc inter ſtatutum & conſuetudinem,
quia in ſecularibus utrunque ualet, d. l. omnes
populi. Vnde dicit ſe putare, quòd rector uniuerſitatis laicorum
poſſit facere ſtatutum de tabellionibus pro ſe creandis.
Sufficit enim, quòd non reperitur prohibitum, & negat rationem
Innoc. q ſit cõtra iura, quia non repugnat iuri naturali,
ſed ſolum iuri poſitiuo, cùm probationes, quantum ad efficaciam
& formam, ſint de iure poſitiuo, ut in duob. titulis præcedentibus,
& in iſto. Sed contra ius poſitiuum ualent ſtatuta inferioris
magiſtratus ſecundum ius ciuile, d. l. omnes populi.
Et ſi repugnarent iſta iuri naturali, non eſſent permiſſa principi,
per no. in c. quæ in eccleſiarum. ĩ. de conſt. & in l. fin. C. ſi
contra ius, uel uti. publ. ſed ſunt præter ius naturale, & qui
non põt ſtatuere contra, poteſt ſtatuere præter, ſecundum do.
Car. & Inno. in c. ex tuæ. j. de cle. non reſi. & facit gl. in uerbo,
tolli. in cle. ne Romani. de elect. & pro hoc c. cùm dilectus. ĩ.
eo. ubi conſuetudo operatur, q perſona priuata faciat ſcripturam
authenticam, & nulla ſubeſt rõ, quare non ſit idem in ſtatuto,
ſm eum, & dicit facere no. in c. Romana. §. ne clericos.

Quod poſſunt] *Adde Alexã. in l. nec ei. §. 1. ff. de adopt. & in l. 1. §. ju. de uerb. oblig. Ioan. de Lign. in tract. de ſentent. excom. char. 2. uerſ. ſecundo dicebam. & Ulde. conſil. 75. incipi. quis poſſit creare notarium.*

de ſo. comp. in 6. Idem tenet hic do. Ab. dicens hoc poſſe magiſtratus,
ſeu dños iuriſdictionem habentes, imò refert Spe. in d.
uerſic. ſed quis põt ſentire, q prælati in eorum iuriſdictione,
ſeu ſpiritualibus pertinentibus ad eos, põt tabelliones creare,
& facit, ſecũdum ipſum, c. quoniam. ĩ. de probatio. & c. abbate.
& quod ibi not. de re iudi. in 6. Et idem de ſtatuto inferioris,
et non uniuerſitatis, firmat Pet. de Anch. in cle. 1. in 10. not. de
exceſ. prel. allegando Hoſtié. in ſumma huius titul. §. quæ ſunt
ſub. §. clericis. uer. cum igitur. Idem tenet Bart. in l. nec ei. §. 1.
ff. de adop. qa eius eſt creatio, cuius eſt remotio, §. 1. in authé.
de armis. & §. pen. in authé. de tabel. Sed inferior magiſtratus
põt priuare tabellionatu ex cã, l. iubemus. §. his tabellio. C. de
ſac. ſan. eccl. Ergo, &c. Imò faciliùs permittitur creatio, quam
exauthoratio. Patet ex c. Felix. & c. ſi autẽ. 15. q. 7. Et ex quo
princeps ſibi non reſeruat, tacite conceſſit inferiori, arg. cap.
ſuper. j. de ſen. exc. Et multas aliàs rationes adducit Io. An.
idem tenens in d. uer. ſed quis poſſit. & iſtud uerſus. Et illis
adde, quòd qui poteſt creare tabellionem, poteſt creare hominem
etiam ſibi non ſubditum, ſecundum Bald. in l. cùm
quædam. in prin. propter gloſſ. ibi, ff. de iuriſd. omnium iud. &
latiùs do. Ant. in d. c. per uenerabilem. in pe. char. Et ſimiliter
ſibi ſubiectos põt creare tabelliones extra ſuum territorium,
per ea quæ de actibus uoluntariæ iuriſdictionis latè ponit
Bal. in l. 2. ff. de offi. pconſ. & leg. & in l. emancipari. ff. de adop.
15 ubi idem dicit de legitimatione. ¶ Vndecimò † quęritur,
utrùm habentes à principe poteſtatem creandi tabelliones
poſſint eam alteri committere? & dicitur, q non: quia ea, quę
ſunt uoluntariæ iuriſdictionis, non poſſunt alteri delegari, ut
eſt gl. in l. ab ea parte. ff. de proba. per quam ita tenet Bald. in
l. geſta. in 1. col. C. de re iud. & in l. 3. poſt medium, C. quando
prouoc. non eſt nc. & ĩ. in rubric. de offic. deleg. & facit, quod
ipſe not. in c. fin. in fin. ĩ. de offic. deleg. ubi dicit, quòd facultas
non poteſt alij alteri delegari: facit etiam quod no. Bart. in l.
& quia. ff. de iuriſd. omnium iud. & latiùs Pet. de Anc. in cle. j.
in 3. opp. de offi. deleg. ubi dicunt, q habens nudum articulum
non iuriſdictionalẽ expedire, non poteſt hoc alteri delegare:
16 & eſt text. in d. c. ult. §. fi. de offic. deleg. ¶ Duodecimò † quæritur,
utrum inſtrumenta facta in loco ſubiecto creanti tabellionem
probent ubique? & dicendum eſt, q ſic, ſecundum
omnes Docto. hic, et hoc à quocunque ſit
creatus tabellio. Idem Rota in formis, * deciſio. 291. incip. inſtrumenta confecta. &
Bar. in l. j. C. de emanci. lib. & Bal. in c. cùm
dilectus. circa princ. ĩ. eo. & in d. l. cunctos.
in penul. char. uer. nunc quæro circa hoc. &
do. Ant. in c. per uenerabilem. in pe. char. j. qui filij ſint legiti.
& Domi. in cap. Romana. §. fi. de ſo. compe. in 6. & Pe. de Anch.
in repe. c. 1. in 25. char. uerſic. uenio ad tertium. ff. de conſti. &
Bar. in l. nec ei. §. 1. ff. de adop. ¶ Et nõ dicitur in dictis locis,
quòd probent ſolùm inter homines loci, in quo ſunt cõfecta,
ſi alibi agant: ſed loquuntur ſimpliciter, & ſentiunt, q probẽt
contra quoſcunque, ex quo eorum origo eſt iuridica, & habet
authoritatem & principium cum omni neceſſaria ſolennitate
approbata à iure communi: Vnde ius probationis ortum à
principio, non tollitur mutatione loci, ſecundum Bald. in d. l.
cunctos. & ita credo. Bene uerum eſt, q ubi aliqua ſcriptura
ſortitur uirtutem ſolùm à ſpeciali conſuetudine unius loci,
licet illa ſcriptura probet inter ſubditos illius loci, ubicunque
ſint, non tamen inter alios non ſubditos: quia conſuetudo nõ
extenditur ad alios, ut per Bartol. quem ſic intelligo in d. l.
17 exemplo in 2. col. ¶ Decimotertiò † quæritur, utrũ tabellio
imperialis conficere poſſit inſtrumenta in terris eccleſiæ, &
econtrà Apoſtolicus in terris imperij? & in hoc do. Anto. do.
Ab. & Hoſt. & do. Ant. in c. ſicut. j. ne cle. uel mona. tenent, q
non, per notata in c. per uenerabilem. j. qui filij ſint legi. ubi
ſic dicitur de legitimatione. Sed contrarium tenet Inc. Imol.
& do. Ant. in d. c. per uenerabilem. & Bal. in tractatu ſuo de tabellionibus,
in 6. queſt. & Bartol. in l. apud proconſulem. ff. de
manumiſ. uindic. & Dominic. in d. §. fin. & Bald. in concluſionibus
Specul. in illo titul. in 4. colum. & domin. Abba. latè in
d. c. ſicut. Ita refert tenere ibi Gaſparem Cald. Petr. de Anch.
& domi. Card. Et idem ſatis uult domin. Abba. hic, dum dicit,
quòd illi non poſſunt, niſi conſentientibus partibus. Et ita
etiam ſentiunt prædicti. Mouentur: quia illi ſunt actus uoluntarię
iuriſdictionis, & poteſtas notarij eſt prorogabilis, & agitur
ſolùm de pręiudicio ipſorum rogantiũ, ut in §. 1. in authé.
de

In formis] *Adde quod eſt deciſ. 53 iubent. de ſiauſfro mem. in non.*

De tabellio] Ad de Angel. ibi. & Bald. in Margar. in uer. notarius perſic. 15. in fi.

de tabellio. * & ita ſe habet conſuetudo, quæ in talib. multa ſuſtentat, c. cùm dilectus. ſ. eo. Secus eſt autē in legitimatione, quia interdum fit ſine conſenſu eorū, quos tangit, ut per Bartol. in l. gallus. §. & quid ſi tantùm. ff. de lib. & poſthu. & uide, quod di
18 cetur ſ. q. ult. ¶ Quartodecimò † quæritur, utrùm tabellio creatus à conſuetudine, uel ſtatuto uniuerſitatis, uel rectoris certi territorij, poſſit conficere inſtrumenta inter ſubditos illius loci extra territorium? & dic, quòd ſic, ſecundum Bald. in c. cùm dilectus. circa princip. ſ. eod. & in d. l. cunctos. & do. Ab. in d. c. ſicut, & Petr. de Ancha. in d. repet. c. 1. quia hoc eſt officium, cui non eſt annexa iuriſdictio, nec eſt eius poteſtas inter ſubditos limitata territorio, per l. quæro. ff. de ſol. Et dicit Bar. in d. l. cunctos. hoc tenendum, ſalua ſubſtantia ueritatis, licet do. Ab. hic aliter dicat, quia, ſecundum ipſum alibi non eſt publica perſona, ſed poteſt, quo ad illos, cenſeri publica. Et idem, ſi ſtando in territorio conficeret inſtrumentum inter non ſubditos creanti, quia efficiuntur ſubditi ſaltem ratione contractus, c. fi. ſ. de foro compe. ſecundum do. Anto. in d. c. per uenerabilē. & do. Ab. hic. ¶ Quintodecimò & ultimò quæritur, utrùm tabellio, de quo proximè dictum eſt, poſſit conficere inſtrumentū inter non ſubditos extra territorium? & uideretur, ꝙ ſic, quia de conſenſu partiū poteſt prorogari poteſtas tabellionis, ut ſ. q. 13. & notat do. Abb. in d. c. ſicut. in antepe. col. & Bald. in lege repetita. ad fi. C. de epiſco. & cle. & gl. in §. pen. in authen. de tabellio. & Bald. in l. iubemus. §. ſanè. C. de ſacroſan. eccle. & ita etiam no. Specul. in d. §. reſtat. uer. quid de his. ¶ Contrarium tenet Ioan. And. ibi, & Imol. hic. & Domi. in d. c. Romana. & Bald. in Spec. in iſto titul. in 4. col. & Bar. in l. apud proconſulem. ff. de manumiſ. uindic. & dominus Anto. in d. c. per uenerabilem. & Bar. in d. l. nec ci. §. 1. Et fuit opi. Guil. de Cug. in leg. repetita. C. de epiſco. & cler. Et quòd poteſtas iſtorum ideo ſit prorogabilis, tenet Bald. in leg. 1. in fi. ff. de iudi. & dominus Abb. hic per d. c. Romana. §. penul. Et quia talis innititur authoritate creantis, & non poteſt plus, quàm ille, extra metas ſibi conceſſas exercere officium, & ad iura loquentia de prorogatione, loquuntur de habente iuriſdictionem, quæ prorogari poteſt, illud uerò eſt nudum officiū, d. c. ſicut. Imò dixit Bald. in l. 1. in 3. col. C. ne filius pro patre. quòd ſi ſtatutum dicit, ꝙ cōtra inſtrumentum nulla exceptio, quamuis peremptoria, poſſit opponi, tamen poteſt opponi, ꝙ notarius confecit extra territorium, in quo fuit creatus. ¶ Et per hæc paſſus eſt dubius: ſed iſta ſecūda pars eſt uerior. Prima aūt ſaluari poteſt, ubi conſuetudo aliud dictaret, d. c. cùm dilectus. Item poteſt ſaluari in notarijs, qui ſunt iudices chartularij, qui ſunt maioris prærogatiuæ, quàm alij, ut per domi. Anto. in c. 1. in pen. char. ſ. eo. & gl. & Bar. in l. fi. C. ubi & apud quem. & do. Ab. in c. ſicut. de probat. & poteſtas talium poteſt prorogari, ſecundum gl. & Bart. in l. 1. ff. de iudi. & Ang. in l. Seius. C. de do. Non obſt. dicta in 13. q. quia ratio ſpecialitatis eſt fortè in notarijs Papalibus & imperialibus propter maiorem dignitatem: & ita expreſsè ſentit Rota d. deciſ. incip. Inſtrumenta. & Domin. in d. c. Romana. Vel dici poteſt, ꝙ illa non procedunt, niſi ex conſuetudine, ſi teneremus, ꝙ officium tabellionis non ſit prorogabile: in quo ſunt opiniones, ut eſt dictum. ¶ Vltimò not. duo. Primò, ꝙ pars poteſt dictare inſtrumentum conficiendum à notario, ſecundum dom. Card. & do. Ab. hic per c. cùm redemptor. in uerbo, dictauimus. 12. q. 2. Secundò not. ꝙ quando protocollum ſeu originale eſt ſuſpectum, licet ſumptum ex eo ſit clarum & legibile, non poteſt peti miſsio in poſſeſsionem ex beneficio legis, edicto. C. de edic. diui. quæ requirit inſtrumentum purum & in nullo ſuſpectum. Ita Bald. in conſil. incip. In quæſtione, Meneti, Laurentij. Crederem tamen, ꝙ ſi probarēt, caducitatem, uel corruptionem originalis ſuperueniſſe poſt exemplationem, ſuſtentaretur inſtrumentum.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura quælibet faciens ad inſtructionem alicuius cauſæ poteſt peti exemplari.*
2 *Delegatus ad cauſam non poteſt interponere authoritatem inſtrumento exemplando, niſi ſpecialiter ad hoc ſit delegatus, licet tale inſtrumentum ſpectet ad cauſam.*
3 *Exēplatio inſtrumentorū corā quibus iudicibus fieri pōt. Adde nu. 4.*
4 *Exemplatio inſtrumentorum debet fieri authoritate iudicis, alias nō ualet. Fallit primò, niſi partes conſentiant, quòd notarius publicet. Poſt nu. 4. uerſ. regula autem iſtius text.*
5 *Exemplum ſumptum per eundem notarium ab inſtrumento, quod ipſe confecit, facit fidem, ſicut inſtrumentum originale.*
6 *Iudex, cuius authoritate inſtrumentum exemplatur, debet citare partē cuius intereſt. Iſta regula patitur fallētias, ut nu. 7. 8. 9. 10. 11.*
11 *Exemplans inſtrumentum debet eſſe notarius.*
13 *Exemplum inſtrumenti ſolenniter ſumptum eandem uim habet, ſicut originale. Hæc regula limitatur, ut hic, & habet fallentias. Et de hac regula tractat uſque ad finem c.*

CAPITVLVM XVI.

SI INSTRVMENTA. ¶ Inſtrumentum exemplatum per notarium authoritate ordinarij eā
1 dem uim habet cum originali. ¶ Not. † primò ibi, inſtrumenta ſecundum Innoc. & domi. Ab. iuncta l. 1. ff. de fide inſtru. ubi inſtrumentum dicitur, ꝙ inſtruit cauſam, ꝙ omnis ſcriptura faciēs ad inſtructionē alicui' cauſę pōt peti exēplari: & idē ē ſm Hoſt. de ni probatione porrigēte ſufficiēs documentū, & ubi ē timor amittēdæ ꝓbationis: & ſic, ētſi ſint dicta teſtiū, per c. Albericus. ſ. de teſti. facit l. Aquilia ſi deletū. ff. ad l. Aquiliā. ¶ Et iuxta hoc tāgūt ēt latiſſimè Inn. do. Car. do. Ant. & alij hic, de publicatione teſtamēti, quā ſit neceſſaria? & ueritas eſt, ꝙ ſi eſt teſtamētū nūcupatiuū, id eſt, ꝓlatū à teſtatore in ꝓſentia notarij & teſtiū, iuxta l. hac cōſultiſſima. C. q teſt. face. poſ. & iſtud nō indiget publicatiōe, ſi poſtea ſcribit̃ ꝑ tabellionē cū ſolēnitatib' debitis: alias indiget publicatione, adeo ꝙ ſi ante publicationē teſtes morerent, nō probaret, l. ſi unus. C. de teſta. niſi de ipſa ſcriptura fuiſſet facta mētio ꝑ teſtatorē notario faciē do cū rogatū, ꝙ illa erat ſua ultima uolūtas. ut hic per do. Ab. poſt alios, & ꝑ Bar. in l. 1. §. ſi qs neget. in 1. col. ff. quemad. teſta. aper. & latius in l. 2. in prin. eo. tit. & aliquid in l. conficiuntur. ad fi. prin. ff. de iure codi. & in l. 2. per illū tex. C. quemad. teſta. aper. & in l. publicati. & ibi Bald. & Paul. de Caſt. C. de teſta. & plenè Bald. in authen. ſi quis in aliquo. in antepen. col. C. de eden. & rubr. C. de fid. inſtrum. in penult. col. & Hoſt. in iſto tit. §. ſi. uerſ. & ſi teſtamentum. & latiſſime, quo ad practicā in Spe. de inſtru. edi. §. oſtenſo. uer. & no. ꝙ teſtamentū. uſq; ad
2 fin. §. ¶ Not. † ſecundò ibi, ordinario, uel delegato ab eo ſpecialiter. quia ex hoc uerbo Specialiter, infertur, ſecūdum Ioā. And. & alios hic, ꝙ delegatus deputatus ad cauſam non præſtat authoritatem huic exemplationi, etiamſi inſtrumentum faciat ad cauſam illam, ſed oportet ut ſpecialiter ad hoc deputetur: quod dicit do. Abb. eſſe notandum. Sed dicit do. Car. ꝙ iſtud cōmuniter non ſeruatur, & ꝙ imò delegati faciunt ſcribi delegationē, & mandāt adhiberi perpetuā fidem, ut per gl. & Doc. in c. cùm in iure. ſ. de offi. dele. ſed dicit, ꝙ illud ualet propter authoritatē iudiciariā: item, quia acta faciunt fidē, c. cùm in iure. ubi gl. & c. quā. ſ. de proba. & c. cauſam. ſ. de teſti. & per
3 Inno. in c. fi. ſ. de proba. ¶ Poteſt † aūt exemplatio fieri coram eccleſiaſtico, nedum inter clericos, ſed inter laicos, nō ſolùm pro rebus eccleſiaſticis, ſed etiam mere temporalibus, ſi ſunt in terris eccleſiæ: ſi aūt in terris imperij, merè temporalia exēplabuntur coram ſeculari: alia aūt pia corā eccleſiaſtico, etiā ſi eſſet teſtamentū non in piā cauſam: qa intereſt eccleſiaſtici, ꝙ teſtamenta adimpleantur, ſecundum Inno. Hoſt. & expreſſiùs do. Ant. & Imo. hic: pro quibus in eo, ꝙ dicunt de teſtamento, facit quod habetur, per Hoſt. & alios in c. Ioannes. ſ. de teſta. ubi dicitur, eccleſiaſticū eſſe cōpetentem pro executione quorumcunq; teſtamentorū: & dicit Imol. in c. relatum. el 1. in 2. col. eo. tit. ſe conſuluiſſe, ꝙ contra laicum poteſt agi coram eccleſiaſtico pro relicto ad pias cauſas. Et illud de teſtamento cō
* muniter * tenetur, licet aliud dixerit do. Abb. hic, & gloſſ. 2.
4 Hoſt. do. Ant. & Imol. in c. ſi hæredes. ſ. de teſta. ¶ Et † appellatione ordinarij eccleſiaſtici intelligi poteſt etiam de uicario epiſcopi, cū habeat ordinariam, ut no. gloſ. in c. 2. de offic. ord. in 6. & Inno. in c. Romana. de offic. ord. eod. lib. & gl. & Domi. qui hoc limitat in c. perlectis. 25. diſt. cum concord. Secus in uicario foraneo, ſecundum domin. Abb. hic propter gloſſ. in clemen. 2. in uerb. foraneo. de reſcript. ¶ Regula autem iſtius
* text. quod requiratur authoritas iudicis, * fallit primò, niſi ipſæ partes conſentiant, quòd notarius publicet, ſecundum Ioan. And. domi. Ant. & expreſſius Imol. hic, &

Iudicis] Ad de Quod ſi inſtrumentum publicū ſit exemplatum, per plures tabelliones aſſeruntaſſe, uidiſſe

uidiſſe & auſcultaſſe inſtrumentũ non abolitum, non cancellatum, & ſe uidiſſe ac cognouiſſe literam talis notarij, & hoc parte non citata & ſine iudicis authoritate, an fidem faciat & ei credatur, dic quod non, ut per Socin. in conſilio 221. incip. cum in præſenti conſultatione, uerſ. ſed non obſtan. cor. med. in uerſ. ſeq. in 2. par. Sed quid de inſtrumentis ſumptis ex alijs inſtrumentis parte non citata, ubi etiam non conſtat de notariatu illorum qui dicta exempla ſumpſerunt, et ſcripſerunt, an in antiquiſſimis faciant probationem. & ſit eis fides adhibenda, ut de eund. Socin. in conſilio 187. incip. in cõtrouerſia quæ uertitur. in 2. par.

Bart. in authen. ſi quis in aliquo. in 2. colũ.
C. de eden. & do. Ant. & Imol. in c. 1. in ult.
char. ſ. eo. & Bald. in l. 2. ff. de fide inſtru. &
do. Abb. in c. Albericus. in penult. col. uer.
aduerte tamen. ſ. de teſti. ubi ita dicit limi
tari illum text. quia, ut dicit hic Imol. ex
quo per notarium exemplatur, & de hoc
rogatur coram teſtibus, tale inſtrumẽtum
habens ſolennitates debitas, etiam ſine au
thoritate iudicis debet ualere. Et illa decretalis
intelligatur, quando de uoluntate
unius partis tantùm ſcriptura exemplatur
per tabellionem. Et idem firmat domi.
Car. in d. c. Albericus. in fi. dicens, ſe in pluribus
contractibus feciſſe extendi procuratoria
& delegationes de conſenſu partiũ
ſcribendo, q partes rogauerunt de hoc uolentes
perpetuò credi: & tunc ualet etiam
ſine hac ſolennitate: quòd dicit eſſe utile.
¶ Et ſi diceretur, talis notarius non fuit
rogatus de contentis in inſtrumento, ergo
de hoc non põt facere tale inſtrumentum,
q ualeat, per doctrinam Innoc. in c. quoniam.
contra. ſ. de probat. reſpondetur de
mente Imol. hic, & per Innoc. q ſi partes
confiteantur uera eſſe, quæ continentur in
illo inſtrumento, tunc illud exemplarium
faciat fidem, tanquam confeſſio & pactum
plenè probans inter ipſas partes, per l. opti
5 mam. C. de contrah. ſtip. ¶ Fallit † ſecũdò,
niſi exemplum ſumatur ab eo, qui ſcripſit
originale: quia probat ſine authoritate iudicis,
ſecundum Bar. Bal. & Sali. in authen.
ſi quis in aliquo. C. de eden qui ad hoc inducunt
l. ſi quis. §. prohibet. ff. de edendo.
& eſt bonus text. in l. unum teſtamentum.
& ibi gloſ. & Bald. ff. de teſta. & text. in c. dudum. ĩ. de conuer.
coniug. & idem tenet Spec. de inſtr. edi. §. poſtquam. uerſic. 1.
& Bald. in l. 2. in 9. q. C. de teſta. & in l. noſtram. eo. tit. ubi pro
hoc allegat no. per Bar. in l. Sempronius. ff. de leg. 2. Et idem
no. Bar. in l. in fraudẽ. §. nequæ. ff. de iure fiſci. & in l. ſi quis. §.
prætor. & ibi etiam Ang. ff. de edẽ. & do. Ant. in c. 1. in ultima
char. ſ. eo. & do. Car. & do. Ab. in d. c. Albericus. & Bald. in l. 2.
ff. de fide inſtrum. niſi contractus requireret ſcripturam, quia
tũc in prima ſcriptura ſtat ſubſtantia: & niſi probaretur illam
eſſe deperditam, exemplum manu eiuſdem notarij non faciet
fidem, ſecundum Bald. in rub. C. eod. titul. & ſequitur Ro. in l.
ſciendum. ff. de uerb. obligat. dicens ita poſſe intelligi text. &
Bart. in l. j. § ſi quis in duobus. ff. de bon. poſſ. ſecundum tab. &
pro hoc etiam inducit text. in §. illud. in authen. de tabellio.
¶ Fallit etiam dicta regula in alijs caſibus, in quibus exemplum
abſque illa ſolẽnitate probat: de quibus ĩ. in ult. notab.
6 ¶ Debet † autem iudex authoritatem interpoſiturus huic
exemplationi facere partem citari, ſecundum Innocent. &
* omnes * hic, & Bart. in d. authen. ſi quis in aliquo. cum multis
alijs, quos pertinenter allegaui in d. c. Albericus. & dicit ibi
do. Car. q per hoc reprobantur inſinuationes inſtrumentorũ,
quæ quotidie fiunt parte non citata: & dicit ſe uidiſſe multos
in hoc errare: & dicit do. Car. hic, tu redargues multa exemplaria
diebus tuis: q generaliter ſiue inſtrumentum ſit exem
plandum, ſiue ſcriptura ſit ſumenda de archiuo, & quomodocunque
fiat exemplatio ſcripturæ, ſemper ſunt uocandi, quorũ
intereſt, aliàs nullam fidem facit, ſecundum ipſum. Et adde, q
ſi per ſeculare citandus eſt clericus, iudex hortari eum faciet
ut compareat, & per hoc induceet ſcientiam exemplationis,
ſecundum Bal. hic, uel fiet citatio monitoria, ſed non arctatoria:
putà, ſi ſua putauerit intereſſe, ſecũdum Bal. in l. teſtamenta.
C. de teſta. & Pet. de Anc. in regula, ex quæ. in c 6. q. de reg.
iur. in 6. & Ang. in l. j. §. hæc ſtipulatio. ff. ſi cui plus quàm per
l. Fal. & Sal. in l. conſulta diualia. C. de teſta. Et quando perſona,
quam exemplatio tangit, eſt certa, illa citatur, ut per Bal.
in l. 2. C. de teſta. & domi. Abb. in c. abbate. ĩ. de uerb. ſignif. &
ſufficit citatio ad domum in propoſito, ſecundum Angel. in §.
& hoc inſuper. in authent. ut ſponſalitia largitas. de quo in ſimili
per do. Anto. in c. fi. in ult. char. ſ. de eo, qui mit. in poſſ. &
7 Imol. in cle. cũm. de elect. ¶ Illud † autem de citatione fallit
in certis caſibus, quos non dixi in d. c. Albericus. quia fallit
primò, niſi exemplatio fiat per illum tabellionem, qui cõfecit
originale inſtrumentum, ſecundum Rotam
* deciſ. 10. * incip. Fuit dubitatũ. in formis. &
do. Ant. & Imol. hic, & do. Ab. poſt Inno. in
d. c. Albericus. & Bar. & Bal. in d. authen. ſi
quis in aliquo. & facit d. l. unum teſtamentum.
quod dictũ eſt ſ. in una fallen. ¶ Fallit
ſecundò, niſi pars, quam tãgit exemplatio,
fuerit citata ad cõtradicendum ipſi exemplato.
& non contradicit, ſecundum Rotam
* in formis, deciſ. 263. * incip. Licet. ſecun-
8 dum do. Ant. & Imol. hic. ¶ Fallit † tertiò,
quãdo ageretur de innouãdis priuilegijs,
uel indultis in curia Romana, cùm tranſeãt
per multas manus, ſecundum do. Ant. poſt
Hoſt. in c. uenerabilis. ĩ. de confir. utili. uel
inut. & domi. Abb. in c. ea parte. el 1. circa
prin. ĩ. de priuil. & Arch. in c. contra morẽ.

Deciſ. 10.] Adde quod eſt deciſ. 11. ſub tit. de fide inſtru. in nou. in 3. & in Addit. ubi. Additio, ſcilicet quod pars ſit citanda.

263.] Adde quod in meis eſt deciſ. 264. et eſt. 2. ſub tit. de fide inſtrum. in nou. quæ incipit. Licet ſecũdum concluſ.

centeſima diſt. & Spec. de inſtr. edi. §. oſtenſo. uer. porrò. & do.
Anto. & Imol. hic: ſecus, ſi extra curiam, ut per do. Antn. & do.
Abb. in cap. cùm dilecta. ĩ. de confirma. util. ubi pleniùs uide.
9 ¶ Fallit quartò, niſi † exemplatio inſtrumenti fiat de mãdato
Papæ & authoritate ordinarij: quia non requiritur citatio ſm
Hoſt. in c peruenit. ĩ. de fideiuſ. quem ſequitur ibi Imo. in ult.
10 col. ¶ Fallit † quintò, qñ imminet periculum in expectando
partem: quia fiet exemplatio ſaluo iure abſentium, ſm Inno. &
alios hic, quos multùm ſequitur Angel. in d. authen. ſi quis in
aliquo. & Bal. ſ. in rub. de off. dele. & faciũt multa, quæ ſcripſi
in c. 2. uerſi. ſextò limita. ſ. de teſtib. & adueniente illo, cuius
intereſt, debet ſibi intimatio fieri, arg. c. qm. in princ. ſ. ut lite
non conteſt. & eo comparente debet ſibi exhiberi originale,
ppter uitia intrinſeca & inuiſibilia: aliàs nõ eẽt ſibi conſultũ,
11 per prædicta ſecundum do. Abb. hic. ¶ Fallit † ſextò, niſi aduerſarius
ſit præſens & ſciens, ſecundum Io. An. in ſimili in c.
fi. de elect. in 6. & Bart. in l. j. ff. de in ius uoc. & Doct. in c. 1. ſ.
de re iudi. Secus, ſi eẽt ſciens, licet non præſens: quia adhuc requiritur
citatio, ſecũdum Hoſti. do Ant. & Imol. hic. Pro quib.
facit doctrina Dyni in regula, cum, qui certus. de reg. iu. in 6.
q ubi fit citatio ad aliam finem, q̃ ſimpliciter certificandi, nõ
habet locum illa regula: & idem Bar. in l. denunciaſſe. in prin.
ff. de adult. do. Anto. in c. fi. ĩ. de emptio. & uendi. cum concor.
¶ No. tertiò ibi, diligenter inſpecta. quia per hunc text. repre
henditur hodierna practica, per quam ipſi notarij dñt ſe inſpexiſſe,
&c nam hoc eis commiſſum non eſt, ſed iudici, quãuis
ultra inſpectionẽ iudicis laudabile ſit, ut ipſi inquirant, ut ata
ea, quæ dixi in c. qm contra, in 5. q. ſ. de prob. poſt Inn. ibi, quẽ
ad hoc allegant do. Anto. & Imol. hic: & non ſufficit, q iudex
mandet exemplum fieri, ſed requiritur, ut priùs de rei ueritate
cognoſcat. ut hic. & ex quo iudex, uel deputatus ab eo habet
inſpicere, non poſſet hoc alteri committere, ſm Bal. in authẽ.
ſed nouo iure. uerſi. dubitatur tñ. C. ſi cert. per. q a ſenſus uiſus
eſt inſeparabilis à proprio ſubiecto. Allegat gl. in §. is autem.
in authen. de inſtru. cau. & fide. & non eſt opus examinare teſtes
deſcriptos in inſtrumento, ſecundum Bal. hic, & uitia uiſibilia,
ut abraſio in loco ſuſpecto, & ſimilia, impediunt exemplationem.
ſecus, ſi inuiſibilia, ut confectum ab excommunicato,
ſecundum Hoſt. Io. An. dn. Anto. & Imol. hic: quia in primo
caſu tolleretur remedium impugnandi, non in ſecundo, ſecundum
do. Ab. ibi. & ad hoc uide, quæ habẽtur maximè per Bal.
12 in l. ſi. C. de edic. diui Adri. toll. ¶ No. † quartò ibi, publicã
q oportet, ut perſona exemplans ſit tabellio: & per hunc tex.
in ſingulari loquentem reprehenduntur dicentes, plures requiri,
ut per Ioan. And. in tito tit. §. oſtenſo. uer. ſed nunquid.
Imò ſufficeret perſonæ non publica, ſed aliàs honeſta, ſecundum
gl. hic: quam ſing. ſigna, ſecundum do. Car. hic: ſed tamẽ
dicit ſe putare eam falſam, quia exemplatio, de qua hic, non
fit in forma actorum: & ſolùm de actis loquitur c. quoniam. in
ea allegatũ. Tamen ubi non eſſet tabellio in loco, ne probatio
periret, fortè procederet gl. attento concurſu authoritatis iudicis:
& facit c. ut officium. §. uerùm. de hæret. in 6. text. in §.
põt. 16. q. 3. & l. ut perfectiùs. in fine, C. de annali excep. ¶ No-
13 ta † quintò regulã, q exemplum ſolenniter ſumptũ eandem
uim habet cum originalibus: & hoc ampliat hic Innoc. quem
alij ſequuntur, etiãſi materia, uel charta, in qua primũ ſcriptũ
fuit conſumetur, non tamẽ plus probat, q̃ originale probaret,
per

per c.cũ dilecta.ĵ.de confirma.vtil. & facit, quod dixi.ſ.ca. proxi.in fi. ¶ Hanc regulam limita primò, niſi ſtatutũ dicat, ꝙ inſtrumentum per manũ principalis notarij de contractu rogati faciat fidem,& executioni mandetur, quia tunc exēplatum etiam authoritate iudicis non habebit hoc priuilegium executionis:quia non eſt ſcriptum manu notarij rogati, ſm Bar.in l.probatorias.per gl. ibi in verb. authenticis.C.de diuerſis offi.lib.xij.pro quo facit,quia vbi ſtatutum requirit aliquid pro forma, non ſufficit æquipollens, ſm Bald.in l.j.ff. de lib.& poſthu. dixi in c.ſuper eo.ſ.de teſti.cogen ¶ Secũdò limita,dum modò totus tenor tranſcribatur,aliàs aſſertio notarij dicentis ſe vidiſſe inſtrumentum,eſſet potius teſtimonium reddere,quàm vetuſtum exēplare. Vnde ſi diceret ſententiam latam,ſicut per publicum inſtrumentum manu talis continetur,per hanc mentionem non probatur illa ſententia ſecundum Inno.hic,quem ſequuntur omnes,ſed potiſſimè domi.Card.dicens ſe pridie habuiſſe in facto, quia procurator dedit ſubſtitutum, & in inſtrumento ſubſtitutionis dicebat notarius talis,procurator talis,vt conſtat tali inſtrumēto manu talis notarij à me viſo,& lecto:vnde dicit ſe dixiſſe, ꝙ per hoc non eſt probatum de mandato procuratoris,quia eſſet teſtimonium reddere,non aũt authenticare. Et hoc nota,quia ſæpe videbis in facto, ſm ipſum.Et hoc dictum Inno.ſequitur etiam Rota in antiquis,deciſio.113. * incip. Item nota,ꝙ in actibus.& idem Lap. allegat. 77.incip.Tabellio.in pen.col. & faciunt optimè,quæ dixi in c.quoniam contra. in v.concluſione,ſ.de proba.& idem tenet Ang.in repetitio.l.ſciendum.ff.de verb. obl. & in auth. ſi quis in aliquo. C.de eden. ¶ In contrarium allegatur dictum Spe.eo.tit.§.reſtat. ver.pen. vbi dicit, ꝙ ſi in inſtrumento, per quod quis promittit ſoluere x. vigore venditionis,fit mētio de inſtrumento venditionis modo prædicto,probat venditionem,ſed dicit Pau. de Caſtro in d.auth.ſi quis in aliquo. ꝙ ſemper fuit miratus de hoc dicto Spe.quia eſt contra illã auth.generaliter loquentem,& contra rationem ibi allegatam in gl.dũ glo.dicit,& poteſt eſſe,ꝙ in originali erant aliæ literæ,vel cancellationes,& ſubdit,ꝙ ipſe nunquam credidit dictum Spec. eſſe uerum,&,ꝙ non reperit,ꝙ aliquis faciat mentionem de hoc,niſi Alber.de Roſ.qui hoc reprehēdit,referens ſe ita obtinuiſſe in practica, & licet vniuerſalis practica notariorum ſeruet practicã Spec.tamen illa non procederet,ſi quis opponeret,ſed ſi non opponitur,procedit,ſecundum do.Pau. ¶ Sed dicit hic do.Card.ꝙ dictum Spec.nunquam fuit bene intellectũ per eos,quos vidit,loquitur enim inter partes, inter quas conficitur ſecundum inſtrumentum,quia dicit notarius, talis fuit confeſſus ſe debitorem Titij præſentis, & recipientis rōne venditionis,de qua in tali inſtrumento a me viſo,& lecto, modò non expedit vnquã producere inſtrumentum venditionis,quia etiamſi illa cauſa eſſet falſa,tenet obligatio. Potuit enim pars ſibi in hoc præiudicare,l.optimam. C.de contrahēda,& commit.ſtipu.& dixi.ſ.ver.quod autem dictum eſt. Sed quæſtio noſtra formatur de inſtrumento notarij facto in abſentia aduerſarij,ꝓpter quod concludit,ꝙ ſi in caſu,de quo.ſ. in præſentia aduerſarij procurator ſubſtituit aduerſario ſciēte,non expedit producere primum originale, & ſic intelligit dictum Specu.& re uera ita etiam tenet Ang.in locis præallegatis. ¶ Tertiò limita ſecundum domi. Abb.hic.quia licet inſtrumentum ſit exemplatum iudicis authoritate, nihilo minus ille,qui exemplationi non conſentit,nec fuit præſens,nolens poſtea dicere contra originale,poteſt petere ut illud exhibeatur,& tenetur pars exhibere,niſi iuret ſe non habere facultatem exhibendi ſine ſua malitia,iuxta l.ſi. C.eodem titulo.Et idem putat dicendum in eo, qui fuit præſens exemplationi,dum modò expreſſè originale non approbauit, ex quo iurat,quòd malitioſè non petit originale exhiberi,argumento d.l.ſi.& ſentit in ſimili Bar.in l.ij.in primo reſponſo, in fin.ff. quemadmodum teſta.aper.ſecũdum ipſum,pro quo uide Ange.idem tenentem in.§.& hoc inſuper.in authent. ut ſponſalitas.& eſt de mente Inno. hic. ¶ Vltimò ex prædictis, & ex iſto tex.habetur prima fal.ad regulam,quæ dicit, ꝙ exemplum non probat,niſi appareat originale,c.j.ſ.eod. authen.ſi. quis in aliquo.C.de edendo. quia non procedit in exemplo facto authoritate iudicis. ¶ Duas alias fallentias poſui.ſ. in.ij. not.uidelicet,niſi de conſenſu partium fiat exemplatio, item niſi fiat ab illomet,qui confecit inſtrumentum.Modò ſequuntur aliæ. ¶ Fallit quartò, quo ad aliqualem præſumptionem, quia illa non facit exemplum,quia ſaltem facit exemplũ non factum cum ſolennitate,de qua hic ait no.glo.in l.ij.ff. de fid. inſtr. quam uidetur ſequi Bar.in d.auth.ſi quis in aliquo. Sed illam reprehendit Bar.in l. in bonæ fidei.in antepe. col.C.de reb. cred.quia ſicut teſtis probans de auditu alterius, nihil probat,l.teſtiũ.& ibi gl.C.de teſt. ita nec exēplũ. Sed ſaluaſ d.gl. qñ probarē originale eſſe deperditum, nã tũc exēplũ faceret ſemiplenã probationem, * ſecundum Bar. in l.admonendi. uerſi.ſed quæro. quid de exemplo.ff.de iureiur.& dicit eſſe glo. not. in l.ſicut iniquum. C. de fide inſtrum.& illam facit ſingul. Ang.in d.authen.ſi quis in aliquo.Et adde,ꝙ producens tale exemplũ excuſatur à dolo,ſecundum Bald.in d.l.2. in lectura antiqua:quia quælibet iuſta cauſa, ut ſi putaui per errorem iuris exemplũ probare, excuſat à dolo, l.igitur.§.1. ff. de liberali cau. not.gl.in l.plagij.la 2.C.ad l. Flauiam de plagiarijs. ¶ Fallit quintò,quã do quis habuit exemplũ inſtrumenti à parte,contra quam producit exemplum,ſecũdũ do.Ant.& Imo.in c.1.ſ. eo.per l.in fi.eandem.§.neque inſtrumenta.ff. de iure fiſci.& omnes in d. authen.ſi quis in aliquo. Et dicit ibi Bar.ſis cautus,ut quando producitur unum exemplum,notarius det tibi de uoluntate producentis & authoritate iudicis: quia probabit pro te, ſicut originale. ¶ Fallit ſextò & penultimo,ubi exemplum reperitur in archiuo publico:quia probat, ſecundum Inno.in c.1.ſ.de procurat. qui ad hoc allegat c.ad audientiam.ĵ de præſcr.& ibi dicitur de probatione archiui. Et idem uidetur uelle Bal in authen. & ſi contractus.poſt princ.C de fide inſtr. quod intellige,quãtum ad locum,in quo eſt ipſe archiuus. Aliàs enim non faceret fidem, ſecundum Ioan.And.de inſtru edit.§. nunc dicendum.in additione magna, & Bal.in rub.C.eod tit. ¶ Fallit ſeptimò & vltimò in exemplo facto per modum regiſtri in actis notarij, ſi totus tenor fuit regiſtratus, & aduerſario preſente, uel citato,vt per Inno.& alios in d.c.quoniam.ſ. de proba. & ibi latè dixi in ſexta q.ibi dictis adde Per. de Anch. conſ.46. inci.Prima facie. ¶ Et per iſta ſit expeditus totus iſte tit.quia nunc capio rubricam ſequentem.

* [113.] *Adde q̄d in ha. nihil ſed no. dec. 92. q̄ ē.2.ſi.de ſi.ĩſtru.et inci. no. q̄d in actis. & in Auth.ſ.c.cũ nolle de reſc.et in c.cũ in tertio.4.verſ.cõtra de off.dele. Ab. in c. quoniã cõtra.col.5. de p ba.Soc.cõ.120 inc.cũ in ſi ētu. col.1. volu.1.*

* Probationem] *Adde Forſan. in l.ſi lege.ad leg.aql. in 4.col. & Bal.in l.ſin C.de eden.col. 9.ubi dicit probare plane, Sed in l.in bonæ fidei in 4.col. in fi. dicit. quod exemplum ſumptũ per notarium bonæ famæ authoritate iudicis etiam ſemiplene non probat, ſecundum Ray.cõtra glo.in d.l. 2.de fi.inſtrum.*

De præſumptionibus.

TITVLVS XXIII.

¶ CONTINVATVR, ut hic per Scribentes, & ponit hic Bald.de multiplici præſumptione:de quo dicetur poſt domi.Abb.in c.quanto.ĵ.eod.& ponit do. Car. in c.literas.ĵ.eo. & quædam hic applicabilia dixi ſ. in rubrica de probatio.tractando, utrùm probatio per præſumptionẽ ſit propriè probatio.Et quamuis iſtud uerbum Præſumere, capiatur hic pro coniecturari,& pro eo, ex quo elicitur indicium ueritatis:tamen aliquando Præſumere,importat actum, qui fit præſumptuosè, & ex temeritate ſine authoritate ſuperioris, ut in c. decernimus,cũ gl.2.& ibi do. Ab. ſ.de iud.& do.Ab.in c.cũ ueniſſēt ſ.de reſt.in inte.& facit c.iudæi.& ibi dixi,ſ. de teſt.& tex. in c.illud.in uerbo,his præſumptionibus.13.q.2.Et hinc eſt,ꝙ ubicunque lex utitur hoc uerbo Præſumpſerit. non habet locum in eo qui non in contemptum,ſed per ignorantiam contrauenit, ſed ſolùm notat dolum,uel temeritatem. Ita ſing.notat do.Card.in cle.1.in prin.39.q.de priuile.ita dicens ſe conſuluiſſe in caſu illius clem.quæ utitur hoc uerbo.et idem uidetur uelle expreſſè Cald. in tit. de ſent. excom. conſil.4.in eip. Sacerdos parochialis. ubi eleganter ſcribit ad excuſationem cuiuſdam ſimplicis ſacerdotis,qui erat in caſu c.epiſcoporum. de priuil. in 6. De peccato præſumptionis uide latè per beatũ Thomam in ſecunda ſecundæ, quæſtione uigeſimaprima,articu.1.et ſequentibus.

Summarium

SVMMARIVM.

1 *Salomon an ſit ſaluatus, uel damnatus. ſunt opiniones diuerſæ.*
2 *Habens animum nocendi, ſi peruenit ad actum exteriorem tenetur.*
3 *Conatus quòd puniatur.*
4 *Hæc regula patitur fallentias multas, quas uide hoc nu. 4. & 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. & 15. nec opus eſt eas ſummare, quia de hoc conatu do. Ioſ. fecit proprium tractatum.*
16 *Animus malus præſumitur prima fronte in maleficijs.*
17 *Et hoc etiamſi in maleficio facinoroſo ſecutus eſſet caſualiter bonus effectus.*
18 *Paſſus iniuriã ſi fateatur excuſationem delinquentis eſſe ueram, ſcilicet quòd iocoſe fecit, an iuuet delinquentem. & nu. 19.*

CAPITVLVM. I.

SICVT NOXIVS. ¶ Sicut manifeſtè nocens eſt pœnæ obnoxius, ita & occulte, licet poſtea dicat, ſe iocosè feciſſe. H. D. ¶ No. primò ex ſupraſcriptione, ſecũdum do. Abb. hic, q̃ dicta Salomonis inſerta per Papam inter Canones habent uim Canonis. Facit etiam c. 1. j. de homi. c. 1. ſ. de ma. & obe. & c. 1. j. de fur. & c. ne innitaris, ſ. de conſti. Ea enim noſtra facimus, quib. authoritatẽ impertimus, l. j. C. de ue. iure enucle. & c. ſi Apoſtolicæ. de præben. in 6. & quod no. Bal. de ſtatutis Spoletanis in l. ex placito. in 3. col. C. de re. perm. ſicut etiam lex Canonizata mutat nomen, & dicitur Canon. iuxta glo. in uerbo, lex in c. in primis 2. q. 1. quam ſequitur do. Abb. hic, & in c. nouit. ſ. de iudic. & Imol. in c. 1. ſ. de conſtit. & in c. 2. ad fi. de reſcrip. An autem alia dicta Salomonis ſint approbata, ſicut dicta aliorum, quos eccleſia approbat, uide glo. & not. in c. 1. in uerb. & inter apocrypha. 16. diſt. & idem Hieron. in prœmio Prouerbiorum Salomonis.
1 Et dicit hic do. Abb. eſſe † notandum, q̃ de ſaluatione, uel dãnatione Salomonis ſunt opiniones, quarum nulla pertinet ad fidem, nec cauſat peccatum, ſecundum Inno. in c. ne innitaris. ſ. de conſtit. Aliqui dicunt, q̃ egit pœnitentiam, & fuit ſaluatus, ut refert gl. in c. Salomõ. 32. q. 4. Sed hoc non reperitur in loco authentico, ſecundum Arch. ibi, & Imol. in d. c. ne innitaris. ſed audio, q̃ Hiero. in ſua apologia appellet eum ſanctum [a] ita dicẽs fuiſſe reuelatum à Deo.
2 ¶ No. † ſecundò ibi, mittit. iuncta gl. ſm do. Abb. hic, q̃ habens animum nocendi, ſi perueniat ad actũ exteriorem, tenetur, licet effectus non fuerit ſecutus [b], nec per eum defecerit: & idem expreſſe dicitur in l. 1. qui cum telo, C. de ſica. & in l. ſi quis, non dicam, rapere. C. de epiſc. & cle. quæ ſunt, de pœnit. diſt. 1. Et an ex hac inchoatione debeat puniri, ac ſi perfeciſſet, remittit do. Ab. hic ad dicta per ſe in c. 1. ſ. de eo, qui mit. in poſ. Sed ibi etiam ſe exonerat ponẽs ſolùm duob. dictis. Vide, quia iſte text. optimè facit, & tangunt hic do. Ant. & Imo. potes materiam extẽdere per regulam cum certis fallentijs.
3 ¶ Regula eſt, q̃ † conatus punitur, ut in dictis iuribus, & in c. illud in uerbo, molitus. 13. q. 2. & in c. quoniã multi. in uerbo, conatus fuerit. 14. q. 4. & per gl. in c. ſuper eo. & in c. fin. j. de eo, qui duxit in matr. & in c. in his. j. de uerb. ſig. per gl. 2. in c. 1. j. de diuor. & gl. fi. in c. 1. j. de conuer. infidel. & gl. fi. in l. ſi. ff. de rer. diuiſ. & gl. in c. fi. j. de deſpõſ. impub. & glo. 2. in l. generaliter. §. 1. ff. de carbon. & gl. pen. in c. pe. ſ. de renun. Nec obſt. c. omnis autem lex. in uerbo, cædem fecerit. 2. diſt. quia non probat, niſi à contrario ſenſu. Et licet contra hanc regulam poſſet argui, tamẽ contraria adaptantur per ſequẽtes fallentias.
4 ¶ Fallit † primò, quando conatus eſt actu propinquo nõ deuenit ad cõſummationem: quia agens non impeditus impedimento facti deſiſtit agere, quia pœnitenit incepti: talis. n. non punitur, l. q. ea mente. & ibi gl. ff. de furt. & l. qui falſam. ff. de falſis. & no. Dom. in c. gratia. 1. q. 1. Itẽ, ſi eſſet impeditus facto extranſeco, quod põt eſſe iuris, ut in caſu l. inter oẽs. §. pe. ff. de furtis. putà, q̃dã nolebat tibi furari librũ, & tu donaſti ſibi, non punitur. Habet ergo locum regula, quando eſt impedimentum facti, propter quod nõ poteſt conatus habere locũ: & facit optimè, quod no. in c. in audientia. j. de ſent. excõ. Ita ad literã dicit do. Car. in c. 1. in ult. col. ſ. de eo, qui mit. in poſ. Et quod dictũ eſt, Poſſe pœnitere, intellige ante conſummatũ delictũ: alias non eſt locus pœnitentiæ, d. l. qui ea mente. & ibi latiſſime per Bar. reſpondentẽ plurib. oppoſitionibus, ut loquant̃ in caſib. ſpecialibus, ut etiã dicit Bart. & Ang. in l. j. ff. de in ius uoc.
5 ¶ Fallit † ſecũdò, ubi conatus alicuius rei prohibitæ, etiãſi habuiſſet effectũ, nemini nocuiſſet. Probatur ex eo, quod no. gloſ. pe. in c. quanto. j. de iureiu. Ex qua colligũt Doc. q̃ q̃ñ falſitas cõmittitur circa id, quod de ſe non probat, nõ nocet: quod dicit ibi Imo. eſſe mẽti tenendũ. Et ideo Io. de Ana. in c. 1. j. de cri. fal. reprobat gl. ibi ſimpliciter dicentem, q̃ in crimine falſi punitur conatus ſine effectu. quia dicit ipſe, q̃ ideo ſolet dari doctrina, qua aduocati quotidie utuntur, q̃ quis nunquã incidit in pœnam falſi, niſi falſitas alicui præiudicet [c]. Allegat tex. gl. Bald. & Sal. in l. damnus. C. de fal. & in l. qui ueluti. C. eo. tit. & in rub. C. de fi. inſtru. uer. ſed quæro, ſi quis ſcripſit. & text. & gl. in l. fundum in fi. ff. de euict.
6 ¶ Fallit † tertiò, q̃ñ conatus nõ habuit actũ exteriorem, ſed ſtetit in ſola uoluntate etiam deliberata: quia illa cogitatio non punit̃, l. cogitationis. ff. de pœ. quæ eſt in c. cogitationis. de pœn. diſt. 1. & hoc eleganter ponit do. Card. poſt Mat. in cle. 1. in prin. in 3. q. de uſur. dicens, q̃ qui errat in corde in caſu illius cle. nõ tamen procedit ad exteriora, non eſt excõmunicatus, quo ad eccleſiam, ſed quo ad Deum ſic. & allegat multa. Et dicit do. Card. poſt Mat. in cle. 1. in 3. q. de pœñis. q̃ ſi q̃s uenit animo frangendi oſtia eccleſiæ, & non fregit, q̃a fortè inuenit ab alio fracta, nõ incidit in canonẽ, niſi per ſe frangat, per c. conqueſti. j. de ſen. excom. Quinimò dicit eleganter Bal. in l. nõ ideo minùs. uerſicul. quæritur. C. de accuſ. q̃ ſolus tractatus & ſola ordinatio non punitur de iure etiã in atrociſſimis, niſi ſit proceſſum ad aliquem actum ordinatum de per ſe, ſed ad ipſum factũ.
7 ¶ Sunt † tñ quatuor caſus, in quib. uoluntas ſola habetur pro facto. Primus, ut in matrimonio: ut ſi quis dicat, uolo te in uxorẽ ducere, ut latè per do. Car. in cle. 1. in 20. q. de cõſang. & affin. ubi dicit, q̃ ex hoc ſolo incurrit̃ pœna: de qua ibi nota. in c. ex literis. j. de ſponſ. Secũdus caſus eſt in foro cõſcientiæ, in quo ſi uoluntas progreditur ad leuem conſenſum, habetur pro ueniali: ſi aũt ad conſenſum plenè deliberatũ, tenetur de mortali, ſicut ſi perfeciſſet, ut in palea, ſed penſandum. 5. diſt. & c. nunquid. & c. præterea. & c. ſuper trib. de pœnit. diſt. 1. & pulchrè Do. in d. c. gratia. Tertius caſus eſt, quo ad pœnã, quæ imponitur in genere, ſicut eſt, quando caſus non ſuſpendit pro mortali, c. fi. ſuprà de temp. ord. Quartus caſus eſt, ſecundum etiam aliquos, in hæreſi. quia ſola uoluntas, ſeu credulitas conſtituit quem hæreticum, per c. excommunicamus. §. credentes. infra de hæret. Sed licet ſi hæreticus. ex quo non conſtat, non habetur pro hæretico ab eccleſia militante, ſecũdum do. Car. qui ponit iſtos quatuor caſus in d. c. 1. de eo, qui mit. in poſ. Pro quo in hoc ultimo de hæreſi uide Bal. in l. ſi quis nõ dicã in 2. col. de epiſc. & cler. ubi idẽ dicit: & addit, q̃ inquiſitori poterit liquere de uoluntate iſta per confeſſionẽ hæretici: quia aliter non poſſet probari cogitatio mẽtis: et ſic uult Ioã. de Ana. in c. ſi quis epiſcopus. j. de hære. et in c. conſuluit. j. de uſuris. Et q̃ hæreticus occultus ſit excommunicatus, quo ad

a Sanctum] Adde, quòd idem tenuit Dantes in Comœdia ſua Paradiſi, 114. q. 3. incip. de centro. Et quis fuerit, & quo tempore, & de eius uita, uide Ioſephũ, qui refert fuiſſe regem & filium Dauid anno quarto regni, & cœpit tẽplum conſtruere, uidelicet ab Adã annis tribus millibus centũ duobus, à diluuio uerò anno milleſimo quadringenteſimo. Item refert, quòd habuit octingentas uxores & trecentas cõcubinas. Item uide Hoſt. in Suma de pœn. §. cui. uerſ. cum pueri. qui refert habuiſſe filium 11. anno. ætatis ſuæ. De eo uide etiã plenè Regum lib. 3.

b Secutus] Ad quã materiã adde Archid. 17. q. 2. ſi ego. per Hoſtien. in Sum. de pœnis. §. in quib. Ioã. And. in reg. in pœnis. in Mercurialibus, & in c. perpetuæ. de elec. in 6. in No uel. & uide Bar. in l. 3. ff. de extraord. crimi. & Bal. in d. l. ſi quis, nõ dicã. al leg. in tex. & in l. ſi fugitiui. C. de ſer. fugit. & in l. arbo rib. §. ſoluenus. ff. de uſufr. & in l. data. in 3. col. C. qui accuſ. nõ poſ. & in l. qui aũt operas. ff. de infamis. & uide do. Ant. in c. 1. de eo, qui mit. ĩ poſſeſ. cau. rei ſeruand. et uide Spec. in tit. de accuſat. uerſ. quid ſi primo. & uide Bal. in c. 1. in §. iniuria in ult. col. de pac. iu. firmam. Et adde, quod pulchrè habetur p Aug. in ſuo cõſ. 104 & an & quãdo effectus puniatur ſine effectu, uide tex. in l. j. & ibi Doc. q̃d quiſque iur. & Doc. in l. genero. ff de ritu nu. & Bal. in c. ab ſoluerit. uerſ. not. q̃d motus anim. de capita. qui. curi. uẽdi. in uſ. feud. & omnino. Alberic. de Roſ. I tractatu ſta tutor. q. 165. ubi ponit de eo, qui appetẽs deliquere uenit ad actu proximũ, quo puniatur.

c Præiudicet] Ad quod uide etiã, quæ habetur p Paul. in c. ex tenore. ſuprà de reſcrip. in uerſ. eſt uerũ. & qd' ibi in apoſtil. dixi.

ad Deum, eſt glo. 2. in c. t. 24. q. t. quã ſequitur do. Card. in cle. t. de uſur. ¶ Vtrùm autem uoluntas, quo ad opera bona, habeatur pro facto, quo ad Deum, eſt quæſtio ſeparata à materia noſtra: ideo dic, ut per do. Card. in d. c. 1. & per Archi. profundiſſimè in §. ſi ergo. 17. q. 4. & gl. mag. in c. pietas. de pœnit. diſt.
8 t. ¶ Fallit † quartò dicta regula, ubi à lege imponitur pœna ipſo facto, quia ad eam incurrendam non ſufficit conatus, qualiſcunq; fuerit, ut probatur in c. cùm in cunctis. §. pen. de elect. iuncto c. perpetuæ. de elec. in 6. per quæ iura ita tenet Io. And. in d. c. perpetuæ. & in regula, in pœnis. de reg. iur. in 6. & ſequitur Dom. in d. c. perpetuæ, dicens, q eſt dictum ualde notabile ſecundum Bal. & non curauit allegare Bal. ſed potuiſſet ipſum allegare in d. l. ſi quis, non dicã. & idem Ioa. de Ana. in d. c. j. in 4. notabili, j. de adult. & Dom. dicens hoc eſſe notabiliſſimum, in c. 2. §. 1. de iudi. in 6. & hoc etiam multum no. do. Ab. in d. c. cùm in cunctis. §. clerici. in j. col. & in c. j. in ult. col. j. de eo, qui mit. in poſ. & do. Car. ibi. & in cle. 1. uer. ſi quis. in 2. q. de rebus eccle. non alie. per hoc inferens, pœnam illius cle. non habere locum in prælato faciente omnem conatum, ut alienet contra formam, de qua ibi: quia imponitur pœna ipſo facto. Et hoc modo eſt clarum id, quod ponit do. Card. in clem. 1. in 6. notabili, de regula. ſ. q illa cle. non habeat locum in tranſeunte ſine effectu, quia imponit pœnam ipſo facto. Et ad idem dom. Card. in cle. ne in agro. §. quia uerò, in pen. q. & ibi glo. in uer-
9 bo, ipſo facto. de ſtat. mo. ¶ Fallit † quintò in delictis non atrocioribus: quia conatus tunc non eſt pro effectu; ſecundum Bal. in d. l. ſi quis, non dicam in prima ſolutione, quam dat ad l. 1. in fi. ff. quod quiſq; iuris, dum dicit: quid enim conatus obfuit, ſi iniuria nullum habuit effectum: quia intelligitur de crimine non atroci. Idem tenet do. Card. in c. 1. de eo, qui mit. in poſ. dicens q iura punientia conatũ loquũtur in atrocib. Et idem Do. in d. c. gratia. & iſtud ſentit gloſ. peregrina in c. nullus epiſcopus. el 1. in gloſ. 2. 1. q. 1. dicens, q in ſymonia punitur conatus in deteſtationem criminis. Simile dixit Bart. in l. 1. ff. de parri. dicens, q monachi, qui conati fuerunt dare uenenum abbati S. Petri, debebant plene puniri, licet conatus non habuerit effectum, [a] per illum text. Et idem in læſa maieſtate, & ſimilibus ut eleganter per Do. in c. pro humani. §. ſi. in pen. col. per Hoſti. ibi. de homi. in 6. & aliquid p gl. ibi in uerbo, mandauerit. & p do. Card. in cle. paſtoralis, in princ. 15. q. de re
10 iud. ¶ Fallit † ſextò in excommunicatione & alijs pœnis eccleſiæ: quia ad eas incurrendas requiritur factum, ſm dom. Card. in c. præterea. el 2. infrà de ap. in illa q. quando excõmunicatur quis, ſi appellauerit? & dicit an incurrat excommunicationem, quando ſe parat ad appellandũ, ante quã appellauerit? & dicit, q ſi iudex dicit, ſi appellauerit, quia iſtud eſt præteritũ, denotat actum conſummatum, l. Stichus. ff. de maieſta. Et ideo excommunicatio ex ſolo conatu non incurritur, ut ibi per eũ. Et hinc eſt, q ſi quis conaretur percutere clericum, & tamen nõ poſſet, licet per ipſum non deficeret, nõ eſſet excommunicatus, ut per glo. 3. & Doct. in c. in audientia. j. de ſen. exc. & glo. 1. in c. ſi uerò. de ſent. exc. Et ita hanc fallentiam tenet do. Car. in cle. j. §. ſi quis in 6. q. p illũ tex. in uerb. fecerit de re. eccl. nõ alie. ¶ Fal-
11 lit † ſeptimò, niſi agat ciuiliter: q in factis ciuilib. conatus nõ punitur pro effectu, ut p Bar. & ibi ſentit glo. parua in l. ſi cõſtiterit. C. ſin. reg. & ibi no. Bal. in l. ſi qs, nõ dic. j. in 2. col. ita ẽt intelligens d. l. j. q quiſq; iuris,
12 & facit c. 1. de ſpon. ¶ Fallit † octauò, & ultimò in ſtatutis punientibus delicta: quia ſemper intelliguntur de delictis conſummatis, [b] ſecundũ Bar. in l. j. ff. ad l. Corn. de ſic. & Imo. hic: quia ſtatuta requirunt caſum uerum, non fictũ, l. 3. §. hæc uerba. & ibi Barto. ff. de neg. geſt. Et ideo cum attentare non ſit uerè facere, ſed ius habeat pro facto, ex fictione nõ ſatisfit ſtatuto. Vnde dicit Bar. in d. l. j. q iſta eſt ratio, quare per Italiam non punitur conatus: quia quaſi omnia delicta puniuntur ſecundum ſtatuta, & ita reprehendit generalia uerba Specu. in tit. de accuſ. §. 1. uer. quid ſi. in fi. qui dixit legib. punientibus conatum hodie eſſe derogatum per contrariam conſuetudinem: quæ uerba multum no. Ang. & Paul. de Caſt. in l. j. ff. q quiſque iuris, ſed debent intelligi, ut eſt dictum: & idem dicit Imol. in l. j. ff. de pub. iud. & do. Ab. in c. mulieres. j. de ſent. exc. in cap. inter ſolicitudines. j. de purg. can. & Bal. in §. item lex Cornelia. Inſtit. de pub. iud. Et ideo dicit Bald. in l. fugitiui. C. de ſeruis fug. q ſtatutum puniẽs eum, qui portauerit extra territorium, nõ habet locum in eo, qui fuit repertus ante quàm exiret; niſi confiteatur, q portabat extrà: uel niſi capiatur in uia, uel in limite diſtrictus, ut per eum ibi, & in l. eum proponas. ubi etiã per Salic. C. de nautico fœnore. & per Ana. in cap. ſignificauit. j. de Iudæ. & ibi dixi. Et iſta faciũt ad notata per Bart. in l. omni, qui. ff. de iure patro. & Bald. in l. ſi quis in ſuo. C. de inoffi. teſta. ubi dicunt, q ſi ſtatuto caueatur, q ſi inueniatur quem declinaſſe iuriſdictionẽ poteſtatis, poſſit impunè offendi; & reperiatur, q aliquis oppoſuit exceptionem declinatoriam iuriſdictionis, nõ poterit impunè offendi, ſi nondum fuit ſuper declinatoria pronunciatum. Et iſtis ad de Domi. in c. auaritiæ. in ult. col. de elect. in 6. ubi dicit propter gl. ibi, q ſi ſtatutum punit portantem ueſtem certi generis, Et quis faciat eas fieri, & teneat domi non portando, non incurrit pœnam, quia uerè non cõtrauenit ſtatuto. Et de materia uide ẽt Bal. in l. arboribus. §. Iulianus. ff. de uſufruc. & in l. ſi eritus ſit percuſſor. §. fin. ad Sylla. & in l. data opera. C. qui accuſ. Et iſtas fallentias not.
13 quia nõ inuenies alibi redactas. ¶ No. † tertiò ex prædictis, & ex tex. arg. optimum, & quaſi expreſſum pro deciſione quæſtionis, quam ponit Ioã. And. in regula, in obſcuris. de reg. iur. in 6. q ſi exiſtens in uno territorio percuſſit per iactum exiſtentem in alio territorio, põt ratione huius delicti conueniri in utroque loco: quia ex hoc, q mittit, dicitur delinquere, ut hic, & ſic ẽt in loco, ubi ſtetit, iaciendo poteſt puniri: & idem in loco, ubi delictum conſummauit. Et de hoc non eſt dubium, per c. fi. j. de fur. compẽ. Eſt ergo locus præuentioni, ſm do. Ab. hic remittentem plenius ad notata in d. regula: & idẽ dicit do. Ab. in d. c. fi. uer. circa hoc quæritur. j. de foro cõpe. Et de hoc in de ſubtiliter Bal. in l. ſi qs, non dicam, ubi dicit, q ſi in una uilla unus fuit ligatus, & in alia derobatus, dicitur robaria facta in prima uilla quantũ ad delictum, in ſecunda quantum ad executionem delicti: quia incontinenti, q capio aliquem & ligo eum, derobo: q priuo eũ poſſeſſione, ſi eo ipſo cum capio & ligo, & dicit eſſe tex. & glo. ord. in l. j. §. idem Iulianus. ff. de ui & ui ar. Item dicit, q ſi puella fuit capta in uno territorio, & cognita in alio, unuſquiſq; iudex põt procedere, & non erit eadem burſa fiſcalis. Faciunt illa crudelia dicta Bar. in l. ſi domenũ. ff. de furt. de quib. plene p Bald. in c. 1. §. iniuria. de pa. iur. fir. & per oẽs in l. ſi abducta. C. de furtis, cum multis alijs, de quibus per Ana. in c. fin. in ult. char. j. de fur. dic. furte; qui. rem contrectauit. Et ad prædictam quæſtionem de iaciẽte in alio territorio, uide Dom. in c. 1. §. ſi. de ſtatu mo. in 6. & Ana. in c. j. j. de rapt. & do. Mariã. in c. qualiter. q. 10. artic. 10. de accuſat. & Pet. de Anch. in c. poſtulaſti in 2. q. de for. comp. & Io. An. & alios in c. j. de priuil. in 6. & Pau. in diſput. monum. & do. Ab. in c. ſi. de immu. eccle. & Bar. in l. libellorũ. ff. de accuſ. & Cyn. & Bal. in l. 2. C. ubi de crimine agi oportet. & Bal. & Saly. in l. 2. C. de eunuch. & Inn. in c. paſtoralis. j. de priuil. in quib. locis plura tanguntur in ſimili. ¶ Facit
14 † ẽt iſte text. ſm do. Ab. ad quæſtionem de mãdante [c] delictũ fieri in certo loco, nunq ſubſecuto delicto per mandatarium, poſſit mandator conueniri in loco, in quo erat

a *Effectum*] *Ad materiã adde do. Alex. de Imo. in l. 1. ff. de parric. ubi ẽt uide Bar. ſing. in fi. et Bar. in l. eiuſdẽ §. adiectio. ff. de ſic. & Sal. in l. j. C. de malef. & Mat. quẽ ſequitur Bar. ubi ẽt uide Angel. qui format q. in dante uenenũ cauſa occidendi, nunquid puniatur? Et adde Ioan. Fab. Inſt. de pub. iud. §. alia. Vide tamen Ang. aliter loquẽtẽ in l. 1. §. ſi ſeruus. de uacri. & tenet Ang. Aret. in tract. malefici. uer. mortuus. in ult. col. Bal. uerò i fine cõſ. incip. Stepha. &c. conſuluit eum puniri pœna extraordinaria, ſed non allegat dictã l. 1. nec ad eã reſpõdet, niſi ad ſtatutũ loquens de occidẽte ferro, uel ueneno, quia actus cõſummatus requiritur. Bar. in l. 1. §. diuus. de ſicar. et p Fel. j. in 8. fal. Sed quia hodie generalis cõſuetudo Italiæ eſt, q text. in l. is, qui cũ telo. C. de ſica. locum non habet etiam nullo ſtante ſtatuto, et ideo non tenetur de ſica. pro attentatione uenenationis, uel homicidij, ſecundum Spec. in tit. de accuſ. §. 1. uer. ſi. d. pene pr. & Sal. in l. j. C. de ſic. tenentem contra Bar. in d. l. j. et Sal. in l. ſi de parr. qui fil. diſtraxit. & Angel. in l. j. §. hæc autem uerba. quod quiſque iur. & do. Alex. loco ſ. alleg. Vide per Felin. j. in 8. fallen.*

b *Conſummatis*] *Adde gloſ. in l. arboribus. §. idem Iulianus. ff. de uſufr. et i ſin. leg. Aquil. ff. ad l. Aquil. & dom. Alex. de Imol. in l. eũ qui. ff. de fur. & Ang. in l. & ſ. certus. §. ſi nemo. ff. ad Sillan. et Bal. in ſuo conſ. incip. Franciſcus conſecit uenenum, &c. aliàs incipit, Scire oportet, quis homicidium, &c.*

c *De mandante*] *delictum*] *Ex iſtis uerbis apparet, quod ex mandato turpi non oritur*

mandando? & concludit, q nõ, allegando
Bar. in l. ſiue proponitur. ff. de fideiuſ. & in
l. nõ ſolum. §. ſi mandato. ff. de iniur. & ſequi
tur ipſum in c. fi. ī. de for. comp. ubi uide:
15 quia † effectus delicti deſtinatur in loco,
ubi eſt executum, & regulariter ex man-
a dato ſolo quis non punitur [a], & inter
mandantem & mandatarium nulla fuit cõ-
tracta obligatio ratione turpitudinis rei, &
pro hoc alleg. do. Abb ubique text. in cle.
paſtoralis. §. necnon. iuncta glo. de re iudi.
de quo etiam per Bal. in l. fin. in prin. C. ſi
à non comp. iud. & Dom. in c. 1. de homi. in
6. & Bar. in l. & ſi amicis. ff. de adul. & Bal. in
l. non ideo minus. C. de accuſ. Et iſtis adde
Bald. in l. moltum. C. ſi quis alteri, uel ſibi.
ubi dicit, q ſi exiſtens in una ciuitate uen-
dit per nuncium, uel epiſtolã Titio exiſten
ti in alia, dicitur cõtractus celebratus in lo
co emptoris, de quo per Ioã. And. in d. regu
la, in obſcuris. Et de iſtis tanquã ualde faci
lis dilationis plenius dicetur alias. ¶ No.
16 † quartò, q in maleficijs præſumitur prima
fronte malus animus & dolus, facit l. j. C. de
ſica. & generaliter dicit hic Imõ. q malum
& damnũ illatum ſemper præſumitur malo
animo, niſi contrarium probetur, nam ex
alijs præſumptionib. fortioribus hæc præſũ-
ptio purgatur, ſecundum omnes hic per l.
item ſi obſtetrix. §. fi. cũ l. ſeq. & l. item Me-
la. §. 1. ff. ad l. Aquil. & dicunt hic do. Ant.
& Imol. q quãuis in dependentibus ab ani-
mo ſtetur dicto alicuius, ut per gl. in c. ſigni
ficaſti. el 1. j. de homi. & ibi dixi, tamen fal-
lit, quãdo hẽt præſumptionẽ contra ſe, per
iſtum tex. Et hinc eſt q ſi fur dicit, q cre-
debat dñm conſenſurũ, non creditur ſibi:
quia hoc non præſumitur, ſecundũ Bar. in l.
inter omnes. §. rectè. ff. de fur. cum concor.
quas dixi in c. ſignificaſti. de homic. Et iſta
procedũt, ubi delictũ ſonat propriè in deli-
ctum, ubi autem aliquis actus poteſt indiffe
renter eſſe ita bonus, ſicut malus, præſumi-
tur bonus, ut magiſtraliter per Bart. in l. nõ
ſolùm. §. ſed ut probari. ff. de no. oper. nun.
& dixi in ca. cùm dilecti. j. de accuſ. ubi
Pet. de Ancha. et Ioann. de Ana. ita no-
tant illum text. & illum. ¶ Et iſtum
17 † tex. amplia, etiamſi ex actu facinoroſo ſe
cutus eſſet cauſaliter bonus effectus, ut per
Pet. de Anch. in repe. c. j. in 39. car. uer. po-
nit Seneca. de cõſti. ubi dicit, q ſi ingreſſus
domũ alicuius de nocte ſurripuit ſcrinium,
in quo erat literæ proditionis ciuitatis,
hoc patefacto, nõ euitat pœnã furti, q a ha-
buit animũ ſubtrahẽdi, ſiue fraudandi, un-
de fortuna, quæ fuit felix ciuitati, nõ debet
attendi, ſed attendiſ animus, l. diuus. ff. de
ſica. et l. ſi quis ſeruo. C. de fur. quãuis in cõ
trarium facit l. 2. §. poſtea. ff. de ori. iur. ubi
ille, q ſubtraxit librũ legũ, et tradidit po-
pulo Romano, factus eſt tribunus plebis, ꝓ
pter quod dicit Pet. de Anch. eſſe cogitan-
dum, ſed fortè dici poſſet, q intentio illius
erat furari, ut prodeſſet reipublicæ, et ad
hoc intendebat, ſed in quæſtione prædicta
animus extat ex toto ad damnũ, q a nõ pu-
18 tabat ſe ea inuenturũ. ¶ Quid † aũt, ſi paſ
ſus iniuriã in caſu huius c. fateaſ uerã eſſe excuſationẽ delin
quentis, ſ. q iocoſẽ geriſ, an iſtud iuuet ipſum? Videreſ, q ſic,
per id, qđ no. gl. in l. pe. C. de fideiuſ. quæ dicit, q ſi reperti in
fornicatione dicãt ſe coniuges, eſt eis credendũ, et dicit Bal. eã
eſſe ordinariã, et nõ eſſe alibi, in l. quicũq. in ult. col. de ſer.
fug. et illã gl. loquũtur et Bal. et Sal. in d. l. pen. et facit tex. in
l. ſi q adulterij. C. de adul. Ad idẽ qđ no. Inn. in c. ad audien-
tiã. j. de homi. ubi dicit q ſi aliquis ẽ conuictus, q cõſuluit et
mandauit homicidiũ fieri, et homicida iuret, q omnino erat
* facturus, * excuſat aliũ, niſi mandatum uel
conſiliũ eſſet famoſum, ut ibi etiã per Ana.
in 7. q. Ad idem, quod no. Bal. in l. j. in ult.
col. C. communia de leg. ubi dicit, q ſi teſta
tor exculpauit reum, q dicebat ſibi dam-
num dediſſe, non poterat ex indicijs torque
ri, quia habet indicium innocentiæ pro ſe,
niſi liquidò cõſtaret de crimine, ſm eum.
19 ¶ In † cõtrarium adduci põt notabilis deci-
ſio Bar. in l. inter omnes. §. rectè. ff. de fur.
ubi dicit, q ſi paſſus furtũ excuſet furẽ, dicẽ
do, non fecit me inuito, non prodeſt reo,
niſi ſit amicus uel cõſanguineus, ut ibi per
eum; & per Bal. in l. falſus. C. de fur. & in l.
ſi ſine. in 3. q. C. ad Velle. & in l. tranſigere.
C. de tranſa. & Sal. in l. ſi nõ conuitij. C. de in-
iurijs. ¶ Sed dic, inſpiciẽdas eẽ cõiecturas, & ſm illas ſuſtinebiſ,
uel non ſuſtinebitur excuſatio, ut elegãter per Bal. in c. 1. §.
iniuria. de pace iur. fir. ubi dicit de illo, qui dicit, erã facturus,
& in illis qui dicunt, ſe coniuges, attendendas eſſe coniectu-
ras: & dicit, q prætenſio ficti matrimonij non excuſat, arg. l. do
natione in concubinã. ff. de dona. Et idẽ de aſſertione eius, q
paſſus eſt furtũ, dicit Bal. in d. l. ſi ſine. Imò dicit eleganter Bal.
in d. l. falſas. q aliqua cauſa ẽt frangibilis & leuis amicitiæ po
teſt aſſignari. Si autem non aſſignat cauſam, dicit, q fortè ſta
retur ſuo ſacramento, ex quo dependet ab animo, & ſubdit, q
licet tunc credatur ſibi contra ſe, non tamen contra rempubli
cã. Et per hoc idem dico in propoſito noſtro. ¶ Vltimò ponit
hic Bal. unũ notabile dictũ, quod latè retuli et reſirmaui in
c. ſignificaſti. el 2. uer. not. ibi, ratione inſtrumenti. j. de homi.
et dixi in uoce. Itẽ ad ea, quæ dixi ſ. de conatu, adde Paul. de
Caſt. conſi. 192. incipit in cauſa carceratorum Mantuæ.

SVMMARIVM.

1 *Sententia fertur ex uiolenta præſumptione.*
2 *Vaſallus non tenetur iuuare dominum contra proprium filium.*
3 *Iudex poteſt procedere ex præſumptione uiolenta, etiamſi per partẽ non probetur.*
4 *Præſumptio quando elicitur aliunde, quàm ex facto ipſius, de cuius fauore agitur, non autem ex facto partis, tunc ex illa præſumptione poteſt ſe iudex fundare, etiamſi per partem non allegetur.*
5 *Præſumptio quando oritur ex facto partis emanante in iudicio, ſi per acta ſtatim oriatur præſumptio, poteſt iudex ſe fundare in ea etiam non allegata.*
6 *Sententia diffinitiua ſi fertur ex præſumptione, iudex debet ſententiam multum temporale.*
7 *Iudex ſi mouetur ex præſumptione, quam lex expreſſe approbat in criminibus, poteſt ex illa præſumptione condemnare in omni cauſa etiam capitali.*
8 *Præſumptio uehemens ſufficit ad condemnationem, quando agitur de imponenda pœna pecuniaria, uel corporali uſque ad fuſtigationem. Adde num. 9.*
10 *Præſumptio uiolentiſſima facit, ut quis condemnari poſſit.*
11 *Minæ an probent maleficium. Adde nu. 12. ubi arguit ad partem contrariam. Facit, quod dixit nu. 13.*

CAPITVLVM II.

b AFFERTE.[b] ¶ Ex uiolenta
præſumptione ferẽ diffiniti-
ua. H. D. ¶ Et † quãdo ſit exẽ
1 plis iudicandum [c], uide glo.
c in c. ſi. 20. diſ. & ibi longam
diſtinctionem per Dom. &
aliquid per Bal. in l. nemo. ff. de ſeo. & Pet.
de Anch. in repe. ca. j. ſ. de conſti. & hic per
do. Abb. Et de iſto exemplo pulchrè memi
nit in materia ſchiſmatis Pet. de Anch. cõſ.
282. inci. In auxiliũ ueritatis exortãs Anti
papam, ut quantò magis ſe credit uerũ Pa-
pã, tantò libentiùs cedat, ne mater eccle-
ſia diuiſionẽ patiatur, & dicit nõ eſſe ſem ꝑ
rigoroſo certamini inſiſtendũ, & ꝑ iſtũ tex.
dicit Bal. hic, q malã litẽ fouere cenſetur,
q nõ cupit uincere, ſed rem, de qua quæriſ,
diuidi, uel perire. Ad idem allegat l. in ro-
ne. §. cùm qdã ff. ad l. Fal. Victoriã. n. deſiderat bona cõſcietiã
ſm eum & idem dicit, ſi contenderetur de turri, uel alia re
indiui-

tue actio: & ſic ille qui mandat, nõ uidetur propriè facere: quod tenuit Bar. expreſſè in l. 3. ff. quod quiſque iuris. & in §. ſi procurator. ĩ princ. & do. Abbas c. bonæ. el 2. de poſtulat. præl. Adde tu, qđ opin. Bart. & aliorum eſt reprobata. Vide do. Alex. in d. l. 3. in §. ſi procurator. facit text. contra Bart. in c. mulieres. de ſent. excom.

a *Ex mandato ſolo quis non punitur] Adde tu: pone, quòd aliqs mandauit maleficium fieri, qđ non eſt tamen ſecutũ, an teneatur? & dic, quòd nõ, l. nẽ apud Labeonẽ. §. ſi prouenerit. ff. de ĩ iur. Bar. in l. nõ ſolũ. §. ſi mãdato. ff. de iniur. in 1. col. in uer. quod ſi aliquis. Adde, quod iſtud fallit in aliquibus caſibus, ubi nõ pdeſt pœnitentia: primò in caſu hæreſis: de hæret. c. ad abolendã. Item in crimine læſæ maieſtatis, C. ad l. Iuli. maieſt. l. quiſquis. Item in conſciſcente ſibi mortem, ff. de bo. eorum, qui mor. ſibi conſci. l. 3. §. 1. Item in extrahẽte de eccleſia fugientem ad illam, C. de ijs, qui ad eccleſ. cõfu. l. fi. §. ſi ubi. Itẽ in caſu c. 1. de homi. in 6. In iſtis caſibus quis punitur, etiam quando maleficium non ſit ſecutum: & ſic non eſt locus pœnitentiæ, de quo uide Arch. in §. ſi ergo. 17. q. 1. Hoſt. in d. c. 1. de homi. in 6. & ibi do. de ſancto Gemin. in ult. col.*

* *Facturus] Adde Aug. in c. ſi non dignũ. in 3. not. de homici. Saly. in l. j. in 6. par. C de rap. uirg. & in l. j. C de ſer fug. Ang. cõſi. 22. incip. pro deciſione. quem refert. Aug. in addit. ad Ang. in tract. maleſ. in uer. & Sempronium. nu 2. & Aug. hic addit 3 & uerſ. num. 43.*

b *Afferte] Ad materiam huius text. adde, quæ habẽtur per Matth. Mathe, in nota ſua notab. 118. incip. nota qđ præſumptio uiolẽta.*

c *Iudicando] Vide Bal. in rubr. C. quæ ſit long. conſue. & omnino Spe. de ſen. §. 5. uerſ. fi. debet. & in ti. de diſputa. §. q. ante uer. item et unde not. in l. dedi. §. ſi liber de condi. ob cauſ.*

indiuiſibili, uel de ſtatu ciuitatis: quia intentans diuiſionem non cenſetur ciuis. ¶ Not. primò ex princ. licitum eſſe iudici * aliquid ſimulare * cauſa ueritatis indagandæ: erat enim iſta quædam tentatio, nõ ſententia, ut dicunt hic omnes: pro quibus uide in ſimili notabilem text. in c. nõ enim uolebat Deus. 22. q. 2. ubi dicitur, quod Dominus erga Abraham uſus eſt ſimulatione, tẽtando quid eſſet facturus de filio: & iſtum text. inducit hic do. Abb. pro iudicib. fingentib. uelle torquere reum, & potuiſſet allegare elegans dictum Archi. in c. utilem. 22. q. 2. ubi dicit, quod cũ Alexan. Papa 3. 1. 1. haberet præ manib. epiſcopum ſymoniacum, promiſit ei in ſecreto, quod ſi publicè fateretur delictum ſuum, diſpenſaret cum eo: & ſtatim cùm ille confeſſus fuit coram Cardinalibus, depoſuit eum. Ad idem, quod not. Domi. poſt Hugu. & Archi. in c. nos in quenquam ad fi. 2. q. 3. ubi dicunt, quod iudex promittens delinquenti remittere ſibi delictum, ſi confiteatur, ex tali confeſſione poteſt eum damnare, & excuſatur iudex tali ſimulatione, per d. c. utilem. Vidi tamẽ aliquos iudices, qui execrantur talem ſimulatione. ¶ Not. ſecundò ibi, date illi iuncto fi. quod ſicut confeſſio, ſeu litis renunciatio facta metu tormentorum non nocet, l. 1. ff. de quæſtio. ita confeſſio facta ob metum torquendi filium: & ideo dicit Bal. hic, quod qui cedit liti cauſa pietatis, non nocet ſibi, per iſtũ text. & maximè, quando aduerſarius contradicit, & non acceptat ceſſionẽ, ut hic. Et adde, quod parentes quandoque magis terrentur in filijs, quàm in ſeipſis, l. isti quidem. in fi. ff. quod metus cauſa. facit tex. in §. fi. ibi, quis enim patiatur filium ſuum? Inſti. de noxa. act. & dicit Alberi. de Roſ. in l. eum, qui probabilem diſciplinam per illum tex. C. de epiſc. & cleri. quod ſi filius uerberat patrẽ, & ſi pater ſtuprat filiam, nec ille filius, nec ille
2 pater præſumitur. Et hinc eſt, quod † uaſallus non tenetur iuuare dominũ contra proprium filiũ, ſecundum Bal. in ca. de noua forma fidel. & in l. 1. in 23. q. ff. de re. diuiſ. & in l. 1. §. ne aut. C. de cadu. tol. quia pater & filius cenſentur eadem caro, [a] ut in §. hac authoritate. 35. q. 3. & eſt text. elegans in l. eum ſemus. ad fin. C. de agri. & cenſ. lib. 11. & per Old. conſi. 224. incip. Iſtæ ſunt allegationes. ad fin. & ideo ſæpe dicebat Bald. quod æſtimũ patris eſt æſtimum filij, ut ipſe not. in l. prætor. §. & ſi filius. in lect. anti. ff. de eden. & in l. 2. in fin. C. de libertis, & eorum lib. & in l. 1. §. iſtud. C. communia de manu. & in c. filius. de capit. qui cur. uend. & in l. fin. C. de impuber. & alijs ſubſt. & l. non plures in fi. C. de ſac. ſan. eccl. & in l. ſciendum in princ. ff. qui ſatiſd. cog. & in l. diximus. §. ſi pater. cum l. ſeq. ff. de excuſ. tut. & in l. 2. in fi. C. de legi. hære. & in l. etiam. C. de exec. rei iudi. & in addit. Spec. in tit. de cẽſi. ad fi. & allegat ſemp glo. quã non habeo, in l. 2. C. qui ætate. lib. 10. facit, quod no. Bar. in d. l. cũ ſemus. uerſ. in tex. ibi, patres. Et ideo cõſuluit do. Maria. conſ. 54. Inc. Magnifice capitanee. quod nõ dicitur quis liber relaxatus de carcere quando cogitur filium relinquere in carcere pro obſide: & ideo dicit Ro. in l. 1. ff. in ius uo. ut eant. quòd etiam, ubi eſt electa induſtria perſonæ, poteſt quis ſeruire per filium, & dicit eſſe caſum notabilẽ in l. ſciendũ §. legati. ff. de leg. quẽ tex. nõ credo ita extẽdendũ. Et dicit Bal. in l. ex lege. C. de condi. ob cãm. quod prohibitus alienare in potentiorẽ, põt alienare in filiũ quãuis potẽtiorẽ. Allegat gl. in l. ſi ita q. §. ex lege. ff. de uerb. obl. Et dicit Bar. in l. infitiãdo. in fi. ff. de fur. quod ſi ſtatutũ prohibet inuitari ad nuptias ultra 12 fœminas & pater & filius faciãt nuptias eodẽ die, nõ poterũt inuitari ultra 12. quia cenſent unicæ nuptiæ: de quo tñ ibi per Ang. Et aliqui hñt gl. in c. 3. de pœnit. diſt. 4. quod ieiuniũ filij liberat patrẽ obligatũ ad illud. Et iſtis adde Innoc. in c. cũ locũ. in prin. j. de ſpõſ. ubi dicit, quod ſi patri fit uiolẽtia corporalis, & filius aliqd facit ut liberet pñem, actus dicit factus per metũ, ac ſi illata fuiſſet filio. Iſta tñ nõ ſunt generaliter uera, ſed per quandam fictionem, ut dicit domin. Abb. in c. conſuluit. infrà de iurepat. Et hinc eſt, quod licet patronus non poſſit præſentare ſeipſum, c. per literas. j. eo. tit. tamen poteſt præſentare filium, ut per glo. in d. c. conſuluit. cum con-
3 cor. uerſ. & ſic etiam alre inſtantiæ. ¶ No. † tertiò, iudicem poſſe procedere ex præſumptione uiolenta etiamſi per partem non probetur, nec allegatur: quia præſumptio filiationis ſurgens ex dicto matris, de quo hic, non fuit per eam allegata. Sed contra hoc facit: quia licet eſſet notoria, tamen debebat allegari, iuxta glo. uulgatam in c. appellanti. in uerbo, alias. de ap. & no. Ioan. And. in c. accedens. el 2. ã. ut lite non conteſt. & Imo. c. ſuper literis. & in c. cùm ordinem. in ult. col. ẽ. de reſcri. & do. Card. in d. cle. appellanti. in 6. opp. & Barto. & Ang. in l. j. ff. de excep. & allegatur text. optimus in l. ſi adulterium cum inceſtu. §. pe. uer. idem Pollioni. ibi, utique ſi error allegetur. ff. de adult. Et per illum text. dicit Bart. ibi, & Bart. in l. uenia. ad fi. C. de in ius uoc. & in l. alia. C. de his, quib. ut ind. quòd non ſufficit, quòd appareat præſumptionem ſufficiẽtem ad probationem erroris, niſi error allegetur. Et per illum tex. dicit Bal. in c. ex tenore. ẽ. de teſti. quòd in caſu illius decre. nõn ſine miniſterio dicitur, Tunc uiuentem: quia licet præſumatur uiuere, niſi aliud appareat, l. 2. §. ſi dubitetur. ff. quem ad. teſta. ape. tamen uitam non oportet probare, ſed debet intentari: quia non intentatum ab homine non præſumitur a iure. Et per illũ tex. dicit Bal. in l. ſi ſuper legi: C. de præſcri. lon. temp. (illud autem tene fixum menti) quòd ubicunque dicimus præſumi bonam fidem, intelligitur, ſi allegetur, per d. §. idem Pollioni. Vnde ſit cautus aduocatus, ut de bona fide ſemper articuletur, ſecundum eum. Et ideo dixit eleganter glo. reputata ſing. in l. certum. in prin. in uerbo, confeſſus. & ibi per Bart. ff. de confeſ. quod licet olim dominus præſumatur nũc dominus, l. ſine poſſidẽtis. C. de prob. tamen requiritur quod ille, qui fuit olim dñs, alleget in libello ſe de præſenti eſſe dñm, etiam ſi reus hoc contiteretur: & ſequitur Bald. in l. edita, in repe. Padoana, C. de eden. & Doc. in c. 2. ſupra de libel. ob. & Bald. in l. j. C. de confeſ. licet ibi inſiſtat contra d. glo. tamen communiter approbatur intelligendo eum, ut eſt dictum per §. idem Pollioni. Et ideo per illum text. dicit magiſtraliter Bart. in l. cùm quid. in ult. col. ff ſi cer. pe. quòd licet dicatur, quòd ſufficit libellum præſumptiuè concludere, l. omnes. §. Lucius. ff. de his, quæ in frau. cre. tamen illud eſt uerum, quando factum, ex quo aliqd proponitur, non eſt factum actoris proponentis libellum, ut rei excipientis, ſed eſt factum alterius. Nam quando ex facto tuo eſt, quòd aliquid præſumatur, illud debes dicere & allegare, per d. §. idem Pollioni. Vnde licet ex dicto teſtis dicentis, Vidi talem dicentem, Tolle hanc pecuniam, præſumatur fuiſſe mutuum, tamen hoc narrando in libello mutui non præſumitur mutuum, niſi allegetur, ſecundum eum ualde notanter per d. §. idem Pollioni. & aſſignat hic do. Abb. rationem: quia cùm præſumptio oriatur ex facto partis, ſi eam non allegat, præſumitur non uera: nam præſum* ptio iuris tollitur * per aliam præſumptionem, ut per glo. in uerbo, præſumitur. in c. requiſiſti. j. de teſta. ¶ Sed illis uidetur obſtare iſte tex. ubi pars non probauit, nec allegauit præſumptionem pro qua tamẽ fuit iudicatum. Sed pro ſolutione dici poteſt, quod iſte tex. comprehendatur in aliquo ex caſibus, in quib. non procedit regula d. §. idem Pollioni. cum ſuis concor. & ſunt duo caſus.
4 ¶ Primus † eſt, quando præſumptio elicitur aliúde, quam ex facto ipſius, de cuius fauore agitur, non autem ex facto partis, quia tunc ex illa præſumptione poteſt index ſe fundare, etiamſi per partem non allegetur. Ita intellign hic iſtum tex. do. Ab. & pro hoc dicit facere c. Raynutius. j. de teſta. ubi in eodem caſu iudex motus fuit ex iure non allegato per partem: meliùs allegaſſet Bart. in d. l. cùm quid. Sed conſideras quia ſecundum iſtum intellectum oportet, quod præſumptio orta fuerit hic non tam ex uerbis matris, dicentis, Date, &c. quam ex uerbis alterius mulieris dicentis, Nec mihi, nec tibi: quia ſi intelligeremus, quod eſſet ex uerbis matris, negari non poſſet, quin eſſet præſumptio ex facto, uel dicto partis, & dato, quod eſſet præſumptio non ſolùm conſiſtens in animo matris, ſed orta ex iure naturali, tamen ita oporteret eam allegare, ſicut oportet allegare quòd in dominio ex præterito præſumatur in præſens, quæ præſumptio ſurgit a iure. Et ex illis habetur unus caſus, ſecundum dom. Abb. hic latè, in quo ualet ſententia ſine probationibus quando

* Simulare] Ad de. 3. Reg. cap. 3. unde ſumpta eſt iſta decretal. & no. Iſern. in c. 1. §. publicos latrones de pac. ten. Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore de uſucap. nu. 172. & text. in c. utilẽ. 22. q. 2.

a Caro] Adde de filio in c. ſuper eo. in fin. ſupra de teſti. & quod ibi dixi in apoſt. et in c. fin. ſupra de offi. deleg.

* Tollitur.] Adde glo. in l. Dominus. de in integ. reſtit. in uer. æſtimatur. Leon ſolũ. cir. prin. de ritu nupt. c. accedẽs. & crimi. falſi. c. tuam. & ibi gl. de ſponſ. Bal. in l. Pacumeius. de hæred. inſtit. Ioan. de An. conſi. 19. in ip. uiſis instrumẽtis. col. 3. Alex. conſi. 103. incip. uiſo tur. col. 7. uol. 3. Cyn. in l. ſi cum dotẽ. § tranſ. tradia- tur ff ſol. ma. Spe. in ti. de capiſ. §. 4. uerſ. 3. hoc circ. med. Doct. in l ſine poſſidetis. C de proba. & Guil. de Lado. ſingul. 43. incip. gloſſa eſt.

quando ſunt præſumptiones uiolentæ: per q dicit ipſe multū limitari notata in c. eccleſia. ſ. de conſtit. de qua materia tanquam ſeparata à noſtra, remitto ad ea quæ tetigi in c. quoniā contra. in quarta concluſione, ſ. de probat. Et dum do. Abb. dat cautelam, ut iudex pro ſecuritate ſua in ſyndicatu faciat ſcribi in actis, tales præſumptiones confirma, ut dixi in c. qm in 6.
5 q. ¶ Secundò † falſus eſt, quando præſumptio ſurgit ex facto partis emanante in iudicio: quia ſi per acta ſtatim oritur præſumptio, pōt iudex ſe fundare in ea etiam non allegata, ut eleganter decidit do. Ant. ita formaliter limitans prædicta in c. ueſtra. in ii. char. uer. p hoc dicenā. ī. de coha. cleri. & mul. in c. peruenit. in ule. col. ī. de empt. & uend. & in cle. appellāti. de ap. & ibi refert Imo. Et etiam ita illud, quod dicitur notorium, deberet proponi. Fallit in notorio, q cō-
a ſtat ex actis: acta n. inducunt notoriū, [a] ut in c. cùm illud olim. ī. de uerb. ſig. dixi in c. ſignificauerūt, ſuper glo. in uerbo liquere. ī. de teſti. Et pro iſtis bene facit gloſſ. elegās in l. ubi pactum. C. de tranſac. quæ dicit, q ſi ex dictis cōſtaret agentē ipſo iure actiōe carere, iudex eum repellet ex officio, licet pars hoc non allaget. Ita & in ꝓpoſito no. do. Ant. in c. bonæ. el. i. ſuprà de elec. & Ang. in l. 1, in lect. antiqua, ff. de except. Et ſub iſto caſu pōt etiam intelligi iſte tex. quia ex cōfeſſione, quæ eſt de actis, oriebatur dicta præſumptio. Prædicta aūt procedūt, ubi ex actis non oritur præſumptio. Et conſidera: quia libellus eſt de actis, d. c. qm cōtra. & tñ dicit Bar. in d. l. cùm quid, q etiam ſi præſumptio oritur ex libello ex facto partis, debet allegari: quod facit, niſi reſtringas iſtū caſum, ut procedat in actis ꝓbatorijs, ut ſunt teſtes, inſtrumēta, & ſimilia, non aūt in libello, qui ſimpliciter narrat, ſed non probat ſaltē contra aduerſariū. Et iſta
6 non tradas obliuioni. ¶ Not. quartò † text. notabilem, q qū diffinitiua fertur ex præſumptione uiolēta, debet iudex multū temperare ſententiā, & maximè ut nō condemnet ad pœnā corporalē. Hanc doctrinā per iſtum tex. poſuit ſolenniter Innoc. in c. quia ueriſimile. ī. eo. q licet Salomon hic motus ex præſumptionib. adiudicauerit uni mulieri filium, non tamen uoluit condemnare ad mortem aliā, quæ iuſtiſſimè erat cōdemnanda, ſi legitimè fuiſſet probatū contra eā, q filium alterius ſurripuiſſet, iuxta l. 1. C. ad l. Flaui. de plag. ſm Inno. ibi. Et ſequitur multùm do. Card. hic, dicens, q non ponitur p aliquē aliū doctorē, & q eſt ſingulariter dictū, & ſequunt do. Ant. do. Abb. & Imo. hic, & do. Ab. in c. cōſtitutus. ī. de teſti. & do. Ant. in c. quanto. ī. eo. & Old. conſ. 1 9 2. incip. Viſo diligēter. & Pet. de Anch. in regula, ſemel malus. de reg. iur. in 6. & Spec. in iſto tit. §. ſpecies. uer. in ſumma. & do. Abb. in c. 2. ſuprà de cohabit. & mu. in c. at ſi clerici. §. de adult. ī. de indi. & Bal. ſuprà in rub. de offi. deleg. & in l. ſi. C. de proba. & ſentit optimè glo. ſi. in c. inter ſollicitudines. ī. de purg. Cano. & facit l. abſentem. ff. de pœn. Et dicit Bald. in l. presbyteri. la 1. C. de epiſ. & cler. q quā iudici nō plenè liquet de falſitate teſtis, ſed ſuſpicatur de eo, tunc debet ſententiā tēperare: qa procedit ex ſola ſuſpicione. Et q ſola ſuſpicio nō ſufficiat ad condemnationē, tenet Domi. in c. habuiſſe. in primo notab. 33. diſt. & Bal. in d. l. ſi. ad fi. C. de proba. Et ibi etiam dicit, q ubi proceditur ex præſumptionib⁹, iſta eſt iuſta cauſa minuendi pœnā, iuxta l. quid ergo. § pœna grauior. ff. de infami. Et de hoc eſt text. notab. in d. c. inter ſollicitudines. Et pro iſtis facit, quia ſententia lata ex præſumptione non tranſit in rem iudicatam, ut l. ſi qui adulterij ſecundum communem intellectum, C. de adul. & dixi in capit. propoſuiſti ſuprà de probatio. ¶ Sed iſta limita primò,
7 niſi † iudex moueretur ex præſumptione, quàm lex expreſsè approbaret in criminibus, quia ex illa poteſt condemnare in omni cauſa etiam capitali, ſecundum domi. Abb. pulchrè in c. accedens. uer. nec obſt. infrà de accuſ. per text. in c. de hoc infrà de ſymo. ubi ex præſumptione iuris quis. condemnatur de crimine grauiſſimo: & dicitur ille delinquens condemnari ex præſumptione uiolenta, ſecundum gloſſ. quam domi. Abb. facit ſingularem in d. c. inſinuatum. Idem etiam tenet Bald. in d. l. fin. poſt princ. & in d. l. ſi qui adulterij facit l. 4. in princ. ff. ad Turpil. ubi accuſator, qui non probat ex præſumpta calumnia, punitur, ſicut ſi uſſet in euidenti. Et hoc modo procedit etiam text. in c. ſuſfin. & in c. quicunq; 11. q. 3. & et illa iura notant Doct. in c. r. ſuprà de indi. maximè do. Ab. Sic etiā intelligitur c. cùm contumacia de hære. in 6. & cap. excommunicamus. §. ſimilia de hæreti. Sic etiam l. conſiliarios, C. de aſſeſ. quæ allegabitur infrà eo. nullus. Sic etiam l. ſi. C. de repud. ibi, committit lauachrum libidinis, & c. conſtitutus. cū ſi. ut ueriſimile non uideretur. ſ. de teſti. & c. Petrus. iuſ. à de homi. cum
8 ſimilibus. ¶ Secundò limita, niſi † agatur de imponenda pœna pecuniaria, uel corporali non graui, putà uſque ad fuſtigationem, quia tunc præſumptio uehemens ſufficit ad condemnationē, maximè ſi eſt approbata à iure generaliter, licet non in criminalib. Ita probatur in l. 3. uer. & quia plerunque. ff. de offi. præfe. uigi. ubi ex culpa præſumpta, quia incendium præſumitur culpa inhabitantium, poteſt aliquis fuſtigari. Et ad idem facit, quia condemnatus de dolo eſt infamis, l. j. §. 1. & l. athletas. ff. de infa. Et infamia ſequitur perſonam, quocunque uadat, l. ex ea. cum glo. ff. de poſtu. Et dolus dicitur maleficiū etiam in ſtatutis, ſecundum Bal. in l. j. §. nunc tractemus. in ſi. ff. de tute. & rationi. diſtra. & tamen de dolo quis conuincitur
9 ex coniecturis, c. 2. de renun. in 6. ¶ Tertiò † limita, non procedere in caſu c. pro humani. de homicid. in 6. per tex. ibi in ſi. dū dicit, probabilibus cōſtiterit argumētis, qui tex. de facili, poſſet adduci cōtra prædictam doctrinam, ſed oportet dicere quòd ſit ſpeciale in odium illius criminis, ſicut etiam eſt ſpeciale in crimine falſi, ut ſuſpicio pro falſitate habeatur, ut dicit Archid. in c. in memoriam. 19. diſt. & ſequitur ibi Domi. ad ſi. & Bal. multum notans in l. ſi ueritas. C. de fideicom. Allegāt l. iubemus. C. de prob. Poſſet etiam dici, q Inno. non dicit, q non ſit condemnatus quis, ſed dicit, q non de facili. Vel poſſet dici, quòd uerbum Probabilibus, intelligitur, i. indubitatis; prout in ſequenti limitatione. Et illud melius. ¶ Quartò li-
10 mita, niſi † iudex moueretur ex præſumptione uiolentiſſima, ut ſolenniter per Ioan. And. in Spec. de proba. §. fin. uer. 13. de quo meminit Imo. hic, & do. Ant. & do. Ab. in c. tertio loco. ſ. de proba. Et hoc modo intelligitur l. ſciant cuncti, in uerbo, indubitatis indicijs. C. de proba. & l. 2. in uerbo, argumentis conuictus. C. quor. appellationes. & l. 3. uer. quæ argumenta. ff. de teſti. & l. j. §. idem Cornelio. ff. de quæſt. & l. quæro. §. ſi. ff. de ædi. edic. & d. c. excommunicamus. in ſi. ibi, certis indicijs. Imò dicit Bal. in l. excipiuntur. ff. ad Sylla. ibi, eſſe tex. meliorem de iure. iuncta glo. in uerbo, participes. quòd ex multis indicijs ſimul iunctis reſultat plena probatio etiam ad quem criminaliter condemnandum, ſed hoc intelligis ibi Ro. de indicijs indubitatis, per d. l. ſciant cuncti. & in d. l. ſi qui adulterij, ut ibi latiùs per eum. Et pro illis faciunt dicta Bar. in l. abſentem. ff. de pœn. dum ponit de ſtatuto habentib. contumaciam pro confeſſo in criminalibus, & plenè per Bal. in c. 1. §. ſi uero. de pa. iur. fir. Et dicit Bald. in d. l. ſi qui. q ſuſpicio ſtans in ſuis finibus nunquam eſt cauſa condemnationis, ſed præſumptio ſit aliquando, ut ibi. ¶ Et pro intellectu huius limitationis dantur quædam exempla, & primum eſt, qū reperitur aliquis mortuus, & ab eo loco alius fugit cum gladio euaginato, quia illa fuga arguit homicidium manifeſtum & punibile abſque alia probatione, ſecundum Bar.
b in l. furem [b], in prin. ff. de fur. quem ſequitur do. Ab. in d. c. tertio loco. Idem dicit Bart. ibi, in probatione adulterij, quia ſufficit quem reperiri in domo pulchræ mulieris, quod ſecundum ſequitur do. Ab. in d. c. tertio loco. & bene per rationes ſuas, de quib. dicetur ī. eo, literis. & do. Abb. in c. cùm nō ab homine. de indi. Sed in illū, qui fugit cū gladio, ſtrictiùs loquitur Ioan. And. in dicto uer. 13. & Bal. in l. neque natales. & in l. fin. C. de proba. & in l. fin. ff. de offic. proconſ. & leg. & Ang. in d. l. furem. Ex quorum dictis uidetur in effectu, q ad hoc ut probetur homicidium, oportet quòd appareat ipſum non potuiſſe committi ab alio, ut latius per eos, quorum dicta mordeti poſſent: quia probatio de neceſſitate nō cōcludit, eo quia poſſibile eſt, & occiſus in ſollicitaret fugientem, quæ ratio habet locum, etiam quando ex una camera habente uni cum exitū ſolus fugeret pallidus gladio cruentato, relicto ibi mortuo, & adeo ſi talis capus diceret, ſe ti defendēdo, nō uidetur; quare non eſſet priùs incipiendum a tortura, tamen cogitabis. Quòd aūt ſit ſufficiens in-

a *Notoriū] Ad de Phil. in c. ea cauſam, quæ ſuprà de teſtib. & q ibi in apoſtil. dixi.*

b *In l. furem] Et ibidem uide ad hoc do. Alex. de Imola & Ang. Aret. in tract. maleſi. uer. quod fama. §. in 6. ibar. in uer. & fuga. Bar. in l. 1. ff. de bon. eor. qui ant. ſibi mort. conſciuer. Bart. & Ange. in l. ſin. de quæſt. Rom. in lege Cornelia. ad Syl. Matheſ. ſingul. 45. incipit uer ſa autem diſtin Lo. in l. ſi is qui ſi. qui teſtam. fac. poſ. & in l. admonendi col. 68. uerſ. Limita ſingulariter, de iureiu. & Arch. in d. uer. fama. uerſ. Quæris Ludo. in ul. ſuæ. addit. Arimi.]*

dicium ad torturam, firmat Spec. in iſto tit. §. fin. uer. ſed pone. in fin. & facit, quod in fortiori caſu uoluit Bart. in l. 2. ff. de uia publica. dum dicit, quòd ſi ante domum alicuius reperitur aliquis mortuus, præſumitur alia non apparente contra ipſum, cùm teneatur ad purgandam uiam, per illum text. de quo tamen per Ro. in l. j. § hoc reſcriptum. ff. ad Sylla. ubi hoc limitat non procedere in homine non conſueto talia facere: & per Bart. in l. 2. §. cognoſce. ff. de offic. præfe. uig. Et dum dixi proximè de eo, qui dicit, feci defendendo, poteſt dicere, quòd confeſſio ſua damnat eum, niſi probet defenſionem, ut dixi in c. ſignificaſti. el 2. ante fin. infra de ho. allegando ſingulare dictum Barto. in l. Aurelius. §. idem quæſiji. ff. de lib. lega. & reſponderi poteſt ex eo, quod ſcribit domi. Abb. ſingulariſſimè in c. auditis. in pen. col. infrà de præſcri. ubi dicit, quòd ſi de homicidio non conſtat aliter, quam per confeſſionem rei dicentis, feci me defendendo, etiamſi non probat defenſionem, non punitur pœna mortis, * niſi dicas, quòd hoc conſtat aliter, quam per confeſſionem, ſ. propter indicia indubitata: & ideò tranſire poteſt cõmunis opinio. ¶ Datur † aliud exemplum, uidelicet quando aliquis eſt alteri minatus mortem, & nõ longo tempore poſt ille, cui minatus eſt, reperitur mortuus: quia ubi minans eſt homo potens & conſuetus exequi minas, poteſt ex hoc ſolo condemnari de homicidio, ut per Ioan. And. in d. uerſic. 13. & Ioan. de Ana. in c. inſinuatum. j. de ſymo. & in c. Petrus. j. de homicid. & in c. cõſuluit. j. de uſur. & in c. 2. j. de maledi. Et ſimilis diſtinctio fit inter conſuetũ exequi & non exequi minas, in quæſtione, quando ex minis inducatur iuſtus metus, ut per Bart. & alios in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. ff. de ope. nou. nun. & do. Ab. in c. ex an prim. & in c. cauſam. ſ. de offic. deleg. & in c. abbas ... cùm dilectus. ſ. qđ metus cauſa. & Dom. in c. ... cum multis alijs. Et intellige, quod dictum eſt, præſume homicidium in conſueto exequi minas,* ſcilicet homicidij: ſi enim aliàs minas ſoleret exequi, & nunquã minas homicidij conſueuerit exequi, ſecus eſſet, ſecundum Bald. in l. fi. ff. de hære. inſtit. quia regula, ſemel malus, intelligitur in eodem genere mali, ſecundum ipſum. Sed q illud exemplum nullo modo procedat, uidetur probari fortiter ex eleganti doctrina Bart. in l. 1. §. ſi quis tamen imbecillitate. ff. quod m. aut el. ãm. ubi dixit, q licet ad excuſandũ illum, qui allegat metum, præſumatur ius, ſiue metus ex conſuetudine inferendi iniuriam, tamen ad faciendum condemnari illum, qui eſt ſic conſuetus facere, hoc non ſufficit, etiamſi agatur ciuiliter. Et de hoc eſt caſus notabilis ibi. Ad idem, quod not. Bal. in l. fi. ff. de offi. proconſ. & leg. ubi dicit, q ſi aliquis interficit aliquem, non præſumitur in me ratificatio delicti ex hoc ſolo, q aliquis familiaris meus receperit occiſorem in domo, & gauiſus fuerit maleficium eſſe commiſſum, & ſicut tot coniecturæ ſimul nõ arguunt mãdatum, uel ratificationẽ: multo fortius minæ præcedẽtes ſolæ & cõſuetudo exequendi minas non probant maleficium. 12 Et hanc partẽ, q † maleficiũ nõ probet tenet Spe. in iſto tit. §. ſpecies. uer. ſed pone, q minatus eſt. & Imo. in d. l. fi. ff. de her. inſt. & do. Ab. in c. ſcribã in fi. j. eo. & Bal. in l. litteras. j. eo. & Domi. in c. ſm in notabilib', 18. diſt. & ſentit Bal. in l. j. uer. itẽ oppono de lictũ. C. de ſer. fugi. & illud uerius p prædicta: opantur tñ minæ indicia ad torturã, ut p Spe. & Imo. in locis pximè allegatis: & probat̃ ſic: q ꝑſumit̃ de homicidio cõtra illũ, q erat inimicus occiſi, ſm Bar. in l. fi. ff. de q. & ex minis inducit̃ inimicitia capitalis, ſm gl. ĩ l. licet. ff. de arbi. facit ẽt tex. in l. j. §. hoc reſcriptũ. ff. ad Sylla. ubi probatur, ſm Ro. q ſuſpectus de occiſione põt torqueri: quod dicit eſſe uerũ, quãdo eſt inimicus capitalis, ut in maiori parte bonorũ, ut ibi per eũ, & põt torqueri etiam non conſuetus minas exequi, ut ſentiunt prædicti, & expreſſè Spec. in d. uer. ſed pone: propter quod apparet, quòd iſta diſtinctio de conſueto, uel non conſueto exequi quãtum ad hoc, nihil operatur, niſi quia auget indicium ad torturam, ſed bene operatur in alia materia, quo ad excuſandum quem ratione metus, ut ſ. dictum eſt, & alias de hoc ultimo plenius 13 dicetur. ¶ Datur † etiam exemplum in eo, qui dixit aliquid alicui in aure, & poſtea ille auſcultans perpetrauit homicidium, quia poteſt loquens condemnari de conſilio, uel mandato præſtito, ſecundum Bar. expreſſè in l. ſi uentri. §. fi. ff. de priuil. cre. & uidetur ſequi Bal. in c. ueritatis. ſ. de dolo. & con tu. Sed iſtud eſt intelligendum, dum modò præcceſſerit inimicitia capitalis, uel aliæ coniecturæ urgentes, ſecundum Bald. in l. j. C. de ſer. fu. Et iſtic adde Bartol. in l. ſi quis mihi bona. §. pater. ff. de acqui. hære. ubi dixit q ſi quis dicit famulo, non redeas ad domum, quin audiam noua, & poſtea interficiatur nons, à quo dominus ſic dicens receperat iniuriam, præſumitur ex illis uerbis occiſus [a], & ex hoc dicit fuiſſe decapitatum quẽdam nobilem, & ſequitur Pet. de Ancha. in c. ex literis. infrà de exceſ. præl. per illũ tex. ubi per iſta uerba, Malè eſt quòd tale quid tranſeat impunitũ, uidetur mandari * uindicta, ſecundum Ro. in ſing. 223. *inci. Sciat, quòd Bart. in addi. Vnde infert Bart. in l. multum. C. ſi quis alteri, uel ſibi, quòd ſi inter Titium & Martinum fuit tractatum de occidendo Seium per ipſum Martinum, & poſtea Martinus occidit, præſumitur, quòd ſecutus fuerit illum tractatum, & quòd ita fuerit ordinatum inter ipſos, licet teſtes de finali ordinatione dicãt ſe neſcire. Et in illis exemplis aliter me nõ extendo, ſed uide do. Inno. in d. c. quia uerſimile. Per hæc eſt declarata melius hic, quam alibi, & eam ſequitur etiam do. Abb. in d. c. auditis. ¶ Vltimò dicit hic ſignanter Bal. quòd id, quod partus ſuppoſitus cõtulit monaſterio, idem filius reuocat, alleg. Arch. in c. ante open. 54. diſt. Item dum dixit ſ. quòd oportet allegare præſumptionem, per d. §. idem Pulliom. adde omnino Paul. de Caſt. conſil. 177. incip. Contra ſuperius conſulta. ¶ Super c. ex ſtudijs. non ſcribo, quia nihil habetur.

* Mortis] Ad de Ang. conſ. 27. incip. Quidam uidetur. uerſ. de tertio. ſequitur Abb. in c. auditis col. fi. de præſcri. Aub. in c. ſignificaſti. 2. col. pen. de homicid. Bald. conſil. 272. incip. Quidam accuſatus uolum. 6. Ang. in addit. ad Angel. in tract. de malef. in uer. de anno præſenti. uerſ. Tu in materia pulchra & quotidiana. ... in 1. col. & in c. cùm ... fuerunt. 2. diſtin.

* Minas] Ad de Specul. in tit. de præſumpt. §. ſpecies. uerſ. ſed pone. Bald. in l. ſi maritum. C. quod met. cauſ. & in l. 1. C. ſi quis imp. maledix. Imo. & Doct. in l. Pacumeius ff. de hær. inſtit. Bartol. in l. famoſi. § 1. ad leg. in l. mareſt. Ant. de But. in c. tertio loco. de probat. Ang. in l. fin. C. de quæſt. & in l. j. C. de his quib. ut indign. Abb. in cap. ſcribam. de præſumpt. & ut not. in l. 3. §. in bonis. de priuil. credit. & Barto in l. 1. in fi. ff. ſi quis teſtam. lib. eſſe iuſ. fuer.

a Occiſus] Adde Lud. ponentem in d. l. ſi quis mihi bona. §. ſi quis mandauerit. ubi etiam per Roſ. & in 21. uerſ. ſing. in ſi. ut, q Bar. & c. & Paul. de Caſt. in l. 1. ubi per do. Alexan. de Imol. C. de ys, qui ut indig. & dom. Alexand. in l. 1. ff. manda. & Angel. Ar. in trac. maleſi. uerſ. mandatorẽ 21. q. & Paul. de Caſtan conſi. 255. & do. Alex. in conſi. 106. 4. parte. in cap. Quoniam alibi de. & c. et Vincen. Pal. in conſil. uſq quadam quod eſt ante conſ. ſecundũ Alexã. de Imol. in 4. part.

* 223.] Adde quod Rom. corrupte allegatur tamen tex. quam ut ad ibi. eſt enim ſing. 719. incip. Tu ſcis quod Barto. in l. ſi quis mihi bona. ubi adde Paul. de Caſ. conſi. 240. incip. uidetur p prædicta. & de hoc late per Ma. in ſil. ſi. 187. incip. nota quod ubi creditor nu. 2. Alex. conſ. 69. uolu. 2. & uolu. 53. 106. & 127. uol. 4.

CAPITVLVM III.

EX STVDIIS. ¶ In dubio præſumitur bonus, qui ſe tradit uirtutũ exercitio. H. D. Vel aliter, ſecundum Bald. da picolo ſe cognoſſe la ſpina ſe in ſua uecchieza debbe ponzere. H. D.

SVMMARIVM

1 Fuga an probet male: eũ & cõcludit, quòd nõ.
2 Falſus in officiali notato de barataria, & pendente cauſa fugiente, nã habetur pro cõfeſſo.
3 Item fallit in eo, qui auſus eſt effractis carceribus: quia habetur pro confeſſo. Item de hoc num. 4. Reliquas fallentias uide per ordinẽ in ſequentib. nu. 5. 6. 7. 8. & 9.
10 Iudex ſuſpicans dilationem peti improbitate, poteſt à petente eam exigere iuramentum, quòd non petat malitia.

CAPITVLVM IIII.

NVLLVS. Præſumitur † contra illum, qui dilationibus iudicium ſubterfugit. H. D. Et conueniunt uerba Bal. in c. in præſentia. in pe. col. ſuprà de proba. ubi dicit, quòd qui de innocentia confidit, non uadit per mendicata ſuffragia, ſed feſtinat, ut ueritas inquiratur. Allegat. l. ſi fideiuſſor. §. quædam. ff. manda. quod, eſt allegabile in conſilijs

a *Delictum*] *Ad de Bart. in l. ſi quis in graui. §. uerum, ad Sylla.*

* *Carceribus.*] *Adde conclu. ordinatam ſic. Captus iniuſte pro crimine ex quo mais condemnandus pœna ultimi ſupplicij, ſi exiat e carceribus cum licentia iudicis, uel commentarieſis, praeſtito iuramento in corā maioribus de redeundo, non tenetur redire etiam ſi de morte certus non ſit, gloſ. in clem. paſtoralis, de ſenten. & re iu dic. quam tenent cōmuniter * Car. ibi. in not. Notorium. in 4. not. & in uer. Caeterum 2. not. Anch. in reg. peccatum, & in reg. poſſeſſor. q. 3. hanc quaeſt. diſcutit ad partes Ioan. And. in addit. Specul. in rubri. de iureiur. col. mihi. 3. uerſ. formatur autē de illo. & tandem ex Tacredo diſtinguit quod refert, an captus detineatur iuſte, uel iniuſte, ut primo caſu non teneatur ſecundo ſic ita etiam tenet Ab. in c. inter alia. in fi. de immun. eccleſ. ubi ponit quaeſtionem de perſona à carceribus ſub iuramēto dimiſſa ad eccleſiā in die ſolenni pro miſſa audienda, cum iuramento de redeundo, an teneatur redire, ubi relata d. doctr. Ioan. And. necnon glo. in d. clem. paſtoralis. in uer. per uiolentiam dicit, quòd quando imminet periculum mortis, & iniuſtè captus eſt, non tenetur redire, ſi autem non imminet periculū mortis, tenetur ſatisfacere iuramēto uel petēda eſt abſolutio, c. ſi uerò cum ibi not. de iureiur. ſi autem erat iuſtè captus tenetur redire, & peccat frangendo carcerem,*

conſilijs. ¶ In text. ibi ſubterfugit. Inferūt
hic omnes, ſed praeſertim. Imo. utrùm fuga
probet delictum? & dicit hic do. Card. ui-
deri, quòd ſic, per iſtum tex. in uerbo, confi
tetur. & dicit, quòd ad hoc iſte tex. eſt ſing.
& fortè unicus in iure. Sed tamen dicit con
* trarium communiter * teneri 1 & remittit
ad dicta per ſe, in c. fi. in 2. q. infrà tit. 1. &
do. Abb. remittit ad dicta per ſe, in c. uerit
tatis. ſuprà de dol. & cont. in quibus locis
nihil boni dicunt: & do. Anton. remittit ad
Bar. in l. lege Cornelia. ff. ad Sylla. & ipſum
refert hic Imol. cuius dicta & aliorum reaſ
ſumatis per regulam cum fallentijs. ¶ Re-
a gula eſt, quòd fuga non probat delictum a,
ſecundum omnes in dictis locis per text. in
d. l. lege Cornelia. & in l. j. §. fin autem poſt
commiſſum. C. de rap. uirg. & in §. ſuſcepto.
in authen. de exhib. reis. & in l. raptores. C.
de epiſc. & cler. facit l. j. & per totum. C. de
requir. re. & l. diuus. §. 1. ibi, non quaſi pro
damnatis. ff. de cuſto. reo. & §. neceſſitatem.
in authen. ut iud. ſine quoquo ſuffragio, ibi,
fugiens capiatur. iūcto tex. ibi, reddat, quod
furatus oſtenditur examinare, &c. & idem
2 probatur in §. ſequenti. ¶ Fallit † primò
in officiali notato de barataria, & penden-
te cauſa fugiente: quia habetur pro confeſ-
ſo. Caſus eſt in l. conſiliarios. C. de aſſeſ. de
quo facit feſtum Bart. ibi, & do. Abb. hoc ſo
lùm ponēs in materia in d. cap. ueritatis. &
Bald. in l. in bonae. fidei. C. de reb. creditis.
& Bartol. in d. l. in lege. & Imol. hic: & intel
ligitur, niſi reductus eſſet, quamuis inuitus,
ad locum, unde aufugit: quia tunc, ut con-
demnetur, debet legitimè probari, d. §. ne-
ceſſitatem & latè ponit Sali. in l. admonen
di. ff. de iureiur. prout refert ibi Ro. ¶ Fal-
3 lit † in eo, qui aufugit fractis carceribus: *
* quia habetur pro confeſſo, ſecundum glo. &
Bartol. in l. eos. per illum text. ff. de cuſto.
reo. Sed contra hoc facit: quia intelligen-
do illam l. dum dicit, puniendi, ſcilicet pœ-
na delicti, pro quo detinebatur, ſequitur,
quòd etiamſi de innocentia appareat, pu-
nietur: quia dicit ibi text. Hoc autem eſt in
conueniens, quòd ficta confeſſio plus ope-
retur, quàm uera: ſed ſi uerè eſſet confeſ-
ſus, probata innocentia non puniretur, ut
l. inde Neratius. in fi. ff. ad l. Aquil. cap. 2. &
ibi Innoc. de pur. uul. not. Bald. in l. unica.
in ult. col. C. de confeſ. cum fi. Ergo, &c.
Vnde non cauillando d. l. eos. uidetur ex-
primenda, quòd ſunt puniendi, ſcilicet de
carcere fracto, ſeu de fuga, non autem pœ-
na delicti. Quia tamen non reperio hoc
motiuum ab alio factum, tranſeo cum Bar.
& oportet dicere, quòd iſto caſu plus ope-
retur ficta confeſſio, quam aliàs uera: uel
dic, quòd ſi intelligitur de alia pœna, illa
eſt omnino pœna mortis, l. j. ff. de effracto.
& ideo punitur ipſa effractio, non autem
delictū, pro quo eſt carceratus, ſed ubi pœ
na delicti non eſſet pœna mortis? & tene-
retur intellectus gl. in d. l. eos. eſt maius du
4 bium. Sed † iſta fallentia, poſito quòd ſit ue
ra, non habet locum, ubi quis fugit de car-
cere aperto, ſecundum Gulicl. de Cun.
& Bald. in leg. ſuccurritur. ff. ex quib.
cauſ. ma. Et idem dicunt, ſi non fugeret de
carcere, ſed de palatio praetoris, & ſequitur
Ro. in d. l. admonendi. Et idem de oſtio
aperto dixit Ang. in l. uerum. la 2. per illū
text. ff. de furt. & in l. 1. ff. de effracto. & fa-
cit text. ibi, dum dicit, quòd ſi per negli-
gentiam cuſtodum euaſerint, leuius pu-

niendos. Item non habet locum in eo, qui
erat in carcere pro generali inquiſitione,
ſecundum Bald. in conſil. incipiente, In
Chriſti nomine: punctus quaeſtionis eſt, an
fugiens. & ibi dicit, quòd ubi eſt pro ſpe-
ciali inquiſitione, requiritur, ut habeatur
pro confeſſo, ut aufugiat cum fractione,
uel conſpiratione, ut d. l. eos. aliàs non ha-
betur pro confeſſo: allegat Gul. de Cu. in
5 d. l. ſuccurritur. ¶ Fallit † tertio, quando
famulus fugit, & reperiuntur amiſſae ali-
quae res domini, quòd ex hoc uidetur fa-
mulus illas res ſubtraxiſſe, ſecundum glo.
notabilem in §. ſi uerò. el 3. in uerbo, fa-
ctum in authen. de exhiben. re. ¶ Fallit
6 † quartò, quantum ad faciendum indiciū
ad torturam: quia fuga ſufficit, ſecundum
Doctor. in locis ſuprà allegatis, & ſentit
Bart. in l. fin. ff. de quaeſt. & expreſſè firmat
Imo. hic. Sed illud intelligitur de fugiente
ante quam accuſetur: ſed ſi poſtquam eſt
accuſatus, fugit, uel ſtetit cautus non eūdo
per terram, tunc nulla eſt ſuſpicio contra
eum: quia iuſtè facit, ſi timet. Ita ad literā
dicit Barto. in l. 5. ff. de bonis eorum, qui
ſibi mor. conſci. per illam legem, quae per-
mittit corrumpere aduerſarium. Et caſus
eſt: quia iſtud dictum uidetur prima facie
contra dicta. ſuprà de frangente carceres,
in quo praeſupponitur, quòd accuſatio po-
tuerit praeceſſiſſe: & ideo intelligo de ac-
cuſato nondum capto, licet reperirentur, *
qui fortè dixerunt hoc dictum Barto. non
7 eſſe uerùm, per d. l. eos. ¶ Item † hanc fal
lentiam intellige, niſi quis fugiſſet de ma-
nibus familiae, & poſtea citatus comparuiſ-
ſet: quia tunc non uidetur talis fuga, quae
contra eum praeſumptionem inducat. Ita
dicit Bart. in l. quis ſit fugitiuus. §. 1. per il-
lum text. ff. de aedil. edic. & ſequitur Bald.
in l. in bonae fidei. uerſi. modò ſequitur. C.
de reb. cred. ¶ Item intellige, niſi quis fu-
geret ratione partialitatis, ſeu inimicitiae:
quia ſi inculpatur de homicidio, non prae-
ſumitur contra eum: quia non eſt locus ei
tutus. Ita dicit Bal. in d. l. in bonae fidei. poſt
Pet. ibi. alleg. not. in clem. paſtoralis. de re
iudi. & in c. ſtatutū. de reſcript. in 6. & quia
interpretamur in partem benigniorem, l.
non omnes. §. à barbaris. ff. de re. mil. ¶ Fal-
8 lit † quintò, quando lex punit ipſam fugā
tanquam ſpecificum delictum, non autem
tanquam ſignum delicti, putà, militem fu-
giētem, ut l. deſertores. C. de deſer. & l. de
ſertorem. ff. de re mil. Et ita ēt pōt intelligi
§. neceſſitatē. in auth. ut iud. ſine quoquo
ſuf. ſecundum Bartol. in d. l. lege Corn. &
Bartol. in d. leg. in bonae fidei. & Imol.
hic, & facit cap. fi. infrà de reg. ubi puni-
tur monachus fugitiuus non pro alio
delicto principaliter, quam pro ipſa fu-
9 ga. ¶ Fallit † ſextò & ultimò, quando
agitur de probando crimine ſolius ſuſpi-
cionis, uidelicet an aliquis ſit ſuſpectus
uel non, & ex iſta ſuſpicione ſola ſequatur aliquis effectus:
quia fuga probata, eſt ſtatim probata ſuſpicio, ut in l. 1. in prin.
& l. impuberibus. §. fi. ff. de ſuſpe. tut. & ita notant Doct. in locis
proximè allegatis: & eſt notabile. ¶ Vltimò dicit hic Hoſti.
10 unum notabile, quòd † quoties iudex dubitat, quòd dilatio
petatur ex quadam improbitate, poteſt à petente exigere ſa-
cramentum, quòd non petit malitioſè. & facit cap. 2. de iu. cal. in
6. Sed addit hic dom. Abb. quòd ſi iudex uehementer prae-
ſumit, ne pars aliquid proponat per calumniam, poteſt proponentem non admittere, nec de app. curare. Allegat Innocen.
in c. poſt elec. infrà de conceſ. praeben. in c. ſuper eo. infrà de
app. & intra de hoc aliud non tango, quia multa accumulaui
in c.

*& ad hoc allegat Bart. in l. relegat. ff. de pœn. & fuit opinio et diſtinctio Bartol. Brixien. in ſua q. dominical. q. 37. incip. Carceratus quidam. Et iſta concl. eſt ueriſſima in capto iniuſte ut, etiam iuramento non obſtante, non teneatur ad carceres redire, uer ob id quia non uidetur incurrere periurium aut mendatium ut in d. gloſ. per uiolentiam iuſte quia iurans non tenetur ſeruare iuramentum, ubi ex hoc fuit cauſa iuſta ſe opponit periculo mortis ſed iniuſtè captus ſe opponit periculo mortis ſine iuſta cauſa, ergo nō tenetur ſeruare iuramentum, c. ſi non licuit. 22. q. 5. & eſt cōmunis * opinio Ab. & aliorum, cum gloſſ. in c. ſi uero. de iureiu. & nedum hoc caſu iuramentum ſeruare non tenetur, ſed etiam in fugiat eſt ſuſpicio homicida, ut dicit. S. Thom. 2. 2. q. 69. artic. 4. ad ſecundū. Et ſicut iſta uera eſt in capto iniuſtè ita & illa in capto iuſtè, ut iudices teneatur ad carceres redire, ſi ex iis exiat cum licentia iudicis uel cuſtodis praeſtito iuramento de redeundo, ut omnes dicunt in ſuprad. locis iūctis hijs quae ſcribit Iaſ. in l. conuentionum ff. de pact. ubi tractat, An & quādo promiſſio alicui facta ſeruanda ſit, ut ibi per eum, & haec omnia nota.*

in capitulo licet cauſam.in quarto notabile, ſupra de probationibus. Sed ibi dictis adde Bald.in lege non epiſtolis. C.de probationibus,vbi dicit,præſumpta calumnia rei non remouet ordinem datum a iure in procedendo, & dicit eſſe text. notabilem in dicto capitulo licet. Item exponit hic Innocen. text. Confitetur,id eſt præſumitur, contra eum, non tamen condemnatur:ſed punitur in expenſis,& aliquando grauius. Ex quo nota,ſecundum Baldum hic,quòd ſtatuta, quæ dicūt, quòd contumax condemnetur tanquam confeſſus, ſunt contra ius,& ideo ſtrictè interpretanda,q̃ tene mẽti ppetuò, ſm eum. Et multa ad intellectum d. ſtatuti dicentur apertiùs in c.ueritatis.de dolo,& contu.

SVMMARIVM.

1 *Negans unum ex illatis alterum affirmare præſumitur. Hæc eſt regula huius capituli,quæ patitur ſeptem fallentias, ut hic per ordinem poteſt uideri nu.2.3.4.& 5.*

5 *Taciturnitas non habetur propriè pro conſenſu.*

6 *Taciturnitas ubi non inuenit effectum dicti medij, applicatur cōſenſui,uel diſſenſui, ſecundum uarias coniecturas.*

7 *Hæc regula fallit fauore pupilli in fideiuſſore tutoris, qui patitur nomen ſuum deſcribi.Iunge aliā fallentiam nu. 8.*

9 *Contumax in non reſpondendo hac pro conſentiente, uel negante quatenus uertitur magis in ſuum præiudicium.*

10 *Tacens habetur pro conſentiente,quando ultra taciturnitatem interuenit aliquis actus poſitiuus.*

11 *Tacens nunquam præſumitur conſentire,ubi agitur de ſuo præiudicio,licet præſens taceat. & nu.12.*

13 *Tacens in fraudem uidetur conſentire.*

14 *Tacens,qui præſens eſt,quando uideatur conſentire ratione ſanguinis.& nu.15.16.17.18.*

19 *Tacens præſumitur conſentire,ubi agitur de commodo, & de re appetibili.*

20 *Hæc quarta regula fallit,niſi oſtēderet cōtradictionē nutu,uel geſtu.*

21 *Tacens non habetur pro conſentiente, quando lex ex forma requirit loquelam.*

22 *Tacens ob reuerentiam alicuius,an uideatur conſentire.*

CAPITVLVM V.

1 NONNE. ¶ Qui † ex duobus illatis alterum negat,reliquum affirmare præſumitur. H.D.Nota,quod eſt dictū in ſummario:& licet diſputetur, an tacens debeat haberi pro confitente,an pro negante,ut ĩ.dicetur, tamen putat hic do. Abb.q̃,ubi duo impugnantur,ſeu præponuntur alicui,uno negato alterum affirmatur,per illum tex.quem aliter non declarat:ſed adduci poteſt ad elegantem quæſtionem Rotæ in antiquis, deciſ.1. in ti.de reſcriptis.licet impreſſio habeat deſuper ſignatum numerum 561.incipiente.Cancellaria non conſueuit.ubi dicunt,q̃ ſtante ſtylo,q̃ per ſimplex fiat,nō ueniat dignitas cum canōicatu, niſi exprimatur de dignitate: & aliquis petit canon. & dignitatem electiuam, & Papa cancellauit illud Electiuam,poſtea poſuit Fiat,q̃ tacitè uidetur concedere de dignitate: quod bene no.Et huic regulæ non ob.q̃ caſus tacitus, ſeu omiſſus remaneat in diſpoſitione iuris communis,ut l.ſi extraneus. ff.de condi. ob cauſam.& l. commodiſſimè.ff. de lib.& poſt. c. ſuſceptum. de reſcrip. in 6. quia procedit, quando caſus omiſſus non fuit nominatus, nec propoſitus.Et hic adde Bal.in l.2.circa medium, C. de ſacroſanc.eccl.ubi dicit,q̃ uno reprobato reliqua confirmātur,& dicit eſſe tex.in l.tribunus.§.6.ff.de teſta.mili. per quem infert, q̃ hoc ipſo,q̃ reformatores ſtatutorum caſſant quædam,uidētur tacitè reliqua confirmare. Et de illo text. meminit etiam Rota deciſ.præallegata, & per illum text. dicit Bald.in l.ſiue poſſideris.C.de proba. q̃ qui arguitur de pluribus peccatis,& in examinatione aliqua prætermittit, quicquid tacet,ex præſumptione uiolenta præſumitur confiteri : quod dicit eſſe notabile. Ad hoc autem generale dictum, q̃ negatio unius inducat affirmationē alterius propoſiti. dantur per Domin.tres

2 fallentiæ in c.qualis.25.diſt.¶ Primò† enim fallit,quando fieret expreſſio in altero ex cōnexis: quia ſi exprimitur affirmatiuè vnum ex connexis, non intelligitur dictum negatiuè de alio connexo,ſed etiam affirmatiuè,vt eſt caſus in c. translato.ē.de conſti.& ibi etiam hoc notant domin. Anton. & Imo.

3 ¶ Fallit,† ſecundò,quando unum principaliter uenirct in diſpoſitione, aliud conſecutiuè , uel additiuè:quia tunc ſi ipſum principale negaretur , intelligitur etiam negatum acceſſoriū, uel additiuū. Alleg.glo.fi. in c.poſtulaſti.ē. de reſc.& idē dicit do. Ant. in c.1.in q.10 notabi.ē.de pact.& ibi do. Abb.ante fi.&

4 do. Ant. in d.c.poſtulaſti.¶ Fallit† tertiò,quando interrogatio fieret per verba comparatiua:ſed tex.procedit, quando p verba poſitiua. Vnde ſi dico,quis iſtorum eſt bonus ? ſi reſpōdeatur iſte,intelligitur, q̃ alius ſit malus,ſed ſi dico, quis iſtorum eſt melior? ſi reſpondetur,iſte,nō ſequitur,ergo alius eſt malus. Ita dicit ipſe eē tex. in c.niſi cū pridem.§.nec putes.ē.de re

5 nunc. ¶ Fallit† quartò vltra Dom.niſi eſſet eadē ratio reſponſionis in vtroque,quia vtrunq; videtur affirmatum,ſm Bar. & Bal.in l.j.C.de diuer.reſcri.& ibi Bal. dicit hanc doctrinā eſſe menti tenendā,& idem tenet Ro.iſtos non allegans in l. quæ dotis.ff.ſol.ma.& dicit eſſe glo.ordinariam in l.ſi res.C.ſa. eccl.& in l.conſilio.§.quæſitū.in verbo,ſolui.ff.de cura.furioſ.& ibi bona glo.idē dicens de reſpondente poſitionibus , & dicit Ro.ſe ſolum ad hoc notare tex.in l.eum,qui in prouincia.ff. ſi cer.pet.¶ Fallit quintò,niſi diſponeretur ſpecialiter de vno ratione maioris frequentiæ,quia non negatur tunc de alio ſimili,ſm Imo.in cle.j.de reſcri.propter gl.ibi in verbo, præſidētes.in fi.¶ Fallit ſextò,niſi ſermo propoſitus eſſet affirmatiuus quia ſi ex duob.propoſitis quis vnum confitetur, non videtur aliud negare, ſm do. Abb.in cle.uolentes. de hær.propter gl. ibi in verbo, ipſorū.in fi. quæ tamen hoc non neceſſario probat. Et in contrarium eſt gl.hic,& in d.c.qualis. & in l.cū lex. ff.de legi.¶ Fallit ſeptimò & vltimò,niſi interrogatio fieret cū verbis qualificatis, quia reſponſio facta ſimpliciter, & non ad qualitatem, non negat qualitatem , ſecundum quod nota.Imo.& Pau. de Caſtro in l.ſi cui.§. primo. ff.de leg. primo. & Benedic.de Plumb.in l. ſi ff.de fideicom.& Bar. in conſi.incipiente,Statuto ciuitatis Florentiæ cauetur,q̃ forenſis.& ſentit Bald. in l.pen.C. de ædil. ubi dicunt, q̃ ſi Seius fuiſſet accuſatus, q̃ Bertam uxorem Titij adulterauerit,& Seius accuſatus reſpondit, cognoui Bertam carnaliter, uidetur confiteri Bertam uxorem Titij:quia uerba reſpondentis debent referri ad omnes qualitates in interrogatione poſitas,§.præterea.Inſti.de inut.ſtip.l.ſi defenſor.§. qui interrogatus. & ibi etiā hoc tenet Fulg.ff.de interro.act.Et licet contrarium teneant Bar. & Bal. ĩ.d.§.1.& Spec. in tit.de poſitionib. §.ſequitur. uer.11. quem ſimpliciter ſequitur do.Ant.in capitulo 1.ē.de plus petitione & ſentit Bal. in cap.litteras.ſuprà de teſtib. tñ illud cō-

★ muniter ★ tenetur: quod tenendo inducitur limitatio ad iſtū tex.per neminem conſiderata. ¶ In glo.fi.in fi. De materiam huius gl.uidelicet quando tacens uideatur,uel præſumatur cōſentire,& quando non,multa intricari poſſent,& difficilè poſſet dari ſolida & certa doctrina: quia, ut fatetur hic do. Abb. eſt materia brocardica, tñ ipſe ponit certā doctrinā longā, & iō ſeruato principaliter ordine ſuo accumulaui breuiter hic inde multa ſparſa per certas regu. cū aliquib.fallentijs. ¶ Prima regula.Tacens ,ppriè nō conſentit,nec

a cōtradicit,[a] vt regula,is,qui tacet.de regu. iur.in.vj.Vnde qñcunque hoc mediū poteſt conſequi aliquē effectū,ab extremis ſeparatum illum cōſequitur,nec accedit ad aliquē extremorū. Poteſt poni exemplū in.l. j.§.ſcientiā.ff.de trib.vbi aliud diſponitur, cū expreſſe dñs cōſentit contractibus ſerui ſui,& aliud cū contradicit,aliud verò cū tacet:cuius diuerſitatē vide per glo. in d.regula,is, qui tacet.in qua ponuntur etiam exēpla,in quibus taciturnitas aliquando nihil operatur, & dicit hic Inn.q̃ tacere eſt præſumptio,non probatio, & ſequtur Bal.in l.ij.§.q̃ ſi actor C.de iur.cal.¶ Per iſtam regu.inferri poteſt,q̃ in ſtatutis requirētib.conſenſum in certo actu,nō ſufficit taciturnitas:q̃d uidet̃ expreſſè de mente Bal.

b & aliorū in l.2.§.ſi uoluntate[b].ff.ſol.ma.dū dicūt,q̃ ſtāte ſtatuto, q̃ mulier non poſſit ſine cōſenſu duorū ,ppinquorū alienare,nō ſufficit illos eſſe præſentes & nō contradicētes,per illū text. in uerbo,uideri:& in uerbo, quaſi.quæ denotant fictionē, ſecundum Bartol.in l.is, qui pro emptore.in 6.q.ff.de uſuca.& fictio non procedit in ſtatutis, ſm Bartol.in l.3.§.hæc uerba.ff. de nego. geſt. & facit etiam ad hoc l.1.in fi.ff. de author. tut. & not. Bal.in l. ſi ſine

a *Contradicit*] *Ad de idem imentem do.Soc.in cōſ.167. incip. Non mirum , ſed neceſſaria mrſ.ſecundo probatur hoc.in fi. in 2. part.chart. 32.*

b [*§.ſi uoluntate*] *Et ibidē õino uide do. Alex.de Imol. & quæ per eū habentur in l. apud Iul.§.fi. ex q.cauſ. in poſſ.e.et Pet.de Sur̃za in l.ſ abſentia.C.ſi cer. pet.*

ſi ſine. in 2. q. C. ad Velle. & in l. fi. §. neceſſitatem. ner. quaro, an ſufficiat. C. de bo. quæ lib. Quod exemplum intellige, niſi interueniſſet ſcientia & patientia diuturna propinquorum, quia æquipollet uero cōſenſui, ſecundum Bal. in l. ſi filius. per illum tex. C. de pet. hæred. & Ang. in l. qui in aliena. in princ. ff. de acq. hær. ¶ Item ſecus, ubi ſtatutum requireret conſcientiam propinquorum, quia ſufficit conſcientia ſine cōtradictione, ſecundum Ang. in §. emphyteuſim in auth. de ali. & emph.

9 ¶ Secunda reg. Vbi † taciturnitas non inuenit effectum dicti medij, applicatur conſenſui, uel diſſenſui ſecundum uarias cōiecturas. Et hinc eſt, q ſi agitur de obligatione perſonali, taciturnitas habetur pro cōtradictione, l. filius. §. inuitus, ff. de procur. ubi ſi is, qui conſtituitur procurator, eſt præſens & tacet, non uidetur conſentire. ¶ Per iſtam regulam infertur ad notata per Io. An. in Spe. in ti. de arbi. §. ſequitur. uer. ſed nunquid arbitrator. ubi dicit reprehendendo Spe. ibi, q ſi præſens & tacens eligitur in arbitrum, non uidetur conſentire, & inter alia allegat etiam l. ſi de meis. §. recepiſſe. ff. de arbi. ibi in fi. cōtro uerbiē interpoſiturum pollicetur. Et per iſtam regulam deciditur, quod no. Io. An. in c. Ioannes.). de teſta. ubi dicit, q ſi præſens eligitur in executorem teſtamenti. & tacet, non uidetur conſentire. Et per illam regulam dicit Bald. in l. inuitus. C. de procu. q ſi inſtrumentum dicit, Titius conſtituit talem procuratorem præſentem, & non dicit, Acceptantem, talis non eſt

7 procurator. per d. §. inuitus. ¶ Fallit † primò iſta regula fauore pupillorum in fideiuſſore tutoris, qui patitur nomen ſuum deſcribi, per l. cum oſtendimus. §. fi. ff. de fideiuſ. tut. & uide Dyn. Bar. & Bal. ibi, ubi ita intelligunt illum text. q ſit ſpeciale fauore pupilli. Sed tñ ſolus fauor pupilli uidetur ſufficere ad hoc, ut patientia inducat conſenſum, ut eſt tex. ſm uerum intellectum, quem ibi approbat Bal. in l. ſi filius. ff. de iure. ſed in ea colligitur illa lex, cum oſtendimus, ut hoc operetur calor iudicij. & ita ſæpius allegatur ille tex. ut per Bar. in multis locis quæ allegaui in c. quoniam contra. ſuper gl. in uerb. uiros.). de

8 proba. ¶ Fallit † ſecundò in caſu c. unici. de deſpon. impub. lib. 6. ubi filius tacens & præſens obligatur [a] ea matrimonio contracto per parentes, & hoc inducit ibi fauor matrimonij & fauor parentum. Hoc enim non procederet in alijs cōſanguineis, ſecundum Io. An. ibi in nouella. & do. Abb. hic. & idem in hoc ultimo no. do. Abb. in c. j. in ult. no.). de matr. cōtrah. contra interdic. eccl. & Mod. in repe. c. tuæ.). de ſponſ. Sed iſta fallentia limitatur, ſecūdum do. Abb. hic paulo). niſi cauſa cognita conſtaret filium, uel filiam ob reuerentiam tacuiſſe, de quo dicto nunquam ſis oblitus, quia non legi alibi, & eſt aptum infrin

9 gere mille ſponſalia. ¶ Fallit † tertiò in cōtumace in reſpondendo, habetur enim talis pro conſentiente, uel negāte, quatenus uertitur magis in ſuum præiudiciū, ſm Bar. in l. q docu. ff. ſol. ma. & do. Ant. & do. Abb. hic per c. ſi poſt præſtitum de confeſſ. in 6. & l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de interro. act. & not. Bald. in l. 3. C. quando fiſcus, uel priua. ¶ Per iſtam fallentiam infero ad notata per Hoſt. & in alios in c. interpoſita.). de app. ubi dicunt, q ſi iudex ter requiſitus ut admittat appellationem, ſemper tacet, habetur pro non admittente. & ſic uidetur hoc eſſe ratione contumaciæ in reſpondendo. no. do. Ant. in c. dilecto. eo. ti. & Doc. in cle. 2. de app. Bene facit gl. ualde ſollennis in cle. dudum in uerbo, recuſaret. de ſepul. quæ probat, q ubicunque in actu requiritur alicuius licentia, ſi poſt trinam requiſitionem non reſpondet, habetur pro recuſante: & optimè facit, quod no. Inn. c. licet ſuper uerbo, poſtulare.). de reg. & tex. in l. nulla differentia. ff. de autho. tut. ¶ Et per iſtam fallentiam infero ad id, q eleganter ſcribit Inn. in c. 1.). de his, quæ fiunt a ma. par. c. ubi dicit, q licet minor pars capituli non poſſit appellare, qñ aliquid fit a maiori parte in præiudicium tertij, quia eorum non intereſt, 2. q. 6. non ſolent. tamen bene poſſunt contradicere, Imo ad hoc tenentur, alias tacendo illaqueantur peccato, quia uidentur cōſentire in iuſte geſtis. Qui enim tenetur loqui, & tacet, habetur pro conſentiente, ut in hac fallentia, de quo dicto Inn. eaclamat do. Ab. in d. c. 1. & in c. cōtinebatur in ult. col.). de his, quæ fiunt a præla. & in c. in cauſis.). de ele. ¶ Et ad iſtā fallentiam adde, quod dicitur in ultima fallentia ſequentis regulæ. Et intellige, dummodo ad reſpondendum detur aliquātula deliberatio, quia taciturnitas poſt interrogationem non ſtatim habetur pro reſponſione. Ita pulchrè dicit Inn. in c. cū in cunctis. in prin.). de ele. & ſequitur. Bal. in l. 2. §. q ſi actor.

10 C. de iur. cal. ¶ Fallit † quartò, quando ultra taciturnitatē interuenit aliquis actus poſitiuus, ut putà recepit ſciēter literas, in quibus conſtituebatur procurator, ut in cle. 1. de procu. uel exhibuit reuerentiam aduerſario tanquam prælato, c. ex ore.). de his, quæ fiunt a maio. parte cap. ſecundum do. Abba. hic, pro quo uide omnino Imo. idem tenentem in c. cū M.). de cōſti. ubi dixit, q quoties iungitur patientia, uel taciturnitas cū aliquo actu præambulo, uel ſequenti, uidetur inducere conſēſum etiam in actu principali. Alleg. text. notabilem in l. filius familias, ſi abſente. iuncta gl. ff. ad Mace. ¶ Per hanc fallentiā infertur ad ſcribentem, quia ille actus ſcribendi inducit conſenſum in tacente, ut per Inn. in c. quoniam contra). de prob. cum concor. quas ibi dedi. infertur etiam ad ſigillantem, de quo dixi in c. 2.). tit. prox. & facit optimè c. cum dilecti.). de arbi. ponderando, ut dicam in fi. huius articuli. Et per hanc fallētiam infertur ad deciſionem Io. An. regula, qui tacet. de reg. iur. in 6. ubi concludit, q ſi conſtitutio epiſcopi prohibet alienationem fieri per prælatum inferiorē ſine ſua licentia, ſi fiat alienatio in epiſcopum, uidetur conſentire & licentiam dare, & ſequitur hic do. Ab. quem allegaui in c. cum nuncius. in fi.). de teſt. ubi uide. Et illa, quo ad hanc regulam de obligatione, reliquæ fallentiæ conueniunt generaliter & ſequenti re-

11 gulæ. ¶ Tertia regula. Vbi † agitur non de obligatione perſonali, ſed de alio præiudicio, & quis non eſt contumax, quia nō arctatur alio iure ad loquendum, & tunc tacens habetur pro contradicente, & maxime, ubi non poteſt contradicendo impedire, quod agitur. Probatur in l. qui nas. §. uetare. ff. de fur. & facit, quod no. in l. Caius. ff. de pig. act. & glo. in c. pollulaſti. in uerb. electo. circa medium,). de iure pa. & hic, & hanc regulā ponit Inn. qui ſemper allegatur in c. in geneſi.). de elec. & gl. in c. ſicut ... in uerbo, per unū de elec. in 6. & in regula, is, qui tacet. de reg. iu. in 6. & Bar. Imo. & Ro. in l. quæ dotis. ff. ſol. ma. &

12 Bal. hic. ¶ Et † habet locum illa regula, etiam ubi quis poterat contradicere, quia dato, q tacuit, non præſumitur conſenſiſſe, cum in dubio non præſumatur quis uelle præiudicare iuri ſuo & iactare ſuum, l. cum de indebito. ff. de prob. & c. ſuper hoc.). de renunc. & dictum fuit in c. ſi cautio.). tit. prox. ubi ad obligandum quem etiam ex uerbis non ſufficit omnis ſimplex ſermo, multo minus ſilentium. Ita no. hic do. Abb. ſic intelligens l. ſicut. §. non uidetur. ff. qui mo. pig. uel hypo. ſol. licet alij teneant contrarium, ut hic per ipſum, & per Barto. in l. quæ dotis. & eorum opi. procedit, ut dicetur in prima fallentia huius regulæ. ¶ Et per iſtam regulam infertur, q ſi poſt actum geſtū me abſente ſuperuenit ex poſt facto ſcientia cum taciturnitate, illud non eſt approbare, quando actus eſt præiudicialis, ſecundum Bar. in l. quo enim. ff. rem rat. hab. & do. Abb. hic in fi. ¶ Et per iſtam regulam inferunt ad id, quod no. Io. And. in addi. Spe. in rub. de depoſito. & Bal. in auth. habita. uerſus fi. C. ne filius pro patre. ubi dicunt; q qui tollerat, ut alius ponat rem in domo ſua non uidetur ſe obligare ad rei cuſtodiam, ſacit per locum a ſpeciali, l. 1. §. recipit. ff. nau. cau. ſtab. ¶ Et per iſtam regulam infertur ad aliam quæſtionem longiſſimam, utrum ſi quis agit in iudicio me ſciente & patiente, uideat ſibi tacitè dare mandatum, in qua Inno. dicit, q ſic in c. ex parte decani. ſupra, de reſcrip. & ſequuntur multi, quos referā in c. quamuis.). de re iu. Sed Dom. in c. qui ad agendum de proc. in 6. limitat, niſi talis ageret aliquid in præiudiciū meū, per iſtā regulam. ¶ Et per iſtam regulam infertur, q ſi uaſallus alienat feudum domino ſciente & tacente, non uidetur conſentire, ut eſt glo. & ibi clarius Bal. in ca. 1. in uerbo, abſque ipſorum permiſſione. de prohi. feu. alie. per Lothar. quam glo. Ro. facit ſing. * . 724. Ad hoc uide omnino conſilium Pe. de Anchar. 6. quod incipit, Motiua iudicis. Et per iſtā regulam dixit gl. in c. ſi contra unum in uerbo, probari de offic. deleg. in 6. quod tacēs non uidetur acceptare officium iudicandi, quia eſt onus, licet habeat etiam in ſe aliquid honoris, ut in eā, pro qua uide, quod no. dom. Abb. in c. cæterum.). de iudi. Et ad alia

[a] *Obligatur*] *Adde do. Alex. de Imo. in d. l. quæ dotis. ſæpius in text. alle. ſolu. mat. pen. char. contra Ant. de But. hic, & uide eum poſt Ioan. de Imo. Pau. de Caſt. & Lud. in l. Luci. ſol. mat. ubi contra omnes dicit, q uerum ibi filio inferri aliquod præiudicium extrinſecum.*

* *ſing.*] *Adde ſingularem ſingul. 720. incip. De ſo... requiritur, nam locus ab Authore ... corrumpitur, & Ad. de Iaco. Ardiz. in ſum. tit. quib. mod. feu. amit. in rub. ſi dom. conſenſ. alien. Iaſ. in l. quæ dotis caſu. 43. ſo. mat. & in l. ſi fundum. col. 6. de leg. 1.*

alia infinita inferri poſſet conſiderando quatuor quæſtio-
nes diſputatas per Ioan.And.in d.regula,is qui tacet.¶Fallit
13 † primò iſta regula,niſi ille, qui poterat contradicere,ſimu-
laret,ſeu taceret in fraudem:quia facit ſibi præiudicium,ac ſi
expreſſe conſentiret,per l.ij. C.ſi res alie.pig.da.fue.ubi dici-
tur, quòd ſi te fraudulenter tacente alius rem tuam tanquam
ſuam pignorauit,fit tibi præiudicium. An autem præſumatur
fraus in eo, qui poteſt prohibere, & non prohibet?& conclu-
dit hic dom.Abb.quòd ſic,ex quo quis eſt præſens & tacet: &
ſic intelligit glo.hic,& l.ſi ſine. C.ad Vellei.ut hic per ipſum,
cum quo concor.Roma.in d.l.quæ dotis.in pen.char.& reſul-
tat effectus maximus:quia ſi præſumitur fraus,ſequitur,quòd
ubicunque quis poteſt contradicere,& non contradicit,habe
tur pro conſentiente:& hæc in reali obligatione:ſecus in pſo-
nali,per dicta ſuprà.in 2.regula,& facit l.ſæpe.ad fin.ff.de re
iudic. & quod not.plenè in l. Caius,ff.de pig.act. Et intelli-
ge, ut eſt dictum, quòd quis ſit præſens & tacens, iuxta leg.
qui patitur, ff. mand. alias ſola notitia & patientia eius, qui
poteſt impedire,non nocet.Et iſtam differentiam ponit Ioan.
And.in cap.1.per illum textum de deſpon.impu.libr.6.& Bar
to.in leg.quo enim in princip.per iura ibi allegata,ff.rem ra.
ha.& Bal.i l.prima,ff. de neg.geſ.Sed adhuc non admitterem,
quòd talis habeatur pro conſentiente,tum per ea,quæ dixi in
prima ampliatione huius regulæ tū,quia Io. And. in dict.re-
gu.is qui tacet. expreſſe dicit,quòd in præiudicialibus tacere
non eſt conſentire,etiam ubi quis poteſt prohibere.Nec obſt.
dicta l.ſæpe.quia reſpondendum eſt, ut latè per Bald. in l. ſi
ſine ad fin.uer.item fallit,cum ego,qui taceo.C.ad Velle.Ta-
men communis opin. gloſſ.hic, & aliorum, de quibus ſuprà,
14 ſeruaretur.¶Fallit† ſecundò ratione coniunctionis ſanguinis
propter quam tacens habetur pro conſentiente etiam in præ
iudicialibus,per l.ſi ſeruus communis. ff.de don.inter uirum,
& uxor.ubi dicitur, quòd tres erant fratres,qui habebant ſer
uum communem, quorum unus eundem ſeruum alijs præ-
ſentibus & tacentibus donauit uxori ſuæ, & concluditur ua-
lere donationem reſpectu tacentium, qui ratione proximi-
tatis uidentur in eorum præiudicium conſenſiſſe, & eſt caſus
ualde notabilis, ſecundum domin. Abba. hic per quem limi-
tari poſſunt omnes caſus, in quibus ſuprà, dictum eſt, tacen-
tem non obligari, & facit,quod not.Bartol. in l.inter omnes,
§.rectè.ff.de fur.& Bald.in dict.l.ſi ſine. in 3.q.ut retuli.in c.1.
quaſi in fi.ſ. eo,An autem ratione reuerentiæ, quam haberet
aliquis ad perſonam coniunctam, poſſit talis conſenſus dici
15 meticuloſus,dicetur infrà uerſi.ultimò ſcias ¶Fallit † tertiò,
niſi ex contradictione expreſſa uerſimiliter timeretur de ali
quo damno ſaltem de facto contradicenti infligendo, quia
tunc tacens non habetur pro conſentiente, ſed pro contradi-
cente,etiamſi daret uerba generalia, ſecundum do.Abb.hic,
dicentem eſſe bonum text.in c.cum ueniſſet.uer.ipſe uero ti-
mens.ſ.de inſti.& quod dicetur ſ. de tacente,coram eo quem
habet in reuerentia. ¶Fallit quartò fauore diuini cultus, ſeu
religionis,ſecundum do.Abba. hic,dicentem,ſub hoc optimè
comprehendit caſum c. ſi ſeruus ſciente.54.diſt.ubi dicitur,q
ſi ſeruus ordinatur ſciente domino & non contradicente, ui-
detur conſentire,nam in hoc caſu ſubeſt illa ratio coniunctio
nis,de qua ſ.cum eccleſia ſit mater noſtra,c.qui abſtulerit.12.
q.2.Et idem dicit Ro. in d.l.quæ dotis. in ult.col.facit c.nō ſo
lum. in uerbo,profeſſus tacitè de reg.iur.in 6.& adde Bald.in
terminis in auth.ſi ſeruus.C.de epiſ.& cler.ubi idem tenet per
16 illum tex.qui eſt canonizatus in d.c.ſi ſeruus.¶Fallit † quin-
tò fauore reip. ſecundum Io.And.in regula, qui tacet.in prin.
de reg.iur.in 6.alleg.l.1.ff.ad munic.& l.honores.§.fi.ff.de de
cu.& l.j.C.de filio fami. lib.10. & c.2.de accuſa.in 6.ibi onus.
17 ¶Fallit†ſextò in proteſtatione,quia facto tacenti ſemper ſibi
præiudicat,ut eſt gl.notabilis in l.fideiuſſor. in prin.in uerbo,
recuſare.ff.qui ſatiſd.cog. quæ ſignanter uoluit, q ſi tu apud
me fideiubes pro Sempronio de ſiſtendo in iudicio coram tali
iudice, & proteſtor tibi, q non intendo,quod utaris priuile-
gio declinandi fori tibi competenti,& tu taces,q uideris con-
ſentire & priuilegio renunciare. Et pro hac fallentia uide e-
tiam gl.iuncto tex.in l. fi. §. item ſi prædixerit. in uerbo,conſen
ſerit. ff.nau.cau.ſta.& tex.in c.1.17.diſt.& in l.1.§.pœna.cū gl.
in uerbo,denunciauerit.ff.de lib. agnoſ.& Bart. in l. non ſolū.
§.morte.in fi.ff.de ope.no.nun. & Imo.poſt dom. Anto.in cap.
cum M. ſuprà,de conſt. Et adde,quòd iſta fallentia non proce
dit in matrimonio,ut per do. Abb.poſt Inno.& in c.fi.de con-

18 di.app.ubi omnino uide.¶Fallit† ſeptimò & ultimò ualde ſin
gulariter,ubicunque aliquis uocatur,ut conſentiat,uel contra
dicat: quia ſi eſt poſtea in actu præſens, & tacet, habetur pro
conſentiente, ſecundum Inno.in c.ueſtra.ſ.de loca.& eius di-
ctum ita ponderat ibi do.Abb.in fi.quem uide:& illud dictum
Innoc.approbat Fede.conſi.17.& Archid.in c.pronunciādum
in fi.de conſecra.diſt.3.& dom.Abba.in fin.ſuprà, de ſerip.&
Alb.in 2.parte ſtatutorum, quæſt.160.& dom.Anto.in c.cum
omnes.ſuprà,de conſti.& in ca.quæ in eccleſiarum in ult.col.
eo.titu.quamuis Ioan.And.& dom. Ant. in d.ca.ueſtra.dicant
in contrarium,per doctrinam Inno. in d.c.in geneſi.Sed intel
ligendo,ut facit ibi dom.Abb.procedit fallentia.& eſt dictum
autem:pro quo optimè facit, quod dixi ſuprà,in 3.fallen.ſe-
cundæ regulæ allegando Inno.in c.1.de his, quæ fiunt a ma-
io.parte cap. Et ex hoc ſequitur effectus generalis & magnus,
quòd ubi collegium,uel uniuerſitas congregatur,ut ſinguli cō
ſentiant,uel diſſentiant,ſi tacent, habentur pro conſentienti-
bus,quod bene nota, & limita non procedere in alienatione
rei eccleſiæ perpetua, in qua requiritur expreſſus conſenſus
capituli,ſecundum Archid.in c.ſacerdotes.16.q.3.& in c.ſine
exceptione.12.quæſt.ſecunda,& Ioan.And.in d.regula,is qui
tacet ſecus,ſi eſſet alienatio temporalis,quia ſufficeret tacitus
conſenſus,ſecundum gloſſ.in capit. continebatur.infrà,de his,
quæ fiunt a præla.& in c.1.de rebus ec.non alie.in 6.¶Quar-
19 ta regula. Vbi † agitur de commodo & de re appetibili,tacēs
præſumitur conſentire, ſecundum Inn. in d.c.in geneſi.& glo.
in c.ſicut de elec.in 6.& in d.regula, is qui tacet.& Bar.& om
* nes * in d.l.quæ dotis.& do.Car.& do.Ant.& dom.Abb.& I-
mo.hic per l.qui patitur.ff.mand. Et per iſtam regulam infer
tur, q tacens poſtquam ſcit rem pro ſe utiliter geſtam,præſu-
mitur ratum habere,ut per Bart.in l.quo enim.ff.rem ra.hab.
& do.Abb.hic.Et per iſtam regulam dicit Bal.in l.ſi ſine.in 1.
q.C.ad Velle.q ſiue loquatur de utilitate uera,ſiue de utilita
te præſumpta,tacens præſumitur conſentire.Hinc eſt, q filia
præſumitur conſentire patri,quia præſumitur moueri ad eius
utilitatem propter affectum paternum, ſecundum ipſum.per
l.2.§.uoluntas.ff.ſol.mat. Et per iſtam regulam infertur,q fi-
lius tacens, quando legitimatur,præſumitur conſentire,ut eſt
gl.in l.in adoptionibus.in uerbo, non contradicendo.ff.de a-
dop.dum allegat.§. generaliter.in auth. quibus mod.na.effi-
* cian.leg & eam no.Ro.in ſing.601 *.dicens
q ante ipſum nunquam fuit notata, & licet
a certo reſpectu legitimatio ſit damnoſa [a] fi-
lio,quia perdit libertatem, & non eſt am-
plius ſui iuris,tamen attenta utilitate, quæ
reſultat ex recuperatione iuris natalium,
præſumitur potius conſentire, quam diſſen
tire,ſecundum Ro.qui hoc latè tangit in d.
20 l.quæ dotis.¶Fallit†primò d.regula,niſi ta
cens oſtenderet contradictionem nutu, uel
geſtu,ſm Ro.in d.l.quæ dotis.Alleg.gl.70.
diſt.in c.1.Et hanc allegationem credo eſ-
ſe corruptam,ſed cōfirmatur ratione, quia
etiā geſtu datur uoluntas intelligi, l.Pau-
lus reſpondet.ff.rem ra.hab.& l.reprehēdē
da.C.de inſt.& ſubſti.& l.ſi tamen.§.ei,qui.
ff.de ædi.l.edi.facit glo.2.circa med.in c.cū
tibi.ſ.de teſta.& text.in c.nec ſolo.32.q.5.
& gl.in l.itē quia.ff. de pac.& in l.1.§.ſi q.s.
21 ff.de uerb.obl.cum ſi.¶Fallit†ſecundò,ubi-
cunq; lex pro forma requireret loquelam,
ut probatur in c. cum pro paruulis.de con-
ſecra.diſt.4. ubi in actu etiam meritorio ta
citurnitas non habetur pro conſenſu, & ita
communiter allegatur ille text.& male, quia non dicit.quòd
ille non conſentiat,ſcilicet quando actus non ualet ex defe-
ctu formæ,& pro hoc facit, quod not.Domin.poſt Ioan.And.
in cap.ſi Abba.de elect. in 6.in princ.ubi dicit, quòd quando
in actu requiritur licentia pro forma,non ſufficit tacitus con-
ſenſus,& idem Ioan. Andr.in d. regula is, qui tacet.ante fin.
Et hoc limita ſecundum dicta ſuprà,in 3.fallen.ſecundæ regu
læ.Et idem, ubi requiritur conſenſus per uiam authoritatis,
quia oportet, q interponatur uerbis, ut eſt gloſſ. ord.in l.3.
ff.de autho.tu.& probatur in leg. prima, §. mutus. ff. de tutel.
quam ad hoc allegat Bal.in l.ſi ſine.in 2.q.& not.Imo.hic,niſi
ille,qui habet authorizare,interponeret actui præſentiam,&

*601.] Adde quod male allegatur, nam eſt ſing. 594. incip. Tu ſcis quod ego dixi ubi in latè, & concor. & in eundem Roma. ſing. 530. incip. Tu habes §. generaliter.

a Damnoſa] An plus incommodi, quam cōmodi ſperare filius per legitimationem conſequatur, unde uo. per do. Soc. in conſ. 595. incip. In cauſa filiorum. uer. poſtremo, cum uerſi ſeq. in 2. parte, char. 217.

conſuleret actum fiendum, quia hoc modo eſt perinde, ac ſi
authoritatem interpoſuiſſet, ſecundum Roma. in d. l. quæ do-
tis. dicentem de hoc eſſe tex. Legiſtis incognitum in c. dilecti,
in uerbo, præſentia. ſ. de arbi. ſecundum unum intellectum. Et
q ibi eſſet neceſſaria authoritas epiſcopi in compromiſſo, pa-
tet ex capitulo, peruenit. & c. cum tempore ſ. de arb. & ita etiã
22 tenet do. Abb. in d. c. dilecti. ubi uide. ¶ Vltimo† ſcias in mate
ria, q his caſibus, quibus taciturnitas nocet intelligitur, niſi
quis taceat ex quadam reuerentia, quam habet ad ſuperiorẽ
quia tunc non præſumitur conſentire, ſecundum Bar. in d. l.
a quæ dotis[a]. per l. j. §. quæ onerandæ. ff. qua-
rum rerum act. non datur. & ſequitur dom.
Ant. hic, pro quo adduco glo. pe. in c. unuſ-
quiſq;. 22. q. 4. & gl. in c. pleriq, in uerbo, ta
cet. 2. q. 7. & quod no. Ia. de Arc. in l. pen. ff.
de fur. ubi dicit, q tacens uidetur conſenti
re propter uerecundiam, per illum text. in
uerbo, magna uerecundia. & l. j. §. ſi quis im
becillitate. ibi, te offenderet, uel eum, qui te magnifaciebat.
ff. quod ui. aut clàm. idem dicit Iac. de Arc. ſi per timorẽ quis
tacet, per d. §. quæ onerandæ. ibi, metu ſolo, uel nimia patroni
reuerentia. Bene facit doctrina Bar. in l. pecuniæ ſortem. in ſi.
ff. de ali. & cib. leg. ubi dicit, q quando aliquid ſit, uel non ſit
propter uerecũdiam, eſt iuxta cauſa excuſandi aliquem, ſicut
error. Bene facit c. cum ueniſſent. ſ. de inſti. & quod no. gl. ſi. in
l. obſeruandum. ff. de offi. præſ. & Ioan. de Ana. in c. conſuluit.
ſuper gl. 1. ſ. de uſu. & Inn. in c. conſulti. in 6. ſ. de regu. & quod
pulchre ſcribit Dom. poſt Hug. & Arch. in c. de co. uerſi. quero
pone. l. diſt. dicens, q ſi Canonicis tacentibus epiſcopus con-
tulit præbendam in eorum præiudicium, poſſunt eo mortuo
agere contra inſtitutum: nec nocet taciturnitas, quia de facili
epiſcopo uiuente contradicere non poterant. & facit ca. nihil
cum ſcandalo. ſ. de præſcrip. & cap. 1. ſ. quod met. cauſa. Et de
✠ dicto metu reuerentiali✠ plenius ponũt In-
no. do. Ant. & Imo. in ca. cauſam matrimo-
nij. ſ. de offi. de leg. & Bald. & Sal. & omnes
in l. interpoſitas. C. de tranſa. & Ro. in l. ſi
cum dotem. §. eo autem tempore. ff. ſol. ma
tri. Ex quibus uidetur, q licet alias præſens
& tacẽs factũ a coniuncto ſuo uideatur illi
conſentire, d. leg. ſi ſeruus communis. tamẽ
fallit, niſi ille coniunctus ſit perſona, cui re
uerentia deberetur, & idem Bald. in l. 1. C.
de bonis ma. & glo. in uerbo, probatur & i-
bi Bal. in l. filium. §. iniuſtus. ff. de proc. Sed
intellige aduertenter, dummodò cauſa co-
gnita conſtet, q reuerentia fecerit quẽ ta-
cere, ut ſentit tex. in d. §. quæ onerandæ. in
uerbo, cauſa cognita. aliàs ſola præſentia
non inducit ſufficientẽ effectum reueren-
tiæ, ſecundum do. Abb. hic latè & ſing per
tex. in c. unico, §. porro, de deſpon. impu. li.
6. & facit l. in adop. ff. de adop. & l. 6. & ibi
no. Bal. C de adop. quæ iura intellige mo-
do ſecundum prædicta, uidelicet niſi pater
eſſet talis perſona de cuius reuerentia me-
ticuloſa cã cognita conſtaret, ſecundũ do.
Abb. hic dicentem per hoc ſolenniter limi
tari. d. §. porro. Et iſtam credo ueritatem,
omiſſa diſtinctione, an actus ſit euidens ꝑ-
iudicialis, an non, quia in caſu matrimonij
de quo in d. §. porro. requiritur conſenſus
omnino liber. c. cum locum. ſ. de ſpon. & ta
men illa reuerentia non tollit illam liber
tatem d. §. porro. Et ideo apparet, q cõſen-
ſus ex ſola reuerentia nihil intimidatur, niſi cauſa cognita. Et
pro hoc facit, quia ſicut metus reuerentialis non impedit ex-
preſſum conſenſum. l. ſi patre cogente. ff. de ritu nupt. no. Bar-
to. in d. §. quæ onerandæ. eadem ratione non impediet præſũ-
ptum conſenſum, argu. l. cum quid. ff. ſi certum pet. Et iſta ſuf-
ficiant in hac materia, in qua poteris indagare omnia loca,
ut inuenias, ſi per alium eſt ita reducta. Sequitur c. manda
ta. Vide.

a *L. quæ dotis*] *Vbi uide ad hoc omnino dom. Alexan. et in l. ſi cum dotem. §. eo autem eo tit. pen. col.*

✠ *Metu reuerentiali*] *Adde quod in patre reſpectu filij, in marito reſpectu uxoris, in prælato reſpectu clerici. & ſimil. nõ præſumitur metus reuerentialis, ut actum reſcindat, niſi minæ uel uerbera præcedant Inn. in ca. cauſam matrimonij de off. dele. & ibi Anchor. poſt alios col. 1. cũ ſeq. Bart. in l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quar. rer. act. det. Bal. in l. ſi. de cond. ob tur. cauſ. Ang. Imo. & Alexã. in l. ſi cum dotem §. eo autem tempore ſol. matr. Abb. in c. cum contingat in 1. no. de iureiur. Dom. in c. quamuis pactũ per illũ tex. de pac. in 6.*

SVMMARIVM.

1 *Præſumptio eſt de præſentibus ad præterita.*
2 *Reſcriptus quando uideatur haberi dignitatis, an perſonæ.*
3 *Priuilegium quando tranſeat ad ſucceſſorem.*

CAPITVLVM VI.

MANDATA. ¶ Ex præteritis præſumitur circa futu
ra. H. D. & concordat l. non omnes. §. a barba-
ris. ff. de re mili. Item præſumitur contra ſeipſũ
leg. cum de in rem uerſo. ff. de uſu. Item ex præ
teritis dudum præſumuntur recentia, l. quicun
que. C. de apoc. pu. lib. 12. facit l. ſiue poſſidetis.
1 C. de proba. ¶ Item † ex præſentibus præſumitur de præteri-
b ti.[b] l. Plotiana. ff. de iure condi. Et ex præ-
ſenti præſumitur de futuro, c. plurimos. in
ſi. 81. diſt. & ſic præſumptiones trahũtur de
tempore ad tempus. Ad idem ca. uolumus.
16. q. 4. & iſta ſunt dicta Bal. hic, pro quo
uide gl. ord. & quod ibi dicetur in c. ſcribã.
ſ. eo. ¶ In tex. ibi, dices. Not. q legatus Pa-
pæ dicitur gerere uices Papæ Alle. do. Ab.
gl. in c. quæ de cauſa. 2. q. 5. quæ dicit, q de-
bet honorari ut Papa, & bene facit c. ſi. 93.
diſt. Sic etiam delegatus honoratur ob re-
uerentiam delegantis c. cum olim. ſ. de of.
dele. & dicit ibi do. Abb. q non exhibens
reuerentiam uicerectori, uidetur inferre
iniuriam illi, cuius uices gerit, & dicit Ro.
✠ in ſing. 272.✠ inci. Bart. in l. ſi ſitus q om-
nis prærogatiua debita rectori, debetur ẽt
uicerectori. per d. c. ſi. de quo facit ſeſtum:
Iſtud de uicerectore, intelligitur de facto
ab uniuerſitate, ſecus, ſi ab ipſo rectore ſecũ
dum Bart. in l. decurio. ff. de decu. & ſequi-
tur Bal. in l. aliquando. ff. de offi proconſ. &
facit l. pen. in ſi. C. de aquæductu. li. 11. Et
idem de quolibet uicegerente. Eſt diſtinguendum, an depute
tur a principali habente creare, an ab ipſo creato, ut latè per
do. Car. in cle. 1. in 9. op. de offi. uic. & ibi dicit, q de facto ſer
uatur, q etiam uicerector factus a rectore, honoratur ut re-
ctor. Et ꝓ ꝓdictis facit tex. in l. oſſa. §. ſi. de relig. ubi prohibẽs
habentem a me mandatum, dicitur me prohibere. Et per illũ
tex. dicit Bal. in c. 1. ſ. de oſt. dele. q interficiens ambaſciatorẽ,
dicitur incurrere crimen læſæ maieſtatis. Et per illum tex. di
cit Bal. in c. ex literis. in gl. 4. ſ. de of. dele. q qui non permittit
præſentari literas iudicis, dicitur ei inferre iniuriam, & non
dicitur fieri iniuria ipſis literis, ſed ipſi, qui clauſus eſt in eis,
2 per d. l. oſſa. ſecundum ipſum. ¶ In † tex. ibi, ſed perſonæ etiãſi
non fuiſſet iſta expreſſa commiſſio, de qua hic, non erat realis
ſed perſonalis, quia Papa ſcribebat expreſſo nomine perſonæ,
ſecundum Ioan. And. do. Ant. Imo. & do. Abb. hic, & remittũt
ad Spec. de inſtr. e d. §. nunc autem. uerſic. quid ſi Papa. ubi idẽ
tenet, licet do. Car. hic aliter dicat, & pro communi opin. ad-
ducit hic do. Abb. elegantem rationem: quia ad uidendum, an
ſit conſiderata dignitas, an perſona, ante omnia recurritur ad
coniecturas, non autem ad expreſſionem nominis proprij, uel
appellatiui, & hoc dicit probari in c. requiſiſti. ſ. de teſt. & not.
Ioan. And. in regula, priuilegium de reg. iu. in 6. Vnde ſi ex
coniecturis uidetur contemplata perſona, præſumitur diſpoſi-
tio perſonalis, etiã ſi ſolum fuiſſet appellatiuum expreſſum, ut
no. in d. c. requiſiſti. Et idem econuerſo, q ex uerbis huius cõ-
miſſionis apparet perſonam & non dignitatem fuiſſe contem-
platam, ut ibi, tranſacta in te uita. Ergo, &c. Ex quo infert hic
do. Ab. q etſi ſolum nomen appellatiuum fuiſſet hic expreſſũ
nihilominus cõmiſſio fuiſſet ꝑſonalis. Et poſito, q oẽs cõiectu
ræ ceſſarent, conſiderat ſ. ſcriptionẽ, iuncta l. ſi cõtra ſeruus. ff.
de ſt. p. ſer. & l. qui habebat. ff. de tutel. ubi qñ prius ponitur no
men proprium, q̃ appellatiuum, cenſetur contemplata perſo-
na, & non dignitas. ¶ Sed pro intelligentia iſtius materiæ ui-
de omnino in c. quoniam Ab. ſ. de offi. dele. ſed maximè dom.
Ab. ibi, in uer. ſed aggrediẽdo. ubi iſta deducit multum copio
3 ſè. Et ille eſt locus deputatus huic materiæ, uidelicet † quan-
do priuilegium conceſſum perſonæ, in dubio cenſeatur tranſi
torium ad ſucceſſorem, an uero expiret mortuo priuile-
gia-

b *De præteritis*] *Adde Flor. in leg. non recte per illũ tex. ff. de probat. et Bald. in l. ex perſona. C. de probat. in 6. col. in princi. in uerſic. ſequitur de præſumptione. & uer. ſequitur enim minus. & in l. 1. C. qui admitti. uerſi. ſi uis ſaluare 7. q.*

✠ *272.*] *Adde quod eſt allegatio corrupta, uult enĩ dicere, ſing. 367. eiuſdem principij ut hoc ubi de hoc uides latè cum concord.*

giato[a]. Vnde pro nunc remitto ad dicta ibi,
& ad Io. An.& Pe. de Anc.latè in d.regula,
priuilegium.& ſolenniſſimè Pa.de Leaz.in
diſp.Papa ſcribit epo.Et in ſalutatione, &
in gl.in l.in ſordidorum. C.de excu.mu.li.
x.& gl.& Doc.in c.cum ueniſſent.j.de inſt.
& gl.25.q.2.in Sum.& Bar.in l.quia tale.ff.
ſo.ma.& ibi celeberrime Ro.per 15.concluſiones,
& Bartol.in l.pater.ff.de ſerui.lega.
& in l.prima,ff. de conſt.princip.& Bald.in
l.fi.co.ti.& in l.ſi non ſpeciali.C.de teſta.&
in l.liberti libertæq; uerſ.denuò quæro.C.
de oper.lib. aliquid per Bar.in l.ſi ſub una.
in fi.ff.de uer.ob.& conſi. incipiente,quæritur
iuriſdictio.& do.Ant.in c.quia ubi.ſ. de
iudicijs.& ſolenniter Pe.de Anc.conſi.328.in
cip.In Chriſti, &c. diſcurrit materiã dubij
per Bar. in l.gallus.ff.de lib.& poſthu.in l.
iuriſgentium.§.pactorum.ff.de pact.& in c.
1.ſ.de iud.cũ multis alijs ibi. ¶ In gl.3.ibi,
reſeruata. Dic,quod et nõ reſeruata, ſi ſint ar
dua,nõ põt legatus attentare ſecundum Spe.latè in tit.de legato.§.
nũc oſtendẽdũ.uer.legatus igi.ubi uide & ſequitur do. Ab.hic,
licet gl.in c.quod trãslationẽ.ſ. de off. dele.& hic aliter ſẽtiat. Et
hinc eſt,quod nõ poteſt dare literas ad beneficia uacatura, ut in
c.dilectus el.1.j.de præb. Nec põt ſupplere defectum omiſsũ
in contractibus,uel iudicijs,ſecundum Spe.in d.§.uer.43. nec
poteſt committere cãm tractandam ſimpliciter & de plano ſi
ne ſtrepitu,&c.ut no.gl.mag.ad fi.in c.fi.de hær.in 6. ¶ ſequitur
do.Ab.hic, remittens ad ſeipſum in c.fi.j.de cõfir.uti.uel
inuti.Et de his & per Do.in c.quæ de cauſa.2.q.5. ¶ Verùm,
quia iſta ſunt deputata ad dictum.c.quod tranſlationem ideo re
mitto nunc ad ibi notata,ubi etiam ponitur de intellectu gl.
in d.ca.fi. circa quam uide etiam Ro. in rub.de arbi.& Imo. in
c.1.in prin.ſ.de reſcr.& in d.c.fi. in 1.not.& in c.niſi ſpecialis.
in prin.ſ.de off.leg.& do.Car.in cle.diſpendioſam in ult.q. de
iud.& do.Ab.in c.uenerabili.ſ.de iud. & in c.cæterũ ſ.de iu-
ra.cal.& in c.ſuper qõnum.in prin.ſ.de off.dele.& in c.dilecti.
ſ.de iud.& Imo.in l.nemo poteſt.ff.de lega.1. & Sal.in l.fi.C.
de ſen.& interlo.omnium iudi.& Dom.in d.c.fi.de hære.in 6.
& Ana.in c.cũ diœceſi.j.de uſur.& gl.fi. l fi.in cle.& ſi principa
lis.de reſc.& Spe.in ti.de leg.§.fi.uerſi. nũquid ergo monacho.

a Priuilegiato] Ad quod uide uo. per do. Soc.ſ conſi. 353. incip.pulchra & ſubtilis eſt præſens conſultatio. uer. tertia ratio Sal. ibi, confirmo hanc rationem.in 11.par.cha.3.et in conſi.93.inc.Circa primũ præſentis. uer.ad quintã rationem in 1.parte, char.158.et in conſi.116.incip.nõ poteſt negari.circa fi.7.co.in d.parte,char.185.

SVMMARIVM.

1 *Vicinus dicitur ille,qui alta uoce clamando poteſt audiri.*
2 *Vicinus an dicatur,cuius oſtium non eſt in eadem contrata.*
3 *Iuxta, quid dicatur eſſe.*
4 *Terminus an debeat dari interrogato de credulitate,*
5 *Ignorantiam allegans quando audiatur, uel non.*
6 *Iura loquentia ignorantiã probari per iuramentum,qualiter debeãt intelligi.*
7 *Scire quando quis tenetur,non poteſt ſe excuſare de ignorantia.*

CAPITVLVM VII.

QVOSDAM. ¶Ex uicinitate præſumitur notitia
facti loci uicini H.D.& facit,ſecundum do.Ab.
hic pro dicto teſtis, qui interrogatus de cauſa
ſcientiæ reſpondet, quia ſum uicinus.& remit-
tit ad Barto. in l.j.ff.ſi cert.pet.ſed plenius dice
a tur in c.literis.j. eo.poſt gl.do.Ant.& Imo.ibi,
& per iſtum tex.limitat hic do. Abb. Bar.in l.ſi tertius.ff.de a-
1 qua plu.arcen.ubi dicit,quod † ille dicitur uicinus, qui alta uoce
clamando poteſt audiri,nam debet intelligi quando tractatur
de uicinis eiuſdem loci. Et poteſt dici uicinus amico:quia ſũt
eiuſdem loci,ſeu ſtratæ.Secus, ubi tractatur de ciuitate reſpe
ctu locorum:nam tunc poſſunt dici uicini,ſi eorum loca adin-
uicem non multum diſtant,ut hic, & in c.ſed continuo.de pœ
nit.diſt.1.ſecundum ipſum.Sed de hac materia uide per do.Ant.in c.
ſuper ſpe.j.de priuile.ubi dicit,quod quæ dicantur terræ uicinæ,
ſtatur conſuetudini: qua deficiente erit in arbitrio iudicis.Et
idem dicit gl.in c.felicis.in uerbo,uicinarum, de pœnis.in 6.
Inn.in c.calumniam.circa medium,j. de pœ.& Arch.in c.qui-
cunq; 16.q.3.& Bal.in l.ſi uicinis. C.de nup.& hoc dicit eſſe,
quo ad loca. Sed quo ad perſonas, dicit,quod uicini dicuntur illi,
qui ex loci propinquitate præſumitur ſcire ueritatem rei, de
2 qua agitur, & uide ſemper Bar.in d.l.ſi tertius.ubi † ponit, an
ille dicatur uicinus,cuius oſtium nõ eſt in eadem contrata,li-
cet domus ſint contiguæ? & dicit attendendam ſubiectã ma-
teriam,quia certo reſpectu poteſt dici uicinus,& certo non,quia
quantum ad ius domorum, ſunt uicini, non quantum ad ius
perſonarum,& omnia dicta Bar. ibi ſequitur Pe.de Anc.in re
pe.c.canonum in 47.char.ſ.de conſti.& de hoc etiam per Bar.
in l.4.§.ſi tam uicinum.ff.de dam.infe.& Bal.in rub.ff.de re.di
uiſ.in 15.q.& Pa.de Caſt.in l.fi.C.de his,qui ut indi.& Bar.in
l.ſi quis in graui.§.ſurdus.ff.ad Sylla. & Ro.latè in d.l.ſi ter-
3 tius.¶ Et † quid dicatur eſſe iuxta? dic,illud,quod eſt proximũ
per 11.pedes,ſecundum Bart.in l.decernimus.C.de aquæ du-
b ctu.lib.10.Et de uerbo Prope[b],uide Old.
conſi.48.in fi.& de uerbo,Procul.uide Do-
cto.in c.ſacris.j.de ſepul.ubi dicunt,quod im-
portat locũ, ex quo uoces audiri nequeũt.
Et quid dicatur Remotum, ſtatur arbitrio
ſuperioris, ſecundum gl.in c.cum nullus.in
uerbo,remota.de tem.ord.in 6.Hoſt.in ca.
relatum.j. de ſent.excom.& Arch.in c.2.de
teſti.in 6.& gl.in c.cum inter uniuerſas. ſ.
de elect.& glo. 2.c.nonnulli. ſ. de reſcri.&
pondera,ſecundum Do. in d.c.cum nullus.
quia gl.ibi facit differentiam inter locũ re
motum ſimpliciter,& remotum ualde.¶ Itẽ
per iſtum tex. infert hic Bal.contra ſyndicos,ſeu maſſarios,ut
ratione uicinitatis præſumantur ſcire, cum ad eos pertineat
inueſtigare,l.ſi ideo.C.de his, quib.ut indi.niſi maleficium ſit
nocturnum,uel confuſa multitudine hominum perpetratum,
ut per gl.quam dicit ſingularem in l.ſi cum exceptione.§.hæc.
4 autem actio.ff.quod metus cauſa.¶ In† gl.2.in fi.no.quod interro
gato de credulitate non datur terminus ad deliberandum, &
* eam facit ſingularẽ Ro. notabili 700 *. in
cipiente, Parti reſpondere debenti, & hoc
intelligit Bal. ſuper facto notorio, uel ſup
proprio recenti non intricato,ſi enim eſſet
factum alienum, uel proprium antiquum,
uel intricatum, datur ſpatium, quia poſſet
credere,quum nunc,& deliberatione habi-
ta credere contrarium. Alle.l.2.§.fi.ff.quis
ordo in bo.poſ ſerue.iuranti tamen,quod non petit dilationẽ ani
mo diſſerendi litem,ſecundum ipſum alleg.l.iuſiurandum,quod
ad pecunias.ff.de iureiur.& in l.qui interrogatus.ff.de inter-
ro.act.Et de materia huius glo.plenius ponitur in c.cum cãm
5 ſ.de iur.cal.maximè per do.Car.¶ In† gl.1.in fi.quando audia
tur allegans ignorantiam? dic, ut hic per do. Ab. cuius dicta
no.ſed maxime,dum dicit,quod quamuis ſuper facto noto in lo-
co non audiatur quis ratione ignorantiæ,ut in iuribus allega-
tis in gl.& c.qui diuinis & humanis. 12.q.2. tamen ſi non agi-
tur de magno præiudicio, probatur ignorantia per iuramen-
tum.Et ad idem facit notabile conſilium domini Car. 33.inci
piens,lite in Roma.curia, ubi conſuluit clericum probare poſ
ſe ignorantiam edicti facti per epiſcopum ſuper generali oſtẽ
ſione tituli beneficiorum,ſi tamen dilucide probat,& dicit eſ
ſe ſing.dictum Inn. in c.2.ſ.de conſti.& dicit ſe ad hoc ponde-
rare c.1.ſ.de poſt. præla. dum dicit,non facilè.Et quod ignoran-
c tia probetur per iuramentum[c], uide gloſ.
quæ in materia eſt ordinaria in regula,præ
ſumitur,de regu.iur.in 6.& text.cum ibi al
legatis in cap.cum in tua.in uerbo,iuramẽ
tum infrà,qui matri. accuſ.poſſunt & gloſſ.
in cap.innotuit.in uerbo;iuramento.ſuprà,
de elect.& in §. propoſuiſti.in uerbo, pro-
babitur. 82.diſtinction. & in capitul.ſtatu-
tum. in uerbo, proprium de reſcript. in 6.
& in d.c. qui diuinis & humanis. & in ca.1.
in uerbo,ſcienter.de temp.ord. in 6.& Ar-
chi.in c.in primis.2.q.1.& tex. in l.hõ om-
nes.§.a Barbaris.ff.de re mili.& in d.c.propoſuiſti. & in cap.ſi
uerò.de ſen.excom.& in c.paſtoralis.j.de excep.& in c.ut circa.
& in c.nulli.de ele.in 6.& in ſi l.tutor.C.de peric.tuto.& in
l.ſed & ſi pupillus.§.præſcribere.ff.de inſtito. ¶Sed tñ in hoc
eſt aduertendum 7. modis, & primò, quia licet ignorantia
probetur per ſacramentum,tamen ſecus, ubi tractatur de iu-
ſtitia ignorantiæ,ſecundum Bal.ſing.in l.j.uerſi. item appa-
ret.C.ad Macedo. ¶Secundò eſt aduertendum, quia tunc de-
mum ſtatur iuramento ſuper ignorantia,quando non poteſt,

b Prope] Vide etiam de hoc uerbo Prope,per Bal. in l. quo fortius. in 4.colũ de pign. actio.& per Nic. de Neapol.in l.nõ tantum in §. 1.in prin.ff.de excuſ.tutor.in lectur. Bartoli.

* 700.] Adde quod eſt allegatio corrupta,eſt enim ſingu.696. incip.pro ut in text.hic ubi late uid.

c Per iuramentum] Adde dominum Alex.de Im. in l.ſeruus. de acqu.a. quod limita etiam, ut per eum in l. inter omnes. §. recte. de furt. & in conſ.ſuo 71. in 1.par.

alio modo probari, ſecundum domi. Car. in cle. 1. in 8. q. de
conſan. & affi. Alleg. c. præſentia. ſ. de teſti. & ibi refert etiam
Landinum dicentem ibi, quod præſumitur ignorantia non affe-
ctata, ex quo iurat: quia non præſumitur uelle deierare, c. litte
ris. j. eo. quod procedit eo caſu, quo iuramentum ſufficit, ſecū-
6 dum ipſum. ¶ Tertiò † eſt aduertendum, & diligenter, quia om
nes tex. dicentes ignorantiam probari per iuramentum, non
loquuntur, quando ignorantia eſſet uériſi-
milis a: quod eſt, quando cauſatur ex pro-
babilibus argumentis, uel coniecturis, ut
quia excuſatur a dolo & lata culpa, l. fin. ff.
de decre. ab ord. fa. & facit, quod no. Arch.
in c. ut animarum. de conſtit. in 6. & Cal. in
tit. de ſen. excom. conſ. 40. ſed ubi aliquid
eſt publicè notum b in loco, in quo quis fuit
tempore publicationis, ignorantia non pro
batur per iuramentum, ut no. in dicta regu
la, præſumitur. & regula, ignorantia & ita
ſolenniter conſuluit Bal. quem referunt &
ſequuntur do. de Ro. in formis, deci. 442 *.
incip. extra Rotam petebatur conſilium, aſ
ſignabat rationem, ut ibi dicitur: quia alle
gans talem ignorantiam, allegat turpitudi-
nem ſuam, id eſt, dolum præſumptum, id eſt
latam culpam: unde nō debet audiri ad ex
cuſationem delicti, cum debuerit ſcire. Eſto
quod re uera fuiſſet ignorans, nec poteſt alle-
gare ignorantiam in facto tam publico, quod
non eſt ſingulorum auribus intimandum,
d. c. 1. de poſtu. præla. Item quia iuramen-
tum non ualet, niſi ſibi deferatur a iudice, c. fi. j. de iure. Sed
iudex non debet deferre iuramentum in defectum probatio
nis, ei contra quem eſt uehemens præſuptio, ut no. in l. j. C. q
& aduer. quos. Iura autem ſ. allegata loquuntur, ut eſt dictū,
quando ignorantia eſt uériſimilis, ideo conſuluit Bal. & ſequi
tur Ro. ubi ſ. non audiri clericum excuſantem ſe ratione igno
rantiæ ab excommunicatione lata per epiſcopum ſuo edicto
ſynodali eo exiſtente in loco. Et iſta deciſio eſt multum ſin-
gularis, & eam puto intelligendam ſecundum præallegatum,
conſilium do. Car. uidelicet niſi aliter, quam per iuramētum,
probaretur. Et pro hac deciſione Bal. fortiter facit: quia in de
pendentibus ab animo non ſtatur iuramento alicuius, quando
eſt præſumptio contra eum, ut dicit Bar. in l. inter oēs. §. rectè
ff. de fur. & Bar. in auth. cui relictum. C. de ind. uidui. & do. Ab
ba. in c. 1. in fi. ſ. eo. cum concor. quas dedi in c. ſignificaſti. el' 1.
de homi. Sed contra ipſum præſumitur per dicta iura, & pro-
bat ignorantiam, quæ eſt paſſio animi ſolo dicto, ergo nō cre-
ditur ſibi. Et hanc opinionem tenet etiam do. Car. in cle. con
ſtitutioné. §. cæterum. in 7. q. ſ. de elec. Tamen hæc opi. pēdet
ab aliis, quæ ſcribunt omnes Docto. in c. 2. ſ. de conſti. in quæ-
ſtum ignorantia legis probetur iuramento: in qua eſt cōtra-
* rietas magna ſed communiter * tenetur eſſe in arbitrio ſupe-
rioris, utrum ſit admittendum iuramentum, uel non, diuerſis,
reſpectibus conſideratis. ¶ Quartò eſt aduertendum iuxta præ
dicta, quia ſi lex præſumit ignorantiā, & determinat ſuper ta-
li ignorantia, non ſufficeret ſolum iuramentum, ſecundum Do
mi. poſt Pau. in c. eos. ſuper gl. in uerbo, ſcienter de temp. ord.
in 6. Allegant ca. uidua. j. de regula. Item dicunt, quod etiam ubi
ignorantia eſt præſumpta, licet ſuper ea ius non determinēt.
tamen ſi ageretur de præiudicio alterius, non probaretur per
iuramentum alleg. c. ex inſinuatione. ſ. de proc. quod fallit pri
mò, niſi præiudicium eſſet modicum, ſecundum do. Ab. hic, ſe
cundò, niſi iuramentum iuuaretur aliqua præſumptione, ſm
Dom. poſt Pau. in d. c. eos. remittentes ad gl. mag. in cle. con-
ſtitutionem. de elec. pro qua ſecunda fallentia adduci pōt ele
* gans dec. Rotæ 128 *. incip. item no. quod ubi
aliquis in antiquis, ubi dicitur excuſari a
pœna, c. licet canon. de elec. in 6. eum, qui
ex cauſa permutationis habuit beneficium
non curatum, quod tamen ex conſtitutione fun-
datoris requirebat ſacerdotium, quia præſumitur ignorantia.
7 Quod bene no. ¶ Quintò † eſt aduertendum, quia licet nō au
diatur allegans ignorantiam eius, quod inueſtigare tenetur,
ut dicit hic dom. Abb. tamen prælatus ex probabilibus con-
iecturis poſſet probare ſe ignoraſſe, quòd in ſua diœceſi bene
ficium uacaſſet quinque menſibus, ut lattiſſime ponit Ro-

a *Veriſimilis*] Ad de Ioann. de Imol. *in l. qui bona. §. quidam de damno infect. & Ioan. de Peruſ. in l. ſi procuratorem. §. ſi quis conſeruit de neg. geſt.*

b *Nec non*] Adde Bart. in l. at qui. §. cum me abſente. de nego. geſt.

* *462.*] Adde quod allegatio eſt corrupta eſt enim deciſio. 444. incip. preut hic, & eſt 19. ſub tit. de dolo et contum. in nou. nu. 2.

* *128.*] Adde quod eſt deciſ. 1. ſub tit. de rer. perm.

ta deciſ. 263 *. incip. ſi propter negligen-
tiam in formis. ¶ Sextò eſt aduertendum,
quia eo caſu, quo poteſt probari ignorantia
per iuramentum, nihilominus poterit ad-
uerſarius probare contrarium per legiti-
mas probationes, ſecundum Bar. in l. ſi cui.
§. ijſdem. ff. de accuſ. Et ibi etiam dicit Bar.
quod uicinitas facit quod ignorantia non præſu-
matur. & allegat illum tex. & hic adde, quę
dixi in c. propoſuiſti. in prin. ſ. de probat.
¶ Septimò & ultimo eſt aduertēdum, quia
iſta non procedunt, ubi ſtatutum prohibe-
ret ignorantiam allegari, quia ualet, ſecun
dum Barto. in l. diuus. in prin. ff. de falſis. &
Bal. in l. 2. ff. de legi. niſi allegaretur ignorā
tia iuſta, ſecundo Sal. in l. ſenatus. C. de his,
qui ſibi aſcribunt. Vel niſi offerretur proba
tio incontinenti, ſecundum Ioa. de Ana. in
c. ad falſariorum. in prin. per illum text. cū
gl. j. de cri. falſi. Sed quod tale ſtatutum nō ua
leat, uide Ro. in d. l. de pupillo. §. nunciatio
nem. ff. de ope. no. nun. & in l. 1. §. occiſorū.
ff. ad Sylla. Et iſta omnia nota. quia non di
ſplicebunt detractoribus meis.

* *263.*] Adde quod eſt deciſ. 6 ſub tit. de tempo. in nouis addi. quod patronus clericum teneatur præſentare infra ſex menſes, laicus uero inter quatuor cap. un. de iure patron. in 6. qui computātur a die notitiæ uera, uel præſumpta. gl. in uer. comput andum. §. uſum, de collat. in pragma. Io. de ſelua in tract. de beneſ. par. 3. q. 59. uel a die quo [illegible] nono eſt conſtructa eccleſia uel cōſecrata ſede. conſ. 129 incip. caſus talis eſt Teſtator etc. facit clem. fin. de teſt. ubi doc.

SVMMARIVM.

1 *Pōt, hoc uerbū an ſemper importet neceſſitatē.*
2 *Præſumptio ſæpe concordat cum ueritate, fictio uero nunquam.*
3 *Præſumptio iuris & de iure, fuit ſic appellata a magiſtris, & quali [illegible]
ter cognoſci poteſt.*
4 *Probatio indirecta admittitur, ubi directa non admittitur.*

CAPITVLVM. VIII.

QVANIO. ¶ Præſumitur factū tunc notum in ui-
cino loco, quod eſt notum in remoto. ¶ No. † ex
1 tex. iuncta gl. in uerbo, potuit. quod uerbum Po-
teſt, non ſemper importat neceſſitatem, licet
præcedat negatiua cuius contrarium dicit glo.
in regula 1. de reg. iu. in 6. & Bald. in l. 1. ff. de
iniuſt. teſta. do. Ab. in c. 1. in quarto no. de cauſa poſ. & propri.
& in c. 1. in 2. notabili, ſ. de fi. inſt. Sed dic illud procedere, niſi re
ſultaret abſonus intellectus, tunc enim importat præſumptio-
nem, ut hic, quod dicit do. Ab. eſſe diligenter notandum, quia
facit ad communem uſum loquendi, & ad dictum teſtis. Et ad
de Ro. in leg. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de uerb. ob. ubi dicit, quod
dictum gl. in d. regula prima, non eſt ſemper uerum, qui dici-
tur in l. obligari. ff. de auc. tuto. quod pupillus obligari non po
teſt ſine authoritate tutoris, & tamen proximus pubertati ſi-
ne ea obligatur naturaliter, l. 1. ff. de noua. & leg. ſi pupillus
ff. ad l. Fal. ſecundum ipſum. Et de hoc uerbo Poteſt, remitto
pro nunc ad Bart. Bal. & Imo. in leg. gallus. in prin. ff. de lib. &
poſthu. & gl. & Barto. in d. leg. 1. de iniuſt. teſta. & Bart. ſubti
liter in leg. ſi ita. ff. de auro & argen. leg. & gl. Inn. & Imo. in c.
ſciſcitatus. ſ. de reſcr. & gl. in l. ſi quis apud. §. ſi reus. ff. iudi. ſol.
& in l. quod ſeruus. ff. de condi. ob cauſam. & Bar. in leg. ſtatuli
beris. §. ſi quis. ff. de ſta. lib. & Bart. in l. creditores, in 1. col. C.
de pig. & Do. in c. ſtatutū. in prin. de reſcr. in 6. & c. quantū. l. di
ſtin. ubi plene ponit in gl. j. i fi. De multiplici pſūptione dic, ut
hic p do. An. & Im. ſed elegantius per do. Ab. ponentē cōcluſio
nē nouā, quod nō eſt curandū, qualiter appelletur præſumptio, an ſ.
uehemēs, uel probabilis, an uiolenta, uel neceſſaria quia hæc
ſunt potius uocabula magiſtralia, quā iuris. Aſſumunt enim ſibi
nomen ſm ipſarū potentiam. Et facit, quod no. Inn. in c. quia ueri
ſimile. j. e. ubi in propoſito dicit, quod iſta diſputatio de uocabu-
lis eſt pertinacibus relinquenda. Quodcunque enim nomen impo
natur, attenditur qualitas potentia & circunſtantia coniectu-
rarū, et ſm illas inducit effectus, ut hic latius p eū. Adde Bal.
in rub. ſ. e. ubi lattiſſimè ponit de multiplici præſumptione, &
2 inter alia dicit, quod † præſumptio ſæpe cum ueritate concordat
fictio nunquā. Item dicit, quod præſumptio legis facit propriam
probationé, ut p gl. in l. ſi tutor. C. de periculo tut. & illi ſtādū
eſt niſi contrarium probetur, ſed præſumptio iudicis nō facit,
niſi ſemipl. nam, cui non eſt ſtandum, niſi coadiuuetur. Alle-
gat l. admonendi. ff. de iureiu. Item dicit, quod præſumptio-
nes, iuris ſunt ſcriptæ in legibus, ſed præſumptiones iudi-
cum non poſſunt deſcribi, quia dependent ex diuerſis ani-
mi mo-

mi motibus, ut ibi latius per eum. Adde etiam Dom.in c.ferrum.in 1.col.l.diſt. ubi ponit de præſumptione legis, & de fictione inter alia contra glo.ubi dicit, q fictio proprie eſt contra ueritatem [a]. Allegat c.3.j.de reg.& gl. in uerbo, fictione.in c.accuſatus.in prin.de hære.in 6. ſicut lex fingit monachum mortuum, 1 2.q.1.non dicatis.& tamen certum eſt, q nõ eſt mortuus. Item fingit arbitrum abſentem eſſe præſētē, c.2.de arbi.in 6. Præſumptio autem fundatur ſuper dubio. Et hanc differentiam inter fictionem & præſumptionem ponit [b] etiam Ioan.And.in c.in literis.de tempo.ord.& ſequitur ibi do.Ant. in fin. Item de fictione uide plenè Bartol. in l.ſi is, qui pro emptore. ff.de uſuca.& diffuſè & magiſtraliter per do. Car.in cle.qđ circa de elect.& aliquid tangit Imo.hic, ad de etiam Bal.in c.quia uerisimile. j.eo.ubi enumerat loco exempli 15.præſumptiones iuris ualde notabiles. Adde etiã Bal.in rubri.C. de proba.ubi diffinit præſumptionē, iuris & hominis, & quid ſit inditium, & quid fama, & quid ſuſpicio. Adde etiam omnino Bal. in l.ea quidem in prima, & 2. col.C.de accu.ubi diffinit ſuſpitionem, præſumptionem, fictioné, indicium, adminiculum & coniecturam. De indicio ponit etiã Bal.in l.fi.in pe.col.io fi. C. fa.hær.& pulchrè in c.ueniens. el 1.in fi. 8.de teſti.& in l.2.C.quorum ap.non reci. Et differentiam inter indicium & præſumptionē ponit Bal. in l.excuſationem. in prin.ff. de excuſ.tu.& in l.non hoc.ad fi.C.unde cognati. Et de ſuſpicione ponit Dom.in c.habuiſſe.in princ. 33.diſt.& gl.plene in c.dixit.in uer.ſuſpicio 32. q.1. Et de multiplici præſumptione uide etiam gl.in c. oues.alleg.in gl.& ibi Domi. ponentem latè de uiolenta & uiolentiſſima, allegando c.cum contumacia. de hær.in 6.& uide etiam gl.fi.in c.inquiſitioni.j.de ſent.excom.in c.ſemper.2.q.1.& eleganter per Bal.in l.ſiue poſſidetis.in pen.col.uſque ad fi.C. de proba.& Bal.in l.nõ ignorat.C.qui accuſ.nõ poſ.& in c.1.§. ſimiliter.do cõtro.inueſt.& gl.in l.nõ eſt uerisimile.ff.qđ met. cauſa.& Pet.de Anc.in regula, ſemel malus in 5.q. de reg. iu. in 6. & do.Ant.in c.fi.j.de iureiu.& Bal.in l.neq; natales. C. de prob.

a Veritatem] *Adde do. Socin.conſ. 116.incip.non poteſt negari. uerſic. ad quartum & ultimum. circa medium in 1.parte, char. 184.quod fictio ſemper eſt contra ueritatem, & ad caſum, ad quẽ ueritas non extenditur, nec fictio unquam uendicat ſibi locum.*

b Ponit] *Tu uide Pau.de Caſtr. in repeti. authen.ſacramenta. C.ſi aduer.uend.& Ant. de Roſ. in ca. tue. de ſponſa. & Ioa. Bapti. de S. Seuero.in conſi.Cor mũdum crea, &c. Et Abb.Sicu. in conſi.72. incip.In hac cauſa, & cæter. & in ſua diſputa.ſtante ſtatuto commouiter.*

3 ¶ Et † ad cognoſcendã præſumptionem iuris & de iure, dic, q ſic fuit appellata a magiſtris: & eſt, quando ius in aliquo facto certum quid præſumit, & ultra illud præſumere firmat & ſtatuit illud teneri, ut in caſu c.is, qui fidem. j.de ſpon. Vbi autem ius præſumit aliquid ſed ſuper præſumptione non firmat pedes in tantũ, q aliquid ſtatuat, & illa appellatur præſumptio iuris, ut hic per do. Abba. & per Dom.in d.c.ferrum. ubi bona glo.& per glo.in c.fraternitatem. 54.diſt.& ibi aliquid per eum in fi & Bal.in d. l.ſiue poſſidetis. Et ibi dicit, q appellatur præſumptio iuris, quia eſt a iure inducta. Et dicitur de iure, quia de ea factum eſt ius, & non oportet, q lex dicat, q non admittatur probatio in contrarium, ſed ſufficit, q ſtatuat ſuper præſumptione. ſecundum do. Abb.hic, & Bal.in l.antiquę.C.ad Velle.& in c.quoniam frequenter.in prin.8.ut lite non conteſt. licet aliqui contra, ut Imo.hic. Si tamen contra præſumptionem, ſuper qua lex ſtatuit, admitteretur probatio per alia iura, illa non diceretur iuris & de iure, probatur ex c.continebatur. j. de deſpon.impu.iuncto c.propoſuiſti. 8. de prob. Regulariter autem dicitur, q cõtra præſumptionem iuris & de iure non admittitur probatio in contrarium, d.c.is, qui.l.fi.C.arb.tut.l.antiquæ.C.ad Velle.clem.1.de prob.l.a diuo Pio.§.ſi pignora.ff. de re iud.iuncta gl.ibi in uerb.contēptus.& per glo.& Doct.in l.fi.in prin.ff.quod metus cauſa.& in d.l.ſiue poſſidetis.& in d.c. quoniam frequenter. in princip.in uerb.in fraudem. ¶ Sed fallit primò in probatione, quæ fieret per confeſſionem partis [c], quia talis probatio admittitur contra præſumptionem iuris & de iure, ſecundum glo.reputatam ſingu.in authen.de æqualit.dot.§.aliud.& nota.Azo in ſumma, C. de dona.ante nupt.& Cyn.Bartol. & omnes in authen.ſed iam neceſſe. C.de dona.ante nupt.& ibi Salice. Allegat ad idem gloſſ. in l.in contractibus in uerb. nullo modo in prin.C.de non nume. pecu.& ibi etiam uide Bal.& no.Innocen.in capitul. quia plerique. infra de immu.eccle.io certo propoſito, ad quod multos alios allegaui in capitu. quoniam contra.ſupra, de proba.& no.do. Abba.in propoſito noſtro in capitu.nouit. ſuprà, de iudic.& Imol.in cap.cum dilecta.ſupra, de reſcript.& Imol. & dom. Abba. hic & Roma. in l.ſtipulatio iſta. §.ſi quis fortè.ff.de uerbo.obliga.& Domin. in dict. cap.ferrum. & do. Anto.& domi. Abb.& alij in d.cap.is, qui fidem.& Roma.pulchrè, conſi.350. incip.In caſu propoſitæ conſultationis. in antepen. col.& Bal. in l.non ignorat. C. qui accuſare. Et hinc eſt, quòd licet lex præſumat hæredem non conficientem inuentarium ſurripuiſſe de bonis hęreditatis, & propter hoc ſtatuat eum teneri creditoribus etiam ultra uires hæreditatis, §.ſancimus.& §.ſi uerò in authent. de hæred. & Fal.tamen ſi legatarij confitentur uires hæreditatis non ſufficere, euaneſcit dicta præſumptio, & non tenetur, ſecundum Bald.in l.fi.in pen.col.uer.ego breuiter.C.fami.hærc.& Pau. de Caſt.in l.in ratione.§.quod uulgo ff.ad l.Fal.& dom.Flo.in l.cum putarem.ff.fam.her. Et pro hia facit: quia prohibitus probare non prohibetur uti confeſſione aduerſarij, ut dixi in rub.ſupra, de proba. Et habet locum iſta fallentia etiam in confeſſione ficta, ſecundum Bartol.in pulcra q.in l.abſentem.in uer.quartò quæro. ff. de pœn. ad quod etiam uide Bal.in l.non ignorat.C.qui accuſ.& Pet.de Anch. in c.2.de confeſ.in 6.& Bart. in conſi.incip.a domino Cyno de Bono.tex. & ibi Bal.in l.pen.C. de interdi.matri.ubi tantum operatur iſta ficta confeſſio, quantum uera. ¶ Sed hanc fallentiam intellige in materia, in qua ſtatur confeſſioni partium, aliàs non. Vnde nihil operaretur in cauſa matrimoniali, per c.ſuper eod. infrà: de eo, qui cogno.conſan.uxo.ſuæ. ſecundum do. Ant.& dom.Abb.in c.is, qui.& Dom.in d. c.ferrum. Et per hoc declara tertiam fallentiam de qua infrà.

c Per confeſſionem partis] *Adde dom. Alexand.de Imo.in l.non eſt uerisimile. ff. quod met.cauſa.& quæ ad materiam hãc habentur per eum, limitando dictam regulam in l.inter ſtipul.§.1. de uerbor. obligat.& per Paul.de Caſtr.in conſi.157.incip. Viſis & ponderatis.*

4 ¶ Fallit † ſecundò, niſi probatio fieret per indirectum, ut eſt gl.no.& aurea in cle.1. in uerb.feciſſe narrauimus.de probat. de qua multa dixi in c.cum Ioannes.uer.ſecundus caſus.ſuprà, titu.proxi. & ideo in caſu d.c.is, qui fidem.admitteretur probatio, quod ante copulam ſponſalia de futuro fuiſſent mutuo conſenſu diſſoluta, iuxta c.2.eo. titu.& talis indirecta probatio tolleret præſumptionem iuris orientis ex copula, ſecundum omnes ibi.

¶ Fallit tertiò, niſi probatio, quę non debuiſſet admitti, fuiſſet admiſſa parte non opponente, ſecundum Innocen. in c.fraternitatis.in glo.non ſententiam. j. de frigi.& in ca.cum Bertoldus.in glo.not.quod diffinitiua. j.de re iudic. & in c.cum dilecta.8.de reſcrip.& ibi dom. Ant.& Imol.& dom. Ant.& Imol. hic.& do. Ant.in c. quia plerique.in ult.char. j.de immu.eccleſ.& Ro.in l.ſi duo.ff.de acqui.hære.& probatur in c.cum inter monaſterium.ibi, quia oſtenſa nobis non fuit.de re iudic. & idem uidetur uelle Bart.in l.inter ſtipulantem. §.1.in 1.colum.ff.de uerb.oblig. quod dictum ad hoc ſummè no.ibi Ioa. de Imo. & idem tenet dom.Abb.in cap.cum contingat. ſuprà, de offic.delega.propter gloſ.ibi in uerb. nihilominus. Et dicit hanc eſſe notabilem theoricam & ſemper menti tenendã.

¶ Fallit quartò, quando res eſt integra, id eſt, ante quam proferatur ſententia prætextu præſumptionis iuris, & de iure, quia tunc poteſt probari contrarium, ſecundum Domin.in capitul.ordinarij.§.1.ante fin.de offi.ordin.libr.6.per illam glo. in uer. libere.iuncto text. nam lapſo termino, de quo ibi, ex præſumptiõe iuris & de iure, de qua ibi, præſumitur beneficiatum non habere ius in beneficio, & tamen re integra, hoc eſt, ante quam proferatur ſententia, prætextu illius præſumptionis admittitur probatio tituli, ut ibi in gloſ.& dicit ibi Domin. iſtam magnam limitationem ad hanc materiam. Et ſuper ipſa dicit eſſe cogitandum. Et hic infero, quod nota Bald.in capitu. quoniam frequenter.in princip.ſuprà, ut lite.non conteſt.ubi dicit, quòd quando ex tempore ſurgit diſpoſitio legis, uel præſumptio iuris, & de iure, mora non poteſt purgari, tamen bene admittitur excuſatio, moræ, quod alibi non reperitur melius, quam ibi, ſecundum ipſum, licet non uideam, quod hoc probetur ibi. ¶ Fallit quintò, & ultimò, niſi contra ipſam præſumptionem iuris & de iure ſit notorium, ſecundum Roman. latè in dicto capitul.conſil.

350. & ita dicit eleganter terminare Inno. in c. fraternitatis. in glo. nu. ſententiam. j. de frigi. & in d. c. cum dilectus. ſ. de reſcrip. & in c. cum Bertol. ſ. de re iudic. quia ex quo per notorium liquet de falſitate ipſius præſumptionis, tollitur præſumptio, ſicut dicitur ſ. quando de facto eſt admiſſa probatio, uel quando contra ipſam eſt confeſſio partis. Et idem dicit dom. Anto. hic. Et ideo conſuluit Roma. in d. conſi. quòd licet gratia Papæ fundatur in quadam ſignatura prædeceſſoris ſui, tamen ſi notoriè conſtat illam ſignaturam non loqui eo modo, quo refertur, uolens hoc probare audietur, quamuis aliàs ita deberet ſtari ſibi fundanti ſe in dicto prædeceſſoris, ſicut fundanti ſe in ſuo, ut in extrauag. Clementis, quæ incipit, Prouida. quam refert do. Car. in cle. 1. ad fi. de proba. Et hanc fallentiam confirma, ut dixi in c. quoniam contra. uer. fallit, niſi appareat notoriè. ſuprà de proba. ¶ Vltimò dic, quòd ubi lex nõ præſumit, ſed fingit, non admittitur probatio in contrarium, quia licet ueritas aliter ſe habeat, tamẽ lex uult fictionem haberi pro ueritate, ut per Bal. in auth. ſed iam neceſſe. & dom. Car. in cle. unica, §. fi. in 1. q. de conceſ. præb. & Bal. in addit. Spec. in tit. de confeſ. in 3. col.

SVMMARIVM.

1 *Superior non tenetur aſſiduè admonere peruerſum, ex quo ueriſimiliter præſumit ſe non profuturum.*

2 *Præſumi quando debeat, uel poſſit ex tempore.*

3 *Quod olim fuit, an hodie præſumatur.*

4 *Probans rem ad ſe pertinuiſſe, an dicatur probare rem nunc ad ſe pertinere.*

CAIPTVLVM. IX.

1 SCRIAM. ¶ Ex præteritis præſumitur circa futura. H. D. & no. ſecundum do. Abb. ꝙ † non tenetur ſuperior aſſiduè monere peruerſum & negligentem, ex quo uerifimiliter præſumit ſe nõ profuturum: quia eſſet ſpargere margaritas inter porcos, ut dicitur in c. quando. 11. q. 3. & in c. Epheſijs. 33. diſt. ut hic per ipſum. pro quo facit, quia uidemus, ꝙ eccleſia deſiſtit a remedijs, uel cenſuris medicinalibus quando uidet ſe nullatenus proficere: & illud probatur per tex. in c. prodeſt. circa fi. 23. q. 5. ibi, ꝙ ſi tanta eſt peruerſitas, &c. Ad idem, quod no. dn. Abb. poſt alios in c. 1. j. de diuor. dicens, ꝙ ſi uxor uehementer inſidiat uitæ mariti, nec ullo cautionis remedio prouideri põt, maritus põt eã repellere & mulieri repetẽti cohabitationẽ obſtabit exceptio ſæuitiæ. Ad idẽ c. allegant 26. q. 7. ibi, ſcandalizatus amplius peccat. ubi nõ imponitur grauis pœnitentia ei, qui facturus eſt peius. Ad idem c. pœnitentes. l. diſt. ubi non imponitur iuueni pœnitentia publica, quia dubitatur, ꝙ non ſeruabit. Ad idem c. clericos. j. de
a coha. cler. & mulie. & l. 2. C. de indicta uiduit. tol. & in c. ille, qui. & ca. qui exigit. 22. q. 5. ubi non datur iuramentum ſuſpecto de periurio. Et ideo dicit eleganter bea. Tho. in 4. ſent. diſt. 18. ꝙ ſicut quis poteſt excõmunicari inuitus, ita poteſt abſolui inuitus, quando dubitatur de maiori periculo. Nec obſtat, ꝙ non pœnitens non poteſt abſolui quia uerum eſt a culpa, propter quam eſt ligatus, ſed bene a pœna, id eſt ab ipſo uinculo. Et ideo dicit Io. And. in c. 1. de ſen. excom. in 6. ꝙ ſi excommunicatus ex diuturno tempore efficeretur deterior, debet iudex illam ſententiã ex officio relaxare, & ſequitur dn. Abb. in c. ad reprimendam ſ. de offi. ord. & c. nouit. ſ. de iudi. & in c. ab excommunicato. in pe. col. ſ. de reſcrip. ubi etiam plenius per alios, & aliquid p Ana. in c. 1. j. de male. & facit c. inter hoc. in fi. ibi, quo non occidit. 34. q. 2. Vnde dicunt do. Ant. & Imo. in c. 1. ſ. de offi. delega. ꝙ ſi tantum timetur crudelitas alicuius impedientis delegatum, ꝙ nulla cautione, uel cenſura poteſt prouideri, debet delegatus ſuperſedere & non excommunicare, donec Deus, uel eius uicarius prouideant. Ad idem, quod no. Hoſt. in c. ſoler. de ſent. exc. in 6. ubi dicit, non eſſe præcipiendum armatis ut ſub pœna excommunicationis lata deſiſtant a rixa, quando uerifimile eſt, quòd non curabunt. Et de hoc etiam per do. Anto. & alios in c. ſignificaſti. j. de eo, qui duxit in mat. & ibi etiam credo dixiſſe. ¶ In gl. 2. in fi. No. glo. ord. quando præſu-
a mitur † ex tempore, & eam ſimpliciter ſequuntur Docto. hic. imo ipſam ad literam, quod peius eſt tranſcribit hic dom. Ab. Sed uide ſolenniter Bal. in l. ex perſona. in 2. col. uſque ad fin. C. de prob. ubi hanc materiam extendit poſt Nico. de Mata. per x. prædicamenta. Et in effectu ex dictis ſuis not. per uiam ſummarij, quod id, quod olim fuit in eſſentia, ſeu ſubſtantia, hodie præſumitur eſſe, & allegans peremptionem debet probare idẽ in quãtitate, quia in quantitate res, quæ fuit in aliqua obligatione, hodie præſumitur ineſſe, l. diminutione. ff. de act. & obl. & oportet, ꝙ diminutio uel augmentum probe-
3 tur, l. iuriſgentium. §. adeò. ff. de pact. Idem † in relatione, ut ſi conſtat quem fuiſſe patrem relatione facta ad filium, hodie præſumitur eſſe, & econuerſo, & qui dicit deſijſſe eſſe patrem, habet hoc probare, l. matrẽ. C. de proba. Item in ſitu, quia ſi conſtat rem immobilem olim ſitam intra certos terminos, præſumitur hodie ibi eſſe. Alleg. c. ex literis. ſ. de proba. niſi probetur deſijſſe ibi eſſe, non quidem mutatione rei, quæ immobilis eſt, l. 2. C. quando & quib. deb. quar. pars. lib. 10. ſed per mutationem terminorum, putà, quia fundus augetur, uel minuitur, l. ſi quis duas. ff. communia præd. uel quia olim fuit iuxta uiam, nunc eſt iuxta flumen, l. ſi locus. ff. quemad. ſerui ami. Item in paſſionib. intrinſecis & mentalibus, quæ præſumũtur continuæ, unde amicitia, uel inimicitia, quæ olim fuit, hodie præſumitur eſſe niſi aliud probetur, l. in ipſius. C. fa. her. Secus in paſſionib. procedentibus ab actu extrinſeco. Vnde ſemel percuſſus nunc non præſumitur pati. Nec ſemel febricitans hodie præſumitur febricitare, l. maritus. ff. loca. Idem in loco, quia in loco, quo quis fuit, nunc præſumitur, l. ſi quis ex argentarijs. §. pe. ff. de eden. & intellige largo modo de ciuitate, uel uilla, nõ de angulo. Item niſi eſſet fugitiuus, quia non præſumitur eſſe in eodem loco, l. Cæſar. ff. de pub. Idem in prædicamento Habere. quia qui ſemel habuit, ſemp p̃ſumitur hẽre, & qui dicit primũ, uel perditũ probet, l. utrũ. ff. de edẽ. De ætate autẽ dicit, ꝙ eſt ætas imobilis, & ætas mobilis. Immobilis eſt p̃terea qa qui ſemel fuit p̃fectæ ætatis, ſemp ẽ mobilis, quæ curſu tẽporis mutatur, quia qui fuit iuuenis, nõ præſumitur nunc eſſe, quia tempore mutatur, l. ſpadonem. §. iam autem. ff. de excuſat. tut. Et iſta eſt breuis ſumma multorũ, quæ ponit Bal. ubi ſ. Adde etiam Pet. de Anch. conſi. 5. incip. Pro parte nobilis uiri. ubi dicit, ꝙ qui aliàs fuit pauper, non præſumitur nunc pauper, quia unuſquiſque præſumitur acquirere, l. ſi defunctus. C. arbi. tut. Vnde fundans ſe in inopia, debet eam limitatè probare. Alleg. Bart. in l. in illa. ff. de uer bo. obl. Adde etiam Pet. de Anch. conſi. 63. incip. motiua iudicis. ubi dicit, ꝙ qui diu ſe geſſit pro caſtaldione alicuius, præſumitur hodie eſſe caſtaldio. Et dicit, ꝙ in ijs, quæ curſu ſolo non mutantur, licite arguitur de præterito in præſens. Et dicit, ꝙ ſemel excõmunicatus. Adde etiam Bal. in l. ſi qui adulterij. C. de adul. ubi per illum tex. tractat, quando ex præſenti præſumatur in præteritum. Et dicit, ꝙ aliqua ſunt, quæ de præſenti in præterito habent neceſſariam conformitatem, ut talis eſt natus, ergo fuit conceptus, & in iſtis, ſi conſtat de præſenti, conſtat de præterito uerè & neceſſario, ſecus in ijs, quæ non habent confirmitatem, ut ætas. In his autem, quæ poſſunt habere utrunq; diſtinguit per illam l. an reſultet iuſta cauſa præſumendi in præteritum, & præſumitur exemplũ ibi, aut non reſultat aliqua iuſta cã præſumendi in præteritũ, & non præ-
★ ſumitur. Vnde hodie dñs ● præſumit hactenus fuiſſe dñs. Adde ẽt Bar. in l. an cõfirmando. ff. de cõfir. tut. ubi dicit, ꝙ ſemel p̃batus diues, uel pauper, non præſumit hodie talis, quia mutatio talium qualitatum de facili occurrit. Adde etiam Bal. in l. 13. ad fin. C. quando prouo. non eſt nec. ubi tractat, an quod ſemel fuit, tale ſemper præſumatur

a Et l. a.] *Et ibidem ad hoc uide Bal. & adde Abb. & Phi. in c. quæſtionem. in fi. de ap. & do. Soc. in conſi. 155. inc. præſtãtiſſime doct. §. 4. et ul. in 2. par. charta 7.*

★ *Hodie dominus*] *Adde quod ſi quis probet poſſeſſionem de præterito, an inducat præſumptionem, dominij de præſenti, & dic quod non l. cũ res. C. de prob. l. in rẽ. 1. ff. de rei uendicat. Ant. de Butr. & Abb. in c. cũ ad Sedem de reſti. ſpoliat. l. & quæ non dum ſunt. §. 1. ff. de pign. gloſ. in l. 2. de probat. Pa. de Ca. conſi. 297. inc. certe ſi dictus magiſter Iacob. in non hoc tamen intellige, niſi poſſeſſio eſſet longiſſima, quia tũc præſumitur dominium in præſenti cum ex ea uſucapiatur l. ſi quis emptionis. §. 1. de præſcr. 30. uel 40. ann. Bal. in l. non ignorat. col. 6. in prin. uerſ. de nomine rerum. C. qui accuſ. non poſ. Vel etiam intellige, niſi prætendens dominium ageret contra uiolentum poſſeſſorẽ, ut de præmiſſionibus late dn̄i Romano. conſi. 424. inc. circa propoſitum thema. col. 2. uerſ. Quo ad ſecundum uſque in fi.*

tale,

tale,& dicit, ꝙ id, quod eſt uariabile neceſſitate naturæ, ut æ-tas, uel poſſibilitate contingentiæ, ut mors, non præſumitur ſemper tale. In iurib. autem præſumitur duratio, niſi ſuperueniat interitus, uel tranſlatio, ut ibi per eum, qui in eo, quod dicit de moribus, uidetur diſcrepare ab alijs, quæ ſtatim dicentur, & non bene. Item ꝙ ex præſenti præſumatur in præteritum, faciunt no. per Bart. in l. poſt contractum. ff. de donat. & in l. ſi uenter. ff. de priuil. cred. cum ſi. ubi alienans & fugiẽs præſumitur alienaſſe in fraudem. Et iſta inducuntur ad intellectum reg. ſemel malus. circa quam uide omnino Bart. in l. ſi prius. in § . oppoſ. tertiæ partis. ff. de ope. no. nun. & in l. ſi cui. §. eiſdem. ff. de accuſ. & in l. Caſſius. ff. de ſena. & Bald. in l. non ignorabit. ad fi. C. ad exiben. & ibi dicit, ꝙ ſemel bonus ſemper præſumitur bonus, quia iſta qualitas propriè & naturaliter ineſt, l. non omnes. §. a barbaris. ff. de re mil. Et dicit, quòd qui eſt malus nunc, non præſumitur antea fuiſſe malus. Vnde nũc hæreticus, nõ præſumit antea fuiſſe hæreticus. Sed ex ꝑterito bene præſumit in ꝑſens. Vñ ſemel hæreticus ſemper ꝑſumitur hæreticus. Et idẽ de eo, q ſemel fuit inimicus, niſi cõtrarium ꝓbet. Et uide Bal. in l. j. ff. de hære. inſt. ubi dicit, ꝙ dicta regula, Semel. intelligitur in eodem genere mali: & uide
4 etiam ibi Pet. de Anch. in repe. in 6. q. ubi plenè. ¶ Item † faciunt iſta ad q. difficilem & utilem, utrum dicens & probans rem ad ſe pertinuiſſe, dicatur præſumptiuè probare, ꝙ nunc pertinet ad eum? in quo uidetur, ꝙ non, per id, quod no. glo. in l. certum. §. t. in uerb. confeſſus ſis. & ibi Bart. & Ang. ff. de confeſſ. ubi dicitur, ꝙ probans dominium de præterito per cõfeſſionem aduerſarij non dicitur probare dominium de præſenti. No. Bal. poſt Cy. in l. edita. ff. de edẽ. & Ang. ibi, & in l. ſi rem per illum text. ff. de rei uen. & dom. Card. in c. præterea. el 2. ẽ. de tranſac. & Pau. de Caſt. in l. ſi minorem. C. de in integ. reſti. mino. & Ang. in l. j. in princip. in pe. char. ff. de eden. Nec obſtat. l. ſiue poſſidetis. C. de proba. ubi olim dominus hodie præſumitur dominus: & not. Bald. in c. 1. ẽ. de cau. poſſeſ. & Ang. in l. 2. C. de aequi. poſ. & do. Ant. in c. cum eccle. de cau. poſ. & propri. gloſ. in l. ſi quis ex argentarijs. §. fina. ff. de eden. Etiam in rebus mobilibus, & per Ang. & Pau. de Caſt. in l. 2. C. de teſta. quia oportet illud allegare, l. ſi adulterium cũ inceſtu. §. idem Pollioni. ff. de adul. & dixi in c. afferte. ẽ. eo. ubi cum iſtis tranſiui. Sed contrarium tenet do. Ant. & Imol. in d. c. præterea. el 2. ut ſentit ibi do. Abb. per illum tex. optimum, ubi probato dominio de præterito etiam ex confeſſione aduerſarij, infertur dominium de præſenti. Et hanc partem tenet etiam do. Anto. in c. 2. ẽ. de libel. obla. & ibi Imol. & dom. Card. in 8. q. & Spe. in tit. de actio. & peti. §. ſequitur. uer. quid ſi dico. & Bald. in l. unica, C. de confeſ. & Fulg. in d. l. j. ff. de eden. & eleganter Rota in formis, deciſio. 325 *. inci. ſi in libello. Et pro hoc facit, quod not. Bart. in l. 1. in prin. ff. de eden. ubi dicit, ꝙ ſi peto centum a monaſterio, quæ ſibi mutuaui, non habeo neceſſe dicere, ꝙ fuit conuerſum in utilitatem eccleſiæ, quia dicendo mutuum, intelligitur de ualido. Allegat no. per Inn. in c. ſi. ẽ. de iud. & ſequuntur communiter * Doc. in d. l. 1. & Imo. quem ſemper uide in c. ſuper hoc. ẽ. de renun. Ad prædicta etiam facit t. c. cum uenerabilis. in prin. j. de excep. & ibi hoc no. Pet. de Anch. & hanc partem credo ſuſtentabiliorem. Nec obſtat d. §. idem Pollioni. cum ijs, quæ dixi in d. c. afferte. quia illa loquuntur, ubi præſumptio ſurgit ex facto hominis, & maximè ex animo alicuius, ut dixit do. Abb. in d. c. afferte. in prin. Sed hic oritur præſumptio non ab animo, ſed a iure, d. l. ſiue poſſidetis. Ideo non oportet allegare. Vnum tamen fatetur Rota, ubi ẽ. & do. Ant. & Imo. in d. c. 2. ꝙ ſi de dominio de præterito non conſtat, niſi per confeſſionem aduerſarij, tunc non probatur dominium præſens. Sic intelligunt glo. in d. l. certum. quia confeſſio non recipit uerborum extenſionem, quia præiudicaret confitenti. Quod ideo eſt uiriſimile procedere ex eius mente, ſecus in libello, per l. ſi quis intentione ambigua. ff. de indic. quod eſt mirabile & ſing. ſed non affirmo propter d. capitu. præterea. Et iſta tene menti, quia ſunt ſubſtantialia.

* 325.] *Adde quod eſt deciſio. 3. de libel. oblat. in nou.*

S V M M A R I V M.

1 . *Permutatio facta de beneficio tenui cum pingui, an præſumatur fraudulenta. & num. 3.*
2 *Infirmitas facit permutationem cenſeri fraudulentam, de qua renunciatione extat regula cancellariæ, de qua hic dicitur nu. 3.*
4 *Depoſitiones teſtium ſi repugnant uiriſimili, non probant.*
5 *Teſtis ſi reddit cauſam præſumptiuam, puta, ſcio, quia ſum uicinus, an probet. & nu. 6.*

CAPITVLVM. X.

QVIA VERISSIMILE. ¶ Efficatior probatio exigitur ab eo, qui probare uult, quod non eſt uerisſimile. H. D. Et dicit hic do. Card. iſtum text. eſſe notabilem & ſingularem ꝙ non admittitur quis ad probandum contra uiriſimile, ni-
1 ſi aliqua præſumptio ſit pro eo. Et † per iſtum text. inferunt hic Imol. & domi. Abba. contra permutan-
2 tes beneficium tenue cum pingui *, ut talis permutatio præſumenda ſit fraudulenta, uel ſymoniaca, cum non ſit uiriſimile, ꝙ ſine cauſa renunciet quis beneficium pingue pro tenui, ut hic & in c. ſuper hoc. ẽ. de renun. & faciunt no. in c. 2. de renun. in 6. Putat tamen do. Abb. ꝙ hæc ſola præſumptio non ſufficit ad ſententiam proferendam, niſi adeſſent alia adminicula, puta, ſi quis permutaret cum nepote, quia ultra tenuitatem beneficij concurrit ſuſpicio ſanguinis. Et iſtud tenet ipſe hic contra Io. de Ligna. in c. 1. j. de cle. non reſi. niſi alia præſumptio excludat iſtam, ut, quia ſecurè morari non poterat in beneficio pingui, ut hic per ipſum. Adde Pet. de Anch. conſil. 280. incip. quæſtio proponitur in themate. ubi conſuluit, ꝙ ſi ſenex & debilis uult permutare beneficium ſuum opulentum, ſed curatum cum beneficio tenui habente paruam curam, licitè poteſt epiſcopus in hac permutatione authorixare. Et ſubdit ſignãter, ꝙ ceſſante pacto poſſet ex officio epiſcopus ordinare, ꝙ ſenex perciperet ex beneficio, quod dimittit, totam ſummam. Adde etiam notabile conſil. Pet. de An. 389. quod incip. In caſu præmiſſo eſſet ante omnia. in quo habes multa ad cognoſcendum, quando tales renunciationes fiant in fraudem, & quando non: & maximè in materia c. 2. de renun. in 6. quem tex. inter cætera limitat ſolenniter de mente glo. 2. ibi, ut nõ habeat locum, quando gratia expectantis ex dicta renunciatione totaliter non perimitur, puta, quia poterat acceptare aliam præbendam propter clauſulam, quam duxerit acceptandam, poſitam in literis, ſed c. 2. procedit, qñ expectabat ſolũ primam uacaturam, & idem dicebat Imo. in d. c. 2. dicens, ſe ſemel ita allegaſſe in facto, licet Dom. ibi aliter teneat. ¶ Po-
2 nit † etiam Pet. de Anc. in d. conſ. ꝙ non omnis infirmitas inducit fraudulentã renunciationẽ, ſed ſolũ grauis, per d. c. 2. & oportet, quod fuerit grauis, & ꝙ ſit allegatũ, per l. ſi adulterium cum inceſtu. §. idem Pollioni. ff. de adul. nec ſufficeret, ꝙ ap-
3 pareret, ut ibi per eum, ad quẽ in hoc ſemper recurre. ¶ Et † de iſta renunciatione facta per infirmum, eſt regula cancellariæ 18. ꝙ ſi renuncians, uel permutans in infirmitate non uiuit poſt renunciationem per 20. dies, dicitur beneficium uacare ꝑ mortem eius, non per renũciationem, & refert Io. de Ana. in c. audiuimus. j. de colluſ. Et ibi etiam tenet idem, quod do. Abb. hic, ſcilicet ꝙ permutatio in ſenem & nepotem, uel alium cõſanguineum, præſumatur fraudulenta, & reprobat Io. de Lig. in d. c. 1. de cle. non reſi. & uide do. Ab. in d. c. 1. ubi ponit eadem, que ponit hic de renunciatione facta nepoti. Et ꝙ præſumatur fraus, ualde notat illum tex. Et re uera per illum text. dubitari poteſt de eo, quod ſcribit Rot. in
* antiquis, deciſ. 140 *. inci. item not. ꝙ non uitiatur. ubi dicitur permutatio, nec præſumitur fraudoloſa, licet unum beneficium ſit minoris ualoris, quàm aliud: quia in ſpiritualibus attenditur ſolus profectus animarum, non lucri cupiditas, ut ibi latius, contra quod etiam facit iſte tex.

* *Cum pingui.*] *Ad materiam huius decretal. uide no. per Bald. & Imo. in l. filia mea. ff. ſol. matri. & Soc. conſ. 83. inci. minor. libr. 3. Anch. conſ l. 430. incip. fuiſſet expediens. Oldr. conſil. 324. col. 1. Belam. deciſ. 344. incip. præſumitur permutatio facta & deciſ. 435. incip. ſi contra inſtrumentum. Soc. conſi. 53. uerſ. præterea dicit par. te. 3.*

* 140.] *Adde quod non potui inuenire hanc deciſ. ſed ui. deciſ. 2. que incipit. nota præſumitur permutatio nem. tit. de præſump. in antiq. & in deciſ. Biſign. ti. de rer. permut. deciſ. 2. que incipit. cum quædam pinguis eccleſia. nu. 1. & in eiſd. eo. tit. deciſ. 5. que inci. An ſola diſparitas. & per Thom. Faſt. cauſa. 6. dub. 2x. incip. tertium dubium eſt. in qui-*

¶Et per iſtum tex. infertur, quòd licet ar-
a gucre [a] uerisimili [a], & faciunt not. per Bar. & alios in l. cum quid. ff. ſi cer. pet. dum dicunt, q qui dicit, Tolle hanc pecuniam, nõ præſumitur donare, quia non eſt uerisimi-
4 le. Et hinc eſt, q ſi † dicta teſtium repugnant uerisimili, non probant, ut hic per do. Abb. niſi alia præſumptio concurrat, ut in tex. Et Adde Bald. in l. j. C. de ſer. fug. ubi refert, caſſatam fuiſſe quandam inquiſitionem, in qua continebatur, q familiaris mandauerat domino, & idem dicit, ſi diceretur, q filius mandauerit patri, quia iſta non ſunt uerisimilia, & quod eſt ualde longe a uerisimili, eſt quædã falſitatis imago, ſecundum ipſum. Et iſtis adde, q ſi ſtatutũ uel lex diſponeret, q non admittantur, niſi exceptiones uerisimiles, nihilominus admittentur illæ, quæ ſunt uerisimiles de iure, licet de facto habeant præſumptionem contrariam. Ita eſt glo. not. in c. cupientes. §. 1. in uerſic. uerisimilia. de elec. in 6. quam multum ibi Dom. in fi. notat. ¶Et per iſtum text. in uerbo, loci fama. uidetur decidi, q fama excuſat quem à præſumpta calumnia, quia facit uerisimile, q aliàs non eſt uerisimile, & de hoc dic, ut per Bart. in l. athletas. §. calumniator. ff. de infa. & in l. ij. §. 1. ff. ad Turp. & in l. ij. C. ſi ſer. uel liber. ad dec. aſpi. libr. 10. & Io. de Ana. in c. 2. j. de calum. cum concor. quas ibi dedi. ¶Et per iſtum text. limitatur c. 2. s. de probat. ubi quis non grauatur onere probandi ultra probationem plenam, ut non habeat locum, quando contra excipientem eſſet præſumptio, q exceptio non eſſet uerisimilis, quia tunc grauatur maiori onere probandi. Et ita per hũc tex. no. do. Ant. in c. ſuper hoc. de renun. ¶Et per iſtum text. limitari poſſunt notata per Inno. in c. poſt electionem. in fi. j. de conceſ. præb. & per do. Abb. in c. nullus. s. eo. & quod dixi in c. licet. in 4. no. s. de proba. ubi præſumpta calumnia repellit excipientem, ut intelligatur, niſi probationes ſuperabunda nter aliud ſuaderẽt. Vnde dicit do. Ant. in d. c. ſuper hoc. q eſt arbitrarium, & ſentit do. Ant. hic, & expreſſius Imol. in d. c. ſuper hoc. dicens, quòd quando ſubeſt uehemẽs præſumptio contra excipientem, poteſt purgare hanc præſumptionem dupliciter. Vno modo euitando cauſam, per quam uerisimiliter inducitur hæc præſumptio, ut hic. Alio mõ offerendo ſe paratum incontinenti probare, per id, quod habetur in c. inter-
5 poſita. j. de ap. ¶Et † per iſtum tex. in uerb. uel tales perſonæ, habes diligenter notare limitationem ad id, quod dixi s. de dicto teſtium nõ uerisimili, ut non procedat in teſtibus ualde fide dignis, quia tantum probant, quantum teſtes alias idonei cum fama, ut hic, quod ſingulariter no. ¶Et per iſtum tex. dicit Pet. de Peru. in tract. permutationis, quòd beneficium tenue, uel ſimplex, poteſt permutari cum dignitate, uel pingui, & dicit hoc non eſſe alibi. Ex dictis ſuis declara, quòd dixi s. ✱ poſt Rotam in anti. deciſ. 143 ✱. quia ſi cõcurrunt alia ſolennia, & per probationem efficaciorem probetur permutatio, procederet opinio Rotæ. Et aduerte in eo, quod dixi ſuprà poſt Pet. de Anch. conſi. 389. limitando c. 2. de renũ. in 6. quia pro opinio Domi. ibi contrarium tenentis fortiter facit, quia ſatis conſtat de fraude, ubi conſtat de infirmitate graui. Ergo permutatio non nocet expectanti, c. unico. de re. permu. in 6. ¶Vltimò per iſtum text. inferri poteſt, utrum ſufficiat, quòd probatio præſumptiuè cõcludat? de quo per Bar. in l. j. ff. ſi cer. pe. & in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæ. & in l. fur eſt manifeſtus. ff. de fur. & i l. certũ. §. ſi nodũ. ff. de cõfeſ. p Bal. in l. neq; natales. & in l. fi. C. de pb. & in l. ij. C. de ſcoi quæ ſine certa quãti. & in l. fi. ff. de hære. inſti. & in l. metũ. ff. qđ met. cau. & i l. de tutela. C. de in integ. reſti. mino. & i l. j. C. de colluſ. detegenda & in l. data opera. C. qui ac cuſ. & in c. 1. §. ſi tres, uel plures. de pace tenen. & in l. conuenticulam. C. de epiſ. & cle. in illo articulo,
6 an, † ſufficiat teſti reddere præſumptiuã cauſam, putà, ſcio, qa

in quibus locis habes intentionẽ Antho. hic.

a Veriſimili] Adde text. in l. non eſt uerisimile. ff. quod met. cau. & in l. cum de ætate. de proba. & in l. ob carmen. §. fina. de teſt. & dom. Socin. in conſil. 86 incipien. in cauſa communitatis iaſtri. uerſic. quinta concluſio, ſtatim poſt medium, in 1. parte, charta 144.

✱ 143.] Adde quod nec iſtam inuenire potui, & tamen in prima, quam in hac credo quod debeat allegari ſuprad. deciſ. Biſign. 2. titu. de rer. permu. Adde tamen, quod diſcurrendo librũ tuum deciſ. de qua s. fit mentio, ſub appoſtil. mea præced. eſt ergo deciſ. 129. alias. 2. ſub tit. de re. permu. in antiq. & incip. nota quod non mitlatur.

b uicinus, [b] & in l. noica, C. de confeſ. in illo arti. an ad probandum dominiũ ſufficiat p bare dominiũ de preterito? de quo i c. ſcribã. s. eo. Et ex dictis iſtorum colligit Ro. conſil. 91. incip. Viſis ac percunctatis. quòd aliquando ipſa probatio concludit præſumptiuam iuris & de iure, & iſte caſus eſt clarus q ſufficit ipſam probationem ſecundũ hanc præſumptionem concludere. Sunt .n. tales loco præſumptionis liquidiſſimæ, ut per glo. in l. ſi tutor. C. de peri. tuto. & in l. licet imperator. ff. de leg. 1. Aliquando concludit probatio per præſumptiones iuris tantum, ut quia teſtis dicẽs adulterium fo-
✱ re commiſſum ✱, reddit rationem dicti, qa uidit ſolum cũ ſola, & ponit ſimiles actus, ex quibus lex præſumit copulam, & tunc ſufficit probationem concludere per has legum præſumptiones & ſimiles, ut in c. literis. & c. tertio loco. j. eo. & l. 2. ad fi. ff. de adult. Aliquando uerò probatio concludit per præſumptionem aliquam inductam ex actuum frequentatione, & reiteratione, ut quia frequenter de facili ſic accidit, putà, ſi uolo probare contractum uſurarium, quia uide contrahentem ſimiles contractus frequenter facere, uel probare rem peneste eſſe furto commiſſo, quia frequenter uideo penes te ex tali delicto res eſſe, & tunc ſufficit ſecundum hanc præſumptioné
✱ probationem concludere ✱ ut per gl. ord. in l. neque natales. C. de proba. & in l. cum allegas. C. de uſur. & in l. in ciuile. C. de fur. aliquando uerò probatio concludit ſecundum aliquam præſumptionem, quæ poteſt actui, de quo quæritur adeſſe & non adeſſe, neque de facili, neque frequenter illi actui ineſt, & tunc non ſufficit, q ſecundum illam probationem concludat. Ita probatur in l. matrem. C. de proba. & in l. non hoc. C. unde cogna. Ideo tali caſu dubia probatio non releuat probantem, c. in præſentia. s. de proba. Ita ad literam dicit Ro. in d. conſ. quem retuli, quia pauci habent. Sed adde, quæ dixi latè in d. c. in præſentia. uer. in tex. ibi, uerbum dubium.

b Scio, quia uicinus] Barto. in l. 1. ff. ſi cer. pet. in 3. colum. in uerſi. tertiò quæro, dicit, quod præſumptio probat, quia rõ concludit. Adde, quod do. Alexan. in d. l. j. in 6. colum. ualde dubitat de hoc, quia eſt ſatis dubitabilis paſſus, tu cunctis inde.

✱ Commiſſum] Adde Lap. alleg. 54. incip. Factum ſuper quo. num. 1. Iaco. de beluiſ. in praxi iudiciũ uer. Leonem nu. 26. & ſeq. Rom. conſ. 167. incip. Antonius accuſat in nu. 7. in fin. Ang. in tract. de teſtam. gl. 46. in uer. donec caſte & hone ſte uixerit nu. 4.

✱ Concluderet] Adde Anth. in c. cauſam. col. penul. poſt num. 13. de præſcr. Fran. Balb. in tract. præſcr. in ult. par. poſt num. 14. uerſi. poſſet tamen. Alex. in l. ad hoc. col. 1. uerſi. & nota quod dictum teſtis. C. un. cogna. conſ. 82. incip. Viſo proceſſu. col. 3. uerſ. hoc confirmat. uol. 3. & in l. 2. ff. ſi cer. pet. ubi uide late Iaſ. qui multa dicit in materia tractata ab Authore hic. a num. 14. uſque ad 21. incluſiue.

S V M M A R I V M.

1 *Maritus poteſt uendicare uxorem, & nu. 2.*
2 *Prælatus an habeat rei uendicationem pro rebus eccleſiæ.*
3 *Matrimonium an probetur per inſtrumentum dotis. nu. 4. & 5.*
6 *Titulus præſumitur iuſtus peracto triennio.*
7 *Prælatus poteſt ſemper compellere eum, qui tenet beneficia incompatibilia, ut oſtendat diſpenſationem num. 8. & 9.*
10 *Matrimoniũ an probetur per tractatũ uiri & mulieris. & nu. 11. 12.*
13 *Legitimum qualiter quis eſſe probetur.*

C A I P T V L V M. XI.

ILLVD. ¶per cohabitationem diutinam, famam de matrimonio, & tractatus matrimoniales, & alia adminicula probatur matrimonium. H. D. ſecundum do. Abb. & licet multa ſcribantur, tamen utiliora reſtringam in notabilibus ſuper text. ¶No. primò ibi, uendicans uxorem. quòd
1 † maritus poteſt uendicare uxorem, & ſic uidetur, q maritus habeat dominium in uxorem, cum rei uendicatio non com-
c petat, niſi ratione dominij, l. j. [c] & l. in rem. ff. de rei uendi. In cõtrarium facit, quia mulier eſt in poteſtate patris, & non mariti, niſi quo ad debitum, ut no. gl. in l. ſi uxorem. C. de condi. inſer. & Bart. in l. j. §. fin. ff. de iureiur. & glo. Inſti. ad Tertul. §. j. & in l. qa

c L. j.] Et ibidem ad hoc uide omnino Pet. de Suz. & adde Cyn. in l. ſi inuita. C. de nupt.

impt. & text. in c. ex literis. de ſponſal.

parentis. ff. ſol. mat. & Bart. dicens ſecus de iure Lombardorum in c. 1. prope fin. an maritus ſuccedat uxori in beneficio. Et plenè do. Abb. in c. literas. de reſt. ſpo. Præterea libera perſona uendicari non poteſt, l. j. §. per hanc, ff. de rei uen. Et uxor eſt libera perſona, c. prælatum. 19. q. 2. Ergo, &c.

2 ¶ Sed † ad iſta reſponde, ut eleganter & latè per dom. Abb. hic concludentem contra Inn. maritum poſſe uendicare uxorem adiecta cauſa de iure diuino & Canonico, ſicut ciuitas ratione ſeruitiorum uendicat ſuum ciuem, adiecta cauſa de iure ciuili, l. de iure. ff. ad munici. nam per adiectionem alicuius cauſæ reſtringitur uendicatio, non ut denotet ſimpliciter dominium, ſed poteſtatem competentem iure expreſſo: & licet mulier de iure ciuili, uel Canonico non reperiatur in poteſtate mariti, ſicut filius in poteſtate patris, imò quo ad copulam, non iudicantur ad imparia, c. gaudemus. de diuor. & poteſt uxor petere maritum ſibi adiudicari, c. 1. de ord. cog. & eſt inter coniuges poſſeſſio reciproca, c. literas. de reſti. ſpol. tamen ratione ſeruitij uxor eſt in poteſtate mariti iure diuino, & Cannnico, ut Geneſis j.[a] Paries in dolore, & in poteſtate uiri eris. & in cap. hæc imago. 33. q. 5. dicitur penè famula uiri. Similiter concludit do. Abb. uxorem poſſe uendicare maritum, quia tenetur maritus aſſiſtere uxori, & eam alimentare, ut illud, Propter hoc homo relinquet, &c. & adhærebit uxori ſuæ[b]. Vnde dimittendo eam non adhæret iuxta præceptum Domini, ut hic latius per eum ſic nouiſſimè declarantem Ioan. And. in Spe. ſuper rubr. qui filij ſint leg. Ex cuius dictis etiam colligit eſſe notandum, quod de re ſpirituali, ut eſt matrimonium poteſt agi iudicio poſſeſſorio coram iudice ſeculari, & remittit ad no. in c. cum ſit generale. de for. compe. & in c. literas. de iur. cal. Et adde do. Abb. in c. non eſt. j. de ſponſ. & in c. atteſtationes. in 1. no. de deſponſ. impu. ubi tenet in materia idem, quod hic, & ſubdit hic Imo. per iſtum text. ſuſtineri poſſe libellum, in quo uir ſimpliciter uendicat uxorem, & pro hoc dicit facere, quia æquitas & ſimplicitas Canonica nõ curat de ſubtilitatibus, neque de nomine actionum, ut in c. dilecti. cum materia. de iudi. & in c. cum uenerabilis. infra, de reg. do. ubi dicitur, quod licet Inn. ibi latè inſiſtat, an detur rei uendicatio prælato agenti pro ſua eccleſ. cum non ſit dominus, tamen illud ſcire plus habet in ſe ſubtilitatis, quàm neceſſitatis, quia lex Cano. non curat de nomine actionis, ſed ſufficit libellum ſimpliciter proponere. Allegat d. c. dilecti. Et iſtis adde do. Card. poſt Inn. in c. ex parte. in 6. op. de reſt. ſpo. ubi etiam tenet, quod uxor põt uendicari adiecta cã de iure Quiritum, l. j. ff. de rei uend. & per glo. ord. in c. 2. j. de conuerſ. in fi. Et practicam procedendi in huiuſmodi uendicatione uide per Ray. in ſumma de matri. in ti. quomodo & qualiter mulier poſſit petere quem in uirum. Et iſtis adde Bald. in l. non ignorat. C. qui accuſ. ubi dicit, quod par non uendicat parem. Vnde frater non poteſt uendicare fratrem petitorio, uel poſſeſſorio iudicio, quia inter fratres nulla eſt poteſtas. Et in materia pari nulla ſuperioritas eſt, ut ibi per eum, & idem in propoſito uidetur, cum ſint pares. Nec poſſet dici, quod mulier poteſtatem aliquam haberet in marito, ſi ipſa eſſet in eius poteſtate, per l. ſic eueniet. ff. de adul. ubi qui eſt in poteſtate alterius, non poteſt habere alium in poteſtate ſua. ſubdit etiam hic do. Abb. quòd propter rei uendicationem non ceſſant alia remedia, ut interdictum de uxore exhibenda, quando ab alio detinetur, ut hic per ipſum. Et adde etiam Bald. in l. neque natales. C. de prob. ubi dicit, quod ſi puella nondum 12. annorum eſt adducta ad domum ſponſi, & per uim ei raperetur, uel clam ab eo auferet, habet officium iudicis ad eam recuperandam, ſed in uxore poſt carnalem copulam habet interdictum Vnde ui. Allegat Inn. in c. ex parte. de reſt. ſpol. ¶ Not. ſecundò tex. ibi, publicum inſtrumentum, iuncto ſi. per quem dicit hic do. Abb. apertiſſimè probari, quòd † inſtrumentum donationis propter

3 nuptias, licet in eo enuncietur matrimonium, non tamen per hoc probat matrimonium ſine alijs adminiculis. Et quod inſtrumentum dotis, uel tale non probet matrimonium, tenet hic Hoſtien. Io. And. Bald. do. Ant. Imo. & do. Abb. per iſtum tex. qui non fundat ſe ex nominatu principaliter, ſed ex fama loci cum tractatibus. Idem Bald. in d. l. neque, dicens, quod quaſi

a *Geneſis 1.] Vide ibi in c. 3. & adde 1. Cor. 14.*

b *Suæ] Adde Geneſ. in c. 2. in fin. & 1. Cor. 11. & Marc. x. & Mat. 19. & Epheſ. 5. & 1. Cor. 6.*

poſſeſſio matrimonialis non probatur per uerba narratiua, uel aſſertiua matrimonij, ſi non conſtat, quod per interrogationẽ & reſpõſionẽ fuit contractũ matrimoniũ per uerba de præſenti. Alleg. Inn. in c. ex parte. ſuprà, de reſti. ſpo. Idem Bat. in diſpu. ſua, habẽs filium naturalem. & Lud. Ro. in ſing. * 457. aliàs 438. incip. nunquid per inſtrumentum dotis. Non obſt. text. in l. optimam. C. de contrahen. & commit. ſtip. ubi ſi in inſtrumento dicitur, talis ſeruus Titij ſtipulatus eſt ab eo 10. probari uidetur ex nominatione facta in dicto inſtrumento, quod ſit ſeruus Titij, reſpondet do. Ant. hic, quod illud, quod denunciatur in inſtrumento, probatur per inſtrumentum ad finem ualiditatis eius, quod principaliter diſputatur de illo enunciato, tunc non probabit, ut hic ſecundum iſtum intellectum. Et dicit hunc eſſe ſolennem limitationem ad illam l. & ſequitur hic do. Abb. dicens, quod pro hoc eſt glo. ibi in uer. & ſeruum, quæ idem tenet per l. cum aliquis. C. de iur. delibe. Pro hoc etiam adducit hic Imo. Nota. per Bart. in l. quidam in fin. ff. de condi. in ſtitu. ubi poſſeſſio, ſeu quaſi poſſeſſio probat dominium, quando de illo incidenter quæritur. Facit, quod habetur in l. j. ff. fa. her. & in l. ſicuti. §. ſi quæratur. ff. ſi ſeruitus. uen. Secus, ſi dominium principaliter in iudicium deducatur, quia tunc ſola poſſeſſio non ſufficit. Facit, quod habetur in l. in rem. ff. de rei uen. & in l. circa. ff. de proba. Bartol. tamen in l. ſciendum. ff. de uerbo. obligat. ſimpliciter dixit, quòd enunciata in inſtrumento probantur etiam ad præiudicium partium, per ipſum inſtrumentum, & præcipuè quando ſunt talia, quæ poſſunt per partes induci, per dict. l. optimam. Et plus uoluit, quòd etiam probentur, licet non poſſent induci, ſed dictum eius eſſet limitandum per ſuperius dicta tenendo intellectum glo. ſecundũ Imo. hic dicentem, hoc eſſe diligenter menti tenendum, & ultra illos uide Bald. in l. ad probationem. uerſ. quæro, inſtrumẽtum. C. loca. ubi dicit, quod ſi inſtrumentum dicat, Conduxi a te talem rem tuam, per hoc non probatur te dominum, quia ſunt uerba narratiua, & non inducentia probationem, niſi quatenus oportet ad ipſum principale. Allegat d. l. optimam. & iſta no. cum quæritur de efficacia uerborum enunciatiuorum, in quo de alijs effectib. remitto ad Bart. in l. ex hac ſcriptura. ff. de do. & Bald. in l. ex his. C. de teſta. mil. & dom. Ant. & Imo. in c. cum dilectus. j. de ſucceſ. ab inteſt. & Pet. de Anch. in cle. 1. de prob. cum ſimi. & ad hoc non eſt locus hic. Sed quantum ad propoſitum. adducitur contra prædicta text. in §. illud quo-

4 que. in authen. ut fratrum filij. ubi † per inſtrumentum donationis propter nuptias inſinuatum probatur matrimonium, & ita per illum tex. firmat Bald. in l. 2. C. de nupt. & in authen. ſi quis in aliquo. uer. iuxta hoc quæro. C. de edẽ. & in c. ex trãſmiſſa. de reſt. ſpo. Idem etiam tenuit Bald. in c. ſeries. de teſti. dicens, quod non ſolum per inſtrumentum dotis probatur promiſſio dotis, ſed etiam ipſa affinitas, ſeu matrimonium[c], licet non fuerit contractum tunc, quia ſi per inſtrumentum probatur cõſanguinitas, ut ibi in glo. ergo & affinitas, & ſic non eſt neceſſe, quod matrimonium probetur aliter. ¶ Et poſita iſta opi. pro uera, intellige primò, quantum ad ipſas partes, inter quas conficitur inſtrumentum, per d. l. optimam. ſecus, quo ad tertium, & ſic fortè in præiudicium alterius matrimonij, ſecundum Bald. in l. 2. ad fi. C. de execu. rei iud. & in d. auth. ſi quis in aliquo. ¶ Secũdò

5 intellige, dum † modò inſtrumentum dotis dicat de matrimonio contracto, uel contrahendo, ſecus, ſi nihil diceret de matrimonio, ſecundum Bal. in rubr. C. de priui. dotis. & in l. ab executione. C. quorum appel. non recip. Sed nihilominus prima opi. eſt uerior, per illum text. & per l. neque ſine nuptijs. C. de proba. Et ad §. illud quoque. reſpondet Ro. ſing. 451. incip. nunquid inſtrumentum dotis quod probatur matrimo-

* *In ſingul.] Adde quod in uero iſtorum ſingul. habetur materia hic ab auth. tacta, ſed eſt ſingu. 451. & incipit prout refert. Anto. hic. ubi no. de intel. huius cap. & uide Matheſ. not. 79. incip. Nota quod quæcumque. ubi habes de hoc diffuſiſſime in materia uerborum enunciatiuorum in inſtrumentis poſitorum quando & qualiter probent.*

c *Seu matrimonium] Ad quam materiam uide do. Alex. de Imo. plenè in l. ſi uxor. §. Sed ſi ea. ff. de adult. & in l. 1. in prin. de oper. no. nunc. Flo. in l. bonum. §. ſi quæratur. ff. ſi ſeru. uen. & Bar. in q. quedam habens filium naturalem. et Bal. in Margarita uerbo, matrimonium. uerſi. 1. & in addit. ad Spec. in tit. de reſtit. in integ. uerſic. per inſtrumentum. & Lud.*

ponit

ponit in ſingul. in uer. matrimoniū. uerſi. quare nunquid.

niū, quo ad dotē, uel donationē pp nuptias, & ſic reſpectu eius, qđ principaliter cōtinetur in inſtrumento. Et q̇ ita loquatur ille tex. demonſtrat hic multipliciter do. Abb. quem per ſe uideas. Et dicit Ro. in d. ſingulari, q̇ inſtrumētū probat dotē plenè, ſed matrimonium ſemiplene. ¶ Not. primò ibi, per 10. annos, & ultrà, q̇ ad probandū matrimonium carnale multum operatur diuturna cohabitatio cum fama. An autem hoc ſolum ſufficiat, dicetur ĩ. Sed per iſtum text. infert pulchrè ad matrimonium ſpirituale, ſcilicet an ſufficiat beneficiato ad probationem tituli, ſiue agat poſſeſſorio, ſiue petitorio, q̇ longo tempore tenuerit eccleſiam, & habitus fuerit in communi pro uero rectore? in quo Inno. hic uariauit, ſed Hoſt. do. Car. do. Ant. Imol. & dom. Abb. hic firmant, q̇ ſic. Non obſt. ratio, per quam Inno. noluit hoc firmare, ſcilicet quia ſequeretur, q̇ infami ſufficeret ſe probare certo tempore poſſediſſe cum fama, quod eſt inconueniens per l. in rem. ff. de rei uen. quia reſpondent prædicti, q̇ in beneficialibus non ratio tollit contrarium, ſed quia ſuperiores ſæpe uiſitant eccleſias inde præſumitur, quòd uiderint titulum. Item quia non eſt uerisimile, q̇ ſubditi tolleraſſent intruſum *. Et non intelligas, q̇ tempus indicat titulum propter regulam primam, de reg. iur. in 6. ſed inducit præſumptionem tituli, ut hic latius per Doc. quibus adde in proprijs terminis do. Anto. & Imo. idem tenentes in c. ex inſinuatione. ĩ. de procur. & Dom. in c. ordinarij. §. 1. de off. ord. in 6. & Petr. de Ancha. in regula 1. de reg. iur. in 6. & Ioa. de Ana. poſt do. Abb. in c. licet. Heli. ĩ. de ſymo. & Imo. in c. ex frequentibus. ĩ. de inſti. & Dom. poſt Io. And. in c. ſi iudex laicus. §. fi. de ſen. excom. in 6. & Bal in l. ſiue poſſidetis. in 4. col. C. de proba. & Bal. & Ang. in l. qui in aliena. in prin. ff. de acq. hære. per illum tex. & Bald. in l. ſi filius. ubi optimus tex. C. de peti. hære. in l. etiam. C. de prob. ¶ Et pro iſtis latè adduci poſſent plurima, quæ dixi in c. Albericus. ĩ. de teſti. ubi habes, q̇ ex diuturnitate temporis præſumitur pro ſolennitate [a], & ultra ibi dictum de omnino, quæ latè ponit Bal. in l. pe. C. communia diuidū. ubi poſt gl. q̇ ſi fratres poſſederunt bona pro diuiſo æquis portionibus per 10. annos, præſumitur, q̇ inter eos fuerit facta ſecretè diuiſio. Et declara, ut per eum ibi, & in l. licet. C. de iur. deli. & in conſil. ſuo incip. quædam puella. & Bart. in diſpu. mulier quædam habens amplum patrimonium. & Ang. in l. fin. ff. pro dote. & Bald. in l. j. C. de fideicōmiſ. Adde etiam Arch. in c. nemo. de conſe. diſ. 1. ubi dicit, q̇ quando dubium eſt, an interuenerit authoritas epiſcopi in fundatione eccleſiæ, necne, & locus ē i forma eccleſiæ, & diu pro eccleſia cultus eſt, præſumitur, q̇ authoritas epiſcopi interuenerit, & ſequitur Fed. conſil. 130. incip. Factum tale eſt, quædam domus. & Ro. in l. ſciendum. ff. de uer. oblig. & Petr. de Per. in tract. de quar. epiſcopali, c. 4. fo. 10. uer. ſecundò incidenter quæritur. Adde etiam Innoc. in c. ſuper his. ĩ. de accuſ. ubi dicit, q̇ qui multo tempore ſeruiuit in ordine ſubdiaconatus, præſumitur ſubdiaconus, niſi contrarium probetur, & ſequitur do. Anto. in c. inter quatuor. ĩ. de cle. pere. & in c. 2. ĩ. de eo, qui furtiuè ord. ſuſcep. & in cap. peruenit. ĩ. de emp. & uend. & tangit Bal. in c. dudū. el 1. ĩ. de elect. & Hoſt. & do. Car. in c. 2. ĩ. de cle. percuſ. Adde etiam Bald. in repe. l. cum de in rem uerſo. ff. de uſur. & Bart. in l. litibus. C. de agri. & cenſ. lib. 11. & in l. 3. §. ex contrario. ff. de acqui. poſ. & Bald. in l. j. circa 4. col. de fideicomiſ. & in l. j. ff. de rerum diuiſi. et Aug. in l. malè agitur. C. de præſc. 30.

[*] Intruſum.] Adde quod intruſus dicitur qui habet beneficium à ſuperiore interdicto, uel priuato c. tanta. de exceſ. prælat. Dicitur etiam intruſus qui beneficium obtinuit a non habēte poteſtatē illud conferendi c. cum uenisſent de in integ. reſtit. uel qui beneficium ſine authoritate illius ad quem ſpectat collatio tenet, adeo ut ſi quis etiamſi collator ſuſpenſus fuerit tempore uacationis beneficij, et præter authoritatē illius ad quem ſpectat collatio, adeptus fuerit beneficium ab alio, poterit compelli, appellatione remota, a Papa uel legato, monitione præmiſſa ad illud beneficium reſignandum per excommunicationis ſententiam et ſubtractionem aliorum beneficiorum non obſtan. confirmatione a ſede Apoſt. obtenta ſub forma communi, quæ confirmat beneficia et præbendas ſicut iuſte et pacifice poſſidentur c. quia diuerſitatē. de conceſ. præb.

[a] Pro ſolennitate] Adde, quæ per Phil etiam habentur in c. j. ut lit. nō conteſt. et remiſſiones nonnullas, quas ibi ad hoc poſui.

anno. & in l. prætor. §. 2. ff. de eden. et Spec. in tit. de locato. §. nunc aliqua. uerſi. 14. et tex. in c. 1. de conſue. recti feudi. et in c. 1. qualiter feudum olim alie. pot. In quib. locis dicitur, quòd qui diu tenuit rem ut uaſallus, uel ut emphyteuta, præſumitur fuiſſe inueſtitus legitimo titulo. Eſt tamen circa prædicta aduertendum quinque modis, et primò, q̇ longum tempus in propoſito dicitur decennium, ſecundum domi. Anto. et Imol. hic per gl. in d. l. ſi filius. et idē tenet Bal. in d. l. qui aliena. et quod no. Inno. in c. 2. in glo. quæ incipit, per monachos. ĩ. de reſti. in integ. Imò dicebat ſing. Io. de Ana. in d. c. licet Heli. q̇ triennium completum dicebatur longum tempus, arg. cle. unicæ. de ſequeſ. poſ. et fruc. ubi minus tempus dr̄ recens et facit uulgata regula cancellariæ Apoſt. 33. incipiens, Item ſtatuit. ubi
6 † per triēnium inducitur præſumptio iuſti tituli *. Facit tamen Io. de Ana. ubi ſ. unā nouam differentiam, dicens, q̇ ubi eſt triennium, requiritur ſaltem iuramentum de titulo, ſecus, ubi eſt decennium, ſed tñ utroque caſu requiritur iuramentū, ut per Pet. de Anch. in regula 1. ubi refert Gaſpar. cal. dicentem, q̇ non uidetur bene dictum q̇ ubi tempus eſt antiquum, non debeat fieri fides de titulo ſaltem per iuramentum, arg. c. fi. ĩ. de cōſue. & in c. 2. de teſt. ¶ Secundò eſt aduertendum, quia ubi ageretur de magno præiudicio alterius, non præſumitur ſolennitas interueniſſe, niſi decurſi ſint 30. anni, ſecundum Imol. ſingulariter in c. peruenit. ĩ. de emp. & uen. per gl. notabilē ibi, iuncto text. ubi ſpacium 30. annorum, & nō minus, in alienatione facta per maritum in re dotali facit præſumi ſolenniatem. authē. ſiue à me. C. ad Velle. Nec obſt. q̇ in caſu d. l. qui in aliena. & d. l. ſi filius. ugebatur de præiudicio temporis, quia erat modicum præiudicium, ſecundū Bart. in diſp. mulier habens magnum patrimonium. ¶ Tertiò
7 † eſt aduertendum, q̇ quamuis præſumatur pro illo, qui diu eccleſiam poſſedit, ſi tamē conſtaret de intruſione, uel alio uitioſo ingreſſu, omnino poterit remoueri, ſecundū Hoſt. & do. Abb. hic per no. in d. c. dilecto. ĩ. de preben. & idem Dom. poſt. Cal. & Lap. in d. c. ordinarij dicens, quòd ſi agens uellet probare non Cannonicam inſtitutionē, etiam in facto antiquo audiretur. Allegat notata in d. c. dilecto. & ibi eſt bonus text. per quem colligit ibi do. Abb. poſt alios, q̇ licet prælatus, qui diu tollerauit ſubditum in beneficio ſuo, non poſſit eum compellere ad oſtendendum titulum beneficij ſui, ut in locis præalle. non poteſt tū ſe uſurpare onus probandi defectum tituli, per illum tex. & ita puto intelligendā d. regulam cancellariæ, uidelicet ut triennium excuſet non docentem de titulo, ſed non impediat uolētem probare nullitatē tituli. Et idem, ſi forte probaretur collationē factam in tali loco, in quo ſemper regiſtrarētur collationes & oſtenderetur illam, de qua aſſeritur, nō eſſe regiſtra-
8 tam, quod bene uo. ¶ Quartò † eſt aduertendū, quia ſi eſſet beneficiū, quod probaretur longo tempore nunquam fuiſſe uiſitatū à ſuperiore fortè ab infidelibus capto, uel aliter negligente, & eſſet ſine cura, dictum Hoſt. & aliorū hic nō procederet, quia ceſſaret ratio per quam ipſi faciunt differentiam inter profana & beneficialia, ſcilicet uiſitatio ſuperioris & tolerantia ſubditorum, & remanerent rationes Inno. contra eos tenētis. Ita ſentit hic do. Abb. & puto uerisſimum, attento q̇ hodie prælati negligenter uiſitant. ¶ Quinto eſt aduertendum, q̇
9 † prædicta non habent locum in eo, qui tenet plura beneficia incompatibilia, quia ſemper poteſt ſuperior ab eo petere, ut oſtendat diſpenſationem, ſecundum do. Abb. & Io. de Ana. in d. cap. licet Heli. per d. c. ordinarij. quod indiſtinctè loquitur
10 non limitando ſe ad tēpus recens, uel antiquum. ¶ No. † quartò tex. ibi, in lecto & in menſa. quia probat duo ſigna ad præſumendum matrimonium [b] inter uirum & mulierem, & ideo ſi maritus tenet uxorem extra lectum & menſam, & non tractat eā ut uxorem, poteſt uxor eum aſtringere, ut

[*] Iuſti tituli.] Adde Quare in tuendis poſſeſſoribus Papa in conſtitutiōe illius regulæ magis attenderit triēnium quā decennium uel aliud tēp°. ut. And. Barb. in cle. 1. in 3. col. nu. 17. de elec. et diffuſiſſimè Gomes in com. Reg. cācel. de trien. q. 1. per tot. et ut. in comento ad d. reg. 33. ſo. mihi. 157. in par. uis. uerſi. item dicitur hoc. ubi habes qđ triennalis poſſeſſio beneficij defendit poſſidētem quo ad poſſeſſionē ſed non quo ad proprietatem. et ſol. ſeq. uerſ. et facit quod dicit ibi Ioa. de Imo. ubi habes, an poſſeſſio beneficij triennalis det titulum in beneficio. et ibi habes iudicium Rotæ in hoc.

[b] Matrimonium] Adde do. Alexan. plene in l. ſi uxor. §. ſed

in his & alijs tractet eam ut uxorem, ſecundum do. Ant. & Imo. hic, pro quib. allegat hic do. Abb. tex. in c. ex parte. j. de ſponſ. & quod not. in c. 2. j. de coniug. leproſ. & gl. in c. manifeſtum. 33. q. 5. quæ uult uxorem non poſſe inuito marito uouere, ut iaceat cum camiſia, quod non eſſet, ſi uxor teneretur ſecum iacere, & ſi teneretur uxor, ergo & maritus, cum quo ad carnale debitum non iudicentur ad imparia, c. gaudemus. j. de diuor. & facit deſcriptio matrimonij, quæ ſequitur in textu, ſecundũ ipſum. Et ad iſtud de uoto uide eum latius in c. chariſſimus.

11 j. de conuer. coniug. ¶ Adde † iſtis Bald. in c. ego. N. in 2. col. j. de iureiur. ubi dicit, q ad probandum aliquam eſſe tractatam ut uxorem, non eſt neceſſe probare, q fuerit honorificè tractata, ſed qualitercunque, puta, quia faciebat eam lactare, uel portare ligna, uel texere. Adde etiam Bald. in c. ex tranſmiſſa. ſ. de reſt. ſpo. ubi dicit, q eſt periculum diuinare de matrimonio per ſigna, etiam ſi quis teneat mulierem in lecto & in menſa, & eam tractet honorificè, quia iſti actus etiam ſine matrimonio conſueuerunt exerceri, allegat l. item in legato. §. paruu. ff. de legat. 3. Adde etiam do. Abb. in c. literas. ſ. de reſti. ſpo. ubi refert Io. An. dicentem, q uxor tenetur marito lauare pedes, et caput, et parare comeſtionem, ſed do. Abb. limitat, niſi eſſet nobilis, cui eſſet dedecori facere iſta, arg. l. interdum. ff. de ope. lib. et facit ultra ipſum notabile dictum Azo. in Summa C. de patri. poteſt. ubi dicit, quòd licet mater teneatur intra triennium lactare filium, l. nec filium. C. de pat. poteſt. l. 2. C. de inſa. tamẽ fallit in nobili [a], et ſequitur do. Abb. in c. 2. de conuer. infid. et Ro. in l. ſi cum dotem. §. ſin autem. ff. ſolu. matri. ¶ An autem liceat uxorem ex cauſa uerberare [b], uide do. Abb. et quod ibi dicetur, in c. quemadmodum. j. de iureiur. et do. Card. in cle. cum ex eod. in 1. oppo. de ſent. excom. ¶ Vltimò † quo ad principalẽ materiam huius decret. uidelicet qualiter probetur matrimonium, et de intellectu huius text. dic, ut hic per dom. Abb. qui loquitur clarius cæteris. et aliter non refero, quia uidere potes. Sed adde in materia, quod no. Bald. in l. non ignorat. C. qui accuſ. ubi dicit, q plus operatur tractatus, quã uocabula in probatione matrimonij. Et adde, q communis opi. de matrimonio tranſfert onus probandi in aduerſarium, ſecundum Inno. in c. ueniens. in fi. 3. col. j. de uer. ſign. et Bart. in l. filium. ff. de ijs, qui ſunt ſui, uel alie. iur. et Bart. in l. ſi uxor. §. ſed ſi ea. ff. de adul. Et quomodo probetur dicta opi. dic, ut per Inno. in c. ueniens. Adde etiam Bald. in l. 2. in 19. col. C. de ſerui. et aqua. ubi dicit, q nemo præſumatur maritus, niſi probetur. Et adde Inno. in c. ex parte. ante fi. ſuprà de reſt. ſpo. ubi dicit, q ſola nominatio nihil operatur. Et adde Bald. in c. ex. tráſmiſſa. ſuprà de reſti. ſpo. ubi dicit. q de iure ciuili ex notabili præſumptione præſumitur matrimonium inter perſonas honeſtas pares, et bonæ famæ, quæ præſumptio ſufficit filijs ad ſuccedendum. Allegat tex. et Cy. in l. ſi uicinus. C. de nup. Sed iſta de iure Canonico non ſufficiunt ad fœdus matrimonij, ſecundum ipſum, quem uide, & adde Bald. in l. & ſi contra. C. de nupt. ubi ponit late, utrum ad probandum, uel præſumendum matrimonium ſtetur iuri ciuili, uel Canonico,

13 & adde do. Abb. in c. lator. j. qui fil. ſint leg. ubi dicit q † ad probandum, quem eſſe legitimum, eſt facilis modus, ut probetur, q ſit natus ex maſculo & fœmina ſimul cohabitantibus, quia fauore legitimationis præſumitur inter illos matrimonium, arg. l. in liberæ. ff. de ritu nupt. Sed reſpectu ipſorum uiuentium canon præſumit potius ſtuprum, ut in c. alit. 30. q. 5. & hoc, ne inducantur ad palàm contrahendum. Ita colligit do. Abb. ibi ex glo. quam dicit ualde notabilem, & procedere ſaltem, qñ illi uocabant ſe coniuges. ¶ Et in materia tangit hic ſolenniter do. Abb. de annulo, quid ſignificet, & perfectè loquitur, de quo etiam uide eundem latè in c. fi. j. de deſponſ. impub. & per glo. in c. ſi quis uxore. 27. q. 2. per Arch. in c. æſtimant. eo ſi. 11. q. 3. per glo. in uer. moriatur. in c. ſit rector. 43. diſt. per Ang. conſ. 16. per Hoſt. in Summa de ſponſ. in rubricella de matrimonijs. §. qualiter. per Bald. in l. cum te. C. de do. ante nup. per Lap. alleg. 57. per glo. in c. ſi quis deſponſauerit. 27. q. 2. per Moder. in rubr. de clandeſt. deſpon. per gloſſ. in cap. fœminæ. & in cap. noſtrates 30. quæſt. 5. & in cap. lator. j. de re iudi.

a In nobili] Adde Azo. in Summa de patria poteſt. in fi. & Bal. in l. alimenta. C. de neg. geſt. & Bar. in ſuo tract. alimentorũ. uerſi. quæro, an mater. in ſuo conſi. inci. Omnes filij minores, &c.

b Verberare] Vide Roy. in l. Cato. §. imperator. de adimẽ. leg. & per Hnl. in c. cum contingat. ſ. de for. compet. circa fi. ij. col. & remiſſiones, quas ad hoc in apoſtil. poſui.

SVMMARIVM.

2 *Delicta duo quando ſurgunt ex eodem facto, quæ habent ſe ut ſpecies diuerſæ, poteſt quis de utroque puniri.*

3 *Teſtis ſi deponit de actu propinquo per ſenſum appropriato, an & quando ſufficiat. & adde num. 3. & 4.*

5 *Vicinus præſumuntur ſcire ſecreta uicini, uel facta ipſius. numero 6. 7. & 8.*

CAPITVLVM XII.

LITERIS. ¶ Per uiolentam præſumptionem probatur carnis copula. H. D. cum cap. ſeq. Et probatio, de qua hic nedum ſufficit ad ſeparationem thori, prout hic agebatur ſed etiam, ſi ageretur de adulterio & inceſtu criminaliter, ſecundum do. Abb. ultra alios hic. q bene not. De iſtis autem modis probandi copulam, nihil tango, quia plenius tangunt Doct. & ibi dixi alio anno in c. præterea. ſ. de teſti.

2 ¶ Et † per illum text. notant hic Doc. inter alia ex fi. quòd ubi ex eodem facto inſurgunt duo delicta, quæ habent ſe, ut ſpecies ſeparatæ, poteſt quis de utroque puniri, nam propter adulterium ſeparatur hic matrimonium, quo ad thorũ, & propter crimen inceſtus priuatur mulier facultate contrahendi matrimonium. Ad hoc l. ſi adulterium cum inceſtu. ff. de adult. & uide plenè Bart. in l. ſenatus. ff. de accuſ. & Io. An. in addi. Spec. in titu. de homi. poſt prin. Et ſic limita glo. in c. uirginibus. 27. q. 1. ſecundum do. Abb. cui adde, quæ dixi in c. ſicut. in 4. nota. ſ. de teſti. ¶ In gloſſ. 2. in fin. No. diligenter ex

3 hac gl. ſecundũ Imo. hic, q † in ijs, quæ regulariter nõ poſſunt plenè cadere in ſenſum immediatum appropriatum illi actui, ex quo reſultat iuris præſumptio ad actum, de quo principaliter quæritur, ſicut cõtingit in actu copulæ, quæ plenè non cadit in ſenſum immediatum teſtis, tunc ſufficit deponere de actu propinquo per ſenſum appropriatum illi actui, ſed in alijs, in quibus poteſt haberi plena ſcientia de eo, ſuper quo deponitur non uidetur ſufficere teſtimonium de credulitate, ſed de uera ſcientia, & per ſenſum corporeum appropriatũ illi actui, ut uidimus plene poſt Inn. in c. cum cauſam. ſ. de teſti. ¶ Ex quibus infert hic do. Ant. ad nota. per Bart. in l. j. ff. ſi cer. pet. ubi tangit, an ſi teſtis dicat aliquem eſſe ſanum, uel diuitem, & interrogatus de cauſa ſcientiæ,

* dicat, Scio, quia ſum uicinus [a], & uicinus præſumitur ſcire facta uicini, c. quanto. & c. quoſdam, ſ. eo. & de conſanguineo probatur in l. Octaui. ff. unde cog. & in l. de tutela. C. de in integ. reſt. mino. Nec obſt. c. in præſentia. ſ. de proba. ubi patet, q dictum teſtis debet neceſſariò concludere, quia reſpondet do. Ant. q uerum eſt uerè, uel præſumptiuè, ſi ſit talis præſumptio, quæ ſurgat ex iuris diſpoſitione, ut in caſu propoſito. Item non obſt. q teſtis debet deponere cauſam dicti ſui, ut d. l. teſtium. quia, ſecundum eum, licet hoc caſu non exprimatur ſenſus corporis, tamen ſubintelligitur per id, quod depoſui, nam uicini præſumuntur

c uidere & ſcire facta uicinorum [c]. ¶ Et iſtam opi. q ſufficit in talibus iſta ratio, Scio, quia uicinus, uel conſanguineus, tenet etiam Bart. in l. de ætate. in 2. q. principali, ff. de mino. & in trac. ſuo de teſte, & in d. l. de tutela. & Bal. in l. teſtium. C. de teſti. & in authen. quas actiones. in fi. C. de ſacroſan. eccleſ. & in l. j. C. de ſer. fug. & in l. non omnium. ff. de legi. & in l. data opera. C. qui ac cuſ. Et ibi dicit, talem probationẽ eſſe per rationem, quæ non eſt neceſſaria, ſed præſumptiua. Allegat gloſſ. in c. paratus. 23. q. 2. Et iſtam opi. tenet etiam Bald. in l. conuenticulam. C. de epiſ. & cle. & Ang. in authen. de hære. & Fal. §. hinc nobis. & auth. de teſti. in fi. principij, & do. Abb. in c. quoſ

* *Vicinus] Adde ad totam materiam hic ab Auth. tract. circa ſcientiam uicinorum & conſanguineorum, Barb. conſ. 53. col. 1. lib. 2. & Iaſ. latiſſime in l. 1. ff. ſi cert. pet. col. 4. nu. 18. uerſ. concludit ergo Bart. & infra p multa.*

c *Vicinorum] Quod limita tamen, ut per dom. Soc. in conſ. 187. inc. in cõtrouerſia, quæ uertitur. uerſic. ſecunda uia eſt, circa med. in 2. parte, chart. 59. quòd licet uicini præſumantur ſcire, quæ aguntur in uicinia, tamen non habitantes & parum conuerſantes, non arguunt in loco ſcientiam habuiſſe.*

dam.§.eodem.poſt glo.in l.2.uerſi.denuo quæritur. C. quan-
3 do fiſcus,uel priua. ¶ Contra † tenet Bald.in l.j.ff.ſi cer.pe.qa
teſtis debet reddere bonam rationem dicti ſui,id eſt,per ſen-
ſum corporeum , & immediatum , quia non dicitur quis ſcire
ea,quæ indubitanter credit , ſi per immediatum ſenſum cor-
poris neſciat. Alleg.l.qui teſtamento.§.ſi.ff.de teſta.& l.teſtiũ.
C.de teſti & quod no.glo.in l.patronus.ff. de acquir.hær.Idẽ
tenet Bal.in repe.l.2.in prin.ultimæ char.C.de reſcin.uen. &
dicit, q non facit plenum teſtimonium, ſed indicium. arg. l.
quoties.§. ſi.ff. de ædil. edi. quia ſecundum eum, iſta uidetur
præſumptio hominis,ut patet ex no.per glo.in l.ſi.in princ.ff.
quod me. cauſa. cum ſi. Idem tenet Imol. hic, quia ubi ſumus
in materia,quæ poteſt plenè cadere in ſenſum teſtis,debet de
ponere de illa per ſenſum appropriatum actui , de quo quæ-
ritur, & ſic debet dictum neceſſariò concludere , & ita con-
tingit in caſu propoſito , nam poteſt uidere , quo modo ta-
lis , de quo deponit , eſt ſanus , quia uidet ambulantem &
facientem talia , quæ ſani faciunt , & ſimiliter poteſt uidere ,
an ille, de quo deponit.ſit diues, quia uidet domum eius ple
nam multis ſuppellectilibus magni ualoris, & ideo uidetur,q
non ſufficit dictum eius concludere præſumptiuè, & depone-
re dictum,non aſſignãdo cauſam per ſenſum corporeum. Nec
obſt.q uicinus præſumitur ſcire facta uicini, quia in materia
teſtis, qui habet deponere per ſenſum corporeum, & taliter
q dictum eius neceſſariò concludat, non uidetur hoc habere
locum,ſed in illa materia,quando quis per ignorantiam ſe ex
cuſat ab aliquo,quod ſibi impingitur, nam tunc non creditur
ſibi per præſumptionem iuris,quæ habet,q uicinus præſumi-
tur ſcire facta uicini . Et ſimiliter conſanguineus. Dicit tamen
Imo.q forè in practica pp authoritatẽ Bar.ſeruareẽ eius di-
4 ctum. ¶ Sed † his non obſtantibus tenetur prima opi. tanquã
• communior *:quia in dictis exemplis Bart.non uidetur, q ue
ritas plenè ,& concludenter cadere poſſit in immediatum ſen
ſum corporis,ſed mediante aliquo actu , ex quo præſumptiuè
concluditur illud, de quo probando quæritur, quia diuitiæ
non poſſunt euidenter probari,ſecundum Bar.in l.paupertas.
ff.de excuſ.tut.& Ia.Bu.in l.actor.in ſi.C.de proba.& ideo p-
bantur per coniecturas,ſecundum Ang.in l.ſi uerò. §. qui pro
rei qualitate. ff.qui ſatiſd.cog. & facit l.in fraudem.la 1 .ff.qui,
& a quibus . Vnde apparet plerunque in patrimonio alicuius
multa eſſe bona,& tamen latet grande æs alienum,l.fin.C.de
ali.pup.præſt.& l.ſi.in prin.C.de iure delib.Similiter quem eſ-
ſe ſanum,uel nõ, pendet ut plurimum a peritia artis. unde cõ
mittitur ueritas peritis in arte,ſecundum Bart.in l. quæſitum.
ad ſi. ff.de re iud. Similiter an quis ſit bonæ conditionis, nam
iſtud ſolo uiſu, uel alio ſenſu corporis immediatè non poteſt
concludenter deprehendi,ſed ex præſumptione, nam ex bo-
nis morib. præſumitur quem eſſe bonæ opinionis, ſecundum
glo.in uer.oppo.§.ſi uerò abſunt. in authen. de hære.& Fal. &
facit c.ex ſtudijs.§.eo.Et non uidetur bona reſponſio Imo. hic
ad iura dicentia, uicinum præſumi ſcire facta uicini , ut non
procedat in teſtificando,propter tex.in l. j.in prin.in uer. exi
5 ſtimatione circumcolentium.ff.de ſtu. ¶ Eſt † uerum, q dicta
opi.communis limitatur quinque modis, & primo, ut habeat
locum in ijs , quæ habent cauſam ſucceſſiuam, & ſic de facili
tranſire poſſunt in notitiam uicinorum, ſecus in ijs, quæ ha-
bent cauſam momentaneam,ſecundum Sal.& Fulg.in d.l.j.ff.
ſi cer.pe. Quid enim,ſecundum eos,ſcire poteſt uicinus,ſi ego
in domo feci unum contractum, qui momento expeditur. Vn
de ſi uicinus uult teſtificari, q ego non feci talem contractũ,
oportet,q ipſe dicat, q ego non potuiſſem facere quin ipſe ui
diſſet,ut no.glo.ſing.in l.j.in ſi.gloſſ.mag. ff. de itine. actuque
priua.Pro hac limitatione facere poteſt,q no. do.Abb.in c.cũ
cauſam.& in c.conſtitutus.in ult.no.§. de teſti. ubi in q.an fa-
ctum a conſanguineo mei uicini intuitu imputetur mihi, di-
ſtinguit,an ſit factum momentaneum,uel ſucceſſiuum?Et ſimi
lem diſtinctionem facit do.Abb.in c.ſi. §. de conſuet. In q. an
unus actus inducat conſuetudinem?quia ſi eſt ſucceſſiuus,indu
cit,ſecus,ſi momentaneus.¶ Secũdò limitatur ex eo, quod ſcri
bit Bald.in l.de tutela.C. de in integ. reſti.mino. ubi dicit, q
ſi coniunctus deponit de ætate coniuncti,non eſt ſufficiens ra
tio dicere,Scio,quia ſum coniunctus, qñ minor teſtificatur de
ætate maioris,uel paris,qa iſta teſtificatio nõ eſt bona,qa non
põt cadere ueritas in eum per ſenſum corporeum . Cum ergo
nõ phatiõis ſit in certa,ſcia probationis eſt dubia. Ideo in ſub
ſtantia,uel ratione non eſt probatio, c.in præſentia.§.de pro-
bat.Nec obſt.d.l.de tutela. quia ibi tutor erat longè maioris
ætatis,& quia coniunctus, ideo erat uerisimile eum ſcire tam
innatum,quam proceſſum ætatis.Et ita debet intelligi q de i-
ſto teſtimonio ætatis reddito per coniunctum ſimpliciter,di-
xit Bart.in l.de ætate.in ſecunda quæſt.ff. de minor.& Bal.in
l.teſtium.C.de teſti.& Sal.in l.ſi minorem.C. de in integ.re-
ſti.mino.Et hanc limitationem ſequitur Sal.& Pa.de Ca.in d.
6 l.de tutela & etiam Pa.de Ca.in d.l.j.ff.ſi cer.pe. ¶ Tertiò † li
mitatur. ut habeat locum in ijs,quæ publico aſpectu ſeu con-
uerſatione concernuntur, non autem in ſecretè geſtis in do-
mo,ſecundum Bal.in c.quanto.§.eo.Vnde dicit idem Bald.in
l.j.in ſi.C.de colluſ. deteg. q ſi teſtis deponens de ſtupro, di-
cit,Scio,quia ſum uicinus,non probat, quia uicini tali ſecreta
per ueritatem ignorant,ſecus ſi deponeret aliquam eſſe mere
tricem publicam,ut ibi per eum.Similiter dicũt Bal. & Ang.
in l.Lucius teſtamento.§.1 .per illum tex.ff.de lib.& poſthu.q
licet coniunctus præſumatur ſcire facta coniuncti,l. octaui. ff.
unde cogna.tamen non habet locum in factis a coniuncto exi
ſtente in longinquo.Ideo dicit Bald.in l. quoniam.C.de iure
delib. q coniunctus præſumitur ſcire facta
a coniuncti circa iura ſanguinis [a] & proceſ-
ſum naturæ,ſed factũ hominis non.¶ Quar
7 tò † limitatur ex eo, quod ſcribit Bal. in l.
conuenticulam.C.de epi.& cle.& in l.j. C.
de colluſ.deteg.& Rom. in d.l.j.ſi cer. pet.
ubi tranſeunt cum Bart.in exemplis ſuis ,
ſcilicet ubi agitur de probando actum in
genere,putà,q quis ſit pauper,uel malæ fa
mæ,aut quid ſimile,ut faciat dicta ratio,quia ſum uicinus,qa
concludit a communiter accidentibus, & ſufficit probationẽ
concludere a cõmuniter accidentibus,ut eſt glo.no.& Bald.in
l.neque natales.C.de prob.Et idem ſi deponit de actu in ſpe-
cie, qui conſueuit eſſe notus uicinis,ſeu conſanguineis,ut mo-
res,& ætas,d.l.octaui.& d.l.de tutela. Secus ſi eſt talis actus ,
qui a communiter accidentib. non conſueuit eſſe notus uici-
no,uel habet pariter ſe ad notum & ignotum, ut homicidium
Petri, uel furtum de re Martini, nam tunc non probat, quia
non concludit,ut in dictis locis.¶ Sed aduertendum eſt, quia
etiam in illis, quæ poſſunt a communiter accidentib. conclu-
denter percipi & probari,non uidetur,q teſtis probet reddẽ-
do cauſam,ſcilicet. Scio,quia ſum uicinus,quia licet uicinus,
præſumatur ſcire facta uicini,tamen ſcire dicitur quis diuerſi-
modè,quandoque per ueritatem,& ex proprio & immediato
ſenſu corporeo, quandoque per uehementem opinionem, l.
cũ falſum.& l.Pantonius.§.rei p duellionis.cum gl.no.in gl.in
uer.quærere.ff.de acq.hær.& probat in l. ſi quis cũ ignoraret.
in uerb.quaſi certus.& ibi Bar.ff. de teſta.tute.Vnde licet uici
nus præſumatur ſcire ex uehementi opinione,regulariter non
probat,ut dixi poſt do.Anto.in c.quoties.§.de teſti. Vnde ſi te
ſtis dicit ſe ſcire de homicidio, non probat, quia poteſt intel-
ligi,ſcilicet per uehementem opi.ſecundum Bald.in c.ſi. §. de
iura.cal.Item pro hoc facit, quia teſtis diuerſimodè & per ua-
rios ſenſus poteſt ſcire facta uicini, putà, ſi p uiſum,auditum,
famam,& ſimilia,ſed teſtis,qui interrogatus de cauſa ſcientiæ
reſpondit,Scio,quia percepi per ſenſum corporis,non probat,
tanquam ratio ſit nimis generalis & obſcura,ſecundum Bald.
in l.teſtium.in 3.q.C.de teſti.& ſentit in l.j.in ſi. C.de bo.poſ.
★ ſecundum tab.Nihilominus ſtandum eſt cum communi ★,q
in ijs,quæ a communiter accidentibus ſciuntur per uicinos,ta
lis teſtis non probat, quia quando dicitur quem ſcire,non in-
telligitur,niſi de uera ſcientia,quia ubi uehemens opinio,ibi
non eſt propriè ſcientia,ſecũdum gl.in l. 2.§.pe.in uer. ſciant.
ff.de acqua plu.arc. & in l. ſi duo.§.pe.in uer.ſcire ff.uti poſſi-
det.& ſentit.gl.in l.ſi liberi.ff.de peculio.& gl.in l.ſi paterfami
liàs.in uer.ſcit.ff.de hær.inſti.& illam notant ibi Bal. & Imo.
ſingulariter.& propriè ſcientia eſt tantum earum rerum,quæ
uere ſunt. Vnde inferunt, q ſi teſtis dicat de contentis in ca-
pitulo,ſe ſcire quod ſcit uidetur dicere, q uerum ſic ſe habet,
per quod expreſsè deſtruitur dictũ Bal.in d.c.ſi. de iur.cal. Et
hinc eſt, q ſcire eſt rem per cauſam cognoſcere,ut inquit Phi
loſophus.& refert Arc.in c.in domo.de pœnit.diſt.4. Vnde di
cit Bar.in l.qui bona.§.qui alieno.ff.de dam.inſe.q in teſte ue
rum ſcire,non intelligit per uehementem opinionem,ſed per
ueritatem. Et quãdo dicebatur, q poſſunt diuerſimodè ſcire ,
reſpondetur,q ex quo Scire in propoſito intelligitur per ue-
ritatem perceptibilem uiſu & perceptibilem auditu, & ſic de
ſimilibus

a *Iura ſanguinis*] *adde idem tenentem do. Soc.conſil. 154.incip.Pulchra & ſubtilis eſt præſens.uerſi.poſtremo circa med.in 2.pa.*

a *Materiam] Adde idem tenentem dom.Soc. in conſil. 257.inci.Viſis inueſtituris. uerſicu. ſed ulterius. circa med. in 2.pa.char. 156.*

ſimilibus uerbis intelliguntur ſecundum a ſubiectam materiam[a],per l.ſi uno.ff.locati. quemadmodum dicimus de teſte, qui dicit,Scio,quia præſens fui,quia probat,ut dixi in c.cum cauſam.ẽ.de teſt. & in præſentia poteſt in genere ſe habere ad uiſum tantum & auditum tantum. Et pro hac benigna interpretatione teſtium faciunt multa,quæ dixi in c.cum tu.ẽ. de teſti. ¶Quinto † limitantur,ſeu declarantur prædicta,quia probatio facta per teſtes deponentes modo, de quo ẽ. dicitur probatio præſumptiua, non autem uera, ſeu concludens neceſſariò, ut per Bart.& alios in locis ẽ.allegatis,& maxime per Bal.in d.l. conuenticulam.& in d.l.j.C.de ſer.fugi.& Bal. in c.quanto. ſuprà eod.& do. Abb.in c.quoſdam.ẽ.eo. Et ex hoc ſequitur duplex effectus magnus. Primus eſt,quia minor pœna imponitur ei,q conuincitur ex tali probatione, p ea quæ dixi in c.afferte.ẽ.eo. Secũdus eſt, quia ſententiam lata ea præſumptione,quandocunque ex contrarijs melioribus præſumptionibus,poteſt retractari *. per l. ſi qui adulterij.C.de adult.ſecundum intellectum Bar. & Angel. ibi,de quo tamen dic, ut dixi in c.propoſuiſti.ẽ. de proba.

8 (margin number beside "Quinto † limitantur")

* *Retractari] Adde ad hæc Iaſ. late in l.j.ff ſi cer. pet.nu.21. uerſic. effectus & utilitas eſt maxima.*

SVMMARIVM.

1 *Statutum dictans,quòd uxore mortua uir lucretur mediam dotem,an habeat locum in ſponſa. Adde nu.2.ubi arguit ad partẽ contrariã.*

3 *Iura licet appellent plerunque matrimonia, ubi interuenit deſponſatio de præſenti tãtũ,intelligitur tamen ſecũdu principiũ matrimonij.*

4 *Sponſalia non ueniunt appellatione matrimonij,quando agitur de materia odioſa mariti & uxoris.*

5 *Fama uermæ poteſt probari per duos teſtes.*

6 *Allegans turpitudinem ſuam non eſt audiendus. Iſta eſt regula, quæ fallit ſex modis,ut hic per ordinem,au.hoc, 7.8.9. & 10.*

11 *Suſpectus an quis poſſit allegari, quando actus non redundat ad utilitatem ſuam.*

12 *Dicta plura quando poſſunt ſimul iungi, ut faciant unam probationem.*

CAPITVLVM XIII.

TERTIO LOCO. ¶Primo per iſtum tex.poſuit hic do.Abb.extensè unam q.in qua quotidie recur-
1 ritur in practica, uidelicet ſtante † ſtatuto q uxore mortua ſine filijs maritus lucretur partẽ dotis, utrũ mortua ſpõſa de præſenti nõ traducta ad domum,nec aliter cognita carnaliter b lucretur maritus partẽ dotis[b]? In qua q. in ſilto,nõ ſequendo ſimpliciter do. Ab. & in primis uideret, q ſic, qa ſi uerũ eſt, q ubi ceſſat promiſſio de contrahẽdo,nõ rectè dicant ſponſi, ſed ideo cõiuges. ex quo mĩrimoniũ dr habere perfectũ uinculũ,ergo dicet mortua uxor, nõ aũt ſponſa, necesſitat etymologia uocabuli.Facit, quod oo. Bar. in l.cũ pater.ff.de parricid.ubi dicit,q apellatione uxoris uenit ſponſa de præſenti nõ ex interpretatione, ſed ex propria ſignificatione uocabuli.Vide gl. in uer. electorũ in c.2.ẽ.de trãſla.præl.& gl.3.in c.Canonica. j.de ſen.excõ.facit tex.in l.cui fuerit.ff.de cond.& demõ.ubi ſi legat aliqd Titio,ſi cõtraxerit mĩrimoniũ cũ Berta,debet ilico ſibi legatũ,ſi cõtraxerit p uerba de præſenti,licet mĩrimoniũ nõ cõſummauerit. Ad idẽ gl.in c.diſcretionẽ. j.de eo,q cogn.conſang.uxo.ſuæ.ubi adulteriũ cõmittit cũ ſpõſa de præſenti,& no.gl.in uerb.uxore. in c. ſi uerò. j.de ſen.excõ.& probat in l.pp uiolatã.C.de adul.Facit gl.j.in l.cũ,q duas. C. de adul.& gl.in §.patit.in uer. p uxorẽ.Inſt.de iniur. facit tex. ĩ l.Iulia.ff.de fund.dot.ubi ſpõſus prohibet alienare,ſicut marit[9].Facit gl.in l.ea, quæ la 2. ff.ad muni.quæ dicit,q ſpõſa de præſenti efficit ciuis loci mariti,ſicut de uxore dr in l.fi.eo.tit. Facit tex.in l.pe.ff.de do.int.ui. & uxo.ubi ſicut prohibet maritus donare uxori, ita ſponſæ nõdũ traductæ. Et hanc partẽ

b *Dotis] Ad quam materiam unde plene & no.per dom. Soc. in conſ. 223. incip. circa præſentem conſultatio nem. uerſ. ſed ad oĩa præmiſſa. ibi, nã qd. in 2.p.cha. 98.ubi cĩ quod ſi ſtatutũ diſponat, q dos p maritũ nõ lucretur,niſi uxore ducta in matrimonio cõſũmato, qualiter perdat,et an & quãdo matrimoniũ conſummatũ intelligatur, ut illa per eũ lucretur.*

in terminis firmat Barto. in l.nihil intereſt. per illum text.ff. rerum amota.ubi,quo ad illum titulum,non refert,an mulier fuerit traducta,uel non: & quòd illa dicatur nupta,& ille maritus, tenet gloſſ. & Bartol. in d.l.ſi cui fuerit. Et multa iura noſtra appellant matrimonium uinculum,quod eſt inter ſponſos de præſenti.Patet in c.fin.infrà de ſponſa duorum.& in c. ſufficiat.& c.cùm renunciatur. cum multis ibi ſequen. 27.q.2. Et hanc partem etiam Bald.in l.Deo nobis.uer.ſed iuxta hoc pone. C. de epiſco. & cleri. per illum text. optimè facientem, dum probat,quòd id, quod maritus habet lucrari per mortẽ uxoris, lucratur, etiamſi ingrediatur monaſterium, & ſic carnalis copula non præceſſit. Vnde dicit ibi eſſe caſum,quòd ad lucrandum dotem non requiritur copula. Et pro illa parte facit, quòd not. Bartol.in conſil.incip. quæritur, an ſi ſtatuto caueturr.& in l.iubemus.§.ſanè.C. de ſacroſanct.eccleſi.& Bal. in l.fi.C.de dot. promiſ.& Ang. conſil.180.incip. præmitto ad euidentiam.& Paul.de Caſt.in l.ſed hoc ita.ff.de re iud. & in l.ſi donare. ff.de cond. ob cauſam. ubi dicunt, quòd ſtatutum de lucranda dote habet locum in dote nondum tradita, ſed c promiſſa[c]. Et pro iſta parte adduci poteſt, quod not.Bald.in l.1.in 2.q. C. unde uir & uxor.ubi quæritur,an illa lex uolens,quòd deficientibus coniunctis uir & uxor ab inteſtato uocentur, habeat locum in ſponſa de præſenti? & concludit, quòd ſic,per d.l. Deo nobis.& d.l.nihil intereſt. Secus dicit in ea, quæ eſt mera ſponſa de futuro. Et in hanc partem uidetur inclinare Bal. in cap. capellanus.in fin. ſuprà de ferijs. dum dicit ſe reſpondiſſe, quòd ſtatutum conferens lucrum marito mortua uxore in matrimonio copulato non habet locum in nondum traducta, quia fruſtra, ſecundum eum, ponderaretur copula: & ſic ſentit ſecus eſſe, ubi ſtatutum non ponderat copulam. ¶ Adde, quod not.domi. Cardi. conſil.14.incip. ſtatuto Trigelli.ubi conſuluit,quòd ſtante ſtatuto, quòd debita contracta per uirum ſine communia, adeò quòd uxor teneatur pro medietate, habet locum in debitis contractis poſt ſponſalia de præſenti nondum traducta uxore, maximè per l. pen. ff. de donat. inter uir. & uxor. ¶ Contrariam
2 † partem tenet Bald.in l.non ſine.in prin. C.de bon.quæ lib. dicens,quòd ſtante ſtatuto, quòd præmortua uxore uir lucretur dotem, non erit idem mortua ſponſa: quia ille ablatiuus Præmortua uxore, facit conditionem, id eſt, ſi uxor ſit præmortua. Sed iſta non eſt uxor. Ergo conditio deficit. Alleg.l. falſus.§. an in patrem. ff.quod fal. tu. autho. Idem firmauit apertè Bald.in authen.dos data.C.de donat.ante nup.ubi dicit eſſe optimum argumentum,quòd ſicut mulier nihil lucratur, ſi non ſuſtinet onus dotis datæ, ita uir nihil lucrari debet, ſi onera matrimonij non ſuſtinet, ut in l.ab hoſtibus. §.ſi uir.ff. ſolu.matri. ſiue loquamur in lucro ſtatutorum, ſiue in lucro pacti, ſecundum ipſum. Idem tenet Petr.de An.in repe.c.1.in 47.chart.uer.quæro de quæſtione,quæ mihi occurrit de facto ſuprà de conſtit.dicens,quòd ſtatutum, quod loquitur de nupta,non intelligitur de ſponſata tantùm: & ibi dicit ſe una cũ domi.Anton.conſuluiſſe,quòd ſtante ſtatuto,quòd filia nupta ſiue maritata non ueniat ad ſucceſſionem, filia deſponſata de præſenti non excludetur: quia non dicitur nupta. Allegat etiam Bald.in d.l.non ſine. Et hanc partem tenet etiam dom. Abb. hic, dicens ſe ita conſuluiſſe Senis. Idem ipſe tenet in c. ex publico.infrà de conuerſ.coniug. Idem tenet Sali. multùm latè & ſubtiliter loquens in l.cùm te.cum quatuor ſequent. C. de dona. ante nup. Mouetur maximè, quia uerba ſtatuti ſumi d debent in potiori ſignificato,[d] l.1.§ quæ in perpetuum. ff. ſi ager uectig. uel emphyt. pet.& c.ſi quem.de ſentent.excommun. Et matrimonium per uerba de præſenti non dicitur matrimonium, quo ad plenum ſignificatum, ut eſt gloſſ.licet ipſe non dicat, in d.c.ex publico. & bonus text.in cap.cùm initiatur. & ibi, §. ecce. & in §. iuxta. uer. unde Ambroſius. 27.q. 2. & in c. debitum. ſuprà de big. Et dicit Theologos tenere, quòd in beata Virgine deſponſata Ioſeph fuit perfectum matrimonium, quantum

c *Sed promiſſa] Adde Bar.in cõſ. incip. ſtatuto inuitatis Sartiani cauetur. & Bald. in conſil. incip. In Chriſti nomine amen. Viſo dicto puncto. & Angel. in conſil.incip ſtatutum loquens de dote data,&c. & Paul. de Caſtr. in conſil. 124. incip. ſuper primo quæſito.& domi. Alexand. de Imol. in conſil. 52.in fin.4. partis.*

d *Significato] Adde dom. Socin. in conſil. 14. inci. Viſa prædicta ſa cti. uerſi. ao. non mouetor.in fi. in 1. parte, char. 141. ubi idem tenet.*

tum ad ſanctificationem, ſed non quantum ad ſignificationẽ: de quo in §. ergo. 27. q. 2. Et ſubdit pro hoc, quod eſt ad propoſitũ: quia ceſſat ratio ſtatuti, quę fuit ad ſuccurrendum expenſis factis per maritum in traductione ad domum: quam rationem dicit expreſſam eſſe in ſtatuto Ferrarienſi: & inſtat alijs rationibus, de quibus ibi per eum. Idem tenet. Salic. in conſi. inci. Iacobus promiſit Stephano. Idem eſt de mente Pet. de Anch. conſil. 20. incip. pro ſolutione dubiorum. uer. tertiò ponderandum. ubi dicit, quòd ſtatutum puniens contrahẽtem matrimonium in certo caſu, intelligitur de matrimonio conſummato: nam antè dicuntur ſponſalia, ſecundum communẽ uſum loquendi: & ſtatutum loquens de uxore, non habet locum in ſponſa, cùm tractamus de odio: ſecus, ſi de fauore. Allegat Cy. in d. l. non ſinc. & bene facit ultra ipſum gl. in uer. contrahere. in cle. 1. de conſang. & affi. Et hanc partem tenet etiam Petr. de Anch. in c. t. in ult. col. de ſpon. in 6. per text. in d. c. publico. Idem tenet do. Ab. in c. ſi inter. ĩ. de ſpon. maximè propter communem uſum loquendi: per quem ſponſa etiam de præſenti non appellatur uxor. Et quòd in ſtatutis præualeat communis uſus loquendi, tetigi in d. c. per tuas. ſ. de proba. & iſta eſt ſufficiens ratio. Dicit tamen Domi. in c. Valentino. 34. diſt. quòd ſponſa de præſenti, largè dicitur ſponſa, non propriè. Item hanc partem tenet domi. Ab. in c. 2. per illum text. ĩ. de ſponſ. duo. Idem Moderni in arbore affinitatis in pen. char. & in rub. ĩ. de ſponſ. Mouetur ſolùm: quia tale ſtatutum duplici ratione uenit reſtringendum: tum, quia contra ius commune: tum, quia pœnale, c. ſtatutum. de elect. in 6. Vnde quamuis dicatur, quòd ſponſa de præſenti ſit uera uxor, hoc intelligo largo modo, & in materia fauorabili: ſecus in materia ſtricta. Bene facit, ſecundum eos, text. Inſti. de nup. §. ſed ſi uxor. in fi. ubi ſponſa patris mei non cognita, non dicitur mihi nouerca: & ſponſa filij mei non cognita, non dicitur mihi nurus. Et pro hac parte uide Dominic. in d. c. Valentino. ubi per illum text. probantem, quòd ſponſa de præſenti, non dicitur nupta ante copulam, infert, quòd ſi teſtator relinquit puellæ centum, cùm fuerit nupta, non habebit legatum, licet contraxerit matrimonium de præſenti, donec fuerit ſecuta copula. Sed dubito, quòd Domi. uehementer errauerit propter text. in d. l. cùm fuerit. ff. de condi. & demon. ubi in hoc ſuo dicto eſt caſus in contrarium. Ex quibus omnibus apparet, utramque partem facillimè ſuſtentabilem. Sed ſuſtentabilior uidetur iſta ſecunda pars: quia ubi uerba ſtatuti non adaptantur ad caſum occurrentẽ, ceſſat ipſius diſpoſitio, c. indemnitatibus. Ad fi. de elect. in 6. & in c. ea, quæ. §. fi. & ibi do. Ant. ĩ. de ſta. mo. l. 3. §. prætor. & ibi Bar. ff. de dam. infect. cum concor. Sed uerba ſtatutorum in materia iſta communiter requirunt, quòd uxor deceſſerit in matrimonio. Et iſta non dicitur deceſſiſſe in matrimonio propter dictionem, In, quæ denotat intrinſicitatẽ [a] & perfectionem actus, l. 3. §. ne quid in flumine publico. ff. ne quid in flumi. publi. ubi factum in ripa, non dicitur factum in flumine. Vnde dicit Bald. in rub. ff. ſo. mat. in 2. col. quòd dictio In, iuncta ablatiuo denotat intrinſicitatem. Vnde inſultans in porticu non punietur pœna ſtatuti punientis inſultantem in domo, ſecũdum eum. Alle. Cy. in l. meminiſſe. ff. de offic. proconſul. & lega. not. Bal. in l. gallus. §. ille caſus. ff. de libe. & poſthu. eſt gloſſ. unica in §. hæc, quæ de charitate. in uerb. Exechiele. de pœnit. diſt. 2. Item facit, quia qualitas adiecta uerbo intelligitur ſecundum tempus uerbi, cui adijcitur, l. in delictis. §. ſi extraneus. ff. de noxa. Ergo ſi ſtatutũ diceret de uxore mortua in matrimonio, requiritur, quòd tempore mortis ſit in matrimonio: & tamẽ non eſt ſic: quia non eſt mortua in matrimonio propriè ſumendo, ſcilicet conſummato, d. c. ex publico. & d. c. debitum. & bonus tex. in l. ſi qua mihi uxor. ff. de ritu nup. Item etiam, quòd ſtatutum nõ uteretur hoc uerbo In matrimonio, idem eſſet per prædicta, & per ea, quæ ſtatim
3 dicentur. ¶ Et † per allegata in contrarium patet reſponſio ex prædictis: quia licet multa iura appellent matrimonium, ubi interuenit ſimplex deſponſatio de præſenti tantùm, tamẽ intelliguntur ſecũdum matrimonij principium. Facit optimè gl. 2. coniuncto text. in c. 1. de cogna. ſpirituali, in 6. Prętere quoties materia ſubiecta repugnat, nunquam illa iura loquentia de uxore procedunt in ſponſa de præſenti, ut probat gloſſ. approbata in d. cle. 1. facit, quòd no. Bar. contra gl. in l. 2. §. fi. ff. de priui. cre. uolens, quòd lex aſſiduis. C. qui pot. in pig. ha. non habeat locum in ſponſa de præſenti, per d. l. aſſiduis. ibi, quis enim non miſereatur, &c. Ad idem facit, quod habetur in text. & gloſſ. & ibi per Angel. in l. ſolet. §. quæ uirum. ff. de infa. ubi pœna appoſita ſecundum leges contrahenti matrimonium tempore luctus, non extenditur ad contrahentem ſponſalia de præſenti. Facit optimè gl. in cle. 2. in uerbo, matrimonij. de iudæ. dum ponderat uerbum, Tangentibus. Ad illud autem, quod not. Bar. in d. l. cùm pater. poſſet dici, quòd imò ex propria ſignificatione ſponſa non dicatur uxor, ſed ex interpretatione: & hoc ſatis probatur in c. conſultationi. ĩ. de frigi. & malefi. & in d. c. debitum. & in c. ſi quis deſponſatam. in uer. rite. 27. q. 2. Vnde in ſtatuto debet attendi potior ſignificatio & proprietas uerborum, l. 3. §. hæc uerba. & ibi Bart. ff. de neg. geſt. ¶ Ad tex. in d. l. Deo nobis. reſpondet Sali. in d. l. cùm te. quòd ibi nihil ſtatuitur ſuper lucro de nouo conferendo, ſed determinatur, utrùm debitum ex pacto ſub conditione mortis extendatur ad mortem ciuilem? & dicitur, quòd ſic. Vnde innuit, quòd in alio caſu, ſi ſimpliciter deſponſata efficitur monacha, ſtante dicto ſtatuto nihil lucrabitur: quia in caſu mortis nihil habuiſſet. Reſpondet etiam Ab. in d. c. ex publico. quòd q. noſtra non loquitur, ubi lucrum defertur marito propter affectum coniugalem, qui extinguitur, ſed ratione ſumptus adhibiti in ducẽdo mulierem, ſed ubi lucrum eſſet par utrinque: quia propter affectum coniugalem, tunc procedit illa l. quam nimis latè intelligit Bal. ſecundum do. Ab. Ad illud, quòd ſtatutum de dote habeat locum in dote promiſſa: dic, quòd loquitur in dote non data conſtante matrimonio: ſed non dicunt, quòd ſi non eſt data ante conſummatum matrimonium, habeat locum ſtatutum: quia hoc eſt falſum, ut in terminis no. Salic. in d. l. ſi conſtante. uer. ſed à contrario. C. de dona. ante nup. dicẽs, quòd ſtatutum, de quo ſ. intelligitur de dote data, non autem de dote promiſſa. Ad alia colligitur reſponſio ex prædictis. ¶ Et retenta hac parte, ſcias etiam circa eã primò, quòd ſi mulier ducta eſſet, ut uiro coniungeretur, & ante coniunctionem deceſſerit, tunc uir lucrabitur partem dotis debitam uigore ſtatuti: quia pro coniuncta & copulata habetur, quæ de proximo copulanda eſt: arg. l. pe. ff. de teſta. mili. & l. item legatis. ff. de leg. 3. & Inſti. de dona. §. fi. Ita noluit Sal. multùm ſingulariter in d. l. cùm te. in fi. Et eſt æquiſſimum attenta impenſa nuptiarum, cuius reſpectu talia ſtatuta uigent. Vbi autem de plano & ſine impẽſa ducta eſſet, dubitarem. Nec obſt. quòd de proximo eſt copulãda: quia dici non poteſt copulata
4 uerè: & pulchrum eſſet cogitare, quid ſi ducta eſſet & cognita abſque alia expenſa, an ceſſaret ſtatutum. ¶ Secundò † ſcias ſecundum do. Ab. quòd ubi agitur de materia odioſa, appellatione uxoris, uel mariti, ſeu matrimonij, non ueniunt ſponſalia contracta de præſenti, nec ipſi contrahentes. Si autem agitur de materia fauorabili, ueniunt ſponſi, qui contraxerunt per uerba de futuro, ut l. non ſine. C. de bo. quæ lib. ubi pulcher caſus. Si uerò materia eſt indifferens, ueniunt, etiamſi contraxerunt per uerba de præſenti, licet carnalis copula nondum interuenit, & fortiùs, ſi interuenit, ut hic per ipſum.
5 Tertiò † principaliter per iſtum text. in uer. teſtimonium uiciniæ. no. hic do. Ab. quòd ſi duo teſtes deponunt teſtimonium uiciniæ etiam ſumitur hic teſtimonium pro aſſeueratione extraiudiciali ſine iuramẽto, ſicut in c. tua. ĩ. de coha. cle. & mu. Ex quo colligit, quòd per duos teſtes poteſt probari fama totius uiciniæ, & ſic non requiritur, quòd maior pars uiciniæ deponat, ſicut exiſtimant quidam minùs intelligentes, ſecundum eum multùm notantem hunc tex. ſecundum quem dicit intelligendum c. inquiſitionis. in fi. ĩ. de accuſ. & de hoc alleg. gl. in §. fin. 2. q. 1. & in §. item ſępe. 4. q. 3. & in l. 3. §. quæ argumenta. ff. de teſti. & per Doct. in c. inquiſitionis. & Bart. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſtio. facit c. tam literis. de teſti. & in l. 2. de bo. poſ. ſecundum tab. ubi per duos teſtes probatur inſcriptio ſeptem teſtium, & cum illis concordat. Salic. in l. ea quidem. uerſicul. item per quot teſtes. C. de accuſ. & Bald. in l. data opera C. qui accuſ. & domin. Abba. in d. cap. inquiſitionis. §. fin. & Archid. & Dominic. in §. fin. 2. quæſt. 1. Et non ſufficeret unus teſtis cum iuramento partis ad probandam famam, ſecundum Bald. in l. in bonæ fidei. C. de reb. cred. Et Adde, quòd etiam notorium probatur per duos teſtes, ut per glo. Arch. & Domi. in d. §. fin. & glo. & Arch. in §. item ſępe. 4. q. 3. & Bart. in l. heredes palàm. ff. de teſta. & Spec. in titul. de notorio crimine. [b] §.

[a] *Intrinſicitatem*] Adde *Phil. in ca. eccleſia. ĩ. de conſtitu. in colũ. 22. in fin. & quod in apoſtil. dixi.*

[b] *In tit. de noto. crimine.*] Et ibi in addit. qualiter. & Bald. in d. l. data. Et illis adde.

addit. uide Bald. in uerſ. teſtis. ubi idem: ſed in Margar. uerbo. notorium. uerſ. tertio dic per 10. & adde eum in l. de quibus de legi. 22. column.

a *Turpitudinem ſuam] Adde hoc, quæ in Apoſtil. ad n. in c. ſi ſciſcitatur. ſuprà de reſcript. in uerſicul. non ſe excuſat.*

text.in cap. cùm in tua. de ſponſ. per quem dicunt ibi Mod. in 6. not. conſulum fuiſſe quondam doctorem repetentem Paduæ, qui dicebat, quòd infamia uel bona fama non poterat probari, niſi per maiorem partem uiciniæ, quando ex aduerſo laborat in famia, uel bona fama: quia ſi una fama tollit aliam in eadem uicinia, impoſſibile eſt, quòd utraque ſit à maiori parte uiciniæ. Et de iſtis dixi aliàs in c. cùm oporteat. de ac-
6 cuſ. ¶ In † gloſſ. 2. ibi, propter periculum animæ auditur. Ex iſtis habes unam fallentiam ad regulã, quod non auditur allegans turpitudinẽ ſuã: a & cũ iſta gl. cõcordat gl. fin. in c. conſtitutus. de tranſac. & gl. in uerſ. uiuentem. in c. ex tenore. de teſti. in c. lator de re iudi. & in c. inter dilectos. in uerb. turpitudinem. de donat. Bene facit gloſſ. mag. in fi. & c. ex pœnitentibus. l. diſt. dicens, quod promouendus ad ordines, & ille qui producitur in teſtem, poteſt dicere, Sum inhabilis: & iſta fallentia comprehendit ſub ſe multos caſus domin. Abb. in d. c. inter dilectos. ¶ Secundò fallit, quando quis confitetur contra ſe: & ex confeſſione ſua eſt puniendus quia non habetur reſpectus, quòd allegat turpitudinem ſuam, l. unde Neratius. §. fin. cum l. ſeq. ff. ad l. Aqui. & l. ſi confeſſus. ff. de cuſto. reo. & in c. ex tenore. infrà de conceſ. præben. ¶ Ter-
7 tiò † fallit, quando quis allegat turpitudinem ſuam, non quidem fundando intentionem ſuam principaliter, ſed coadiuuando fundatam contra eum, qui fuit particeps turpitudinis, l. de tutela. & ibi hoc not. Bartol. C. de in integ. reſt. mino. Et hoc intellige, quando ille particeps certat de lucro: & allegans turpitudinem certat de damno: aliàs ſecus, ſecundum Barto. in l. iuſiurandum, quod ex conuentione. §. procura. in pen. col. ff. de iureiur. ubi latè loquitur. Alle. ad hoc l. uiro atq; uxore. ff. ſolu. matri. & l. apud Celſum. §. Marcellus. ff. de dol. except. ubi alleganti turpitudinem contra participem ad fin. lucri poteſt replicari de eodem crimine & compenſari, & traditur in c. fin. infrà de adult. Si autem non per modum replicationis, ſed principalis petitionis fundaret ſe actor ex dolo ſuo, tunc indiſtinctè non auditur, etiamſi aduerſarius participaſſet, d. l. de tutela. Et de hac fallentia uide, quæ latè ponit Bald. in repe. l. cùm mulier. ff. ſol. matri. & in l. ſi creditoribus. C. de ſer. pig. da. manumiſ. Et per hanc fallentiam dicit Bald. in d. l. iuſiurandum. ſe reſpondiſſe, quòd ſi mihi agenti rei uendicatione pro re mea opponis, quòd fuit tibi uendita, poſſum replicare, quòd illa uenditio fuit ſimulata & imaginaria: quia allego turpitudinem meam, coadiuuando intentionem meã, contra te, quia participaſti de ea, & certo de damno uitando, tu de lucro captando: ad quod uide Bald. in l. cùm profitearis. C. de reuo. dona. & Barto in l. filios. C. de ijs, quæ in frau. cre. & Io. An. in Spec. de dona. §. 1. uer. item pone, aliquis. additione incip. quia non uidetur. ubi inuenies non eſſe prohibitũ allegare propriam uenditionem fuiſſe ſimulatam, uel imaginariam, niſi de eius fraude conſtat: quia tunc ſolùm licet repli-
8 cando, ut eſt dictum. ¶ Quartò † fallit, niſi turpitudo fuiſſet priùs detecta, ſecundum Barto. plenè in d. l. iuſiurandum. per illum text. ſm intellectum Pet. de Bella perti. de quo Bartol. facit ſeſtum, & ſequitur Ro. in l. ſi Stichus. ff. de uerb. oblig. & domi. Abb. in c. cùm ſuper. infrà de conceſ. præben. Bene facit, quod not. Bart. & Salic. in l. fin. C. de non nu. pec. ubi dicunt, quòd licet, ubi iuratum eſt omnia eſſe uera, non poſſint partes uenire contra iuramentum, allegando ſimulationem, ut latè per Imo. poſt domi. Anton. in c. cùm contingat. in 6. membro, infrà tit. proxi. Imol. in c. ad noſtram. ad fin. infrà de emptio. & uendit. tamen ſi probationes allegantis ſimulationem fuerint receptæ & admiſſæ, tunc poſt detectam turpitudinem licitum eſt allegare eam. Similiter dicit Bald. in c. intellexi-mus. de iudi. quòd excommunicato licitum eſt allegare excommunicationem ſuam: quia eſt detecta per ipſam ſententiam excommunicationis. Et ideo dicit Bald. in d. l. ſi creditoribus. in fin. C. de ſer. pig. da. manumiſ. quòd quis poteſt allegare ſententiam, quæ continet turpitudinem ſuam; quando eſt detecta. Et dicit, Bart. in l. 2. C. ſi ſer. uel liber. ad decurio. aſpi. lib. 10. quod ſi quis eſt condemnatus de delicto, põt hoc allegare, ut ſe excuſet à iudicando. Ad idẽ l. pe. ff. de ſuſpec. tut. ubi ille, qui eſt remotus ut ſuſpectus, põt allegare remotionẽ ad de-
9 fendendũ ſe ab actione tutelæ. ¶ Quintò † fallit, ubi turpitudo eſſet talis, quod elideret ex toto ius actoris, ſecundũ Io. An. in d. c. inter dilectos. quod reputabat ibi ſingulare dictũ do. Abb. & adducit pro hoc: quia ubi exceptio elidit ius agendi, nõ debet iudex audire actorem, ex quo notoriè fouet iniuſticiam, per not. per Inno. in c. 1. de off. uic. facit glo. in l. ubi pactum. C. de tranſac. cum concor. Et ſi diceretur, quomodo poteſt iudex audire allegantem turpitudinem, reſpondet Abb. dici poſſe, quod illud nõ procedit in notorijs. Et hoc dicit notandũ bene. ¶ Vl-
10 timò † fallit in caſu c. ſi quis Papa. & ibi glo. 89. diſt. & in caſu authen. ſed nouo iure. C. in qui. cau. ma. & in caſu l. ſi quis. C. ad l. Iul. maie. & in quolibet, in quo apparet ratio ſpecialitatis et de materia uide et aliquid per Bald. in l. poſt mortem. ff. de adopt. et in c. cùm M. de conſti. et Imol. in l. qui ſuperſtitis. ff. de acqui. hære. ¶ In glo. uerb. ad ea. no. glo. iuncto text. quòd
11 † quis non poteſt allegari ſuſpectus, quando dictum ſuum non redundet ad utilitatem eius: et pro hoc text. ualde nota. in c. Nicena. ibi, licet eſſet nuptiarũ inexpertus. 21. diſt. Ad idẽ facit, quia mendax nunquam præſumitur eſſe in dolo, niſi mendaciũ redundet ad utilitatem ſuã. Text. eſt, de quo facit ſeſtũ
12 Bar. ibi in l. eleganter. §. fi. cum l. ſeq. ff. de dolo. ¶ In † glo. in uerb. quæ dicta. in fi. Quando plura poſſint ſimul iungi, ut faciant unã integram probationem, dixi latè in c. cùm cauſam. de prob. Sed ibi dictis potes addere aliæ ex ijs, quę ſcribit Pet. de Anch. conſi. 277. incip. Viſa diligenter. do. Ant. in c. ueniẽs. el 1. quaſi in fi. de teſti. et do. Card. conſil. 118. incip. monaſterium ſancti Iuliani. et ſequitur do. Abb. in c. cùm Ioannes. de fid. inſtru. et Bal. in authen. rogati. C. de teſti. et in l. obſeruare. C. quorum appell. et do. Anto. in c. fi. infrà titul. 1. et ibi inuenies. Et pondera iſtam gloſſ. quòd in caſu huius decre. omnes coniecturæ et probationes fuerunt neceſſariæ: et dicit ibi do. Card. ſe hoc allegaſſe pridie in q. facti, in qua non erant probatæ omnes iſtæ coniecturæ, ſed ſolùm aliquæ: quia per hoc dicit non eſſe probatam copulam: quod idem dicunt hic do. Ant.
* et do. Abb. et cõmuniter * oẽs, quos uide: et addunt quod ubi eſſent urgentia ſigna copulæ, ut ſuprà c. proxim. ſecus eſſet: et uide, quæ dixi in c. præterea. de teſti. ¶ In glo. fi. Per iſtã glo. iuncto text. colligi poteſt, quòd etiam id, quod de iure nõ tenet, poteſt peti diſſolui, uel infirmari: quod not. pro ſaluando libello. Intelligitur enim irritari petitum, quatenus eſt de facto proceſſum: ad hoc glo. l. 1. in uerb. infirmabitur. ff. de ferijs. et glo. pe. in c. accedens. el 1. ſuprà ut lit. non conteſt. et gloſſ. pe. in c. auditis. de elect. no. Bald. ſaluando libellum in l. 2. qui ad ciuilia. uerſ. ex prædictis apparet. C. de appel.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus licet poſſit punire hæreticos, ut iudex ordinarius, fallit tamen, quando tractatur de proprio quæſitu bonorum.*
2 *Iudex an poteſt eſſe arbiter inter partes, ſi in eum compromittunt.* Adde num 3.
4 *Frater an poſſit teſtificari pro fratre? regulariter dicitur, quòd ſic. Quæ regula limitatur ſex modis, ut nu. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Caſus aũt in quibus prædicta limitationes non procedunt, ſunt quinq;. Vide num. 11. 12. 13. 14. 15.*
16 *Frater uolens, aut inuitus, an admittatur contra fratrem.*
17 *In quibus criminibus non admittitur frater contra fratrem.*
18 *Agens pœnitentiam præſumitur confiteri delictum.*
19 *Petens ueniam non præſumitur deliquiſſe, ſed eſt ſignum humilitatis.*
20 *Aſſeſſor moriens ſi dicat ſe tuliſſe ſententiam propter pecuniam, an noceat uictori in cauſa.*
21 *Præſumptio uehemens non ſufficit ad condemnandum, licet ſufficiat ad inducendam purgationem.*
22 *Hæreſis poteſt oriri ex leuibus ſignis, tamen illa ſigna debent probari*

CAPITVLVM XIIII.

LITERAS. ¶ Propter præſumptionem etiam uehementem non debet quis de graui crimine condemnari. H.D. Et ſic licet ſit dubium, an ex ſuſpicione ſit ferenda ſententia, de quo in c. afferte. 2. eo. tñ unum probatur hic: quod quantò crimen eſt grauius, tantò præſumptiones debent eſſe uehementiores. ¶ In text. ibi, delegata fuiſſet. No. quod licet eps poſſit ex officio procedere contra hæreticos, c. ad abolẽdã in fi. infrà de hære. & facit c. 1. ſuprà de offi. ord. in clem. 1. & 2. eo. tit. ubi hoc dicitur in exemplis, ſecundum do. Abb. hic tñ etiam aliquando cõmittitur delegatis. Et dicunt hic cõmuni-

bus mo.ſeu.amita. & plene per domi. Soc.in conſi. 228. incip.in cauſa Gabrielis contra. uer. præterea. immicitia.in a par. char. 15.

de ea poterit teſtificari. Et idem tenent ibi Cyn. Ang. & Sal. & ad hoc uide etiam Bal. in l. unica, C.ſi quacunque præditus poteſtate. & Bart. in l.cum ſcimus. C.de agri.& cenſi. lib. 11. & in l.ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. in fi. ff. de uerb.oblig. & in l. 3. §. ſi tutor. ff. de ſtip.tuto. ¶ Quintò limita, niſi †

9 agatur de crimine [a]: quia tunc non eſt frater idoneus teſtis pro fratre accuſante, ſecundum Abba. hic, quia agitur de maiori præiudicio, in quo teſtes debent omnino eſſe integri. Et idem uidetur de alijs conſanguineis & domeſticis, & ſic loquitur c. 1. 3. q. 5. & facit c. ſuper prudentiam. 14. q. 2. ſecundum ipſum. Ad quod uide Bal. in l. fin. C. de proba. ubi idem tenet, allegando glo. in d. l. lege Cornelia. Putat tamen do. Abb. hic, quod in defectum aliorum admittatur ſaltem ad faciẽdum indicium ad torturam. arg. c. ſi. de teſti. cog. & c. cum dilecti & quod ibi no. de electi. An autem frater in criminali teſtificetur pro fratre, dicetur ĩ. uer. quintus caſus. ¶ Sextò limita, ubicun

10 que † ageretur etiam ciuiliter in cauſa graui & ualde tertio præiudiciali, quo caſu nõ eſt integer teſtis, nec facit ſemiplenam probationem, licet faciat aliquãdo indicium. Ita not. Bal. expreſſè in l. parentes. in prin. C. de teſti. pro quo facere poteſt, quia maxima cauſa ciuilis, id eſt, multorum bonorum, æquiparatur criminali [b], ut per gl. & Bald. in l. aduocati. C. de aduoca. diuerſ. iudi. & glo. in authen. ſi dicatur. C. de teſti. & per do. Abb. in cap. 1. in 2. notabili, quod metus cauſa. & Ana. in c. cum oporteat. de accuſ. facit c. 1. de teſti. ſpo. in 6. & quod per ipſum not. Abb. in c. accedens. 2. in 3. colũ. ut lite non conteſt. Item Sal. in d. l. parentes. & latè do. Mari. conſi. 41. incip. quidam iuuenis. ¶ Modò pro intelligentia prædictorum eſt aduertendum, quia ſunt aliqui caſus, in quibus dictæ limitationes non ſemper procedunt, & indubitanter

11 frater eſt teſtis idoneus pro fratre. ¶ Primus eſt, quando † teſtis eſt adeò deuotæ & probatæ uitæ, puta religioſus de obſeruantia, uel alias etiam laicus religioſæ uitæ, ut de mendacio non ſit ſuſpectus, nam tunc ei creditur, ſicut alij idoneo teſti. Ita decidit Inno. in c. cum R. canonicus. in pen. col. de offi. de lega. Pro quo etiam glo. formalis in ſumma, 2. q. 5. in fin. Et pro hoc adduci poſſent illa multa & noua dicta, quæ accumulaui in c. ſuper his, ad fi. de accuſa. per quæ apparet, quòd propter ſummam bonitatem uiri receditur a diſpoſitione iuris communis, & ultra ille uide, quod ſcribit Bal. in c. præterea. de teſti. cog. & in c. fi. in pen. col. ĩ. de confeſ. & in rub. C. de fi de inſtru. in antepe. col. & in l. unica, uerſi. item eſto. de proba. ubi dicit, quòd quãdo cauſa eſt maximæ importantiæ, ſanctitas uiri nihil operatur, in præiudicium alterius. ¶ Secundus

12 caſus eſt, quando † frater eſſet teſtis inſtrumentarius etiam pro facto fratris, quia eſt idoneus indubitanter, ſecundum Bal. in l. parentes. C. de teſti. quem allegat Ioann. de Ana. in d. c. cum oporteat licet in libro meo Bal. non dicat, ſed idem dicit Imo. in c. literis. de tranſact. dicens, quod ſi frater, uel alius conſanguineus eſt deſcriptus, in inſtrumento ad ſolenniza ndum & adminiculandum inſtrumentum, eius tacita uox facit fidem, de quo tamen dic, ut ibi latius per eum, & eſſet diſtinguendum de inhabilitate prout infrà, uerſi. quartus caſus.

13 ¶ Tertius caſus eſt, quando † teſtis eſſet pariter coniunctus utrique parti *, putà, ſi frater teſtificaretur in cauſa uertente inter duos fratres ſuos, quia per cauſa affectionis ſuſpicionem tollit, l. non ſolum. ff. de ritu nupt. Ita Bar. in d. l. qui teſtamento. & ſequitur Maria. in d. c. cum oporteat. dicens, ſe ita conſuluiſſe, ſed eſt glo. in terminis, licet ipſe non dicat, in c. conſanguinei. 3. q. 5. ¶ Quartus caſus

14 eſt, quando † nõ opponitur per partem cõtra fratrem productum in teſtem, quia tũc ualebit teſtimonium fratris & cuiuſcunq; qui alias propter affectionem poſſet repelli, ſecundum Bal. eleganter in l. ſi quis teſtib. in ult. col. C. de teſtib. ubi ita dicit de omnibus exceptionib. fauore partis introductis, ſecus dicit de introductis odio teſtis, ut excommunicationis, uel banni. Dicit tamen, quod aduocati proteſtantur in principio ſaluas fore exceptiones contra perſonas & dicta teſtium, quia per talem proteſtationem reſeruatur ius opponendi, ne excludatur tacitus conſenſus, arg. l. ſi filius. ff. ad Mace. quę procedunt in teſtib. productis contra præſentes, ſed quando contra abſentes, non eſt neceſſaria proteſtatio, quia abſens, non intelligitur conſentire, ut ibi per eum. ¶ Quintus caſus

15 eſt, quando † frater producitur ad defenſionem fratris etiam in cauſa criminali, ſecundum Bal. ualde ſolennitur in d. l. parentes. in prin. ubi dicit, quod ſi dictum fratris prodeſt fratri, & nemini nocet, ut cum purgat fratrem de hæreſi, tenet eius teſtimonium. Ita dicit eſſe tex. notabilem hic, per quem infert, quòd frater poteſt inducere fratrem contra fiſcum ad probandum, quod fecit homicidium ad ſui defenſam. Nec ꝑ hoc dicitur nocere fiſco, qui tractat de pœnali & odioſo lucro cũ alterius iactura, argu. eius, quod not. in l. ſi quis uxori. §. fi. ff. de fur. ubi dicitur, quòd in intereſſe non habetur ratio lucri, quod perciperetur cum alterius iniuria, ut ibi eſt glo. quæ nõ eſt alibi, ſecundum ipſum, cum quo etiam cõcordat Sal. in d. l. parentes. & eſt dictum aureum, ſed forte non procederet, ubi in cauſa criminali eſſet accuſator, quia tunc nedum ageret ut ad præiudicium fiſci, ſed etiam partis, & eſt præiudicium maximum. ¶ Vltimò, an † frater inuitus [c],

16 uel nolens admittatur contra fratrem? dicunt hic per Ab. qui bene loquitur, & de hoc etiam per Bar. in l. lege Iulia. & in l. legib. ff. de teſti. & latè per quendam Albericum Moder. in tractatu de teſte, in 22. charta, nec nunc uidendum eſt principaliter. ¶ In

17 † ea. glo. ibi, in magnis criminib. putà, quando ueniret imponenda pœna capitalis, aut mortis, uel deportationis, l. ſi magnum. allegata in glo. & ſic ſecus uideretur, ſi pœna relegationis tantum, uel minor, eſſet imponenda, ſecundum Imol. hic, & addit. Abba. quod ubi frater inſidiaretur fratri non habet locum d. l. ſi magnum. Et adde, quòd id, quod dicitur de fratre in d. l. ſi magnum uidetur habere locum in quocunque aſfine, per tex. ſing. in c. ſimiliter. 3. q. 5. & ibi expreſſè Archi. & Dom. & uide Barto. in l. minimè. ff. de relig. & ſumpt. fun. Et quod in hac glo. dicitur de fratre, procedit etiam in ſocio, ſecundum Ang. in d. l. ſi magnum. per l. uerum in uerbo, iure fraternitatis. ff. pro ſocio de quo per Sal. in d. l. ſi magnum. ¶ In glo. parua in uerbo, confeſſus. No. bene, ſecundum Bal. hic, ex

18 glo. quòd † ille, qui agit pœnitentiam, præſumitur confiteri delictum, & concor. locum. §. ſi quis dolo. ff. de tab. exhiben. ſecundum ipſum, qui per hoc infert, quòd qui ſtat ad confinia,

19 præſumitur relegatus. ¶ Adde tamen, quòd † petens ueniam non uidetur confiteri ſe deliquiſſe, ſed eſt ſignum humanitatis, ſecundum glo. in uerbo, poſtulauit. in c. exhibita. de homi. Et ad hæc faciunt notata per Bart. in l. dotem. ff. de uer. ob. & Car. in c. perpendimus. ad fi. infrà, de ſententia excom. in q. an petẽs ſe abſolui uideatur fateri ſe excommunicatum? & dicit, quod non quia poteſt eſſe, quòd petat ad cautelam. Et de hoc quando priuatio præſupponat habitum, uide glo. 2. in c. ſignificauit. de cenſi. quæ probat, quòd ſi quis iubetur relaxare præceptum, ex hoc probatur illi fuiſſe paritum, & uide Pe. de Ancha. cõſi. 51. incip. Pro clariori deciſione. in ult. col. ubi ponit, an liber banni, uel condemnationis probet homicidium? & uide Bald. in l. fi. C. de ſententiam paſſis. ubi ponit, an per inſtrumentum emancipationis probetur patriam poteſtatem præceſſiſſe? & uide Bal. in l. moueor. C. de ſeruis expor. ubi dicit, quòd probando monachum petijſſe licentiam tranſeundi ad arctiorem uitam probatur, quód fuerit monachus, & uide Bald. in l. ſecunda, per illum text. C. de iure aur. annul. ubi ponit, an per inſtrumentum legitimationis probetur quẽ fuiſſe illegitimum. ¶ In gloſſ. in uerbo, graue. ibi, in ultimo articulo. De effectu confeſſionis factæ in ultima uoluntate tangit hic aliquid Imol. ſed ſatis dixi in capitul. ſi cautio. uer. tertia declaratio ſuprà, de fide inſtrumento. Et not. hanc glo. Bald. quod non ſemper moriens præſumitur uerum dicere. Ad quod uide Bartol. & Ro. in l. ſi quis moriens. ff. ad Sylla.

a *De crimine*] *Ad quod adde, quæ per Bart. habentur in l. qui teſtamento §. per cõtrarium. de teſta. mili. per text. in l. non ſolum de ritu nupt. & Lanfran. in c. quoniam contra. uer. teſtes. de probat. & Flori. in l. idoneus. eodẽ. tit ul. & quod per Bald. in l. inſtrumenta. C. de proba.*

b *Criminali*] *Adde Phi. in c. teſtimonium. ſupra, de teſt. et quod ibi in apoſtil. dixi.*

* *Parti*] *Adde ꝙ filius eſt idoneus teſtis inter patrẽ & matrem, quia paritas affectionis excludit omnẽ dolum & ſiniſtrã opinionem, ca. cum R. Canonicus de offi. deleg. glo. in c. poſtremo de appell.*

Saly. & alij in l. 1. C. ne liceat potẽt. Imo. in c. ex parte. de feud. Barb. in c. cauſam quæ de of. deleg. & Bal. in l. 1. ff. ubi pupil. edu. deb.

c *Inuitus*] *Vide latè per Specul. in ti. de teſte. §. 1. ante uer. ſed nũquid frater.*

20 ubi ponunt, quòd † ſi aſſeſſor moriens dixit, ſe tuliſſe ſententiam per pecuniam, tale dictum non nocet uictori, per text. in l. j. §. ſi quis filium. ff. de Carb. edicto, & in cap. ſicut de teſti. Adde etiam Bald. in authentic. ſi dicatur. C. de teſtibus. ubi dicit, quòd ſi teſtis dicit in articulo mortis, ſe falſum dixiſſe, hoc non nocet parti. Allegat Bartol. ubi ſuprà. Adde etiam Per. de Anch. in c. fi. infrà, de ſucceſ. ab inteſt. ubi dicit, quòd ſi moriens dicat ſe mori culpa medici, non iuuat percuſſorem, ſi aliter hoc non appareat. Adde etiam glo. & Ange. in l. s. C. de calum. ubi non ſtatur dicto morientis *, qui dicit, talis me percuſſit, licet hæres illum accuſans propter hoc excuſet a calumnia. Adde etiam Bal. in l. j. in ult. colum. uer. ſed pone teſtator. C. communia de leg. ubi ponit de teſtatore, qui dicit remitto omnes iniurias inimicis meis, quia cenſetur ex hoc habere pacem. Adde etiam Bald. in titu. de pace Conſtan. in uerbo, nã ſalli. ubi dicit, quòd non omnis moriens eſt Ioannes euangeliſta: allegat l. uerba. C. de teſta. ¶ In glo. in uerbo, fratrem in fine. Not. quod ratione conſanguinitatis, uel affinitatis aliquid præſumitur: & etiam, ſecũdum Bald. hic, quòd dicta ratione præſumitur donatio. Alleg. l. Procula. cum ſi. ff. de proba. & refert Dy. dicentem, quod ceſſio actionum inter coniunctas perſonas ualet ſine expreſſione tituli, quòd incit titulus donationis. Alleg. Dyn. in l. patrem. ff. de ijs, quæ in frau. cre. & adde text. in c. nõ æſtimemus. 14. q. 1. ubi dicitur, quòd nemo unquam carnem ſuam odio habuit [a]. Ex quo infert Ang. in l. j. ff. de in ius uoc. quòd ſtatuta contra conſanguineos clericorum indirectè præcipientia aliquid clericis, nõ tenent, quia ne conſanguinei grauentur, clerici efficiuntur timidiores. Facit tex. elegans in c. ſciant cuncti. de electio. in ſexto. ubi ita punitur offendens conſanguineos clerici propter ipſum clericum, ſicut offendens clericum. Notat Car. in clem. 1. in prin. in 13. no. de exceſ. præla. & glo. in clem. 2. in uerbo, quomodo libet. de ſẽten. excomm. & Barto. in l. j. in fi. ff. de his, quæ pœnæ nomine & Ange. conſi. 98. incipiente, uiſa narratione facti conſilij facit tex. in l. 2. ff. de receptato. ubi excuſatur coniunctus receptans bannitum coniunctum, & alleuiatur pœna: notat Dom. poſt glo. in uerbo, receptatoris. in c. felicis. de pœnis in 6. in fi. principij. Facit, quod notat Bal. in l. j. ff. de in ius uoc. ubi dicit, quòd rõne coniunctionis ſanguinis pſumitur obediẽtia. Facit tex. in l. j. §. largius in uerbo, honore ſanguinis. ff. de ſucceſſo. edict. Facit, quod not. Bal. & Sal. in l. fin. C. de ſponſa. & quod notat Bal. in l. j. C. de indic. uid. tol. facit cap. Petrus. de homi. & cap. quia præſulatus. 1. q. 4. & l. Aurelius. §. Titius teſta. ff. de

21 liber. legat. ¶ In † glo. in uerbo, uehementem. ibi, ſed non ut, condemnetur. Sufficit tamen ſuſpicio ad indicendam purgationem etiam ſine infamia, ſecundum Innocen. in cap. ex parte, in fi. de offi. ord. & glo. in c. quanto. ſuprà, eod. & do. Ant. in c. tua. per illum tex. de cohab. cle. & Arch. in §. fin. 7. q. 1. & Innoc. in cap. pen. ſuper uerbo, uncellus. infrà, de purg. Cano. & Inno. & Ana. in cap. ſicut de ſymonia. & Arch. latè in c. omnibus. 3. q. 5. per text. in cap. ſolicitudines. in uerbo, uehementõ ſuſpicionem de pur. Cano. Et etiam Ana. poſt Car. in c. excommonicamus. §. adijcimus de hæret. ubi dicunt per illum text. ſing. quod ex hoc, quòd quis diſcedat a communi conuerſatione, inquiritur contra ipſum, tanquam contra hæreticum, e-

22 tiam non præcedente infamia. ¶ Et adde, quòd † ſuſpicio de hæreſi oriri poteſt etiam ex leuibus ſignis, ſed illa ſigna debent plenè probari, ſecundum Innocent. in dict. cap. ſicut. de ſymonia. & Ioan. And. in cap. ut officium §. 1. de hæret. in 6. Et quòd ex ſola ſuſpicione non poſſit condemnari, facit capitul. excommunicamus. 1. §. fin. in uerbo, certis indicijs. infra, de hære. Et iſtis adde omnino ſolenne conſilium Oldrad. 110. quod incipit, regularis habet traditio. ubi ponit, quæ dicatur uiolenta præſumptio, ad hoc ut quis poſſit condemnari de hæreſi, de quo etiam per Dom. in cap. ut officium in prin. & in c. ut filij de hære. in 6. ubi etiam dicit, quòd etiam ad ſuſpicionem probandam ſufficit leuis probatio, per l. 2. hic allegatam in glo. ſecus ad condemnandum, per hanc gl. De iſtis per Hoſt. in Summa de hære. §. qualiter deprehendatur uerſi. ſed quos uocas. cum ſeq. & adde tex. & Docto. in c. cum contumacia. de hær. in 6. ubi habetur de una uiolenta præſumptione in propoſito. ¶ In gl. fin. ibi, non debet admitti. Et ſic uult gloſſ. quòd hoc caſu nõ præſtetur iuratoria cautio, & quod dictio Præter, ſtet excluſiuè, & illud & tenet Ino. Hoſt. & Goff. Sed contrarium tenent do. Car. do. Ant. & Abb. Nec obſtat, quòd periurus nõ debet admitti ad iuſm, quia uerũ eſt ad iuſm honoris, ſed admittitur ad iuramentum oneris & grauaminis, quale erat iſtud, & idem glo. in c. paruuli. allegato in glo. & Abba. in c. intelleximus. in pen. col. de iudi. & probatur in cap. cum in eccleſijs. de maio. & obe. Sed Imo. & fortè melius, tenet opin. glo. quia dictio Præter, excludit, quando id, quod ſequitur poſt eam, poterit includi ſub præcedenti oratione, uel dictione, ſecus, quãdo non includebatur, ut per Legiſtas, maximè Bart. in l. 1. in fi. ff. de pigno. actio. & ita erat. Item facit c. clericos. allegatum in glo. ubi etiam agitur de iuramento oneroſo, & tamen propter timorem periurij non præſtatur. Et ita hic, ſecundum eũ. Nec obſt. licet non dicat, quod dicitur de iuramento calumniæ, quia procedit in iuramento inducto legis neceſſitate, ut latè per Gaſ. Cald. & Modernos in c. 2. j. qui cler. uel uouentes. ubi ſemper uide, & per Imol. & alios in d. c. cum in eccleſi. Et ultra hæc de dictione Præter [b], uide plenè per Arch. in c. Ebron. 13. q. 2. & Ang. in l. qui bona. §. ſi quis ff. de damno infecto. & Bald. in authen. hoc amplius. C. de fideicommiſ. & Bal. hic, & alios in l. actione. C. de tranſact. & Petr. de Ancha. in regula, peccati. in 5. col. de reg. iu. in 6. & latè do. Car. i cle. 1. i 1. col. de ſum. tri. Et copioſè p Albe. de Roſ. in ſuo Dictionario, in uerb. Præter.

* Morientis] Ad de Ange. in l. ſi qui in gram. §. ſi quis moriẽs ad Syl. Ale. in conſi. 14. incip. ponderatis col. 1. nolo. 3. Aug. in ad ditio. ad Angel. in trac. malef. in uer. qui index. uerſic. in autem in hac materia. nu. 12. Alexã. conſi. 24. uolu. 2. Bal. & Iaſon in l. ij. col. fin. C. com. de lega. Autho. in cap. 1. ad fin. ſupra eo. Cap. conſi. 2. nume. 16. uerſi. præterea hac etiam. & num. 17. ubi ponit, quod ſi moriens ex culpa eſſet aliquem quem prius inculpauerat.

a Habuit] Adde Spec. in tit. de adno. §. 1. uer. item qd poſtulat.

b Præter] De qua dictione uide etiam Bald. in ca. 1. §. ſed & res. per quos fi. inueſt. & Old. conſilio in cen ſi. 49.

CAPITVLVM XV.

CVM IN IVVENTVTE. ¶ Non præſumitur incontinens in ſenectute, qui in iuuentute continuit. H. D. & nihil habet, ſed inſiſtunt Doct. in Moralibus, de quibus per eos. Vnum tene menti, propter quod omnes Doctores notant iſtum tex. uidelicet quòd propter infamiam ortam a maleuolis, licet non debeat committi ſolennis inquiſitio, c. qualiter. el 2. & c. inquiſitionis. in fin. de accuſ. tamen occulta indagatio cõmitti poteſt. ¶ Item per iſtum tex. in uerbo, detuliſſet. No. Bal. hic, quòd denunciatio criminum poteſt fieri & proſequi per nuncium, nec eſt ſpeciale in rege, ſed commune, ſecundum ipſum, qui ex hoc infert, quòd ſyndici infirmi tenentur denunciare maleficia per procuratorem: quod dicit menti tenendum. ¶ Item per iſtum text. cum gloſſ. fi. infert Bald. hic, quòd literis executoris aſſerentis ſe feciſſe aliquid creditur, ad quod etiam allegat Arch. in c. Cathanienſis. 61. diſt. & ita etiam ibi Dom.

SVMMARIVM.

1 *Impetrator non tenetur probare omnia contenta in reſcripto, licet expreſſa uideantur in forma conditionis.*

2 *Idoneitas eſt duplex, intrinſeca, & extrinſeca.*

3 *Impetrator narrans in impetratione beneficij, quòd reditus non excedũt certam ſummam, ſi mentitur, an gratia ſit nulla.*

4 *Impetrator an teneatur exprimere uerum ualorem beneficij. Et ponit pro regula, quod quis tenetur exprimere ualorem non tantũ beneficij impetrandi, ſed etiam obtentorum. Limita, ut nu. 5. 6. 7. 8. 9. 10.*

11 *Bonus quilibet præſumitur, niſi contrarium probetur. Hæc eſt regula, quæ fallit ut nu. 12. 13. 14. 15.*

16 *Executor datus ad beneficia, poteſt aſſumere partes iudicis, ſi uult, citando quorum intereſt, uel iudicialiter inquirendo de idoneitate impetrantis. & nu. 17. 18. 19. 20. 21.*

22 *Executor datus ad beneficia, nõ tenetur aſſumere partes iudicis, ſi nõ (uult.*

23 *Hæc concluſio fallit, niſi in literis eſſet clauſula, Vocatis uocandis, quia tunc tenetur citare & procedere iudicialiter.*

24 *Item niſi uellet dare poſſeſſionem, quam alius tenet.*

25 *Item, niſi executor ſit datus cum clauſula, quæ uenit purificanda ex facto tertij, de cuius præiudicio agitur.*

Quartam & quintam fallentiam, uide num. 26. & 27. Item aliam, eamque ultimam, num. 28.

29 *Executor ad beneficia, licet non purificet conditionem ſonantem in monitionem, uel inſtructionem ut ſi eſt idoneus, tenet tamen collatio ab ipſo facta.*

30 *Collatio ſi fiat ſcienter indigno, eſt ipſo iure nulla. Ad hoc adde numer. 31.*

32 *Papa ſi committit uices ſuas ſimpliciter alteri, an uideatur id facere ſupererogatiuè & cum plenitudine poteſtatis.*

33 *Clauſula literarum ubi non ſonat in monitionem, ſeu inſtructionem, ſed in conditionem putà, ſi eſt doctor, uel natus de tali uico, nunquam tenet collatio, niſi prius purificetur dicta conditio.*

34 *Executor datus ad beneficia in caſu, in quo aſſumit partes iudicis, debet procedere iudicialiter ſecundùm formã cle. ſæpe. de uer. ſignif.*

35 *Executor quotuplex ſit.*

36 *Executor quando examinationem facit, an teneatur citare aliquem, qui uelit opponere, quòd prouiſus non ſit idoneus.*

37 *Executor an poſſit exequi, antè quàm literæ ſint ſibi præſentatæ, ut teneat executio.*

38 *Papa conceſſit beneficium & dedit executorem, propter abſentiam executorum iſte iuit ad ordinarium, ut exequeretur, utrùm poſſit?*

39 *Executor ſi proceſſit uigore literarum ſurreptitiarum, proceſſus eſt nullus.*

40 *Executor ſi proceſſit ſtultiter, adeo quòd geſta ab eo non tenent, utrùm collatio redeat ad Papam, uel ad ordinarium.*

CAPITVLVM XVI.

* DVDVM. ¶ Is, pro quo beneficiando ſcribitur cum clauſula, Si idoneus * fuerit, non tenetur probare ſe idoneum, cùm idoneus præſumatur. H.D. ¶ In text. ibi, ſcholarem. Credit hic do. Abb. quòd uitiaretur reſcriptum, ſi impetrans,
* qui dicit ſe eſſe ſcholarem, * non eſſet, quia facilius obtinetur gratia hac qualitate expreſſa, ut per Innoc. in c. cùm in cunctis. in gloſſ. incip. eſt autem ſcientia. de electio. Et omne id, quo non exiſtente uero, non ita faciliter gratia conceditur, uitiat reſcriptum, ſi nõ eſt uerum, c. poſtulaſti. & ibi Hoſt. & omnes, de reſcri. & de hoc per Spec. & Ioan. And. in titul. de reſcript. præſenta. §. ratione autem impetrãtis. uer. ſed ubi ſcribitur pro ſcholari. & ſubdit hic Card. quòd non ſufficit, quòd dicat quem eſſe ſcholarem, niſi ſit clericus, per c. ex literis. de tranſact. Vbi autem nondum eſt clericus, ponitur clauſula, Cupiens militiæ clericali aſcribi, & tunc bene ualet, ſecundùm ipſum: & per hoc credo non eſſe uerum, quod ſcribit domi. Anton. in c. literæ. de dilatio. ubi allegando certam deciſionem
* Rotæ, quam non reperio, * dicit, quòd ſi impetrans dicat ſe dotaſſe beneficiũ, quod impetrat, & non ſit uerum, non uitiatur gratia, quaſi ſit ſuperfluè narratum, quia profectò iſtud eſt tale, quo non exiſtente uero non ita facilè Papa conceſſiſſet, argu. nota. in capit. dilectus. de iure patro. ¶ In
1 † text. ibi, nulla neceſſitas. Not. & tenementi hoc dictum, quaſi nouum, ſecũdum Ab. quòd impetrator non tenetur probare & uerificare omnia contenta in reſcripto, etiamſi uideantur expreſſa in forma conditionis, ſi pro illis habet fundatam intentionem iuris præſumptione, ſed onus probandi cõtrarium incumbit neganti, ut hic ſing. probatur: & ſic limita no. per Io. And. in cap. 1. de litis conteſt. in 6. ¶ In text. ibi, præſumatur idoneus. Not. quòd etiam ad beneficium quilibet præſumitur idoneus, niſi contrarium probetur: & intellige, dummodò ſit clericus, per ea, quæ dixi §. quia clericatus & alia extrinſeca non præſumũtur, ut ſtatim dicetur, ſed reſpectu bonitatis intrinſecæ pro quolibet præſumitur, &
2 quòd ſit laicus. ¶ Eſt † autem multiplex idoneitas, nedum intrinſeca, ut caſtitas, bonitas, &c. ſed etiam extrinſeca, ut ſcientia literarum, cantus, & ſimilia: & hoc non præſumitur, ut per gloſſ. ord. in c. ſi forte. in uerbo, ſcientiæ. de electiõ 6. Quapropter reſtringitur decretalis iſta, ut intelligatur ſolùm de idoneitate intrinſeca: ſi autem diſputatur de extrinſeca, & ſit tertius, qui opponat, ipſe habebit probare, ut in c. 1. & in cap. ut circa. de elect. in 6. quia excipiendo efficitur actor, l. j. ff. de except. Sed ſi nemo ſe opponit, ſuperior inquirit, ut hic eleganter per do. Abba. reſiſtentem do. Anto. quo ad interpretationem huius idoneitatis. Sed non taceo, quod mihi occurrit, uidelicet quòd imo iſte tex. poſſit etiam intelligi de idoneitate extrinſeca, non dico de omni, ſed de ea, quæ requiritur ad beneficium: quia cùm ſcribatur pro clerico, iam præſupponitur qualitas clericatus, quæ eſt extrinſeca: & idoneus ad clericatum, præſumitur idoneus ad beneficium, niſi aliud probetur, c. accepimus. de ætat. & qual. Bene fateor, quòd per ſolam impetrationem, in qua appellatur clericus, non probabit in omni materia ſe clericum, ut per Ioã. And. in regula, cui licet. in Mercurialibus: ſed quantum ad factum, ſuper quo impetratur, præſumitur clericus, per ſingulare dictum do. Anto. in c. illud. §. eod. dum reſpondet ad l. optimã. C. de contrahen. ſtip. Et in hoc poteris cogitare. Et de iſta præſumptione bonitatis adhuc dicetur ſuper gl. fin. Et per hoc examinant hic do. Car. & do. Abb. utile dubiũ,
3 uidelicet † utrùm narrans in impetratione beneficij, quòd redditus beneficij non excedunt certam ſummam, ſi in hoc mentitur, utrùm gratia ſit nulla? & uidetur, quòd nõ: quia falſa cauſa nõ uitiat, cùm de corpore conſtat, ut per Bart. in l. demonſtratio. §. 1. ff. de condi. & demon. & Bal. in l. j. C. de falſa cauſa adiecta legato. Nec obſt. c. cui de non. de præben. in 6. quia loquitur in generali impetratione ad beneficium: quia tũc incertitudo ſummæ bene uitiat: ſecus in ſpeciali, quãdo ſpecialiter conſtat de corpore. Contrarium tenent prædicti: quia cauſa habet uim conditionis in gratijs apoſtolicis, cùm ſubintelligatur clauſula, ſi eſt ita,
* uel, ſi preces, * c. 2. de reſcript. Sed cauſa adiecta in uim cõditionis, ſi eſt falſa, uitiat, d. l. demonſtratio. §. 1. & c. quia circa. ſecũdum intellectũ do. Car. de conſan. & affin.
a & dixi in c. quod ſuper his. [a] §. de fid. inſtr. Et ſubdit Car. hic, quòd onus probandi incumbit dicenti, non plus ualere. Nec obſt. l. cùm de l. Falcidia. ff. de probat. ubi ſi dico patrimonium non ualere, niſi tantùm eo ipſo probo, quia probo non probari contrarium: quia, ſecũdum ipſum, eſt propter præſumptionem iuris: nihil enim præſumitur ſoluẽdo, niſi probetur: ſed hæc præſumptio ceſſat in beneficijs, in quibus præſumitur in beneficio eſſe aliqd, per ſuperiùs dicta, & expreſsè probatur in c. ut quiſque. de uita & ho. cle. Sublata ergo iſta præſumptione remanet regula iuris, quòd impetrans probet, quod aſſeruit: quia eſt eã ſuæ aſſertionis: & dicit do. Car ſic in utroq; pũcto cõſuluiſſe Gaſpar. Cald. & Io. de Fan. & allegat & notata per Io. An. in c. 1. de lit. cõteſt. in 6. & in regula, infamibus. de reg. iur. in 6. & ſeipſum in c. cùm nobis olim. de elec. & ita dicit tenere Rot. licet non dicat, ubi & ita refert ſe cõſuluiſſe Florentiæ in cauſa multùm ardua: & ſequitur hic Abba. * Adde gloſſ.

Si idoneus] Adde quod iſta clauſula importat potius modum quàm conditionem, not. in clement. 1. de offi. deleg. ubi quo. an ſuper idoneitate ſit cognoſcendum, Bald. in l. neque. colum. ult. uerſicul. item dico ſi ſcribitur. C. de probat. nec requiritur citatio in tali cognitione. ut ibi Bald. uerſicul. ſed nunquid in ſubta. & Card. in dicta clement. 4. q. 13.

* *Scholarem] Adde hoc. Stat ſtatutum quod conſultores debeat dari ſantum ſalarium ſi eſt doctor ſecus ſi non eſt doctor, modo cauſa fuit commiſſa uni ſcholari, qui etiam factus eſt doctor, Quæritur, an habebit tantum ſalarium quantum doctor, & Bartol. in l. præcipimus. C. de appel. tenet quod ſic, in §. ſeq. ratio, quia ſtatutum nõ determinat tempus commiſſionis; ſed tempus ſalarij dandi. ſecundùm Felin. in c. quoniam Abbas. de offic. deleg. ſecus ſi ſtatutum diceret, quod cauſa committeretur conſultori doctori, nam ſcholaris non habebit illud ſalariũ, Imol. in clemen. 2. col. 4. de reſcript.*

* *Non reperio] Adde quod Rot. hoc dicit. in deciſ. 84. aliàs. 10. ſub titul. de reſcrip. in nou. & inci. ſi quis narrat. in. ſllam.*

* *Si preces] Adde quod iſta clauſula de iure canonico ſubauditur, licet expreſſo non ſit poſita in reſcripto. c. ex parte. de reſcrip. Ioan. An. in cap. 1. de lite conteſta. in 6. in nouel. Iheri. in l. ſi cui. de ſeruit. ubi dicit, uerum quo ad cognitionem, non quo ad deciſionem. Bart. in l. præſcriptione. colum. 2. uerſicul. contra Azonem oppono fortiter, C. ſi contra ius. de iure autem ciuili non ſubauditur, l. fin. & ibi Bald. C. de diuerſ. reſcript. ubi dicitur, quod debet poni in reſcripto, aliàs non ualet. Specul. tit. de reſcri. præſent. §. ratione quoque defectus. in uer. item quod non eſt ibi clauſula. Idem quod ſupra dic de clauſula, ſi ita eſt, ſecundum Specul. ubi ſuprà, et quod huiuſmodi clauſula ſubaudiantur in omni reſponſone principis, ut Bal. in l. 1. colum. ult. ff. de conſtitu. princ. Abba. in c. ſuper literis. col. 2. de reſcript.*

a *c. quod ſuper his] Et ibidem uide, quæ dixi in apoſtil.*

* *Sequitur hic Ab.] Adde quod Abb. ſuper hoc. cùm nu. 8. uerſic. ſed hoc non obſtante, Felin. ij. pars.*

4 † gloſſ. quippiam poſt princ. ibi, ſicut nec habet. in cle. 1. de præb. per quam dicit ibi Cardi. in 1. col. not. quòd quis non tenetur facere mentionem de ualore beneficij, quod impetrat, ſed dicit, quod hodie de ſtylo curiæ oportet exprimere uerum ualorem; & * adde Ro. in antiquis, deciſ. 276. * incip. item not. quòd ubi Papa confert. ubi etiam dicitur, quòd exceſſus ualoris expreſſi uitiat gratiam: & adde Rot. in eiſdem deciſ. * 336. * incip. item not. ſecundum opi. ubi dicitur, quòd etiam ſi ſit uerum de iure, quòd non teneatur quis exprimere ualorem, tamen ſi exprimit falſum, gratia uitia* tur. Et adde Rot. in formis, deciſ. 292. * incip. ſed impetrans. ubi dicitur, quòd nedum ualor certi beneficij impetrandi, ſed etiam obtinendi debet per impetrantem exprimi ſecundum communem æſtimationem, cùm ſit pars gratiæ, per regulam Vrbani VI. & ſequitur hic domi. Abb. Cardinal. conſil. 31. quod incipit, milleſimo 382. die 10. menſis Iulij. ubi ponit eadem, quæ hic: & eſt conſilium factum Florentiæ, de quo ſuprà & iſta repetuntur in locis ſtatim allegandis. ¶ Sed † ultra omnes alios debetis primò limitare iſta, niſi Papa conferat beneficium motu proprio: quia expreſſio falſi ualoris non nocet, ſecundum Rot. in formis, deciſ. 292. præallegata, & eſt regula cancellariæ 61. quæ incipit. Item uoluit, quòd in gratijs. ubi etiam dicitur illud, quod eſt dictum de beneficijs obtentis. Et hanc limitationem plenè ponit Pet. de An. * conſi. 137. * incip. natura & efficacia. Et uerum, quòd olim erat regula in contrarium etiam in gratijs factis motu proprio, & illam antiquam regulam latè commen* tat Petr. de Anchar. conſil. 396. * incip. Pro clariori: ſed non expedit hodie per
6 prædicta. ¶ Secundò † limita, niſi de ualore fieret mentio per uerbum, Vt aſſeri* tur: * quia tunc ſufficit probare, quòd ſic aſſeratur: nec noceret, ſi ex aduerſo probaretur, non ſic eſſe, dummodo appareat, quòd ſic aſſeratur, licet alijs caſibus, quando dicitur, Vt aſſeris, oporteat probare ita eſſe, ſecundum Rotam in antiquis, latè de* ciſ. 596. * incip. Papa confert, & idem tenet domi. Abb. hic nihil allegans. Eſt uerũ, quòd Cardi. aliter ſentit conſil. 69. incip. uacante quadam eccl. in fin. & hic. Sed eius opinio poſſet procedere, quando priora uerba non eſſent concepta in perſonam impetrantis, ut quia non eſt dictum, pro parte talis fuerit narratum tale beneficium uacaſſe, cuius ualor, ut aſſeritur, &c. Sed ſimpliciter uerba reſcripti loquuntur uniformiter, & dicitur, Vt aſſeritur: quia intelligitur, ſcilicet ab impetrante: & ideo probet ipſe, qui aſſeruit: ſed in primo caſu, ubi uerba concipiuntur per ipſum impetrantem, ſufficit alios ita aſſeruiſſe: quia non comprehẽditur perſona loquens, quæ dixit, Vt aſſeritur, ut hic per do. Abb. Et de uerbo, Vt aſſeris, uide etiam Bal. in c. ſtuduiſti. de offic.
7 leg. ¶ Tertiò limita, niſi † ualor falſus eſſet expreſſus à Cardinali impetrante: quia non ligatur dicta regula cancellariæ, ſecundum Pet. de Anc. latiſſimè dicto conſ. 296. quia ſicut non ligat Papam, ita nec Cardinales, cùm ſint pars corporis. Et adducit multa generalia ad probandũ, quòd excellentia talium dominorum requirat ſpecialem mentionem. Sed aduerte, quia ipſe loquitur de regula Vrbani, quæ inhabilitat gratias conceſſas motu proprio, ſi falſus ualor exprimebatur. Ideo cum in hoc ſit odioſa, & gratia, de qua loquitur domi. Pet. eſſet motu proprio, tranſiſſet per talia opin. Sed quòd alias non includerentur * Cardinales, * non affirmarem, per ea quæ dixi in cap. quod ſuper his. uer. quòd autem diſpoſitio, de hoc latiùs. ¶ Quartò
8 limita, niſi † ex diuerſis clauſulis gratiæ manifeſtæ colligeretur, quòd etiam ſi beneficium fuiſſet multo maioris ualoris, omnino Papa contuliſſet, putà, ſi dicat ſe intendere ad remunerandos magnos labores toleratos pro eccleſia ab impetrante, pro quibus ad maiora dicat obligatam ſibi ſedem Apoſtolicam, & quòd pro ſimilibus oneribus ſibi incumbentibus uiſitur Papa prouidere, quantum poteſt, &c. quia tunc cognoſcitur, quòd etiam pinguius beneficium omnino daretur. Ita decidit Pet. de * An. dicto cõſ. 216. * inc. Pro clariori. ¶ Et
9 † hoc inducit me ad cogitandum ſuper uno non tacto, uidelicet quid, ſi beneficium minus ualeret, quam ſit expreſſum? omnes enim prædicti loquuntur, quando plus ualet, & uidetur, quòd gratia teneat, ex quo omnino Papa erat conceſſurus, & maximè, quia domi. Abb. hic ponderat ſolùm hoc, quòd ſi Papa ſciuiſſet de maiori ualore, nõ ita conceſſiſſet. Et ad c. cui de non. reſponſum eſt ſuprà. Sed in contrarium fortiter * facit deciſio Rotę in antiquis, 441. * incip. Papæ ſupplicat. ubi dicitur, quòd ſi ad petitionem impetrantis conceditur beneficium quod ipſe dixit eſſe curatum, & non erat, non tenet gratia, per dictum c. cui de non. Ad idem uidetur gloſſ. in terminis in cap. quamuis. in uerbo, uſque de præben. in 6. quæ dicit, quòd ſi mandatur prouideri de beneficio certi ualoris, nõ poteſt prouideri de minori. Et illam, quo ad hoc, ſequuntur Doct. ibi, & Cardi. latè in clem. 1. in 7. q. de conceſ. præben. Et ſi teneamus iſtam partem, iſta limitatio non procedet. Et aliter nunc non expedio, quia non habui ſatis
10 de tempore. ¶ Quintò limita, niſi † Papa conferret beneficium dicendo, cuius fructus ualorem non excedunt ſecundum taxationem decimæ, quia tunc inſpicitur taxa beneficij, & ita ueniret in gratia, poſito quòd beneficium plus ualeret ſecundum ualorem communem. Ita decidit Ro. in anti* quis, deciſ. 277. * incip. ubi Papa. Et de iſta taxatione decimæ uide gloſſ. in clem. ſi beneficium, in uerbo, taxationem, de decimis. Et iſta nota, quia difficilè inuenies alibi reducta. ¶ In gloſſ. 1. in fin. Concludẽ, ſecundum Ioan. Andr. domi. Abb. & Imol. quòd ſi apparet ſtatus eccleſiæ præcedens, & ſic, quod ſoliti ſint in eccleſia tot ſuſtentari, ſi impetrans impetrat intra numerum conſuetum, & petit intra illum ſe recipi, debet audiri, niſi opponatur facultates non ſufficere, & probetur per opponentem. Si autem ultra numerum conſuetum petit ſe recipi, dicens facultates eccleſiæ ſufficere, tunc ipſe debet probare, quia enim propter præcedẽtem ſtatũ ſurgit præſumptio contra ipſum, ideo grauatur onere probandi. Facit, quod habetur in c. ex parte in fi. de conceſ. præben. & in l. ex perſona allegata in glo. Si autẽ præcedens ſtatus

allegat Rot. deciſ. 272. & non dixit † quibus ſed dic q. tam in nou. quam in antiq. nihil de hoc ſub hoc numi, ſed in dic. quæ ſunt in antiq. titul. de reſcript. deciſ. 37. incip. nota quod quis non tenetur. deciſ. 47. inc. no. ſecundum opinionem aliquorum. deciſ. 75. incip. Dominus Vrbanus. & in. Aegi. deciſ. 683. inci. ſi impetrans in forma pauperum in fine. & uide Anth. in c. ad aures col. 4. num. 39. uerſ. & contra ipſum de reſcript. & ibi nu. 24. uerſ ſecundus caſus. et in c. ſuper literis eo. tit. col. 6. uerſ. ſecul. ſecunda regula.

✻ *376.] Adde quod in lib. meo eſt deciſio 277. alias 42. titul. de reſcrip. inci. Nota quod ubi.*

✻ *336.] Adde quod eſt deciſ. 47. tu. de reſcr. incip. nota ſecundum opinionem.*

✻ *292.] Adde quod eſt deciſio. 20. inci. licet impetrant. ti. de conceſ. præben. in nou. in fi. uerſic. Dominus tamen Vrbanus.*

✻ *137.] Adde quod eſt conſil. 138. incip. de natura.*

✻ *396.] Adde quod in allegato conſi. nihil de hoc, ſed debet allegari forte conſil. 398. incip. Præmitto pro clariori.*

✻ *Vt aſſeritur] Adde Anth. in c. ad aures colũ. 6. uerſic. 7. contra de reſcri. & in c. iurauit in princ. de proba. cum ijs quæ ibi adnotaui.*

✻ *596.] Adde quod in hac nihil, ſed eſt deciſ. 6. de præben. Beſign. & addo 62. de reſcr. in ant. incip. Nota quod ubi & 77. in eiſdem incip. nota quod ſi ponatur cum ibi no. & adde eund. in conſil. 295. incip. pro clariori. & nota, quod Anth. hic noluit allegare hoc conſilium tam in hoc loco, quam infra dum dicit, ſecundum Pet. de Anchar. conſ. 296. uolo enim dicere. 295. ubi Anchar. dicit num. 6. relata ab Anthon hic. & hæc nota qui important.*

✻ *Cardinales] Adde ad hoc Anth. in c. cauſam de 2. col. 4. de teſti. & in 6. in eiſ. in fin. de hæret. Barba. conſil. 23. incip. ſtrepſi propheta. col. 5. uol. 1. & in can noſtra. col. de reſcript. Olden. conſil. 221. 293. & 321.*

✻ *216.] Adde quod eſt conſil. 245. numer. 3. & numer. 7. de quo ſuprà ut neſcio quomodo impreſſores Baſilienſes ita abbreuiati ſunt, allegando unum conſilium in uno loco ſub diuerſis numeris, ſed non omnia poſſunt omnes.*

✻ *441.] Adde quod allegatio eſt corrupta, nam uolt eſſe. 562. alias. 73. incip. Papa ſupplicat de reſcript. in antiquis adde regul. cancel. 63. incip. item uoluit quod ſuper beneficijs & Rot. in nou. de conceſ. præbend. 20. incip. licet impetrans. cum ibi per me not. & in antiq. eo. titul. 49. incip. nota in dioceſi. col. 1. & Anth. in c. ſuper literis. de reſcrip. col. 3. n. 4.*

✻ *277.] Adde quod eſt allegatio corrupta, nam uolui de hoc in ipſa ſed in. deciſ. 19. incip. Vrbanus Papa in prima ſub titul. de conceſ. præbend. in antiq. ubi habetur quod una Anthon. ponit hic & in c. Anth. in c. cum ſe. col. per numer. 6. uerſic. ſed. de reſcrip.*

ſtatus

ſtatus eccleſiæ non apparet, tunc intra numerum duorum præſumendum eſt pro impetrante, cùm eccleſia non debeat fundari, niſi cum dote, quæ ad minus ſufficit duobus, c. ut quiſq. de uita & honeſt. cleri. & c. nemo. de conſecra. diſt. 1. & c. propoſuit. de filijs presbyt. Si uerò impetretur ultra dictum numerum, debet impetrãs probare facultates eccleſiæ ſufficere: quod intelligit uerum do. Anto. in eccleſia non collegiata: ſed ſi eſſet collegiata, cùm ſaltem debuerint eſſe ibi tres à principio, quia pauciores non conſtituunt collegium, l. Neratius. de uerb. ſig. c. 1. cum materia, de elec. ſi impetretur intra numerũ trium, dicens, facultates non ſufficere, debet id probare. Sed ubi ultrà quis peteret ſe recipi, debet probare facultates ſufficere. arg. l. ex perſona. allegata in gl. ¶ Ex quibus colligit do. Ab. hic, quòd nõ ſolùm rector eccleſiæ debet habere clericũ, ſed poteſt compelli, ut ipſum habeat intitulatum in eccleſia ſua: & ſic Papa hic compellit. Ita putat de epiſcopo, arg. c. extirpandæ. & quod ipſe notat ibi, de præben. Si aũt intelligitur de eccleſia collegiata, ut ſonat text. ibi, in clericũ & in fratrẽ: tunc colligit, quòd prælatus eccleſiæ non tenetur aliquem re-
11 cipere in canonicum, uel in fratrẽ, ſi facultates non ſufficiunt. Et iſtis adde, quòd ubi rector non haberet facultates pro ſe & ſocio, excuſabitur non tenendo ſeruitorem, ſecundum gl. notabilem in cle. ne in agro. §. ad hæc. in uerbo, ſeruitutis, de ſtatu mo. quã ſic intelligit do. Abb. hic, licet repugnet prædictis. Et iſta not. ad materiam d. c. ut quiſque. ¶ In gloſſ. in uerbo, idoneus. in princ. No. ex text. & gl. regulariter, quòd † quilibet præſumitur bonus,ᵃ & concordantiæ ſunt in gloſ. & ratio j. in 4. fallen. & amplia, ut per Inno. in c. dudum. el 2. in 2. & pe. col. de elect. ubi dixit, quòd ſi probatur electum eſſe uenatorem, interpretatur, quòd cauſa licitæ recreationis hoc faciat. Et ſi probatur iraſcibilis uel indignabilis naturæ, interpretatur, quòd ex iuſta cã hoc faciat, ut ibi per eum, & per do. Ab. ibidem in antepen. col. Vnde dixit Pet. de Anc. conſil. 253. incip. In quæſtione presbyteri Caroli. quòd ubi eſt uarietas inter teſtes, cæteris paribus, creditur deponentib. de bonitate alicuius: quia habent præſumptionem iuris communis pro ſe, per iſtum text. Et pulchros modus interpretandi probationes ſonantes in delictum, poſui in c. de his, ad fio. uer. quarta concluſio. de accuſa. ubi ſemper uide, & declara ex text. cum materia, & in c. cùm dilectæ. de accuſ. uidelicet niſi ex communi interpre-
12 tatione aliquid ſonaret in delictum. ¶ Fallit † primò dicta regula, ſecundum quoſdam, niſi agatur de præiudicio tertij ex iſta præſumptione bonitatis: & allegatur do. Ab. poſt Hoſt. in c. cùm in iure. in 1. notab. de offi. dele. ubi dixit, quòd licet quilibet præſumatur bonus, & ſic non ſit credendum, quòd mentiatur ſe delegatum, tamen ſibi nõ creditur, niſi oſtendat literas delegationis, ut ibi. Sed iſta fallẽtia non probatur ibi: quia qualitas bonitatis non erat ſola, quæ allegaretur: ſed poteſtas delegationis, quæ eſt qualitas extrinſeca. Vnde non præſumitur, ut dictum eſt. Et ideo ubi de ſola bonitate fieret mentio & in præiudicium tertij, ſi ipſe eam negaret, haberet onus probandi, niſi aliqua coniectura aliud ſuaderet. Sic uidemus iudicem recuſari poſſe propter affinitatem, uel reſpectu alterius cauſæ, per quam dubitatur de iniuſtitia, nec habetur reſpectus ad præſumptam bonitatem. Facit gl. in uer. ab aliquo. in cap. ſtatutum. §. quia uerò. de reſcript. in 6. & dicit beatus Thomas ſecunda ſecundæ, q. 70. art. 3. circa ſi. quòd non facile præſumitur pro alicuius bonitate in dubio, quando talis præſumptio uergit in præiudicium tertij: & faciunt notata per Ab. in c. 1. de ele. non reſi. & dicit gl. ſi. in c. ſi quis præpoſte. 1. diſt. quòd non ſemper credendum eſt bono. ¶ Fallit ſecundò,
13 niſi † præſumere iſtam qualitatem bonitatis eſſet in præiudicium illius, pro quo præſumitur, ſecundum gl. Bart. & Paul. de Caſ. in l. qui iuraſſe. §. ſi pater. ff. de iureiur. nam dicit ibi gl. quòd illa præſumptio, quòd quis nõ præſumatur delinquere, l. merito. ff. pro ſocio. non poteſt allegari contra aliquem, quãdo ſua intereſt, ut ipſe præſumatur deliquiſſe, ſicut occurrit in caſu illius legis. Nam ſi præſumeretur non deieraſſe, eſſet fundata intentio aduerſarij, quòd illud peculium fuiſſet poſtea augmentatum poſt interpoſitum iuramentum: & quia induſtra ut profins, non debent taliter operari ut habeant obeſſe, l. legata inutiliter. ff. de leg. 1. Ideo eſt, quòd præſumptio legis meritò illo caſu non poteſt allegari: & ad hoc quotidie allegat illam gloſſ. quam ſoleo inducere contra Ioan. de Ana. in c. in ciuitate. de uſur. dum dixit, fiendam poſitionem de bonitate, ut ſuccurratur decepto citra dimidiam, propter gloſſ. in l. ſemper in conuentionibus. ff. de regul. iur. quia non tenetur pars reſpondere, ut per gloſ. in d. l. qui iuraſſe. ¶ Fallit tertiò,
14 niſi † agatur de utilitate animæ: quia etiam in caſu dubio melius eſt præſumere delictum, quàm non delictum, ſecũdum Pet. de Anch. latè conſili. 179. incip. Prima facie uidetur. ubi conſuluit, aliquis in teſtamento confeſſus eſt ſe eſſe uel fuiſſe uſurarium, utrùm iſta confeſſio referatur ad totum tempus præteritæ uitæ, uel ad quantum, adeò quòd agi poſſit contra hæredem ut reſtituat? & concludit, quòd refertur ad totum tẽpus, cùm agatur de ſalute animarum. Vnde ceſſat l. merito. ff. pro ſocio. quia ibi timenda eſt culpa etiam, ubi culpa non eſt, c. conſilium. de obſer. ieiun. facit, quod not. Innocent. in c. ad audientiam. j. de homi. ubi dicit, quòd in foro animæ debet quis in dubio præſumere ſe irregularem: facit c. illud. de cle. excom. mi. & gloſſ. in c. conſuluit. j. de regula. cum ſimil.
15 ¶ Fallit quartò, & ultimò, niſi † ex actibus præcedentibus oriatur coniectura doli: quia illa præponderat huic præſumptioni bonitatis, ſecundum Bald. in l. j. ante fin. C. ſi quis omiſſa cau. teſta. ubi dicit, quòd non præſumitur dolus, quia naturali præſumptione quilibet præſumitur eſſe bonus, & ex bonis & naturalibus principijs: & qualia ſunt principia, talia præſumuntur eſſe principiata: ſed natura eſt bona: ideo præſumitur homo bonus, niſi offendiſſe probetur, l. quoties. §. qui dolo. ff. de prob. Tamen interdum præſumitur dolus ex præcedentibus cõiecturis, ut ex doloſo tractatu, l. apud Celſum. in princ. ff. de doli except. Idem ex actus qualitate: ut quia lucratur quis indebitè mutata ſibi cauſa poſſeſſionis, ut ibi per eum, quem ad hoc propoſitum allegat Ioan. de Ana. in c. ad falſariorum. de crimine falſi. ¶ Demum pro intellectu prædictorum poſſet quis inſtare, quòd quilibet non præſumatur bonus: * quia omnes ſunt procliui ad malum, c. omnis ætas. 12. q. 1. & c. procliuis. 20. q. 3. ubi imitatrix eſt natura uitiorum: pro cuius ſolutione, licet hic non tangatur, uide Card. in proœmio Cle. in 4. oppoſitione, ubi dicit, quòd imo ſtat præſumptio, de qua hic, cùm ab initio non ſit homo malus: imo creatur bonus, c. 1. de ſum. trini. nec præſumitur ſuperinduci alia qualitas, niſi probetur: ſed poſtquam eſt ſuperinducta, ſemper præſumitur ineſſe, niſi doceatur ſublata: & ideo licet natura ſit procliuis ad malum, põt tñ ſe retrahere ex libero arbitrio, ad quod ſuadetur per iura præmiantia bonos, & punientia malos. Et pro hoc, quòd uitia non inſint nobis à natura, allegat beatum Tho. in prima 2. q. 62. & Richar. in 4. diſtinct. 33. arti. 2. in reſponſione ad primum arg. & latiſſimè, domi. Car. c. 1. de ſcruti. ubi latè ponit, utrùm uirtutes inſint nobis à natura. De quo etiam per Theologos in locis proxime allegatis, & aliquid per Card. in c. cùm in iure peritus. de officio deleg. & tenent Theologi opi. Philoſophi in 2. Ethicorum, qui dicit quòd uirtutes ſecundum aptitudinem inſunt nobis à natura, non ſecundum perfectionem: & hoc modo intelligitur, quod ſcribit Seneca ad Lucillum, Non dat natura uirtutem, ars eſt bonum fieri, & quod ſcribit Ariſtotel. primo Ethicorum, capit. 4. boni, uel mali natura non ſumus, Et pro hoc, quia ex his, quæ inſunt à natura, nec laudamur, nec uituperamur, ut ibidem, ſed propter uirtutes laudamur, l. ut uirtutum. C. de ſtatuis & imagi. & propter uitia reprehendimur, capit. tantis. 81. diſtinct. capit. ubi iſta. 74. diſtinct. Ergo nec uirtutes, nec uitia inſunt à natura, ſed intelligitur ut eſt dictum, & ita plenè exponit quidam Gerardus de Odone ſuper ſecundo Ethicorum. Et iſtis adde omnino domin. Card. in clem. unica, in ſecundo notabili, de conceſ. præben. ubi arguit, quòd de

a *Bonus] Adde quòd uide plenè a Iacob. de Bel. in l. Amodo. de inofficio. teſt. & Spec. in tit. de teſt. §. j. uerſ. ſed quid ſi dicatur. & in tit. de probat. §. 1. uerſic. ſequitur. & adde gloſ. in l. cùm quidam. la 2. in uerb. offenderit in fine, ff. de leg. 3.*

* *Bonus] Adde ad hæc materiam quãdo quis præſumatur malus uel bonus. Bar. in l. 1. ſi cui. §. ij ſdem. col. 2. uerſic. uenio ad ſecundam partem. ff. de accuſ. & in l. Caſſius. ff. de ſenat. & in l. ſi prius. § 3. & 5. opp. 3. par. ff. de no. oper. nunc. Bald. in l. fin. ff. de her. inſtit. Alex. conſilio 5. incip. in caſu inquiſitionis. col. 2. nu. 2. uol. 1. Rom. conſil. 235. col. 2. Auth. in c. cum deputati. in princip. de iudici. Bald. conſilio 79. col. 2. uerſi. præſumitur. uol. 3. & uide Auth. in c. cum in iure. colum. 2. in prin. de offi. deleg. ubi ponit quinque limitationes ad regul. qua uult, quod quilibet præſumatur bonus.*

de uita promouendi non expediat inquirere, ex quo quilibet præſumitur uitæ laudabilis, ut hic, ſed reſpondet poſt Lau. quòd ubi agitur de aliquo promouẽdo, hoc non omnino præſumitur: ſi autem ſit iam promotus, præſumitur de habilitate, ut hic per eum, & aliquid per Petr. de Anch. ibi in tertia oppoſitio. & in regula, ſemel malus. in 3. oppoſit. de regul. iur. in ſexto, & Archid. in c. actor. 6. q. 1. ¶ In ea gloſſ. ibi, uel regularitas. Not. ſecundum Imol. quòd qui allegat aliquem eſſe illegitimum, uel criminoſum ad finem repellendi eum, debet hoc probare: quia impetrans prima facie habet fundatam intentionem ſuam uirtute reſcripti, ſicut in ſimili dicitur in c. in præſentia. de proba. Ideo ille, qui uult eum repellere, tanquam criminoſum, uel illegitimum, uel propter alium defectum, cùm fundet intentionem ſuam ex eo, quod allegat, debet illud probare, iuxta gl. magnam in cle. literas. de reſcript. & quod not. Bartol. in l. non ſolùm. §. ſed ut probari. ff. de ope. no. nuoc. nam reus in exceptionibus ſit actor, l. exceptionibus. ff. de probat. & iſta uidetur uera ratio, ſecundum Imol. non autem ſimpliciter illa, quam uoluit ſentire gloſſ. quod affirmanti & non neganti incumbat onus probandi: nam etiam neganti incumberet onus probandi, ſi fundaret intentionem ſuam ex negatiua: & ſi non poſſet illam probare, potiùs debet tacere, ut uoluit Innocent. in c. ſuper his. de accuſat. & Ioan. And. in regula, ſine poſſeſſione, & Bart. in l. in illa. & in l. hoc iure. ff. de uerb. oblig. Poſſet tamen probari per confeſſionem partis, c. 1. de confeſſis. in 6. ¶ Fundans ergo ſe in negatiua qualitatis extrinſecæ habet eam probare. Si autem non probat, condemnatur in expenſis, c. 1. & c. ut circa. & c. ſi fortè. de elect. in 6. Tamen iudex adhuc poterit ex officio inquirere, ſi ſumus in beneficialibus & alijs, in quibus poteſt officium ſuum interponere, c. cupientes. §. denique. de elect. in 6. Secus in alijs actibus, in quibus non ſupplet. Vnde ſi petenti mihi hæreditatem ex teſtamento Titij, alius dicat Titium non potuiſſe teſtari, & non probet, obtinebo, ſecundum Imol. hic, quem latiùs uide, dum reprehendit quędam dicta do. Anto. hic: ſed aliter non refero, quia maiora imminent ex gloſſ. Innocent. hic, ad quam uenio. ¶ Extra gloſſ. Tractant hic ſolenniter omnes Doctores poſt Innocen. de poteſtate & modo procedendi per executores ad beneficia, & loquuntur omnes adeo plenè, maximè Imol. in repetit. quòd fortè tutius eſſet aliter non inſtare: ſed tamẽ ut reportetur ſimpliciter ueritas in qualibet quæſtione, feci aliquas concluſiones ordinando in breuibus multa ſparſa abſque diſcuſſione. ¶ Prima concluſio.

26 Poteſt † executor ad beneficia, ſi uult, aſſumere partes iudicis, citando eos, quorum intereſt, uel iudicialiter inquirendo de idoneitate impetrantis, ſecundum Innoc. hic, quem omnes ſequuntur: quia cùm fungatur uice committentis, l. j. ff. de offi. eius, cui man. &c. poteſt, quæ ipſe poteſt. ¶ Item

27 † poteſt omnia, ſine quibus & integrè principale expedire non poteſt, c. præterea. de officio deleg. nec dicitur merus, ex quo negotium ſibi commiſſum non eſt plenè diſcuſſum, ut per Bartol. in l. à diuo Pio, in princip. ff. de regul. iur. & omnes in c. de cætero, j. de regul. iur. Et quòd non ſit diſcuſſum, patet ex clauſula, ſi e idoneus: ★ quæ etiam non expreſſa ſubintelligitur, ut in gloſſ. Nec eſt uerisimile meram executionem commiſſam: quia poſſet alteri fieri præiudicium, ſi indigno prouideretur.

✱ *Idoneus] Adde* ★ *quæ dixi in 1. appoſtilla ſuper hoc cap.*

Ex quibus rationibus reprobant hic domi. Ant. Abb. & Imol. opi. Innocent. contrarium tenentis in c. ad diſſoluendum. j. de deſponſ. impub. & in cap. de cætero. de regul. iur. Et quòd iſte dicatur mixtus in dubio, tenet Cad. in c. de cætero. in 1. q. de re iudic. & gloſſ. in cap. paſtoralis. §. quia uerò. in gloſſ. magna, de offic. deleg. & eam not. ibi Imol. & aſſignat aliquas ex rationibus præmiſſis: & poſtea plenè ponit de alio executore non ad beneficia, de quo dicendum, ut ibi, & in d. c. de cætero. & per Archid. & Domi. in c. ſicut. 2. quæſt. 1. & omnes in d. l. à

28 diuo Pio. ¶ Et † procedit iſta concluſio, ſiue in reſcripto ſit appoſita clauſula ſonans in monitionem, ut ſunt illæ, quæ tacitè inſunt, ſi eſt idoneus, ſi eſt ita, & ſimiles, ſiue ſonent in conditionem, ut ſi eſt doctor, &c. ſecundum omnes hic: & primæ non reddunt propriè actum cõditionalem, l. conditiones, quæ extrinſecus. ff. de condi. & demonſtr. & l. muto. §. 1. ff. de tutelis. Solue ſic. Item poteſt procedere concluſio, ſiue iudicialiter, ſiue extraiudicialiter: quia cùm actus ſit de ſui natura extraiudicialis, poteſt eligere quam uiam uolit, ut in ſimili not. in c. Quintauallis. de iureiur. & in c. ſi quis duos. de elect. in 6. ſecundum Abba. hic, qui hoc ſignanter ampliat, etiamſi ſit appoſita clauſula in conditione per uerbum, Tibi conſtiterit: quia cùm hæc uerba poſſint referri ad extraiudicialem informationem, c. cùm contingat. de reſcrip. non debet per hæc uerba alterari natura negotij, niſi in caſibus, de quibus in ſeq.

29 conclu. ¶ Fallit tamen primò iſta concluſio, niſi † ſcribens non haberet iuriſdictionem: non enim potuit committere, quod non habebat, ſecundum Innocent. hic. Ex quo infert domi. Abb. quòd iſti inferiores habentes de iure ſpeciali collationem ſine iuriſdictione, non poſſunt, nec per ſe, nec per ſuos commiſſarios, partes iudicis aſſumere, ſed poterunt uti informatione extraiudiciali, etiamſi diceretur, ſi tibi conſtiterit, ★ per text. quem ualde no. in d. cap. cùm contingat. ¶ Fallit

30 ſecundò, niſi † ſcribens priùs cognouiſſet plenè de iuribus partium etiam reſpectu executionis fiendæ, & ſi ſimpliciter mãdet, ut cõferat & inducat in poſſeſſionem: talis enim eſt merus executor, & nullam exceptionẽ debet admittere, ut l. ſi ut proponis. C. de exec. rei iud. no. in d. l. à diuo Pio, & in d. c. de cætero. & ita firmant Hoſtienſ. & Ioan. Andr. in c. accepimus, de æta. & qual. & domi. Anton. & domi. Abba. & Imol. hic: quibus adde Petr. de Anch. conſili. 225: ★ incipi. dominus executor. ubi conſuluit, quòd ſi legatus contulit beneficium, & dat executorem collationis, ille non poteſt cognoſcere de aliqua exceptione ad finem reſcindendi factũ ſuperioris: & hoc maximè, qñ præſens eſt in loco ille ſuperior, qui contulit: & dicit, quòd temerè faceret executor tunc, ſi comparente tertio ſe intromitteret, ſed debet ipſum remittere: & ſentit ſecus, ſi ſuperior

★ *Si tibi conſtiteris] Adde quod iſta clauſula facit executorẽ mixtũ, Felin. in c. ſi conſtiterit. col. 2. uerſ. Ioan. de Ana. de accuſat. Anchara. conſilio 297. Car. clem. 1. q. 13. de offic. deleg.*

✱ *225] Adde quod eſt conſilio 224. incip. iſte dominus Executor. nu. 1. & 2.*

31 non eſſet præſens. ¶ Fallit tertiò, quando † ſuperior non prouidit, ſed prouideri mandat alicui ex certa ſcientia remouendo apertè omnes exceptiones & reſeruando ſibi cognitionem. Ita dicit Hoſt. in d. c. de cætero. & Hoſt. & Ioan. And. in d. c. accepimus. & domi. Anton. & Imol. hic. Et in hoc eſt diligenter attendenda forma mandati, ſecundum domi. Abb. hic. Dicunt tamen prædicti, quòd iſtud non de facili, imo rariſſimè Papa concedit. Et hic addo Bald. in c. 1. ſi de inueſtit. inter dominum & uaſal. lis ori. ubi dicit, quòd ſolus princeps habet poteſtatem mandandi, Facias ſic ſed alij inferiores à principe hoc non poſſent mandare. Alleg. Inno. in c. ſigni. de offi. deleg.

32 ¶ Secunda concluſio. Non † tenetur dictus executor aſſumere partes iudicis, ſi non uult, per l. non quicquid. ff. de iudi. quia mandans poterit ſtatim prouidere, uel compellere abſq; alio proceſſu. Et hoc pro regulari ſentiunt hic Doctor. in diſcurſu, maximè Innoc. in uerſicu. Item ſuper huiuſmodi mandatis. & gloſſ. mag. in cle. 1. de offi. del. Et ideo dicit ★ Rot. in formis deciſ. 358. ★ incipiente, Si in forma communi. quòd ille, cui committitur nudum miniſterium, putà prouiſio, & inductio in poſſeſſionem corporalem, poteſt expedire ſine quacunque cauſæ cognitione: & ideo dicitur ibi hoc etiam committi poſſe notario. Et ita limitatur c. ſtatutum. in prin. de reſcript. in 6. Et iſtam concluſionem ponit etiam Card. allegando Inno. hic conſi. 76. incip. Reuerende pater & domine. ¶ Et amplia iſtam concluſionẽ, etiamſi executor ex abundanti citet, & quędam agat, quæ ad iuſtificandum eius executionem tendant: quia per hoc non facit ſe mixtum, ſecundum Petr. de Anch. in d. conſil. 224. arg. c. bonæ. de elect. Imo fortiùs dixit Bald. in terminis in l. neque natales. in ult. col. C. de proba. quòd ſi citauit, ubi non tenebatur, non tenetur expectare: quia licet aſſumpſerit partes iudicis in citando, tamen poteſt ab hac uia recedere reaſſumendo partes executoris: ad quod tamen uide Innoc. in c. cùm inter uniuerſas, in fin. de elect. cum concor. & domin. Anton. in cap. cùm contingat. in ultim. colum. de reſcript. ubi ponit de executore, qui cœpit aſſumere partes iudicis, poſtea omiſit, & eſt executus. ¶ Item amplia iſtam concluſionem, etiamſi

✱ *358.] Adde quod numerus in lib. meo eſt 369. & eſt deciſ. 29. tit. de reſcrip. ſi in communi forma. poſt mediũ uer. & adde Lap. alleg. 127. incip. Anaſtaſius canonicus. Aegid. Lato concl. 110. incip. præſumitur prouiſio facta. & Geminian. in conſilio. 75. incip. in cauſa Magiſtri Ioannis.*

etiamſi Papa diceret, vel ſcriberet, dicendo, ſi conſtiterit de
collatione & reſeruatione, moneas, inhibeas, declares, vt peti
tur, & iuſtitiam facias: quia per hoc non tenetur iudicialiter
procedere, ſecundum Pet. de Anc. valde ſolenoiter cõſil. 297.
incip. Efficacibus, & quaſi incoouincibilibus. quia dicitur for
ma poteſtatis limitata, & illud verbum Conſtiterit, nõ inclu-
dit citationem partis, quando committitur executio de re va
caote, vt per Inno. in c. veniens. de teſt. & Bart. in d. l. a diuo
Pio. Secus, ſi non de re non vacante, vt l. fin. C. ſi per vim, vel
alio modo. Et illud tamen de verbo Conſtiterit, latius dice-
23 tur. j. ¶ Fallit primo iſta concluſio, niſi † in literis eſſet clauſula,
Vocatis * vocandis, quia tenetur citare, &
procedere iudicialiter, ſecundum Doc. hic,
per c. exhibita. de iud. &, idem conſuluit in
terminis domi. Card. conſi. 63. incip. Domi
nus noſter Papa. & do. Abb. in c. exhibita.[a]
in vltimo no. de iud. & Rot. deci. 369. præ-
alleg. & hoc reputat ſing. do. Card. conſi. 92
incip. Nobiles viri domini Vinciguerra. in
j. char. dicens, quod iſta clauſula eſt tanti vigo
ris, quod etiamſi adijciatur executor, qui alias
eſſet merus, facit, quod tenetur aſſumere par-
tes iudicij, & dicit ſing. probari in d. c. exhi
bita. iuncto eo, quod ibi habetur ſuper glo.
3. Et plus noluit Card. in d. conſi. quod etiam
ſi per partem dicatur, quod reſcriptum nõ fue
rat impetratum, ſi fuiſſet expreſſum aliquid,
ſed tameo, ex qoo habet iudicialiter proce
dere: & iſtud poteſt opponi, oon poterit de
ſurreptione cognoſcere, quod eſt magnæ
24 importantiæ. ¶ Fallit ſecuodo, niſi † vellet
dare poſſeſsionem, quam alius tenet, debet
enim illum vocare, quantumcunque ſimpli
citer ſcribatur, quia non eſt de intentione
priocipis, vt quis remoueatur a poſſeſſione
ſine cauſæ cognitione, l. fi. C. ſi per vim, vel
alio modo. Ita elegaoter decidit Inno. in c.
j. in ij. glo. de conceſ. præb. in. vj. & in c. cum
olim. el primo, in gl. iſtè portari vis. de pri.
& Ang. in l. ordo. C. de exec. rei iud. & Bal.
in l. 2. C. vbi in rem act. & Ro. 1 l. iuſtè poſſi
det. ff. de acq. po. eſt tex. multũ notabilis cũ
gl. i verb. Vocato, in c. licet epi. de præb. in
vi. Per quem dicit Pet. de Ancha. cõſi. 274.
incipiente, Ad declarationem, quod etiam in-
iuſtus detentator beneficij non remouetur
iuris ordine non ſeruato, & pulchrè ſcribit
Cald. in tit. de dilatio. conſilio 4. quod ſi Papa
ſcribit, quod quis ſe informet, an aliquis iuſtè
teneat beneficium, & ſic conſtat, quod iniuſtè,
ipſum amoueat ſummariè, & de plano, ta-
men ille eſt citandus perſonaliter, vel ſal-
tem per edictum publicum. Et quod intruſus
ante quam amoueatur, primo ſit citandus, alleg. c. quia diuer-
ſitatem. de conceſ. præb. Poſtea limitat hoc valde eleganter,
niſi haberet ſe informare, non vt amoueat, ſed vt referat Pa-
pæ, quia omitti poteſt citatio, cum ſit veriſimile, quod Papa in eo
poſtea amouendo iubebit partem citari, quod no. Et quod iniu-
ſtus detentator beneficij ſit citandus, vide Card. in conſil. 54.
incip. Lite in cauſarum Apoſtolico palatio. & in d. conſil. 62.
& ibi dicit, quod etiam priuatus ipſo iure eſt citandus ad cogno-
ſcendum de cauſa. Idem tenet in d. conſi. 86. incipiente, Reue
rende pater. vbi conſuluit in terminis, quod etiam merus execu-
tor non remouet poſſeſſorem eo non citato, & audito, & di-
cit, quod ſi expulſus appellat, ſtatim obtinebit in curia reuocari
traditionem poſſeſſionis. Idem do. Card. conſi. 10. incipiente,
Iacobus executor. Et iſta reddunt dubium vnum dictũ Abb.
in capitulo quia clerici. poſt princip. j. de iure patro. vbi ſin-
gulariter dicit, quòd ſi quis notoriè tenet eccleſiam iniuſtè,
nõ eſt neceſſe, quòd epiſcopus eum vocet in iudicium, ſed põt
eum ſpoliare de facto, ſicut de facto ſe intruſit. Et de predi-
ctis utrùm executor poſſit conferre beneficiũ uacans poſſeſſo
re non uocato, uide latiſſimè Lapum alleg. 103. quæ incipit,
Sæpe mihi ardua fuit. poſt Cald. in commento c. cùm noſtris.
25 in 19. quæſt. de conceſ. præben. ¶ Fallit tertiò, niſi † executor
ſit datus cum clauſula, quæ ueoit purificanda ex facto tertij,

* Vocatis vocandis] Adde quòd operetur iſta clauſula, Specul. tit. de diſput. & alleg. §. poſt hoc. verſic. & nota & ibi Bal. in addit. verſ. de clauſula. in medio. Imo. in c. Sedes. de reſcr. Bal. in Marg. ver. clauſula. verſic. 3. quod non habet vim periptorij. et Spec. ubi ſuprà §. poſt hoc. verſ. item clauſula. Bald. in addi. Spec. de reſcr. præſent. ver. ille cui. et vi. Rotam in nou. tit. de off. deleg. deciſ. 12. inci. ſi Papa mandet. quæ tenet quod iſta clauſula requirit citationẽ. Quod de Stylo curiæ non ſeruari tenet Rota deciſ. 14. in antiq. tit. de dolo & contum. inci. nota ſi ponatur. & vi. Anth. in c. ex parte. num. 5. verſ. & vide Rotam de reſcrip.

a In c. exhibita.] Et ibidem vide etiã Phil. & quod ibi dixi in apoſtil.

de cuius præiudicio agitur: tunc enim tacitè oidetur mandata
cognitio, quia cauſarum merita; & c. c. cum literis. de reſtitu. in
inte. ideo. dicit eleganter Ioan. An. in addi. Spe. in ti. de pet. &
poſſ. in additione magna, quòd ſi Papa mandat executori,
quod ſi cõſtaret A. tenuiſſe duo curata contra extrauagantẽ,
Execrabilis, conferat B. impetraoti, quod non poteſt coferre
illo non uocato, cùm de ſuo præiudicio agatur: & quòd ſi con-
trà fieret, & ſpoliatus appellaret, ante omnia reſtitueretur: & fa-
ciunt, quæ dixi in præcedeoti fallen. Quibus adde Bald. in l.
ſi maritus. la prima. C. de donation. inter virum, & vxorem.
vbi dicit, quòd licet aliquis clericus committat aliquod deli-
ctum, propter quod ſit depoſitus ipſo iure, tamen non debet
ſpoliari beneficio, niſi cauſa cognita. Idem Angel. ibi dicens,
quòd licet alicui poſſit auferri beneficium, tanqoam ab iodi-
gno, non tamen poteſt quis eum propria authoritate amoue-
re. Et ad hoc multa allegat Bald. idem tenens in lege ſi deſer
ta. C. ſi propter publicam penſitat. & Bald. in lege finali. C. de
edicto diui Adriani tollendo. & Doctores in capitulo inter
quatuor. de maioritate, & obedien. ¶ Fallit quartò, quando
26 † executor datur ad compellendum ordinarium collatorem
vt conferat: debet enim eum monere, & citare, vt conferat:
& ſi ille opponit exceptiones legitimas, audiendus eſt, vt eſt
caſus cum ibi notatis in capitulo accepimus. de ætate & qua-
litate. & in capitulo capitulum. & capitulo conſtitutus. de re-
27 ſcriptis. & nota. Docto. hic. ¶ Fallit quinto generaliter, vbi †
comparet is, qui prætendit aliquod præiudicium, qoia debet
iudicialiter audiri, per dictum capitul. accepimus. in fine. &
capitulo cum adeò. & capitulo ſi quando. de reſcriptis. cum ſi
milib. no. Inno. & Hoſt. in cap. propoſuit. de conceſ. præb. & Ho
ſti. in c. de cætero. de re iud. & in d. c. accepimus. & ibi Io. A o. &
Pet. de Anch. in cle. 1. de offi. deleg. & domi. Anto. Ab. c. Imo.
hic reprobando Inno. in c. ad diſſoluendum. infrà, de deſpon.
impub. & in d. c. de cætero. quia ex quo ſuperior non cognouit
de iure exceptionis, uidetur hoc maodaſſe ſuo commiſſario,
d. l. à diuo Pio. & probatur hic in fi. ubi poteſt presbyter iſte
aſſumere in ſe onus probandi impetrantem non eſſe idoneũ,
& debet audiri: & habet locum iſta fallentia, etiamſi
non pro priuato intereſſe, ſed pro publico quis comparet,
dicendo impetrantem non eſſe idoneum: quia, ſecundum
Abba. hic, ſicut in confirmatione admittitur excipiens pro
intereſſe publico, ita in prouiſionis actu, cùm illa habeat
uim electionis & coofirmationis, ut notat Innocẽ. in cap. cùm
olim. de cauſa poſſeſſio. & proprieta. An autem ſit lis conte-
ſtanda, cooludit hic domi. Abb. quòd ſic, ubi executor pro-
ceſſit cum contradictoribus: quia talis contradictio habet
uim cuiuſdam petitionis, ut not. in capitu. ſuper eo. de e-
lect. & hoc dicit, ſaluo eo quod hodie habetur in clemen.
diſpendioſam. de iudiciis. ſecus, ubi proceſſit ſine contradi-
28 ctore. ¶ Fallit † ſextò & ultimò, quo ad aliqualem cognitio
nem: quia licet ubi non agitur de præiudicio tertij, noo tenea-
tur uocare partes, nec cognitionem iudiciariam adhibere,
tamen ſi nulla cogoitione præmiſſa etiam extraiudicialiter
procedat executor ad prouiſionem, prouiſio erit nulla pro-
ter defectum formæ mandati, per quam uidetur delegans uo
luiſſe aliquam cognitionem præcedere ante prouiſionem: &
ideo ſi nulla præceſſit, uitiatur ipſo iure, quod agitur, oel for-
ma mandati non ſeruata, per c. cùm dilecta. de reſcrip. & ita di
xit Pau. de Leaza. in cle. 1. de conceſ. præben. quod intelligit
hic Imo. & bene. quando eſt appoſita clauſula, Si tibi conſtite
rit, uel, Si repertus fuerit idoneus, ut dicetur in ſeq. concluſio
ne, verſ. tertiò aduerte. Et ſubdit Imo. quòd iſto caſu ſufficit te
ſtes eſſe receptos, licet non ſint publicati: & allegat Ro. deciſ.
212. Dixit tamen hic ſingulariter Inno. quòd ubi conditio eſt
notoria, non eſt ordo ſeruandus: & pro hoc allegat do. Abb. c.
quoniam. de filijs presby. & c. ad noſtram. el 3. j. ti. 1. & l. j. cum
glo. C. qui & a duer. quos. Adde, quod no. domi. Card. poſt Zẽ-
zelinum in cle. 2. in 4. q. de magiſtris. domi. Card. in cle. 1. uer-
ſicul. decimonono not. de iureiu. & Imol. in c. ab excommunica
to. in 1. col. de reſcri. & domi. Abb. in c. conſtitutus. ultimò, per
illum text. infrà de appel. ubi dicit, quòd notoriè doctus po-
teſt promoueri ſine examine. Facit c. ad Apoſtolicam. de reg.
ibi, præſertim cùm ab utroque, &c. exponendo pro tantũ. Ro.
in propoſito in l. ſi uero. §. de uiro. in 30. fallentia, ff. ſol. ma-
tri. & ibi etiam allegat c. nullus. 24. diſt. ubi teſtimonium no-
torium populi eſt loco examinationis: ex quibus reprobat gl.
in l. j. ff. de libe. & poſtu. dicentem, quòd notorium non tollit
ſolen-

ſolennitates requiſitas a iure. Et quòd ordinandos non examinetur ſi notorie eſt idoneus, vide glo. in c. de Petro. 47. diſtinct. in gloſſ. ſuper ver. ignota. & gloſſ. 2. in ca. qui epiſcopus, 23. diſtin. & intellige, dum modo notorietas ſit plena, ſecus, ſi aliqualis, quia tunc ſit examinatio, licet facilior, ſecundum Domin. in d. c. nullus. propter gloſſ. in verbo, aliqualem. in d. clemen. prima. Subdit etiam Dom. ibi, quòd ſama induceit plenam probationem, quando agitur de idoneitate ordinandi, per illum tex. quem dicit eſſe no. Conſuluit tamen Inno. hic, quòd executor hoc ipſum de notorio exprimat, vel in relatione, vel in interlocutoria, vt ſciatur, quare examinationē non fecit, quod non putat neceſſarium domi. Abb. hic, per ea, quæ notat Innoc. in capitulo tua. in fine. de coha. clerico. & mulie. vbi dicit, quòd ſi iudici non ſit factum notorium, licet iudex peccet, ſi profert ſententiam, ante quam probet factum ſibi notorium, tamen ſententia irreuocabiliter tenet. Sed tamen conſilium Innocen. approbat Card. poſt Paul. in clement. prima, in ſecunda quæſtione. de conceſſ. præben. Bene facit, quod not. Bar. in l. Lucius. in fine, ff. de infamia. & Bal. in l. cum magiſtratus. C. quando prouoca. non eſt neceſſ. cum concordant. quas dedi in capitu. cùm veniſſent. in 2. nota. de teſtib. ¶ Ter-
29 tia concluſio. Etiamſi ab executore non ſit verificata conditio ſonans in monitionem, vel inſtructionem, vt ſi eſt idoneus, tenet collatio ab eo facta, & ſi excommunicaret, teneret excommunicatio, quia iuriſdictionem habet, ſecundum
✻ Innocen. & omnes ✻ hic, & domi. Cardina. poſt Pau. in d. clemen. prima, in ſecunda. q. de conceſſ. præben. & Archid. in cap. dudum. 18. quæſtio. 2. & Bald. in lege ſecunda. in vltima colū. C. quando prouoca. non eſt neceſſ. quia cùm illa clauſula ſubintelligatur a iure, eius expreſſio non dat nouam formā mandato, vt probatur ex capitu. ſignificaſti. de electio. & in l. 3. ff. de leg. 2. vbi expreſſio eorum, quæ a iure inerant, non facit actum conditionalem, & ſic non poteſt dici, quòd non ſit ſeruata forma iudicij mandati, quia nulla forma cenſetur data. Et ad hoc facit vna celebrata theorica Innocen. in capitulo prudentiam. de offi. delega. vbi dicit, quòd ſi in commiſſione, quæ ſit delegato, apponitur conditio, quæ omnino inerat, & pronunciet illa non verificata, non dicitur pronunciaſſe cōtra formā mādati, nec ſola eſt ipſo iure nulla. Vnde ſi dicat, Condēnes talem, ſi Titius probauerit eum debitorem ſuum: & poſtea Titio nō probante condemnet, valet ſententia, quia illud omnino inerat de iure communi: & hoc dictum ſequuntur Doct. in plurimis locis, tamen quia Bar. habuit aliam opinionē in l. diem proferre. §. ſtari. ff. de arb. ideo vide, quæ dicantur in capitulo Quintauallis. infra titulo primo, poſt domi. Antonium, Abba. & Imol. Item quòd per iſtam clauſulam, ſi eſt idoneus, non ſit data forma, expreſſè ſentit Innoc. in c. inter dilectos. uer. ſed quid dices. de exceſ. prælat. dum ponit, ut diuerſa, quòd aliquis prouideat indigno, uel faciat contra formam mandati. ¶ Cæterùm pro intellectu huius concluſionis eſt aduertendum primò ad unum incidens: quia ſi uerum eſt, quod conditio, quæ ſubintelligitur, non faciat actum conditionalē, uidetur deſtructa una ſubtilis ponderatio Pet. de Anch. cōſi. 240. quod incipit, Per prædicta. ad ſi. ubi dicit, quòd ſi Papa mandat fieri certum quid ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, & non fiat, non incurrit excommunicatio non obediēdo, ſi narrata non ſunt uera: quia ſecundum ipſum, illa con ✻ dicio, ſi preces ueritate nitantur, ✻ quæ ſubintelligitur, ſuſpendit excommunicationē ante eius uerificationem, iuxta nota. in cap. præterea. de appellatio. ut ibi per ipſum. Et ſimile motiuum facit hic Card. in quæſtione, de illo qui exprimit falſum ualorem, ut ſupra retuli in notabilibus: ſed, vt dixi per prædicta, iſte modus arguendi non videtur procedere, ex quo iſtæ clauſulæ ſubintellectæ non faciunt reſcriptum cōditionale.

✻ Nitātur.] Ad de quo dixi ſupra in hoc. c. ſub num. 3. in appoſtil. ſi preces.

30 ¶ Secundò ſta[illegible] uerte, quia iſta concluſio non procedit, vbi collatio fieret ſcienter indigno: quia eſt ipſo iure nulla, vt ſingulariter ſentit Innocent. hic, & clarius in capitulo inter dilectos. de exceſ. prælatorum. in loco præallegato, vbi expreſſè loquens in commiſſario Papæ dicit collationē factam ſcienter notoriè indigno eſſe nullam. Hic tamen non facit mentionem de notorietate, prout ibi. Subdit etiam Innocen. ibi, quòd ſi prouidetur manifeſte contra tenorem mandati, prouiſio eſt nulla, nec impedit aliam prouiſionem fiendam, & poſt pauca non reſtringens ſe ad cauſā manifeſtæ iniuſtitiæ ſubdit, q ſi Papa mādat prouideri alicui ſub conditione puta, ſi eſt de tali vico, executor non habet poteſtatem, niſi ſit conditio vera. Idem dicit, ſi poteſtas non eſt conditionalis, ſed certum eſt, quòd Papa nunquam ſcripſiſſet prælato, ſi ſciuiſſet veritatem, vt ſi ſcripſit pro aliquo permanente in crimine, quod eſt valde not. licet Abb. hoc non referat. ¶ In contrarium tamen, quod imò collatio facta ſcienter indigno non ſit nulla, allegat hic domi. Abb. Ioan. And. in capitulo capitulum, ſupra de reſcriptis, vbi dicit poſt Compoſtellanum, q collatio facta criminoſo non eſt ipſo iure nulla, ſed annullanda, allegat bonum textum in dicto capitulo inter dilectos. ver ſi. cùm igitur. ad quod etiam vide Calde. in titu. de præbend. conſilio vigeſimo, incip. Pendente inquiſitione in titu. de accuſa. conſilio 4. incipiente, Fuit formata. cum alijs, quæ dicentur in cap. querelam. j. titulo proximo. Sed ſecundum domin. Abba. conſideranda eſt duplex indignitas promoti. Vna, ratione capacitatis, vt laicus, fœmina, infans, & iſta reddit collationem nullam, vt per Innocen. in cap. cum noſtris. in princip. de conceſſ. præben. etiam in commiſſario Papæ, quia nō præſumitur Papa velle cum tali diſpenſare, vt not. in capitu. 2. de ſchiſma. Alia eſt indignitas, quæ de iure reddit collationem nullam, & tunc, quamuis collatio ordinariorum eſſet nulla, non tamen collatio facta per commiſſarium Papæ: quia iura loquentia de ordinariis irritando eorum collationes, non ſunt extendenda ad Papam, nec ad eius commiſſarium, cùm hoc iure non caueatur, & facit gloſſ. in verbo, epiſcopi. in clementi. ſi de beneficio. de præben. Fatetur tamen talem collationem poſſe caſſari, per d. capitu. inter dilectos. Nec obſtat, quòd intelligatur clauſula, ſi eſt idoneus: quia ſonat in monitionē, per prædicta: & ita reſidet do. Ab. reputās iſta d. noua.
31 ¶ Probabiliter tamen impugnari poſſunt & teneri, q imo his caſibus, quibus collatio ordinarij facta non idoneo eſt nulla, eiſdē ſit nulla collatio executoris Apoſtolici: & hoc duplici ratione. Primò, quia ſi non præſumitur Papa uti diſpenſatione cum incapace, cui executor prouidet, ut dicit hic dominus Abb. eo modo cum aliàs indigno, præſertim quia non omnis promotio de inhabili facta etiam ab ipſo Papa
a non obtinet uim a diſpenſationis & habilitationis: ſed inter cætera requiritur, quòd ſciat inhabilitatem. Not. gloſſ. in c. ſtatutū in uerbo, literarum. de reſcrip. in 6. Probat in c. ſi eo tempore. de reſcript. lib. 6. Dixi in cap. præterea. de teſti. cog. Sed quando executor confert, non dicitur, quòd Papa ſciat de delectu promouendi. Ergo nulla eſt diſpenſatio. Imò dicit Ioan. And. in cap. cùm adeo. de reſcrip. quòd ſi Papa ſcribit non ex certa ſcientia pro notoriè indigno, non eſt ei obediendum: & ideo dicit Cal. in titul. de præben. conſilio 20. & titul. de accuſat. conſil. 4. præallegatis: quòd licet collatio facta criminoſo teneat ipſo iure, non tamen tenet impetratio literarum ſuper collatione, non facta mentione de crimine, uel etiam de infamia orta ex pendentia inquiſitionis, iuxta cap. omnipotens de accuſat. Imò etiamſi Papa ſcriberet ex certa ſcientia pro indigno tanta indignitate & inhabilitate, quòd immineret peccatum, non eſt ei obediendum, ſecundum omnes, in d. cap. cùm adeo. & plenius in c. ſi quando. de reſcrip. Ecce ergo, quòd etiam collatio Papæ facta de indigno, ad hoc ut ualeat, requirit eius ſcientiam: & ſic executor Papæ, cui nihil dicitur in literis de indignitate promouendi, non uidetur poſſe plus, quam alij: & facit optimè dictum Innocent. in d. cap. inter dilectos. quod non refert hic Abb. dum dicit de eo, pro quo Papa nunquam ſcripſiſſet, ſi ſciuiſſet. ¶ Secunda ra-
32 tio contra Abb. eſt, quia † ſi Papa committit ſimpliciter uices ſuas alteri, nō uidetur committere ſupererogatiue, & cum plenitudine poteſtatis, quā ipſe habet: licet ergo ipſe poſſit indigno ſcienter prouidere, quia nō dicitur ei, cur ita facis, §. qui uūt. 17. quæſt. 4. non tn̄ ſequitur, quòd ſimplex cōmiſſarius poſſit cum eadem plenitudine. Iſta ratio probatur in tex. cum ibi notatis, in c. q translationem, de offi. lega. & melius ex una ſolida

a Non obtinet uim] Ad quod uide omnino Panor. hic in ult. col. in princ. in verſi. uenio nunc ad ultimum. & Bar. in l. nam, quæ. §. ſilij. in ad ſui. ff. de acqui. here. per ſequēt. cle. j. de offic. deleg. & omninò per domi. Iaſon. Mag. in l. Barbarius. in 6. no. cum citat. ibidem per eum ſignatis, & plenius per Bartol. in verſic. ſed quid ſi Papa. ff. de offic. præt. & per dominos Alexand. de Imo. Angel. & Imol. in l. quidam conſulebat. ff. de re iud. & Bal. in l. in prioribus. §. ſi vides. C. de appe. [illegible]

lida doctrina Innoc.in cap.dudum el 2.in gloſſ.hoc intellige. ad ſi.de electio.ubi dicit,quòd ſi Papa mandet alicui: quòd diſpenſet cum aliquo ,non ualet diſpenſatio, niſi ſit ſublimis & literata perſona:quia mandatum Papę & poteſtas data referri debet ad huiuſmodi perſonam,cap.de multa. de præben. Secus,ſi Papa diſpenſet:quia de factis eius non licet iudicare. Ita ad literam dicit Innocen.& idem dixit Innoce.in cap. cùm ad monaſterium.in gloſ.in cap.niſi ex cauſa.in ſi.de ſtatu monac. & in c.uenientes.ad fi.j. glo. de filijs presby . Ex quo dictos rectè intuendo euertitur doctrina domi. Abb.hic: quia Innocen.loquitur etiam,quando ſcribit,ut cum aliquo diſpenſetur: & tamen ſi non concurrit cauſa diſpenſandi, ille non poteſt diſpenſare,prout poteſt ipſe Papa: ergo executor in exequendo non repræſentat Papam in ijs , quibus eſt ſuper ius niſi literarum tenor illa importet: & licet aliæ rationes fieri poſſent, tamen iſtis duabus ſum contentus . Et poſtquam iſta notaui, reperi domi.Abb.in cap.2.de reg.iu. ubi uidetur retractare dicta ſua hic,licet non per prædicta.& dicit,quòd ſi notoriè conſtat cõditionem requiſitam à Papa non exiſtere , uel illum pro quo ſcripſit,eſſe notoriè indignum,ita quòd ſi Papa ſciuiſſet, nunquam ſcripſiſſet: & tunc prouiſio eſt nulla: quia ceſſat præſumptio,quæ eſt pro facta executionis:putà,ſi inueneris uitæ laudabilis. Quædam ueniunt extrinſecus,puta, ſi nullum poſſidet beneficium,uel ſi capitulum conſenſerit.Primo caſu tenet prouiſio,ſi executor aliqualiter cognouit:quia præſumitur pro eo: ut per Bald.in l. j.C.quando prouoc.non eſt neceſſe.quem infrà referam. ¶ Secundo caſu non tenet prouiſio: quia non præſumitur pro eo, ex quo non pendebat à ſua cognitione. Adducit in ſimili Bartol.in l.is.cui.ff.de uerb.obliga.qui idem in quæſtione,de iudice,qui dedit tutorem adulto,uel prodigo,tenet.quia præſumitur pro iudice, in cuius arbitrio hoc conſiſtebat.ſed datio facta adulto, non tenet:quia maiorem,uel minorem natura declarat ſed prodigum arbitrium iudicis, ſecundum ipſum. Cuius dicta bene nota in hac materia. ¶ Tertiò

33 aduerte in hac tertia concluſione:quia † ubi clauſula literarũ non ſonat in monitionem,uel inſtructionem, ſed conditionẽ: putà,ſi eſt doctor,uel natus ex tali uico, nunquam tenet proceſſus,niſi uerificata priùs conditione:quia tunc,cùm detur nouua forma mandato,non licet egredi formam reſcripti: quod ſi fecerit , actus eſt ipſo iure nullus , neque tenet excommunicatio ab eo lata,cap. cùm dilecta. de reſcrip.cap. uenerabilis. de offic.deleg.Non enim habet poteſtatem,ante quam uerificetur conditio l.cedere diem.ff. de uerb. ſign. Ita concludunt omnes poſt Innocen. hic, & gloſſ.magna in clemen.1.de offic. deleg.& ibi Petr.de Anch.domi.Card.& Imol.Et iſtud habet locum,etiam quando eſſet clauſula, quæ de iure ſubintelligitur, ſed ad eius uerificationem exprimitur limitatus modus ſcientię: puta,quia non dicitur,ſi eſt idoneus:ſed dicitur,ſi per inquiſitionem ſolertem conſtiterit eum eſſe idoneum, ut dicitur in clemen.j.de offic.deleg.Et de hoc uidetur eſſe caſus in cle.j.de conceſ.præb.vbi oportet dictam conditionem extare, & ante quàm exiſtat, nihil operatur decreti interpoſitio in literis executorijs.Et ita not.ibi Card.poſt Pau.in.2. q & pro tanto conſuluit Old.conſi.175.incip.Thema tale eſt: Titius.quòd ſi pendente inquiſitione ſuper idoneitate impetrãtis taliter expreſſã vacet præbenda , poteſt ordinarius alteri conferre,quia non dicitur adhuc verificata: quod not. & vide omnino Old.conſilio.41.incip.breuiter videtur . vbi latè declarat differentiam inter iſta verba,Si reperens eum vitæ laudabilis,vel,Si eſt vitæ laudabilis,quia prima importat conditionem,quæ verificari debet cum examine,ſecunda non , ſed ſufficit rem ſic eſſe, vel putari ita eſſe: & ita præſumitur eſſe,niſi contrarium doceatur, vt hic:& idem plenè declarat Lap. al leg.61 .quæ incipit,Viſis literis. & Bal.multum eleganter in lege neque natales. [a] C.de probation. Dicit tamen ibi vnum,quòd ſi ſcribitur hoc modo,Prouideas tali,ſi eſt idoneus,licet idoneitas intrinſeca,& naturalis,ſicut ipſa natura,præſumatur,tamen propter adiunctã conditionem cognitio requiritur, & nõ ſufficit conſtare perfunctoriè ex generali præſumptione naturę,ſed requiritur,quòd ſpecificè ſit cognitum,vt ibi per ipſum . Cuius verba in hoc repugnant prædictis.Sed credo, quòd in ſuo verbo,in quo dicit,Si eſt idoneus,liber meus debeat dicere,Si eſt reperitus idoneus,& tunc concordabit cum prædictis . Poſteà ſubdit,belliſſimè Bal.prædicta procedere in his,quæ ponuntur conditionaliter.ſecus,ſi narratiuè. Vnde ſi Papa dicat,prouideas tali nato de nobili genere, vel tali legum Doctori, ibi non requiritur alia inquiſitio,quia hoc non eſt poſitum in forma mandati,ſed eſt quædam qualitas nunciata narratiue,quę falſa non vitiat, niſi dediſſet cauſam reſcripto, per l.demonſtratio falſa.ff.de condit.& demõſtra.Subdit etiam Bald . q ſi natales ponuntur inſtructiuè, verbi gratia,mandat Papa alicui prouideri de epiſcopatu,ſi ſit legitimæ ætatis, vel ſi ſit legitimè natus, iſta non faciunt conditionem , quia tacitè inſunt,caſ.innotuit.de electio . Et hoc caſu ſufficit ita eſſe . Sed licet executori non conſtiterit eſſe,niſi in reſcripto, requiratur non ſolum eſſe,ſed probatio,vt l.eum,qui duobus. §. ſi filius. ff.de acquirenda hæredit. Et iſta dicit Bald. eſſe Canoniſtis,vtilia,& ſubtilia. Et dum ſupradixi, quòd ante verificatam conditionem,ſi repertus fuerit idoneus,valet collatio alteri facta , addẽ Ro. idem tenentem in antiquis , deciſione

308.* alleg. Ioan. in cap. præſenti. de offic.ordin.in.6.Adde etiam prædictis Arch. in cap.4.12.q.2.vbi dicit,quòd ſi Papa mãdat executori dicendo hoc modo, Conferas,vel aſſignes beneficium tali clerico , ſi repereris eum idoneum , poteſt ei conferre nullo vocato, neque aliqua informatione habita,ſecus dicit, ſi Papa mãdaſſet per verba,Prouideas, vel Prouideri facias . Et ſubdit,quòd eo caſu, quo proceditur nullo vocato,ſi ille cuius ius tangitur, poſtea cõpareat, audietur etiam ad caſſationem proceſſus,ſed in eo, quod dicit Archidia. non eſſe habendam informationem, quãdo dicitur,ſi repereris eum idoneum, non videtur dictum eius procedere,per clemen. prima,de conceſſ.præbend.& ideo dicit domi.Cardi.in clemen. prima,in penul.colum.de offic.deleg. quòd non differunt iſta verba,Si conſtiterit,vel,Si repertus fuerit . Adde etiam iſtis Archidia.in capitulo dudum.18.quæſtione ſecunda , vbi dicit,quòd iſta clauſula.Si voluerit reſidere,ſonat monitionem & inſtructionem,& omitti poteſt cognitio : ſed ſi læditur ius litigatoris,appellandum eſt. Allegat Vincent.in capitu.mandatum.de reſcrip.Adde etiam Bald. in lege ſecunda. C.quando prouocar.non eſt neceſſe.vbi quærit , quid ſi iſta conditio, Si inueneris ſufficientem in lectura,conſtructione,& cantu , fuit examinata per executorem , qui cum putaret ipſum idoneum,& non eſſet, aſſignauit ſibi beneficium,an ualeat aſſignatio ? & dicit,quòd eſt purificata conditio per obſeruantiam ſolius formæ. Et quamuis non ſit ſufficiens , tamen non eſt rebellis actui ,cum diſcere poſſit.Item dicit quòd ſi eſt dictum , ſi inueneris eum uitæ laudabilis , & conuerſationis honeſtæ,ſufficit inquiſitio talis qualis: quia executor ad nullam formam certam arctatur,niſi ad formam mandati. Alleg.Innocen.in cap.ex ratione.de appellatio.Et iſta dicta Bald. reaſſumit & declarat domi. Abb.in d.cap.1.infrà de re iud. Adde etiam Archid.in cap.4.21.quæſtio.1.ubi dicit, quòd ſi ſcribitur Recipias talem in tali eccleſia, ſi eſt idoneus ,& ille habeat ſufficiens beneficiũ, nõ dicitur idoneus. Adde etiam Bal. in l.non dubium.uerſicul.iuxta hoc quæro. C. de legi.ubi ponit de uerbo, ſi tibi conſtiterit . Concordat cum Doc. hic. Et adde Abb. in cap.ſacro.de ſenten.excom. ubi dicit, quàm importat parte citata [b].& pondera,quod dicit domi. Abb.hic, quòd dicitur conſtare etiã id,quod extraiudicialiter conſtat,per cap. cùm contingat. de reſcrip. Et de iſta clauſula dixi pleniùs in cap.ſi conſtiterit. de accuſ.ubi Ioan.de Ana.refert Bald.in l.bonæ fidei.in penul.columm. C. de re. cre.dicentem , quòd ubi iſta clauſula eſt, non poteſt deferri iuramentum in ſupplementum probationis. Adde etiam Bald.in l.præſcriptione.per.uenio ad ſecundum.C.ſi contra ius, uel utilit.publ.ubi dicit, quod conditiones, quæ non inſunt:faciunt actum conditionalem: ſecus,ſi non inerant: & refert Innocen.hic. De materia poſuit etiã Bar. & Imol.in l.eum,qui duobus.§.1.ff.de acq.heres & Bal.in Spe.

Innoc.

[a] Neque natales] Vide per eum.Bal. in ultimo volum. verſiculo, & idem dico , ſi ſcribitur ſub iſta conditione.

* 308.] Adde quod non potui inuenire iſtam deciſ. ſed in.Rot.de reſc. in non.19 inc ſi in communi. to.tit.in antiq.deciſ.31.inc. nota quod ſi co.tit. in antiq.Eiſ deciſ. 7.incip.Vtrum. c. ſtatutis.& Aegi. conſil.271. incipiſt quod ſimplex.

[b] Citata] Adde Rot.in deciſ.684. & dic , quod ſi in aliqua i aulla.(Adde quod in libro meo eſt deci.772. & .15. ſub tit. de dolo & contum. in antiq. inc. Dic qd ſi i aliqua ca.)

Innocen. in uerbo: prouiſor. & plenè Oldr. conſil. 235. quod incipit, Factum tale eſt, declarans plenè, quomodo illa, quæ inſunt, non faciunt actum conditionalem: de quo per Petr. de Ancha. latè in clemen. 1. in 4. oppoſi. principali, de conceſ. præben. ¶ Et not. diligenter, quòd eſt differentia, an dicatur, ſi conſtiterit, uel dicatur, ſi eſt de tali uico: quia primo modo loquendo non ſufficit illum eſſe de tali uico niſi conſtiterit. Secundo modo ſufficit, ſecundum Inn. hic, & gl. in d. cle. 1. & ſentit Lap. alleg. 15. inc. idem eſt dicere. licet dom. Anto. hic dicat, ſe non videre differentiam, ſed imo eſt, ſecundum Imo. hic in hoc inſudantem: quia, ſm ipſum, verbum. Si conſtiterit, ſonat in iudicialem indaginem, & ſententiam limitatam de conditione ſed alias, ſi eſt, ſonat in ſimplicem veritatem facti, & ſic ſufficit id eſſe verum, etiam ſi executori nõ cõſtet, & ſi diceretur, quòd non ſufficit conditionem eſſe veram, niſi executor ſciat, per c. prudentiam. in prin. de off. deleg. vbi qui poteſt procedere tertio impedito, debet ſcire de eius impedimento, alias proceſſus non tenet, etiamſi re vera eſſet impeditus, quia reſpondet hic Imo. ex dictis Io. And. in regula, cum, quis certus eſt, de reg. iur. in 6. quòd poteſt quis ad executionẽ mandati procedere, ſi putet conditionem veram, licet aliter neſciat. Nec ob. c. prudentiã. quia non habet locum, quando impedimentum eſt neceſſariũ & ſic non conſiſtens in voluntate impediti, ſed in alijs impedimentis, ve eleganter per Ioã. And. in dicta regula, in ſolutione. & ideo cũ illa cõditio. Si eſt de tali loco, non pendeat a poteſtate alicuius, ſed a mera facti veritate, videtur, quòd ſufficiat illam in veritate ſubſiſtere: & hoc putet mandatarius, licet aliter neſciat veritatem, vt hic clarius per Imo. reſpondentem certis alijs obiectis. Intellige ergo, quòd illa conditio, Si eſt de tali loco, operatur, quòd ſi non eſt, proceſſus erit nullus: ſed ſi eſt, valet dato quòd de hoc nõ cõſtiterit. ¶ Quarto aduerte in hac concluſione, quia põt appellari a grauaminè inferendo per executorem, etiam quando non aſſumit partes iudicis, & excõicatio poſtea lata per eum non tenet, vt hic per do. Ant. ſed caueat appellans, ſm Imo. vt non appellet, ex eo quòd executor non verificat conditionem, quæ ſubintelligitur, quia appellatio non erit legitima, per prædicta. ſed bene poteſt appellare, ex eo quòd procedit contra intentionem ſcribentis prouidendo indigno etiã non notoriè, quia docto de illius inſufficientia, licet quod geſſit executor, non ſit nullum, ceſſante notorietate. ſm prædicta, tñ poteſt irritari etiã ſm opi. do. Abb. de quo ſ. Et ſi non appellaretur, proceſſus executoris teneret, quando non ſit contra formam mandati, & ſic mandatum non erat conditionale. An autem ſit aliquod remedium, dic ex mente Io. And. & aliorum, quòd poteſt peti caſſatio prouiſionis implorando officium iud. per id quod habetur in c. conſtitutus. el 2. de appel. & in c. cum olim. de cauſis poſſ. & proprie. & dic, vt ibi per Abb. cum concor. quas alleg. Si aũt proceſſit contra formam mandati, non eſt opus appellare, quia proceſſus eſt nullus, [a] ſed ſemper poteſt dici de nullitate, quod intelligit Imo. vbi proceſſit extraiudicialiter, ſed ſi iudicialiter, dicit ſecus propter authoritatem iudiciariã, nam & in beneficialib. tranſit ſententia in rem iud. c. cum dilecti. in fi. de eloc. & ita dicit tenendo do. Ant. in cle. 1. de offi. de leg. per no. per Io. And. in c. ad audientiam. el 2. de reſcri. Et cum hoc tranſeo, ſed non ſine ſcrupulo, quia non capio iſtud, quòd proceſſus contra formam mandati efficiatur validus propter taciturnitatẽ partis. Si enim eſt nullus, quo ſieret differẽtia, an ſit proceſſum iudicialiter, vel extraiudicialiter? & re uera Abb. ſentit contra in d. c. ad audientiam. in pe. col. ver. mihi tamen non placet. de reſc. dum tenet contra alios ibi, quòd ſi executor ad beneficia proceſſit iudicialiter per literas ſurreptitias proceſſus eſt nullus dato quòd non ſit appellatum, & ſic vt ipſe conſiderat ſurreptionem, ita cõſidero exceſſum formæ mandati. Sed poſito, quòd opinio. dominus Antonius, & Imo. ſit vera, an ſit remedium, puta denunciationis, uel alius: dic, ut per Doctor. in dicto capitulo ad audientiam. Et iſtis adde Car. conſi. 140. quod incipit, Io Chriſti, &c. factum tale eſt, magiſter Bartholo. ubi dicit, quòd executor beneficialis poteſt procedere tanquam iudex. Item etiam poteſt procedere extra iudicium & parte non citata. Sed ſi procedit primo modo, fit præiudicium parti, niſi appellet intra. 10. dies ſecus, ſi proceſſit ſecundo modo, quia tunc auditur etiã ſine app. etiam poſt
34 10. dies. Allegat Ion. hic. ¶ Quarta & ultima concluſio. Poſt caſu, quo executor aſſumit partes iudicis, debet iudicialiter procedere ſecundũ formã cle ſæpe. de uer. ſigni. non tñ tenebitur pronunciare ſuper ueritate exceptionum, uel conditionis, ſed ſufficit tacita pronunciatio procedendo ad prouiſionẽ uel executionem mandati. Ita not. Io. An. in c. capitulũ. de reſcrip. & ſequuntur do. Ant. & Imo. hic: & dicitur pronunciare, quantũ ad effectũ, nẽ obſtet l. de qua re. ff. de iudi. & ita ſentit Inno. in c. propoſuit. circa fi. de concel. præben. Si aũt non tenebat aſſumere partes iudicis, & expreſſit ſe uelle aſſumere, & iudicialiter procedere, debet procedere ſecundũ formã dictæ cle. ſæpe. Nec uidetur poſſe uariare, cùm non deceat eccleſiaſticos, c. cũ aute. de iurepa. Si aũt nihil dixit, ſed proceſſit in aliquo actu iudiciali, non tenetur in alijs procedere, ex quo iſti actus ſunt ſeparati, per id quod no. gl. in d. cle. ſæpe. in uerbo, partibus. & Hoſti. d. c. Quintauallis. Ita cõcludit hic Inn. Adde in hoc ultimo Bal. in d. l. neque natales. in ult. col. & Pe. de Anch. conſi. 224. quos retuli ſ. in fine. 1. concl. ueri. fallit. 2. in medio. ¶ Et ibi dicta declara per iſta, ut non procedant, quando expreſſit ſe uelle procedere iudicialiter. Quod diligenter no. propter authoritatem Imo. quia ratio ſua poſſet tolli, uidelicet de narratione, cùm etiã laicus poſſit eſſe executor merus, ut Ro. deciſ. 369. * & etiã, quia ex cauſa licet uariare, & hic eſſet cauſa præiudicium partis. Pro ipſa tamen facit illud uulgatũ dictum Hoſt. in c. continebatur. de his, quæ fi. à prælatis quòd l. quoties. C. de rei uendi. nõ procedit in eccleſiaſticis. Adde etiã Bal. hic, qui tenet, quòd ubi executor incipit cognoſcere tanquam iudex, poſſit omiſſa via iudicij trãſire ad aliã viam, arg. c. paſtoralis. de cau. poſ. & pro. Potius. n. videtur citaſſe ad cautelam, quàm vt præcludat ſibi viã poteſtatis, arg. l. aiij. de mili. teſt. Sed nõ aperit, quando expreſſè dixit ſic, volo procedere iudicialiter. Adde etiã iſtis Bald. in l. final. ff. de conſtitu. princ. vbi ponit, an coram executore requiratur libellus, referendo Io. An. in d. c. accepimus. Ad de & do. Ant. in c. cum contingat. in. 18. co lum. verſi. ex his patet. de reſcri. vbi late ponit, an executor ad beneficiã, teneatur admittere exceptiones? de quo & per Arch. in §. offerat. 3. q. 4. & Imo. in cle. 1. in 8. col. de regaur. ¶ Reliqua in hac materia dic, vt hic per Doc. quorũ ſubſtantialia dicta ſunt relata, ſed adhuc vltra ipſos quero primo,
35 quotuplex ſit executor ad bñficia? Sol. Dic, vt per Fed. conſi. 291. inci. quia ex pñti in 2. col. vbi ponit, quòd aliqui ſunt ad prouidendum, aliqui ad cõpellendum. Et ibi, quando literæ executoriæ incipiant ſortiri effectũ, vt ibi latius per eũ. ¶ Secundo quæro, vtrũ
36 ſin examinatione, quã executor facit ſup idoneitate alicuius, teneatur citare aliquẽ, qui velit opponere illũ non eſſe idoneũ. Sol. Dicit Inn. quòd nõ in c. ſi. in fi. de tranſla. præla. Et per illud dictũ Inn. dicit Dom. in c. ſi forte. in fi. de ele. in 6. quòd ſi examinatio obiectorũ, quæ ſit contra pſonã electi, ſit in contradictorio iudicio, debet eſſe pñs electus, ſi autẽ ſuperior ex officio examinat, an quis ſit dignus põt recipere teſtes eo abſente. Alleg. Inn. vbi ſ. & per illud dictũ Inn. dicit do. Flo. in diſput. Baro quidã. in c. 1. char. quòd in legitimatione, cũ ſit actus extraiudicialis, nõ requiritur citatio: * de quo p Mod. in c. per venerabilem in 1 6. col. j. qui fil. ſint leg. Et illud dictũ Inn. ſequit Car. in cle. 1. in §. no. de off. de le. dicens in terminis noſtris, quòd executor põt inquirere de vita promouẽdi eo nõ citato, & limitat, niſi diceret Citatis citandis, p d. c. exhibita. Et adde Car. cõſ. 332. qd inc. T. archipresbyter. vbi dicit, quòd in actu, quod expedit extraiudicialiter, nõ expedit partẽ citari. Alle. Inno. in d. c.

a Nullus] Et ſic not. quod executores, qui poteſtatem habent exequendi & etiam cognoſcendi, non habent mutare, ubi impugnaret aliquo diſpoſitionem mandantis, ſiue ſuperioris; ſed poſſunt, ſi non cognouerint expedire remittere negotiũ ad ſuperiorem, ut per do. Soci. in cõſ. 60. inci. Viſo elegã tiſſimo. verſ. quarto ex defectu. in j. parte. car. 1 §.

* 369.] Adde quòd in numero allegato nihil eſt, ſed ut. de eiſ. 31. ſub tit. de reſcr. incip. nota quòd ſi ſ forma cõmuni. & in deciſ. ſeq. et dec. 55. ti. de conceſ. præben. incip. Verũ c. Statutum. in antiq. & credo quod Auth. voluerit allegare deciſ. quæ eſt 29. Sub tit. de reſc. in anti. incip. ſi in cõmuni. in verſ. tamẽ ille ſtylus, qui tamẽ locum nõ loquitur ſ laicis, Sed in ſimplicibus clericis. ut. tamen Lap. allegat. 127. incip. Anaſtaſius canonicus. Ae gid. cõcl. 110. incip. præſumitur promiſſio. verſ. & licet aliqui magni. & Gemin. in conſil. 75. incip. in cauſa magiſtri Ioãnis. ap. 1.

* Citatio] Adde Soci. in conſil 47. incip. in præſenti conſultatione. col. ant ep. verſ. ad ſecundam. p. 4.

in d.c.ſi. & hoc dicit eſſe ſingulare in eo, qđ probat ibi, quòd etiam ſi examinatio fiat ꝑ commiſſariũ, non expedit partē re quiri: & dicit eſſe ſing. dictum Inn. vbi ſ. Nec obſt. quod not. Hoſt. in c. ex ratione. j. de app. ubi dicit, ꝙ in extraiudicialibus debet fieri citatio eorum, quorũ intereſt, quia reſpondet, ꝙ hoc eſt uerum ad effectum, ut actus teneat in eorum præiudicium, qui aliàs non teneret, l. per fundum. ff. de ſeruit. ruſt. præ. quam reſponſionem multiplicitet no.

✠ 270.] Adde ✱ quod eſt deciſ. 8. tit. de prob. in non.

Et adde Rot. in formis, deciſ. 270 *. incip. ſi mandetur. ubi dicitur, ꝙ ſi mandatur auditori, ꝙ ſi per euentum litis conſtiterit neutri litigantiũ ius competere, prouideat ſufficientiori, de huiuſmodi ſufficientia poterit ſe informare per teſtes, etiam abſentibus quorum intereſt, & alleg. Inno. in d. c. ſi. Sed hoc intelligunt, ubi actus committitur extraiudicialiter, ſecus, ſi iudicialiter, ut in caſu illo, ubi prouiſio facienda in iudicio habet uim iudicationis, niſi de literatura poſſet probari per teſtes, puta unum graduatum, & alium non, quia ad hoc fruſtra interſunt, ſecus, ſi aliter de eorum literatura diſpu-

37 taretur, ut ibi. ¶ Quæro tertiò, utrum † executor, ante quàm ſibi ei præſentatæ literæ, poſſit exequi; ut executio teneat? SOL. Dic, ut ampliſſimè per Rot. in for-

✠ 457.] Adde ✱ quod in libro meo numerus eſt. 459. & eſt deci. 21. ſub tit. de conceſ. præb. in nou. & ut. Antho. in c. cæterum. nu. 26. uerſ. & ut. Rotam. & in c. eā te. col. pen. nu. 67. de reſcrip.

mis deciſ. 457 *. inci. circa 3. ubi ſolenniter diſputant concludentes, ꝙ, quo ad tranſlationem iuriſdictionis in iudicem, non requiritur præſentatio literarum, ſeu ſcientia iudicis, uel executoris, quia ex ſola principis uoluntate in ipſum iuriſdictio transfundit etiā in inuitum & ignorantem, ſed quo ad acquirendum exercitium iuriſdictionis neceſſaria eſt præſentatio literarum, maximè per capitu. ſuper eo. in fin. de app. ¶ Quæro

38 quartò, Papa † conceſſit alicui beneficium, & dedit executores, propter abſentiam executorum iſte iuit ad ordinarium, ut exequeretur, utrum poſſit? Videtur, quòd non, quia Papa committendo executionem uni, uidetur ad ſe negotium aduocare, ut nullus alius poſſit ſe intromittere, & ſic epiſcopus uidetur in competens. In contrariũ uidetur l. ſi longius. ff. de iudi. SOL. Bal. format quæſtionem in feudo, eo modo quo dixi de beneficio in c. 1. §. ſi de feu. facta fuer. contro. inter do. & agna. & dicit, ꝙ ſi executori eſt commiſſa mera collatio, & tunc ſine dubio ordinarius ſe intromittere non pōt, quia literæ nō dirigū tur ſibi iuxta no. in c. eam de reſcr. aut eſt cōmiſſa mera facti executio, & tunc ſi quæris, an poſſit ex ui mandati? & dicit, ꝙ nō: aut ex vi ordinariæ iuriſdictionis, & tunc poteſt ſuaderi, quòd ſic: quia cùm gratia ſit perfecta, nō debet impediri eius effectus propter abſentiam executoris, cuius dilatio nō debet eſſe impetranti damnoſa. Poſtea dicit Bald. ſibi indiſtinctè uideri, quia ordinarius ſe intromittere non debeat, quia non poteſt expirare officium executoris, quod certè expirat re executa: & ideo impoſsibile eſt executorem præuenire, l. qui abſenti. ff. de acquiren. poſſe. quando executor eſt datus loco formæ obſeruandæ, leg. quidam teſtamento. §. ſcriptus.

39 de leg. j. Ita reſidet Bal. ibi. ¶ Quæro † quintò, quid ſi executor proceſſit vigore literarum, quæ erant ſurreptitiæ? dic, ꝙ proceſſus eſt nullus, per text. in c. cùm noſtris de conceſ. præben. quæ dicit ibi domi. Abb. eſſe ſemper menti tenenda, nec diſtinguit, vtrùm executor proceſſerit in figura iudicij, an nō, ſed ſimpliciter iudicatur proceſſus irritus, & illum text. not. etiam domin. Anton. & Imo. ibi. ¶ Quæro ultimò, executor

40 † nulliter proceſſit, adeò quòd geſta ab eo nō teneant utrum collatio redeat ad Papam an ad ordinarium? SOL. Conclude, ſecundum domin. Anton. & Abba. in capitul. inter dilectos. de exceſ. præla. ꝙ ſi Papa mandat conferri beneficium ſibi reſeruatum, & tunc licet collatio non habeat effectum, non poteſt inferior ſe intromittere, c. ſi eo tempore. de ele. in 6. aut non eſt uſus uerbo Reſeruationis, & tūc aut Papa mandauit illud beneficium conferri non expreſſa certa perſona, & idem, quia uidetur ſibi reſeruaſſe & uoluiſſe prouidere, aut mandauit cōferri certæ perſonæ, & tunc ſi collatio non ualuit, reuertitur ad ordinarium, quia Papa intendebat tantū illi perſonæ prouidere. Ex quo ergo illa perſona non poteſt habere, uel per ſurreptionem literarum, uel per in dignitatē eius, poteſtas redit ad ordinarium, quia ceſſante cauſa ceſſat effectus, ut ibi per ea quibus adde omnino Pet. de Anch. conſil. 58. inc. Circumſcriptis regulis cancellariæ. ubi refert in hoc ſcripta Inn. & Io. And. in d. c. inter dilectos. & dicit eſſe regulam cancellariæ, ꝙ ſi de beneficio uacante, uel quocunque modo uacaturo prouideri mandatur, & prouiſio ex aliqua cauſa non poteſt effectum ſortiri, ab eo die remanet beneficium reſeruatum, etiamſi poſtea non eo modo uacet, tamē in regulam hodiernis non reperio. Et iſta oīa nota, qa de ipſis ſæpe eris requiſitus.

De iureiurando.

TITVLVS XXIIII.

PONIT hic Bal. De multiplici genere iuramenti, dicens, quòd aliud eſt deciſiuũ, & huius tres ſunt ſpecies, l. j. ff. eo. aliud ſolidatiuum contractus, ut in auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus uendi. per quam dicit unum, quod referam, examinando materiam illius authē. in c. cum contingat. j. eo. aliud eſt enunciatiuum, quod non interponit animo obligandi alleg. l. ſciēdum. §. dictum. ff. de ædil. edic. & dicit eſſe uidendam unam gl. multum ſingularem in l. Lucius. in uer. debeant. ff. de his, qui no. inf. ubi gl. ponit de iuramento aſſertorio, uel promiſſorio, ſed de iſtis uide pleniſſimè Bal. in repe. l. 2. in 11. char. uerſic. de ſecunda quæſtione. ff. eo. & do. Car. & do. Abb. in c. ſi. in 2. col. j. eo. poſt gl. ibi, & per gl. in l. j. C. de reb. cre. & in l. j. & ibi Bar. ff. de iureiur. ¶ Et de iuramento aſſertorio, uel promiſſorio, uide etiam per Archid. in capit. authoritatem 15. q. 6. & uide Arch. in c. omne. 22. q. 1. ubi ponit multos caſus, in quibus licitè iuratur, uel non, de quo etiam per gl. ordinariā 22. q. 4. in ſumma, & Bal. in l. ad excludendam. C. de reb. cred. ubi ponit ſex modos, uel ſex regulas, in quibus cognoſcitur iuramentum illicitum. Et de diuerſis modis iurandi, uide Arc. in c. conſidera. 22. q. 1. ¶ Itē de multiplici diffinitione iuramenti dic, ut hic per do. Ab. & adde tex. in c. quantumlibet. 47. diſt. ubi Dom. dicit eſſe caſum pro diffinitione gl. 22. q. 1. in ſumma, quæ dicit, ꝙ iurare eſt aliquid Deo teſte affirmare. & iuramentum eſt uox ipſius iurantis, uel actus ipſe, uel ipſum quod iuratur. Adde etiam Bal. in repe. l. 2. in 11. char. uer. ego de primo quæſito. ff. de iureiur. ubi ponit tres diffinitiones iuramenti, & eas ſubtiliter impugnat, & ex impugnatione tertiæ diffinitionis poteſt impugnari diffinitio, quam retuli. ¶ Nam dū aliqui dicunt, ꝙ eſt confirmatio ueritatis, dicit Bal. ꝙ iſta diffinitio non uidetur ꝑfecta, quia nō omne iuramentũ eſt de ueritate, ſed quoddā eſt de credulitate, l. 2. §. ꝙ obſeruari. ibi, ꝙ quiſque credit, aut exiſtimat. C. de iura. calum. Sic etiam poſſet impugnari dicta diffinitio, dum dicit Affirmare. Sed ultimatè diffinit Bald. ibi, ꝙ iuramentum eſt actus inuocationis, ſeu aſſumptionis diuini numinis ad confirmationem, ſeu teſtimonium ueritatis. Nec obſt. ꝙ nedum per creatorem, ſed & per creaturam iurari poteſt, quia reſpondet. ꝙ quando quis iurat per creaturā, reſpectu diuini numinis iurat, quia tanquam cauſa efficiens reputatur in qualibet re creata, & tunc ualet tale iuramentum, quia præſtatur reſpectu diuini numinis. Alleg. l. qui per ſalutem. ff. de iureiur. ¶ Aliquando iuratur per creaturam in contumeliam diuini nominis, attribuēdo creaturæ, quod eſt creatoris & tūc nō eſt iuramentũ, quia ibi non eſt religio. Vnde ſi quis iurat per diabolum, ibi non eſt iuramentum, vt ibi per ipſum. ¶ Et de materia huius rubri. habetur in 22. cauſa, per totum: repetitur in 6. & in cle. & latè per beatum Tho. 2. 2. q. 78. per totum: vbi tractat, quot comites debeat habere iuramētum, & quando liceat iurare, & an iuramentum ſit petendum, vel frequentandum. De quibus etiam per gloſſ. & Arcbi. 22. q. j. in Summa. De materia etiam in Spe. in tit. de iuramenti dela. & in tit. de iureiur. & in alijs multis locis extendendis per hunc tit. in quo fiet mētio de multis conſilijs, & deciſionib. hinc inde ſparſis, adeo quòd certitudinaliter ſperare poſſumus maiora & vtiliora in hoc celebri titulo, quàm vnquam habuerim.

SVMMARIVM.

1 *Actio oritur ex iuramento extraiudiciali promiſſorio.*

2 *Pars, cui iuratur, poteſt remittere obligationē, ſuper qua iuratũ eſt.*

3 *Et intellige, niſi pars, quæ iurauit, iam incurriſſet periurium, quia remiſſio non prodeſſet.*

4 *Creditor dando dilationem maiorem, quàm prime iurata fuerat, an uideatur*

uideatur tollere iuramentum.
5 *Fideiuſſor an uideatur liberatus prorogato tempore reo.*
6 *Collegium non incurrit periurium, deliberans uenire contra ſtatutũ iuratum, quod factum eſt in eorum utilitatem.*
7 *Debitor quot modis iurat uſurario. Et de remedijs, quibus debitor uti poteſt, nu. 8.9.10.11.12.*
13 *Debitor, quando iurat ſoluere, & nullam quæſtionem mouere, quæ & quot competant remedia. nu. 14.*
15 *Epiſcopus an poſſit abſoluere a iuramento. Adde nu. 16.17. & 18.*
19 *Capitulum an poſſit abſoluere a iuramento ſede uacante. Argum ad partem contrariam. num. 20.*
21 *Iudex ſecularis an poſſit abſoluere a iuramento. Adde nu. 22.*
23 *Citatio partis an requiratur in abſolutione iuramenti. nu. 24.25.*
Epiſcopus quando poſſit relaxare iuramentum non uocata parte. Poſt nu. 25. uerſi. adde elegans conſilium.
26 *Contractus an reſcindatur data abſolutione a iuramento.*
27 *Abſolutus a iuramento præſtito ſuper contractu ſimulato, an poſſit agere de ſimulatione contractus in alia curia, uel, an cogatur agere in curia epiſcopi, a quo fuit abſolutus a iuramento.*
28 *Abſolutio a iuramento an poſſit peti poſt periurium incurſum.*
29 *Abſolutus a iuramento ad hoc, ut poſſit docere de uſura, uel alia qualitate, per quam mereatur abſolui a iuramento, an ſi probat de illa qualitate, debeat ſecundò abſolui, an uero ſufficiat prima, ut poſſit uenire contra contractum.*
30 *Abſolutio iuramenti an poſſit peti per procuratorem.*
31 *Abſoluere a iuramento an poſſit epiſcopus Florentinus, ſi Florentinus contrahens Bononiæ, ibi iurauit ſuper contractu.*
32 *Abſolutio a iuramento an poſſit peti tempore feriarum.*

CAPITVLVM I.

E X ADMINISTRATIONIS. ¶ Agi poteſt ad relaxa
tionem iuramenti, cuius implementum turpi-
tudinem continet ex parte ſuſcipientis. H. D.
Supplet Bal. & ſi nõ remittit ipſe epiſcopus po
teſt remittere uel eius uicarius: & hoc dicit pa
tere in antiqua. Et quædam, quæ aliàs dixi in
c. 2. ĩ. de ſponſa. repetam hic tãquam in loco ordinario & mul
tò magis uſitato. ¶ Primò per iſtũ tex. dicit hic do. Car. ſe dixiſ
1 ſe repetendo c. teſtimoniũ. ſ. de teſtib. q† ex iuramento extra
iudiciali promiſſorio de iure Canonico orit actio, arguẽdo ſic
iuramentũ præſtitum homini põt ab homine relaxari, qa iu-
rans parti intendit illi promittere, licet ad confirmationẽ ad
ducat religionẽ iuramenti, & directe inducit obligationẽ ho
mini, aliàs non poſſet ab eo relaxari, & ſi inducit obligationẽ,
per conſequens actionẽ. Tenet hæc ratio, quia par eſt poteſtas
tollendi & inducendi, c. 1. ĩ. de reg. iur. & idẽ dicit hic do. Ab.
non nominato do. Car. De qua materia dic, ut latẽ per oẽs in
c. cum ueniſſent. ĩ. de inſti. per Bar. in l. ſi quis pro eo. in 2. col.
ff. de fideiuſ. per Bal. in l. j. C. de ope. li. & in l. fi. in 3. col. C. de
fideicommiſſis. ¶ Secundò colligitur ex hoc, quod eſt dictum,
2 & ex tex. q† licet iuramentũ principaliter
obliget Deo *, c. debitores. ĩ. eo. l. iuriſiurã-
di. C. de reb. cre. tamen ſi ille, in cuius fauo
rem iuratur, obligationem remittit, nõ in-
diget iurans alia abſolutione, quia Deus
uidetur etiam remittere quaſi ad utilitatẽ
alterius iuramentum receperit. Ad idẽ c.
2. ſ. de renun. & c. ſignificauit. ĩ. de cenſi. c.
2. ĩ. de ſpon. & l. fi. ff. qui & a quibus. ibi, niſi
id patronus remittat. & illã l. no. Bal. in au
then. quod ei. C. de nup. ¶ Illud declarat ele
ganter Spe. in tit. de legat. §. nunc oſtendẽ-
dum. uer. hoc quoque. ubi tale iuramentum pertineret ad reli
gionẽ, uel pietatem, putà ſi iurant duo ire in ſubſidium Terræ
ſanctæ, uel religionẽ ingredi, uel eccleſiã leuare: qa ipſi ſibi
hoc iuramentum remittere non pñt. ¶ Pñt tñ habentes itine
rare, q non uadant ſimul: ſed nõ, q non uadant. Itẽ intelligit
Spe. hoc non procedere, qñ aliqui ſibi iurant pro tẽporali cõ-
modo promittendo aliquid, quod tenebant, putà ſi mercato-
res ſibi iurant carius iuſto nõ uendere, qa uf iuratum in aia-
rum ſalutẽ. Itẽ intellige non procedere, ubi aliqui ſimpliciter
iurant ſe facturos, uel non facturos aliquid, quod non concer
nit commodũ, uel incommodũ iurantiũ, quia nequeunt ſe mu
tuo abſoluere ſm ipſum. ¶ Procedit ergo iſte tex. cum ſi. ſolũ
qñ iurm tendit ad commodũ, uel incommodũ partium ſup re,
nã quã, quo ad Deũ, non tenebant, nec concernit cultũ diui-
nũ & iſta dicta Spe. ſequitur ad literã Guli. de monte Laudu
no in cle. 1. eo. tit. non facta mentione Spec. de quo reprehen
dit eum do. Car. ibi in 12. q. tangit aliquid Imol. & habentur
etiam ibi dicta. in Summa Piſana, in uerb. iuramentum. el 2.
& per Io. An. & do. Ant. in c. 2. ĩ. de ſponſ. & idem tenet in effe
ctu beatus Tho. 2. 2. q. 89. art. 6. in reſponſione ad ſecundum ar
3 gumentum. ¶ Item † intellige prædicta, niſi pars, quæ iurauit,
iam incurriſſet periurium, quia amplius non prodeſt remiſſio
partis, per ea, quæ ĩ. dicentur, & no. Bar. loquens de hac proro
gatione in l. pe. in fi. ff. eo. & in l. j. §. ſed & poſt operis. ff. de op.
no. nuo. & Bal. in auth. quod ei. C. de nup. Adde tamen, q ſi
lapſum eſſet tãtum de termino, q certum eſſet intra terminũ
expediri nõ poſſe id, quod fuit iuratum, tamen prodeſt remiſ-
ſio, uel prorogatio, ſecundum Bar. notãter in l. cum ſtipulatus
ſim mihi a Proculo. ff. de uerb. obl. quia periurium eſt pœna
legalis, ergo nõ committitur ante diem, ca. commiſſa. in prin.
4 de elec. lib. 6 ¶ Vtrum † autem creditor dando maiorem dila
tionem, quàm ſit prima iurata, uideatur tollere iuramentum?
Do. Car. dixit ſing. q ſic, ut in cle. 1. §. nos itaque. in 5. q. de
iureiu. allegando Matthæum ibi, & Raymundum in Summa,
& Spec. eo. tit. uer. item pone. & non dicunt ſimpliciter, q nõ
ſoluendo in primo termino prorogato non ſit periurus, ſed q
eſt totaliter abſolutus, & q hęc facit. ſ. quia iuramentum ex-
tendi debet, quanto minus fieri poteſt, propter periculum per
iurij, c. cum clerici. ĩ. de uerb. ſig. Vnde non trahitur ad inco-
gitata c. 2. ſ. de renun. c. ueniens. ĩ. eo. & l. fi. C. de non nu. pec.
5 ¶ Secundò † facit, quod dicitur de fideiuſſore, q ſi interuenit
obligatione facta ad tẽpus, prorogato illo
* tẽpore nõ cenſet prorogata ei' obligatio *,
ut latẽ no. Io. An. in Spe. de fideiuſ. §. 1. uerſ.
illud autem. & do. Abb. in c. conſtitutus. de
fideiuſ. & dom. Car. in d. cle. 1. uer. 8. Bonus
tex. in l. item quæritur. §. impleto. ff. locati.
& l. ſi merces. §. 1. eo. tit. Ita hic iuramentũ
interueniens quaſi loco fideiuſſoris, non ex
tenditur ad hanc obligationem proroga-
tam. ¶ Tertiò facit c. clericus. ĩ. eod. ubi qui
iurat ſeruare ſtatuta, non tenetur ad futu-
ra, niſi ſuper illis iterum de nouo iuret. Ita
hic iurans ſoluere in certo termino, non in
telligitur iuraſſe in alio termino, niſi reite
ret iuramentum. ¶ Sed contrariam partem
q etiam in ſecundo termino duret uinculũ
iuramenti, tenet Bar. in l. j. §. & poſt operis.
cir. med. ff. de ope. no. nuo. & Bal. in c. uene-
rabilem. in antep. col. ſ. de elect. concludẽs
poſt argumenta, q prorogans terminum,
in quo quis iurauerat, uidetur prorogare
cum eiſdem qualitatibus, prout eſt de na-
tura prorogationis, ſecundũ quod ſingula
riter no. glo. fi. in c. 2. qui de præb. lib. 6. di-
cens, tempus prorogatum cenſeri eiuſdem
naturæ cum prorogato, & uidetur tex. in d.
l. cum ſtipulatus ſim mihi à Proculo. & gl.
1. in c. fi. ĩ. de precario. & uot. Bal. allegan-
do ſemper pro ordinaria gloſſ. in d. cap. 2. qui. in c. fi. in 8. col.
ſuprà de conſue. & in cap. de cauſis. in 5. colum. ſuprà de offi.
deleg. & in cap. 1. in ult. colum. ſ. de iudi. & in l. ſi cum dies. in
prin. ff. de arb. & in cap. 1. §. fin. in tit. an ille, quia interf. frat.
domini ſui. & in l. ſi a te. C. de pac. inter emp. & uen. & l. Ae-
milius. ubi bona gl. ff de mino. & in l. ſi conſtante. C. de dona.
an. nup. & in l. Titij. ff. de excuſ. tut. & in l. obſeruare. §. profici
ſci. in 18. q. 2. de offi. proconſ. & in l. non dubium. in 3. oppoſ.
C. de leg. & in l. quod dicitur. §. miles. ff. de mili. teſt. & in l. me
miniſſe. ad fin. ff. de offic. proconſ. & Bartol. in l. epiſcopale. C.
de epiſcopali aud. & in l. 4. ff. de dam. infect. & Ang. in d. §. mi-
les. cum ſimi. ¶ Ad idem fortiter facit notabilis deciſio Inno.
in capitu. præterea requiſiſti. ſuper uerbo, medio tempore. in-
frà. de appell. ubi dicit, quòd ſi præceptum eſt Titio, ut ſub pœ
na excommunicationis ſoluat Sempronio infrà 10. dies, ſi Sẽ
pronius prorogat terminum, non incidit in excommunica-
tionem latam, quia non eſt contumax, & ſi adueniente ter-
mino prorogato non ſoluit, incidit, in excommunicationem,
argumẽ. l. ſed ſi manente. ff. de precar. quia terminus uidetur
prorogatus cum ſuis acceſſorijs, & ſequitur ibi Hoſt. Io. Andr.
& alij, & Bart. in d. §. & poſt operis. & facit l. Labeo. aliàs incı-
pit, ſi

* *Deo.*] *Adde Abb. conſi. 12. inc. & ſi copioſius. col. 2. nu. 6. par. 2. ubi etiam habes materiam neceſſitatis uel non, in materia citandi partẽ in petitione relaxationis a iuramẽto.*

* *Obligatio*] *Adde Bal. in lect. ant. & Ange. in l. ſi in uus. in princ. ff. de pact. Bar. in l. Lucius. la 2. §. Paulus. ff. de adminiſt. tut. Bal. in l. ſi cũ Hermes per illum t. C. locati. Alber. in 2. par. ſtatut. q. 143. inci. Quæro etiam ſtatuto cauetur. et no. latiſſimè Iaſ. in l. lecta. ff. ſi certum pet. & in l. 1. C. de iudi. in nu. 17. uerſ. extra glo. Bal. in l. acceptam. C. de uſur. Ant. de Bu. in c. 2. col. pen. de off. deleg. Alex. in l. ſi mora. col. 7. de iudi. & no. Ro. ſingu. 153. incip. Quæro an id qd accreſcit.*

pit, ſi arbiter. §. 1. ff. de arbi. Ad idem, quod no. Bal. in l. j. in 10. q. C. de his quæ pœnæ noïe. ubi dicit, q ſi teſtator iuſſit conſtrui capellã intra annum a die mortis ſub certa pœna, & epiſcopus prorogauit illum terminum ſimpliciter, q lapſo termino hæres incidit in pœnam, quia non dicitur aliquid improbari, licet dies prorogetur, & ideo pœna prorogatur, ſed non abſorbetur. Alleg. Inn. in d. c. præterea. Ad idem, quod no. Bal. in l. acceptam. in 7. q. C. de uſu. ubi dicit, q ſi obligatio pœnalis ſimpliciter prorogatur, euitatur pœna, ſed ſi in nouo termino non ſoluit recidit in pœnam. Ad idem, quod not. Lapus in cle. ſtatutum de elec. & refert ibi do. Car. in 4. col. ubi dicit, q ſi alicui ſtatuto fit aliqua additio, idem ius intelligit repetitum in addi. quod erat in ſtatuto, & ideo contentum in illa additione intelligitur, & quo ad pœnam, & quo ad alia in ſtatuto contenta, & hoc dicit probari ibi ex gl. in uer. conſuetudine. & quod dicit do. Card. ibi eſſe ſingulariter no. & aſſignat rationem, quia id, quod uenit per modum addendi, fit pars illius, cui additur, per d. l. ſed ſi manente. ff. de precario. Bonus tex. in l. cũ proponebatur. ff. de iudi. ¶ Et tenendo hanc partem reſponderi poteſt ad contraria. Et ad illud, quod dictum eſt de iuramento ſtrictè interpretando, reſpondet Hoſt. in d. c. præterea. q in dubio tenenda eſt illa pars, tanquam tutior. Et non dicitur ampliari iuramentum, ex quo tacitè includitur in eo, ut trahatur ad prorogationem. Non obſt. q dicebatur de fideiuſſore, quia reſpondet idem Hoſt. notanter, q illa concluſio, q terminus uideatur prorogatus cum ſuis acceſſorijs, intelligitur de acceſſorijs dependentibus ex partium poteſtate ſicut eſt iuramentum, pignora, pœna promiſſa, & ſimilia, ſecus in his, quæ non pendẽt ab eis ſed ab alijs ſicut ſunt fideiuſſores dati, & res alienæ obligatæ. Illa enim nunquam obligantur, niſi ijdem fideiuſſores, & domini pignorum iterum de nouo conſentiant. Probatur, ſecundum eum, in l. Labeo. §. penult. & fi. ff. de arb. & l. item quæritur. §. qui impleto. & l. ſi merces. §. j. ff. loca. ſecundum eum, & l. ſi mandato Titij. §. Pau-

6 lus. ff. man. & in l. fi. C. de dona. ¶ Vnum † etiam relatione dignum putaui pro intellectu eius, quod per iſtum tex. ſ. dictũ eſt, iuramentum reſpiciens commodum partis principaliter poſſe per partem remitti, quoniam illud habet locum nedum in remiſſione expreſſa, ſed etiam tacita. Quod eleganter probatur ex uerbis Bal. in l. fi. in 3. col. C. de pac. ubi dicit, q ſi pater inſtituit hæredem filiam, quæ dum tradebatur nuptui, iurauit non habere regreſſum ad bona patris, poterit petere, quod ſibi debetur ex teſtamẽto, quod firmat Ro. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. in 11. col. d. uer. obl. quia pater ex hoc uidetur ſibi tacitè iuramentum remittere. Ex quo incidenter habes unam limitationem ad c. quamuis. de pac. lib. 6. Reliquas multas & non uſitatas dicam in c. cum contingat. ſ. eo. Et q illud de tacita remiſſione ſit uerum, probatur ex eo, quod ſignanter ſcribit do. Ant. in c. 1. in 10. col. uer. omnia prædicta uera. ſ. de his, quæ fi. à ma. part. c. ubi dicit, q quando ſtatutum collegij concernit ſolum utilitatem priuarã ipſorũ de collegio, tunc omni diſtinctione omiſſa eo ipſo, q uniuerſitas uel collegium deliberat uenire contra ſtatutum, uidentur remittere iuramentum, quod poſſunt per illum tex. Vnde non incurrũt periurium non ex ui ſublati ſtatuti, ſed ex remiſſione & abſolutione iuramenti. Vnde non negabitur, ſecundum eum, q ſi duo iurarunt contrahere matrimonium, & de communi concordia quilibet cõtrahit cum alio, in illo inſtanti uiſi ſe abſoluere. Facit, q cũ poſſint, ueriſimile eſt, q uelint, ne alias incur-

7 rant delictũ piurij. Et iſtud bene nu. ¶ In † gl. 1. 10 fi. No. ex gl. q iterdũ debitor ſimpliciter iurat ſoluere uſuras, interdũ iurat ſoluere & nõ repetere, & de utroq; caſu uidendũ eſt de remedijs cõpetentibus debitori coniungendo dicta do. Ant. & do. Abb. & Imo. hic quibuſdam additis. ¶ Aliquando debitor iurat ſoluere uſuras: & eſt primum remediũ, ut ſoluat, deinde repetat *, ut in c. debitores. ſ. eo. Nam ſic ſeruabit iuramentum, & etiam finaliter habebit intentum, quia licet iurauerit ſoluere, nõ tñ iurauit nõ repetere, ideo repetere poterit, ar. eorũ, quæ hñr in c. 2. ſ. de renun. & quod no. ſ. de uſur. in c. per tuas. Quomodo autem iſtud proce-

8 dat, dicetur in d. c. debitores. ¶ Secundũ remedium eſt, ut antequam ſoluat, petat a iudice, ut faciat ſibi relaxari iuramentum, prout dicitur hic in tex. quia licet iurauit ſoluere, non iurauit non petere relaxationem, uel abſolutionem iuramenti, & illud remedium & ſequens intellige ante incurſum periurium, per ea, quæ ſ. dicetur. ¶ Ter-

9 tium † eſt remediũ, ut ſi creditor non uult relaxare, petatur abſolutio ab epiſcopo, q poteſt abſoluere a iuramẽto turpiter ſuſcepto, c. ſi uerò. ſ. eo. & dicetur ſ. in 1. q. & nõ eſt iſtud remedium ſubſidiarium ſolum deficiente præcedenti, ut dicit Inno. in c. debitores. ſ. eo. & Bald. hic, & ſentit Laur. de Rodul. in tract. de uſu. q. 123. imo & ordinarium, a quo incip. poteſt, ſm do. Ant. & do. Abb. & Imo. hic, & do. Ant. & do. Ab. in c. ad aures. quod metus cauſa. & Imo. ibi, & in c. debitores. in 5. col. ſ. eo. quia qñ reperiuntur duo remedia a iure prodita, uidentur æque principaliter prodita, nec unum eſt ſubſidiarium ad reliquum, l. quoties. ff. de actio. & ob. Et pro hoc adducit domi. Abb. hic, quia eps abſoluit principaliter a iuramento metu præſtito, nec eſt neceſſe recurrere ad Papam, c. ſi uerò. ſ. eo no. Inn. in d. c. ad aures. fortius in caſu illo. Nam in geſtis per metum obligatio primaria acquiritur parti, ſm no. in c. abbas. ſ. quod met. cauſa. hic aũt ex promiſſione nihil acquiritur parti, & iuramentum principaliter dirigitur in Deum, c. debitores. ſ. e. ſecundũ eum, quæ ratio continet in ſe unum falſum. Etiam in iuramento iſto de uſuris ſoluendis acquirit obligatio parti directè & principaliter, ut no. ipſemet do. Abb. hic in 1. nota. & in conſi. c. per iſtum tex. reprehendẽdo do. Ant. in d. c. debitores. Et iſtis adde, q tutius eſt, & ſicut practicatur, q petat primò creditorem cogi ad relaxandũ, & q in contumaciam ipſum abſoluat, ſm Imo. hic & in d. c. debitores. in 5. col. pro quo uide Old. ualdè ſentientem conſ. 18 *. quod incipit, Ex ordine

10 uideatur. ¶ Quartum eſt remedium, ut † debitor conuentus ratione iuramenti excipiat contra agentem, ut deſiſtat ab exactione, ex eo quia ſibi competeret repetitio, ſi ſolueret, & quia petere poteſt, ut ipſe creditor relaxet ſibi iuramentum, & ſic illud petit ſibi relaxari, & q hoc fieri poſſet, firmat Fede. conſ. 172. in pe. col. in fi. & in c. paſtoralis. ſ. de cauſa poſſeſ. & propri. ſicut ẽt per uiam exceptionis poteſt peti reſtitutio in integrum, l. nam & poſtea. §. ſi minor. ff. eod. nec non. §. ex ẽplo. ff. ex quibus cauſ. ma. ior. & bene facit, q not. in l. Papinianus. §. ſi filius. ff. de inoffic. teſta. ubi etiam interdũ per uiam exceptionis proponitur querela inofficioſi teſtamenti, & facit etiam gl. in l. Aurelius. § cẽtum. ff. de lib. leg. & quod no. Bar. in l. ſi finita. §. elegantter. ff. de dam. infec. ¶ Sed hoc remedium intelligit hic do. Abb. habere locum, dum modò terminus, de quo eſt iuratum, non ſit lapſus, uel dum modò ceſſante termino debitor nõ ſit conſtitutus in mora ex ſola interpellatione quia in illis caſibus, quibus eſt incurſum periurium, ne in eo perſeueret, debet ſolui, poſtea repeti, d. c. debitores. per ea, quæ ſ. dicentur.

11 ¶ Quintum † eſt remediũ, ut iudex ex officio compellat creditorem paratum ad exactionem, ut deſiſtat, per c. tuas. ſ. de uſur. ut hic per do. Ant. & do. Abb. Sed contrarium tenet hic Imo. quia pars habet remedium quod poteſt ſoluere, & poſtea repetere, & ideo ſuccedunt no. in l. 4. §. hoc autem. ff. de dam. infec. & in c. bonæ. cum fi. ſ. de elec. uidelicet q quamdiu põt aliter parti eſſe ſuccurſum nõ debet iudex ad ipſius partẽ utilitatis officiũ ſuũ non petitũ interponere. Bene fatet Imol. q ubi pars non haberet remediũ, puta q iuraſſet ſoluere, & nõ repetere, tũc illud pcederet, & ſic loquitur d. c. tuas. & expreſsè no. Inn. in c. ad noſtrã el 2. ſ. eo. Nec obſt. q ẽt tunc cõpetit aliud remediũ, ſ. ut petat creditorẽ cogi ad relaxandum, quia procedit hoc ex quadam æquitate potius, quàm ex rigore, & ideo non excludit officium iudicis, quod etiam ſuper æquitate fundatur iuxta not. per gl. in l. de pecoribus. C. ad l. Aquil. & per

12 Inn. in c. ex tranſmiſſa. ſ. de præſcr. ¶ Adde † Laur. de Rodul. in d. tract. q. 123. ubi ponit, ſi creditor eſt abſens, uel non poteſt induci ad relaxandum, an iudex ex officio poſſit relaxare? & diſtinguit, an ſit abſens contumaciter, & an de cõtractu uſurario poſſit conſtare? Et adde, q opinio do. Ant. & do. Ab. poteſt ſaluari ex eo, quod alibi ſingulariter dicitur iudicẽ poſ-

ſe

* Repetat] Adde quæ ad hoc habentur in c. fin. de foro compet. Pau. de Caſtro conſ. 65. & 68. & 307 ubi quod hæres ſeu alius teneatur non uenire contra iuramento præſtito per defunctum. quia iuramentum eſt quid perſonaliſſimum, ut per Soci. conſ. 115. incip. circa primam q. uerſic. præterea notaretur med. par. 1.

* 18.] Adde quod Old. in alleg. conſ. nihil dixit de materia propoſita ab Authore hic, nec etiam alibi inuenire potui ubi hoc dicat, niſi in conſil. 120. incip: Ad duplicem. ubi dicit, quod in relaxatione iuramenti de non petendis uſuris eſt pars uocanda quando agitur ut tollatur contractus uſurarius; alias ſecus, rationibus, quas uide ibi.

ſe ſupplere ex officio, vt obuiet peccato euidenter imminco-
ti, non diſtinguendo, an parti competat remediũ, an non, vt di
cit gl. in c. cupientes. §. centum. verſi. coatuma. de elect. lib. vj.
cum concor. quas dicã in c. ad noſtram. el. 3. j. eod. Item nihil
alleg. Inn. pro eo, quod dicit remedium huius c. procedere ex
æ quitate. ¶ Adde et aliud remedium, videlicet per viam de-
nunciationis euangelicæ, nam licet creditor nondum recepe
rit vſuras, tamen peccare videtur retinendo debitorem obli-
gatum, ideo poteſt per dictã viam peti, vt deſiſtat a peccato, &
q relaxet obligationem, ſm Imo. hic. Cui adde incidenter
vnum, videlicet q ſi exceptio vſuraria deducitur coram epi-
ſcopo, poſtquàm in curia ſeculari lata eſt ſententia, quæ tran
ſiuit in rem iudicatam, non debet epiſcopus inhibere, ne exe
cutio fiat, ſed poſt executionem cognoſcat de exceptione vſu
raria. Ita laté conſuluit Anch. conſi. 229.*
incip. Caſus talis eſt, præceptum. & ita per
13 plura pridie conſului. ¶ Aliquando † debi
tor iurauit ſoluere, & nullam quæſtionem
mouere, vel abſolutionem aliquam nõ pe-
tere, & quæritur de remedio, vt ſoluat, po-
ſtea petat, vt eſt dictum. ſ. quia non iurauit
non repetere. ¶ Secundum remedium eſt,
14 vt † denunciet eccleſiæ, quia nullum iura-
mentum impedit, quòd quis non denunciet criminoſum, vt
traditur in c. quemadmodum. j. eo. & no. glo. in c. ad noſtrã.
el 2. j. eo. & in c. ueniens. j. de regu. & in c. authoritatem. 15.
q. 6. & Innoc. in c. ad aures. prope ſi. ſ. quod met. cauſ. & Lau.
in d. tracta. q. 126. Debet tamen denuncians fundare ſe ſuper
ſalute proximi, & non principaliter ſuper intereſſe ſuo: quia
tunc obſtaret ei iuramentũ, ſecũdum Hoſt. in d. c. quemadmo-
dũ. & do. Ant. Imo. & do. Abb. hic, ſubdentes, q poteſt etiam p
uiam cuiuſdam intimationis reſiſti creditori, ut iudex certifi
catus inſtet circa correctionẽ peccati, & in hac non requiritur
alia monitio, ſecũdum ipſos: & alleg. do. Abb. c. præterea. el 2.
j. de ſponſ. ubi eſt caſus de hac intimatione, quę fit iudici ad
peccatum obuiandũ ſine aliqua monitione, & facit c. tertio
loco. ſ. titu. j. nec haberet locum hic denunciatio iudicialis:
quia illa tendit ad proprium intereſſe, ut hic per do. Abb. ad
quod uide eundem in c. nouit. in pe. col. ſ. de iud. & Cal. in ti.
de accuſ. conſi. 5. incip. denuncias eccleſiæ. ¶ Tertium reme-
dium eſt, vt petat debitor abſolutionem a iuramento abſque
eo, q citari faciat creditorem. Et hoc remedium ſentit Ioan.
And. in Spe. ſuper rub. de iuram. in fin. dicens, q per eam non
detrahitur multùm iuri aduerſarii, ſicut in liberto, qui petit
veniam a iudice, vt poſſit agere contra patronum, vt l. iij. ff.
de in ius voc. ¶ Sed hoc non placet do. Abb. ex duplici capite,
primo, quia ſatis exponit querelam de aduerſario, proponen
do q eum illicitè aſtringit iuramento, & ſic venit contra iu-
ramentum. Secundo, quia non poteſt negari, quin ex relaxa-
tione iuramenti fiat pręiudicium creditori, arg. c. ſi. de fo. cõ-
pe. lib. vi. Ergo non debet fieri abſolutio eo non vocato. Et vo
cari non põt, quin aduerſarius incidat in periuriũ, exponẽdo
querelã contra illũ, & ſic do. Abb. impugnat hoc remedium.
Idẽ repetit inferius in alio loco, dicẽs, q ſi iurauit nõ denũcia
re, tñ poteſt, quia nullũ iuſm aſtringit reſpectu denũciationis.
¶ Sed quantum reprehendit Io. And. dicentem, quòd non re-
quiritur citatio, ne contraueniat iuramento de non uocando
in ius, dic, ſecundum Imol. hic, quòd tranſire poteſt dictum
Io. An. uidelicet quòd procedat, quando petitur abſolutio ab
illo iuramento, in quantum iurauit nõ petere abſolutionem,
nec in ius uocare creditorem: & hoc caſu non requiritur cita-
tio, ſed poſt quàm fuerit abſolutus à tali iuramento præſtito
ſuper uſuris ſoluendis, uel non repetendis, bene debet pars ci-
tari, ſeu ipſe creditor, per ea, quæ j. dicentur: & hoc modo ſal-
uatur hoc remedium, ad quod tamen uide, quod dicetur j. in
ſ. limi. 3. q. & prædicta remedia etiam competunt, quando u-
ſuræ, ſunt ſolutæ, & iuratum eſt non repetere. Si autem eſt iu-
ratum, nec repetere, nec querelare, nec denunciare, adhuc po
teſt denunciari, per prædicta. & eſt locus officio iudicis, per c.
tuas. j. de uſu. & iſtis adde Ricar. in 4. diſt.
38. q. 1. arti. 3.* ubi concludit, non ualere
uotum de non petendo diſpenſationem à
Papa ſuper certo uoto: & rationes ſuæ fa-
ciunt in propoſito, ut non ualeat iuramen-
tum de non petendo abſolutionem à iura-
mento, & etiam tangunt do. Ant. & Imo. in

*229.] *Adde quod non eſt bona allegatio, Sed eſt conſi. 234. & inci. Caſus talis eſt, poſt præceptũ. &c. nu. 3. & per totũ cõſ.*

q. 1. art. 3.] Ad *de & dic q. 9. art. 3. & m. Aſteſan. quem tum ſequitur in ſua ſumma lib. 1. q. 20. art. 1. &c.*

c. Quintauallis. j. eo. & ibi dicetur. ¶ Ex-
15 tra † gloſſ. circa quotidianam materiam ab
ſolutionis à iuramento quæro primò,
utrum epiſcopus poſſit abſoluere à iuramẽ
reos*? & dic, quòd ſic, quando iuramentũ nõ
eſt manifeſtè licitum & utile: ſed eſt dubiũ,
utrùm ſit licitum, uel illicitum: proficuum,
uel nociuum ſimpliciter ab aliquo caſu. qa
poteſt epiſcopus diſpenſare, vel abſoluere
a iuramento, ſecundum omnes Doctor. hic
& Inno. in c. debitores. j. eo. & late Laur. de
Rodul. in tract. de vſur. quæſtio. 122. & bea
tum Tho. 2. 2. q. 88. artic. 8. & Innoc. domi.
Ant. do. Abb. & Imol. in c. ad aures. ſ. quod
metus cau. & Doct. in locis . j. allegandis, &
facit c. cõſtitutus. ſ. de teſti. & tex. hic, & in
c. ſi uerò. el j. & in c. ſignificauit. cum ſimili
bus. j. de cenſi. Ad idem c. cũ quidam. §. fin.
j. eo. vbi dicitur, q abſoluendi ſunt ij, a qui
bus illicita iuramenta extorta ſunt, & tamẽ
non dicit, per quem fiat abſolutio, ergo in-
nuit, q epiſcopo reſeruatur, arg. c. nuper. j.
de ſent. excom. & ita etiam no. Ioã. And. in
d. c. cum quidam. Et illud habet locum ẽt,
qñ iuramentum, adeſt quia tunc non eſt ne
ceſſe, vt iudex adimpleat prius iuramẽtum
vel faciat compelli recipientem, ad relaxa
tionem, ſed poteſt directè petere abſolutio
nem, ſecundum Innoc. in d. c. ad aures. quaſi
in ſi. quem ſequitur domi. Abb. ibi, & hic, &
16 Lau. in d. trac. q. 125. ¶ Item † procedũt iſta
etiam in iuramento, quod ſeruari poteſt ſine interitu ſalutis
æternæ, ſed eſt perniciosum exemplo, quia poteſt, & debet
per ipſum relaxari, prout Ancha. in capitulo venerabilem: ad
finem. ſ. de election. ¶ Item procedunt, ſi epiſcopus vellet cõ-
mutare iuramentum, vt dicetur in capitulo peruenit. el ſecũ-
17 do, infra eodem. ¶ Sed aduerte † diligenter, quia iſta non pro
cedunt, vbi eſt probabile dubium, an ſit concedenda abſolu-
tio, vel non, quia tunc illam concedere non poteſt inferior a
Papa etiam legatus, vt eſt de mente Innocen. in capitulo ve-
nerabilem. in glo. incip. tali modo, ſupra de election. & expreſ
ſe not. Imo. j. eodem, cum contingat. in 28. char. verſi. not. di-
ligenter. allegans ad idem Rayn. in Summa de diſpenſatio-
ne, in nouis, & multum diligenter eſt hoc notandum, ſecun-
dum eum: & bene, quia cum pleriſque caſibus ſit expreſſa cõ-
trarietas inter Doctores, an danda ſit abſolutio, vel non, non
poterit eam ordinarius concedere, ſed vbi probabiliter cer-
tum eſt debere dari abſolutionem, vt ſi eſt præſtitum per me
tum, uel uim, uel in caſibus prædictis, poteſt abſoluere,
18 ut in locis præallegatis. ¶ Attamen † Specul. tenet contra-
rium in tit. de legato. §. nunc oſtendendum. uerſic. 23. uide-
licet quòd epiſcopus poteſt interpretari, an iuramentum
indigeat abſolutione, uel non: & ipſum ualde ſequitur
domi. Abb. in d. cap. uenerabilem. in 8. col. & in cap. cum ue
niſſent. in 3. col. ſuprà de iuſti. & in diſputatione ſua incipit.
ſtante ſtatuto. in 18. col. & domi. Anton. in cap. quanto. in pe.
col. j. eo. & ſentit expreſſè Domi. in c. ſi. in ult. col. uerſic. ſi ta-
men uertatur. de foro compe. lib. 6. Reſpondet Spe. ad c. uene
rabilem. dupliciter, uel quòd procedit in negotio arduo & in
ter magnas perſonas, uel quando agitur de danda licentia con
trauenienda ſine permutatione, uel aliqua commutatione in
melius. Et iſta opinio eſt approbata de cõſuetudine: quia etiã
ubi eſt magna diuerſitas inter ſcribentes, an danda ſit abſo-
lutio, uel non, epiſcopus cenſetur iudex competens: & ita
tranſeo, quicquid aliàs ſcripſerim in d. cap. 2. de ſponſ. ¶ Se-
19 cundò quæro, utrùm † capitulum ſede uacante poſſit ab-
ſoluere à iuramento, prout epiſcopus? & arguitur, quòd
non: quia hæc eſt quædam diſpenſatio, ſcilicet per eam fit
iuris relaxatio. & diſpenſatio nihil aliud eſt, quàm iuris com-
munis relaxatio, ut not. in cap. tu conſtitueretur. l. diſt. & in §.
niſi rigor. 1. q. 7. & per Inn. in c. dilectus. ſ. de temp. ord. in ad-
di. Sed capitulũ ſuccedit in iuriſdictiõe epiſcopali, c. unico, de
maio. & obed. in 6. ut ſ. procedat de iure, non autẽ ut ius rela-
xet. ¶ Præterea uidetur pro hoc expreſſa deciſio Iuo. in c. 2. j.
de eo, qui fur. ordi. ſuſ. ubi dicit, quòd prælati inferiores ab epi
ſcopis non diſpenſant, niſi in caſib. à iure expreſſis: & ille non
eſt

*reos.] *et ad hoc ui. Ant. in c. conſtitutus de reſcr. nu. 14 ſub uer. Authoritas Papæ. uerſ. ſimiliter dixit Ricar. et in eo. in ſi. Limit. 2.*

*A iuramento.] *Adde Feder. de ſen. conſil. 111. incip. quæſtio talis. Alex. in l. ſin. qui ſatiſd. cog. in l. ſi quis pro eo. de fideiuſ. & in cõſ. 124. p. 1. Soci. cõſ. 169. 1. col. pri mum. uerſ. ſecunda ratio. par. 2. & an & quando & ex quibus cauſis inferior à Papa poſſit cognoſcere, et quid ſi ſtatutum reprobaret Contrarium in Socin. conſ. 115. incip. circa primã. q. uſque ad uerſ. circa ſecundã dubitationem. par. 2.*

eſt expreſſus,& dictum Inno.ſequitur Arch. in c. eccleſia habet ſenatum.16.q.1.& do.Abb.in c. 1.in fi.col.1.de noto.& in c.cum ad monaſterium.in pen.col.infra,de ſta.mo.& in c.1.ſ. de priuile.& Dom. in c.cum ex eo.in 2.col.de elect.in 6.& in c.cum nullus.in ult.col.de tempo.ord.eo. lib. Et illud de diſpenſatione extenditur ad abſolutionem ab excommunicatione,ut non competat inferioribus ab epiſcopo, niſi iure exprimatur,ſecundum do. Abbat.in c. 2.infra, de ſent. excom.propter quod magis firmatur illa pars de abſolutione a iuramento,ut non competat inferiori.

20 ¶In † contrarium facit, quia ſede uacante ſuccedit capitulum in ſpiritualibus cum temporalibus,c.pe.& fi.de ſup.negli. prælа. libr. 6. In capitulum ergo transeunt omnia,quæ pertinent ad epiſcopum iure ſuo.Vnde etiam poteſt iudicare de hæreſi,c.ad abolendam.ſ.de hære.& dat coadiutorem epiſcopo dementi,qui non reſipiſcit,c. unico,§.ſi uerò.de elec.lib.6.& multa alia,quæ colligunt Io. An. in c.unico,de maio. & obed.in 6.& ibi Dom. ¶Item diſpenſat ſuper ſeptennio in caſu dicti c.cum ex eo.ut ibi uo. Ioa. And. ſuper glo.quæ incipit,licet igitur.& ibi Dom. in 2. col.& latè Fede.conſil.30.inci.an capitulum ſede uacante. Pro hoc allego glo.notabilem in d.c.eccleſia habet ſenatum.quæ dicit, q capitulum eligendo indignum diſpenſat cum eo,ſicut epiſcopus, niſi ei ſit iure prohibitum. Item negari non poteſt, quin hoc ſit iuriſdictionale,quod tenet Io.An. in Spec.de legato.§. nunc de epiſcoporum.uerſi. ſed nunquid legatus. Ergo ſuccedit capitulum,c.his,quæ.& c.cum olim.ſ. de maio. & obed. & cum non inueniatur prohibitum. ergo &c. Item iſta non eſt propriè diſpenſatio ſed potius abſolutio, uel denunciatio, q tali iuramento nõ teneatur. ¶Et ita per hæc conſuluit in terminis do.Car.conſi.38.inci. quædam habens unum filium. in 2.dubio. Ad rationem in contrarium reſpondet,& ad primam negat,q ſit diſpenſatio,& ſi etiam eſt, adhuc permittitur capitulo, per ſ.dicta. Ad ſecundum de dicto Inno.in c. 2. de eo, qui furt. ord.ſuſc. rñdet, q capitulũ, quatenus ſuccedit epo, nõ eſt inferior epo,ſed par, quia gerit uices epi. Vnde quãuis iure capituli diſpenſare nõ poſſet ,ut per gl. in uer. elegerũt. in c.ex inſinuatione.ſ.de ſymo.tamẽ iure epiſcopi poteſt, uel ut eſt dictum,non eſt diſpenſatio,ſed abſolutio,quę ad iuriſdictionem epiſcopi pertinet, & utraque reſponſio fuit Fede. in d.conſi. 30. Poſſet etiam dici ultra do.Card.q poteſtas diſpenſandi competit inferiori ab epiſcopo habenti iuriſdictionem quaſi epiſcopalem in omnibus caſibus in quibus epiſcopus poteſt diſpenſare,ut eleganter decidit Fede.conſi.14.incip.monachus Peruſinus.in 4.col.quem ſequitur dom.Abb. in c.at ſi clerici.§.de adulterijs.in 10.col.ſ. de iudi. & bene facit, quod no.Inn.in c.2.in fi.de tranſac.& glo.in cle.ſi una. in uerſi. pro-

21 prij.de rebus eccle.non alie.cum concor. ¶Tertiò † quæro,utrum iudex ſecularis poſſit abſoluere a iuramento? & dic, q non, ratione ſpiritualitatis,quam in ſe habet iuramentum. Patet ex notatis in d.c.uenerabilem. & per gloſſ. fi. in c. cum ſit generale.ſ.de fo.comp. & per dom.Abb. in c. ſignificante. in 2.nota.ſ.de pigno.& Hoſt.in c.tuam.ſuper glo. ſ. de ord. co-

22 gni.& per omnes in c.fi.de fo.comp.lib.6. ¶Poſſet † tamen iudex ſecularis in caſu huius decre.& ſimili compellere recipiẽtem turpe iuramentum, ut ipſum relaxet, ut expreſsè ſentit Fede.conſ.272.incip.In nomine Domini,amen. Statutum ciuitatis.prope fi. De ipſo ſeltum facit Rom. ſing.508 *. inci.ubi iuramentum loquens propriè in caſu huius capituli.& dicit,q a quibuſdam uariè in hoc conſultum fuit, tamen ita iudicauit, quia iudex ſecularis eſt competens ad cogendum partem ſuper obſeruantia iuramenti,c.licet.eo.tit.in 6. Ergo eadem ratione poteſt compellere ad relaxandum. ¶Poſſet etiam iudex ſecularis declarare quem incurriſſe periurium, caſu de hoc non eſſet dubium,ſecundũ Ro.in ſingu.430.incip.Ego coram magnis Doctoribus.quia lex ſecularis punit periurium, l.j. ff.ad Turpil.l. ſi quis maior. C. de tranſac. Ergo & iudex poteſt hoc declarare, & adducit,quod no.do.Ant.in c.cum ſit generale.ſ.de foro compe.ubi dicit, q quando ſecularis poteſt punire,quod eſt conſequẽs, poterit etiam cognoſcere,quod eſt antecedens. Sed intellige, quando de hoc non eſt quæſtio iuris,ſed facti,per nota. in l. Titia.ff.ſol.ma.per Bar.& alios, & do.Anton. & dom.Abb.in c.tuam.ſ. de ord.cog. ¶Poſſet etiam ſecularis cognoſcere de nullitate abſolutionis a iuramento factæ per eccleſiaſticum,ſecundum Pet.de Ancha. multum ſolenniter conſi. 382.incip. retento ordine dubiorum.in 4.col. Mouetur per plura,maximè per notata per Ioan.Andr.in c. cum in iure.ſuprà de offi.deleg.& in c.1. de offic.ordin. ubi dicit, quòd iudex ſecularis non tenetur exequi præceptum eccleſiaſticum,ſi ſcit , uel ſuſpicatur de eius iniuſtitia , & probatur per locum a ſpeciali, in c. ut inquiſitionis.§.prohibemus. de hære. li. 6.& ex eo quod not. Bar a.in l. diuus. ff. de cuſt. reo.paulo poſt prin.non in exemplo, ſed in ratione ſui ipſius, & in ſpecie no. do. Abb.in c.1.in 5.col.ſ.de offic. ord. ubi uide. Reſpondet do.Pet.ad c.fi.de excep.lib. 6.ubi iudex ſecularis debet ſequi ſententiam iudicis eccleſiaſtici. Nam hoc uerum, ſecundum eum,ubi euidenter non apparet nulla,uel iniqua,quod bene not. ¶Et iſtis modis acceptari poſſunt animoſa & inſolẽtia uerba Bald.in l.j.in 1. col.uerſic.modò ſolet dubitari.C.de oper.liber.ubi dicit,q ſi eſt interpoſitum iuramentum in contractu ſimulato,cognoſcere de nullitate huius iuramenti,& relaxare,non eſt propriè relaxatio, ſed declaratio, non teneri, licet ad epiſcopum pertineat,ſecundum iura Canonica, & ſecundum ciuilia pertinet ad iudicem cauſæ, quia non habet ſuper iuramento diſponere,ſed declarare,& dicit ſe neſcire,quare Canoniſtæ reuocent hoc ad ſuum imperium,in c.fi.de fo.compe.lib.6.perſuadendo ſibimet , quòd cauſa ſit ſpiritualis , ſed hoc non eſt uerum,ſecundum eum, qa iuramentum, quod non habet conſenſum, non habet ſpiritum, & iudex ſecularis poteſt cognoſcere ſuper cõſenſu, ergo ex neceſſaria conſequentia ſuper iuramento, & dicit , quòd domini ſui Canoniſtæ dicunt,quòd in dubijs ſpiritualibus eccleſia cognoſcit *,& eſt pars mitior, ſecundum eũ. Ad idem uide Bald.in l.nec patronis, ad fi. C.de ope.liber.ubi dicit,quòd quando lex præſumit ſimulationem in contractu, nec eſt neceſſaria probatio hominis, iuramentũ nihil operatur, nec eſt neceſſe adire epiſcopũ pro relaxatione eius,per iura,de quibus ibi per eum,qđ uerbũ bene not. quod declara, ut Calde. in iſto titu. conſilio pri-

23 mo. ¶Quartò quæro,utrum † in abſolutione a iuramento requiratur citatio partis *. cuius intereſt? & breuiter conclude, ut hic per domin.Abb.dicentem, quòd ubicunque iuramentum eſt obligatorium ex parte iurantis, & aliquam utilitatem continet ex parte recipientis, nunquam debet relaxari, niſi uocata parte,quia per abſolutionem præiudicatur parti in eo,quòd ſibi utilitas adimitur. Vnde debet pars uocari, quia nihil debet fieri in præiudicium abſentis,ut in capitulo primo, ſupra de cauſa poſſeſſio. cum ſimilibus .& uidetur quaſi ſemper intereſſe partis recipientis, ſecundum eum, quia utile eſt habere partem uinculatam iuramento & multum operatur iuramentum, & ſaltem accumulat ferrum ferro, capitulo fina. de foro competen.libro ſexto, & facit l. cum pater . §. filium matrem. ff. de lega. ſecundo. ¶Item

* 508.] *Adde quod in loco alleg. nihil ſed eſt ſing. 498. incip. ubi iuramentum eſt licitum. & adde eiuſd. Ro.ſing. 499.inci. Tuſcus quod c.1.de iureiur. & ſingu. 425.incip. Ego coram magnis dominis.& ſingul.426. incip. canoniſtæ in capit.teſtimonium in quibus locis habes fere oia quæ ponit Auth. hic in hac materia relaxationis a iuramẽto.in primo enim habes quod ubi iuramentum eſt licitum ex parte iurantis eſt illicitũ. ex parte recipientis,poteſt recipiens compelli ad abſoluendum iurantem, et an ſuper hac cõpulſione ſecularis ſit iudex competẽs idem ſeor & in ſing ſeq.in 3. habes quod iudex ſecularis poteſt declarare quem periurum,& id quomodo & quando habes in ſingu.ſeq. ample. Et ſimiliter nota quod dum Auth. inferius dicit,Rom.in ſingu. 430. uult dicere. 425.*

a *Ex eo, quod not. Barto.*] *Adde in, quòd illa opinio Barto. eſt reprobata. Vide Angel.in l.j. C.de excu.lib.reis. Innoc. in c.paſtoralis. de offic. deleg. & in c. cum in iure eod. titu.& Anton. de Butr.in c.1.de offic. ordin. & ibi Innoc.*

* *Eccleſia cognoſcit.*] *Adde quod ſolus Papa concedit abſolutionem, a iuramento, quãdo eſt dubium an cõcedi poſſit. Inn. in c. uenerabilem. de ele. Alex.conſi. 66.incip. Viſa facti col. 3. nu. 16. uol. 6. cũ concor. per eum ibi.*

* *Partis.*] *Adde Paul. de Caſtr. in conſil. 214. itẽ tenẽtem q ſolet concedi etiam non citata parte. & ita etiam tenet in conſi.219.incip.præſuppoſito ſine præiudicio. & Buto. in c. debitores.ſ. eodem Alex. conſi. 222. incip.uiſa uolu. 2. Iaſ.ſ.l. nec quicquã. §. ubi decretum. de of.procon.*

✱ *Cauſa cognita*] *Adde Anth. in c.* ✱ *eccleſia. S. Mariæ de conſtit. Flor. in l. lege aquilia ſi deleƈtũ. ff. ad leg. aquil. col. 6. Anth. in c. licet ratione. col. 13. de fo. cõpe. & Rom. lat. c. ſing. 476. incip. Florentinus.*

abſolutio non debet fieri, niſi cauſa cognita, ✱ ut not. Innocen. in capitul. ad aures. ſ. quod met. cauſa. & Specul. in titul. de leg. §. nunc oſtendendum. uer. 34. & ſeq Nõ enim fit abſolutio, niſi cauſa ſubſiſtente, ut traditur in c. quanto. j. eod. Cauſæ autem cognitio adhiberi non poteſt, niſi parte uocata, l. in cauſæ. §. cauſa cognita. ff. de mino. quia cauſarum merita, & c. c. cũm ex literis. ſ. de reſtitu. in integ. Et id. m tanquam pro regula tenent omnes in locis j. allegandis in hac quæſtione. ¶ Et iſta ſunt amodò uera, quòd abſolutio facta non uocata parte eſt nulla, quia, ſecundum do. Abba. hæc abſolutio nõ tenet, niſi ſubſit cauſa, etiamſi fiat apud Papam, ſecundum Innoc. in c. 2. in fin. ſ. de renuncia. Antequam ergo ſibi conſtet cauſam ſubeſſe, non habet poteſtatem abſoluẽdi, præſuppoſito quòd ſubſit, quia ignorat id, quod eſt fundamentum intentionis ſuæ, ut in ſimili per Bartol. in l. mulũm. ff. de condi. & demonſt. & traditur in c. ex parte Aſtenſis. j. de cõceſ. præben. nec poteſt ſibi conſtare de cauſa, niſi uocata parte, ut eſt dubium. Aliud eſt in abſolutione ab excommunicatione, quia illa ſemper pendet à uoluntate excommunicãtium. Valet enim ſemper, ſiue iuſta, ſiue iniuſta. c. uenerabilis. §. ubi autem. de ſententia excommuni. lib. 6. Et iſta dicit do. Abb. eſſe

24 ueriſſima, & ſæpe accidere. ¶ Cæterùm † iſtud de citatione adhibenda, limita primò eſſe uerum, quando per abſolutionem tollitur ex toto obligatio: putà, quia abſoluitur à iuramento ſuper uſuris, uel à iuramento ualidante contraƈtum, qui ſine iuramento non eſſet ualidus, ſecus, quando per abſolutionem ſolùm habilitatur perſona, quæ iurauit nullo modo contrauenire, ut poſſit dicere de prauitate uſuraria, uel de enormi læſione, uel ſimili, quod obſtante iuramento non poteſt dicere, quia in tali habilitate non requiritur ordo citationis, ut eleganter conſuluit Oldr. conſilio 220. quod incip. ad duplicem finem, quia non agitur de grandi præiudicio creditoris, remanet enim omne ius ſibi ſaluum ad obligationem principalem iuratam defendendam, ut ibi latiùs per eum, de quo facit ſellum Pet. de Anch. conſil. 18. quod inci. In quæſtione, quæ uertitur inter Nicolaum Benedicti. ubi conſuluit de quodam, qui iurauerat communicare in ſocietate certa lucra. & non querelare, nec dicere de iniuſtitia contraƈtus, quia quãtum ad hoc, quòd poſſit dicere, non debet fieri per epiſcopum difficultas in eo abſoluendo. Idem eleganter conſuluit Paul. de Caſt. conſilio 27. incip. Circa primum quæſitum. dicens, ꝙ quantum ad habilitandum partem, ut poſſit docere de dolo arbitratoris, non obſtante iuramento, non requiritur citatio partis, quia talis abſolutio non facit, quò minùs in probatione poſtea fienda per partem non ſit neceſſaria partis citatio. Nec obſtat, ꝙ intereſt partis, quia ceſſante abſolutione, ceſſat ſibi moleſtia, quia reſpondet, ꝙ contradiƈtio partis ẽt citatæ non potuiſſet impedire abſolutionem, quia petebatur ex cauſa, ex qua ius permittit, ꝙ fiat, aliàs eſſet in poteſtate partis beneficium iuris alteri parti auferre contra regulam, indultum. de reg. iu. lib. 6. Ille aũt citandus eſt, qui comparendo põt aƈtum impedire, l. recuſare. in prin. ff. ad Treb. ut ibi latiùs per eum. Idem tenent Lau. in traƈta. de uſur. q. 126. in fin. & Imol. in c. debitores. in 9. col. j. eo. ꝙ hæc praƈtica hodie multùm inoleuit in curia epiſcopali Bononiæ. Et hanc partem uidetur firmare Imol. hic in eo, ꝙ dicit nõ citandam partem, qñ petitur abſolutio ex eo capite, eu quo iuratum erat non petere.

25 ¶ Contrarium † latiſſimè conſuluit Anc. conſil. 119. ✱ incip. Prædiƈtis ſubtiliter, & ad plenum adduƈtis. Nec obſtat, ꝙ agatur de modico præiudicio, quia non perit ius creditoris in cã principali, quia imò multiplicitèr damnum incurrit propter moras iudicij & dilatam ſolutionẽ. Vnde tardiùs recipiendo minus recipere uidetur, cap. 1. ſuprà, de plus pett. Item nec in modico permiſſum eſt iudici offendere partem per ſuam ſententiam, & propter minimam, læſionem eius ſententia retraƈtatur, l. & maiorib. C. de app. c. 1. de app. li. 6. & idem conſuluit Anch. conſil. 383. ✱ incip. Retento ordine dubiorum.

✱ *119.] Adde quod in loco hic citato nihil de hoc habetur, ſed eſt conſilio 298. incip. Prædiƈtis ſubtiliter. quod conſilium eſt totum in hac materia, unde illud.*

✱ *383.] Adde quod debet allegari conſilio 382. incip. Retento. colum. 2. num. 4. uerſic. Ex quo ergo certum eſt.*

Per eaſdem rationes pleniùs deduƈtas idẽ ſentit Fede. conſilio 300. incip. Faƈtum tale eſt, debitor promiſit. in quantum dicit, ꝙ ad hoc, ut obtineatur abſolutio à iuramento, neceſſe eſt, ꝙ fiat fides, ꝙ inſtrumentum ſit uſurarium ſaltem ſemiplenẽ, & ea abſolutio admittitur contra inſtrumentum, & iteratò habebit plenè probare, ꝙ inſtrumentum ſit uſurariũ, & probationes primò ſaƈtæ ſuper incidenti non faciunt fidem ſuper cauſa uſuraria, per capit. ueniens. el 2. in fin. ſ. de teſti. & per glo. quæ incip. hic patet. ibi, ſed pone. in cap. 2. de ordi. cog. Et ſic ſentit, quòd etiam abſolutio præparatoria per uiam habilitationis requirat cauſæ cognitionem, & per conſequens partis citationem. Idem tenet Imol. in capit. 1. in 9. col. j. eod. quia ſi pars citaretur, fortè oſtenderet euidentem calumniam petentis talem abſolutionem, & quòd id faceret gratia dilatandi, quo caſu non debet audiri, l. ſatis apertè. C. de fal. Et ideo uidetur magis iuri conſonum, ꝙ pars debeat citari etiam in tali abſolutione, ut ſic ſummatim cognoſcat, an calumnioſè petatur, ſecundum ipſum. Et in hac uarietate conſidera, ꝙ pro prima opin. Oldr. & ſequacium multùm facit, quia talis abſolutio habet in ſe tacitam conditionem, ſi ſic eſt, & ſi non docebitur de fraude, reincidit abſolutus in iuramentum, ut no. Bald. in l. hæc ſcriptura. ff. de condi. & demonſt. & ſi ex mora creditor eſt damna paſſus, non deficiunt ſibi remedia iuris in recuperatione damni. Sed reſponderi poteſt per l. fin. in quibus cau. in integ. reſti. non eſt neceſſ. ꝙ melius eſt intaƈta iura ſeruare, quàm poſt uulneratam cauſam remedium quærere, & ideo iſta ſecunda pars eſt tutior, quam etiam tenuit Ab. 2. uol. conſil. 12. incip. & ſi copioſius. in ult. col. ¶ Limita prædiƈta, niſi notoriè conſtaret turpitudinem ex parte recipientis, ita ꝙ certum ſit parti abſcenti in hoc nullam defenſionem cõpetere. Nam tũc putat do. Ab. hic ualere abſolutionẽ parte non uocata, quia ſi hoc caſu ualeret ſnia ſuper principali, ubi agitur de maiori præiudicio, fortiùs ualebit abſolutio, ubi nõ agitur de tanto præiudicio. Et ꝙ ualeret ſnia, alleg. c. bonæ. uer. contra legati. ſ. de elec. in c. quãto. & ibi Inn. ſ. de fraude clapræla. & c. cũm olim. j. de re iudi. & Bar. in l. 2. §. ꝙ frumentaria. ff. de admini. rerum ad ciui. perti. ubi Bar. ponit ſingulare diƈtum, ꝙ ẽt refert do. Ab. in c. ad noſtram. el 3. j. eo. & ibi dicetur. Alle. ẽt do. Ab. c. ſuas. j. de uſur. & infert ad intelleƈtum c. debitores. j. eod. ut intelligatur, qñ non conſtat, ꝙ iurauit ſoluere uſuras, ut quia contraƈtus erat ſub certa forma licitè conceptus. Quod bene not. & dicetur ibi, ubi do. Car. gloriat ſe ante alios ita intellexiſſe illum tex. licet hunc intelleƈtum do. Ab. ſibi uſurpet, ſed ante ambos fuit intelleƈtus Bal. hic, ut referam paulò. j. ¶ Adde elegans conſiliũ Cal. in ſuo tit. cõſ. 7. incip. An epũs poſſit procedere. ubi in propoſito conſuluit, ꝙ quoties certum eſt abſenti nullam defenſionem competere, poteſt epiſcopus relaxare iuramentum, uel declarare ad cautelam iuramenti eum nõ teneri, nõ uocato illo, cui eſt iuratũ, quia fruſtra debet id fieri, cuius nullus eſt effeƈtus, arg. c. cũm cõtingat. ſ. de offi. dele. c. quanto. ſ. de conſue. prout eſt in caſu, quo præſtitũ eſt iuramentum expreſſè de ſoluẽdis uſuris, ubi iudices ab illo abſoluunt parte ad hoc nõ citata. Ad idem bñ facit doƈtrina do. Ab. poſt do. Ant. in c. ueſtra. ꝑpe fi. j. de coha. cler. ubi dicit, ꝙ qñ certum eſt parti nullã defenſionẽ cõpetere, nõ eſt neceſſaria citatio. Et ſic dĩt limitanda iura loquẽtia de citatione, & ſic declara no. in c. licet. de preb. lib. 6. ut elegãter per do. Ab. in c. accepta. in 2. col. ſ. de reſtit. ſpol. & dicetur fortè in d. c. ad noſtrã. Ad idẽ do. Ant. in c. debitores. in pe. col. j. eo. ubi dicit, ꝙ qñ iuramentum continet illicitum ex parte recipientis, ut qa debitor iurauit ſoluere uſuras, uel non repetere, non erit neceſſaria citatio in abſolutione. Quinimò dicit Bal. hic, ꝙ ſi uitium eſt expreſſum in contraƈtu, ut qa iurauit tm̃ ſoluere noĩe uſurarũ, non credit, ꝙ aliqua obligatio oriat propter uitium formæ promiſſionis, nec ꝙ ſit neceſſaria abſolutio, quia notorium non indiget abſolutione, ſecus, ſi non ſit uitium formæ, quia expreſſa nocent, non expreſſa non nocent, arg. l. cõuenire. cum ſeq. de paƈtis dotalibus & l. expreſſa. ff. de reg. iur. cum regulæ nulla ratio eſt uitium formæ, ſecundum ipſum. ¶ Sed contra iſtam limitationem eſt deciſio Ioã. An. in addi. Spec. ſuper rub. de iureiur. ubi expreſsè dicit, ꝙ in abſolutione à iuramento de uſuris ſoluendis, uel de uſuris nõ repetendis, requiritur citatio partis, & idem Imol. in d. cap. debitores

debitores. in 8. col. Mouetur optimè: quia intereſt creditoris, vt citetur etiam in dicto caſu, ex eo fortè, quia poterit opponere exceptionem, & probare, q ipſe petẽs abſolutionem eſt vſurarius. Et ſic non debet audiri, c. quia fruſtra infra de vſur. Et etiam quando iuratum eſt de non repetendis uſuris, fortè poſſet opponere exceptionem, q ſponte illas remiſit, & donauit, & propter hoc iurauit non repetere. Facit, quod habetur in regula, peccatum, de reg. iur. lib. 6. Iſta tamen ceſſaret, quando a principio tempore contractæ obligationis ſuper vſuris iuraſſet ſoluere, & non repetere, ſed tunc poſſet habere locum reſſio præcedens, per d. c. quia fruſtra, ſm ipſum: cum quo tranſeo non tenendo iſtam limitationem præter quam in vno caſu, videlicet vbi extra materiam vſurarum iuramentum eſſet interpoſitum turpiter ex parte recipientis, & notoriè conſtaret, q nemini competeret actio, vel aliquod ius, aut defenſionem parti non competeret, per ſupra dicta. ¶ Tertiò limita, niſi conſtaret, q nemini competeret actio, vel aliquod ius ex iuramento, ſecundum do. Card. conſi. 37. inci. quędam habens, in a. char. vbi conſuluit, q ſi defunctus eſſet is, cui iuramẽtum erat præſtitum, qui erat perſona priuata, nec receperat pro ſe, & ſucceſſoribus, valuit abſolutio nullo citato, quia ad eos non extendebatur. Alleg. c. imperialem. §. præterea. de prohibi. feu. alie. & no. in c. veritatis. infra eo. & dicit, q ad hoc ſolũ ordinatur citatio, vt euitetur alterius præiudicium. Cum ergo de nullius præiudicio agitur, non expedit quenquam citari. Et hic adde, quod dicit Io. And. in rub. de iureiur. vbi dicit q ſi iuramentum eſt temerarium, etiam ex parte iurantis nõ requiritur partis vocatio, per c. conſtitutus. ꝫ. de teſti. quia tũc potius requiritur denunciatio, q non ſit ligatus, quàm relaxatio. Et hoc intellige, ſecundum do. Abb. hic, quando manifeſtè conſtat iuramentum non ligare, nam in notorijs non eſt opus venire ad iudicem, vt in c. quoniam. ꝫ. de fi. presbyte.

¶ Quartò & vltimò limita, niſi taliter iuraſſet debitor, q vocari non poſſit creditor, quin incideret in periurium, puta, ſi iurauit illum in iudicio non vocare, vel denunciare, tũc enim poterit abſolui creditore non vocato. Hoc enim caſu non detrahitur iuri partis, ſicut cum libertus petit veniam, vt poſſit vocare dominum in ius, l. 3. ff. de in ius voc. Ita dicit Io. And. in d. addi. ad Spec. quem plene refert Imo. in cle. diſpendioſã. ſuper gl. in ver. tangentibus. de iud. Sed hoc dictum reprehendit hic do. Abb. quem vide. Et adde, q dictum Io. And. quo ad citationem, poſſet ſaluari, intelligendo de eo, qui vult ſolùm abſolutionem, per quam habilitetur ad agendum, vt hic per Imo. quem retuli ꝫ. in ver. tertium remedium eſt, vt petat debitor. Sed tunc etiam, an ſit neceſſaria citatio, pendet ab his, quæ dixi in prima limitatione huius quæſtionis. ¶ Quintò
26 † quæro, vtrùm facta abſolutione a iuramento firmante contractum, reſcindatur ipſe contractus? & in hoc Pau. de Leaz. & Cald. videntur velle, q ſic, prout refert domi. Anton. in c. debitores. ꝫ. eo. dum dicit, q ſi petitur abſolutio a iuramento firmante contractum, debet pars citari, & ex hoc contingat reſciſſio contractus. ¶ Sed contrarium tenet Ange. in diſpu. inci. Domina Catharina, dicẽs, magnam eſſe differentiam, an contractus conualidetur iuramento, an verò iurans ſit tantùm aſtrictus ad obſeruantiam iuramẽti. Vbi enim actus iuramẽto firmatur, licet quis abſoluatur a iuramento, non propterea poteſt venire contra contractum, qui de ſe eſt validus propter interpoſitionem iuramenti, & abſolutio hæc ſolũ operatur, vt contrauenien non incidat in periurium, non autem annullat contractum. Vnde nullus dicat, ſecundum eum, quòd minor, qui * iurauit * ſuper contractu, vel maior qui iurauit, & eſt deceptus vltra dimidiam iuſti * pretij, * ſi abſoluitur a iuramento per ſuperiorem, poſſit propterea venire cõtra iuramentum, quia contractus eſt validus, & irreuocabilis. Si autem iuramentum nõ validat contractum, ſed ſolùm obligat perſonaliter ad non contraueniendum, tunc dicit, quòd ſi eſt abſolutus, poteſt uenire cõtra cõtractũ. Non enĩ obſtat iuramentũ: qa eſt ab illo abſolutus, non actus: quia eſt nullus. Vnde qui iurauit ſe ſoluturum uſuras, aut non uenire contra contractum pignoratitium conceptum in forma uẽditionis immediate, cùm eſt abſolutus, proſequi poteſt ius ſuum: quia tale iuramentum nõ firmauit promiſſionem, ſed ſolùm obligauit eũ ad non contrauenïẽdum, ſecundum ipſum: quod multum no. do. Abb. hic. ¶ Concluditur ergo, q ubi iuramentum ualidat contractum, ſublato iuramento, non propterea reſcinditur contractus. Et pro hoc facit: quia cùm ex interpoſitione iuramenti habuerit contractus ſuam firmitatem, nõ debet reſcindi, licet nunc ceſſet cauſa confirmans: quia non ſuperuenit cauſa annullans, ut probatur in regula, factum legitimè. de regul. iur. lib. 6. & ex eo, quod no. Bart. in l. ex facto. ff. de uulg. & pup. dicens, q ſuperuenientia legitimorum nõ rumpit legitimationem legitimatorum: item per interpoſitionem iuramenti reſciodendi per abſolutionẽ iuramenti: quia contractus aſſumpſit uires ex conſenſu partium iuramento uallato: unde non ceſſat nunc ex toto cauſa confirmans, argumento, quando liceat ab emptione diſcedere, per totum, & in l. nihil. ff. de reg. iur. & ideo dicit tex. in authen. ſacrã. C. ſi aduer. uen. inuiolabiliter obſeruet: & c. 2. de pact. li. 6. dicit, omnino ſeruetur, quaſi de cætero debeat ualere contractus. Et iſta ſunt ſubtilia & noua. ¶ Sed cogitanti mihi de intellectu prædictorum, ante omnia occurrit una ambiguitas, uidelicet quid proderit abſolutio à iuramento, ſi contractus remanet ualidus? & uidetur, quòd parum. Aut abſolutio à iuramento reſoluit obligationem, quæ aliàs erat nulla propter metum, niſi fuiſſet iuramentum. Et per hanc rationem poſtea comperi do. Abb. ꝫ. eo. c. cùm contingat in 14. col. ubi tenet contra Ang. q imò contractus reſcindetur: & addit, quia agẽs ex eo cõtractu nullo, ſi replicabitur de nullitate, nõ poterit allegare uim iuramenti iam ſublati: & ſic contractus ex cauſa ualidè remanebit nudatus, & inualidè ceſſante illa cauſa. Bene fatetur do. Abb. q ſi ultra iuramentum contractus ſuſtentabatur alio iure, & ad illud competebat remediũ, ſed erat ligatum propter iuramentum, ſublato iuramento intentari poterit illud remedium, l. ſecunda. C. de reſcindenda venditione, modo relaxato iuramento vti poterit illo remedio. Et ita facilius ſuſtineretur prædicta opinio. Ang. licet de
27 illa feſtum fecerit domi. Abb. hic. ¶ Sextò quæro: aliquis † dicturus contractum ſimulatum, vel vſurarium, petit abſolutionem a iuramento ab epiſcopo, & abſolutus eſt acturus poſtea de ſimulatione, vel de vſuris, vtrum de hoc poterit agere in alia curia, an verò habebit experiri in eadem curia eiuſdem epiſcopi? Reſpondet Bal. in lege quoties, in prima columna. C. de rei vendicatio. quòd in eadem curia erit agẽdum, quia idem eſſet iudex iudicij præparantis, & iudicij præparati, vt ibi, quod dicit eſſe bene notandum. Et facit quod not. domi. Anton. in capitulo cum ſit. in quarta columna. ꝫ. de foro competenti, & in capitulo examinata. ꝫ. de iudicijs, & Bald. in lege edita, in repetitio. Paduana, C. de edendo. & optime facit tex. in l. minor xxv. annis, cui fideicommiſſum. in fine. princip. ff. de minoribus. & in l. cum vendente. & quod ibi Bald. C. vbi cauſæ fiſcales. ¶ Pau. de Caſtro, conſilio 73. incipiente, &c. Viſis & ponderatis omnibus, de quibus ſupra approbat iſtud dictum, ſed limitat tribus modis. Primo, vt non habeat locum, quando abſolutus a iuramento vult ſe fundare in aliquo remedio quod non competit ſibi ex iure Canonico, vel ciuili, vel ex ſtatutis laicorum, quia de hoc aget coram ſeculari. Secundo limitat, niſi abſolutio eſſet ſuper iuramento omnino nullo, quia eſt potius facti, quàm iuris, & ſic nec perpetuat, nec extendit iuriſdictionem, vt per gloſſam in lege ſi pater. ne de ſtatu defunct. & in capitulo cum plures. de officio delegat. libro ſexto. in valida actione. Tertio limitat, niſi eſſet prius remiſſum iuramentum per partem, quia tunc abſolutio iudicis non
28 eſt propriè abſolutio. ¶ Septimò quæro, aliquis † incurrit periurium, vel quia lapſus eſt terminus, in quo iurauit ſoluere, vel quia ꝓpter interpellationẽ, ſtante obligatione, puta iurata, conſtitutus eſt in mora, vtrum poſſit petere abſolutionem a iuramento? & videtur dicendũ, quòd non, vt originaliter decidit * Fed. conſ. 301. * in fi. ſic dicẽs intelligẽdũ

Minor qui iurauit.] *Adde qđ iuramentum minoris ſuper cõtractu, licet non interuenerit authoritas tutoris, ualet & ipſum minorem obligat. gl. in auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. uẽd. & eſt communis * opinio quæ ubiq. ſeruatur de conſuetudine, ut teſtatur ibi Iaſ. col 7. poſt med. nam iuramẽtum habet uim ſpecialis certiorationis, ideo excludit beneficium reſti. in integ. ſecundum Alex. conſil. 27 inci. Viſo libello, colũ. 2. verſ. &c.*

quia ubi iuramentum. uol. 1. & conſi. 42. inc. ſuper. colum. 4. eo. uolu.

* *Iuſti pretij.*] *Adde quod iſta eſt communis * opi. ſecundum Imo. cõſil. 14. inci. in caſu præmiſſo. ubi refert ita tenere doctor. cõiter in l. 2. C. de reſc. uend. & in c. pen. de empt. & uend.*

* *301.*] *Adde qđ eſt cõſ. 300. et incipit*

incipit. Factũ proponitur etiam tale, in fi. & illud cõſi. alleg. Alex. conſil. 17. incip. ponderatis his. col. 2. nu. 3. uol. 3. ubi dicit, quod ſecundũ magis cões conclu. non debet concedi abſolutio a iuramento ei qui venit cõtra iuramentum priuſquã petierit abſolutionem a iuramento. ex ea rõne, quia fruſtra legis auxilium inuocat qui cõmittit in legem ca. quia fruſtra. de vſu.

iſtum tex. & alleg. Io. And. in c. debitores. ſuper gl. pen. in fi. j. eo. & rationem c. quia fruſtra. j. de vſu. & idem conſuluit Ancha. * conſi. 194.° incip. Prædictis ſubtiliter, &c. in fi. & dicit, ꝙ ex lapſu termini conſtat de periurio, ſecundum Innoc. in c. ſuper his. j. de accuſ. & dicit, ꝙ ſi obtenta eſt abſolutio & hoc non ſit expreſſum iudici, eſt nulla, p l. ſi prætor. ff. de iud. ¶ Si autem fuit expreſſum. & tamen conceſſa eſt abſolutio, eſt iniuſta, & ſi eſt cõtra nõ citatum, eſt nulla. Idẽ etiam conſuluit Anch. conſi. 327. * quod inci. in præſenti conſultatione, quia quæritur. & do. Abb. hic, & do. Card. in c. debitores. j. eo. in pen. q. & ibi Imo. & Lau. in trac. de vſu. q. 122. Contrarium putat do. Anto. in d. c. debitores. in vlt. colum. quia ad duo erat obligatus debitor, ad ſoluendum intra terminum, & ad ſoluendum ſimpliciter l. Celſus. ff. de arbi. c. cum dilecti. ꝫ. de dolo & contu. & ſi non ſoluit in termino, in hoc peccauit, & eſt periurus. Inquantum verò ſoluere obligatur poſt terminum, non peccauit, & ſic poterit petere abſolutionẽ, vel ſaltem poterit ſoluere poſt terminum, & non peccat poſtea repetendo, per d. capitu. debitores. ¶ Sed iſta ratio potius facit pro communi opinio. ſecundum domin. Abba. hic. Nam ſi poſt terminum remanet obligatus, & ſic perſeuerat in periurio, ergo debet compelli, ut ab illo peccato ſe abſoluat, & iuramentum adimpleat, ut hic. Si enim compellitur inſtante termino ut ſoluat, fortius debet compelli poſt terminum, tum in odium ſui, tum ut à peccato liberetur, ne perſeueret in peccato. ¶ Præterea dicit Imol. in d. c. debitores. licet ſit obligatus poſt diem, non ſequitur, quòd poſſit petere abſolutionem ab illa obligatione, ex quo iam incidit in periurium, per d. c. quia fruſtra. nec erit debitor ſine remedio: quia poteſt ſoluere, poſtea repetere, ut ibi. ¶ Retenta ergo communi opi. ſecundum quam uidi ſæpe iudicari, quòd poſt periurium nõ poſſit peti abſolutio à iuramento, not. tres caſus, in quibus nõ procedit. ¶ Primus eſt quando petens abſolutionem non perſeueraret in peccato: quia licet incideret in periurium ſemel contraueniendo, tamen poteſt petere abſolutionem, ſm do. Abb. hic, qui dat exẽplũ in eo, qui per metũ rẽ uẽdidit, & iurauit non contrauenire: licet enim de facto contrauenerit, ꝙ inciderit in periurium, nihilo minùs poterit petere abſolutionem poſtea, ut ſic licitum ſit ſibi uenire contra uenditionem. Hoc enim caſu ceſſat perſeuerantiæ in peccato. Imponi tamen ſibi debet penitentia de periurio, ſecundum eum. Quod not. ¶ Sed conſidera: quia uideretur, ꝙ adhuc non poſſet petere abſolutionem: quia periurus repellitur ab agendo, ſecundum Spec. in tit. de actore. §. 1. uer. item ꝙ eſt periurus. per l. ſi quis maior. C. de tranſact. & not. gl. in c. paruuli. 25. q. 5. Et ideo bona cautela eſſet, ꝙ faceret ſibi ante omnia imponi pœnitentiam de periurio, & poſt peractam pœnitentiã admittitur præter quam ad iurandum, c. teſtimonium. ꝫ. de teſti. Sed tamen abſque hoc tranſire poteſt iſtud dictum do. Abb. quod eſt not. quia tunc demum periurus repellitur ab agẽdo, qñ uenit contra contractum iuratum celebratũ ſup actione, ꝙ intentat, per d. l. ſi quis maior. alià nõ reperiſ, ꝙ piurus repellatur ab agendo, ut no. gl. & Doct. in c. dilecti. j. de except. & Doc. maximè do. Ant. in c. intelleximus. in fi. ꝫ. de iudi. & ideo in propoſito ſing. dixi. Et ſi diceres, ꝙ hic uenit contra contractum iuratum, hoc non uidetur uerum: quia petere abſolutionem non eſt uenire contra contractum. Et iſta tene menti, qa rectè intuẽdo limitant prædicta, ut non procedant niſi quando actus periurij durat etiam poſt terminum ratione moræ. ¶ Secundus caſus eſt, quando intra terminum iudex præcepiſſet iuranti, ne ſolueret: quia per euentum termini non incurrit periurium propter tale præceptum, ſecundum Archi. in c. authoritatem. 15. q. 6. cum concor. quas dicam in c. venientes. * j. eodem. Vnde eſſet cautela, ꝙ ante aduentum termini facta alis, quali fide de turpitudine iuramenti obtineretur tale præceptũ. ¶ Tertius caſus eſt, quando periurium eſſet incurſum abſque dolo, puta, ſi non ſoluit in termino ex culpa, non autem ex dolo, vel ſi aliter excuſatur a periurio, vel ratione neceſſitatis, vel difficultatis, quia pęna appoſita periuro non habet locum ceſſante dolo, vt per Baldum ſingulariſſimè in l. obſeruare. §. proficiſci. in 272. colum. ff. de officio proconſ. & probatur ex gloſſ. 1. in capi. breui. infra eodem, cum concordan. de quibus ibi. ¶ Octauò

** Conſi. 194.] Adde quod tã Anch. hic, quam Alexã. in loco alleg. in præced. apoſt. male allegant, nã Alexã. allegat Anch. cõſ. 189. dic ergo, quod iſtud conſi. Anch. ẽ nu. 198. et vi. eud. Anc. conſi. 200. in ti. in q. prædicta.*

** 327.] Adde quod in d. conſi. nihil de hoc, ſed credo quod debeãt allegari cõſilia citata in præced. apoſt. & pro ijs vi. pleniſſ. Ale. conſi. 66 inci. Viſa facti narratione. nu. 13. 14. 15. & 16. volumi. 6. apud quem poteris videre omnia tractata ab Ancho. hic.*

** cap. venientes.] Adde quod in hac ſ. nus impreſſis nõ extat commentum allegatum, ideo conſideratur.*

29 quæro, aliquis † eſt abſolutus a iuramento, quantum ad hoc, vt poſſit docere de vſura, vel alia qualitate, per quam mereatur abſolui a iuramento, utrum ſi probat de illa qualitate, indigeat ſecunda abſolutione, an vero ſufficiat prima, ad hoc vt poſſit venire poſtea contra contractum? & videretur, quòd non ſufficeret, quia prima non fuit relaxatio plena, ſed ſolum quo ad effectum agendi, vt habilitaretur ad aliud. Vnde videtur neceſſaria alia, ſcilicet ad effectum obtinendi retractationem contractus, argument. capitu. veniens. el ſecundo, ſupra de teſtibus. & quod not. Barto. in l. nam & poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiurando. ¶ Contrarium tenet ſingulariter Paul. de Caſtro, conſilio 219. incipiente. In Chriſti, &c. circa primum quæſitum, in 6. col. dicens, ꝙ ſi per relaxationem iuramẽti fuit ſibi data licentia, vt doceat, vi etiã data, ut agat, argu. l. qui procuratorem dat. ff. de procurato. ¶ Item adducit, quia licet à principio relaxatio nõ fuiſſet plena, tamen repletur ex poſt facto probationibus factis, ſicut in ſimili dicitur in bonorum poſſeſſione ſecundum tab. petita per hæredem ſcriptum ſub conditione: quia licet nunc non tribuat ius, ſed nudã tantùm facti adminiſtrationẽ. l. ſi quis inſtituatur. ff. de hæ. inſt. Exiſtente tamen, uel deficiente conditione tribuitur plenius ius, nec eſt neceſſe iterum bonorum poſſeſſionem petere, l. 3. §. ſed & ſi ſub conditione. & ibi no. ff. de bo. poſ. ſecundum tab. ita hic prima habilitatio ad fi. agendi prodeſt ad finem obtinẽdi & per agẽdi nec dicitur de nouo ſuperfluo petere. Nec obſt. d. c. ueniens. quia loquitur in probatione ad effectum agendi facta ſummariè, in qua bene requiritur plenior ad finẽ obtinẽdi, ſecundum ipſum. ¶ Sed certè tutius eſſet tenere contrariũ, ꝙ requiratur ſecunda ſolutio: quia actus limitatus parit effectum limitatum, l. in agris. cum fi. ff. de acqui. re. do. Cùm ergo remaneat iſte abſolutus ſolùm ab iſto capite, ſcilicet in quo iuramentum obſtabat, ne ageret, uidetur adhuc ligatus ex alio capite, ſcilicet obſeruantiæ contractus. Vnde actus abſolutionis non debet operari ultra intentionem abſoluentis, l. non omnis. ff. ſi cer. pe. Et ita ſentit Bal. in l. hæc ſcriptura. ff. de condi. & demonſt. Et iſtud confirma per ea, quæ ſunt in c. debitores. in 4. quæſtio. infrà & ibi omnino uide concordantes. Et unum circa prædicta dicit Bald. hic, quòd in abſolutione apponitur conditio, ut non intelligatur abſolutus, ſi non probauerit. Alleg. leg. prętor controuerſia. ff. de dam. infect. & leg. uulgo. ff. de adminiſtra. tuto. Et ita alias iudicando practicaui. Sed tamen, etiamſi iſtud non dicatur, ſubintelligitur, ut
30 per Bald. in d. leg. hæc ſcriptura. ¶ Nonò quæro, utrum † abſolutio a iuramento poſſit obtineri per procuratorem. & reſpondet domi. Cardina. quòd ſic, conſil. 38. incipi. quædam habens unum filium. Quia ſicut Priuilegium poteſt conferri abſenti, cap. 1. §. adijciebatur. & §. ex parte. de exceſſio. prælat. in 6. Sic etiam ſicut donatur abſenti, l. abſenti. ff. de dona. l. nõ ambigitur. l. ſi aliquid. C. de donatio. Et ſicut abſens de beneficio inueſtitur, c. accedens. j. de præben. c. ſicut. de præben. lib. ſexto. Et ſic etiam a ſententia ſuſpenſionis, vel interdicti poteſt abſens abſolui: alleg. Innocen. in capit. conſideres, ſicut non abſolutus, infra de ſent. excommuni. Idem tenet Bal. hic. dicens etiam, quòd remiſſio iuramenti poteſt fieri domino abſenti & ignoranti: & dicit eſſe tex. no. in l. Labeo. ff. eo. tit. Itẽ dicit, quòd ſi creditor petit uſuras propter iuramentum, & debitor præſens non audet contradicere propter iuramentum, poteſt defenſor interuenire pro præſente, ſicut pro abſente, ſatiſdando idonee. Allega. text. in lege finali, §. finali. uer. ſi actore. ff. eodem. quem dicit eſſe ſingularem, & non reperiri alibi meliorem. Nec iſtis obſt. quòd abſolutio ab excommunicatione non obtinetur per procuratorem, ut per Innocent.

&

& alios in d. c. conſideres. & ibi dixi, quia illud eſt propter actum perſonalem neceſſarium in illa abſolutione, ſcilicet contentionem & iuramentum. Dicitur tamen ibi, q facta procuratori ualeret per c.uenerabilibus. §.ubi autem. de ſentent. excom.lib.6. ¶ Decimò quæro: aliquis petit abſolutionem à iuramento, ut poſſit agere & conſtat, q abſolutio cõceſſa nullum operabitur effectum, quia non competit ſibi actio, utrùm iſta ſit iuſta cauſa denegandi abſolutionem? & dic, q ſic, ſecundum Ro.conſil.46.incip. In cauſa dominæ Camillæ. per l. ad probationem. C.de proba. & c.per tuas. ad fin. de ſy. ibi, quam rùm probata eſſet, &c. & c.rùm contingat. ſ.de offic.dele.cum
31 ſi. ¶ Vndecimò † quæro: Florentinus iurauit Bononiæ ſoluere uſuras, nunquid epiſcopus Florentinus poterit eum abſoluere? Hanc q. dicit hic domi.Car. fuiſſe in facto, & fuiſſe conſultum, q non: * quia Florentinus nõ eſt iudex Bononienſis, niſi fortè contractus fuiſſet initus Florentiæ, & tunc eſt iudex, quando ibi inuenitur, per c. Romana. §.contrahentes. de fo.comp.li. 6. ¶ Adde in contrarium Cal.in tit. de offic. ordi.conſil. 1. quod incip. An epiſcopus. & in iſto tit.conſil.6. quod incip. Quis epiſcopus debet abſoluere. ubi tenet, q iudex illius, qui iurauit, poteſt eum abſoluere, quamuis is, cui eſt iuratum, ſit de aliena diœceſi, quia ad illum ſpectat compellere ad obſeruantiam iuramenti caſu, quo eſſet obſeruandum, c.experientiæ. 11. q.1. ut ibi latiùs. Idem tenet do.Ant.in addit.ad Lapum alleg.10. qui diſputat hic plura: quia talis iurans ſuppoſitus eſt iudici ſuo, & agitur de tollendo ligamen ſibi ſubiectı, & de liberãdo animam eius, nec aliquid diſponit circa perſonam abſentis, & dicit eſſe bonum text.in c.poſtulaſti. de fo. compe. Idem tenet Ro.in ſingulari 485. * quod incip. Florentinus contrahit. ¶ Sed pro prima opi. facit, quia citandus eſt ille, cui eſt iuratum, ut ſ.in 4. q. & citari non poteſt non ſubditus, l.extra territorium. ff. de iuriſd.om.iu. Et per hanc rationem Lap. dixit cogitãdum in d.allega. & eſt ratio fortis, per quam puto diſtinguendum, an ſimus in caſu, in quo non ſit neceſſaria citatio, & ſit uera opin.do.Car.hic. ¶ In quantum tamen ipſe ſubdit, q in loco, in quo eſt initus contractus, poteſt fieri abſolutio, dum modò forenſis, qui contraxit, ibi inueniatur, aliàs non, per d.§. contrahentes. adde, q idem uideretur, ſi non inueniatur, quia c.contrahentes. non habet locum in contractu iurato, ut in §.ſi uerò etiam quædam. in authen. de exhiben.reis. ſed reſponde, q illud habet locum, quando ipſe trahendus ad locum contractus eſt ille, qui iurauit, q non
32 eſt hic, quia ipſe eſt, cui eſt iuratum. ¶ Duodecimò † & ultimò quæro, utrum poſſit peti abſolutio durantibus ferijs ob neceſſitates hominum? Et uide Cal. dicentem, q ſic, in tit. de ferijs. conſi.1. licet Gaſpar Cal. dicat ibi, q noluit ſe ſubſcribere conſilio patris. Et adde, q in tali cauſa põt procedi ſummariè, * ut per dn.Card.poſt gl. in clem.diſpendioſam. in 36.q. de iudi. ¶ Poſtremò, dum dixi ſ.in 1. q. ſecularem iudicem compellere poſſe in caſu huius decr. Adde dn.Abb. plenè idem tenentem in c.cùm ſit generale. in 14.col.ſi. ſ.de foro compet. & idem tenet j. proxi.c. Et quæ in hoc c. diximus, habeas domeſtica. Quotidiana enim ſunt, & hactenus non reducta, &c.

Quod non] Adde Alexã. in l.heres. §. ſi quis intellã. de iud. ubi tenet, quod peti debet coram epiſcopo loci contractus.

485.] Adde quod eſt ſing. 476.

Summariè] Add de Bald. in l. fin. col. 1. verſic. conſulunt tamen doc. C. de nõ num. pec.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum præſtitum à prælato ſuper rebus eccleſię non repetendis, an ualeat. num. 4. 5. 6.*
2 *Iuramentum metu extortum, an ſit obligatorium. & num. 3.*
7 *Abſolutio a iuramento à ſeipſo præſtito, an poſſit dari.*

CAPITVLVM II.

PERVENIT. ¶ Non ualet iuramentum præſtitum à prælato de non repetendis rebus eccleſiæ. Vel ſic, A iuramento meticuloſo ſit
1 abſolutio per eccleſiaſticum. H.D. ¶ In † tex. ibi, rebus ſuis. Ponitur impropriè, ſecundum omnes hic, id eſt, ſuper rebus eccleſiæ ſic, & iuſtiùs dicit, iſte campus meus eſt, & non dicitur mentiri, ſed abuſiuè loqui, ſecundum gloſſ.in l.2. ff.de ori.iur. quam facit ſingularem Bald.hic, dicens q tamen iſtæ abuſiones non ſunt tolerabiles, & alterius ſacturæ. Et quòd pronomen Suus, non ſemper denotet dominium, * uide do.Ab. in c.nullus. j.eod. de quo per gloſ.j. in uer. regi. ſ.de poſtu.præla. & omnino dn.Abba. in c.pro illorum. in 1. no. j. de præben. & Bar. in l.quintus. ff.de auro & argen. leg. & in l.j. ff.de ſta.ho. & in rub. ff.de ope. noui nunc. & Domi.in c.ſi. per illum tex. de uerb.ſignif.lib.6. & gl. in uer. mea eſt. in c.quo iure. 8. diſt. & Imol.poſt Card.in c.abbatem. in 3.col. de ſum.trin.lib.6. ¶ In text. ibi, compulſum. Intelligit hic Bald. q fuerit uiolenta manuum iniectio, & ſic comes fuit excommunicatus. Vnde non tenuit iuramentum ſibi præſtitum, ut in c. domino guerram. in tit. hic finitur lex. præſertim cùm durante peccato non poſſet abſolui ab excommunicatione. Sed reſpondet Bal. q iuramentum tenuit ab iſta obligatione, licet non competat actio, & dicit eſſe caſum hic ualde notabilem. ¶ Pro intellectu gloſſ. tangitur hic primò, utrùm iuramentum extortum metu ſuper rebus priuatis ſit obligatorium. Secundò quid de iuramento pręſtito ſuper re-
2 bus eccleſiæ in damnum ipſius. ¶ Ad † primum contrarium tenetur, q iuramentum ſit obligatorium, q metus non excluditur conſenſu, c.meritò. 15. q.1. l.ſi mulier. ff.quod metus cã. & plenè per gl. in c.abbas. ſ.quod metus cauſa. & in c. authoritatem. 15. q.6. & idem ibi Archi. Poteſt tamen peti abſolutio à iuramento, ut hic, & in c.ſi uerò. j.eod. & d.c.aduerte. & ita do.Ant. do.Card.Imol. & do. Abb. ¶ Sed ultra ipſos declara ſingulariter habere locum, quãdo iuramentum euanat ſuper contractu à lege non prohibito, tunc enim non obligat ipſo iure, quia propter legis reſiſtentiam oportet, quòd ſit ſponte pręſtitum. Ita eſt caſus in c.cùm contingat. in uerbo, ſiue. 3. j. eod. & in c.2. in uerſicul.3. de pac.in 6. & in c.licet. in eodem uerbo, de iureiur.lib.6. Ita dixit quidam Vinc.Medinl. de quo exclamat, & feſtum facit dn. Abb.in d.c.cùm contingat. in 2. col. dicens optimè facere text. in authent. ſacramenta puberum. C.ſi aduerſus uendi. ubi dicitur, quòd nullius eſt momenti iuramentum minoris, ſi interuenit metus. Et iſta eſt ſingularitatis ad dicta doctorum hic, ſecundum do.Abba. ibi. Et ſi hoc eſt uerum, non procederet, quod dicit Bald. hic, quòd in caſu d.c.2. ſi interuenit metus, eſt opus abſolutione. Idẽ dicit, ſi propter nimiam reuerentiam impreſſiuam, ut ſingulariter dicit notari in l.j.§.quę onerandę. ff.qua. rerum actio nõ da.
3 ¶ Adde † aliud ſingulare, q non auditur quis contra iuramentũ metu præſtitum, * niſi fuiſſet metus, qui debuiſſet cadere in conſtantem uirum. * Ita dicit do. Abb.in cap.cùm dilecti. in ult.col. ſ. q met. cauſa. dicens de hoc eſſe caſum ſingularem ibi ſecundum unum intellectũ. Ad idem allegat c.ſi uerò. j.eo. ubi tex. ponderat grauiſſimũ metum in relaxatione iuramenti. Dicas tamen, q in caſu, quo agitur de iuramento mulieris, minor metus ſufficiet, quàm in iuramento uiri, ut per gl.2. de elect. in c.cùm locum. j.de ſponſ. & dn.Anto.de Butr.in c. cùm dilecti. in ult.col. ſ. q met.cauſa. & in c.conſultationi. j.
4 de ſponſ.cum concor. ¶ Ad † ſecundum de iuramẽto pręſtito ſuper rebus eccleſię in damnum eccleſiæ, conclude cum do. Abba, quòd nullum iuramentum poteſt ligare pręlatum in damnum ipſius eccleſię, quia iuramentum non debet eſſe uinculum iniquitatis, j. c. quanto. Sed ſi iſtud ligaret, tale eſſet, quod illaquearet ad rem illicitam obſeruandam, c.cùm quædam. cap.ſicut. infrà, eodem. Item per iuramentum non poteſt quis ſe ſubtrahere ab onere publico, cãp.ſi diligenti. ſ.de foro compe. Sed hoc eſt onus publicũ incumbens prælato, ſcilicet defenſio & conſeruatio rerum eccleſię, & ſit rectus, 43. diſtinc. Ad idem ponderat cap.ſi quis presbyterorum. infrà. de rebus eccleſ. non alie. ubi punitur alienator, niſi per repetitionem eccleſiæ proſpectum erit. Quomodo ergo per iuramentum ſuum poteſt ſe liberare à præcepto iuris? Facit l. legatus. &
5 quod ibi no. ff. de offic. pręſi. ¶ Hanc † concluſionem limita primò dum modò res eccleſię per alium recuperari non poſſint, quia tunc uerum eſt dicere, quòd iuramentum non poteſt ſeruari ſine peccato, aliàs autem dandus eſt curator bonis, uel prouidendum aliter, ut eccleſia res ſuas recuperet, & iurans non ueniat directè contra iuramentum, argu.

Dominium] Add. de Paul. de Caſt. conſilio 45. incip. Viſo puncto.

Metu præſtitum] Adde Rom. ſingul. 517. incip. iuras quia metu.

Conſtantem uirũ] Adde Rom. ſingul. 229. incip. Tu ſcis quod contractus.

l. at qui natura. §. cùm me abſente. ff. de neg. geſt. ſecundum Innoc. hic, quem ſequuntur Bald. domi. Anto. domi. Card. & Imol. Sed contrarium tenet hic do. Abb. motus propter gloſ. in uer. contractum. in c. 1. de reſtit. in integ. lib. 6. quæ non diſtinguit, an poſſit eccleſiæ conſuli per alium. Vnde non poſſet ſeruari iuramentum prælati ſine peccato. Et limita, niſi ageretur de præiudicio ſolius prælati: quia eſt ſeparabile à præiudicio eccleſiæ, per c. cùm ueniſſent. ĩ. de inſtit. & ibi gloſſ. in
6 uer. abiuraſſe. & do. Ant. hic. Sed † hic dicit Imo. ſe non uidere, quomodo ſit præiudicium ſeparabile à præiudicio eccleſiæ: quia ſi aliquando utitur libertatibus ſpectantibus ad prælatũ, & utitur nomine ſuo, nõ nomine prælati, nec dignitatis, ſeu eccleſiæ prælati, non uidetur, ꝙ non agatur etiam de præiudicio eccleſiæ. ¶ Sed certè Imol. non conſiderauit opportunè text. cum materia in d. c. cùm ueniſſent. & text. in c. 1. de capi. Corradi. ubi dicit text. ꝙ ſi prælatus habebat feudum pertinens ad menſam ſuam & cõmiſit feloniam, ideſt delictũ contra dominum tũc auferetur ſibi feudum in uita ſua, ſed præiudicium n ſit dignitati: quia poſt mortem ſuam redibit ad eccleſiam, & idem notatur in c. ueniens. extrà, de renun. & ideo dicit do. Abb. in d. cap. cùm ueniſſent. in 5. col. poſt multa, ꝙ ubicunque præiudicium prælati eſt ſeparabile à præiudicio eccleſiæ, iuramentum per eum præſtitum ſibi nocebit, ſed non eccleſiæ: ſecus, ſi non ſit ſeparabile, ut ibi per eum. Et iſta uerba tollunt motiuum Ioan. de Imol. hic. ¶ Extra gloſſ. dicit hic Inn. quòd
7 † contra iuramentum à ſeipſo præſtitum dari poteſt abſolutio in caſibus permiſſis: ſed nunquam datur reſtitutio in integ. & c. ſi quis dicat ſe læſum, & minorem: tamen aduerſus iuramentum ab alio præſtitum bene petitur reſtitutio, l. nam & poſtea. §. ſi minor. ff. de minori. ſecundũ ipſum. Iſtud uerbum reputant tamen no. omnes hic. maximè do. Abb. & Imol. quib. adde Bar. & Bal. idem tenentes in §. ſi minor. & allegat Inno. hic. ¶ Vltimò in quãtum dom. Abb. hic tangit, an ſecularis iu- ✻ dex ✻ poſſit ſe intromittere in iuramẽto?

✻ *Secularis iudex*] adde, quæ dixi ĩ. c. prox. in 1. q. & in fin. *Adde Rom. ſingul. 498. incip. ubi iuramentũ. & ſinr. ſeq. in quibus locis habes ample hãc materiã. & in. quæ dixi in appoſtil. in c. præ. ed ſub nu. 22. in prin. nu.*

SVMMARIVM.

2 *Votum, uel iuramentum, quando licitum ſit commutare, num. 2.*
3 *Salarium ſi non ſoluatur doctori legenti, an licitè deſiſtat a lectura.*
4 *Pax ſi facta ſit inter me & Sempronium, ſi ipſe Sempronius bannitur, an poſſim ipſum offendere impunè.*
5 *Fides debet ſeruari rumpenti fidem in certis caſibus.*

CAPITVLVM III.

PERVENIT. ¶ Non dicitur deierare, qui implementum iuramẽti commutat in melius, nec aſtringitur quis iuramento ad implendum id, quod iurauit, ſi ab alia parte non adimpletur illud, cuius reſpectu fuit præſtitum iuramen-
1 tum. H. D. ¶ Quantum † ad primum dictum literæ reaſſumunt hic dom. Anton. & do. Abb. & aliquid Imo. quando liceat commutare uotum, uel iuramentũ propria authoritate: & licet ex dictis ſuis poſſit dici, ꝙ quaſi nunquam, niſi pro ingreſſu religionis, tamen referri poſſunt certi caſus, quos ipſi ponunt: aliquãdo uotum eſt illicitum, & tunc licitè propria authoritate cõmutatur, ſm Gof. & Ioan. An. per c. mulier. & per totũ, 17. q. iiij. Sed illud non eſt mutare, ſm do. Ab. quia cõparatiuũ præſupponit poſitiuum, ut l. ubi autem. ff. de uerb. obl. Vbi aũt primum uotum fiat illicitè, uel nociuum, nõ dicitur cõmutari in melius, ſed potiùs deſeri: & hoc nõ ſolùm eſt licitum, ſed etiam neceſſarium, per c. in malis. 22. q. 4. Aliquando non eſt emiſſum uotum expreſſum, ſed facta de liberatio, iuxta c. qui bona. 17. q. j. & tunc cùm ex hoc quis non obligetur eccleſiæ, ſed ſolùm Deo, ut ibi putat do. Abb. tale propoſitum eſſe in melius commutabile authoritate propria, iuxta no. in c. literaturam. ĩ. de uoto. Et ita intelligi poteſt iſte text. in uer. propoſitum obliget. Vide Hoſt. in ſumma de uoto, ſed quis uouere poſſit. & gl. & Doct. in c. ſed penſandũ 6. diſt. & Bar. in l. pro hæred. in prin. ff. de acqui. hære. Aliquãdo propoſitum eſt expreſſum, uel iuratum à modò, ꝙ obligat eccleſiæ: & de hoc loquitur iſte text. in uer. ꝓmiſſum. iſcta rub. Et tunc ſi illud, in quo uellet cõmutare, non eſt bonũ maius, ſed dubitatur, & requiritur authoritas ſuperioris ſecũdũ Inno. & omnes hic. Si autẽ eſt euidenter melius & cõpaſsibile à primo: quia etiã poſſet utrũque adimplere: & idẽ quia ſic eſt de omni mutatione uoluntaria. per c. j. ĩ. de uoto, ſecũdũ do. Ant. & do. Abb. hic: ſed Imol. aliter ſentit ꝑ c. ſcripturæ. ĩ. de uoto. & per id, ꝙ dicit hic do. Ant. ꝙ qui uoluit ire ad ſanctum Iacobum, ſi ingreditur religionem, liberatur uoto, & tamen potuiſſet utrunque adimplere, priùs ire, & poſtea ingredi ſed dic ſpeciale eſſe fauore religiõis. ut ĩ. in ſeq. caſu. Erit autem authoritas epiſcopi in hoc ſufficiens, etiam ubi eſt iuratum ſecundum Innoc. in c. debitores. ĩ. eod. & multùm ſequitur do. Abb. hic confirmans per iſtum text. & pro ipſo facit ponderatio Ioan. And. in ſimili in c. cùm quædam. ĩ. eod. ubi dicit, ꝙ quando dicitur de relaxatione cõcedenda, & legiſlator ſibi non reſeruat, uidetur cõcedere epiſcopis: & facit, quod dixi ĩ. c. pro-
2 xi. in primis quæſtionib. ¶ Aliquando † non poteſt ſeruari iuramentũ ſine turbatione maioris boni: & tunc licet ſit tutũ requirere ſuperiorẽ, tamẽ ꝓpria authoritate cõtrauenire poteſt, ſecũdũ do. Ant. hic per c. commiſſum. ĩ. de ſpon. & c. licet. ĩ. de reg. Sed contrariũ tenet hic Imo. quia iſta iura nõ probant. Et ꝙ non probent, tenet etiam do. Abb. hic, & impugnat domin. Ant. quia per hoc ſequeretur, ꝙ ſi iurans ſeruire uni hoſpitali, uellet ſeruire alteri hoſpitali magis indigẽti ſeruitoribus, ꝙ poſſet irrequiſito ſuperiore. Hoc autem nimiùm reſtringeret c. 1. de uoto. ſecũdum eum, ubi ſimpliciter dicitur, ꝙ etiam in melius uotũ commutari non debet ſine authoritate ſuperioris. ¶ Poſſet autem procedere dictum do. Ant. ubi quis uellet profiteri religionem: quia authoritate propria hoc poterit relicto omni uoto, per d. c. ſcripturæ. ſecundum do. Abb. hic. tum fauore religionis: tum, quia commutat temporale obſequium in perpetuum: non commutabile cum aliquo uoto. Imò gl. in c. monach. 20. q. 4. quòd ingreſſus religionis reſoluit omne uotum. Facit. c. uoluit. & glo. 33. q. 5. & quod
✻ no. Rom. in ſing. 514. ✻ incip. capias tria. ¶ Adde do. Abb. in c. ſcripturæ. in 1. col. ĩ. de uoto, late, ubi reaſſumit iſta ultima dicta, quæ ponit hic, uidelicet ꝙ c. 1. de uoto. non procedat in ingrediente religionẽ: Idẽ tenet beatus Tho. 2. 2. q. 88. art. ult. & Tho. & Ric. in 4. diſtin. 38. q. 8. arti. 2. & habetur in Sum. Piſana, in uer. uotum. el 6. Limita, an, ſi eſſet rex, uel imperator, qui uouiſſet ire cum exercitu in ſubſidium Terræ ſanctæ? quia tale uotum nõ cõmutaret in religionẽ propria authoritate, ſecundũ Ric. ubi ſ. Sed tutius eſt omni caſu petere diſpẽſationẽ à ſuperiori, ſm Inn. in d. c. ſcripturæ. in prin. licet do. Ab. hic aliter eũ referat. Et intellige hæc oia, ut habeãt locum in obligatione concernente Deum. Vbi autem quis iuraſſet ad utilitatem priuatam, non poſſet etiam in melius illo nolente cõmutare, ſecundum do. Abb. in d. c. ſcripturæ. ut hic per l. ij. §. ſi. ff. ſi cer. pet. & Inſt. quib. mo. tol. ob. in prin. nec authoritas ſuperioris ſufficeret, per notata in c. quanto. ĩ. eodẽ. & per Innoc. in c. cùm inter P. ſ. de renun. & ſentit Ioan. An. in regula, in malis. lib. 6. ¶ Quantũ ad ſecundũ dictũ huius decret. propter quod ſemꝑ allegatur ubi dicit ꝙ frãgenti fidem
✻ licitè fides nõ ſeruatur, ✻ concordant iura alleg. in gl. & tex. ubi omnino uide gl. in regula, fruſtra. lib. 6. & ideo iurans ſeruire domino feudi, nõ tenet ſeruire ablato feudo, arg. c. 1. ĩ. de feu. & c. potuit. ĩ. de loc. & promittens non expellere emphiteutam, intelligitur, ſi ſeruauerit promiſſa ex parte ſua, l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. Et no. bene hunc tex. ꝙ d. reg. procedit, etiã qñ eſt iuratum. ¶ Et per iſtam regulam infert hic do. Ant. & latiùs do. Abb. unum, quod ego
3 deberem facere, uidelicet ꝙ † doctor obligatus ad lecturam, licitè deſiſtet, ſi ſibi nõ ſatisfit ſecundum promiſſa. Oportet enim, ꝙ conducens adimpleat contractũ pro parte ſua, l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empt. l. ædiles. in fin. ff. de ædil. edict. Non tamen habebit ſalarium pro tempore, quo deſtitit, quia non adimpleuit contractum pro parte ſua, ut dicebat Albe. de Roſa per d. l. ædiles. in fi. quod intelligit dom. Ab. hic, qñ potuit perſeuerare in lectura: quia non indigebat pecunijs. Sed ſi propter defectum pecuniarũ oportuit, ꝙ deſiſteret, non imputatur ſibi: & ſi per eum nõ ſteterit, poterit agere ad intereſſe, per l. ſi in lege. §. colonus. & l. qui operas. ff. loca. Et per iſtam regulam infertur, quòd ſi in inſtrumento pacis promiſſi

✻ *514. Adde ꝙ debuit allegari ſingul. 504. Ir. capias tria. ubi habes tria pulchra in materia uoti, ꝙ multum faciunt ad dictam per Anth. hic quem uide omnino.*

✻ *Fides non ſeruatur.*] *Adde Cy. Bald. Salyc. Alex. & Iaſon. in leg. cum proponas. C. de pactis. Ioann. Andre. in nouell. in regu. fruſtra. de regu. iuris in 6. & ibi Dyn. late. Cardin. hic. Socin. in tract. regul. reg. 149.*

promiſi te non offendere ſub pœna, & poſtea tu offendas me, ſi ego te offendo, non inculpabor de pace fracta, nec cōmittitur pœna. Et ita tenet Io. And. in dicta regula, fruſtra. & in addi. Spe. ſuper rub. de treu. & pa. & Bal. & alii in ca. cum proponas. C. de pac. & Barto. in l. cum pater. §. libertus. ff. de leg. 2. & do. Abb. in c. quemadmodum. in 3. not. ĩ. eo. & Bal. Imo. & Roma. in l. ſemel mora. ff. ſol. ma. & Bal. in l. qui fidem. ff. de tranſac. & in l. vt vim. ad fi. ff. de iuſt. & in. & in l. cum mulier. in 6. oppo. ff. ſol. ma. & ibi per Roma. in 34. col. & Ang. in l. qui inſulam. ff. de verborum ob. & Bal. in l. fi. ff. de eo, per quem factum erit. Bene facit l. qui cum mater. §. libertus. ff. de bon. lib. ibi, ignoſcendum eſt ei, ſi voluit vlciſci prouocatus. Et non dicitur fractor pacis, qui ea cauſa noua * offendit, prout fecit ille, ſm Bart. eleganter in l. ante facta. §. cauſa. per illum tex. ff. de pœn. & ſequuntur do. Ant. & Imo. in c. 2. ẽ. de renun. & Bal. in c. j. in prin. de pace tenenda. Et in dubio præſumitur ex cauſa noua, ſm Bald. ſolenniter in l. ſi prædium, in pen. col. C. de edi l. act. Et hinc eſt, q̃ ſi facta pace cū Sempronio ipſe bannitur poſſum cum offendere non obſtante pace, quam cum eo inierā ſm Bar. Bal. & Ang. in l. quid ergo. §. ſi hæres.

* *Ex cauſa noua*] *Adde Bar. in l. ante facta. §. cā. ff. de pœ. & in l. ſi de certa. C. de trāſ. Bal. ĩ c. 1. col. 2. de pace tenē. Ant. & Imo. ĩ c. cū inter P. Ganfre. de renū. Pau. Ca. ĩ l. qui ſeruū. ff. de ver. ob. Ro. in l. ſemel mora. ſol. ma. Io. an. ĩ addi. Spe. ĩ ti. de tre. et pa. et Bal. in l. Gracchus C. de adult.*

4 † per illum tex. ff. de leg. j. & in l. j. §. nū autem fuit. per illum tex. ff. de dolo. & Io. And. in d. regula iur. fruſtra. & Bar. & alios in d. l. qui inſulam. Et cum iſtis concordat Bal. in l. cum proponas. in prin. C. de nautico fœnore. dicens, quòd in quacunque promiſſione, quam quis facit alteri, ſemper intelligitur conditio, niſi ex culpa alterius partis aliud euenerit. Et de iſtis per Roman. conſilio. 182. incipien. In propoſito caſu dicendum eſt, pacem non eſſe fractam. & conſi. 258. incip. in caſu propoſito dicendum eſt pacem non eſſe fractam.

¶ Quinimo ipſe prouocatus ſecundò offendens poterit petere pœnam a primo, ſecundum Bar. Bal. & Imo. in d. l. cum pater. §. libertis, de leg. 2. per illum tex. in ver. ceterùm. & Bar. in l. j. §. cum arietes. ff. ſi quadr. pau. fe. dic. & Pau. de Caſt. in d. l. ſemel. quia ſeruus offendens non dicitur feciſſe contra conuentionem, poſtquam eam ſeruare non tenebatur, per iſtum tex. Eſt verum, q̃ vbi ambæ partes contraueniſſent, & non appareret de prioritate, ſecus eſſet, quia exactio pœnarum tunc compenſatur, per tex. ſing. in c. conſtitutus. ĩ. de pœnis. qui ſic intelligitur per do. Ant. ibi, licet per ipſum aliqui ſimpliciter dicant, ſecūdò contrauenientē non poſſe petere pœnā, vt p Bal. Imo. & Ro. in d. l. ſemel & in d. l. cū mulier. Et per iſtam regulā conſuluit latè Anch. conſi. 154. incip. ex ſerie facti * q̃ ſi ex duobus contrahentibus vnus depoſuit pecuniam penes tertium, vt daret alteri contrahenti ſecum omni contradictione remota, ſi ille contrahens venit contra contractum, poteſt depoſitarius ex tali contrauentione ſe tueri, & non tenetur ſoluere depoſitum, quia ſicut principalis non tenebatur, vt hic, ita nec ipſe, cū ſit eius miniſter. Nec obſt. q̃ erat contractus depoſiti, in quo exuberat bona fides plus, quàm in aliis cōtractib. quia non denegabatur depoſitum illi, qui depoſitauerat, ſed alteri. Vnde illi potius, q̃ alteri frangēti fidē erat tenēdū, arg. l. bona fides, ff. depo. & quod no. Bar. in l. qui Romę. §. Flauius. ff. de ver. ob.

* *Ex ſerie facti.*] *Adde quod nō dicit hoc in alle. cōſ. ſed ĩ cōſ. 360. inc. ex ſerie facti. vbi in terīs ponit repetita ab Authore hic.*

5 ¶ Modò ſunt † aliqui caſus, in quib. prædicta non procedunt, & imò rumpenti fidem, uel iuramentum, debet fides ſeruari. ¶ Primus caſus eſt, quando obligationes non ſunt reſpectiuæ adinuicem, id eſt, non reſpiciuntur ad idem factum, ſed ad diuerſum: utputa, promiſi tibi ſimpliciter dare certum librum, & iuraui, tu etiā poſtea iuraſti aliquid facere: certè licet ego non adimpleam promiſſionem meam, tamen tu non euitas periurium, ſi differs adimplere promiſſionem tuam. quia tu nō promiſiſti ratione promiſſionis meæ, ſed ſimpliciter. Habet ergo locum regula in obligationib. adinuicem reſpectiuis, & circa idem capitulum, uel connexū, non circa ſeparatum, ut latè p do. Ant. & do. Abb. hic, & Ang. in l. qui ſeruum. ff. de uerb. obl. & Sal. in d. l. cùm proponas. Sentit gl. in l. ſi duo. ff. de dolo. & ſic poteſt intelligi c. quod Deo allegatum in gl. et hic per do. Abb. ¶ Sed iſta intellige, ſecundum do. Card. hic. ubi omnia iſta capitula conglutinarentur in unam obligationem: quia tunc habent uim unius capituli. Alleg. quæ ipſe ponit in c. ſecundò requiris. ĩ. de app. dum ponit, q̃ clauſula poſita in principio, uel in fine, refertur ad alia principaliter in eadem obligatione conglutinata. Et quæ ſit ratio, quare circa idem, uel connexium liceat fidem frangere, nō circa ſeparata uide Sal. in d. l. cùm proponas. ubi dicitur, q̃ primū ſapit proprie defenſionem, ſecundū offenſionem, ſicut in ſimili Bald. & Ang. in l. ut uim. ff. de iuſti. & iu. quod ad defenſionem licitum eſt offendere, non ad offenſionem. Et ideo dicit Bar. in l. quæ omnia. ff. de procur. q̃ improperanti mihi delictum poſſum dicere mentiris. ſed non poſſum aliud delictum improperare: quia primū eſt defendere, ſecundum offendere. Quomodo autem cognoſcantur capitula ſeparata, uide Bart. in l. Aurelius. §. idem quæſij. in fi. ff. de lib. leg. & meliùs, quam alibi, p Anch. conſi. 204. * incip. Iudea, 2. de iure iudicaturus. ¶ Secundus caſus eſt in conuentione facta ſuper treuga: quia non poſſum frangere fidem frangenti mihi eandē, * donec durat tempus treugæ, * ſecundum Innoc. do. Anton. Ioan. An. & do. Card. hic alleg. in arg. l. actione. §. diximus. ff. pro ſocio. ubi tū non uidetur probari. Idem Ioan. An. in Spe. in rub. de treuga & pa. all. Vinc. in c. 1. ẽ. de treuga & pa. & Archid. in c. illi, qui. 24. q. 3. Et ita dicit ſeruari in Hiſpania. Et ſecus dicit in frangente pacem, per prædicta: Et cum illis tranſeunt Ange. & Imol. in l. ſi ex legati. de uerb. ob. & Angel. Raph. & Paul. de Caſt. in l. qui ſeruum cod. tit. Faciunt in l. cum, qui ita. §. qui ita. el ſecūdo. ff. de verborum obliga. vbi pactum de non petendo ad certum tempus eſt fortioris vinculi, quàm pactum de non petendo. ¶ Sed Imo. hic, & in d. l. qui ſeruum. dicit, q̃ illud potius procedit de conſuetudine, quàm de iure, per regulam huius tex. cum ſimilib. quia iura allegata in contrarium non probant. Nec ad hoc ſecundum eum, obſtat tex. in capit. inter verba, ad fi. 11. q. 3. alleg. per Ioan. And. quia ibi loquitur, quo ad forum conſcientiæ. ¶ Item vltra Imo. dici poſſet, q̃ ſi haberetur reſpectus ad illum text. idem eſſet in pace, quia dicit, ſi illi pacem nobiſcum non habent, nos ſine dubio cum illis habemus, quia loquitur de debito ſuperabundanti, non neceſſario. ¶ Tertius caſus eſt, quando contractus nominatus iam eſt executus. Vnde ſi vendidi tibi librum, & cum tradidi, vt tu mihi decem dares, non potero poſt traditionem libri repetere librum, ſi non das decem, ſed agendum eſt ad pretium l. inciuile. C. de res vend. per quam. l. dicit ibi Bal. in princip. limitari omnia prædicta ante veram traditionem, & executionem factam, & ita procedit hęc decre. per prędicta. ¶ Quartus caſus eſt, qñ ille, qui fidem non ſeruauit, ſoluit mihi pœnā ex conuentione incurſam. Nā poſtea teneor ſibi ſeruare fidē, quia ſolutio pœnæ habetur pro obſeruātia contractus, & pœna ſuccedit loco præſtationis rei principaliter debitæ, l. prædia. ff. de act. emp. l. apud Celſum. §. Labeo. et t. ff. de dol. exce. ita notanter voluit Cy. in l. petens, in 2. q. C. de pac. & Bal. ibidem in 16. colum. & Bald. alij in d. l. cum proponas. & Bal. in l. iuriſgentiū. §. quinimò. in 7. col. ff. de pac. Bal. in d. l. ſemel mora. ¶ Quintus caſus eſt, qñ in pacto eſſet appoſita clauſula, q̃ etiam ſecuta contrauentione ratum maneret pactum, quia tibi frāgenti fidē adhuc fides ſeruabit, ſm gl. in uer. ex conſenſu. circa med. in c. cum inter R. ſeniorē. ẽ. de ele. & do. Ant. in c. conſtitutus. ĩ. de pœn. ¶ Sed contrarium tenet Ro. in d. l. ſemel in 5. col. * quia dicta clauſula, Rato manente pacto, * nihil operatur ad cōmodū ipſius primi non obſeruantis contractū, vt eſt glo. in l. qui fidem. ff. de trāſ. & no. Bal. in d. l. cum proponas. & Imo. in c. potuit. ĩ. de locat. & domi. Anto. in c. dilecti. ẽ. de arbitr. & Imol. in vltima colum. & Bal. & Sali. in l. 2. C. de iure emphy. & do. Abb. in d. c. cū inter R. in j. col. & ibi Imo. in 3. col. & hic adde Sal. in l. quoties. in fi. C. de fideicommiſ. ¶ Et adde iſtis do. Anto. & do. Abb. in c. ſicut. el 3. ĩ. e. vbi dixit contra Hoſtien. q̃ etiam ſi vnus frangenti fidē ex neceſſitatę, tū alius non

* 204.] *Adde quod allegatio eſt falſa, eſt enim cōſ. 208. incip. iudex de iure iudicaturus. col. 3. num. 6.*

* *Treugæ.*] *Adde Bald. in Rubr. de treug. & pac. col. ult. Marian. Soc. conſi. 26. inci. Ianuenſium Dux. col. 9. & Auth. in c. 1. col. 2. de treug. & pac.*

* *Rato manente pacto*] *Adde Bal. in addit. ad Spe. ti. de locato. colum. 5. verſ. clauſula. rato manente pacto. & ibi Spec. §. nunc aliqua uer. 36. & ſeq. Bart. poſt glo. in l. 2. col. ult. verſ. quero quando promiſſa eſt. C. de iu. emph. Et adde contra quod operatur in fauorem ſeruantis pactum. glo. & Dec. in capitu.*

poteſt

tenetur ſibi ſeruare promiſſa, quia ceſſat reſpectus, per quem promiſit. ¶ Vltimò per iſtum text. dicit Bald. hic, quòd in feudis præſtitis cum iuramento fidelitatis nō debet dominus, etiam ſi ſit Imperator, uel Rex Francorum, reuocare conceſſionem feudi, ſi uaſallus ſeruat fidelitatem, quòd dicit tenendum menti.

petuit in uer. potuiſſet expelli. de locato. gloſſ. in d. l. 2. C. de iure emph. in glo. mag. in uer. repellere. uerſ. item ſi promiſit pœnam. Bar. in l. qui fidem. ff. de tranſact. col. 2. uerſic. Quæro quid ſi hoc caſu. Et iſta clauſula fac t pœnam pluries committi, l. ſi duo. §. ſemel & ibi Bart. ff. de arbitr.

SVMMARIVM.

1 *Perditio uitæ non ſequitur ad perditionem membri.*
Membri appellatione quid ueniat.
2 *Voluntas alicuius quibus modis declaratur alteri.*
3 *Conſenſus alicuius ſi requiratur in iudicio, poteſt ipſum præſtare per nuncium.*
4 *Regulæ ſanctorum ſunt canones ſummorum Pontificum, & aliorum ſanctorum patrum per eccleſiam Romanam approbati.*
5 *Hæreticus eſt, qui negat Papam habere poteſtatem condendi canones.*
6 *Transgreſſor canonis qua pœna puniatur, & quantum peccet.*
7 *Prælati, qui timore principum non adiuuant Papam, quam pœnam pati debent.*
8 *Securitas ſi cui data eſt ueniendi, uidetur etiam data redeundi.*
9 *Limina Apoſtolorum an dicantur eſſe, ubi eſt Papa.*
10 *Dicens alicui ſecretum ſuum, & ſubiungens, Hæc dico tibi in confeſſione, an poſſit reuelare.*

CAPITVLVM. IIII.

EGo N. ¶ Ponitur forma iuramenti ſeptem capitula continentis, ſecundum quam iurant Papæ epiſcopi, qui ſunt exempti. Nam alij nō exempti iurant ſuis archiepiſcopis, ut in c. dilecti. ſ. de maior. & obe. ¶ Hodie uero omnes recipientes dignitatē à Papa, ſibi iurant. Vnde etiam abbates ita iurant in benedictione, ſicut epiſcopi. De iuramento, quod præſtāt inferiores clerici, habes in c. quanquā. 23. diſt. & ſm Hoſt. & Io. An. c. tua. ī. eod. De iuramento uaſalli in dn̄m, habes in c. de forma. 22. q. 5. De plurimis alijs iuramentis uide in Spec. in iſto tit. §. 1. uer. illud autem. & Bald. in repet. l. 2. in ſ 4. chart. ff. eod. & do. Abb. in c. dilecti. ſ. de maio. & obe. In text. ibi, ab hac hora. Iſta dictio Ab, ſecum principium includit, ſecundum Bald. hic, & non excludit. Aliquādo autem ponitur excluſiuè, l. Iulianus. §. fin. de act. empt. & per Cy. in l. à caligato. C. de nup. Et licet teneatur excluſiuè, quādoq; fit computatio de momento ad momentum. Vnde adijcitur momentis temporum, quando de die ad diem. Quandoq; adijcitur diebus, & idem de alijs temporibus, ut in mēſe & anno, quia excludit extremitatem, & reliquum tempus includit. ¶ Dicitur ergo, Ex hac hora, id eſt, ſine dilatione. Alleg. Arch. in c. 64. diſt. Sed de iſta dictione * A, vel Ab, * vide latiſſimè Bald. in d. l. à caligato. & in Dictionario Alber. in 1. col. Et in effectu attenditur ratio & intentio diſponentis, argu. ſecundum Bald. hic, quòd in publicis inſtrumentis debeat apponi hora. ¶ In text. ibi, hora, Litis not. quod inſtrumentis debet apponi hora, quod Bal. hic, dicit eſſe uerum, ſi expedit ſcire horā, ut glo. ſing. in l. ſi ex pluribus. §. fi. ff. de ſol. Aliàs ſufficit apponere diem, & idem dicit de loco loci, & pondera diuerſimodè, gl. in d. l. ſi ex pluribus ut per Bald. in l. fin. uer. quapropter interdum. C. de edi. di. Adr. tol. & in l. præſcriptione. C. ſi contra ius, uel uti. pub. & in l. eum proponas. in fin. de interdi. matri. & in l. imperator. ff. de ſtat. ho. & in c. licet cauſam. & in c. quoniam contra. ſuprà de proba. & in c. 2. ſ. de conſt. & in c. paſtoralis. & c. capitulum. ſ. de reſcri. & in c. conſuluit. ſ. de off. deleg. ¶ Et ſubdit non pertinenter, ſed eleganter Bald. hic, quòd qui iurauit ſoluere in die Dominica, non incidit in periurium, ſi ſoluat media nocte ſequenti. Alleg. Archi. in c. quod à patribus. 75. diſt. ubi dicit, quod ſi fortè cōmitti poſſet aliqua fraus, relinquitur arbitrio boni uiri, & ſic ſaluatur gl. in l. more Romano. ff. de fer. Et dicit, quòd nox eſt facta propter diē, nō dies propter noctē. Alle. Magiſtrū ſententiarū in Pſalmis. Et pro dictis Arch. in d. c. quod à patrib. uide gl. ſing. in c. pronunciandū. de conſec. diſt. 3. quæ uoluit, quod clericus obligatus ad ſolutionē certo die, pōt ſoluere in media nocte, quæ ſequit illā diem. ¶ In tex. ibi, Petro, ſanctæq; Romanæ eccleſiæ. Dicitur ſeruari fides beato Petro ſeruādo fidē, quā ipſe ſeruauit & docuit: & ſic intellige de fide catholica. Seruat aūt fidelitatē Romanæ eccleſiæ, tenendo eā matrē magiſtrā, & præ omnib. alijs excellentē, ſecundū Inn. hic. Et per uerbū Romanæ eccleſiæ, dixit Cardinalis, ſecūdū Ioan. An. quod hoc iuramentū ad eos extendit, cū & ipſi conſtituant eccleſiā Romanam, & ſint pars corporis Papæ, c. per uenerabilē. §. rationib. ī. qui fi. ſint leg. cle. 1. ad fin. de pœnis. c. nouit. ī. de his, quæ fiunt à præ. Sed dicit Ioan. An. quod litera ſequens cōtradicit: quia ſecundū id fuerat proponēda, uult dicere, quod cùm ſtatim fiat mentio de Papa, nō uidetur, quod includat in hoc uocabulo Romanæ eccleſiæ: nā ſi litera uoluiſſet per hoc uerbū intelligere Papā & Cardinales, feciſſet priùs ſaltē mentionem de Papa, ſicut facit poſtea: ſi ergo per illud uerbū non cōprehendebat Papa, nec Cardinales & iſtud ſequit do. Car. & do. Ant. hic. ¶ Sed pro Cardinalibus tenet hic do. Ab. per c. cùm clerici. ī. de uer. ſig. & dicit, quod iſte text. prius uoluit includere totū collegiū Romanū tanquā dignius, ut in eo Papa includat, & poſtea, ne uideat neglect', uel trāſire ſub generalitate, fit ſpecifica mētio de Papa: & per hoc dicit, quod ſic iurās nō aſtringit cuilibet Cardinali in ſpē, ſed collegio Cardinaliū, ſicut in ſimili dicitur de obligato capitulo, ut non ſit aſtrictus cuilibet Canonico, ut in c. qui manumittitur. cū ſi. 12. q. 2. Secus in Papa, & ſpecialiter hic exprimitur, quod credit do. Abb. fuiſſe factū ſeriosè propter cauſas pmiſſas: & ſubdit ex hoc per iſtū tex. quatenus ſpecialiter exprimit nomē propriū Papę, quod uaſallus eccleſiæ tenetur iurare epō etiam in factis proprijs, arg. c. ſcire. 7. q. 1. Sed canonicus nō tenetur iurare, d. c. quæ manumittitur. Et pro prędictis facit iſte text. in uer. ad eorū damnū quē exponūt Inno. & Hoſt. ſecundū Car. in tex. ibi, Canonicè intrantib. exponit Bal. i. ſecundum regulas ſanctorum Patrum & conciliorum: aliàs non eſt Papa, ſed intruſus & Antipapa, & dicit, quòd Cardinales non plus poſſunt, quam ſit eis conceſſum à canone, ut in cle. ne Romani. de elect. & hoc in ſubſtantialib. De ceremonialibus, dicit, non eſt curandum, & inter ceremonialia ponit intronizationem & coronationem, quia nihil conferunt, ſi electio non ualeret: quia nihil operatur poſſeſſio intruſo, niſi ad damnum ſuum & ignominiam, l. Herennius. ff. de decur. Et ideo dixit alibi Bal. quòd Papa Canonicè electus, eſt Deus in terris, in l. ſi poſt principium. C. ſent. reſcin. non poſ. Alle. c. ſi quis pecunia. 78. diſt. ibi, non Apoſtolicus, ſed diabolicus habeatur. Et not. iſtum text. quod iuramentum præſtitum prædeceſſori non tranſit ad intruſos. Similiter dicit ſignanter Bald. hic, quòd iuramentum præſtitum intruſo, non tranſit ad intrantes Canonicè: alleg. l. ſi urbana. ff. de condi. inde. Faciunt alleg. per glo. in regula, non firmatur dn reg. iur. in 6. ¶ In † tex. ibi, uitā,
aut membrum. Not. quòd ad perditionem
2 a membri non ſequitur perditio uitę. Quid
autem ueniat appellatione membri, uide
* Bart. Ange. & Imol. in l. 2. * ff. de pub. iu. & Domi. in c. 1. 12. diſt. & Bald. in l. reos. in 2. colum. C. de accuſat. & in l. data opera in 22. colum. C. qui accuſ. non poſ. & Angel. in §. penult. in authent. ut iudices ſine quoquo ſuffragio. Et iſtorum dicta poſui in c. cùm illorum. infrà de ſentent. excommun. Et ſtrictè dicitur membrum corporis id, quod habet officium diſtinctum, & ſeparatum, ut pes, manus, oculus & ſimilia, & bene facit capitul. ſingul. 89. diſtinct. Et quòd manus etiam arida, ſit membrum, alleg. hic domi. Abb. capitul. ſicut urgeri 1. quæſt. 1. & uide Bald. in authent. ſed nouo iure. C. de ſer. fug. & quę dixi poſt Ant. in c.

A, uel Ab,] Adde Alex. in addit. ad Barto. in l. patronus. §. Sempronio de lega. 3. cum concor. ibi per eum & in l. 1. §. 1. de ucē. Rōm. man. et latiſſime Oldr. cōſ. 49. incip. Conſueuit dubitari, qui infinita iura, & authoritates allegat ad hoc.

a Perditionem] Adde tu, an abſciſſio membri ſit pœna capitalis? uidetur, quod non, quia illa tantùm dicuntur capitalia, ex quibus mors naturalis, uel ciuilis infertur. Item per abſciſſionem membri quis non amittit teſtamenti factionem, l. qui mutus. ff. de teſta. Et ideo ſi per abſciſſionem membri non perduntur ea quæ ſunt iuris ciuilis, ergo pœna capitalis non eſt. Adde Barto. in l. 2. ff. de public. iudic. in 2. colum. in uerſicul. ſecundo quæro.

In l. 2.] Adde ad hanc materiam Alexand. plene ibidem. & Angel. latiſſimè in tractat. maleſ. in uer. membrum. & Roman. in l. 1. ne quis eum qui in ius. in 3. colum.

1.ĩ.de calum. Digitus autem non eſt membrum, ſed pars mem
bri, ſcilicet manus, ut in locis prædictis, præter quam in ſex ca
ſibus, quos poſui nouiſſimè in d.c. & illorum ubi etiam retuli
Bal. hic. Sed dum ibi dixi, q in præcioſo artifice utente prin-
cipaliter certo digito, ſatis dicitur abſcindi membrum, ſi ille
digitus deputatus in ſpecie officio abſcinditur, adde do. Mari.
latè idem tenentem in reperit. c. qualiter. q. 9. art. 57. in uerſi.
2 Et aduerte, quia ſi pretioſo, ĩ. de accuſ. ¶ In † text. ibi, per ſe li
teras, aut nuncium. Nota tres modos, quibus aliquis declarat
alteri uoluntatem ſuam, ſ. uoce, nuncio & literis, ſecundum do
mi. Ab. Adde glo. in c. inſtitutionem. in uer. participationem.
de ſent. excom. lib. 6. & in clem. ſi ſumus. in uer. per literas. de
ſent. excom. & ubique Scribentes, ubi dicitur excommunica-
tionem incurri mittendo nuncium, uel literam, ſicut loquēdo.
Idem Dom. in c. ubi periculum. §. nulli. de elect. lib. ſextò. Et
ideo dixit Bal. & Roma. in l. j. in prin. ff. de uerb. obl. q ſtatutū
puniens loquentem cum bannito, habet locum in mittente
★ nuncium*, uel literas. Facit c. quæ in aliquo
ibi, literis, uel magna authoritate. 51. diſt.
Et ibi dicit Dom. nota, q ille dicitur præ-
ſens actu qui per ſuas literas conſentit il-
li. Ex quo infert, q patronus poteſt præſen
tare rectorem per literas, de quo gl. & Do-
cto, in c. ea noſcitur. ĩ. de ijs, quæ fiunt a pre
la. Et generaliter dixit glo. 2. in l. ſi cum dotem. §. ſi patri. ff. ſo
3 lu. mat. q † ubi requiritur conſenſus alicuius in iudicio, poteſt
ipſum præſtare per nūcium, uel epiſtolam, & alleg. ibi Angel.
tex. in l. honores. §. ſi. de decu. Idem dicit Bar. in l. 1. C. de de-
cu. lib. duodecimo, & in l. filiusfam. in ſi. ff. de dona. & in l. ſi qs
mihi bona. §. iuſſum. ff. de acqui. hære. & Bal. plenè in authen.
cauſas. C. de epiſ. & cler. facit l. ſi. C. de iure emphy. & l. ſi aliqd
C. de dona. & c. non debet. & c. epiſcopus. 65. diſt. Et iſta ſunt
regularia, tamen ſepæ reperiuntur caſus, in quibus lex requi-
rit propriā perſonam, nec ſufficit nuncius uel epiſtola, ut in ca
ſu c. ſi quis iuſto. circa ſi. de elect. lib. 6. & l. obligari. §. tutor. ff.
de autho. tut. & c. cum proponas. de conſec. diſt. 4. & in alijs ca
ſibus, quos allegaui in c. licet ex quadam. ſuper uerſic. proprio
iuramento. ĩ. de teſt. cum ſi. ¶ In tex. ibi, regulas ſanctorum pa
trum. Exponit Innoc. id eſt, canones ſummorum Pontificum &
aliorum ſanctorum patrum per eccleſiam Rom. approbatos ut
4 17. diſt. per totum, & † appellantur epiſcopi cuſtodes & magi
ſtri canonum, ut in c. cum quibus. 23. q. 3. & alibi dicuntur mi
niſtri ſacrorum canonum & decretorum Pōtificum, in §. 3. 21.
diſt. & ita dicit hic do. Abb. nihil allegans. Et per iſtum tex. ui
detur, q epiſcopus non ſeruans, uel ſeruari non faciens cano-
nes, incidit in periurium, quia non dicitur defendere, neq; re
tinere, quod non ſeruat, prout iurauit hic, quod dictum eſt ſa-
tis acerbum, ſecundum do. Abb. hic, & facit glo. 1. in c. ſacerdo
tes. 2. q. 7. quæ dicit, q a prælato non ſeruante canones poteſt
recedi, ſicut receditur ab excommunicato, & ab alio præciſo
ab eccleſia, & illam glo. ſequitur Roma. in
★ ſingul. 510 ★. † incip. Curialis. Sed iſta in-
5 tellige de non ſeruante ex contemptu, ſe-
cundum do. Abb. latè in c. & non liceat. in
1. col. de præſcri. & in c. ſciſcitatus in 3. col. ſu
prà, de reſcript. Et hoc etiam facit c. alieni.
2. q. 7. Eſſet autem hæreticus, ſi crederet Pa
pam non habere poteſtatem condendi ca-
nones, ut in c. nulli fas. & ibi glo. 19. diſt. [&
per glo. in c. generali. in uer. inhibemus. de
ele. li. 6. Dicitur autem cōtemnere, quando
contrauenit ſine cauſa, ſecundum gl. in ca.
Metropolitanum. 2. q. 7. Quando autem e-
★ piſcopus diſpēſare poſſit contra canones*,
dicendum eſt, ut per Inno. in c. dilectus. ĩ.
de offi. ord. & per omnes in c. at ſi clerici. §.
de adulterijs. ĩ. de iud. Et quando ſtatuat
contra canones, dicitur c. quod ſuper his. ĩ.
de maio. ubi dicit, q ſi intelligit illa glo. de
nō ſeruāte canones, qa credit Papā eos nō
poſſet condere, q eſt clarum, quia eſt hæ-
reticus, ut ĩ. & propter hæreſim recedit ab
obedientia, ut per glo. in d. c. & non liceat.
Si autem intelligeret de non ſeruante ca
nones ex malitia, uel ſimplicitate, eſt falſa,
ſecundum ipſum. Alleg. do. ſuum do. Anto,

✱ *Nuncium] Ad de Alexand. in l. 2. in princip. ff. de uer. obl. & ibidem Rom.*

✱ *510.] Adde et dicas, quod uult dicere ſingul. d. ubi uideas poſita ab Auth. hic cum alijs concordan.*

✱ *Contra canones.] Adde an Epiſcopus poſſit diſpenſare aduerſus conſtitutionem concilij. & dic regulariter quod non. ſecū dum Arch. c. licet canon. de ele. in 6. tamen ex iuxta cauſa poteſt ut dicit Io. de Lig. in c. At ſi clerici. de iudic. & ipſum refert Rot. in nou. de teſt. ſub tit. de iure patron. incip. in religioſo profeſſo. cir. med. in uerſic.*

in c. noſtra. ĩ. de choa. cler. ſecundum intel-
lectum do. Abb. qui melior uidetur. ¶ Ge-
6 neraliter † autem, qua pœna puniatur trāſ
greſſor canonis, & quantum peccet, proſe-
quere, ut elegāter per Do. in d. c. generali.
in 8. col. per Imo. in cle. 1. ſuper gl. ſi. de eta.
& qualit. per Dom. in c. ſi Papa. in pe. colū.
diſt. 60. & in c. nec licuit. circa med. 17. diſt.
per Inn. in c. per tuas. el 2. in ſi. de ſymo. per
bea. Tho. in 4. ſen. diſt. 15. q. 3. artic. 1. circa
fin. & in ſuis Quodlibetis: quodlibeto 39.
per do. Abb. in c. illud in 3. nota. ĩ. de maio.
& obe. per Arch. & Dom. in §. leges. 4. diſt.
p Do. in c. perpetuæ. in 5. not. de elec. lib. 6.
per do. Abb. in c. quod autem. ĩ. de pœ. &
remiſ. & in c. 2. in pe. col. ĩ. de fo. compe. &
Imo. & do. Abb. in cap. 1. ĩ. de uita & hone.
cle. per Ana. in c. 1. in 1. col. ĩ. de male. per
do. Car. in cle. 1. in 15. col. de uita & hone.
cler. per Imo. in c. 1. in ſi. ĩ. de cōſt. per Bal.
in l. legis uirtus. ff. de legi. per Dom. in c. 2.
in antepe. col. de conſtit. lib. 6. per Arch. in
c. uiolatores. 25. q. 1. & in c. utinam. 76. diſt.
& in c. quod præcipitur. 14. q. 1. per Imo. la
tè ĩ. eo. cum contingat per do. Ab. in c. quo
niam. ĩ. de proba. & ibi aliquid dixi per eū-
dem in c. clerici. el grande. ĩ. de uita & ho-
neſt. per do. Ant. & Imo. in c. 2. ĩ. de maior.
& obe. per Ro. in l. is, cui bonis. in pen. cha.
ff. de uerb. obl. per Car. in cle. ne in agru. §.
ſi quis. in 4. q. de ſta. mo. & in cle. 1. in 9. q.
7 alias 4. de ætate. & qualitat. ¶ In † tex. ibi,
contra omnes homines. No. teat. ſecundum
do. Abb. contra prælatos, qui timore prin-
cipum ſecularium non adiuuant Papam,
quia incurrunt periuriū. Quod intellige, qn abſq; metu princi
pū poſſent adiuuare, aliàs difficultas excuſat eos a periurio,
c. breui. ĩ. eo. & ibi dicetur. Et intellige uerbum Omnes ho-
mines, præter quàm contra filios, uel proprios parentes, ſecū-
dum glo. in c. de ferijs. 22. q. 5. & do. Abb. hic. Quod intellige
rem, niſi tales paterentur bellum a Papa propter hæreſim, p
c. legi Siromaſtem. 23. q. 8. & glo. pe. in c. 1. ĩ. de conuerſio. in
ſi. ¶ Item intellige contra omnes, non tamen contra ſeipſum,
ſecundum dom. Car. in ſuis not. cauſarum, nota. 9. ubi ſingu-
lariter dicit. q ſi dominus offendit uaſallum, eo ipſo priuatur
proprietate, per c. unicum, qualiter dom. feudi propri. priua. &
ſic uaſallus poteſt eum offendere. An autem promittens de-
fendere, intelligatur obligatus defendēre, cum armis, ſi eſt
laicus, & an teneatur defendere de iure & de facto, an de iure
tantum, eſt quæſtio longa, de qua per domi. Abba. in capitu. pa
rito. infrà eod. & ibi fortè dicetur, & credo me alias dixiſſe
in capitul. olim. infrà de accuſa. ubi Ana. ponit in fin. ¶ In
tex. ibi uocatus. Not. quia non dicit peremptoriè. Ex quo in-
fert Io. An. quē alij ſequunt, q una uocatio ſufficit. & hoc ē re-
gulare in oī actu extraiudiciali, ſm eos, ut eſt ēt gl. in cle. 1. in
uerſ. requiſierit de hæreti. & in c. ſi eps. & ibi latè Domin. 18.
diſt. & in c. cupientes. §. quod ſi per uiginti. in uerbo, propoſi-
ta de elect. lib. 6. no. Inn. in c. cum nobis olim. ĩ. de elect. Bart.
in l. qui Romæ. §. Seia. ff. de uerb. obl. & do. Car. & do. Abba. &
Imo. in c. cum cauſa, ĩ. de offi. deleg. & do. Ant. & do. Abba. &
Imo. in c. ex literis. ĩ. de conſti. Bar. & Imo. & Ro. in l. de pupil-
lo. §. ſi quis ipſi prætori. ff. de ope. nou. nun. Bal. in l. qui crimē.
in 8. q. C. qui accuſ. & in l. nam ita diuus. ff. de adop. & in l. ad
peremptorium. ff. de iud. & in auth. item nulla. C. de epi. & cle
ri. & in l. ſi. in 4. q. C. de edi. diui. Adria. & in c. 1. in 2. & 3. & 4.
col. de milite uaſallo, qui contu. & Imo. in l. ex conſenſu. §. ſi. in
antepen. col. ff. de app. & in l. ſi finita. §. ſi plures. in 8. col. ff. de
dam. infect. In quibus locis plura inuenies circa hoc, quod ue-
riſſimum eſt, niſi in caſibus extraiudicialibus, in quibus lex ex
preſsè requirit ulteriorem uocationem, ut in caſu cap. 1. ĩ. de
ſup. neg. præla. cum ſim. licet de materia ſiant multa uerba in
locis prædictis. Et aduerte, qu a licet ſynodus propriè ſit epi-
ſcoporū, c. epiſcopus in ſynodo. 35. q. 6. & concilium Papæ, ta-
men etiam quandoque concilium appella-
★ tur ſynodus, ut in c. Nicena* ſynodus. 31.
diſtin. & in c. in ſynodo congregata Romæ,

quod intelligerem ſine magna cauſa neceſſitatis etc. ex concor. ut ibi. & uo. Rom. conſ. 325 in eip. quo ad primū. in dub. 3. & conſ. l. 428. ſc. ĩ terminus. cir. ſi. l aſ. poſt Bal. in l. omnes populi. nu. 2. ff. de iuſt. & iur. & in l. j. in 1. no. C. de prec. imp. offer. Abb. in c. cū dilecti. col. 3. uerſi. una tamē. de ele. Author tamen in c. 1. in 7. fallen. da conſtitu. dicit hoc procedere ubi ſuperior conſuli non poteſt, ſecus ſi poſſet. p l. Diui fratres. de pæ. & l. Diuus Pius claudio. ff. de falſ. & uo. Auth. in d. c. at ſi clerici. §. de adulterijs. a uerſi. Virum epiſcopus poſſit ſine cauſa diſpenſare. uſque in ſi. ubi habes materiam amplam.

✱ *Nicena] Ad de quod quatuor fuerunt*

fuerunt uenerabiles ſinodi, inter cetera concilia, quæ a noſtrã fidem complectuntur quaſi, quatuor euangelia & quatuor flumina paradiſi prima fuit Nicena prima anno Domini 315 ſub Syluestro Pō. & Conſtantino, conuerſo epiſcoporum 318. in qua damnati ſunt Arrius, Photinus. & Sabellius ſecunda fuit Conſtantinopolitana pri. ſub Damaſo.1. Papa. temporibus Gratiani & Theodoſij principum, anno Domini 371. patrum 150. contra Macedonium qui negabat Spiritum ſanctum Deũ eſſe ſed ſeruum patris & filij de quo c. eis q 1. q. 1. Tertia Epheſina. 3. ſub Caleſtio primo Papa & Theodoſio iuniore, præſidēte Cyrillo Alex. epiſ. Era 468. Epiſtol. 300. in qua damnatus fuit Neſtorius aſſerens duas perſonas in Chriſto, & Beatam uirginem nō Dei ſed hominis tantũ genitricē & hæc oſtēdit in duabus naturis unam Chriſti perſonam. de qua 16. diſt. c. Prima autem ſinodus. §. Tertia in Epheſo. & dicitur prima ad differentiã ſinodi Epheſinæ. 2. quæ fuit reprobata. ut diſt. 16. c. quoniã Sancta. Quarta Chalcedonenſis, 630. epiſc. temporibus Leonis. 1. Papæ & Martini Imp. Era 488. cõtra Eutichem Conſtantinopolitanum Abbatem qui aſſerebat, Chriſtũ poſt humanam aſſumptionē non ex duabus naturis exiſtere, ſed ſolam in eo diuinam naturã permanere, & contra Dioſcorũ eius, deffenſorem de quibus habes 15. diſt. c. canones & diſt. 16. c. quoniam ſancta & c. prima autem Synodus. §. Quarta in calcedone, & ibi habes ad plenum materiam ſanctorũ cõciliorum.

8 63.diſt.cum ſi.¶ In † tex.ibi,eundo & redeũ
do No.arg.ſecundum do.Ab.q̃ cui data eſt
ſecuritas ª ueniendi,uidetur data ſecuritas
redeundi,non enim ſecurè uenit, qui tutè
redire non poteſt. Et ita tenet Bar.in l.uti-
mur.ff. de ſepulc.uiol. facit, q̃ ipſe no.in l.
cui.ff.ex q.cau.ma.& l.1.ff.ad l.Iul.maie.
ſm.do. Abb. hic. Adde Do. in c.diſciplinas.
in notabilibus,75.diſt.ubi per illũ tex.col-
ligit,q̃ ſecuritas pro eundo ad locum, non
uidetur ſe extendere ad reditum,niſi expri
matur. Dicit tamē intendum c.2.ē.de treu.
& pac.ubi dicit, euntes & redeuntes. & ſic
* ſentit cum cõi *,quam etiam ſequitur Imo.
in illo c.inferēs,q̃ ſi detur alicui ſecuritas,
carcer priuatus. qa fit lege tolerante, ſicut ualet pactū cū ſcri-
ptore, de ſtando in compedibus, donec fuerit completus liber
ut per

Monacho] Adde an ſolus Abbas ſine monacho poſſit hereditatem repudiare, et quod ſic facit l. 1. §. per ſeruum. ff. de acq. poſ. Bal. in l. 1. q. 10. & in l. bonorum. q. 5. C. qui admit. Barto. in l. tutor. in fi. ff. de bonor. poſ. Lap. alleg. 26. in fi. Bal. in l. ſi pupillorum. C. de repud. hær. & ★ eſt communis ★ opinio ut teſtatur Anth. in c. in præſentia. col. fi. uerſic. 10. quæro de prob. Iaſon tamen in l. legatum. ff. de leg. 1. colum. 3. uerſic. ultimo reſtat arduum dubiū hanc q. diſputat, & poſt multa contra communem adducta reſidet cum communi, col. 4. & in. Federic. conſil. 9. incip. caſus talis eſt Im. & Gemi. in c. 1. de reb. eccl. non alien. in 6. Cardi. & Abb. in c. tua nuper. de his quæ ſiunt à præla. ſine conſ. capitul. licet Abb. ibi dicat quod hic caſus eſt ualde dubius tamē ubique hanc ſententiam tenuit ut in c. 1. col. pen. de dolo & cont. in d. c. in præſentia. & in conſ. 32. incip. ad claram deciſionem. Ant. de Bot. in c. quoniam per illum text. de do-

cim. Bal. in Auth. ſi qua mulier. col. ult. C. de ſacroſ. eccleſ. & in l. ex repudiatione. C. de fideicom. Roma. in conſil. 193. incip. Viſis quæ narrantur in facto. Alber. de Roſ. in l. legatum. de legat. 1. de hac tamen alibi dicam ad longum. & etiam dixi in appoſtil. in d. c. in præſentia.

ut per Spec.alleg.ſ. & eſt gl.nota.in l.ſtipulatio.§.fundi. ff.de oper.no.nunc.& ibi hoc notant Doct.& Bar.in d.l.ſtipulationes,iu 8.q. Et ſi iſtud eſſet contra bonos mores naturales, ut ſentit do.Abba.non conualidaretur iuramento, prout iu ſequenti fallentia,regula,nõ eſt.lib.6. Nec obſt.d.l.liber homo, quia iſtud non eſt damnificare corpus perpetuò: neque talis ſeruitus eſt reprobata,quia nõ eſt duratiua. Item non eſt propriè ſeruitus,ut probant uerba Bal.& iſta confirmantur optime ex infrà dicendis in quæſtione,de pacto de non cedendo

9 bonis.¶ Fallit † quartò, niſi interueniret iuramentum, quia putat do.Abba.hic, quòd tunc is,qui iurauit, poteſt compelli ad obſeruationem iuramenti,ut ſtet in loco,donec obſeruet, quod conuenit, non tamen aliter debet detineri inuitus, qa eſſet contra bonos mores,ſecundum ipſum. Sed certè per proximè dicta uidetur, quòd imò talis poſſit compelli inuitus ſtare in loco, maximè quia iuramentum debet ſeruari in forma ſpecifica,ſ.eod.ad noſtram.& ibi dixi.Vnde ſi iurat non recedere, cogeretur præciſè ſtare, uel cogetur ſoluere, prout fuit factum hic.Et iſtud ſentit hic Imol. ¶ Præterea licentia abbatis facit, quòd monachus poſſit inuitus detineri quia non poteſt reſiſtere Abbati,ut dicit domi.Abb.iu ſequenti fallentia. Ergo idem facit iuramentum,quia non poteſt reſiſti Deo,cui eſt iuratum. ¶ Fallit quintò & ultimò in abbate, qui uellet deputare monachum non propriè ut obſidem, ſed ſimpliciter ad ſtandum in certo loco,donec eſſent ſeruatæ,&c.quia etiam

10 eo inuito poteſt ſecundum do.Abb. ¶ Fallit † etiam in clericis ſecularibus,quos inuitos non poſſet epiſcopus modo prædicto obligare,& nõ ſint ita aſtricti,nec poterunt inuiti teneri, licet à principio conſenſerint,arg.c.contingit.ĩ.de ſent. exco. nec epiſcopus in hoc poterit diſpenſare, argu.c.ſi diligenti.ſ. de for. compet.ſecundũ ipſum.Et per iſta uerba uult expreſſè do.Abb.monachum non poſſe dari, ut uerum obſidem: * quod credo uerum, licet Bal.ut ſuprà retuli,æquiparando eum filio aliter ſentiat. Si enim ex toto æquiparetur filio, uel ſeruo in caſu iſto, ſequeretur inconueniens, quòd teneretur ſeruire creditori, quod eſſet in opprobrium religionis, contra c.ſtudeat.in fin.l.diſt.& concurreret duplex ſeruitus in eadem perſona,una ratione profeſſionis, alia ratione obligationis, quod repugnat in re ſacra, per regulã, ſemel Deo.lib.6. Et ideo dicere oportet, quòd iſti non eſſent propriè obſides,ut expreſſè uult gloſſ. & Imol.hic.Conſidera etiam,dum do.Abb.dicit,quòd clericus, qui à principio conſenſit epiſcopo dari in obſidem, poteſt poſtea inuitus detineri apud creditorem etiam non conſentiẽte epiſcopo,quia fortè idem eſt in eo,quod in monacho. Ex quo enim clericus à principio conſenſit, uariare non poteſt,c.cùm autem.de iure pat. c. ortundus. 32. q.5. Et ſicut pro utilitate publica,id eſt,ut crimen puniatur, aliquando licet clerico ſeruire laico iuſſu epiſcopi,d.c.ut famæ.ita quando eſſet clericus in obſidem datus pro utilitate eccleſiæ,uidetur tutus, cùm detineatur de licentia epiſcopi.Bene admitto differentiam inter monachum & clericum in uno, ſcilicet quòd monachus poſſit

11 à principio inuitus obligari,ſed clericus non. ¶ Et † iſta inducuntur hic eleganter per do.Ant. & Imol.ad quæſtionem, quam non uidentur decidere, utrùm quis poſſit renunciare beneficio ceſſionis, * promittendo nõ cedere bonis & uidetur, quòd non, quia per ceſſionem bonorum euitantur carceres,l.j.C.qui bon.ced.poſſ. & ſic renunciando ceſſioni obligat ſe ad carceres,& per conſequens, ad ſpeciem ſeruitutis,l.2.ff.de lib.hom.exhib. Et ideo nõ ualet, d.l.Titio centum.§.1.ff.de condi.& demonſt.Et ita tenuit Bartol.& Imol.in l.alia.§.eleganter.ff.ſolut.matr.alleg.glo.in authen.imò.C.de act.& ob.Idem Angel.in repe.l.nemo carcerem.C.de exac.trib.lib.10.& Cyn.latè in d.l.j.qui bon.ced.poſſ.& do.Ant. in c.cùm contingat.ĩ.eod. & facit opin.do.Abb.hic in alia materia,de qua ſ.

12 ¶ In contrarium † facit, * quia fauor pro ſe introducto quilibet renunciare poteſt, l.ſi quis in conſcribendo.C. de pac. Item, quia per acceptationem quinquennalium induciarum debitor uidetur renunciare beneficio ceſſionis, l.fin.& gloſſ. fin. C.qui bon. ced.poſſ. quantò magis expreſſè renunciari poteſt. l. cùm quid. ff.ſi cert.pet.Et ſecundum hanc partem conſuluit Feder.conſilio 60.incip.Quòd pactum ſeu renunciatio.Idem tenet latiſſimè Imol. in cap.cùm contingat.1 3.char.uer.item aduerte, quia per prædicta.ĩ.eod.& Ang.& Roma.iu d.§. eleganter. & ſentit Imol. hic. Non obſtat, quod de ſeruitute dictum eſt,quia non eſt uerum,ut dicit gloſſ.iu d.l.j.poſtquam carceratur debitor lege permittente, nec eſt uerum,quòd ſit contra bonos mores quia, ut dicit Bartol.in dicto §. Titio centum, ſi carceratio eſſet contra bonos mores, non fuiſſet à lege inducta, & latiùs reſpondet iſtis Imol.in d.c.cùm contingat. Et hoc tenendo limita,ſecundum Feder.iu d.conſil. niſi eſſet manifeſta & notoria mendicitas, quo caſu pactum etiam iuramento firmatũ non tenet, quia uideretur eſſe contra ius alimentorum. Et per pactum non poſſit deduci, ne egeat, ſed teneatur iu ſolidum, alleg.c. cùm quidam. ĩ. eod. & notata per Specul. in titul. qui filij ſint legi. §. 1. uer. pone. ubi habetur, quòd pactum iuratum contra ius alimentorum non tenet. ¶ iſta

13 † etiam faciunt ad quæſtionem dubiam,

a utrùm [a] ualeat pactum, per quod debitor in inſtrumento obligat ſe ad carcerem? de quo per Angel.in authent.ut non fiant pignorationes. in fin. & per Angel. Imol. & Roma.in d.§.eleganter.& Imol.in d.c.cùm contingat.& Bal.in l.Titio cẽtum.§. Titio. ff.de condi.& demonſt.& Angel.in l.nemo poteſt.ff.de leg.j.& communis * opinio eſt, quòd non,tum,quia debitor non eſt dominus membrorum ſuorum, tum, quia non poſſunt partes facere,quin debeat ſolennitas & ordo iudiciorum ſeruari,ut per gloſſ. in c.de cauſis.ſ.de offic. deleg.cum ſimilibus. Sed de iure non poteſt inchoari proceſſus ab executione, ſed requiritur libellus,litis conteſt.& ſentẽtia,l.j.C.de execu. rei iudic.& ad capturam in ciuilibus precedere debet libellus,l. conſentaneum.& ibi Bartol.& Doct.C.quomodo & quando iud. not.Bart. iu l.ex eo.C.ad l.Iul.pecul. Facit ſolenne dictum Innocent.& Hoſtienſ. in c. P.& G. ſuprà,de offic.deleg. ubi dixit non ualere conuentionem, per quam debitor conuenit, quòd ſi in termino non ſoluit, poſſit excommunicari non data alia citatione & contumacia, & ſic non ſeruata forma cap.ſacro.infrà, de ſentent.excommu.

14 ¶ Similiter † non ualet pactum, quòd liceat creditori authoritate propria capere debitorem non ſoluentem in termino, ſecundum Bald.in d.authen.imò propter gl. ibi, C.de act.& obli.& Ange.in l.ſi unus.§. pacta, quæ turpem.ff.de pact. & Bartol.in d.§. eleganter.& Bart.& Bald.iu d.l.Titia.& Angel. in d. l.nemo carcerem, & Imol. in d.c. cùm contingat.Bald. in authent.ſacramenta puberum. iu 1. colum. Vbi hoc ampliat, etiamſi ſit iuratum.Et Specul.de renunc.& conclu.§.1. uer. item eſt beneficium qui dicit, quòd hoc fallit in ſcriptore,nam ualebit pactum,quòd poſſit teneri in compedibus. Item fallit in obſide propter generalem conſuetudinem, alleg. iſtũ text. Item fallit iu eo, qui pecunia redem-

Obſidem] Adde Ant.Corſet.in ſuis ſingul. in lit. O. in uer. obſeſ. ſingul. incip. An Epiſcopus & Rom. ſing. 505. incip. Nunquid Epiſcopus. & Socin.in tract.reg. regul.267.

*Beneficio ceſſionis] Adde ad hanc materiam Alber. in rub.C.qui bon. ced.poſ.colum.ult. Bartol.in l.alia.§. eleganter.ſol.mat. Cyn.in d. l.1.q.6. & nota quod opinio negatiua eſt * communis. ut teſtatur Alex.conſ. 37.incip.Viſo.col. 2.uerſ.& in propoſito.uol.2. Ioan. Fab.in §.fin.inſtit. de act.nu.7.uerſ. n.*

conſueuit quæri. ubi unico uerbo docet omnes doct. poſt Dyn.in d.§.eleganter. tenere talem renunciationẽ non ualere. Henr. in c. Odoardus de ſolut. col.1. Alex.in d.§. eleganter. ſub nu. 14. uerſicul. Puto uerum eſſe.

In contrarium facit] Adde Bart. Bal. Ang.Saly.& Paul.Caſtr.in l.1. C.qui bon.ced.poſ. Bart.in rubr.ff.de ceſ.bonor. Alberic. in rubr.C.qui bon. ced.poſ.col.2 in fi. uerſ. itẽ quæritur quid ſit beneficium ceſſionis. Alex.in l. alia.§. eleganter. ſol.matr.ſub num. 11. circa med. & late proſequuntur domini de Rota ĩ antiq. deciſ. 210. incip. nota quod quis. quæ eſt ſecunda ſub tit.de arbit. & deciſ.566.inci. Vtrum poſſit renũciari.quæ eſt. 31. ſub tit. de ſent. & re iudic.de hac tamen & præced.dicam alibi.

a *Vtrùm] Adde ſuppoſito quòd pactum ualeat, an tranſeat ad heredes? Bartol. in l.ſi deceſſerit.ff.qui ſatiſda.cog.in princ. in uerſic.& ſic per hanc l.tenet, quòd nõ tranſit ad heredes. Adde ad iſta, quòd ſecus eſt in ſtatuto, quia ſi ſtatutum diſponit, quòd debitor non ſoluẽs poſſit incarcerari, eo mortuo, tunc ſimiliter eius heres poterit incarcerari. Et ſi ſtatutum loquens de incarcerãdo debitore, habet locũ in eius herede. Ita tenuit Bart.l.in l. poſtulante. ff. ad Trebel.in princip. ubi dom. Alexan. limitat tribus modis poſt Bald.in l. per diuerſas. in 2. q.C. mandati. & poſt Salic.in l.ſi.§. in*

in computatione. C. de inc. delib. Idem tenet Ange. in lege j. C. qui bon. ced. poſſunt. Roman. in lege alia. §. elegan-ter. ff. ſolut. ma-trimon. Paul. de Caſtr. & domin. Alexand. in dicta lege ſi deceſſerit. quicquid teneat Angel. ſibi con-trarium in repetit. lege nemo carce-rem. in penult. colum. C. de exa-ctor. tribut. libr. decimo Et puto, quòd ſit triplex ratio diuerſitatis inter pactum & Statutum. Pri-mò, quia ſtatu-tum ſemper loqui-tur, lege Arrian. C. de hæretic. & ſic ſtatutum lo-quitur ita in hæ-rede, ſicut in de-bitore, cum iure hæres ſit debitor. Secunda ratio eſt, quia plus poteſt Statutum, quàm pactum, ut decla-rat Bartol. in leg. omnes populi. ff. de iuſtit. & iur. in tertia quæſtio. tertia quæſt. prin-cipali. Tertia ra-tio eſt, quia in pacto, quando uer-ba pacti ſunt du-bia, debent inter-pretari contra eũ, qui ex pacto ſe fundat, cum de-buerit legem aper-tius dicere, & ſic de hærede facere mentionem: lege ueteribus. ff. de pact.

✻ *In integrum] Adde quod iu-ramentum habet uim ſpecialis cer-tiorationis ideo ex cludit beneficium Velleiani, & in integrum reſtitu-tionis ſecundum Alexand. conſilio. 27. incipien. Viſo libello. colum. ſe-cunda, verſicul. & quia ubi iuramen tum. uol. primò. & in conſil. 42. incip. ſuper. colum. 4. in uol.*

ptus fuit ab hoſtibus, quia pro tali pecunia non reſtitutus poteſt à redimente inuitus retineri, ſecundum Angel. in d. l. nemo. per l. fin. C. de capti. Item fallit in debitore fugitiuo, ſecundum Bal. hic: nam hoc fit lege permittente, l. ait prætor. §. ſi debitorem. ff. de his, quæ in fraud. cre. Et ſubdit Bald. hic, quòd à contrario ualet pactum, quod debitor non poſſit perſonaliter diſtringi, per l. ſi conuenerit. ff. de re iudica. & capit.
15 Odoardus. infrà, de ſolu. ¶ In † gloſſ. penul. in fin. Iſta tertia ſolutio tenetur, ex qua not. diligenter, & ſemper tene menti, ſecundum Imol. & domin. Abba. hic quòd licet mulier non renunciet Velleiano, principaliter iuuatur in fauorem ſui merito, & contractus in contrarium firmatur iuramento, arg. capitul. 2. de pact. libr. 6. & ſic multo minùs non iuuaretur dicto beneficio, ſi renunciaſſet cum iuramento. An autem poſſit ſine iuramento renunciare? ✶ gloſſ. communiter tenet, quòd ſic, ſi mulier priùs fuit certificata de beneficio Velleia. aliàs ſecus: & ſic ſeruatur, ſecundum Imol. hic. An autem de iure procedat, communiter tenetur. ſecundum ipſum, quòd ſi fiat in iudicio, tenet renunciatio, l. ſi. §. penul. ff. ad Velleia. Sed ſi extra iudicium, regulariter non tenet: quia ex eadem fragilitate uidetur renunciare, ex qua ſe obligauit pro alio, l. doliſ clauſula. §. diuerſum. ff. de noua. & remittit ad Cyn. & Bartol. in l. fin. C. ad Vellei. ¶ Adde Ludo. Roman. in l. ſciendum. ff. de uerb. obligat. ubi exa-
16 minat, an † ad excludendum minorem, uel mulierem ab auxilio reſtitutionis in ✶ integrum, ✶ iuramentum tantum operetur, quantum ſi interueniſſet certificatio de qualitate beneficij ætatis, uel Velleiani ſibi competentis? & latiſſimè concludit, quòd ſic: quia iurans cenſetur cogitaſſe ſe nullo beneficio, ſi quod ſibi competeret, uti poſſe Et quamuis non cogitauit in ſpecie, ſufficit cogitaſſe in genere, & refert dicta Bald. in leg. 2. C. de reſcin. uend. & pro hoc dicit eſſe caſum rotundum hic, non deſtruendo literam: quia hic nulla fit mentio de certificatione beneficij Velleiani, & tamen compellitur mulier ſeruare iuramentum. Nec obſtat, quòd fideiuſ ſit pro eccleſia, & ſic pro pia cauſa: quo caſu non habet locum beneficium Velleiani, l. fin. C. ad Vellei. quia de hoc text. nihil præſupponit, ſecundum ipſum dicentem ſe mirari illum textum non fuiſſe priùs à Doctoribus notatum, & dolet ſe inaduertenter aliquando conſuluiſſe in contrarium. Sed adde domin. Anton. in capitul. ſi diligenti. ſuprà, de foro compet. ubi idem tenet, & allega. iſtum textum & quędam alia: præſertim l. cùm pater. §. filius matrẽ. de leg. 2. Idem tenet Archid. & Ioan. And. in capitul. 2. de pact. libr. 6. per illum text. indiſtinctè loquentem: & idem tenet Bal. in d. Auth. Imol. & domin. Abba. hic, & do. Abba. in d. capitul. ſi diligenti. & Paul. de Caſt. in l. fin. circa ſi. ff. ad Velleia. per text. in authẽ. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. uen. ubi per iuramẽtum excluditur minor à beneficio reſtit. in integ. abſque alia certioratione illius beneficij. Illud etiam uidetur de mẽte Bar. in l. ſi quis pro eo. in 5. membro, ff. de fideiuſ. & eſt notabile dictũ, licet forte non probatur ita bene hic, ſicut dicit Ro. quia non poteſt iſta mulier ſe obligare pro abbate, niſi in facto monaſterij, cùm abbas nihil habeat proprium, c. abbati. 54. diſt. Reliqua, quo ad iſtam renunciationem Velleiani, dic, ut per Docto. in dicto c. ſi diligenti.
17 ¶ In † gloſſa finali ibi, hoc ſolùm uidetur iuraſſe. Si intelligitur ille textus quòd coniuges promiſerunt tanquam fideiuſſores principales debiti, ceſſat motiuum gloſſ. & poſſunt conueniri, ſecundum ea, quæ habentur in authentica de fideiuſ. in princip. Sed gloſſa uidetur ſentire iſtos fuiſſe fideiuſſores obligationis facti, uidelicet ut conuentio de obſidibus & aliis obſeruetur: quo caſu promittentes factum alienum tenentur ſolum præſtare operam, quam poſſunt, & non aliud. Et ſecundum hunc intellectum collige unum ſingulare, ſecundum dominus Abbas quòd licet aliàs promittens factum alienum, ad nihilum obligetur, niſi ſpecificè promiſerit ſe facturum & curaturum, lege ſtipulatio iſta. in princ. de uerborum obligatione. tamen ſi ſimpliciter promiſit factum alienum cum iuramento, obligatur ad operam præſtandam, ut fiat, ſicut ſi ſe ſpecificè obligaſſet, ut ſic ualeat iuramentum eo modo quo ualere poteſt, dicta lege cum pater. §. filius matrem. de leg. 2. & ad hoc facit textus, & gloſſ. in capitul. ſicut ex literis. & in capitulo ex literis. el ſecundo. de ſponſ. ſecundum ipſum. ¶ Adde in terminis pro hac nota gloſſ. final. relatam ad textus in cap. tibi domino. 63. diſtinct. & gloſſa ſecunda, in capitulo ubi non eſt. 30. quæſtione ſecunda. & glo. in capitul. de forma. in uer. conſilium. in fin. 22. quæſt. 5. & gloſſa magna. in cap. unico, 31. quæſt. ultima, & Angel. & Imol. in l. inter ſtipulantem. in princ. ff. de uerborũ obligat. & Bartol. in l. ſi quis pro eod. in 6. membro, ff. de fideiuſ. & Bald. in §. ſi quis alij. Inſtitut. de inut. ſtipol. & in l. fin. C. de non numerata pecunia, & dominus Antonius in cap. cum contingat. in 6. chart. infrà eodem. & Bald. in l. pactum. in 9. quæſt. C. de collat. & Archa. in regula, acceſſorium. de regul. iur. libr. 6. & Roma. & Raph. in l. fin. §. fin. ff. ſi certum petatur. Et dominus Abbas poſt alios in capitul. gemma. infrà de ſponſ. ubi uidetur dicit, quòd de iure Canonico eſt caſus de hoc ualde nota in capitul. ex literis. el ſecundo, et in cap. ſicut ex literis. infrà de ſpont. in quibus ualet illa iurata promiſſio, Promitto, quòd talis tibi nubet et rationem aſſignat ibi gloſſ. quia iuramentum ſupplet ad illam promiſſionem, ſcilicet me facturum et curaturum. Vnde dicit ibi eſſe caſum pro Canoniſtis ad illud commune dictum, quòd iuramentum habet uim regulæ. Si nõ ualet, quod ago, ut ago, ualet ut ualere poteſt. Ad quod Legiſtæ ſemper allegant l. §. filius matrẽ. et cum prædictis concor-
18 dat etiam Bald. hic per illum tex. iuncta glo. ¶ Et † iſta eſſent utilia in utroque foro: ſed in foro Canonico dicendum eſt fortius, quòd promittens factum alienum, ✶ etiamſi non iuret, ſemper obligatur ad faciendum et curandum, quantum in ſe eſt, ut id fiat. Ita eleganter dicit do. Anto. in c. ex literis. el 2. in c. ſicut ex literis. et in c. gemma. infrà, de ſponſ. Et eſt uerum, quod do. Ab. in c. ex literis. dicit, quòd hoc eſt æquiſſimum, ſed non probatur, quia interuenit iuramentum, et pro ipſis facit, quia loquitur in matrimonio, in quo etiam ſimplex promiſſio facti alieni tenet de iure ciuili; et ſubintelligitur clauſula, Facturum et curatu- 19
rum, lege Titia. in princ. iuncta glo. j. ff. de uerbo. oblig. Tamen pro opin. do. Anto. eſt gloſſ. multum ſing. in cap. Eleuterins. in gloſſa ſecunda. 91. diſtinctio. quæ loquitur indiſtinctè, et mouet ſe ex æquitate iuris Ciuilis, per quam in ſtipulationibus prætorijs ſimpliciter promittens factum alienum intelligitur promiſiſſe facturum et curaturum, lege quoties quis. ff. de uer. obl. Et adde hic unum, quòd quando promittitur factũ alienum, & adijcitur pœna, ſi tale factum eſt contra legẽ, non tenet etiam pœna, gl. eſt in l. ſtipulatio iſta. in princ. ff. de uer. obl. propter quam conſuluit latè do. Card. conſilio 86. incip. Do. Nicol. marchio Atteſtis, quòd non tenuit promiſſio pœnalis facta per dom. Mantuæ, & dom. Paduæ. in qua promiſerunt facere, quòd marchio Nicolaus daret Bononienſibus Nonantulam & Bazanum, quia ſunt terræ eccleſiæ. Ergo hoc promittere non potuerunt. Et no. quòd promittens factum alienum, etiam appoſita pœna, ſi probat ſe feciſſe & curaſſe, licet ſecutum non fuerit, euitat pœnam, ſecundum dom. Abb. latè poſt do. Anto. in dicto cap. gemma. quia difficultas excuſat à pœna, ut per Bart. in l. continuus. §. illud. ff. de uerb. obliga. & in

✻ *Factum alienum] Adde Ant. Conſ. in ſuis ſermo ... in uer. Pro-miſſio facti. ſi ... cap. licet alias pro-mittens ...*

in terminis conſuluit Feder. conſi. 122. incip. Maritus promiſit. ¶ Item not. perpetuò, quod mihi obligatus facere & curare, quòd Titius faciet aliquid, non oportet, quòd a me interpelletur ad faciendum, uel curandum, nec excuſatur dicendo, non ſui interpellatus, ut curarem, ſecundum Bald. in capit. domino guerram. in arg. l. j. C. de priua. carce. & in l. locationis. ff. locati. & l. non impoſſibile. ff. de pact. ¶ Extra gloſ. dicit hic Bal. per iſtum tex. quòd hic non fit mentio de executione debitoris, quia promiſſores promiſerunt facere & curare. ¶ Item quia iurauerunt, & eſt bene notandum, ſecundum ipſum, quòd

t 9 † ubi eſt iuratum, non requiritur excuſſio, quæ interdum requiritur ex diſpoſitione legis, interdum ex figura conuentionis, l. fi. §. ſed ſi cum Seio. ff. ſi cet. pet. & differunt, quia ubi beneficio legis, debet opponi ante litem conteſt. ſed ubi ex tenore pacti, poteſt opponi quandocunque, & alle. Bart. in l. j. C. de conueni. fiſci debi. li. 10. ubi dicit, quod aliud eſt fideiubere, aliud promittere quẽ indemnem conſeruare, quia intelligitur in ſubſidium, ſi principalis non eſt ſoluẽdo, & ſic ſentit Bal. hic, quòd in quocunque iurante ſit uerum dicere, quòd nulla præcedente ☆ executione ☆ poſſit inuitus conueniri.

☆ *Executione] Adde quod iuramentum de iure cõmuni habet executionem paratam, & ſtrictè magis communis opinio ☆ ſecundum Iaſ. conſi. 9. incip. circa primum in prin. uol. 1. & latius in conſ. 20. col. 1. uerſ. nõ obſtat ultimum momentum.*

¶ Sed contrarium eſt apertè de mente Barto. in l. ſi quis pro eo. in 8. membro, ff. de fideiuſſo. circa quod concordat Angel. in l. quæ acceſſionis. eod. titu. dom. Ant. & Imo. in cap. cum contingat. infrà, eod. & ipſemet Bal. ibi uult expreſſe competere exceptionem executionis. Non obſt. iuramento, regulari enim debet iuramentum ſecundum naturam contractus, ſuper quo interponitur, l. fi. C. de non num. pecu. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis cau. & quia iuramentum recipit conditiones a iure ſubintellectas, cap. quemadmodum, infrà, eod. & hic eſt nua, ſcilicet in caſu, quo principalis non ſit ſoluendo, authen. præſente. C. de fideiuſſo. & iſtud uerius. ¶ Subdit etiam Bal. hic, quod monachus poteſt agere contra abbatem, ut liberet eum ab obſidione, quia inter dominum & ſeruum poteſt eſſe iudicium pro perſona & libertate, licet pro rebus, ſi non competeret actio mandati, tamen competit officium iudicis. l. Mæuia. ff. de manu. teſt. l. ſeruos. ad cuſtodiam templi. ff. de alimen. & cib. leg. Et hoc procedit, etiamſi monachus non ſtetit diu in obſidione. Nec obſt. d. l. Lutius. in fi. ff. manda. quia dicit ſignanter Bald. quòd non habet locum, quando fideiuſſor eſt in carcere, etiamſi latiſſimus ſit carcer, ut ciuitas alicui aſſignata pro carcere, nam licet damnum pecuniarium poſſit reparari, carcer tamen irreparabilis eſt, & interim poſſet carceratus mori, quod non eſt expectan-

20 dum, arg. l. ij. & iij. ff. de ferijs. ſecundum ipſum. ¶ Subdit † etiam Bal. hic, quod debitor poteſt ſe obligare abſque iuramento ad ſtandum in certa ciuitate, & inde non diſcedendum ſine licentia creditoris, alle. Inn. hic. Ex quo infert, quòd idem poterit iudex, licet non poſſit committere creditori, quòd eum detineat captum, alleg. l. miſſi opinatores. C. de exactio. tribu. li. 10. ¶ Vltimò tangit hic Ioa. And. quis faciet expenſas pro obſidibus? & uidetur dicere, quòd debitor, & ita firmat hic dom. Car. ¶ Sed diſtinguit Imo. aut ipſe obſes non facit ſeruitia ei, cui eſt datus, & debet ipſemet ſibi facere expenſas, & ſi alius faciat, poterit repetere in l. ſi neceſſarias. in prin. ff. de pig. act. Secus tamen, ſi ſeruus commodatur, quia commodatarius, cui ſeruiet, faciet ſibi expenſas. l. in rebus. §. poſſunt. ff. commo. Et ſic dicit Imo. obſeruari in obſidibus. Et iſtis adde glo. in c. diffinimus. 17. q. 4. quæ dicit, quòd eccleſia debet paſcere fugientes ad eam. Et adde glo. fi. in c. fi. ẽ. de regula. & dicit Ang. in l. minime. ff. de appe. quod faciens quem carcerari, debet eum paſcere ſi ille non habet, unde ſe alat. Alleg. glo. in l. fi. C. de eroga. mili. anno. lib. 12.

SVMMARIVM.

1 *Periurus non eſt ipſo facto remotus a beneficio, ſed per ſententiam priuandus.*

2 *Criminoſus non perdit ipſo facto beneficium acquiſitum per prius, etſi eſſet homicida.*

3 *Infamis licet non priuetur ipſo facto beneficio eccleſiaſtico, ſecus tamen eſt in alijs dignitatibus & honoribus non beneficialibus, quia illis ipſo facto priuatur.*

4 *Collatio beneficij facta periuro, an ſit nulla, uel annullanda. Adde nu. 5. & 6.*

7 *Clericus an poſſit priuari beneficio ratione fidei uiolatæ.*

8 *Infamis licet nõ poſſit habere dignitatem, poteſt tamen eſſe antiquus uel decurio ciuitatis.*

9 *Querela an tantum importet actionem ciuilem, an etiam criminalẽ. Vide nu. 10.*

11 *Statutum ſi diſponit, ne quis in conſilio proponat de collecta imponẽda, an habeat locum, quando imminet magna neceſſitas.*

12 *Imperator an poſſit congregare conſilium data negligentiam eccleſiæ.*

CAPITVLVM X

QVERELAM. ¶ Periurus eſt ab eccleſia remouendus, quando non ex neceſſitate, ſed ex uoluntate uenit contra licitum iuramentum. H. D. ¶ In text. ibi non neceſſitate. Not. ſecundum Bald. hic, quòd qui non ſoluit in termino, non præſumitur periurus, niſi primò inquiratur, an uoluntate non ſoluerit, an neceſſitate coactus, quod dicit eſſe not. dignum ad notata per Innocent. in capitul. ſuper his. infrà, de accuſ. ubi dicit, quòd quando creditor opponit debitori periurium, habet fundatam intentionem ſuam, eo ipſo quod probat ſe mutuaſſe & lapſum eſſe terminum, etiamſi nõ probet illum non ſoluiſſe, ſecus in tertio opponente periurium, quia debet probare illum non ſoluiſſe, ut ibi per eum: & alias ibi dixi: nam illa dicta ſingulariter declarantur per prædicta. Vel non ſufficiat probare non ſoluiſſe eo caſu, quo probandum eſt, niſi etiam probetur eum non ſoluiſſe non ex neceſſitate, ſed ex uoluntate, per illum tex. iuncto dicto Bal. de quo nunquam ſis oblitus. ¶ In text. ibi remouentes. No. per

1 iurum † non ipſo facto remotum a benefi-

☆ cio ☆, ſed eſſe per ſententiam remouẽdum, & ſentit expreſſe gloſ. 3. hic in fin. quæ dicit, quòd iſte merito debet priuari. Et ſic not. uerbum Priuari. Et ita tenent hic omnes Doct. Ad idem eſt deciſio Innocent. in cap. inter dilectos poſt princip. infrà, de exceſ. prælat. ubi dicit, quod petenti beneficium ſuum non poteſt opponi exceptio periurij, uel adulterij, uel alterius criminis non inducentis ipſo iure priuationem beneficij. Et illa dicta Innocent. reaſſumpſit Dominic. in cap. quo iure in penu. colum. 8. diſtin. & in cap. ſtudeat. l. diſtin. & domi. Abba. in cap. ſi couſiliterit. infrà, de accuſ. & hic & in cap. item cum quis. in penultim. colum. ſuprà, de reſti. ſpol. Et iſtud etiam probatur in cap. ſecundo, in uerſicu. remoueretur. ſuprà, de reſcrip. & in capitul. fi. in uer. debebit. de iureiuran. libr. 6. & facit, quod not. Dominic. in capitul. quo iure in ultim. colum. 8. diſtinct. ubi dicit, quòd nullum crimen inducit priuationem ipſo iure, niſi ſit iure cautum. Allegat Innocen. in cap. cum noſtris. ẽ. de excel. præl. Tamen dicit Dom. de hoc ſe dicturum in ca. ſtudeat. l. diſt. ſed ibi non dicit aliud, niſi quod concludit homicidam non eſſe ipſo iure priuatum. Et ad iſtud de homicida, uide do. Car. & Ana. in c. inquiſitionis. in princ. de accuſ. cum concord. & additio. quas ibi multùm utiliter extendit. Et pro doctrina Dom. in d. c. quo iure faciunt, quæ proximè dicentur. Quod autem dicitur, in iurib. prædictis periurum eſſe priuandum beneficio, procedit, quãdo principaliter agitur ad puniendũ delictũ periurij, alias punitur pœna extraordinaria ☆ ſuſpẽſionis, uel ſimili. Ita tex. in c. 2. in fi. ẽ. de fideiu. ut ibi declarat do. Ab. in ult. no. Et iſtis adde, quod ratione periurij etiam commiſſi reſpectu certi beneficij priuatur quis nõ ſolũ ipſo beneficio, ſed etiam ab alijs, & inhabilitatur perpetuo ad beneficia ſuſcipiẽda. Ita tex. ẽ. c. proxime. quẽ multũ no. ibi do. Ab. in 2. no. ¶ Similiter † de eo 2

☆ A, beneficio.] Adde Roma. ſing. 516. incip. Periurus ex non obſeruatione Iaſ. in l. ſi duobus. §. item Põponius 2. no. de uerbor. hoc tamen intellige, ut poſſit priuari beneficijs, non autem deponi ab ordinibus iuxta no. in c. cum nõ ab homine de iud. ſecundum Abb. & Anth. ibi Qua autem ſint pœna. & effectus periurij. uide Bald. in l. 2. C. de reb. cred. Antho. in c. teſtimonium. de teſti.

☆ Extraordinaria] Adde Ro. ſingu. 425. incip. Ego coram magnus nuncio & Anth. in c. i. col. 5. uerſi. poteſt etiam. & in ca. 2. col. 10. uerſi. quæro limita de ſponſal. & Roma. ſingu. 426. incip. Cognouiſti.

tur maioritas delicti, quia quomodocunque peieret, ſuccedũt
iura loquentia de periurio ſimpliciter nõ expreſſo magis uno,
quàm alio: & dicit Arch. in dicto cap. 1. de ſepul. libr. 6. iſta
æquiparari, Iuro per fidem meam, uel per euangelia. Et quòd
uiolator fidei ſit periurus, tenet Arch. 22. quę. 1. in ſumma, &
Innocen. in c. & ſi Chriſtus. circa med. infrà eod. & domi. Ant.
clarè in cap. tuis. ǁ. de teſti. Et iſtam partem ſequar: quia ratio
nibus ſuis malè poſſet reſponderi, licet prima ſit benignior.
¶ In glo. in verb. irretiti. Dicit hic mirabi-
8 liter Bal. quòd † infamis nõ poteſt habere
* dignitatem, * tamen poteſt eſſe antianus
ſiue decurio ciuitatis ſuæ. Alleg. Bart. in l.
1. C. de mune. & hono. non continuan. libr.
11 ſed errauit Bal. quia Bar. non loquitur
de infamo, ſed infante, prout loquitur text.
ibi: tamẽ ignoſci debet vilibus oculis Bal.
ſubdit etiã Bal. hic, quod tantum eſt ceſſa
re a ſolutione per annum, quando eſt iuratum, quantum eſt
ceſſare biennio, quando non eſt iuratum: quod eſt aureum ad
materiam l. 2. C. de iure emphy. ¶ Item dicit Bal. hic, quòd
conductor, qui non obſeruat pactum, poteſt repelli a moder-
no vſu illius anni, ſed non a perpetuo vſu aliorum annorum,
pro quibus vult ſoluere penſionem. Fallit, ſi eſt periurus: nã
tunc poteſt in totum remoueri, vbi paopertas eum excuſet,
per iſtum tex. quem dicit ſe neſcire alibi. ¶ In gloſ. in verbo;
remouentes. ibi, in modum quaſi denunciationis fuit hæc que
9 rela. not. glo. quòd † querela propriè non concernit actionem
ciuilem, & in hoc eſt ſingularis, & facit ad multa, maximè ad
ſtatuta. ſecundum domi. Card. & do. Abb. hic, & adduco iſtam
gloſ. ad intellectum eius, quod pulchrè dixit Imol. in capitu.
primo, ſupra de poſtul. vbi dicit, quòd in caſu cap. prælatis. de
homi. libro ſexto. non poterat illo modo ſequi pena crimina-
lis, quia agebatur ciuiliter, nam iſtud dictum probatur ex illo
tex. in verbo, querelam, quem tex. ipſe no. iuncta iſta glo. Sed
10 † quòd imò querela importet illam actionem criminalem,
eſt gloſ. peregrina in c. Maximianus. in gloſ. prima, 81. diſtinc.
niſi dicas, quod iſta procedat propriè ſumendo. Et adde,
quòd etſi verbum, querela, large importat etiam appellatio-
nem, vel petitionem reſtitutio. in integrum, vt per gloſ. in le-
ge tertia. C. quomodo, & quando iudex, tamen propriè illa di
citur querela, quæ refertur ad eum, qui requiritur circa appel
lationem. Ita eſt glo. in c. querelam, in glo. 1. ſupra de procur.
quam do. Card. facit ibi ſingula. & unicam: & eam no. domin.
Abb. hic, & ibi, dicens hoc notandum propter ſtatuta loquen
tia de querelantibus in certis cauſis, vt non extendantur ad
legitimè appellantes, cũm ſtatuta ſint ſtricti iuris. Et ꝙ iſta
differant, probatur ex doctrina dom. Anto. in c. ſignificaſti. el
1. ǁ. de homi. vbi concordando glo. in c. ſtatutum. §. aſſeſſorẽ.
in ver. relinquatur. de reſcri. lib. 6. circa alia contraria in cle-
mon. 1. in ver. oceranius. de iure pat. dicit, ꝙ prima loquitur
per viam appellationis, ſecunda per viam querelæ: facit tex.
in c. 1. ǁ. de offi. leg. vbi querimonia, & appellatio ponuntur,
vt diuerſa: & ſic vno prohibito aliud non prohibetur, niſi lex
expreſſè vtrunque prohibeat, vt de archiepiſcopo dicitur in
cap. Romana. de appel. lib. 6. & in capit. venerabilibus. §. 1. de
ſenten. excom. eod. lib. Et pro dicta differentia inter appella
tionem & querelam facit c. concertationi. de appella. lib. 6. &
tex. optimus, in l. fi. §. illud. C. de temp. appel. ibi, noſtram ma
ieſtatem adire, & querelam deducere. Vbi eſt caſus, quẽ Bald.
not. ꝙ a tarditate iudicis non poteſt appellari, ſed poteſt que
relari. quia tardare non eſt grauare propriè, argu. l. quoniam
11 in prioribus. C. de inoff. teſt. ¶ In † glo. in ver. neceſſitate. Not.
iura allegata in glo. ad excuſandum propter neceſſitatem: &
hinc etiam nos videmus, quòd ſi ſtatutum prohibet ſub pœna
ne quis in conſilio proponat de imponen-
* da collecta, * non habet locum, quan-
do imminet magna neceſſitas, ſecundum
Bar. in l. diuus. ff. de pet. hær. vbi dicit, quòd
propter neceſſitatem ſtatutum efficitur nõ
ſtatutum. Et hinc eſt, quòd propter neceſſi-
tatem licitum eſt venire contra iura ciuilia
quæ dicunt appellandum gradatim, puta,
quando vnus iudex deficit, ſecundũ Barto.
in l. 1. §. ſi quis. ff. de app. facit c. ſi is, cui. & c.
ſi a ſubdelegato. de off. deleg. lib. 6. vbi oc-
currente excommunicatione delegati non
appellatur a ſubdelegato non in totum ad ipſum ſubdelegan
tem, ſed ad primum. Et hinc eſt, quòd ſi iudex ſtatutus ad ap-
pellationes audiendas eſt abſens, licitè appellatur ad decu-
riones, ſecundum Barto. in l. vbi abſunt. ff. de tutu. & cura. da.
ab his. Et hinc eſt, quòd ſi iudex cauſarum ciuilium eſt abſens
poteſt iudex maleficiorum cognoſcere de cauſis ciuilibus, &
ſi ſtatutum annullat inſtrumenta non ſcripta per notarium
matriculatum, & ſi nullus matriculatus reperiatur, poterit a-
lius non matriculatus rogari. Iſta tria ponit Ange. in repetit.
l. ſi vacantia. 2. quæſtio. C. de bo. vac. lib. x. Et in caſu neceſſi-
tatis poſſunt milites in caſtellari in eccleſia, ſecundum Inno-
cen. in cap. cum eccleſia, infra de immuni. eccle. refert Bal. in
l. nullus. C. de ſumma trin. Et peregrini poſſunt in eccleſia ho
ſpitari, c. nulli. 42. diſtin. Et licitum eſt laico baptizare. c. ſan-
ctum. de conſecra. diſtin. 4. gloſ. fin. in clemen. 1. de baptiſmo.
* Et poteſt celebrari ſuper * re non conſecra
ta, c. ſicut. de conſec. diſt. 1. Et poteſt ſacer-
dos chriſmare, quæſt. 4. & licet confiteri lai
co, cap. quem pœnitet. de pœnit. diſt. 1. & ex
cuſatur non ieiunans, cap. 2. infrà de obſer.
ieiu. et conducentes lacus piſcium tenentur
dare plus ſolito in caſu neceſſitatis, ſecun-
dum Bald. in l. et ad præſens, in fin. C. de
murile. lib. 12. et nauis ui uentorum addu
cta ad certum portum non ſoluit gabellam
de mercibus alias debitam, Bart. in l. j. C. de
naufrag. ſtatuta facta per adunantiam ge-
neralem poſſunt infringi propter neceſſita
tem non obſtante ſtatuto ſecũdum Bart. in
l. cũm nauarcorum. C. de nauicu. lib. 11. et
poteſt epiſcopos alienare nõ obſtante iura
mento de conſulendo Papam, ſecundũ do.
Anton. in cap. fin. de eccleſ. ædi. et clericus
poteſt ſe abſentare nõ obſtante iuramento
de conſulendo epiſcopũ, ſecũdum do. Ant. in c. inter quatuor.
infrà de cleri. non reſi. et ſtipendiarij impunè deprædantur
pro uictu in bello licito, ſecundum Angel. in leg. 2. §. cum in
eadem. ff. ad leg. Rhodi. de Iac. et licitum eſt domino impo-
nere charitatiuum ſubſidium, ſecundum Bal in l. 1. per illum
text. C. de oper. liber. & licitum eſt venire contra proprium
iuramentum licitum, ſi ſuperior habens abſoluere, non eſt in
12 loco, ſecundum Innoc. in c. uenerabilem. de elect. Et † in caſu
neceſſitatis etiam licitum eſt imperatori congregare conſiliũ
data negligentia eccleſiæ, ſecundum domi. Card. in repe. c. li-
cet de uitanda. ǁ. de elect. & Petr. de Monte in ſua monarchia.
Et licitum eſt concilio intromittere ſe de ſpectantibus ad Pa-
pam, ſi in expectanda ſucceſſione noui Pontificis imminet
magna neceſſitas, ſecundum Petr. in d. monarchia. Et licitum
eſt prælato alienare bona etiam prohibita alienari à teſta-
tore, ſecundum Ioan. And. in c. uerum. infrà de condi. appo. Et
licitum eſt committere in alio loco teſtamentum, l. 2. C. de fi.
inſtr. Et licitum eſt in caſu neceſſitatis tangere euchareſtiam
à conſtituto in peccato, ſecundum Innoc. c. quod in te. infrà
de pœnit. & remiſ. Alij effectus neceſſitatis referri poſſent, ſed
iſti ſunt utiliores: quos non retuliſſem, niſi eſſet hæc ultima
lectio. ¶ Et ita ad metam huius anni, Deo duce, applicabimus,
in quo ſi breuior fuerim, attribuatur aduerſæ ualetudini: ſed
adepta, ut ſpero, capitis conualeſcentia, ad priſtinum feruorẽ,
& quotidianum reuertemur anno ſequenti, & continuabo om
nino in hoc tit. in ſeq. decre. Offeruntur enim ſemper nobis
in hoc tit. plurima quotidiana, & mirum in modũ grata om-
nibus, quos ad continuationẽ ſuauiũ laborũ humiliter inuito.

Dignitatẽ.] *Adde quæ habentur per Phil. etiam ad hoc in c. ſuſcitatum. de preſcr. in verſ. illiteratus. & in c. præterea. de teſti. col. 2. in medio.*

Super.] *Adde quod debet dici, ſub. alias deſtrueretur text. & glo. in d. c. ſicut. ubi poſt text. glo. ibi in ver. neceſſi. dicit quòd ſi neceſſitas urgeat, ſub diuo, aut ſub tentorijs licet. & ſubdit ibi appoſtil. ſecundum Hug. dũmodo ſit ibi altare uiaticum conſecratum, alias nulla neceſſitate licet. et ſic uult intelligi Anth. hic.*

Collecta.] *Adde Bal. & Ang. in l. Diuus. alleg. in text. & Socin. conſ. 123. incipi. circa praſentem conſultationẽ. vol. 4. Bar. in tract. de gabel. q. 15. 2. par.*

SVMMARIVM.

1 *Clerici ſeculares & religioſi, ponuntur ut diuerſa.*
2 *Religioſus continetur etiam appellatione religioſi præfecti eccleſiæ ſecularis.*
3 *Habere pro ſe legem, & rationem legis, paria ſunt.*
4 *Pœna appoſita facienti aliquem actum, an committatur, ſi actus ille ſit nullus. num. 5. 6. 7.*
8 *Periurus circa certum beneficium priuatur non ſolum illo beneficio, ſed etiam alijs, quæ habet.*
9 *Iuramentum temerarium an ſit tantæ efficaciæ, ut quis poſſit priuari beneficio.*

CAPITVLVM XI.

TVA NOS. ¶ Si præſentatus iurat præſentanti de antiquo cenſu augmentando,& poſtea contrarium iurat inſtituenti, ualet ſecundum iuramentum, & non primum,tamen ab eccleſia remouebitur. H.D.

1 ¶ In † text. ibi, clerici religioſi,&c.Not.ultra alios,quòd clerici ſeculares & religioſi ponuntur, ut diuerſa,& ſic appellatione unius non uenit alterum,iuxta l.ſi idem. C.de códi.& iſta multis iuribus ponuntur ut diuerſa,ut in c.in quibuſdam.in ſi.j.de pœnis. & c.licet.in princ.ſuprà de offic. ordi.& in c.ad Apoſtolicam.de reg.iur.in 6.& in cle.2.ad ſi.de uita & hone. cle.& in c.ad abolendã.in prin.j.de hære. & i cle.cupientes.§.ſanè.de pœn.& in c.inter quatuor.j.de relig.do.& in c.ad audientiam.el 2.j.de eccle.ædi.& in c.tua nos.j. de teſta. & in c.1.de ſepul.lib.6.& in c.accuſatus. §. fin.& in c.ut officium.§. ad conſcribendas.de hæret.lib.6.Et not.glo.fin.in c.ad hoc.ſ.de offic. iud.& glo.2. in c.religioſus.de teſti.lib.6.& glo.in uer.religioſi.in cle.1.de deci.& in cle.1.in uer.regulariter.de ſup.neg. præla. & in cle. 1.in uer.religioſus.de reb.eccle.non alie. Et hinc eſt,quòd diſpoſitio c.licet.j. de reg. non procedit in clericis ſecularibus, ut not.glo.2. in c.admonet.ſ.de renunc.quia ſine petitione licentię poſſunt profiteri, ut ibi latiùs per Imol. in 1.& penult. col. ¶ In contrarium , quod appellatione religioſorum ueniant clerici ſeculares,eſt glo.in c. præſens in religioſos. 20. q.3.& text.cum gloſſ.in uer. religioſis. in c. nullus itaque per ambitum.1.q.1. & glo.in c.ex multa.in uer.religioſi. infrà de uoto.& glo. in cle.1.in uer.præſidentis.de reſcript. & glo.2.& 3.in c.obeuntibus.63.diſt.& in c.in nomine Domini.in uer.religioſiſſimi.23.diſt.& ibi Dominic.& probat text.& ibi Domi. in c.fin.48.diſt.& in c.ſacerdotes.17.diſtin. & in c.ex antiquis. 54.diſtin.& in c.generalis.& in c.ſi quælibet. eadem diſtinc.& ubique Dominic. Sed concordia prędictorum ſumitur ex notatis per Ioan.And.& do. Anto. & do.Abb.in rubr.ſſ.de regu. & aliquid per do. Abb.in c.dilecti.in 1. col.ſuprà, de maio.& obe.& in c. cauſam.el 1.ſuprà, de iudi. & in clem.1.de ſup.ne. præla.& Dominic. in dicto c.in nomine Domini. & Imol.hic præ cæteris.& in c.eccleſia.ſuprà de conſti.& Ioan.And.& Domin.in d.c.officium.§.uerùm.de hære.lib.6.& do.Abb.in rub. infra,de uita & ho.cle. In quibus locis dicitur aliquos dici religioſos largè,et ſic etiam dicuntur laici deuoti, ut in c.fin.infra,de rebus ecclеſ.non alie.et in d.eccleſia. aliqui magis ſtrictè,& iſti ſunt clerici ſeculares,aliqui propriè, et iſti ſunt ſolũ profitentes tria ſubſtantialia profeſſionis. Vnde in materia odioſa et pœnali, in qua uerba ſumuntur propriè, c.ſtatutum. de elect.uerbum Religioſi intelligitur de talibus, ut latiùs in dictis locis. Quibus adde unum,quod not.dicit Ioan. And.in addi.Specul.in tit.de reſcript.præſent.§.ratione autem cauſæ. in 1.col.uerſicul.dicit, quòd ſtylus curiæ habet, quòd enumeratis clericis, ſeu ſpecificatis , per clauſulam generalem comprehenditur religioſus,quia licet ſit qualitatis diuerſæ,tamen non multum differt,quia comprehenditur ſub eodem genere, per capitul.duo.12. quæſtio.2 . Et hoc ſignanter refert Imol. poſt do.Anton. in c.ſedes.ſupra de reſcript. et faciunt not. per Petr.de Anch.in cle.j.in ult. col.de elect.

2 ¶ An † autem appellatione religioſorum ueniat religioſus prælectus eccleſiæ ſeculari? Glo.ſentit, quòd ſic,in cle.j.in uer.regulares.in ſi.de deci.et ipſum ſequitur do.Anto.conſilio 38.incip.ut ſupra,ſolenniter,et idem glo. j.in cle. religioſus de procur.quã ſequitur ibi do.Card.in j.oppoſ.c. quorundam.in prin.in uerb.mendicantium. de elect.lib.6. ¶ Contrarium dixit gloſſ.in clem. religioſus. de procura. quam ſequitur ibi domin.Cardinal.in j.oppoſ.et idem gloſſ. 2.in princ.cap. religioſus. de teſta.in 6. Sed concor.ut eleganter per Dominic. in d.cap. quorundam. §.fin.ubi dicit attendendam eſſe ſubiectam materiam, an cauſa ſtatuti , uel legis ita militet in tranſlato , ſicut in alio , an non? et ita eſt locus alleg. Si tamen lex utitur termino uniuerſali,puta,quicunque religioſi, ut etc. tunc indiſtinctè tales comprehenduntur, ut not.gloſſ.j.in fin.in d.clem.2 de deci.

3 ¶ In † text. ibi. ratione et Lateranenſis concilij authoritate. Nota , quòd parta ſunt habere pro ſe rationem , uel authoritatem : et ideo dicit gloſſ. in c.conſuetudo. in uer. ratione.1. diſt.quod deficiente lege poteſt allegari ratio,et ſequitur Dominus ibi,et do.Abb.in c. ſi.ſ.quod met.cau. et in c.paſtoralis. ſ.de fide inſtru.facit text.in c.ratio nulla.infra,de præb.et ibi colligit do.Abb.quòd licitum eſt arguere per rationem naturalem,etiam abſque allegatione iurium. Ad idem alleg. c.ſecundò requiritur. j.de appel.& l.ſcire.§. ſufficit.in uer. ex ipſa naturali iuſtitia.ſſ.de excuſ.tut.& glo.in d.c.conſuetudo.facit tex.in clem.cum rationi.de ele.& ibi idem colligit do. Card. poſt Pau.allegando glo.in dicto c.conſuetudo. facit tex. in c. ex eo.ibi,tam iuris,quàm rationis.de ele. in 6.& ibi gl. colligit idem,& alleg.ibi Ioan. And.tex.in c.uides.in uer.diſputatione agendum,ratione innuendum.23.q. 5.facit l.munerum. §.mixta.ibi,diſputando optima ratione diffiniuit.ſſ.de muner. & ho .Et hinc eſt, ꝗ in conſideranda legis intentione ſemper attenditur eius ratio,quia,ſecundum Dyn.in reg. certum.de reg. iur . lib. 6.ratio legis eſt anima legis. * Et illud uulgatum dictum ſequitur Bald.in ✻ l.ſi quis ſeruo.C.de furt.& in l. j. C. de interd.& in l.j.C.quæ ſit lon.conſue.Propter quod dictum dicit do. Abb.in c.j.ſ. de iura. calum.quòd quando ratio exprimitur in lege,illa reſtringit & ampliat diſpoſitionem legis etiam in odioſis.Alleg. l. cum pater.

Legis.] *Adde Socin. conſil. 35. incip.circa prędictam conſultationem. col. 2. circa med.in 1.par.*

§.dulciſſimis.de leg.2.& idem Imol. in c. 2.ſ.de conſti.per l.& mulier.ſſ. ſol.mat. Et pro tanto ſingulariter ſcribit Dominic. in c.ut litigantes. de offi.ord.in 6.quòd ſicut ad inducendum conſuetudinem contra ius requiritur ſpatium 20. annorum , ut traditur in c.ſi. ſ. de conſue. eodem modo ad inducendam conſuetudinem, quæ eſſet contra generalem rationem legis. Et ad hoc no. glo. ibi in uer. ſtatuimus.Et ideo dixit do.Auto. poſt Innoc.in c.cum ſpeciali. j. de appel.quòd ſicut ſententia lata contra legem expreſſam,eſt nulla, c. 1. infrà de re iudic. cum ſimili.ita etiã lata contra rationem legis. Hinc eſt,quod dixit Bald.in authen. quas actiones. uer. ſed ego dico. C. de ſac.ſanc. eccleſ. ꝗ licet ad inducendam legum correctionem requiratur lex expreſſa,l.præcipimus.C.de appe.nec ſufficiat ſubauditio,ut per glo.in c.cupientes.§.ꝗ ſi per 20.in uer. petere,de elect.lib.6.tamen ſi ratio poſita in l.noua,eſt apta corrigere legem antiquam,illam corriget, etiamſi tenor legis nouæ hoc non dicat.Similiter uidemus,quòd quando corrigitur ratio legis, dicitur eſſe ✻ correcta ipſa lex *,ut per Bart.poſt gl. in l.ij.ſſ.de legi.tuto.& latè Imol.in c.poſt tranſlationem.ſ. de renun.ubi reſpondet ad rationem Ioan.And. ibi aliter tenentis, ſ. ꝗ licet ceſſet ratio,remanet tamen authoritas,quia dicit ipſe quòd authoritas regulatur ſecundum mentem diſponentis,& mens & ratio legis uidẽtur eſſe idem,l.cum mulier.ſſ.ſol.matr. ut ibi latè per eum, & Sal.in l.ſi.C.de legi.hære.Ex quibus patet,quid operetur ratio in lege,propter quod eſt acta illa profunda materia,quando liceat extendere legem ab identitate rationis, de qua eſt plenum utrunque ius, ut patet ex notatis & per Imol.in l.ſi uerò.§.de uiro.ſſ.ſol.mat.& do Matthe.Matteſilanus in tractatu de extenſione,& Imol. in cle.1.de ele.& Dom.in c.1.de temp. ord.lib.6. cum multis alijs. ¶ Et ad iſta adduci poteſt,quod no. Bald.in l.j.§.1.in prin.C.de cad.tol.ubi dicit,ꝗ ratio naturalis eſt optimus legis clypeus.Et dicit Bald.in l.cõmiſſoriæ. C. de pac.inter emp.& uendit.ꝗ litera occidit,ſpiritus autem eius & ratio uiuificat,& dicit text.in §.1.50.diſt.ꝗ eò,quò quiſque magis ratione utitur, eò maioris authoritatis eius uerba eſſe uidentur,& dicit Bal.in l.ſolam.C.de teſti. circa ſi.ꝗ homo,qui non uult ſe fundare in ratione dicti, dicitur temerarius & carere arbitrio boni uiri,& dicit Bald. in l.actor.C.de proba.ꝗ ſuſpecta ratio non reddit dictum ſuſpectum.Imò admiratione, ſecundum eum, ꝗ credatur dicto alicuius, & non cauſæ ſiue rationi dicti,& idem dicit in l.ius eius.co.tit.Et dicit Bal.in l.quoties. C.de ſuis & legi. ꝗ uirtus legis conſiſtit in naturali rõne,quia lex ſpeculaẽ in natura, ut in §. adoptio. Inſt.de adopt.Et dicit Bal. in l. conuenticulam. C. de epiſ. & cle.& in l.data opera.C.qui accu.ꝗ rõ eſt illa,q̃ ampliat et reſtringit dictum teſtis,et dicit tex.in c. illa.11.q.3.ꝗ illa cautela eſt laudabilis,in qua tota ratio agit,et fauor nihil ſibi uſurpat.Et dicit Tulius in 3.Tuſculanarum quæſtionũ , ꝗ munus animi eſt ratione bene uti,et ibidẽ in 8. bene, inquit,adhibita,ideo,ꝗ optimum ſic,neglecta uerò multis multiplicabiẽ erroribus,nihil ſine ratione fieri:et Tullius in lib.de Legibus,quid eſt nõ dicã,in homine, ſed neq; in cælo atq; in terra rõne diuinius?et Sene.in 4.li.de Beneficijs , Nihil ſine ratio-

Ipſa lex.] *Ad de Alex.in l.quod dicitur.de uer.obl. & Rom.ſing.781. incip.Recommentio in cauſa.*

ne

ne faciendum eſt:& idem in epiſtola ad Lucillum, Vis omnia tibi ſubijcere, ſubijci te rationi:& Ariſto.2.Magnorum Moralium,quæ fiunt abſque ratione iudicante, directiones a fortuna ſunt:& dicit Archid.in c.ex eo. de electio.in 6. q ratio eſt quidam motus alicui viſum mentis acuēs.veraq; a falſis diſtinguens:& dicit Sene. epiſtola 66. ratio eſt naturæ imitatio: & per hoc non miror de eo,quod ſcripſit do.Card.in conſil.88. ubi dicit, q licet ſit magna authoritas Ioan.And.tamen propoſuit nemini cedere,niſi urgente ratione,preterquam in his, in quibus ratio dari non poteſt. Et in quo differt ratio à cauſa,ui.de do. Card. poſt Paul. in cle.dudum,uer. ab olim.in 3. opp.de ſepul. ¶ In tex.ibi,pro periurio. No.ſecundum Bal.hic,
4 q † ex inualido iuramento contrahitur reatus periurij,licet non contrahatur obligatio iuramenti: & ſic uidetur hic text. quòd pœna appoſita gerenti certum actum,habeat locū actio, quando ille actus ex alio capite non tenet : & adduci poteſt text.in l.quid ergo.§.cùm autem factum.ff. de infami.ubi punitur contrahens matrimonium,etiamſi matrimonium nō teneat. Ad idē,quod no.Bar.in l.ſi quis legatū.ff.de fal.& Cy. & ✱ Sal.in l.j. ✱ C.de ſep.vio.& Alb. in 2.par.
5 ſtatu.q.49.vbi dicunt,q † notarius faciēs inſtrumentum falſum,punitur, etiāſi aliàs inſtrumentum eſſet nullum ratione ſubiectæ materiæ,vel efficiētis ſolennitatis. Ad idē, quod no.do. Ant.& do. Abb.in c.olim.ī.de reſcri.vbi dicunt per illum tex.q ſi quis falſat literas,quæ aliàs ſunt nullæ,vel inutiles tamen incurret pœnā falſi,licet ex hoc mitiùs puniatur,ſm eos,quod no.Ad idem,quod no do. Card.in cle.1.in 8.oppo.de conſang.& affi.vbi dicit, q conſtitutus in ſacris,ſi contrahit matrimonium,punitur,licet matrimonium non teneat.Ad idem,quod no. Io. And.in regula,non eſt ſine culpa.de reg.iu.lib.6.& do. Ant.in c.cùm cauſam.el 1.in vit. col.ī.de teſti.& Bar.in d.l.ſi quis legatū.vbi dicunt q licet teſtis deponat falſum in iudicio nullo,& ſic dictum eius ex alio capite non valeat,tñ punitur de falſo. Et pro his facit text. in c.diſpendia.de reſcri.lib.6.& in cle.1.eo.ti.vbi punitur impe-
6 trans reſcriptum nullum. ¶ Sed † contrarium videtur, q imò pœna appoſita gerēti certum actū non habeat locum, quando ille actus ſit aliàs nullus,per regulā nō præſtat de reg.iu.in 6. & quia verba debent intelligi cum effectu,c.relatū. cum ſi.j. de cle.non reſi.Ad idem,quod no. Bal.in l.1.§.hæc verba.p illum tex.ff. quod quiſque iuris.vbi dicit,q ſtatutum puniens opponentem aliquam exceptionem comprehendit opponentem illam ineptē: & ibi dicit ſingulariter Ang.q propter ſententiam nullam iudex non facit litem ſuam:& eſt glo. not. & ibi Bar.in l.ſi.in glo.1.ff.de varijs & extraord.cog.niſi eā executus fuiſſet,vt per Bal.in l.obſeruare.§.proficiſci . in ai .q.ff. de offi.procon.Facit etiam,quod dicit Bal. multùm eleganter in l.3.C.de epiſc.aud.vbi dicit, q ſi emphyteuta vendit rem eccleſiæ irrequiſito domino,non incurrit pœnam,l.2.C.de iure emphy.ſi contractus non fuit aliàs ſolenniter factus: putà, quia minor alienaſſet ſine conſenſu propinquorum requiſito pro forma a ſtatuto.Ad idem,quod no. Bal.in l.ſi.C.cōmunia de leg.vbi dicit, q ſi punitur contrahens non ſoluta gabella ex forma ſtatuti,non incurrit pœnam,quā facit contractum nullum,& latè ponit Ro.conſ.434.in ✱ cap.cùm dilucidè. * Ad idem,quod no.Barto in l.non putauit.§.non quæuis.ff.de cōtra tab.vbi dicit,q ſtatutum puniens cedēcem actionem ſuam nobili,non habet locū in ceſſione,quæ non fieret ritè. Ad idē tex. in l.ea quidem.C.ſi mancipium ita alienſuit,ne manumi.per quem dicit Bal. ibi, q per fruſtratorium, factum pœna efficaciter non committitur:quia ex nihilo nihil fit. Et alleg.Philoſophum. Ad idem, quod not. gl.valde ſingulariter in c.ſignificātib.in gl.ſi.ī.de off.dele.q dicit,q vbi cōtractus princip.non tenet,nō tenet ēt pœna.Vñ infert ibi do.Abb.q cōpromiſſum factum per partes in materia nō compromiſſibili, non ligat partes,etiāſi apponatur pœna. Et dicunt ibi Bald. & domin. Cardin.illam gloſ. eſſe unicam, quòd ſi partes ſub pœna dant iuriſdict.priuato, non tenet pœna,ex quo nec principale,& eſt alia gloſſ. in l.ſed ſi patronus. §.fina.in glo.quæ incipit,Ac ſi ratione. ff.ſi quid in fraud. patro.Ex quibus videtur,q iſta dicta pulchra, & quotidiana ſint

✱ *In l.1.] Adde ibidē ad hoc Bald. & Doct. & Paul. de Caſt.conſ.149. Ang. in tract.maleſ.in uer. falſario col.3.*

✱ *Cum dilucide.] Adde quod inter conſilia Rom. non inueni cōſ.ho ſic ī cipiens.Sed in cōſ. ſu... numerū An... eſt iſta materia. & incipit in quo ſ...*

adinuicem repugnantia. Et uide ī.eo. ex reſcripto. ubi & iſta
7 eſſent ponenda. ¶ Sed † ex dictis do.Car.in cle.1.in 7.opp.de conſan.& aff.& Bal.in d.l.ea quidē.& Bar.in d.§.cùm aūt factū poteſt dici, q aliquando lex conſiderat ſolum factū & animū facientis, non aūt effectum:& tunc etiam de actu nullo imponitur pœna. ita text.in l.eum,qui duas.C. de adul.& in d.§.cū autem factum.& in c.nuper.de biga.& tex.hic. Vnde punitur contrahens bis matrimonium non ſolute,quāuis actus non teneat,ſed ſufficit,q habeat formā debitam:quia l.habet nudum factū pro delicto.Et hoc modo procedūt primò allegata. Aliquando lex non conſiderat factum , nec effectum animi , ſed principaliter effectum, qui ſequi poteſt: puta, quia loquitur per uerba non denotantia nudum factū, ſed effectum :& tunc data nullitate actus pœna non committitur,facit l.j.in ſi. ff.de abigeis. ubi lex reputat illud nō eſſe delictū, dato iuſto errore,&c.Idē ubi l.loquiť ſub conditione,quę eſt iuris,non facti: quia tunc,ſi conditio nō exiſtat de iure,non cōmittitur pęna: & q de iure eſſet cogitatum,apparet ex uerbis,quæ habent iuris ſignificatum,ut eſt caſus elegās in d.l.ea quidem. Et iſta nō
8 tradas obliuioni. ¶ In † tex.ibi perpetuò excludanť. No.q ratione periurij etiam commiſſi reſpectu certi beneficij priuatur quis non ſolùm ipſo beneficio,ſed etiam omnib.alijs:& eſt inhabilis perpetuò ad beneficium ſuſcipiendum. De quo facit feſtum hic.do. Ab.ad hoc,ex quo iſtud uerbum Perpetuo,operatur , q ſi epiſcopus taliter priuatō uellet beneficium de nouo conferre,non poſſet,ut eſt glo.reputata ſing.in cap.cupientes.§.cæterùm.in uer. perpetua.de elec.in 6. & illam ſequitur ibi do. Card.in cle.1.uer.ſi uerò.in 1. q.de ui.& hon. cleri.Et Idem dicimus,ubi eſſet in lege uerbum Irrecuperabiliter, ſecundum Io.And.in c.ſuper eo.ī.de rap. & ſequitur ibi Ioan.de Ana.Et idem,ſi diceretur,Nullo modo ut de æta.& qualit.c.1. Et idem,ſi diceretur omnino priuetur,ſm do. Abb.in c. qualiter.el 2.in prin.infrà de accuſ.& ſequitur ibi Ana. Vbi autem non ſunt ſimilia uerba,& dubitatur,an epiſcopus poſſet diſpēſare,recurritur ad plenè no.in c.ac ſi clerici.§.de adult.ī.de iudi. Et adde,q hanc pœnam inhabilitatis poteſt infligere legatus,& epiſcopus,ſecundum glo.in d.cle.2.in uer. inhabilis.quā Imo.ibi in eo,quod dicit de epiſcopo , facit ſingularē : & fuit dictum Spe. in titu.de leg.§.ſupereſt.uer. ſed nunquid poteſt ibi allegatum in glo. Sed no. q taliter in abdicatis beneficiatis,ſecundum do. Abb.poſt do. Ant.in c.per inquiſitionem . de elect.& do. Abb.in c.poſtulaſti.ī.de for.comp. & Io. Andr.in d.ver.ſed nunquid.tex.opt.in c.ſi compromiſſarius. in fin. de elec.in 6.& in l.ex ea.ff.de poſtul.quod ſi eſt generaliter uerum,multum importat,ſed forte procedit ſolum , quando inhabilitas fit ex delicto commiſſo in damnum certi loci, cuius reſpectu pœna imponitur,iuxta c.presbyteri.j. de pœn.& gl. ſi.in c.quia clerici.j.de iurepa.& tex.in c. ſi canonici.§. finaurem.de offi.ord.lib.6.cum ſi.& tunc conſonum eſt , quia in alijs locis non fit inhabilis,vt probatur rectè in clemen.1.§.ipſius ſilij.& ibi allegatis in gl.in ver.ciuitatibus de pœn. & in d.c.ſi compromiſſarius. Sed vbi aliquis inhabilitaretur etiam habita ratione certi delicti non concernentis magis vnum locum,q̄ alium,non credo , q inhabilis hic eſſet habilis alibi ratum,per d.c.poſtulaſti. vbi ratione delicti hic commiſſi perditur beneficium alibi ſitum per id,quod expreſſè no. Innocē.in c.qualiter.el 2.in ſi.glo.maio.j.de accu.vbi dicit, quòd quælibet ſententia lata contra clericum de crimine, facit, q vbicunque ſit,licitè denegantur ſibi beneficia,per c.paſtoralis.in ſi.j.de app.Et hanc conſiderationem credo ſentire do. Abb. in d.c.poſtulaſti. Et in ipſa poteris cogitare. Ex qua inſerť ad q.de qua aliàs habui rñdere, nūquid cōſtitutio ſynodalis epiſcopi noſtri priuans habentē capellā in epiſcopatu,ſi acceptat curatum, & ſi poſt menſem retinet vtrunq;,priuatur vtroque, habeat locū in capellano acceptāte curatū extra diœceſimē & dico, q nō, licet capellam perdat.Sed tamen in eo,quod dixi proximè de inhabilitate, teneri poteſt, q inhabilitatio facta ab homine etiam pro delicto,nō operetur extra territorium, per prędicta,& per d.cle.1.à ſpeciali: ſecus,ſi ab homine decla-
9 raretur de inhabilitate facta à iure. ¶ In † gloſſ. 2. in princip. Si iſte intellectus gloſ.eſſet uerus,ſequeretur,quòd pro temerario iuramento clericus poſſet deponi,quod eſt falſum,ut probatur in c.ſignificauit,& cap. grauis.infrà de cenſi.ubi reatus talis iuramenti , quale fuit hic , uoletur pœnitentia , & dicetur in cap.ſicuti noſtris. ¶ Et ideo pro intellectu tex. dantur duo intellectus.Primus eſt,q dato,q pro temerario iuramen-
to

eodē genere peccati, quàm alius, de quib. per beatū Tho. 2. 2. q. 186. ar. fin. & Io. An. & Domi. in d. c. accuſatus. §. fi. & Domi. in d. c. homo Chriſtianus. & do. Abb. hic. ¶ Primus, cùm peccat contra uotum religionis, putà fornicando contra uotum continentię, uel furtum faciendo contra uotum paupertatis, uel inobediendo contra uotum obedientiæ. ¶ Secundus, quādo peccat ex contemptu: & tunc eſt ingratus diuini beneficij, quo ſublimatus eſt ad ſtatum perfectionis, & Dei filium conculcat per contemptum. Vnde Hieremię 11. ultra medium, Quid eſt, quòd dilectus meus in domo mea fecit ſcelera multa? ¶ Tertius caſus eſt, cùm peccat ſcādaloſè, quia multi ad eius uitam reſpiciunt: unde Hieremiæ 23. In prophetis Hieruſalē uidi ſimilitudinem adulterij, & inter mendacij, & confortauerunt manus peſſimorum, &c. ¶ Et † iſta intelliguntur de

4 perſeuerantibus in monaſterio: aliàs eorum delicta ſemper ſunt grauiora: quia de ipſis dicit Auguſt. in c. quantumlibet. 47. diſt. non ſum deteriores expertus, quàm qui in monaſterio defecerunt: & dicit beatus Tho. ubi ſuprà, quòd tales efficiuntur peſſimi: & inducit illud Hieremię ſecundo circa medium, Confregiſti iugum, rupiſti uincula mea: & de talibus dicit gl. in cle. in pleriſque. de elect. quòd diſcurrendo curias principū cantant illud Pſalmiſtę: Laqueus contritus eſt, &c. An autem religioſus magis mereatur in eodem genere meriti, quàm alius, uide beatum Tho. 2. 2. q. 87. art. 6. cuius uerba ad literā ponit gloſſ. eo non allegato in cle. 1. in uerſic. ſeipſum. de reli. & ue. ſanc. & dicitur, quòd ſic, maximè propter uirtutē latriæ orientem ex uoto pfeſſionis, quę latriæ eſt cultus & ſeruitus ſoli Deo debita. ut ibi, & per Domi. in c. ſi Canonici. §. cæterū. in ult. col. de offi. ord. lib. 6. & beatum Tho. 2. 2. q. 94. art. 1. in reſponſione ad ſecundum art. & arti. 2. in determi. quæſtionis, & per rationes adductas in dictis locis tollitur opinio gloſ. in uer. uoluerint. in c. 1. ĩ. de obſerua. ieiu. ¶ Secunda declaratio

5 † in imponenda pœna corporali grauiùs punitur priuatus, quàm exiſtens in dignitate,* l. 1. C. ut nemo priuatus. & d. l. Pedius. ff. de incen. rui. naufr. & facit glo. in c. cùm beatus. 65. diſt. & idem gloſſ. in c. non cogantur. 11. diſt. & glo. 1. hic, & Io. An. & do. Ant. in c. ea, quę. ĩ. de ſta. mo. & Ant. in c. 1. in ult. colū. infrà, de cleri. uena. Et ibi dixit glo. ſolennis, quòd non dicitur inferri maiori pœna minor quia aliqua cenſetur maior in eo, quæ eſſet minor in minore: & pro hac declaratione uide gl. in c. qui contra pacem. 24. q. 1. & text. & gloſſ. in uer. nobilitati. in c. fi. ĩ. de pœ. & text. in l. properandum. § ſin autem. C. de iudi. & Bart. in l. quædam. ff. de pœ. Et in dictis locis dicitur, ſecus in pœna pecuniaria, uel ſpirituali, & ideo dicitur in l. fi. circa me. C. de ſum. tri. quòd ſtatuta terrarum duplicantia pœnas contra nobiles intelliguntur de pœna pecuniaria, non corporali, per l. illicitas. in fi. ff. de offi. præſi. Nec obſt. quia deferendo maioribus perſonis in pœnis, uideatur lex uti acceptione perſonarum, quia reſpondet Ioā. An. in c. 2. ff. de offi. dele. in 6. quòd cōſideratur acceptio, quo ad iuſtitiam miniſtrādam, ſed in coactionibus & pœnis dignitati defertur, ut in iuribus ibi alleg. in 1. glo. & per gloſ. in c. contumaces. 1. diſt. unde poteſt iudex gratificari in aliquibus, conſiderando uoc. per gloſ. in c. fi. ĩ. de tranſac. Et quia in iuſtitia deferenda non plus deferatur maiori, quàm minori, latè probat hic Henricus Boich allegando, quod habetur Prouerbiorum 18. accipere perſonam in iudicio, * non eſt bonum, & regulam, in iudicijs. de reg. iur. in 6. & text. in l. ſacris. circa fi. C. de proximi. ſacrorū ſcrini. lib. 12. Et amplia, ſiue in cognoſcendo, ſiue in diffiniendo, ſecundum Io. de Imol. in d. regula, in iudicijs. ¶ Fallit in generali clauſula. Et quidam alij, contenta in reſcripto ad lites, quæ ad maiores perſonas expreſſis non extenditur, in c. ſedes. ĩ. de reſcri. tum in odium impetrantis, qui potuit eas exprimere, tum propter odioſitatem reſcriptorum, c. fi. ĩ. de reſc. & c. P. & G. de offi. dele.

* *In dignitate*] *Adde quod in pari delicto regulariter honeſtiores perſonæ quam uiliores minus puniuntur, & in hoc humana iuſtitia à Diuina differt, apud quam nō eſt exceptio perſonarum. l. 1. de fur. balnear. l. 1. §. fin. de ſiccar. l. ſacrilegij. §. cæterum. ad leg. Iul. pecul. l. ſi quis aliquid. §. abortionis. & l. capitalium. §. non omnes. de pœn. & l. fin. de incen. rui. & naufr.*

* *Accipere perſonam in iudicio*] *Adde quando ſit ſeruanda ęqualitas. Bart. & Ioan. de Plat. in l. in ſacris. §. fin. C. de px. ſacr. ſcrin. Cyn. Bart. Bal. & Saly. in l. fin. C. de fruc. & lit. expenſ. Bal. in c. 2. §. quibus. de conſuet. recti. ſeu. Fab. Port. & Aret in §. fi. col. 2. in ĩ. quibus alienare licet. & Dyn. hic in reg. in iudicijs alleg. in text.*

¶ Et ſubdit, quia in reuerentia exhibenda bñ defertur maiori, per c. ſanè. el 2. in primo reſponſo, de offi. dele. & per c. 2. co. tit. in 6. & c. uolentes. & c. antiquę. ĩ. de priui. nam honor eſt quædam reuerentia in uirtutis teſtimonium alicui exhibita, ut in primo Ethicorum, & ideo uirtus ſola eſt honoris debita cauſa, & dicit, quòd honoratur ēt aliquis propter uirtutem alterius, ſicut principes, & prælati, etiamſi ſint mali, honorantur propter dignitatem eorum. ¶ Item aduerte, ſi diceretur, quòd ſecundum hæc pœna non reſpondet delicto, quia ſi delictum eſt maius ratione dignitatis, ergo maior debet eſſe pœna: reſpondet do. Card. poſt Laudi. & Zenze. in cle. multorum. in prin. in prima oppoſ. & in 1 1. q. de pœnis. quòd minor pœna reputatur maior in maiore. Allegat gl. in d. l. j. cum qua concordat gl. fi. in c. 1. de offi. deleg. lib. 6. & ſubdit dom. Card. quòd quamuis deferatur dignitati, tamen cum hoc ſtat, quòd augetur delictum ratione dignitatis. Et adde Domi. in c. presbyter. 28. diſtin. ubi dicit per illum tex. quòd aliquando plus peccanti minor pœna imponitur, quādo ex aliqua iuſta cauſa credebat ſibi licere, quod fecit, facit gl. in c. cum uenerabilis. in uer. migraſſe. ĩ. de conſue. & quod ibi do. Ab. & Imo. & gloſ. in l. fi. ff. de abigeis. & in l. igitur. ff. de lib. cauſa. cum ſimilib. ¶ Sunt tamen ſex caſus, in quibus nō diminuitur pœna rōne dignitatis. ¶ Primus eſt, ubi aliquis delinquit in derogationē officij ſui, ſecundum Bartol. in d. l. quędam. per illum text. ¶ Secundus eſt, quando agitur de puniendo tranſgredientem mandatum ſuperioris, ſecundum Bal. ſignanter in c. 1. §. ſi quis uerò temerario. de pa. in. fir. per illum tex. ¶ Tertius eſt in proditore, ut in ſeq. declaratione. ¶ Quartus eſt, ubi eſt nimia contumacia, per c. ſanè. el 1. ĩ. de offic. deleg. Notant Io. An. & do. Anto. in d. c. ea, quæ. & Henricus hic. ¶ Quintus eſt in errante in fide, quia ſiue ſit Papa, ſiue Imperator, ſiue clericus, ſiue laicus, punitur nullo reſpectu habito ad eius gradum, ſm Arch. in c. qui contra pacem. 24. q. 1. ¶ Sextus caſus eſt ille, de quo per gl. 2. q. 4. in ſumma, quæ dicit, Papam poſſe deponi cū duobus teſtibus, licet in cardinali requirantur plures, ut ibi. ¶ Tertia declaratio, Propter qualitatē pœnæ defertur magis nobili, quàm ignobili, ſecūdum Bar. in l. deſertorem. in prin. per illum tex. ff. de re milit. & Bal. in c. 1. §. ruſticus. de pa. te. Et ideo nobiles non ſuſpenduntur in furca, ſed uiles, ſm ipſos & ſequitur dominus Abb. hic. Quod amplia etiam ad plebeiū diuitem & honeſtum, ſecundum Bar. in l. j. §. ſerui. ff. de pœnis. ¶ Et ad huiuſmodi delationes facit text. & gloſſ. in uer. inferiores. in cle. multorum. de pœnis. & text. in cap. paſtoralis. in princ. ſuprà, de offic. deleg. & ibi dominus Abba. allegat Bald. in d. §. ſerui. facit l. quoties. C. de dignitatibus. lib. 12. ubi conſtitutus in dignitate debet citari in ſcriptis. Facit l. medicos. C. de profeſſ. & me. lib. 12. & c. quàm periculoſum. de ſen. exc. lib. 1. & c. inquiſitores. de hęre. lib. 6. & glo. in uer. pontificalē. in c. felicis. de pœnis. in 6. ¶ Quod autem dictum eſt de furca, non procedit in proditore, ſecundum Bal. hic. arg. huius text. qui dicit, quòd in regno Franciæ nobiles committentes proditionem ſuſpenduntur in altioribus furcis. ¶ Quarta declaratio. Nulla diſtinctio perſonarum fit ad imponendas pœnas relatiuas, ſed prædicta habent locum in pœnis ſimiliter impoſitis. Vbi autem eadem pœna imponitur uni, quę alij, habita relatione ad aliam, nunquam augetur, uel minuitur ex qualitate perſonarum, ſecundum Bald. latè in leg. athletas. §. item calumniator. ad fi. ff. de infa. ubi dicit, quòd ſi nobilis accuſat diuitem, & deficit in probatione, punitur eadem pœna, & non maiori, quia lege cauetur, quòd puniatur eadem pœna, & ubi ſunt talia uerba, non fit diſtinctio perſonarum, ut eſt gloſſ. ordi. in l. ad Commentarienſem. C. de cuſt. reorum. Nec obſt. l. ab imperatore. ff. de præuaricatoribus. ubi in pœna talionis habetur diſtinctio perſonarum, quia ibi punitur eadem l. ¶ Et aliud eſt dicere eadem pœna. Pœna enim talionis eſt eadem qualitate, & non ſufficit plus, uel minus, quàm ſi pœna ueniret imponenda accuſatori ex eodem crimine, & ita dicit tenere Gui. de Cu. ibi. & in l. 1. C. de fide inſtru. ¶ Ex quo apparet conuerſio, ſecundum Bald. quòd licet ex ſtatuto magnas debeat puniri in quadruplo, quàm popularis, ſi magnas facit falſam accuſationem contra popularem, ita quòd debeat puniri popularis crimine probato contra eum, debet magnas puniri eadem pœna. & hoc facit pœnæ identitas. Vnde ſtatutum de pœna quadrupli loquens debet intelligi, ubi

pœna

pœna imponitur non habito aliquo reſpectu, ſed ſimpliciter. non autem in pœnis relatiuis quod eſt no. dignum & menti te neodum, ſecundum eum. Et ſic declaro prædicta, & cum hoc concordat etiam Bald. in dict. l. ſecunda in fin. C. de fid. inſtrumento. allegandu gloſſ. in dicta l. ad Commentarienſem. ſuper qua etiam Bald. meminit de Gull. de Cu. in d. l. ij. ¶ Quinta de
6 clarat io. In † foro conſcientiæ non attenditur qualitas perſonarum, ſed peccata conſiderantur ex contemptu, ſecundum gloſſ. hic; & in dicto cap. homo Chriſtianus. Et in dubio exiſtens in dignitate uidetur plus contemnere, quia plura a Deo recepit, & ſic eſt magis Deo obligatus, & in eo maior uidetur eſſe ingratitudo, Ideo magis uidetur peccare, & maximè ratione exempli, ſecundum Innocent. poſt alios hic, & Innocent. in capitul. inter corporalia. §. ſanè. ſuprà, de translatio. et l. omne delictum. §. primò. ibi, augetur autem. ff. de re milita. ¶ Sed
7 † non declarant iſti, quomodo cognoſcatur contemptus in peccante? de quo eſt gloſſ. trita in capitu. Metropolitanum. in gl. 1. 2. quæſt. 7. dicens, ex contemptu fieri, quando fit aliquid ſine cauſa, et dicit ibi Domi. poſt Hugo. quod contemnere eſt aſpernari, & non curare. Alleg. cap. qui humanis. 11. quæſt. 2. & cap. excellentiſſimus. in fin. 11 quæſtio. 3. Sed uide omnino eleganter Domi. quem Fulg. non allegat, in cap. nullus. 15. diſtin. poſt Archi. in cap. quicunque. 56. diſtinct. ubi dicit, quòd quis dicitur ex contemptu facere, quando uoluntas eius renuit ſubijci ordinationi legis, uel regulæ, & ex hoc procedit ad faciendum contra legem, uel regulam. ¶ Quando autem ex conuerſo propter particularem cauſam aliquam, putà ex concupiſcentia, uel ira inducitur ad faciendum contra ſtatuta legis, uel regulæ, non peccat ex contemptu, ut ibi latius: ad quod etiam uide domin. Cardina. poſt Stephanum in clemen. prima, in 3. not. de ſepul. & aliquid per Cald. in titu. de ſenten. excommu. conſi. 4. ¶ Et not. quòd in dubio faciens ſcienter contra ius, dicitur contemnere. ut eſt gloſſ. not. in capitul. cum illorum, infrà, de ſentent. excommun. in uer. in contemptis. & dic, quòd aliud eſt contemnere, aliud non parere, ut eſt gloſſ. & ibi Dom. in capitul. quis autem. 10. diſtinct. ¶ Item not. quòd faciens actum prohibitum ſine deliberatione non dicitur contemnere, ut eſt gloſſ. in §. alias ea demum in uerſicul. plus accipit. 25. diſtinctio. & ibi Dominic. Et adde, quòd licet faciens actum contra legem conſilij non peccet, ut latè per domin. Anton. & Imol. in capitul. nam concupiſcentiam. ſuprà, de conſtitu. tamen fallit, niſi faciat ex cõtemptu, ut eſt gloſſ. in dicto, capitul. quis autem 10. diſtinct. Et ſub iſta declaratione inferri poteſt ad id, quod not. & non dedicit gloſſ. in capitul. fin. 14. quæſt. ultim. & dom. Abb. hic, qui dicit, quòd ſi non apparet, quis magis contemnat, in dubio plus excuſatur delinquens cum pulchra, quam cum deformi, quia præſumitur magis tentatus. ¶ Facit capitul. ſciendum. de pœnit. diſtinct. 3. ¶ Sed tamen attentis prædictis uidetur in dubio præſumi maior contemptus in cognoſcente turpem. quia quaſi ſine cauſa uidetur delinquere, & idem ſentit Archid. in dicto capitul. fin. ¶ Sexta declaratio. Cæteris
8 † paribus delinquens palam magis delinquit, quam deliquens occultè, ratione exempli & ſcandali, l. tertia, C. de ſum. trin. & capitu. præcipuè. 11. quæſt. 3. & bon. text. in capitul. primò, ad fin. de uoto. lib. 6. & facit illud Pſal. 31. Beati, quorum tecta ſunt peccata. Tamen non ſemper dicitur in maiori culpa, quia in materia prohibita, quomodocunque facit, ſemper præſumitur dolus, l. 3. C. de ſica. c. 2. ſuprà, de præſumpt. Si aũt materia eſſet permiſſa regulariter, ſed certo caſu prohibita, tunc attentans caſum prohibitum dicitur magis culpoſus, ſi facit clam, quam palam, imò faciens palàm potius præſumitur errore, quam dolo ductus, ut l. fina. ff. de ritu nupt. ubi ita dicitur de deſponſante conſanguineam, & illam not. Dominic. in capitul. presbyter. 28. diſtinctio. & Bartol. poſt Dyn. in l. ſecunda, §. & generaliter. ff. ui bo. rap. Et per illam l. infert notanter Bald. poſt Iacob. Butr. in l. tertia, C. de ſum. trin. & domin. Abba. in capitu. de hoc infra, de cele. miſ. & hic. quòd profeſſus, qui relicto clauſtro contraxit clàm matrimonium, eſt ſuſpectus de hæreſi. Si autem palam hoc fecit, præſumitur potius error, quam malitia, ut latius in dictis locis, in quibus ita reducuntur nota. per gloſſ. & Arcbidia. in capitul. nemo. 32. quæſtio. quarta, & in capitu. clericus ſolus. 81. diſtinct. Et per hæc infert Barto. in l. pupillus. §. fin ff. de author. tuto. quòd ſi tutor emit rem pupilli palam, præſumitur bona fide, per l. non exiſtimo. ubi text. not. ff. de admi. tut. ſecus, ſi emit

* clam, ut in illo §. ſi. in princip. & dicit Imol.
9 in l. poſt contractum de dona. quòd † clandeſtinitas eſt maxima coniectura contractus ſimulati, per l. ſi. de ritu nupt. & eſt tex. in l. ab Anaſtaſio. uer. ſi quis autem occultè C. man. & ibidem not. Bald. & ideo per extrauagantiam Ioan. xxii. quæ incipit, & ſi deceat. excommunicati ſunt ipſo facto prælati uiſitantes curiam Romanam occultè, & in ſtatu non cognoſcibili, & collatio beneficij eſt ſuſpecta, imo, ſecundum quoſdam, nulla, ut latè per Imo. poſt glo. in uerſi. occultè in c. unico, j. ut eccle. benefi. et ignorantia iuris nunquam excuſat illum, qui facit actum clàm, etiam ſi eſſet perſona alias excuſabilis, ut eſt gloſſ. in l. j. C. de interdi. matri. quam multum ſequitur Bal. in l. quicunque in pen. col. C. de ſeruis fugi. et Ana. in c. cum ex iniuncto. j. de hæret. et eſt optimus tex. in c. cũ inhibitio. infra, de clan. deſpon. ubi illud, q alias geſtum ex ignorantia excuſatur, ſi fiat clam, 1. q. 9. c. 1. et proteſtatio clandeſtina, non releuat proteſtãtem, nec uitiat actũ expreſſo conſenſu partium celebratum, ſecundũ Bar. in l. qui in aliena. §. Celſus. ff. de acqui. hær. niſi fieret ex iuſta cauſa, ut per metum, ſecundum Bal. in l. ſi repetendi. C. de cond. ob cauſ. per c. j. 3. q. metus cau. et ca. ſi
10 iuſtus. j. de appe. ¶ Dicitur † autem actus[a]
a fieri clam, quando deficit præſentia iudicis uel alterius, cuius præſentia, uel decretũ requireretur. Et idem, ſi fit actus taliter, q nõ põt deuenire ad notitiam, cuius intereſt ſecundum Bart. in l. 1. C. de his, quæ ex publicis rationibus. li. 10. per illum tex. et gl. in uer. occultè et aliquid per eundem in l. j. ad fi. C. ubi de prædijs curia. li. 11. et illud de decreto probat in d. c. cum inhibitio. cũ gl. in uer. clãdeſtinũ. Idẽ, ſi aliquid fit de nocte, ſm Bal. in l. cum fratrem. in prin. C. de his, qui ut indig. ulle. in fin. ſi not. per gl. in l. ſi exceptione. §. ſed in hac. in uer. ignorantia. ff. q̃d me. cauſa. et idem no. Ang. in l. 3. §. occiſorum. ff. ad Sylla. Idem, quando aliqs facit actum per interpoſitam perſonam, ſecundum Bar. in l. pupillus. per illum tex. ff. de autho. tuto. Et de alijs modis per gloſſ. in dicto capitul. cum inhibitio. & per Angel. in l. ut tacitis. ff. de leg. j. & Barto. in l. non intelligitur. §. tacita. ff. de iure fiſci. ¶ Vlterius nota ex illo text. in uerſicu. illi uerò, quòd iuramentum de non loquendo cum perſonis coniunctis, de quibus in textu eſt illicitum, et adde, quòd ſi iuraſſem nun loqui cum perſona non coniuncta. nõ importat meritum, uel demeritum, tamen ſi uideo te errare, et non corripio, pecco, ſaltem uenialiter, ſecundum Bald. in dicta l. ſi ad excludendam prope fin. Eſt ergo meritum loqui, ſecundum ipſum, quia officiũ bonorum debet obſtare erroribus, et paulo poſt ſentit, quod non eſt neceſſaria abſolutio a tali iuramento, de quo dubitari poteſt, per iſtum text & gloſſ. a fortiori, de quo ſuper gloſſ. penu. Sed conſidera rationem huius text. loquentis tam de coniunctis ſanguine, quam cum alijs, & per hanc ſpecialitatem intuitus ſanguinis. introductum adduci poteſt ad id, quod habetur in tex glo. & Bald. in l. eos. ff. de recepta. ubi
11 † pœna[b] appoſita receptanti bannitum in
b domo, alleuiatur in receptante coniunctum ſanguine, quia non delinquit, prout alij. Idem de uxore receptante maritum, dicit Specu. de dona. inter uirum et uxor. §. final. Et ad iſtud de coniunctis ſanguine, quem præſumitur, quod alias non præſumeretur ; facit textus in l. Procula. ff. de proba. et in leg. 2. §. largius. in uer.

* Clam] Adde l. qui ſine. ff. de neg. geſt. & Roman. in conſi. 139. incipit pro propoſitæ quæſtionis. columna. 2. nu. 3.

a Dicitur autem actus] Adde tu, quod multis modis dicitur fieri clam. Et primo, quando fit aliquid non ſeruata ſolennitate requiſita. Bartol. in l. final. ff. de ritu nupt. Dicitur etiam actus fieri clam, quando non eſt ſeruata conſuetudo: Bartol. in l. ſecunda, C. de his, qui ex publicis ratio. libr. 10. Item dicitur fieri clàm, quando fit actus adeo occultè, quod non poteſt uenire ad notitiam aduerſarij, Bartol. in l. non intelligitur. §. tacita ff. de iur. fiſc. Item dicitur fieri clam, quando fit actus non citato eo, qui poſſet contradicere, Bartol. in l. a bo. in 5. colum. ff. de alimen. & ib. leg. in uerſicul. ſed iſtr. Item dicitur fieri clam, quod fit per ſcripturam priuatam, non autem, quod fit per publicum inſtrumentum. Ita Bar. in l. in contrac. ff. de leg. 1.

b Pœna] Adde, quòd ubi pœna eſt appoſita receptanti bannitum, quod non habet locum iſta pœna, quando bannitus infert uiolentiam receptatori, ut ipſum acceptaret. Ita Bal. in l. dilectis. ff. de noxal. in 2. col. & ibi Ludou. Roma. & etiam idem tenet Ludo. Ro. in l. j. §.

§.1. in ea ff ad Sylla. Et adde quòd idem eſt in recipiente patronum, uel dominum bannitum, quia minor pœna eſt ei imponenda. Cyn. & Bal in l.1.C.de his. qui latrones.

in honorē ſanguinis.ff.de ſucceſſo.edicto.& in l.Aurelius.§ Titius teſtamento. ibi, pp naturalem affectum. ff. de li. leg. & in l. ſi ſeruus communis.ff.de donat. inter uir. & uxo.& in l.ſi ſeruus plurium.§. fin. de leg. 2.& in l.aliena.C.de leg.& in l. qui cū uno. §.fin.de re mili.& in l.ſi tutor aliquo.ff. de ſuſpe.tu.& in c. ſciant cuncti. de elect. lib. 6.& in c.non æſtimemus.13.q.2.& in c.Petrus.ī.de homi. & in c.conſtitutus.ī.de teſti.& in c.quia præſulatus.j.q.4.Et hinc eſt, ꝙ ita conſideratur pœna appoſita conſanguineo meo propter me,ſi qua apponeretur,in d.c.ſciant.& not.Bald.in l.j.C.de in dicta uidu.Bal. & Sal.pulchrè in l.fin.C.de ſponſa.& Bart. in l. Titia.ff.de uerbo.ob.& in l.hæres meus.§.ſi.ff.de condi.& de moo.& in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi.in 10.q.de ope. noui nun. facit c.afferte. & ibi dixi ſuprà,de præſump.Et ſimiliter inimicitia contracta cum uno de attinentibus, tranſit ad omnes propinquos in gradu ſecundum do. Abb. in c.cum P. in ſecundo notabili,per illum textum infrà. de appe. Et iniuria facta uni de familia,cenſetur facta toti familiæ,l.j.& ibi Bart.C. ſi quacumque præditus poteſtate.Et declara,ut per Bald. ibi,uer.re uoca in dubium.& probatur in l.ita ſtipulatus.§. Griſsgonus. in ſi.ff.de uer.ob.& Bald.in l.unica.C.de raptu. uir.& Bart. in l.eum ſcimus.C.de agrico.& cenſi.lib.11.& Bald. in l. raptores.C.de epiſ.& cle.in c.1.de eo,qui interfe. frat. domini ſui, & Ioan. Andr.in regula,fruſtra.in Mercu. & Imo. & Rom. l. ſi finita.§.ſi de uectigalibus.ff.de dam.infect.Et dicit hic Bal. eſſe expreſſum in iſto c. quòd pater etiam cum iuramento nō poteſt priuare filium alimentis, nec maritus uxorem *.

✤ Vxorem.] Adde Bal.in l.pactū. in ſi.C.de collat.

Et not. quòd coniuncti inter ſe debent præſtare ſubſidia uitæ,& facit c. 2.ſuprà de arb.Per quam dicunt dom. Ab. & Imo. quòd clericus poteſt ſororem pauperem dotare ex beneficijs,facit c.ſtudeat.in ſi.l. diſt. ubi prouidetur clerico depoſito non ſolum pro ſuſtentatione ſua,ſed etiam filiorum.Bonus text. & gloſſ & ibi Dom.in c. omnino. 31.diſt. Et hinc eſt, quòd tantum fauetur perſequenti iniuriam ſuorum,quantum ſuam,c.omnibus. 4.q.5. & in c. de cætero.in uerſi.ſuam,uel ſuorum.ſuprà, de teſti. cum ſimilibus.

2 ¶In † gloſſ.penul.ibi, ad cautelam, & ſic non de neceſſitate ſit iſta abſolutio, ſed ad cautelam,ſecundum gloſſ.& idem dicunt dom. Abb.& Imol.hic,quia text. aſſertiuè dicit,hoc iuramentum illicitum,& ratio eſt,quia repugnat legi diuinæ, Honora patrem & matrem, &c.& idem de fratre & ſorore ratione coniunctionis,uel, ſecundum do. Abb. ſit abſolutio facti, ne quis notetur de periurio.Et ꝙ non teneat, facit c. quæ ſacramento.22.q.4.& c.prox. de pœ.diſt.1. Sed contra glo.tenet Inno.hic,dicens,quòd eſt opus uera abſolutione,& ſequitur hic expreſsè dom.Cardin.re recta diſt.iurium,an quis iuret non loqui,uel non præbere ſubſidium,quia etiam poſſibile eſt, quòd iuramentum de non præbendo præſidium, non uergat in diſpendium ſalutis æternæ, ut quia pater non indiget,& ſufficit, quòd aliquo caſu tale iuramentum poteſt eſſe licitum,ut quia pater eſt hæreticus, cui filius non uult cohabitare,& hoc ſufficit,ut non poſſit contrauenire ſine licentia. c.ſi uero. ſuprà eod. Ideo litera hic exigens abſolutionem, nō eſt impropriãda,ſed dicit,ꝙ prima opinio poſſet procedere, ubi immineret caſus, ꝙ tale iuramentum produceret peccatum,aliàs procederet ſecunda, & in dubio fortè,antequã hoc appareret,uerior uidetur opi.Inno. quia ſi tale iuramentum diceretur nullum propter reſiſtentiam legis diuinæ, non eſſet differentia,etiam ad illum qui iurauit non loqui non coniunctis,quia de ipſo dictū eſt, Dilige proximum tuum,ſicut teipſum, & ſubdit hic Ioan.And.talem abſolutionem poſſe concedi ab epiſcopo,ex quo non reſeruatur ſuperiori, per c. nuper. de ſen.excom. Et addidit hic domi. Ant. ꝙ ubi iuramentum, de quo in text.eſſet factum de perſona non coniuncta, & eſſet talis, cuius conuerſatio eſſet inductiua peccati, ualeret, aliàs autem tale iuramentum uidetur mittere odium,& non ualere. Sed dicit Imol. hic, quòd etiam tunc fortè eſt idem, quia uidetur poſſe ſeruari ſine peccato, ſic ualeret iuramentū de non intrando domum Martini, niſi eueniat caſus, in quo non loqui,uel non intrare ſit inductiuum peccati, ſecundum Arch.in c.inter cætera.22.q.4.

SVMMARIVM.

1 *Ius monachatus retinetur per abbatiam,uel prioratum.*
2 *Factum calore iracundiæ,an obliget.*
3 *Iuramentum emanans calore iracundiæ, an obliget. Adde nu.4.*

CAPITVLVM XIII.

SICVT EX LITERIS. ¶Non ualet iuramentum monachi clauſtrum abiurantis, & ſibi de hoc grauis pœnitentia imponitur. H. D. ¶In text. ibi,prior.iuncto uerſi.monacho.not. quod monachus,licet efficiatur prior,non tamen perdit nomen monachi.Facit c.ſi. infrà, de ſymo. ubi appellatione monachorum uenit abbas. Ad idem c. ex eod. infrà, de priuil.& ibi dicit dominus Ant.in 2.notabili, quòd etiam in priuilegijs appellatione fratrum uenit abbas *, & cum iſtis concor. dominus Abb.in c.cauſam.el 2.ſuprà, de iudi.& declarantur per do. Ant.in c. uniuerſitati. in ult.col.ī. de ſen.excom.& dom.Cardin. in cle.1.in 6.oppoſit.de regula.& do. Abb. & Ana.in d.c.ſi de ſymo.& ibi examinaui.

✤ Abbas.] Adde Car.in cle.1.§.1. de exceſ prælat.& in cle.3.in 1. oppoſi.de procurat.

1 Et ex iſto text. infert hic do. Abb. quòd † cùm per prioratū, uel abbatiam retineatur ius monachatus, licet prior, uel abbas renunciet,uel deponatur,remanet monachus illius monaſterij,& idem dicit ſe tenuiſſe poſt dom. Anto.in c.cum ad monaſterium infrà, de ſta.mona.licet Ioan. Andr. aliter ibi ſentiat,& Fede.latiſſimè conſil.19.incip. quidam monachus.quorum opi.procedit de iuris rigore, ſed iſta de æquitate,ſecundum ipſum,de quo etiam per Imo.in c. ex tranſmiſſa. in ulti. col.de ſtatu mona.& in cle. 2.in ult.col.de reg.& ibi dominus Card.in ſi.& Do.in c.accedens.in not.l.diſt.Bal.& in l.ſi quis de rogatus.C.de aduo.diuer.iudi.& dom. Anto.in c.cum cauſam.ſuprà,de elec & dominus Card.conſi.77.& Anch.in c.nullus.de elect.lib 6.

2 ¶In † text.ibi,iracundiæ calore. Nota iuncto ſ.literæ,quòd calor iracundiæ non excuſat à peccato,inde temerè iuranti imponitur pœnitentia. Et colligit hic Baldus, quòd calor iuracandiæ non excuſat, maximè monachos, qui debent uiuere in humanitate & manſuetudine. Putat tamen dominus Abb.hic, quòd eſt iuſta cauſa minuendi pœnam, licet non totaliter eam excludat,per tex.in §.notandum. ad ſi. 2.q.3.in l.unica,C.ſi quis impe.maledix.& in l.omne delictū. 3 ff.de re mili. Et ſubdit hic Ioan. Andr. quòd † etiamſi iuramētum emanat calore iræ, obligat, quod eleganter temperat do. Ant.niſi calor iracundiæ fuiſſet tantus,quòd illud deliberatè non feciſſet,quia tunc, cum hæc uoluntas ſit indiſcreta, non eſt obligatoria, uel ſaltem per epiſcopū de facili relaxanda, & remittit ad not.per Ray.in ſum. in tit. de iuramento. circa princ.Subdit hic ſimpliciter Imol. quòd gl. ibi ſuper tex. Ray. tenet ſimpliciter tale iuramentum obligare, quia uidetur in culpa taliter iurans,& ideo ſibi imputandum, iuxta regulam, damnum.de reg.iur. in 6.& pro conſideratione domini Anto. an ſit tanta iracundia,etc.facit, quod not.Ioan. Andr. & do. Anto,in cap.dudum.infrà,de conuer.coniug. ubi dicunt, ꝙ cap.ſunt,qui.17.q.4. non procedit in tali iracundia, & ſic dicunt intelligendam glo.in illo cap.dudum.in uer. iracundiæ. dum dicit,uotum per irracundiam factum non tenere,ſecus, ſi iracundia non ſit in tali gradu, quia talia cum ſint in ſe bona,ut uotum,donatio ad pias cauſas,& ſimilia,non egent deliberatione. Et ſequitur hoc dictum dominus Abb. hic, & in d.c.dudum.& ibi ſubdit, quòd quia difficilè probari poſſet de iſto tanto furore,in dubio ſtaretur opi.Ioan.Andr. ibi uolentis,uotum calore iuracundiæ factum regulariter tenere *. Et iſta conſideratio difficultatis probationis militat etiam iſto caſu. Idem pro opi. Ioan. And. quòd iracundia regulariter non uitiet iuramentum aliàs licitum,facit,quod no.glo.pen.in c. 2. infrà,de uoto.quæ uult,ꝙ uotum emiſſum ex facilitate,eſt ualidum,ſed diſpenſabile. Ad idem,quod not. Hoſtien.in Summa,de maledicis, ubi dicit, quòd blaſphemanti per iracundiam non remmittitur pœna,per d. capitulo ſecundo, uerſiculo & præſumpſerit. De facili enim quis non blaſphemat, niſi iratus. Sed dominus Abb. & Ioan. de Ana. in d.

✤ Tenere.] Adde Rom.in ſingul. 514. incip. uolo comētari l.quicquid calore. nu. 2. ubi habet materiam uoti calore iracundia emiſſi.

in d.c.ca.2.limitant hoc, niſi eſſet tanta iracundia, quòd indu ceret alienationem mentis, ſicut dicitur, quòd ebrio remittitur pœna, l.omne delictum. ff. de re mili. & cenſetur a lienus mente, c.a crapula. j. de vit. & hon. & maxime, quando procederet iracundia ex iuſto furore: ſecus, ſi daret operam rei illicitæ, puta poſt amiſſionem in ludo vt ibi p eos. Et ad hæc induco optimè, quod no. Inn. in c. cum dilectus. ante ti. ſ. qd met. cau. & refert & ſequit Imo. poſt alios ibi in vlt. col. vbi dicit, q licet profeſſio, cũ ſit opus optimum, non vitietur ex dolo dãte cauſam profeſſioni, vt d.c. dudum. & ibi concordant, tamen vbi eſſet dolus tantus, qui deciperet prudentem, ſecus eſſet: quia vbi eſt tantus dolus, & circumuentio, non videtur eſſe vllus conſenſus in profitente, & ideo dicitur vitiari profeſſio ex dolo, ſicut vitiatetur ex metu, qui caderet in conſtantem virum, c.j. cum materia, ſ. quod me. cau. Et ex iſta deciſione Inoo. formaliter infertur in propoſito, q habentia alterare mentem ex toto, vitiant conſenſum, & videtur fieri ex errore. Vnde dicit in l. non fatetur. ff. de confe. q qui errat non conſentit, & ideo profeſſio alienata mente facta non tenet, cap. ſicut, el 1. j. de regu. Ita in propoſito iuramentũ emiſſum calore tantæ iracundiæ, q inducat cæcitatem mẽtis, nõ obligat tanquam carens conſenſu: ſecus, ſi non eſt tanta iracũdia: quia obligat, ſicut leuis dolus, vel leuis iracundia non impediunt requirentia liberum conſenſum, vt in exemplis prænotatis.

* Pœna.] Adde Alex. poſt. Bart. in l. eſſiciendum. §. delinquunt. ff. de pœn. Sal. in l. 1. C. de ſiccar. et tex. in ca. inebriauerunt. 15. q. 1. & Ang. de maleſ. in uer. ſcienter. & doloſe. & Bald. in l. data opera. C. qui accuſ.

4 ¶ Eſt verum, q do. Abb. hic recedit ab iſta opi. & firmat indiſtinctè, q iuramentum præſtitum per iracundiã, vel ex abrupto, careat conſenſu. & per conſequens, non obliget, licet ad cautelam peti poſſit abſolutio: & mouetur per no. in c. literaturam. j. de voto, vbi Io. And. poſt beatum Tho. ponit requiſita de eſſentia in voto, videlicet deliberationem, propoſitum & expreſſionẽ: quorum altero deficiente votum non obligat. Vnde idem putat do. Abb. in iuramento æquiparando ipſum voto. ¶ Sed nihilo minus ſtare poſſunt prædicta, cum quibus expreſſe concordat do. Abb. in c. ſi verò. ſupra eod. & in d.c. dudum. & facit, quod no. Arch. in c. procliuus. 20. q. 3. vbi dicit loquens de voto, q licet calor iracundiæ ipſum vitiet, quo ad Deum, tamen quo ad eccleſiam non: quia ex quo exprimitur, ſemper cogitur vouens illud perficere. Et præſumit eccleſia deliberationem, & propoſitum in dubio, ſm ipſum, & ſic etiam puto in iuramento. Vbi autem appareret conſenſus, haberet locum conſideratio domi. Abb. Eccleſia enim militans incerta de gradu furoris, & de paſſione iurantis, an ex ira efficiatur alienus mente, vel non, eligit tutiorem partem, ſicut declarat in ſimili dom. Abb. in d.c. ſi verò. in fi. loquens de iuramento extorto p metum. Et eius dicta ibi multum faciunt ad hanc materiam.

* Literaturam.] Adde Imo. ibi. & Phi. in c. ſi vero. ſupra eo. & Richar. in 4. ſent. diſtin. 39. art. 3. q. 2.

¶ De alijs actibus geſtis per iracundiam, quando valeant, vide aliqua per Rom. ſing. 5 t 4. incip. Volo commentari. vbi etiã videtur tenere, quòd iuramentum per iracundiam non obligat, per textum in lege ſecunda. C. ad legem Iul. maie. Et hoc idem dicit de cõfeſſione facta calore iracundiæ, & allegat gloſſ. uulga. in capi. ex literis. in uerſi. admonita. j. de diuort. circa quam uide etiam do. Abb. ibi, & hic, & in c. fin. ſ. de confe. & in c. afferte. ſ. de præſump. & in c. at ſi clerici. in prin. ſ. de iudi. & do. Anto. & Imo. in c. olim, ſ. de reſcr. & domi. Abb. in c. cùm uenerabilis. propter gloſſ. 2. ibi, ſ. de excep. & do. Abb. in c. cum olim. el 2. de priuil. & do. Anto. in c. atteſtationes. infrà de deſpon. impu. & de materia per Abb. in c. 1. in 2. no. infrà de his, qui filios occi. ubi dicit, q iracundia non excuſat à peccato, niſi inducat alienationem mentis. Item vide do. Abb. poſt alios in c. de multa. de præben. vbi ponit, an acceptatio ſecundi beneficij curati facta per iracundiam, facit primum curatum vacare: de quo etiam per Car. in cle. 1. in 1. opp. de off. iud. vbi tenet q non: ex quo habet fieri cauſa cognita, & conſentiente ſuperiore, & ſic vult, q actus non momentaneus nõ dicatur excuſare ab iracundia: quod no. & bene facit glo. in c. ſi quis iratus. 3. q. 3. dicens. quòd reiteratio inducit ſignum deliberationis, nec poteſt allegari iracundia: & ſequitur Bal. ni fallor, in l. j. C. de erro. calcu. & de materia vide omnino Domi. in d. c. ſi quis iratus: vbi ad intellectum l. ſi non conuicii. C. de iniur. diſtinguit, quòd aut quæritur, an iniuria dicta per iracundiam puniatur, quantum ad ſimplicem iniuriam, & punitur, quia iniuriari dr, d. l. ſi non conuitij. & optimè probat in d. c. ſi quis. vbi tex. vult, quòd licet ſit ex ira, ſit conuitium. Si autem quæritur, an puniatur, nõ tanquã pro iniuria, ſed tanquam pro delicto, vel calumnia, & tunc non punitur, quantum ad hunc finem, per illum text. ſecũdum ipſum: & uide etiam Spec. in tit. de accuſa. §. 1. uerſi. quid ſi uocaui te. ubi dicit, quòd ſi dixi tibi iniuriã prouocatus à te dicto, uel facto, ſum excuſatus, nec ſum tibi ex hoc condemnandus. & argu. l. j. §. cùm arietes. ff. ſi quadru. paup. feciſſe dic. & ſequitur Arch. in c. neganda. el 2. in fi. 3. q. 11. ſed do. Abb. in c. dilecti. in fi. j. de except. & pleniùs in c. 1. in 1. col. j. de iniur. non credit hoc ex toto uerum, q d. l. ſi non conuitij. omnino tollat pœnã iniuriæ: & facit l. ſi ex plagis. §. tabernarius. ad l. Aquil. Credit tamen, quòd iſta ſit iuſta cauſa minuendi pœnam: quia iuſto calore excitatus intuli tibi iniuriam, per l. ſi adulterium. §. imperatores. ibi, difficillimum eſt, &c. ff. de adul. Et pro hoc optimè adduco text. in c. ſignificauit. j. de pœn. & remiſ. & quod ibi not. Io. An. Doct. in c. ſignificaſti. el 2. j. de homi. cum cõcor. quas aliàs ibi dedi: ubi, licet defenſio ſine moderamine inculpatæ tutelæ non excuſet à delicto, tamen eſt iuſta cauſa minuendi pœnã ratione præcedentis prouocationis. Item q calor iracũdiæ ſit iuſta cauſa minuendi pœnam, probatur ex l. j. C. ſi quis impe. male. & in l. famoſi. ibi, lubricum linguæ, &c. ff. ad l. Iul. maieſt. & in c. ſi quis iraſcitur. 13. q. 2. & in c. inebriauerũt. 15. q. 1. & in c. cùm apud Theſſalonicam. 11. q. 3. Et an ualeat excommunicatio lata per iracundiam? Videtur text. quòd ſic, in capitu. epiſcopus ſi fortè. undecima quæſtione 3.

* Facta.] Adde Ale. in l. quocquid calore. de reg. iur. & Iaſ. in l. ſi filiã. col. 2. C. de inoff. teſta. ubi ponit, quod in exheredatione, in uoto, in iuramento confeſſione, acceptatione beneficij, in accuſatione, & in dicto, uel facto calore iracundia, & in omnib. concludit non ualere niſi poſtea perſeueraret in eadẽ uoluntate. et idem in donatione facta eccleſia, in delictis, & in blaſphemia.

* Conuitiũ.] Adde. infra quantum tempus ille qui dicit alicui, uel fecit iniuriam poſſit ſe excuſare, allegãdo illud dictum, uel factum fuiſſe per iracundiam. unde Luc. de pen. in l. omnino curiales. C. de decur. lib. x. col. 2. uerſ. ſed pone. ubi uarias refert opiniones, & uidetur reſidere quod intra triginta dies hoc allegare poſſit. per text. c. 1. q. 3. c. cum apud. & in l. ſi uendicari. C. de pœnl.

* Condemnãdus.] Adde Ang. in l. ſi non conuitij. C. de iniur. & Lanfr. in c. quoniam cõtra. uerſi. confeſſiones. ſupra de proba. itẽ adde etiam ad materiam ea quæ habentur per Sal. in l. i. per illum text. C. ſi quis imper. maledix.

FINIS.

SERIES CHARTARVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
AA BB CC DD EE FF GG HH II KK.

Omnes ſunt quaterniones.

Empt. Romae … cum tribus aliis voluminib.
die 17. novembris 1590.

[illegible]
[illegible]

LABORATORIO PER IL RESTAURO DEL LIBRO
FERNANDO FERRACCI
1961
ASSISI